A eorum contra quæ non convertuntur, diversa ratio est. Itaque si et omnis natura animal est, et omne animal natura : recte de Christo ratiocinamini, cum sit animal unum, unam quoque esse oportere ipsius naturam. Sin minus, et lapis natura quidem est, non item ob id etiam animal ; idcirco si quid animal unum est, non inde necesse sequitur id ipsum etiam naturam esse unam. Vel aliter. Si propterea quia Christus est unum animal, una quoque natura est ; licebit item ratiocinari, quandoquidem Christus idem duabus naturis constat, duo quoque erunt animalia, quod solus Nestorius impie deblaterat. Si vero dicitis Christum eumdem e duobus animalibus constare propterea quia ex duabus naturis specie diversis, divina scilicet et B humana, compositum asserimus; nunquid et unum animal tanquam quid commune alterius speciei, et quidem a divina et humana diversæ, ipsum dicetis? Quomodo idem sanctus Pater, et alii aiunt, Christum *nec essentiæ nomen esse, neque naturæ, nec habere termini vim neque naturæ speciem aliquam significare*, vel aliud hujusmodi? Animal igitur unum est, utpote in una eademque persona subsistens. Verum dicetis forsan : Sicut vitæ æternæ et vitæ temporalis particeps unum est animal, ita naturæ æternæ et naturæ mortalis particeps una est natura. Obvius est autem paralogismus, siquidem rem participatam loco rei participantis in conclusione ponitis. Etenim, si quod utriusque est vitæ particeps, vita esset, non vero animal, sive ens duarum vitarum particeps, duæ illæ vitæ persona recte dicerentur; si vero quod in duarum vitarum participatione consideratur, animal est, ergo et quod duplicis est substantiæ particeps, est aliquid *substantiatum*, non autem substantia, sive natura, *impersonalis*. Quid vero est animal sive ens *substantiatum*, nisi proprie *persona*, et ens secundum duas naturas et vitas subsistens? Recte igitur unum animal, minime vero naturam unam, neque unam vitam, in composita Christi persona asserimus.

Κυρίλλου, ἐκ τῆς πρὸς Ἀκάκιον ἐπιστολῆς (13). C

« Ὁρῶμεν ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν ἀδιασπάστως ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως· ἡ γὰρ σὰρξ, σάρξ ἐστι καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε Θεοῦ σάρξ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Λόγος Θεός ἐστι καὶ οὐ σὰρξ, εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκα οἰκονομικῶς. Ὅταν οὖν ἐννοῶμεν τοῦτο, οὐδὲν ἀδικοῦμεν τὴν εἰς ἑνότητα συνδρομὴν, ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι λέγοντες· μετὰ μέν τοι τὴν ἕνωσιν οὐ διαιροῦμεν τὰς φύσεις ἀπ' ἀλλήλων, οὐδὲ εἰς δύο τέμνομεν υἱοὺς τὸν ἕνα καὶ ἀμέριστον, ἀλλ' ἕνα φαμὲν Υἱὸν, καὶ ὡς οἱ Πατέρες εἰρήκασιν μίαν φύσιν τοῦ Λόγου *σεσαρκωμένην*. Οὐκοῦν ὅσον μὲν ἦκεν εἰς ἔννοιαν καὶ εἰς μόνον τὸ ὁρᾶν τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι τίνα τρόπον ὁμογενὴς ἐνηνθρώπησε, δύο τὰς φύσεις φαμέν. »

Cyrilli ex epistola ad Acacium.

« Cernimus naturas duas in unum coaluisse, sibi invicem arcto modo conjunctas, sine confusione ulla et sine ulla mutatione ; nam caro, caro est, non divinitas, etiamsi Dei caro sit. Verbum item Deus est, non caro, etiamsi carnem assumens, eam sui propriam effecerit. Quod cum ita se habere fateamur, profecto non erramus, cum e naturis duabus in Christo factam conjunctionem asserimus. Qua conjunctione facta non dividimus a se invicem naturas ipsas, neque in filios duos discerpimus Christum, qui unus est et individuus; sed unum Filium esse dicimus, et, ut aiunt Patres, unam Dei Verbi naturam *incarnatam* prædicamus. Quantum ergo cogitatione complecti licet, et mentis D oculis contemplari qua ratione carnem Unigenitus assumpsit, dicimus, duas esse in Christo naturas. »

Ἀλλ' εἴπωμεν καὶ πρὸς τάδε, ὅτι ἀρκεῖ ἡμῖν αὐτὸς ἑαυτὸν διασαφῶν· *Οὐ γὰρ διαιροῦμεν*, ἔφη, καὶ *οὐχ ἑνοῦμεν*· καὶ, *τὰς φύσεις*, οὐ μὴν τὴν φύσιν, ὡς οὗτοι λέγουσιν, *οὐδὲ τεμνόμενον τὸν ἕνα Υἱὸν*,

Ad hæc dicimus eum se satis superque clare explicare ; ait enim, *non dividimus, non copulamus* ; et subdit *naturas*, non naturam, ut hi volunt : adjecitque præterea *neque dividimus unum Filium* ; non

(13) Imo vero sequens testimonium sumitur ex epistola ad Sucensum. Cyril., ed. t. V, part. II, p. 137.

Digitized by Google

dixit unam naturam. Denique ait *mentis oculis*, quibus homo differt a brutis animalibus, quæ solis corporeis oculis vident. Duas ergo vere dixit sanctus Pater esse *incarnati* Verbi naturas.

A οὐ μὴν τὴν μίαν φύσιν ἔφη, τοῖς δὲ *τῆς ψυχῆς ὄμμασιν*, οἷς καὶ διαφέρει ἄνθρωπος κτήνους τοῦ ἐν τοῖς τοῦ σώματος ὄμμασιν μόνον βλέποντος· δύο ἄρα καί φησιν εἶναι ὁ Πατὴρ τὰς φύσεις τοῦ Λόγου *σεσαρκωμένου*, ἀληθῶς.

Ejusdem ex eadem epistola.

« Adducamus, inquit, in exemplum omnium nostrum compositum individuum, quo constituimur homines : constat enim quisque nostrum anima et corpore, cernimusque duas in unoquoque individuo naturas, corporis unam, animi alteram ; unum tamen ex utriusque conjunctione hominem componi. Neque duos homines judicandum, propterea quia ex duabus naturis individuum componitur; sed unum duntaxat hominem dicendum, utpote corpore et anima compositum, ut initio diximus. » — B En rursus aperte dixit, unum individuum duos homines judicari non oportere ; non autem dixit naturam unam existimari non debere duas, quandoquidem nec exemplum ab homine desumptum in omnibus quadrat.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

« Δεξώμεθα πρὸς παράδειγμα τὴν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς σύνθεσιν, καθ' ἣν ἐσμεν ἄνθρωποι· συντιθέμεθα γὰρ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ ὁρῶμεν δύο φύσεις, ἑτέραν μὲν τοῦ σώματος, ἑτέραν δὲ τῆς ψυχῆς· ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν καθ' ἕνωσιν, ἄνθρωπον· καὶ οὐχ ὅτι ἐκ δύο φύσεων συντέθειται ὁ ἄνθρωπος, δύο τὸν ἕνα νομιστέον, ἀλλ' ἕνα τὸν αὐτὸν κατὰ σύνθεσιν, ὡς ἔφην, τὴν ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς. » Ἰδοὺ πάλιν σαφῶς μὴ δύο ἀνθρώπους, τὸν ἕνα νομίζειν λέγει, οὐχὶ μὴ δύο φύσεις τὴν μίαν φύσιν λογίζεσθαι ἔφη· ὅπου γε τοῦ ἀνθρώπου οὐδὲ κατὰ πάντα ἐλήφθη τὸ παράδειγμα.

At, inquiunt, in secundo ad Sucensum commentario Cyrillus cum attulisset exemplum hominis, anima et corpore compositi, expresse ait, « ut quæ pridem duo erant, non amplius duo sint. » — Verum nonne perspicuum est, et hoc dici tali sensu, non esse videlicet duos homines, quatenus ad compositum ipsum referuntur ? Idem enim paulo superius ait : « Duas in ipso naturas concipimus, unam scilicet animæ, aliam corporis, » etiamsi hoc expressis verbis ipse minime dicat. Subdit enim : « Sed C unius hæc esse intelligimus. » Quare novit sanctus Pater esse duo, cum unius ea esse dixerit. Nam si is penitus ignorasset duo, nunquam hoc dixisset, *unius*, scilicet hominis esse. Non amplius vero manserunt duo, hoc est, seorsim unum ab alio vere non subsistunt, sed compositum unum, scilicet hominem conficiunt : quandoquidem unum quid esse cernuntur, concipiunturque. Quomodo enim corpus, et animam in eo servari dici poterit, si duo non sunt amplius ? Quanquam de Christo loquens utitur hominis exemplo, ratione habita non naturæ, sed subsistentiæ. Disserit enim contra Nestorium, qui subsistentias duas in ipso Christo astruebat. Etenim si de Christo sumptum fuisset hominis exemplum ratione habita etiam naturæ ; nunquid quia D Adam ex duabus præexsistentibus naturis, animæ et corporis, non constitit, idem etiam de Domino censendum ? Atqui Verbum præcessit carnem ; hominis contra nulla pars aliam præcessisse dicitur. Homo præterea dividi semper potest in naturas suas, et interdum etiam reipsa dividitur ; nunquid idem audebit et de Christo affirmare qui non sit plane desipiens ? Quid ergo nos cogitis recipere, et probare dictum, ad subsistentiam relatum, quasi de natura ipsa tanquam subsistentia intelligendum videatur ? Veritus ergo est sanctus Pater et in suis Epicherematibus unam de Christo prædicare naturam, cum hoc de homine affirmare liceat ? Hoc certe dici nequit.

Ἀλλ' ἐν τῷ δευτέρῳ πρὸς Σούκενσον ὑπομνηστικῷ ῥητῶς, φασίν, ὁ Πατὴρ Κύριλλος εἴρηκε, τὸ τοῦ ἀνθρώπου λαβών, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ὄντος, παράδειγμα, « Ὥστε τὰ δύο μηκέτι εἶναι δύο. » — Καὶ πῶς οὐ δῆλον, ὡς καὶ τοῦτο οὕτως λέγει, ὅτι καθ' ὃ γέγοναν, οὐκ εἰσὶ δύο ἤγουν ἄνθρωποι ; Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸς ἀνωτέρω φησί· « Δύο μὲν γὰρ καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοοῦμεν τὰς φύσεις, μίαν μὲν ψυχῆς, ἑτέραν δὲ τοῦ σώματος· » εἰ καὶ μὴ ἀνὰ μέρος δῆλον· καὶ γὰρ ἐπάγει, « Ἀλλ' ἑνὸς εἶναι νοοῦμεν· » ὥστε οἶδεν αὐτὰ δύο ἐν τῷ εἶναι αὐτὰ ἑνός· οὐ γὰρ ἂν ἔφη, μήποτε εἰδὼς τὴν δυάδα, τὸ, *ἀλλ' ἑνὸς*, τοῦ ἀνθρώπου ὡς ἕκαστα ἔχοντος· οὐκέτι δὲ ἔμεινε δύο, τουτέστι μόνον καὶ ἁπλῶς ὄντα, ἀλλὰ καὶ ἕν τι ποιήσαντα τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἕν τι γὰρ ὁρῶνται καὶ νοοῦνται· ἐπεὶ πῶς εἰ πάντη οὐκ εἰσὶ δύο, ψυχὴ ἔτι ἐστὶ καὶ σῶμα σωζόμενα, ὅμως ἐπὶ Χριστοῦ, οὐδὲ κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ὑποστάσεως εἴληπται αὐτῷ τὸ παράδειγμα· πρὸς Νεστόριον δύο τὰς ὑποστάσεις αὐτοῦ λέγοντα εἴρηται· εἰ γὰρ καὶ φύσεως λόγῳ εἴληπται τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ Χριστοῦ, ἆρα καὶ ἐπεὶ οὐκ ἐκ προϋπαρχουσῶν δύο φύσεων ὁ Ἀδὰμ ψυχῆς καὶ σώματος, οὐδὲ ὁ Κύριος ἐκ δύο φύσεων· ἔτι μὴν ὁ Λόγος, καὶ πρὸ τῆς σαρκός· τοῦ δὲ ἀνθρώπου οὐδὲν μέρος τοῦ ἑτέρου προϋπάρχειν εἴρηται. Ἔτι ὁ ἄνθρωπος δυνάμει διαιρετὸς εἰς τὰς αὐτοῦ δύο φύσεις ἐστὶν ἀεί, ἀλλὰ καὶ ἐνεργείᾳ ποτέ· ἆρα οὖν καὶ ἐπὶ Χριστοῦ εἴποι τις τάδε μὴ παραφρονῶν ; Πῶς οὖν τὸ καθ' ὑπόστασιν ληφθὲν, καί ποτε, εἰς φύσιν τὴν ὡς ὑπόστασιν καὶ αὐτὴν λεγομένην, εἰς οὐσίας παράδειγμα βιάζεσθε πάντως λαμβάνειν ἡμᾶς ; Δέδειχε γοῦν καὶ ἐν τοῖς Ἐπιχειρήμασιν ἐπὶ Χριστοῦ τὸ μίαν λέγειν φύσιν, εἰ καὶ ἔστιν εἰπεῖν ἐπ' ἀνθρώπου μίαν, ὁ λόγος ἀδύνατον.

Multis in locis, inquit, videre est Cyrillum offendi voce *duplicis* : quanto vero magis ei displi-

Ἐν πολλοῖς, φασὶν, εὑρίσκομεν ἀπαρεσκόμενον τὸν Πατέρα Κύριλλον, καὶ τῇ *τοῦ διπλοῦ* ὀνομασίᾳ

Digitized by Google

ἐπὶ τοῦ Κυρίου, πόσῳ γε μᾶλλον τῇ *τῶν δύο* φωνῇ ; — Ἆρα οὖν ἐναντίος Γρηγορίῳ τῷ πολλάκις κατακεχρημένῳ τῇδέ ἐστιν. Ἀπεστάλη γάρ, φησίν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος· διπλοῦς γὰρ ἦν. » Καὶ, « Πατὴρ οὐ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ νοουμένου δέ· καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς. » Καὶ ἄλλοι δὲ πλεῖστοι τῶν Πατέρων τὰ ὅμοιά φασιν· ἢ δῆλον, ὅτι μὲν διπλοῦς κατὰ τὰς φύσεις ἦν, ἔφη. Ὅτι δὲ οὐ διπλοῦς Χριστὸς ἢ Υἱὸς ὀρθῶς λέγεται, Κύριλλος ὁ Πατὴρ φησι· τοῦτο γὰρ Νεστόριος ἐπινοεῖ· εἰ γὰρ τὸ κατὰ φύσιν διπλοῦν οὐκ ἐγκρίνει, πῶς καὶ αὐτὸς ἔφη ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον, « Ὁ στατὴρ ὁ ἀληθινὸς καὶ νοητὸς καὶ ὡς ἐν τύπῳ τῷ ἐξ ὕλης νοούμενος, οὗτός ἐστιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ διπλοῦς χαρακτήρ ; » A cere vocem *duorum* judicandum? — Nunquid ergo Cyrillus adversatur hac re Gregorio, qui voce illa passim utitur? « Missus enim fuit, inquit, sed quatenus homo; erat enim duplex. » Et alibi : « Pater, ait, non ejus quod oculis cernebatur, sed illius quod mente percipiebatur. » Idem affirmarunt et alii sancti Patres bene multi. Verum enimvero duplicem eum fuisse sanctus Pater asserit, quod ad naturas attinet, id quod manifeste liquet. Quod autem contendit Cyrillus, est, dici videlicet non posse Christum, Filium esse duplicem; hoc enim autumat Nestorius. Nam si *duplicis* vocem de natura prædicatam is omnino rejiciendam putat, quomodo et ipse *Com. in Matthæum*, ait : « Stater verus, et intelligibilis, et quodammodo in lignea forma conceptus, hic est Dominus noster Jesus Christus duplex forma. »

Κυρίλλου ἐκ τῶν πρὸς τὰς ἀπορίας ὑπαντήσεων. B *Cyrilli ex responsionibus ad objecta.*

« Ἐν ἰδιότητι τῇ κατὰ φύσιν ἑκατέρου μένοντός τε καὶ νοουμένου, κατά γε τὸν ἀρτίως ἡμῖν ἀποδοθέντα λόγον, ἀῤῥήτως καὶ ἀφράστως ἑνωθεὶς μίαν ἡμῖν ἔδειξεν Υἱοῦ φύσιν, πλὴν σεσαρκωμένην· οὐ γὰρ ἐπὶ μόνων τῶν ἁπλῶν κατὰ τὴν φύσιν τὸ ἓν ἀληθῶς λέγεται. » Ἰδοὺ, φασὶ, τοῦ Υἱοῦ, ὅς ἐστι Χριστὸς, μίαν φύσιν ἔφη. — Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπαγόμενον συνάψαντες, διακρινέτωσαν, εἰ ὀρθῶς συλλογίζονται· εἰ γὰρ τὸ τοῦ Υἱοῦ ὄνομα καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως τεταγμένον ἀντὶ τοῦ Χριστοῦ εἴρηται, οὕτως φρασθήσεται, μίαν ἡμῖν ἔδειξε Χριστοῦ φύσιν, πλὴν σεσαρκωμένην· τοῦτο δὲ ἢ ὡς ἀσάρκου Χριστοῦ δυναμένου ληφθῆναι, ὥσπερ ἀνεπινόητον· ἢ ὡς καὶ πρὸς τῇδε τῇ μιᾷ αὐτοῦ φύσει, καὶ σάρκα C ἐπενδυσαμένου Χριστοῦ· ἔσται οὖν ἐκ λόγου τε καὶ σαρκὸς καὶ ἑτέρας φύσεως σαρκὸς ὢν ὁ Χριστός· καὶ οὐ μόνον δύο φύσεις ἁπλῶς, ἀλλ' ἐκ μιᾶς μὲν τῆς θείας ἁπλῆς, ἐκ δύο δὲ συνθέτων, ἤγουν τῶν ἀνθρωπίνων νοούμενος, ἐκ τριῶν τε φύσεων λεγόμενος λοιπόν· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ δύο φύσεις ἐκ μιᾶς τῆς καθ' ὑμᾶς Χριστοῦ φύσεως, καὶ τῆς ἐπεισαχθείσης Χριστῷ μετὰ τὴν δευτέραν σάρκωσιν αὐτοῦ σαρκὸς φύσεως. sententia sunt in ipso naturæ : una videlicet, ut vos dicitis, Christi propria, altera carnis humanæ, quam secunda vice assumendo sibi Christus ipse copulavit.

« In proprietate suæ naturæ utroque manente et intellecto, Christus, ut jam diximus, arcano quodam et ineffabili modo conjunctus, unam nobis visendam præbuit naturam, nempe carne præditam; non enim de solis secundum naturam simplicibus unum recte prædicatur. » En, inquiunt, Filii, qui Christus est, unam Cyrillus asseruit naturam. — Verum adnectant ii et præcedentibus subsequens verbum, si recte perspicere volunt, utrum bene an male se habeat ipsorum ratiocinium. Etenim si Filii nomen ante carnem assumptam de Christo prædicatum intelligatur, sensus erit unam eum nobis ostendisse Christi naturam, carne præditam. Id autem accipi potest dupliciter, vel quod antea Christus fuerit carnis expers, quod intelligi nullo pacto potest, vel præter suam ipsius naturam fuerit et Christi carne præditus : eritque propterea Christus compositus ex verbo, carne, et tertia alia carnis natura ac specie. Proindeque non erunt in ipso duæ solæ naturæ, sed tres; una simplex ac divina, et duæ compositæ, scilicet humanæ, diceturque Christus his tribus constare. Duæ nihilominus ex vestra

Ἀλλὰ τί μὴ τούτων ἀφέμενοι τῶν παραβλωπισμάτων, ὄμμασιν ὀρθοῖς τὸν σκοπὸν τὸν εἰρημένον κατανοεῖτε ; ὅτι γὰρ υἱότητος φυσικῆς νῦν φησι τὴν αὐτὴν μίαν φύσιν μένειν τῷ Υἱῷ, κἂν προσελάβετο ἄλλην φύσιν, ἰδοὺ αὐτὸς τρανοῖ λέγων· *Οὐ γὰρ ἐπὶ* D *μόνων τῶν ἁπλῶν κατὰ τὴν φύσιν*, υἱῶν δηλαδὴ, *τὸ ἓν ἀληθῶς λέγεται.* Ἆρα οὖν τοῦτο ὑμᾶς μᾶλλον διδάξει ὅτι οὐχ ἁπλοῦς κατὰ τὴν φύσιν ὁ περὶ οὗ τάδε φησὶν Υἱὸς εἷς, ἀλλὰ διπλοῦς ; ἔστι γὰρ κατὰ τὸν Πατέρα, ὃ πολλάκις καὶ ἡμεῖς ὑμῖν εὐηχοῦμεν, καὶ πλειόνων οὐσῶν τῶν φύσεων, ἓν εἶναι τό τε πρόσωπον, καὶ ἕνα τὸν αὐτὸν Υἱὸν φύσει· καὶ οὐ τὴν μὲν τῶν φύσεων, Υἱὸν φύσει· τὴν δὲ, Υἱὸν χάριτι εἶναι· ὥστε σαφῶς τὰ ἡμέτερα λέγων, ἢ τὰ ὑμέτερα, δείκνυται κἀν τούτοις ὁ διδάσκαλος· ὅπου γε, εἰ καὶ οὕτως εἶχεν, ὡς βούλεσθε, πάντα ἂν τὰ ἐν ἑτέροις εἰρημένα τῷ Πατρὶ ὡς περὶ δύο φύσεων Χριστοῦ, τοῖσδε Sed cur deposita cæcitate vestra, Patrum mentem rectis oculis contemplari non vultis? Quod enim Verbum natura Filium manere sanctus Pater hoc loco intelligat, etiamsi naturam aliam Verbum idem assumpserit, ipse clare se explicat, dum ait, *non enim de solis simplicibus*, secundum naturam scilicet, *unum vere dicitur*. Nunquid potius ex hisce colligetis Filium de quo hæc dicuntur, non esse natura simplicem, sed duplicem? Illud enim sanctus Pater intelligit (quod et nos sæpe vobis prædicamus) unam esse multis naturis præditam personam; et unum eumdemque natura Filium, non autem unam ipsius naturam esse natura Filium, aliam esse Filium per adoptionis gratiam. Quandoquidem si ita se res haberet, ut vultis, omnia sancti Patris oracula de duabus Christi naturis quæ alibi occurrunt, cum istis ipsius dictis aperte pugnarent :

Digitized by Google

quod nemini unquam numine divino afflatorum Patrum accidisse credibile est.

Magni Athanasii.

« Confitemur et ipsum esse Dei Filium, atque Deum secundum spiritum, et Filium hominis secundum carnem, non autem duas naturas unum Filium, unam adorandam, aliam non item; sed unam in ipso Dei Verbo naturam *incarnatam*, atque uno eodemque cultu una cum ipsa carne prosequendam. » En, inquiunt, aperte sanctus Pater duas de uno Filio naturas prædicandas negat. — Verum haud inficiatur, miseri, duas in Christo naturas, sed hoc, unam scilicet in ipso naturam adorandam, aliam non item; neque propterea subdit, *uno eodemque cultu unius Filii*, non naturæ, *prosequendam*. Accidit enim per universaliorem quasi quamdam integram personam, ut ipsius partes, hæ scilicet naturæ simul adorentur; quippe cum in eodem qui colitur, Filio similiter ambæ contineantur. Vos autem malitiose verba hæc *unum Filium* interpunctione completa, non, ut nos, simplici commate notatis; atque ita sensum vitiando, priora verba menti vestræ aptatis, reliqua ita profertis, ut integri loci menti minime respondeant. Nunc videamus num re vera Athanasius ea protulerit. Nemo enim vir sanctus circa eadem sibimet ipse contradicere consuevit. Quod autem ea protulerit Apollinaris menti vestræ maxime consona, testantur id in ecclesiastica Historia cum Timotheus quidam ipsius discipulus, tum Polemon ejus familiaris, cujus meminerunt sanctus Pater Cyrillus (15), et Severus Patralœæ episcopus : qui Polemon hæc habet.

« Eumdem ii Christum et Deum et hominem esse dicunt, nec eos pudet unam asserere Dei Verbi naturam incarnatam, quasi compositam. Quod si idem perfectus Deus est, perfectus homo; fateamur oportet duas esse in ipso naturas, quemadmodum nuper commenti sunt Cappadoces, et Diodorus, et Athanasius et arrogantes Italiæ præsules omnes. Atque ita nostri fingunt se cum sancto Apollinari sentire, re ipsa tamen cum Gregorii sectatoribus duas de Christo naturas prædicant. » *Et paulo post:* « Quid se divi Apollinaris discipulos fingunt? Hanc enim sententiam ipse solus protulit, ut duas naturas everteret; quippe qui manifeste scriptum reliquit, et esse Christum Filium Dei secundum spiritum, et Filium hominis secundum carnem, non duas naturas unum Filium, unam adorandam, aliam non item; sed unam Dei Verbi naturam incarnatam, et uno eodemque cultu una cum ipsa carne prosequendam. »

Quis porro non miretur si his omnia similia protulisset Athanasius, qui cum impio Diodoro sentire nuper crimini dabatur? Et si protulisset, accepis-

(14) Affert hoc idem testimonium Leontius et lib. *De sectis*, verum illud Athanasii esse negat. Ad auctoritatem Cyrilli quod attinet, ait, ibi esse mendum, et Dioscorum Cyrilli opera depravare consuevisse.

τοῖς αὐτοῦ ἂν διεμάχετο· ὅπερ οὐδεὶς ἐν πνεύματι Θεοῦ λαλῶν, παθεῖν ὑποπτεύεται.

Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου.

« Ὁμολογοῦμεν καὶ εἶναι αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν κατὰ Πνεῦμα, Υἱὸν ἀνθρώπου κατὰ σάρκα· οὐδὲ δύο φύσεις τὸν ἕνα Υἱὸν, μίαν προσκυνητὴν καὶ μίαν ἀπροσκύνητον, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου *σεσαρκωμένην* καὶ προσκυνουμένην μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μιᾷ προσκυνήσει. » Ἰδοὺ, φασὶ, τὴν δυάδα σαφῶς ἀναιρεῖ τῶν φύσεων ὁ Πατὴρ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ. — Ἀλλ' οὐ τὰς δύο φύσεις, ὦ οὗτοι, ἀνεῖλεν, ἀλλὰ τὸ μὴ θατέραν μὲν εἶναι τῶν δύο φύσεων προσκυνητὴν ἐν τῷ Υἱῷ, θατέραν δὲ ἀπροσκύνητον ἐν αὐτῷ· διὰ γάρ τοι τόδε καὶ ἐπήγαγεν, ὅτι *Ἐν μιᾷ καὶ αὐτῇ προσκυνήσει τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ*, οὐ φύσεως, λέγων· ὡς γὰρ διὰ καθολικωτέρου τινὸς τοῦ ὅλου προσώπου, ἅμα προσκυνεῖσθαι τὰ μέρη αὐτοῦ, ἤγουν τάσδε τὰς φύσεις, συμβαίνει, ὡς ἐμπεριεχομένας τῷ προσκυνουμένῳ Υἱῷ ὁμοίως ἄμφω· ὑμεῖς δὲ σοφιστικῶς τελείᾳ στίζοντες, καὶ οὐχ ὑποστιγμῇ καθ' ἡμᾶς *τὸν ἕνα Υἱὸν*, τὰ πρῶτα μὲν τῶν ῥησειδίων κατὰ σκοπὸν ἑαυτοῖς ἀποτίλαντες διορίζετε, τὰ δὲ ἑξῆς ἀσυνάρτητα παρέλκοντες, ἐν τῷ νοήματι τοῦ ὅλου χωρίου, διελέγχεσθε. Οὕτως μὲν οὖν νοεῖσθω, εἰ ὄντως Ἀθανασίῳ εἴρηται· οὐ γὰρ ἑαυτῷ περὶ τὰ αὐτά τις θεοφόρος στασιάζει. Ὅτι δὲ Ἀπολιναρίῳ εἴρηται τάδε κατὰ τὴν ὑμετέραν ἔννοιαν, Τιμόθεός τις τούτου μαθητὴς ἐν τῇ *ἐκκλησιαστικῇ Ἱστορίᾳ* λέγει, καὶ Πολέμων ὁ συνουσιαστὴς, οὗ Κύριλλος ὁ Πατὴρ καὶ Σεβῆρος ὁ Πατραλοίας μνημονεύουσι φήσαντος οὕτως·

« Θεὸν γὰρ λέγοντες καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν, οὐκ αἰσχύνονται μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην οἷόν τινα σύνθετον ὁμολογοῦντες· εἴ γε Θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτὸς, δύο φύσεις ἄρα ὁ αὐτὸς, καθάπερ ἡ τῶν Καππαδοκῶν εἰσηγεῖται καινοτομία, Διοδώρου τε καὶ Ἀθανασίου ἡ οἴησις, καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ ὁ τύφος· καὶ σχηματίζονται μὲν οἱ δῆθεν ἡμέτεροι φρονεῖν τὰ τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀπολιναρίου, κηρύττουσι δὲ καθάπερ Γρηγόριος τὴν τῶν φύσεων δυάδα. » *Καὶ μετὰ βραχέα·* « Τί δὲ Ἀπολιναρίῳ τῷ θείῳ μαθητιᾷν σχηματίζονται; ταύτην γὰρ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς τῶν φύσεων δυάδος μόνος ἡμῖν ἀπεκύησε, γεγραφὼς ὧδέ πη σαφῶς· καὶ εἶναι αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν κατὰ σάρκα, οὐ δύο φύσεις τὸν ἕνα Υἱὸν, μίαν προσκυνητὴν καὶ μίαν ἀπροσκύνητον, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην καὶ προσκυνουμένην μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μιᾷ προσκυνήσει. »

Τίς οὖν οὐ θαυμάσει, εἰ ὁ μετὰ Διοδώρου τοῦ ἀσεβοῦς διαβαλλόμενος αὐτῷ Ἀθανάσιος τὰ ὅμοια ῥήματα πάντα ἔφη; εἰ δὲ καὶ τάδε ἔλεξε, πῶς καὶ ἐπὶ

(15) Lib. I, *Contra Julianum*, ubi sanctus Pater laudat veteres bene multos, qui de Moyse mentionem fecerunt. Horum in numero censetur et Polemon lib. *Græcarum historiarum.*

Digitized by Google

τῆς αὐτῆς διανοίας τῷδε τάδε εἰπὼν διεβλήθη Ἀπολιναρίῳ καὶ Τιμοθέῳ; πῶς τε πρῶτος Ἀπολινάριος τάδε ἀπεκύησεν, ὡς φασιν οἱ τοῦδε μαθηταί, εἰ τῷ διδασκάλῳ ἡμῶν Ἀθανασίῳ προείρηται; Πῶς δὲ καὶ ὁ οὕτως ταῦτα εἰπών, ἔφη ἂν ἐν τῷ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος λόγῳ· « Οὐκ ἐπιμίγνυται ἡ τοῦ Δημιουργοῦ φύσις καὶ τῶν δημιουργημάτων εἰς ἑνότητα φύσεως, ἀλλὰ δυσφημίας τὸ τοιοῦτον μεγίστης τὴν ὑπεροχὴν τῆς θεότητος καταγούσης εἰς ἑνότητα τῆς ἐκτισμένης οὐσίας. »

A setque eodem sensu quo auctor ipse; quomodo ab Apollinare et Timotheo id ei vitio verteretur? Quomodo primus (16) omnium Apollinaris hæc dixisset, ut ipsius discipuli testantur, si prius a præceptore nostro Athanasio prolata fuissent? Quomodo item hic, orat. 5 *De Trinitate*, diceret : « Non commiscetur opificis, et operum substantia ad naturam unam componendam, sed impietatem hoc maximam continet, cum summam divinitatis dignitatem majestatemque ita deprimat, ut cum creatura conjungi dicatur. »

Εἰ οὖν καὶ Κύριλλος αὐτὴν παράγει ὁ διδάσκαλος, ὡς Ἀθανασίου, οὐ τῶν ἀδυνάτων ἦ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἔννοιαν, ἢ κατὰ ῥᾳδιουργίαν τινῶν ταύτῃ προσεχθῆναι αὐτὸν ὡς Πατρικῇ καὶ οὐχ αἱρετικῇ μαρτυρίᾳ.

Si ergo et magister noster Cyrillus auctoritatem eamdem sub Athanasii nomine laudat (17); fieri facile potuit, ut vel eodem sensu quo nos, eam acceperit, vel quorumdam malitia deceptus eam bona B fide tanquam sancti Patris, non hæretici testimonium protulerit.

Ἰουλίου τῆς Ῥώμης, ὡς δοκεῖ, ἐκ τῆς (18) [*περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἑνότητος τοῦ σώματος πρὸς τὴν θεότητα.*]

Julii episcopi Romani, ut videtur, ex libro de conjunctione in Christo corporis cum divinitate (19).

« Ὁμολογεῖται δὲ ἐν αὐτῷ τὸ μὲν εἶναι κτιστὸν ἓν ἑνότητι τοῦ ἀκτίστου, τὸ δὲ ἄκτιστον ἐν συγκράσει τῷ κτιστῷ, φύσεως μιᾶς ἐξ ἑκατέρου μέρους συνισταμένης ἐνέργειαν, καὶ τοῦ Λόγου συντελέσαντος εἰς τὸ ὅλον μετὰ τῆς θείκης τελειότητος· ὅπερ ἐπὶ τοῦ κοινοῦ ἀνθρώπου ἐκ δύο μερῶν ἀτελῶν γίνεται, φύσιν μίαν πληρούντων, καὶ ἑνὶ ὀνόματι δηλουμένων. » — Ταύτην πρῶτα μὲν Ῥωμαῖοι οὐ καταδέχονται εἶναι Ἰουλίου· οὐδὲ γὰρ εὕρηται ἐν ταῖς βίβλοις τῶν ἀρχαίων τι τοιόνδε τοῦ ἀνδρός· Ἰωάννης δὲ ὁ Σκυθοπόλεως ἐπίσκοπος φιλοπονήσας ἐν τοῖς παλαιοτάτοις Ἀπολιναρίου συγγράμμασιν, εὗρεν ἐπὶ λέξεως τὴν χρῆσιν. Ὅτι δὲ Ἀπολιναρίου ἐστὶ, δηλοῖ καὶ τὸ ἐπαγόμενον ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ μετά τινα φύλλα· ἔφη γὰρ μὴ ζωοῦσθαι καὶ ὑπὸ ψυχῆς τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, ὅπερ Ἰούλιος οὔποτε ἂν ἔφη· ἔχει δὲ οὕτως· « Οὕτω γὰρ ἔζησε τὸ σῶμα θεότητος ἁγιασμῷ, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνης ψυχῆς κατασκευῇ. » Ὅτι δὲ πάλαι καὶ ἄψυχον ἐδογμάτισεν Ἀπολινάριος εἶναι τὸν Κύριον, εἶτα ὡς ἐκ μεταμέλου ἄνουν καὶ ἄψυχον λέγειν αὐτὸν μετέμαθε, Σωκράτης ἐν τῇ *Ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ* φησὶν οὕτως περὶ αὐτοῦ καὶ τῶν ἀμφ' αὐτόν· « Καὶ πρότερον μὲν ἔλεγον μὴ ἀνειληφέναι ψυχὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τῆς ἐνανθρωπήσεως· εἶτα ὡς ἐκ μετανοίας ἐπιδιορθούμενοι προσέθηκαν ψυχὴν μὲν ἀνειληφέναι, νοῦν δὲ οὐκ ἔχειν, ἀλλ' εἶναι τὸν Θεὸν Λόγον ἀντὶ νοῦ εἰς τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον. »

« In confesso est, in ipso esse quid creatum cum increato conjunctum, et aliquid increatum cum creato commistum; ex utroque compositam esse naturam unam, et ad totius complementum peculiarem quamdam virtutem divina sua perfectione contulisse et Verbum. Quod in vulgari homine duabus imperfectis partibus composito fieri consuevit; quæ partes naturam unam conficiunt, et uno eodemque nomine appellantur. » — Primum C auctoritatem hanc esse Julii negant Romani, quia in veterum libris nullum hujusmodi testimonium ipsius nomine inscriptum occurrit. Præterea Jo. Scythopoleos episcopus, qui circa Apollinarii vetustissima scripta diu multumque laboravit, auctoritatem illam in hisce scriptis exaratam iisdem omnino verbis invenit. Quod autem sit Apollinarii, manifeste declarat et id, quod in eodem libro pauca post folia adjicitur. Ait enim Domini corpus humana anima, et vita destitutum : quod Julius profecto nunquam dixit. Ita porro ibi legitur : « Corpus enim, ait, vitam trahebat a divinitatis sanctitate, non ab humanæ animæ facultate. » Quod autem Apollinaris Dominum anima destitutum primum dixerit; deinde quasi pœnitentia D ductus, eum mente carere, non anima docuerit : testatur id in *Ecclesiastica historia* [19] Socrates, qui de Apollinario, et ipsius asseclis hæc habet : « Ii primum asseruerunt Dei Verbum anima destitutam carnem assumpsisse; deinde quasi pœnitentia ducti, se suamque sententiam corrigendo, dixerunt Verbum animam una cum carne sumpsisse, sed mente destitutam, idemque in homine assumpto mentis carere vicem. »

[19] Lib. II, cap. 46.

(16) Non primus, sed solus, ait Polemon supra laudatus.

(17) In Apologetico pro duodecim Capitulis, et Invect. contra Theod.

(18) Sic in Leontii codice mutilus est titulus; sed idem titulus integer a me observatus fuit in alio codice Vat. cum multo ampliore epistolæ hujus fragmento, quod in calce Leontii recitandum curabo.

(19) In conjunctione in Christo, ἐκ τοῦ περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἑνώσεως, ut alibi Leontius testimonium idem laudans asserit.

Digitized by Google

Ejusdem Julii episcopi Romani, ex epistola (20) *ad Dionysium* (21).

« Una est in Christo natura, quia una est et persona, quæ profecto in duas non dividitur. Haud enim una corporis propria natura est in Christi carne assumpta, alia propria divinitatis, sed quemadmodum homo naturam unam habet, ita et Christus, qui hominibus assimilatus est. Quod si ii non agnoscunt hanc naturæ unitatem, quæ ex multorum conjunctione manat; profecto dividere potuerunt unam quamlibet rem in partes plures. Siquidem humanum corpus, ex. gr., constat rebus multis substantia diversis, ossibus, nervis, venis, carne, pelle, unguibus, pilis, sanguine et spiritu; quæ licet ab se invicem differant, unam tamen in homine naturam conficiunt. Quocirca et divinitatis veritas cum humano corpore conjuncta unum est, nec in naturas plures dividitur. » *Et paulo post:* « Necesse enim est (ait) eos qui naturas duas profitentur, adorare unam, et non alteram, et per divinam nos sacri fontis unda lavari, non item et per humanam. Quod si per unam Domini mortem omnes eadem salubri unda mundamur, unam etiam fateamur oportet naturam ex impassibili divinitate et passibili carne conflatam, ut ita lavacrum nostrum per divinitatem simul et Domini mortem perfici vere dicatur. » *Et post pauca rursum hæc habet:* « Caveat ergo qui duas in Christo naturas asserunt, ne Christum ipsum dividentibus ansam præbeant. Nam neque corpus aliquod per se subsistens natura est, nec ipsum per se vivit, neque seorsim a vitali Verbo dividi potest, neque Verbum divisum a carne naturam suam habet, quam a carnis experte divinitate trahit. Quandoquidem Dominus in mundum venit carne præditus, non ea destitutus. Neque creatum corpus vivit sine increata divinitate, quo creata natura dividi possit; nec increatum Verbum in mundum venit sine corpore, quo quis increati quoque naturam dividere queat. Si vero utrumque unum est ob ipsorum arctam conjunctionem et copulam, compositionemque humano composito similem; unum quoque composito nomen aptari debet eique tribui multiplex proprietas, ut ob divinitatem increatum, ob carnem contra creatum, et per hanc pati posse vere dicatur. Et quemadmodum cum ab apostolo Paulo Christum fuisse passum audimus, hoc de toto Christo, non de parte dictum accipimus, neque propterea divinitatem passam fuisse credimus; ita cum creatus, atque servus idem prædicatur, hoc de toto, non de sola parte dicitur, neque propterea divinitatem creatam atque servam dicere videtur. »

Quod auctoritas hæc perperam Julio (22) asceribatur, quodque propterea nulla vi polleat, id consideranti liquido patebit; nec ad eam evertendam futilibus commentationibus opus esse arbitramur. Quod enim recens hæc sit, adversariorum malitia excogitata, quivis ex eo facile perspicere

(20) Hanc eamdem epistolam refellit Leontius et libro *De sectis*, sect. 8.

(21) Integram hanc epistolam legas, t. I, p. 148. Supplement. P. Dominici Mansi.

(22) Hæc leviter attigit Leontius et libro *De sectis*, sect. 8.

Τοῦ αὐτοῦ Ἰουλίου ἐπισκόπου Ῥώμης ἐκ τῆς πρὸς Διονύσιον ἐπιστολῆς (23).

« Μία φύσις ἐστὶν, ἐπειδὴ πρόσωπον ἓν, οὐκ ἔχον εἰς δύο διαίρεσιν· ἐπεὶ μὴ ἰδία φύσις τὸ σῶμα, καὶ ἰδία φύσις ἡ θεότης κατὰ τὴν σάρκωσιν, ἀλλ' ὥσπερ ἄνθρωπος μία φύσις, οὕτως καὶ ὁ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. Εἰ δὲ οὐκ ἐπιγινώσκουσι τὸ καθ' ἕνωσιν ἕν, δύνανται καὶ εἰς πολλὰ καταμερίζειν τὸν ἕνα, καὶ πολλὰς λέγειν φύσεις· ἐπειδὴ πολυειδὲς τὸ σῶμα ἐξ ὀστέων καὶ νεύρων καὶ φλεβῶν καὶ σαρκῶν καὶ δέρματος καὶ ὀνύχων καὶ τριχῶν καὶ αἵματος καὶ πνεύματος, ἅπερ πάντα διαφορὰν μὲν ἔχει πρὸς ἄλληλα, μία δὲ φύσις ἐστίν· ὥστε καὶ ἡ τῆς θεότητος ἀλήθεια μετὰ τοῦ σώματος ἓν ἐστι, καὶ εἰς δύο φύσεις οὐ μερίζεται. » *Καὶ μετὰ βραχέα·* « Ἀνάγκη γὰρ αὐτοὺς δύο λέγοντας φύσεις, τὴν μὲν μίαν προσκυνεῖν, τὴν δὲ ἑτέραν μὴ προσκυνεῖν· εἰς μὲν τὴν θεϊκὴν βαπτίζεσθαι, εἰς δὲ τὴν ἀνθρωπίνην μὴ βαπτίζεσθαι. Εἰ δὲ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου βαπτιζόμεθα, μίαν ὁμολογοῦμεν φύσιν τῆς ἀπαθοῦς θεότητος καὶ τῆς παθητῆς σαρκὸς, ἵνα οὕτως εἰς Θεὸν ᾖ τὸ βάπτισμα ἡμῶν καὶ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου τελούμενον. » *Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν·* « Μὴ οὖν τοῖς διατέμνουσι πρόφασιν δότωσαν οἱ δύο λέγοντες φύσεις· οὔτε γὰρ τὸ σῶμα καθ' ἑαυτὸ φύσις, μηδὲ ζωοποιὸν καθ' ἑαυτὸ, μηδὲ διατέμνεσθαι δυνάμενον, ἄνευ τοῦ ζωοποιοῦ· οὔτε ὁ Λόγος καθ' ἑαυτὸν εἰς ἰδίαν μερίζεται φύσιν ἣν ἔχει κατὰ τὸ ἄσαρκον· ἐπειδὴ ἐν σαρκὶ Κύριος, καὶ οὐκ ἄσαρκος ἐπεδήμησε τῷ κόσμῳ· οὔτε τὸ κτιστὸν σῶμα ζῇ χωρὶς τῆς ἀκτίστου θεότητος, ἵνα χωρίζῃ τις φύσιν κτιστήν· οὔτε μὴν ὁ ἄκτιστος Λόγος ἐπεδήμησε χωρὶς σώματος, ἵνα μερίζῃ τις ἀκτίστου φύσιν. Εἰ δὲ ἑκάτερόν ἐστι κατὰ τὴν ἕνωσιν καὶ τὴν σύνοδον καὶ τὴν σύνθεσιν τὴν ἀνθρωποειδῆ, ἓν καὶ τὸ ὄνομα τῷ συνθέτῳ προσαρμόζεται· ἀπὸ μὲν τῆς θεότητος τὸ ἀπαθὲς, ἀπὸ δὲ τοῦ σώματος τὸ παθητόν. Καὶ ὥσπερ ἀκούοντες τοῦ Παύλου τὸν Χριστὸν παθητὸν, οὔτε μερικῶς ἠκούσαμεν, οὔτε τὴν θεότητα παθητὴν ἐνομίσαμεν, οὕτως καὶ τὸ κτιστὸν καὶ δοῦλον, οὔτε μερικῶς λέγεται, οὔτε τὴν θεότητα ποιεῖ κτιστὴν οὔτε δούλην. »

Ταύτην τὴν χρῆσιν εἴ γε προσεχόντως ἐπεσκέπτοιεν οἱ ἐντυγχάνοντες, οὔτε διαβολῆς οἰόμεθα χρῄζειν εἰς ψευδεπίγραφον, οὔτε ἀνατροπῆς εἰς τὸ ἀνίσχυρον· Ὅτι μὲν γὰρ πρόσφατον ἡ ταύτης σκαιωρία, συνίδοι τις ῥᾷστα, τῷ μηδὲ Διοσκόρῳ μηδὲ Σεβήρῳ μηδὲ τοῖς παλαιοτέροις τῆσδε τῆς ἀσεβείας αἱρεσιάρχαις

(23) Edita fuit hæc epistola a L. Muratorio in *Anecdotis Græcis*, qui et eadem Julio papæ, duce præsertim Leontio *De sect.* sect. 8, prorsus abjudicavit in perdocta quam subtexuit disquisitione, et Apollinaris hæretici esse pervicit.

Digitized by Google

παράγεσθαι· δῆλον γὰρ ὅτι ἢ διὰ τὴν διαβολὴν τοῦ εἰπόντος, ἢ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ἀσεβήματος, καὶ ἐκείνοις τοῖς λίαν προσκειμένοις τῷ δόγματι, παρώφθη πάντα τὰ Ἰουλίου καὶ τῶν λοιπῶν Πατέρων μυριάκις σπουδαίως περιεργασαμένων, ἵνα τι πρὸς συνηγορίαν τοῦ οἰκείου φρονήματος ἀναλέξωνται. Ἄλλως τε τῷ γε ψιλῶς πως τοῖς Ἀπολιναρίου ἐντυγχάνοντι προγενεστέροις συγγράμμασι *περὶ τῆς οἰκονομίας*, οὐδ' ἀμφιβολίας εἶναι ἄξιον δόξει τὸ γνήσιον αὐτῷ τῆσδε τῆς χρήσεως· ἄνω τε γὰρ καὶ κατὰ τὰ δύο μέρη τῆς φύσεως Χριστοῦ, σῶμα μόνον καὶ θεότητά φησι, σάρκα τὴν ὡς σῶμα, οὐ μὴν ὡς ἀνθρωπότητα λαμβανομένην καὶ Λόγον· ἀνθρωποειδῆ δὲ τὴν Χριστοῦ ἕνωσιν καλεῖ· ὅπερ ἦν ἰδιαίτατον ἐκείνου δόγμα λέγοντος, πάλαι μὲν ἀντὶ ψυχῆς σώματι ἀνθρωπείῳ ἐγγενέσθαι τὴν θεότητα καὶ μίαν φύσιν ἀπαρτίσαι ἄψυχον θείαν τὸν Χριστὸν, ὕστερον δὲ ὑφήσαντος ποσῶς τῇ ἀσεβείᾳ ἀντὶ νοῦ ψυχικοῦ ἐνεῖναι τὴν θεότητα ἐν Χριστῷ μετὰ τοῦ Λόγου τῆς ψυχῆς μέρους δογματίζοντος· ἀλλ' οὕτω μὲν εὐφώρατος ἡ κατὰ τοῦ Πατρὸς διὰ τῆς ἐπιγραφῆς συκοφαντία· ἡ δὲ κατὰ τοῦ Κυρίου βλασφημία ὅση ἐστὶν ἐν τοῖσδε τοῖς ῥησειδίοις ἐξεταστέον λοιπὸν τὰ πλεῖστα ἐν αὐτοῖς ἀλόγιστα καθ' ἓν βασανίζοντας.

potest, quod eam neque Dioscorus, neque Severus, nec alii veteres hujus impietatis magistri produxerint. Perspicuum enim est et hos ipsos qui huic dogmati impense favent, vel aperta calumnia, vel nimia impietate deterritos, hac in re præterire consulto Julii aliorumque Patrum opera omnia, cum cæteroquin in eo vel maxime laborare consueverint, ut ex eorum scriptis auctoritates aliquas ad suæ sententiæ probationem depromerent. Quanquam qui Apollinaris vetusta *De Christi dispensatione* scripta primis labris attigit, ne dignum quidem putabit, quod in dubium id revocetur; sitne ge nuinum, annon, hoc Julii testimonium. Passim enim cum duas Christi naturæ partes, corpus scilicet solum, atque divinitatem commemorat; tum Verbum humanam duntaxat carnem, corpus scilicet, non integram humanitatem assumpsisse prædicat, atque Christi compositionem humanæ similem appellat, quod erat præcipuum ipsius Apollinarii dogma, qui primum asseruit divinitatem animæ vicem gerere, unamque solam in Christo naturam divinam anima destitutam esse; deinde nonnihil de impietate sua quodammodo remittendo, mentis humanæ duntaxat officio fungi divinitatem in Christi anima docuit, asseritque Verbum esse ipsius animæ partem. Quod itaque laudata epistola perperam Julio tribuatur, ex dictis manifeste liquet : quanta vero per eam Christo Domino fiat injuria, consideranti patebit, si voculas ipsas, earumque maxima absurda accurate perpendere velimus.

« Μία φύσις ἐστὶ, φησὶ, ἐπειδὴ πρόσωπον ἕν. » Ἆρα οὖν ὅπου πλείονα πρόσωπα, πάντως καὶ φύσεις πλείους· καὶ μὴν τρία τὰ θεῖα πρόσωπα, φύσις δὲ μία· οἷς ἔμπαλιν ἔχει ὁ τῆς οἰκονομίας λόγος, ᾗ φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος. Ἔτι μὴν ἐπεὶ καὶ τοῦ μύδρου ὑπόστασις μία, εἴτουν πρόσωπον, μία καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ πυρὸς καὶ σιδήρου φύσις ἐστίν· ἢ παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας δοξάζομεν τάδε. Εἶτά φησι, « Οὐκ ἔχον εἰς δύο διαίρεσιν, ἐπεὶ μὴ ἰδία φύσις ἡ θεότης κατὰ τὴν σάρκωσιν. » Τὸ οὖν, ἰδία, τοῦτό φησιν· εἰ μὲν κατὰ τόπον, ὄντως οὐκ ἔστιν ἰδίᾳ θάτερον ἀπὸ θατέρου· οὐκ ἔστι γὰρ αὐτοῖς τοπικὸς διορισμὸς, ὅτι ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ τοῦ Χριστοῦ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· εἰ δὲ κατὰ Λόγον, οὐκ ἔστιν ἑκατέρα ἰδιάζουσα φύσις ἐκ θατέρας· τοῦτο γὰρ ἐσαφήνιζε διὰ τῶν μετὰ βραχέα, λέγων· « Μίαν ὁμολογοῦμεν φύσιν τῆς ἀπαθοῦς θεότητος καὶ τῆς παθητῆς σαρκός· καὶ οὔτε ἡ ἀπάθεια τοῦ Λόγου, οὔτε τὸ πάθος τῆς σαρκὸς ἴδιον, δῆλον πᾶσιν ὡς καὶ ὁ Λόγος αὐτῆς εἰς ἴδιον λόγον ἔπαθε, καὶ ἡ σὰρξ ἰδίῳ λόγῳ οὐκ ἔπαθεν· ἐζωοποίησέ τε οὐ μόνον ὁ Λόγος τὴν σάρκα, ἀλλὰ καὶ ἡ σὰρξ τὸν Λόγον, εἴτουν ἡ ἀνθρωπότης, ἢ ὡς οὗτος λέγει, τὸ σῶμα τὴν θεότητα. »

« Una natura est, ait, quandoquidem una est persona. » Nunquid ergo ubi sunt personæ plures, ibi quoque sunt naturæ plures? Atqui tres in divinitate sunt personæ, natura tamen una : contra vero se res habet in ipsa Christi dispensatione, teste Gregorio Theologo. Præterea cum ferri candentis una sit subsistentia, seu persona; nunquid una in eo et ignis, et ferri natura? Hæcne contra communes a natura nobis insitas leges ita se habere putamus? Adjicit deinde : « Quæ in duas dividi nequit, quandoquidem divinitas haud seorsim a carne assumpta in Christo subsistit. » Hoc est : quod attinet ad locum vere unum seorsim ab alio non subsistit, quandoquidem loco non distinguuntur, cum in humana Christi carne tota divinitatis plenitudo corporaliter degat : quod vero spectat ad Verbum, profecto dici nequit naturam unam seorsim ab alia secundum se degere, quod paulo post ita declaravit : « Unam, inquit, confitemur naturam impassibilis divinitatis, atque passibilis carnis. Quod porro neque carere passionibus proprium sit Verbi, nec iis obnoxium fieri proprium sit carnis; id ex eo liquido patet, quod Verbum in propria persona passum, non item in propria persona passa caro vere dicatur. Et non modo Verbum carnem, sed etiam caro vivificavit Verbum, scilicet humanitas (vel, ut hic ait), corpus vivificavit divinitatem. »

Ὧν τίς βλασφημίας ὑπέρτερος λόγος; Ἀλλὰ τὸν περὶ τὰς ἀσεβεῖς διανοίας συμβαίνοντα σάλον ἐξ ἀδρανείας τοῦ ψεύδους, καὶ διὰ τῶν ἑξῆς σκοπητέον. « Οὔτε γὰρ τὸ σῶμα καθ' ἑαυτὸ φύσις, φησὶ, μηδὲ ζωοποιὸν καθ' ἑαυτὸ, μηδὲ διατέμνεσθαι δυνάμενον. »

Quibus quid absurdius dici potest. quid a pietatis ratione alienius? Sed consideremus et ex sequentibus impiarum cogitationum æstum ac fluctum, qui instabili mendacio suscitatur. « Corpus enim, ait, nec ipsum per se subsistens natura est

Digitized by Google

neque per se vitale, nec hujusmodi, quod scindi queat. » Nunquid ergo quia non habet ex intima sui natura, ut vitale sit, ne illud quidem habet, ut scindi possit? an unum quidem ab intima sua natura habet, alterum vero nequaquam? Ac deinceps ex conjunctione cum eo, quod natura sua vivificum est et individuum, obtinuit utrumque. Quod si caret suis proprietatibus, et corporis natura vim suam exserendo dividi se posse patefecit in Christo : si neque Verbum, neque caro discindi poterant, quis circumcisus est? quis clavis confixus? quis lancea transverberatus? Nisi hæc specie tenus, et umbræ contigisse dicant.

A Ἆρα γοῦν ὥσπερ οὐκ ἔχει τὸ ζωοποιὸν ἐκ τοῦ ἰδίου λόγου, οὕτως οὐδὲ τὸ διατέμνεσθαι ἔχει ἐκ τοῦ ἰδίου λόγου τὸ σῶμα· ἢ ἐκ μὲν τοῦ λόγου τῆς ἰδίας φύσεως θάτερον ἔχει, ἕτερον δὲ οὔ· ἐκ δὲ τῆς πρὸς ζωοποιὸν καὶ ἀδιάτμητον φύτει δν ἑνώσεως, ἀμφότερα ἔλαβεν· ἄλλως δὲ, εἰ μὴ ἔχει τὰ ἴδια, καὶ ἐπεδείξατο ἐνεργείᾳ ἡ φύσις τοῦ σώματος τὸ διατμητὸν αὐτῆς ἐν Χριστῷ, οὔτε τῆς σαρκὸς οὔσης διατμητῆς, τίς περιετμήθη; τί; δὲ ἥλοις κατεπερονήθη; τίς δὲ λόγχῃ διηρέθη, πλὴν εἰ μὴ φαντασία τις καὶ σκιᾶς τύπος.

Videamus autem quanta scateat dementia quod adjicitur. Ait enim : « Neque Verbum in propriam naturam secernitur, quam habet in carnis experte divinitate. » Retinet ergo, sapientissimi viri, propriam naturam Verbum (qua carnis expers est) etiam posteaquam carnem assumpsit. Quomodo ergo vestros non insectamini? Ecquid ad hæc alia respondere nobis poteritis? An et humanitas Christi Domini, qua caro est, suam retinet naturam, etiamsi Verbum eam statim procreatam sibi copulavit : an sola natura Verbi carnis expers in suo statu mansit, atque vana quædam species fuit illa, qua Christus humana carne præditus apparuit? Nam si vera caro fuisset, duæ profecto naturæ convenissent in unam, eamdemque communem subsistentiam. Quid ad hæc? nonne per conjunctionem utrumque fit unum, vir eximie? at si vere unum, quomodo utrumque? Si vero utrumque, quomodo secundum idem erit unum? Nonne perspicuum est idem dici unum ob unitatem personæ, et utrumque ob naturam duplicem? Minime, inquit, sed hoc dicitur ob compositionem humanæ prorsus similem. Quid ergo? Salva manente natura corporis et animæ, nunquid et aliam (24) præter hasce naturam esse in homine novimus, annon? Si negemus, nec in Christo Domino salva manente divinitate et humanitate, necesse nobis erit comminisci communionem aliam naturam; si vero affirmemus, contendamusque præter animæ, et corporis substantiam inesse et communiorem aliam quænam erit in Christo similis huic natura, quæ vos, ista species naturalis et suprema?

B Τὸ δὲ ἐπαγόμενον ὅσης γέμει τῆς ἀνοίας προσεκτέον· φησὶ γάρ· « Οὔτε ὁ Λόγος εἰς ἰδίαν μερίζεται φύσιν ἣν ἔχει κατὰ τὸ ἄσαρκον. » Ἔχει οὖν, ὦ σοφοί, κατὰ τὸ ἄσαρκον ἰδίαν φύσιν ὁ Λόγος ἔτι καὶ ἐπιδημήσας ἐν σαρκί· καὶ πῶς τῶν ὑμετέρων οὐκ ἐπαΐοιτε; τί τε ἡμῖν προσεπερωτῶσιν ὑμᾶς ἀποκριθήσεσθε; ἄρα γὰρ καὶ ὁ Κυριακὸς ἄνθρωπος ἔχει ἰδίαν φύσιν κατὰ τὸ σαρκικὸν, εἰ καὶ ἐνθέως ἐπεδήμησεν, ἢ τοῦ Λόγου μόνον σώζεται ἡ φύσις ἡ ἄσαρκος; δόκησις δὲ ἦν ἡ φανέρωσις τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου; εἰ γὰρ ἀληθείᾳ ἦν ἡ φανέρωσις τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου; εἰ γὰρ ἀληθείᾳ ἦν δύο φύσεις, ἑκατέρα τῶνδε συνάγουσιν εἰς μίαν κοινὴν ὑπόστασιν συνηγμένας τὴν αὐτοῦ. Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις τί φησιν; εἰ δὲ ἓν ἑκάτερόν ἐστι κατὰ τὴν σύνοδον· ὦ ἄνθρωπε, εἰ ἕν, πῶς ἑκάτερον; εἰ δὲ ἑκάτερον, πῶς ἓν C κατὰ τὸ αὐτὸ ἔσται; Οὐκοῦν σαφὲς ὅτι ἓν μὲν κατὰ τὸ πρόσωπον, ἑκάτερον δὲ κατὰ τὰς φύσεις ἐστίν. Οὐχὶ, φησὶν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀνθρωποειδῆ σύνθεσιν. Τί οὖν; σωζομένης φύσεως ψυχῆς καὶ σώματος, ἴσμεν καὶ ἑτέραν φύσιν εἶναι τὸν ἄνθρωπον παρὰ τάσδε, ἢ οὐχί; εἰ μὲν οὖν οὐχὶ, οὐδὲ ἐπὶ τοῦ Κυρίου σωζομένης θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, φύσις ἐστὶ αὐτῷ ἡ καθολικωτέρα μία· εἰ δὲ σωζομένων τούτων, οἰόμεθα ἐπιγενέσθαι καὶ τὴν κοινοτέραν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν παρὰ ταύτας ἑτέραν οὖσαν, τίς ἂν εἴη καὶ ἡ ἐπὶ Χριστοῦ ἡ ἐπιγενομένη φύσις, ἣ οὔτε θεία οὔτε ἀνθρωπίνη ἐστί; καὶ τί τὸ φυσικὸν τοῦτο εἶδος τὸ ὑπέρθεον, εἴπατε· ἀλλ' οὕτως μὲν τάδε. hominis naturam, ab utraque illa prorsus diversam: neque divina sit, neque humana? Qualis, amabo

Hæc cum ita sint, quale composito nomen tribuendum putatis? Equidem si tale sit, quod subsistentiam significet, nihil oppono; si vero naturam significet, quæro quænam sit hæc natura per hocce nomen significata? Profecto si diversa dicatur ab divina et humana, qualis erit? si vero sit eadem ac divina, non erit propria compositi denominatio, quippe cum ante compositionem exstiterit cum natura, tum ipsius nomen : si vero sit eadem ac

D Ἐν δὲ τῷ συνθέτῳ ὄνομα τὸ ποῖόν φατε προσαρμόζεσθαι; εἰ μὲν τὸ ὑποστατικὸν, ἀναντίῤῥητος ὁ λόγος· εἰ δὲ φυσικὸν, τίς αὐτῷ ἡ ὑποκειμένη φύσις, καὶ διὰ τοῦδε προσαγορευομένη; εἰ μὲν γὰρ ἑτέρα παρά τε τὴν θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα, ποία ἂν εἴη; εἰ δὲ ἡ τῆς θεότητος, οὐ τοῦ συνθέτου ἰδίως ἡ ὀνομασία ὡς συνθέτου· καὶ πρὸ γὰρ τῆς συνθέσεως ἦν ἥ τε φύσις καὶ τὸ ὄνομα· εἰ δὲ τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ οὕτως οὐ τοῦ συνθέτου ἡ προσηγορία· καὶ πρὸ

(24) Putant nonnulli inesse singulis individuis naturam quamdam communem, a particulari cujusque natura distinctam : cum enim mens nostra sibi finxerit ideas quasdam communes, quæ singulis individuis aptantur, hinc putarunt exsistere et naturas communes ab ideis illis repræsentatas. Nimirum ignorant ideas, ut logici loquuntur, *abstractas* nullum in rerum natura objectum habere.

Digitized by Google

γὰρ τῆς ἑνώσεως τῆσδε ἦν ἡ τε φύσις καὶ ἡ κλῆσις αὕτη ὡμολογημένως πᾶσιν. Ἀλλ' ἵνα πάντα παρίδωμεν, πῶς ἓν ὄνομα φυσικὸν δεῖν εἰδέναι κατὰ τοῦ συνθέτου λέγοντες ὅλου, δύο τε καὶ ἐναντία αὐτοῦ καταφάσκετε, κτιστόν τε καὶ ἄκτιστον αὐτὸ λέγοντες; καὶ τό γε λίαν παραδοξότερον, ὅτι ἀπὸ μὲν τῆς θεότητος, μόνον τὸ ἄκτιστον καὶ ἀπαθὲς φάσκοντες εἶναι αὐτοῦ, ἀπὸ δὲ τοῦ σώματος τὸ κτιστὸν καὶ παθητόν, οὔτε μερικῶς ἀκούειν οὔτε λέγειν τάδε ἐπὶ Χριστοῦ εἰρήκατε, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὅλου Χριστοῦ; Συγχωρήσαντες δὲ ὑμῖν ὡς ἂν καὶ βούλεσθε παλιλλογεῖν, ἐπαγάγοιμεν τοῖς παρ' ὑμῶν ἀναγκαίως, ὡς εἴπερ ὁμοτίμως περὶ ἑκατέρου τῶν ἐν Χριστῷ τὰ ἐναντία δοξάζετε, καὶ τὸ ὅλον κατὰ φύσιν ἴστε τοιόνδε Χριστοῦ, ὃ ἂν ἐκ θατέρας τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων λέγεται κατὰ τῆς ὅλης ὑποστάσεως αὐτοῦ, ἆρα γε ὥσπερ ἀληθῶς παθητὴ καὶ κτιστὴ ἡ σὰρξ αὐτοῦ, οὕτως γε καὶ ἡ θεότης αὐτοῦ· καὶ ὥσπερ ἀπαθὴς καὶ ἄκτιστος ἡ θεότης αὐτοῦ, οὕτως γε καὶ ἡ σάρξ· ἃ πρὸς τῷ βλασφήμῳ ἔχει καὶ τὸ ἀδύνατον σαφῶς· οὐ γὰρ ἔστιν ἐν ταυτῷ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως πάντη τὰ ἐναντία, πώποτέ τινος καταφάσκεσθαι.

A humana, ne ita quidem propria compositi denominatio erit, quippe cum ante hujusce conjunctionem et natura, et denominatio cunctis innotesceret. Sed missa faciamus hæc omnia. Quomodo toti composito naturale nomen unum tribuit oportere contenditis, atque de ipso contraria prædicatis, creatum scilicet esse, et increatum? et, quod absurdius est, quomodo dicitis Christum id habere a natura divina, quod sit increatus et impassibilis : ab humana contra, quod sit creatus atque passibilis; simulque contenditis hæc non de parte, sed de toto Christo prædicari? Quæ si concederemus ita se habere, quemadmodum vultis, eadem semper deblaterando, vestris tamen dictis adhuc instarem. Si de utraque Christi parte contraria B prædicatis, et universalem totius Christi naturam hoc ferre putatis, ut quidquid unius partis proprium est, id de tota ejus persona et subsistentia prædicetur; an quemadmodum vere passibilis est, et creata ejus caro, ita et divinitas? et quemadmodum pati nequit, et creationis expers est divinitas, ita et ejus caro? Quæ profecto præterquam quod manifestam præ se ferunt impietatem, fieri nullo pacto possunt. Nam fieri nequit, ut uni eidemque secundum idem eodemque modo contraria conveniant.

Τοῦ αὐτοῦ Ἰουλίου ἐκ τοῦ περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἑνώσεως.

« Ὁμολογῆται δὲ ἐν αὐτῷ τὸ μὲν εἶναι κτιστὸν ἐν ἑνότητι τοῦ ἀκτίστου, φύσεως μιᾶς ἐξ ἑκατέρου μέρους συνισταμένης, μερικὴν ἐνέργειαν καὶ τοῦ Λόγου συντελέσαντος εἰς τὸ ὅλον, μετὰ τῆς θεϊκῆς τελειότητος, ὅπερ ἐπὶ τοῦ κοινοῦ ἀνθρώπου ἐκ δύο μερῶν ἀτελῶν γίνεται, μίαν φύσιν πληρούντων καὶ ἑνὶ ὀνόματι δηλουμένων. » Σαφὲς ἄρα ὡς τῆς φύσεως τοῦ οἰκείου ὅλου τῆς μιᾶς, ἤγουν τῆς Χριστοῦ, ἡ θεϊκὴ τελειότης· μέρος οὖν φυσικὸν καὶ ἐλάττων ἐστὶ φύσις, καὶ οὐ μόνον γυμνὴ σαρκὸς κρίνοιτο τοῦ Λόγου πρὸς Χριστόν· ὅπερ εἰ ὁ Ἰούλιος ἔφη, ὄντως ὁ βουλόμενος σκοπείτω.

Ejusdem Julii ex epistola de unione in Christo.

« Confitemur in eo esse creatum cum increato unitum, siquidem una natura ex utraque parte componitur, et Verbum, secundum divinam perfectionem, partialem operationem in totum perficit, quod in homine vulgari fit composito ex duabus C partibus, quæ unam constituunt naturam et uno nomine appellantur. » Apparet igitur, perfectionem divinam ad unam naturam ex ipsius totalitate compositam, id est ad Christum pertinere : pars naturalis atque minor est natura, nec solum carnis expers judicetur Verbi quoad Christum. Quod num Julius vere dixerit, quicunque voluerit expendet.

Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ, ὡς φασιν, ἐν τῇ κατὰ μέρος Πίστει.

Τὸ δοξάζειν δύο φύσεις τὸν ἕνα Χριστὸν, τετράδα τὴν ἁγίαν Τριάδα ποιεῖ, φησὶ· ἔφη γὰρ οὕτως· « Καὶ ἔστι Θεὸς ἀληθινὸς ὁ ἄσαρκος ἐν σαρκὶ φανερωθεὶς τέλειος τῇ ἀληθινῇ καὶ θείᾳ τελειότητι, οὐ δύο φύσεις, οὐδὲ τέσσαρας, προσκυνεῖν λέγομεν, Θεὸν, καὶ Υἱὸν Θεοῦ, καὶ ἄνθρωπον, καὶ Πνεῦμα ἅγιον. » Πρῶτον μὲν ἀγνοεῖται καὶ ἀμφιβάλλεται λίαν ἡ χρῆσις καὶ D ἥδε· ὅμως μέντοι μὴ δύο πρόσωπα ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν φησὶ, ἵνα μὴ ὁμολογοῦντες αὐτὸν Θεὸν καὶ ἐν τελείᾳ θεότητι, δύο δὲ αὐτοῦ πρόσωπα, τετράδα παριστῶμεν τῶν θείων προσώπων, Θεοῦ τοῦ Πατρὸς ἓν, καὶ Υἱοῦ Θεοῦ ἕν, καὶ ἀνθρώπου ἕν, καὶ Πνεύματος ἁγίου ἕν, ἀριθμοῦντες· ἀλλ' οὐδὲ δύο φύσεις θείας μέντοι εἰδέναι αὐτοῦ φησι, ἀλλ' ἐν μιᾷ φυσικῇ θείᾳ τελειότητι, τέλειον αὐτὸν Θεὸν ὁμολογεῖν, καὶ οὐκ ἐν δύο· ὅτι γὰρ ἀτρέπτως ἐσαρκώθη καὶ ἀδιπλα-

Gregorii Thaumaturgi, in particulari fidei expositione (25).

Credere duas naturas esse unum Christum, inquiunt, hoc quaternitatem in Trinitatis locum inducit. Ita enim loquitur : « Et est Deus verus (qui carnis expers in carne se visendum præbuit), et perfectus, vera et divina perfectione præditus; in quo neque duas personas nos adorare dicimus, neque duas naturas, nec ista quatuor, Deum scilicet, et Filium Dei, et hominem, et Spiritum sanctum. » Ad hæc primum dicimus incertum esse, et dubitari maxime etiam de hac auctoritate, num genuina sit : deinde sanctus Pater ait non esse nobis de Christo personas duas prædicandas; nedum ipsum Deum perfecta divinitate præditum, eumdemque duabus personis ornatum asserimus, inducamus, quatuor divinas personas, Dei Patris unam, Filii Dei alteram, hominis tertiam, et Spi-

(25) Nullum Gregorii Thaumaturgi opus ad manus nostras pervenisse præter solam fidem, quam in visione conspexerit, testatur Nyssenus in ejus oratione funebri.

Digitized by Google

ritus sancti quartam. Neque dicit duas in Christo se nosse naturas divinas, sed in una (non in duabus) naturali divina perfectione eum perfectum se fateri prædicat. Hoc enim innuere vult, Verbum carnem assumpsisse, eadem in simplicitate sua manente divinitate. Idcirco idem paulo ante dicit : « Cum caro dolores subiret, et affectibus traheretur; superna potestas horum omnium immunis mansit. » Quisquis ergo dolores et perturbatos affectus in supernam potestatem illam inducit, impius est; etenim Dominus gloriæ se conspiciendum in humana forma præbuit, humanam conditionem subeundo.

A σιάστως τὴν θεότητα ἔχει, βούλεται δεῖξαι· ὁ γοῦν αὐτὸς πρὸ βραχέος φησί· « Καὶ τῶν περὶ σάρκα παθῶν γινομένων, τὴν ἀπάθειαν ἡ δύναμις εἶχε τὴν ἑαυτῆς. » Ἀσεβὴς οὖν ὁ τὸ πάθος ἀνάγων εἰς τὴν δύναμιν· ὁ γὰρ τῆς δόξης Κύριος ἐν ἀνθρωπίνῳ σχήματι πέφηνε, τὴν ἀνθρωπίνην οἰκονομίαν ἀναδεξάμενος.

Gregorii [Nysseni] ex opere contra Apollinarem.

« Accusant nos quasi duas naturas, divisas vel contrarias introducamus, et supranaturalem admirandamque unionem discernamus. » Jam vero, o B boni, divisionem ac pugnam dicere de naturis, manifesto nusquam est statutum : hoc enim admirandam dirimit unionem. Oportuisset autem solum modo dicere : quasi duas naturas introducamus et admirandam unionem discernamus. »

Γρηγορίου [τοῦ Νύσσης] ἐκ τοῦ κατὰ Ἀπολιναριτῶν.

« Κατηγοροῦσιν ἡμῶν ὡς δύο φύσεις εἰσαγόντων, ἀπηρτημένας ἢ μαχομένας, καὶ μεριζόντων τὴν ὑπερφυᾶ καὶ θαυμασίαν ἕνωσιν. » Ἀλλ', ὦ οὗτοι, σαφὲς ὅτι τὴν ἀπάρτησιν καὶ μάχην λέγειν ἐπὶ τῶν φύσεων, οὐ συνέθετο· τάδε γὰρ μερίζει τὴν θαυμαστὴν ἕνωσιν· ἐπεὶ ἔδει λέγειν μόνον οὕτως, ὡς δύο φύσεις εἰσαγόντων, καὶ μεριζόντων τὴν ὑπερφυᾶ ἕνωσιν.

Cyrilli ex epistola ad Sucensum.

« Quanquam conjunctione facta, ut in confesso est, non amplius ab se invicem disjunguntur, quæ conjuncta sunt; sed unus remanet Filius, una ejus qui carnem assumpsit, natura. »

Κυρίλλου ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῆς.

« Πλὴν τῆς ἑνώσεως ὁμολογουμένης, οὐκέτι διίστανται ἀλλήλων τὰ ἑνωθέντα, ἀλλ' εἷς λοιπὸν Υἱὸς, μία φύσις αὐτοῦ ὡς σαρκωθέντος. »

Verum accurate pieque rem perpendere volenti perspicuum fit, unam eum asserere Filii naturam, quatenus natura Filius est; nam fieri non potest, ut qui semel natura Filius fuit, evadat etiam adoptionis Filius per gratiam, etiamsi carnis naturam assumpserit, ab se nunquam segregandam; quasi egeat et adoptionis gratia, qui jam natura Filius C evasit. Etenim ex quo momento humana natura in personam Filii naturalis transiit, ea semper ipsi conjuncta mansit; propterea tanto honore dignata una cum ipso colitur adoraturque.

ΚΘ'. Τὸ ποσὸν τῶν πραγμάτων περιίσταται οὐ μόνον ἐξ ὡρισμένου τοῦ δύο ἢ τρία ἢ τέσσαρα, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀορίστου, οἷον τοῦ πολλὰ καὶ πλείονα καὶ ἐλάττονα καὶ εἴ τι ὅμοιον· καὶ ἐξ ἀναλογίας, οἷον μεῖζον, ἧττον, ἴσον πρός τι· καὶ ἀπὸ τῆς δεικτικῆς φωνῆς, οἷον τῆς τοῦτο, κἀκεῖνο, καὶ ταῦτα, καὶ ἄλλα καὶ ἕτερα· καὶ ἀπὸ τῆς τάξεως, οἷον πρὸ τοῦδε, καὶ μετ' ἐκεῖνο, καὶ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ὕστερον· εἰκὸς δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον. Εἰ μὲν οὖν ἅπαντας τοὺς δηλωτικοὺς τρόπους τῶν πραγμάτων διαιρετικοὺς ἴσασι τῶν δηλουμένων, αὐτόθεν αὐτοῖς τῆς ἀτοπίας ὁ ἔλεγχος· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ μίαν καὶ μίαν λέγουσι καὶ φύσεις ἀορίστους καὶ ἰδιότητας, τοῦτό τε κἀκεῖνο, καὶ ἄλλο καὶ ἄλλο, καὶ ἕτερον καὶ ἕτερον, καὶ μεῖζον καὶ

(5) Confer Damasceni opusculum *Adversus Jacobitas* in *Antiq. lect.* Canisii ed. Basnag. t. II, p. 45. — Hujus *Patrologiæ*, t. XCIV, col. 1434.

Digitized by Google

ἧττον, καὶ ἴσον καὶ πρός τι, καὶ πρὸ τοῦδε καὶ μετ' ἐκεῖνο, καὶ ἀπ' ἀρχῆς καὶ ὕστερον· εἰ δὲ μὴ πάντας τοὺς τρόπους, τὸν δὲ ὡρισμένον μόνον ἀριθμὸν, καὶ μάλιστα τῆς δυάδος διαίρεσιν ὑποτίθενται, ἀποκληρωτικὸς ἔσται ὁ λόγος. Ἐπεὶ λεγέτωσαν αὐτοὶ τί δήποτε κατὰ πολλοὺς τοὺς τρόπους τῆς ποσότητος τῶν ὑποκειμένων δηλουμένης, μόνη ἡ δυὰς τὴν φοβερὰν αὐτοῖς τῆς διαιρέσεως ἔννοιαν ἐπεισάγει, τῆς ἑτέρας ἑτέρως ἐχούσης; Ἡ γὰρ δυὰς τὰ δύο ὁμοῦ ἀριθμούμενα, ἀλλ' οὐ κεχωρισμένα κατὰ τὴν συλληπτικὴν τοῦ ἀριθμοῦ τούτου δύναμιν παρίστησι μᾶλλον, ἢ τῆς μιᾶς αὐτῶν ὁ διαλελυμένος καὶ καθ' ἑαυτὸν θεωρούμενος.

A non omnes modos, sed numerum definitum tantum, præsertim numerum duorum ponunt dividere, sortiri est sic loqui. Dicant enim ipsi, cum multis modis quantitas subjectorum declaretur, quare solus numerus duorum suspicionem divisionis quam tantopere metuunt, ipsi injicit, cum aliter in re et veritate sit? Duo enim simul, quæ numerantur, sed non separata secundum vim colligentem hujus numeri magis demonstrant, quam numerus unius; et unius solutus per se consideratus.

Λ'. Εἰ πᾶσα σύνθεσις μοναδικῶς ἐξαγγέλλεται, καὶ τὸν ἀριθμὸν ἐκβάλλει τῶν συντεθειμένων, δυοῖν ἀνάγκη θάτερον, ἢ ἀσύνθετον εἶναι τὸ ἡμέτερον ὄνομα καὶ τὸν ὅλον ἄνθρωπον, ἢ μὴ κατηγορεῖσθαι κατὰ τοῦ ὀνόματος· ἢ τοῦ ὅλου ἀνθρώπου κατ' αὐτοὺς τὸν ἀριθμόν. Λεγέτωσαν τοίνυν εἰ μὴ ἀριθμὸν τῶν συνθέτων ὑποβάλλει τὰ οὕτως ἔχοντα γραφικὰ, τό· *Ἔθετο τὰ μέλη ἓν ἕκαστον ἐν τῷ σώματι· καὶ πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα·* καὶ, *Ἐξηριθμήσαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου·* καὶ, *Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας·* καὶ, *Ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ·* ἀλλὰ καὶ ἐπὶ συναμφοτέρου τρία ἀριθμεῖ ὁ Ἀπόστολος, ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ Πνεῦμα· καὶ ἐζυμώθη κατὰ τὴν παραβολὴν τοῦ Σωτῆρος εἰς ἀλεύρου σάτα τρία· καὶ, *Δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν* καὶ ἐν τῷ πνεύματι, ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ· καὶ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν· *Ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις.* Λεγέτωσαν τοίνυν εἰ μή τι ἅτινα καὶ ταῦτα καὶ ἀντίκειται ἀλλήλοις ἀριθμοῦ εἰσιν εἴδη· λεγέτωσαν δὲ καὶ τίνες οἱ ἐπὶ τῆς κλίνης καὶ τοῦ μύλωνος δύο, ὧν ἡ μία παραλαμβάνεται καὶ ἡ μία ἀφίεται· ἔτι δὲ καὶ εἰ μὴ τῷ Σωτῆρι δύο νοεῖται ὁ ἄνθρωπος, τὸ σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ, ὧν τὸ μὲν δύνανται ἀποκτεῖναι οἱ ἐπιβουλεύοντες, τὸ δὲ ἀνώτερον τῆς ἐπιβουλῆς τυγχάνει· ἀμφότερα δὲ ἐν γεέννῃ ἀπολλύμενα, εἰ τούτου κριθεῖεν ἄξια. Ἐὰν γὰρ εἴπωμεν τὴν συνεχῆ τοῦ χρόνου φύσιν πλέον ἡνῶσθαι, ἢ τὰ κατὰ σύνθεσιν εἰς *δώδεκα ὥρας* ὑπὸ τοῦ Κυρίου διαιρεῖσθαι· ἢ πάλιν κατὰ τὸ ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένον ὅλον τὸν νόμον ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς κρεμᾶσθαι, τῇ εἰς τὸν Θεὸν καὶ τῇ εἰς τὸν πλησίον ἀγάπῃ, τάχα καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος μεθ' ἡμῶν τῆς διαιρέσεως τὸ ἔγκλημα οὐκ ἐκφεύξεται, τὴν ἡμέραν εἰς δώδεκα τεμὼν ὥρας, καὶ τὸν νόμον εἰς δύο γενικὰς ἐντολάς; Καὶ ὅλως τῷ γε φιλοπόνως ἐντυγχάνοντι τῇ τε Γραφῇ καὶ τοῖς Πατράσι ποικίλην καὶ πολυειδῆ τοῦ ἀριθμοῦ τὴν χρῆσιν εὑρεῖν ἔξεστιν κατά τε ἁπλῶν καὶ συνθέτων καὶ ἡνωμένων καὶ διῃρημένων καὶ ὑφεστώτων καὶ ἐπινοίᾳ θεωρητῶν, καὶ μέχρι τῶν πάντη ἀνυποστάτων χωροῦσθαι. Καὶ τοῦτο δὲ μὴ ἀγνοῶμεν ὡς λανθάνειν προσποιοῦνται τοὺς ἁπλουστέρους· ὥς τινος οὖν διαφορᾶς μεταξὺ τοῦ δύο εἰπεῖν καὶ ἄμφω καὶ ἑκατέρας καὶ ἐν ἀμφοῖν καὶ δι' ἀμφοῖν. Ταῦτα δὲ πάντα καὶ τὰ τοιαῦτα ταὐτὸ ἀλλήλοις ἐστὶν, ἥπερ τι ἕτερον· καὶ

XXX. Si omnis compositio singulariter effertur, et numerum ejicit ex compositis; alterum duorum necessarium erit, aut non esse compositum corpus nostrum, et totum hominem; aut non prædicari de corpore, et toto homine secundum ipsos numerum. Dicant igitur annon significent nobis numerum compositorum hæc, quæ sic in Scriptura sunt: *Posuit membra, unumquodque eorum in corpore* [1]; et: *Multa quidem membra, unum vero corpus* [2]; et illud: *Dinumeraverunt omnia ossa mea* [3]; et: *Foderunt manus meas, et pedes* [4]; et: *Effusa sunt omnia viscera ejus* [5]. Imo in ambabus partibus hominis tria numerat Apostolus, animam, et corpus, et spiritum, quæ fermentata sunt secundum parabolam Salvatoris in farinæ sata tria[6]. Et rursus: *Clorificate Deum in corpore vestro* [7], et in spiritu vestro, quæ sunt Dei. Et iterum de eisdem: *Hæc autem sibi invicem adversantur* [8]. Dicant ergo, annon sunt, quæ et hæc, et sibi invicem adversantia species numeri? Dicant præterea, qui duo in tecto et duæ in mola [9], quarum una assumitur, et una relinquitur? Præterea, dicant, annon intelligit Dominus esse hominem duo, corpus scilicet et animam? Ex quibus corpus quidem occidere possunt, qui insidiantur; anima vero non potest insidiis occidi [10]; ambo vero in gehenna pereunt, si digna esse interitu judicentur. Si enim dicamus naturam temporis continuam magis unitam, postea in duodecim horas a Domino divisam esse; vel rursus, sicut ipse dixit, totam legem in his duobus mandatis pendere charitatis in Deum, et in proximum [11]; fortassis ipse Dominus nobiscum crimen divisionis non effugiet, qui diem in XII horas divisit [12], et totam legem in duo generalia mandata. Denique qui studiose Scripturam et Patres legerit, varium et multiplicem usum numeri reperire poterit in simplicibus, in compositis, in unitis, in divisis, in iis quæ sunt per se, et iis quæ cogitatione considerantur; qui varius usus usque ad ea progreditur, quæ sunt penitus sine hypostasi. Illud etiam non est ignorandum, quod simulant apud simpliciores, quasi aliquid differat dicere duo, et ambo, et utraque, et in ambobus, et per ambo. Hæc enim omnia, et quæ hujusmodi sunt idem sunt inter se,

[1] I Cor. XII, 18. [2] ibid. 12. [3] Psal. XXI, 18. [4] ibid. 17. [5] Act. I, 18. [6] Matth. XIII, 33. [7] I Cor. VI, 20. [8] Galat. V, 17. [9] Matth. XXIV, 41. [10] Matth. X, 28. [11] Matth. XXII, 40. [12] Joan. XI, 9.

Digitized by Google

licet partim quidem horum in communi consuetudine, partim vero apud elegantiores reperiantur. Sicut multa alia hujusmodi multis partibus orationis declarantur. Divinus igitur Apostolus varium usum horum in eisdem rebus variat cum ait : *Qui fecit utraque unum* [13]; et rursus : *Ut condat duos in se ipso* [14], et quæ sequuntur, *et reconciliaret ambos* [15] : ut verissimum sit, nec in divina Scriptura, nec in sanctis Patribus facere hæc differentem sensum in significatione differente, sed potius in quo unum horum reperitur, idem declarari differente horum omnium significatione. Nos vero gratias Deo pro iis quæ hactenus diximus, agentes, hic numerum dubitationum finiemus. Non enim propositum nobis fuit, libros scribere, sed tradere studiosioribus adjumenta, et semina perfectioris retractationis horum, ut possint scire sapientes qui non de omnibus dubitant, esse alia, quæ ut magis a nobis dubitentur, ipsi digni sunt.

A τὰ μὲν αὐτῶν ἐν τῇ κοινῇ χρήσει, τὰ δὲ παρὰ τοῖς ἐλλογιμωτέροις εὑρίσκεται, ὡς καὶ πολλὰ ἕτερα ταυτὰ ὄντα πολλοῖς δηλοῦται τοῖς τοῦ λόγου μέρεσιν· ὁ γοῦν θεσπέσιος Παῦλος τὴν διάφορον τούτων χρῆσιν ποικίλλει φάσκων· Ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν· καὶ πάλιν, Ἵνα κτίσῃ τοὺς δύο ἐν αὐτῷ· καὶ πάλιν, καὶ, Ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους· ὥστε παντὸς ἀληθέστερον μήτε ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ, μήτε μὲν ἐν τοῖς Πατράσι ταῦτα διάφορον νοῦν ἐμποιεῖν ἐν τῇ διαφόρῳ αὐτῶν σημασίᾳ, ἀλλ' ἐν ᾧ ἂν ἓν τούτων εὑρίσκεται, ταὐτὸν δηλοῦσθαι τῇ ἐκ πάντων τούτων διαφόρῳ σημασίᾳ· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις τῷ Θεῷ εὐχαριστήσαντες, αὐτοῦ που τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐπαπορήσεων στήσωμεν· οὐ λογογραφεῖν, ἀφορμὴν δὲ καὶ σπέρμα τοῖς φιλοπονωτέροις καὶ τελειοτέρας ἐπεξεργασίας καταλιπεῖν πάσῃ δυνάμει προσεθυμήθημεν.

B

[13] Ephes. II, 14. [14] ibid. 15. [15] ibid. 16.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΕΟΝΤΙΟΥ

ΕΠΙΛΥΣΙΣ

ΤΩΝ ΥΠΟ ΣΕΥΗΡΟΥ ΠΡΟΒΕΒΛΗΜΕΝΩΝ ΣΥΛΛΟΓΙΣΜΩΝ.

EJUSDEM LEONTII

SOLUTIO ARGUMENTORUM A SEVERO OBJECTORUM.

(Ang. Mai *Spicileg.* t. X, part. II, p. 40.)

Quæ antea a nobis secundum veram doctrinam ex sanctis Patribus collecta sunt adversus Nestorii et Eutychis sectatores, sufficiunt per gratiam Dei absolutæ et perfectæ confutationi inanium argumentationum falsi nominis scientiæ. Quia vero inventores malorum, sicut Apostolus ait, defecerunt scrutantes scrutationes, ita ut plerisque videantur novis quibusdam argumentis, et quæ in nostris hactenus confutationibus non contineantur, nunc usi esse; necessario, ut vos qui secundum Deum diligitis, hortati estis, subjecimus nunc quæ in illis quidem continentur, sed non subtiliter excussa sunt : ut cum hæc præter illa superiora contra falsi nominis scientiam argumenta, ut opinor, non ignobilia habueritis, veritatem defendatis. Aggrediar autem ad solutiones, eo ordine quo dubitationes exstructæ sunt, easque majore artificio disserendi expediam et dirigam.

C

D

Oppositio Acephali. Cum Verbum assumpsit natu-

Ἔστι μὲν τὰ πρώην ἡμῖν κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, ἐκ τῶν ἁγίων Πατέρων συνειλεγμένα, πρὸς τοὺς ἀπὸ Νεστορίου τε καὶ Εὐτυχοῦς, ἱκανὰ Θεοῦ χάριτι πρὸς τελείαν ἀνατροπὴν τῶν ματαίων λογισμῶν τῆς ψευδωνύμου γνώσεως. Ἐπειδὴ δὲ ἐφευρεταὶ κακῶν κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον ὄντες, ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσεις, ὡς τοῖς πολλοῖς νομίζεσθαι ξένοις τισὶ καὶ οὐκ ἐμπεριεχομένοις ταῖς πρὸς αὐτοὺς ἤδη γεγενημέναις ἡμῶν ἀντιῤῥήσεσι τὰ νῦν αὐτοὺς κεχρῆσθαι, ἀναγκαίως κατὰ τὴν ὑμετέραν τῶν κατὰ Θεὸν ἀγαπώντων προτροπὴν, τὰ ἐν ἐκείνοις μὲν περιεχόμενα, οὐκ εἰς λεπτὸν δὲ ἐξητασμένα νυνὶ ὑπηγορεύσαμεν, ἵνα ἔχοντες πρὸς ἐκείνοις καὶ ταῦτα κατὰ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως οὐκ ἀγεννῆ οἶμαι ἐπιχειρήματα, τῇ ἀληθείᾳ συνίστασθε· ἄρξομαι δὲ τῶν ἐπιλύσεων κατὰ τάξιν, ὡς καὶ ἡ τῶν ἀπὸ ῥημάτων περιέχει διασκευὴ, διαλογικώτερον αὐτὰ μεθοδεύων καὶ διευθύνων.

Ἀντίθεσις Ἀκεφάλου. Φύσιν ὁ Λόγος ἀναλαβὼν

Digitized by Google

ἀνθρωπίνην, τὴν ἐν τῷ εἴδει θεωρουμένην, ἢ τὴν ἐν ἀτόμῳ ἀνέλαβεν.

Ἀπάντησις Ὀρθοδόξου. Τί γὰρ ἕτερον οἴει ταύτην εἶναι παρ' ἐκείνην;

Ἀκέφ. Ναὶ, εἴπερ ἡ μὲν ἐν πλήθει θεωρεῖται, ἡ δὲ ἐν ἑνὶ τῷ ἀριθμῷ.

Ὀρθ. Ἀλλ' οὐ πρὸς ὃ ἠρώτησα ἀπεκρίθης· οὐ γὰρ εἰ ἐν πλήθει καὶ ἐν ἑνὶ θεωρεῖται αὕτη τὸ ζητούμενόν ἐστιν, τοῦτο γὰρ ὡμολόγηται· ἀλλ' ἡ αὕτη ἐκείνη, κἀκείνη αὕτη, ἢ ἑτέρα οὖσα τυγχάνει. Τὸ γὰρ ἐν ἑνὶ ἢ ἐν πλείοσι ταύτην θεωρεῖσθαι, τὰ ἐν οἷς ἔστι πολλὰ ἢ ἓν θεωρεῖσθαι ποιεῖ, οὐ τὴν φύσιν ἓν ἢ πολλὰ φαίνεσθαι παρασκευάζει· ὥσπερ ἀμέλει ἐπί τε λευκοῦ ἔχει καὶ τοῦ λελευκασμένου, εἴτε ἓν εἴτε πλείονα ὦσι, τὰ ἐν οἷς ἡ λευκότης θεωρεῖται. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, δῆλον ἐξ ὧν ὁ τῆς φύσεως λόγος ἐπί τε πλήθους καὶ ἑνὸς ὁ αὐτὸς ἀποδίδοται· ὃν γὰρ ἂν ἀποδῷς λόγον περὶ τῆς ἁπλῶς φύσεως, οὗτός σοι καὶ ἐπὶ τῆς ἔν τινι θεωρουμένης ἀποδοθήσεται, καὶ οὔτε πολλὰς ποιεῖ φύσεις τὴν μίαν, τὸ πολλοὺς ταύτης μετέχειν· οὔτε μίαν τὰς πολλὰς, κἂν εἷς τούτων μετέχοι, ἐὰν ᾖ ὁ ταύτης μετέχων ἐκ διαφόρων συγκείμενος.

Ἀκέφ. Τὴν τίνα οὖν ἀνέλαβε φύσιν;

Ὀρθ. Ναὶ ἀλλὰ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῷ εἴδει.

Ἀκέφ. Τί δὲ παρὰ ταύτην ἡ ὑπόστασις;

Ὀρθ. Ὅτι τὸ μετέχειν αὐτῆς, ἄλλον ποιεῖ οὐκ ἀλλοῖον.

Ἀκέφ. Οὐκ ἔστιν οὖν ἄλλος ἀπὸ ἄλλου;

Ὀρθ. Οὐ πάντως, ἕως ἂν μήτε ὁμοούσιος, μήτε κεχωρισμένος ᾖ τοῦ συνυφεστῶτος καὶ συγκειμένου· ταῦτα γὰρ ποιεῖ τὰς ὑποστάσεις.

Ἀκέφ. Οὐκ ἦν οὖν τοῖς ἀφοριστικοῖς ἰδιώμασιν, ἡ τοῦ Χριστοῦ ἀνθρωπότης, τοῦ κοινοῦ τὸ ἴδιον αὐτοῦ χωρίζουσα;

Ὀρθ. Πάνυ μὲν οὖν, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν Λόγον τοῦτο, ἀλλὰ πρὸς τὸ γένος τὸ τῶν ἀνθρώπων, ἐξ ὧν σωματικῶς συνέστηκεν, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ Λόγος τοῖς ἀφοριστικοῖς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς θεότητος ἰδιώμασιν, ὡς Υἱὸς καὶ Λόγος κεχωρισμένος, οὐ τούτοις καὶ ἀπὸ τῆς κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητος κεχώρισται, ἀλλὰ τούτοις μὲν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, ἐκείνοις δὲ ἀπὸ τῆς Μητρὸς καὶ τῶν ἀνθρώπων κεχωρισμένος, τοῖς τῶν ἄκρων ἀφοριστικοῖς ἰδιώμασι, τὴν πρὸς ἑαυτὸν κοινωνίαν τε καὶ ἕνωσιν καταδέχεται, ὁμοουσιότητι μὲν τῶν ἄκρων, ἑτεροουσιότητι δὲ τῶν μερῶν, ἑνούμενός τε καὶ διαιρούμενος, καὶ τὴν διαφορὰν ἐναντίως τοῖς ἄκροις ποιούμενος· εἴπερ ἐπὶ τούτων μὲν τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας συνάπτων, τὸ ἑτεροῖον τῆς ὑποστάσεως διαιρεῖ· ἐνταῦθα δὲ τὸ ἑτεροῖον τῆς οὐσίας χωρίζων, τὸ ταυτὸν συνάπτει τῆς ὑποστάσεως.

Ἀκέφ. Ἀλλ' ἐκεῖνο οὐκ ἂν εἴποις, ὡς μὲν ὑπόστασις τὸ διῃρημένον καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑπάρχον δηλοῖ,

ram humanam, assumpsitne naturam, quam contemplamur in specie, an naturam quam in atomo?

Occurrit Orthodoxus. Quid aliud existimas esse hanc præter illam?

Aceph. Quod unam contemplamur in multitudine; alteram in uno numero.

Orth. At non respondisti ad id, quod interrogavi. Non enim est quod quæritur, an in multitudine, et in uno hanc contemplemur: hoc enim concessum est; sed an hæc sit illa; et illa hæc, an alia? Hanc enim cerni in uno, vel in pluribus, facit cerni illa in quibus est, plura vel unum; sed non facit cerni naturam unum, aut plura. Sicut in albedine, et in albo fit, una scilicet albedo est, sive unum sive plura sint, in quibus est albedo. Quod autem hæc ita sunt, ex eo manifestum est, quod eadem definitio naturæ redditur in multitudine et in uno: quam definitionem reddideris de natura simpliciter, hæc tibi reddetur de natura quæ in aliquo cernitur. Nec unam facit multas esse, quod multi hanc participant; neque multas facit esse unam, etsi unus participet has; si sit qui hanc participat, ex diversis compositus.

Aceph. Aliquam igitur assumpsit naturam?

Orth. Maxime, sed tamen quæ est eadem cum specie.

Aceph. Quid vero est præter hanc hypostasis?

Orth. Quod participare eam, alium facit; sed non varium.

Aceph. Non est igitur alius ab alio?

Orth. Non certe quandiu non est homousios, neque separatus (1) a per se subsistente et composito; hæc enim faciunt hypostases.

Aceph. Non igitur erat humanitas Christi dividens proprietatibus distinguentibus proprium humanitatis ipsius Christi a communi.

Orth. Imo maxime. Sed non hoc respiciendo Verbum, sed respiciendo genus hominum ex quibus erat secundum corpus. Siquidem ipsum Verbum (2) proprietatibus distinguentibus a communi divinitatis tanquam Filius, et Verbum discretum, non est his ipsis a sua humanitate discretum: sed potius his quidem a Patre et Spiritu sancto: illis vero a Matre et hominibus proprietatibus extrema distinguentibus, communionem secum et unionem recipit, consubstantialitate quidem extremorum, diversitate vero partium unitus et divisus; et distinguens extrema contrarie. Illic enim, scilicet in mysterio Trinitatis, eamdem substantiam unit, et diversam personam distinguit: hic vero contra, scilicet in mysterio incarnationis, diversitatem substantiæ separat, et eamdem personam copulat.

Aceph. At illud nunquam dices, quod hypostasis declaret divisum, et per se exsistens; numerus au-

(1) Esse substantiam, et separatam, et per se subsistentem faciunt hypostasim esse. Sic humanitas Christi non erat hypostasis, sed in hypostasi, nec erat alius homo, et alius Verbum, quod fuisset esse alium ab alio. Tur.

(2) Summa Græce ἄκρα, vocat divinas personas divinitate unitas, et proprietatibus personarum discretas. Id.

Digitized by Google

tem et maxime duorum, aliud quid præter hoc significat. Omnis enim numerus in quantitate; sola autem unitas est expers quantitatis. Si autem unitas est expers quantitatis, et idcirco individua, numeri igitur duorum, et omnis numeri est quantitas et divisio.

A ὁ δὲ ἀριθμὸς καὶ μάλιστα τῆς δυάδος, ἄλλο τι παρὰ τοῦτο σημαίνει· πᾶς γὰρ ἀριθμὸς ἐν ποσότητι, μονὰς δὲ μόνη ἄποσον. Εἰ δὲ τῆς μονάδος τὸ ἄποσον, καὶ διὰ τοῦτο ἄτομον δυάδος, ἄρα καὶ παντὸς ἀριθμοῦ τὸ ποσὸν καὶ διῃρημένον.

Orthod. Igitur quia numeri et proprietatum ejus meministi, necesse est illud dicere, quod numerus dupliciter dicitur: unus simpliciter et per se ipsum, alter vero in habitudine et in rebus cernitur. Sicut album, et albedo, et albefactum. Ipsa ergo natura numeri per se neque copulat neque dividit, nec enim habet res subjectas, sed sic ut supra, et infra relate ad habitudinem ascendentis et descendentis dictum est (3); ipsum vero simpliciter dictum, neutrum est quia utrumque recipit: et supra quidem dicitur respiciendo infra; infra vero respiciendo supra: distinguitur autem habitudine descendentis et ascendentis. Sic numerus ipse per se neque dividit neque copulat, sed utraque recipit qualitate habitudinis, ut numerus duorum, vel trium, vel quatuor et deinceps. Si enim unitates ipsas consideres ex quibus constat numerus, in has dividitur: si autem universitatem harum, ex his copulatur. Duo enim et duo, verbi gratia, componunt numerum quatuor: numerus vero quatuor in duo, et duo dividitur. Quare nihil verius, quam naturam numeri nihil habere definitum, neque divisum, nec unitum: sed in complexione rerum et compositione hoc consistere: ineruditum igitur est, statuere, ut naturam numeri necessario sequatur divisio rerum; ac non potius naturæ rerum vel unitarum, vel divisarum numerus imponat signum declarans quantum rerum subjectarum, alia ratione, et non numero eas dividente et copulante: ut taceam, quod ipsam naturam numeri qui hæc tractant ad quantum referentes, aiunt quantum aliud esse continuum, aliud discretum; et quantum aliud quidem constare ex partibus habentibus positionem; aliud vero ex non habentibus. Decem enim cubitos dicimus continui, verbi gratia ligni, non dividentes simul cum numero unitatem, quæ est in ligno decemcubitali. Et rursus cum dicimus decem modios, in divisione esse hos scimus. Similiter igitur et in aliis rebus.

Si ergo numerus imponatur naturis, non præcipue quantum earum, sed diversitatem generis constituit; ut cum dicimus equi et hominis et bovis naturas tres, non divisionem earum secundum quantum, sed diversitatem secundum speciem significamus. Tres vero homines, si ita accidat, Petrum, et Paulum, et Joannem cum dicimus, magis divisionem eorum secundum quantum, et quod tot sunt, declaramus, sicut in sancta Trinitate. Tres enim hypostases confitemur, unam autem harum naturam et substantiam denuntiamus, nullam quidem harum non substantiam esse agnoscentes, non

Ὀρθ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ ἀριθμοῦ καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἰδιωμάτων ἐμνήσθης, ἀναγκαῖον ἐκεῖνο εἰπεῖν, ὡς ὁ ἀριθμὸς διττὸς λέγεται, ὁ μέν τις ἁπλῶς καὶ καθ' ἑαυτόν, ὁ δὲ ἐν σχέσει καὶ πράγμασι θεωρούμενος, ὥσπερ λευκὸν ἥ τε λευκότης καὶ τὸ λελευκασμένον· αὐτὴ τοίνυν ἡ φύσις τοῦ ἀριθμοῦ καθ' ἑαυτὴν οὔτε συνάπτει οὔτε διαιρεῖ· οὐδὲ γὰρ ἔχει ὑποκείμενα πράγματα. Ἀλλ' ὥσπερ τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω πρὸς τὴν σχέσιν λέλεκται τοῦ ἀναβαίνοντος ἢ καταβαίνοντος, αὐτὸ δὲ ἁπολύτως λεγόμενον οὐδ' ὁπότερόν ἐστιν· ὅτι καὶ ἀμφότερα δέχεται· καὶ ἄνω μὲν ὡς πρὸς τὸ κάτω, κάτω δὲ ὡς πρὸς τὸ ἄνω λέγεται· ἀφορίζεται δὲ τῇ τοῦ ἀνιόντος καὶ κατερχομένου σχέσει· οὕτως καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν οὔτε διαιρεῖ οὔτε συνάπτει· ἀλλ' ἀμφότερα δέχεται τῇ ποιᾷ σχέσει· οἷον ἡ δυάς, ἡ τετρὰς, καὶ ἑξῆς. Εἰ μὲν γὰρ τὰς μονάδας αὐτὰς θεωρεῖς ἐξ ὧν συνέστηκεν, εἰς ταύτας διαιρεῖται· εἰ δὲ τὴν ὁμάδα τούτων σκοπεῖς, ἐκ τούτων συνάπτεται· δύο γὰρ καὶ δύο εἰ τύχοι, εἰς τέσσαρα συντίθεται· τὰ δὲ τέσσαρα εἰς δύο καὶ δύο διαιρεῖται· ὥστε παντὸς ἀληθέστερον τὴν φύσιν τοῦ ἀριθμοῦ μηδὲν ἀφωρισμένον ἔχειν, μήτε τὸ διῃρημένον, μήτε τὸ ἡνωμένον· ἐν δὲ τῇ τῶν πραγμάτων ἐπιπλοκῇ καὶ συνθέσει τοῦτο ὑφίστασθαι. Ἀπαίδευτον οὖν τὸ τῇ φύσει τοῦ ἀριθμοῦ, ἀναγκαίως τὴν διαίρεσιν τῶν πραγμάτων ἕπεσθαι νομοθετεῖν, ἀλλὰ μὴ τῇ τῶν πραγμάτων ἡνωμένων τε ἢ διῃρημένων φύσει, τὸν ἀριθμὸν σημεῖον ποιεῖσθαι δηλωτικὸν τοῦ ποσοῦ τῶν ὑποκειμένων, ἀλλ' οὐ λόγου καὶ οὐ τοῦ ἀριθμοῦ ταῦτα διαιροῦντός τε καὶ συνάπτοντος· ἵνα μὴ λέγω ὅτι καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ ἀριθμοῦ φύσιν, πρὸς τὸ ποσὸν οἱ περὶ ταῦτα ἀνάγοντες, τοῦ ποσοῦ φασι, τὸ μὲν εἶναι συνεχὲς, τὸ δὲ διῃρημένον· καὶ τὸ μὲν ἐξεχόντων θέσιν, τὸ δὲ οὐκ ἐξεχόντων· δέκα γὰρ πήχεις λέγομεν τοῦ συνεχοῦς εἰ τύχοι ξύλου, οὐ συνδιαιροῦντες τῷ ἀριθμῷ καὶ τὴν ἑνότητα τὴν ἐν τῷ δεκαπήχει ξύλῳ· καὶ πάλιν δέκα μοδίους λέγοντες, ἐν διαιρέσει τούτους ἐπιστάμεθα· οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν ἑτέρων ἔχει πραγμάτων. Εἰ μὲν ὁ ἀριθμὸς φύσεσιν ἐπιφημισθῇ, οὐ τὸ ποσὸν αὐτῶν προηγουμένως, ἀλλὰ τὸ ἑτερογενὲς συνίστησιν. Ἵππου γὰρ καὶ ἀνθρώπου καὶ βοὸς τρεῖς λέγοντες φύσεις, οὐ τὸ διῃρημένον αὐτῶν κατὰ τὸ ποσὸν, ἀλλὰ τὸ παρηλλαγμένον κατὰ τὸ εἶδος σημαίνομεν· τρεῖς δὲ ἀνθρώπους εἰ τύχοι Πέτρον καὶ Παῦλον καὶ Ἰωάννην, τὸ διῃρημένον αὐτῶν μᾶλλον· καὶ ὅτι τοσοῦτοι οὗτοι οἵδε παριστῶμεν· ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, τρεῖς μὲν ὑποστάσεις ὁμολογοῦμεν, μίαν δὲ τούτων φύσιν καὶ οὐσίαν καταγγέλλομεν, οὐδ' ὁποτέραν μὲν τούτων ἀνούσιον γινώσκοντες, οὐ μὴ καὶ ἀριθμὸν ἀφοριστικὸν ποσότητος οὐσιῶν ἐπιφημίζοντες, εἰδότες τὸ ἑτε-

(3) Id est, sine habitudine superioris, et inferioris, nihil dicitur nec est supra, nec infra. TUR.

Digitized by Google

ρρούσιον ταύτῃ συνάγεσθαι· ὃ δὴ καὶ οἱ Ἀρειανοὶ συναισθόμενοι, ταῖς ὑποστάσεσιν ἐνουσίοις οὔσαις, τὰς οὐσίας ἐπεφήμιζον, ταύτῃ τὸ ἑτερούσιον συμπλέκοντες. Οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας, δύο λέγοντες τὰς φύσεις, τὸ ἑτεροειδὲς αὐτῶν οὐ τὸ κεχωρισμένον δηλοῦμεν, ἐκβάλλοντες αὐτῶν εἰ καὶ μὴ εἶεν ἀνυπόστατοι τὸν τῶν ὑποστάσεων ἀριθμόν· ὥσπερ ἐκεῖ τὸν τῶν οὐσιῶν, κἂν μηδ' ὁποτέρα ὑπόστασις τὸ ἀνούσιον, ὥσπερ οὐδὲ ἐνταῦθα τὸ ἀνυπόστατον, ἔχειν ὡμολόγηται· εὖ μάλα εἰδότες, ὅτι οὐδὲ ἐπὶ τῶν ὑποστάσει καὶ οὐσίᾳ κεχωρισμένων, οἷον τοῦδε τοῦ ἵππου, καὶ τοῦδε τοῦ βοός, καὶ τοῦδε τοῦ ἀνθρώπου ἡ φύσις, οὐ τὸ διῃρημένον ἀλλὰ τὸ διάφορον· ὥσπερ καὶ ἡ ὑπόστασις τὸ διῃρημένον, ἀλλ' οὐ τὸ τί τοῦ ὑποκειμένου κυρίως ἐμφαίνει· εἴ πού γε ἐπὶ τῶν μὴ καθ' ἑαυτὰ ἐμφαινομένων, ἀλλ' ἅμα τε καὶ ἐν ἀλλήλοις ὄντων τε καὶ γινομένων, ἡ φύσις οὐ τὸ κεχωρισμένον, ἀλλὰ τὸ διάφορον δηλώσει, εἴτε ἐπὶ τῆς θεολογίας, εἴτε ἐπὶ τῆς οἰκονομίας, εἴτε ἐπὶ παντὸς πράγματος.

A tamen assignamus eis numerum discernentem quantitatem substantiarum, quia hoc modo diversitatem substantiarum simul induci scimus. Quod quidem cum Ariani scirent, hypostasibus quæ in substantia divina sunt, nomen substantiarum imponebant, connectentes hoc modo diversitatem substantiæ. Sic et in œconomia cum dicimus duas naturas, diversitatem earum, non divisionem declaramus, excludentes inde numerum hypostaseon, quamvis non sint sine subsistentia ; sicut illic exclusimus numerum substantiarum. Tametsi nulla hypostasis divina sit sine substantia ; sicut nec hic neutra natura sine subsistentia, scientes bene, quod in divisis hypostasi et substantia, ut hoc equo, hoc bove et hoc homine, natura non divisionem sed differentiam declarat, sicut et hypostasis divisionem, et non quid subjecti propriæ demonstrat : siquidem in iis quæ non per se cernuntur, sed simul, et inter se sunt et fiunt, natura non separatum, sed differens declarabit sive in theologia, id est, in Trinitate, sive in œconomia, id est, in mysterio incarnationis, sive in omni re.

B

Ἀκέφ. Ὁμολογουμένως μὲν ἡ ὑπόστασις καὶ ἡ οὐσία, ἤτοι φύσις ἐπὶ τῆς θεολογίας οὐκ ἔστι ταὐτόν· ἐπὶ μέν τοι τῆς οἰκονομίας ταὐτὸν ἀλλήλοις εἰσίν. Εἰ γὰρ τὰς φύσεις ἐκαινοτόμησεν τὸ καινοπρεπὲς τοῦ μυστηρίου, κατὰ τὸν θεῖον Γρηγόριον, καινοτομήσει οἶμαι καὶ τὰς προσηγορίας, ὡς κατ' αὐτὸν ἀμφοτέροις ἐφαρμόζει τὸν θατέρου λόγον τε καὶ ὅρον.

Aceph. Plane hypostasis, et substantia, sive natura in theologia non est idem : in œconomia tamen idem sunt inter se. Si enim naturas novavit novitas mysterii, secundum divinum Gregorium, novabit, opinor, etiam appellationes, ut secundum ipsum, utrisque aptetur alterius ratio et definitio.

C

Ὀρθ. Τοῦτο δὲ οὐκ οἶδα ποίαν ἀνοίας ὑπερβολὴν οὐχ ὑπεραίρει· οἱ γὰρ ὅροι τῶν πραγμάτων συνωνύμως κατηγοροῦνται κατά τε τῶν ὁμογενῶν κατά τε τῶν ὁμοειδῶν, ὡς οἱ τὰ τοιαῦτα δεινοὶ ἀποδεικνύουσιν· εἰ γὰρ οὐσίαν ἁπλῶς ὁριζόμενοι, εἴποιμεν τήν τινος ὕπαρξιν δηλοῦν, πᾶν τὸ κοινωνοῦν τῆς οὐσίας τοῦ ὀνόματος, καὶ τοῦ ὅρου κοινωνήσει, κἂν μυρίος ᾖ τῶν οὐσιῶν διαφορά· ὑπάρχειν γὰρ φαμὲν οὐσίαν καὶ Θεόν, καὶ ἄγγελον καὶ ἄνθρωπον, καὶ ζῷον καὶ φυτόν, καὶ κοινὸς ἐπὶ πάντων ὁ τῆς οὐσίας ἀποδίδοται λόγος, τὸ ὑπάρχειν τούτων δηλῶν οὐ τὸ τί αὐτῶν ἢ τὸ πῶς. Ταῦτα γὰρ οἱ ἴδιοι ἑκάστου πράγματος ὅροι συνεμφαίνουσιν· ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, δηλοῦσιν αἱ κατηγορίαι, κατὰ τῶν ὑπ' ἄλληλα τεταγμένων γενῶν συνωνύμως κατηγορούμεναι, κατηγοροῦνται δὲ καὶ τὰ γένη καὶ αἱ διαφοραὶ κατὰ τῶν εἰδῶν καὶ κατὰ τῶν ἀτόμων· ὁμοίως γὰρ τῆς οὐσίας μετέχουσι καὶ τοῦ ζώου, τοῦ τε ἐνσωμάτου καὶ τοῦ ἀσωμάτου, τοῦ τε λογικοῦ καὶ τοῦ ἀλόγου, τοῦ τε αἰσθητοῦ καὶ τοῦ νοητοῦ, καὶ οὐχὶ τοῦ [μὲν] μᾶλλον, τοῦ δὲ ἧττον, ἀλλ' ὁμοίως καὶ κοινῶς, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν ὁριστικῶς· καὶ ἄλλως διαβέβληται παρὰ τοῖς ἀποδεικτικοῖς λόγοις ἡ διάλληλος καλουμένη ἀπόδειξις. Ὅμοιον γάρ τι ποιεῖ τῷ ἀποφαινομένῳ, εἶτα μάρτυρα τοῦ λόγου αὐτὸς ἑαυτὸν προϊσχομένῳ, καὶ τὸ ἀξιόπιστον ὅτι αὐτὸς ἔφα ἔχειν κελεύοντι. Εἰ τοίνυν μὴ ἐκ τῶν καθολικῶν λόγων

D

Orth. Hoc vero nescio quam nimiam amentiam non superat. Definitiones enim rerum synonymo prædicantur de iis quæ sunt ejusdem generis ; et de iis quæ sunt ejusdem speciei, ut ii qui sunt valentes, demonstrant. Si enim definientes simpliciter substantiam, dicamus declarare essentiam alicujus, omne illud cum quo commune erit nomen substantiæ, communis erit definitio, quamvis magna sit substantiarum differentia : exsistere enim dicimus substantiam, et Deum, et angelum, et hominem, et animal, et arborem ; et communis in omnibus redditur definitio substantiæ quæ declarat, exsistere ista, non autem declarat, quid ista, aut quo modo. Hæc enim propriæ cujusque rei definitiones declarant (4). Sic autem esse manifestum faciunt categoriæ de generibus ordinatis subter alia synonyme prædicatæ : prædicantur autem et genera, de differentia et speciebus, et de individuis : similiter enim participant substantiam, et animal, et corporeum et incorporeum, et rationale et irrationale, et sensibile et intellectile ; et non hoc magis, illud minus, sed similiter et communiter, et, ut semel dicam, participant ὁριστικῶς ; præterea etiam demonstratio quæ vocatur διάλληλος, reprehensa et improbata est apud eos, qui rationem demonstrandi tradunt : qui enim hac demonstratione utitur, similiter facit, ac si quis enuntiet, et postea se testem enuntiationis producat, et

(4) Καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, ὁριστικῶς. Definitio æqualiter convenit omnibus, quibus convenit definitum, hoc est participare definite species et individua genera et differentias, id est, æqualiter, ut necesse est in definitionibus. Demonstratio διάλληλος, cum ex re dubia fidem facere volumus. Tur.

Digitized by Google

fidem haberi sibi jubeat, quia ipse dixit. Si ergo non universalibus rationibus et definitionibus substantiæ, et hypostasis sive personæ, et naturæ in Trinitate sancta et vivifica; et in mysterio incarnationis Verbi unius ex sancta Trinitate personæ demonstrationes Patrum procedunt neque processerunt; non erit hoc demonstrare, sed quasi sortiri: reddat enim aliquis rationem, quare in Trinitate substantia sive natura commune, et hypostasis, sive persona proprium definiat et declarat, non sic autem in mysterio incarnationis conveniat: dicere enim quod propter novitatem mysterii incarnationis aliter hæc in Trinitate, aliter in incarnatione definiuntur, primum quidem eorum est hoc qui ignorant maxima omnium mysteriorum mysterium esse ipsum Deum, qui ipsis etiam sanctis Seraphinis obtegitur, ad quem, ut magnus Gregorius dixit, mysteria quæ hic sunt, spectant. De quo merito omnis quidem sermo tacebit, omnis vero agitatio mentis quiescet ad id proficiscens quod supra rationem et mentem est. Ex occultis autem Dei mysterium patefactum (5), incarnationis scilicet, tanto magis apertum est quam illud Trinitatis, quanto magis quod erat supra naturam, ad apertum naturæ processit. Nunquid vero sola definitio hypostasis, et substantiæ in incarnatione novatur? An omnis etiam vox, et omne nomen et verbum? Et quæ ista sortitio hujus, et non omnium? Sed non habet hoc naturam; et idcirco neque sermonem, ut magnus Basilius dixit.

Aceph. In theologia quidem omnes Patres uno consensu hypostasim a substantia plane differre, id est, personam a natura, eadem ratione enuntiarunt, qua proprium a communi differt; in incarnatione vero non est ab illis hæc regula servata. Sed hypostases sæpe numero pro naturis, et rursus naturas pro hypostasibus sumunt: ut hac ratione idem esse utrumque patefiat. Beatus Cyrillus, Si quis, inquit, dividit hypostases. Et rursus, naturæ remanserunt non confusæ, id est, hypostases. Et magnus Athanasius duas personas in Christo esse affirmat. Nunquam hoc Patres fecissent, nisi definitiones horum nominum in incarnatione novari cognovissent.

Orth. At ego non dicam novari definitiones nominum, sed potius usos esse nominibus istis in rebus differentibus. Aliud enim est usus nominum, qui fit multis modis; aliud vero, quod proprie et definite ipsis nominibus significatur. Siquidem et secundum translationem, et homonymiam et conversionem, et aliis modis divinæ Scripturæ, et sancti Patres, et communis consuetudo nomina usurpant; non tamen communem horum definitionem reddunt. Sane Apostolus homines vocat partes hominis, hominem exteriorem, et hominem inte-

(5) Hoc vocat Apostolus mysterium a sæculis absconditum, nunc autem manifestatum sanctis.

καὶ ὅρων, τῆς οὐσίας τε καὶ ὑποστάσεως, ἤγουν προσώπου καὶ φύσεως, καὶ περὶ τῆς ζωοποιοῦ καὶ ἁγίας Τριάδος, καὶ περὶ τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ Λόγου, τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος οἰκονομίας, αἱ ἀποδείξεις τοῖς τε Πατράσι προῆλθον, καὶ νῦν προέρχονται, ἀποκληρωτικὸς καὶ οὐκ ἀποδεικτικὸς ἔσται ὁ λόγος· ἐπεὶ λεγέτω τις τὸν Λόγον, καθ' ὃν ὑπόστασις μὲν καὶ οὐσία, ἤγουν φύσις καὶ πρόσωπον· ἐπὶ τῆς θεολογίας τὸ κοινὸν ἢ τὸ ἴδιον ὁρίζουσί τε καὶ ἐμφαίνουσιν, οὐχ οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας ἔχειν ἁρμόζει. Τὸ γὰρ δὴ λέγειν ὅτι διὰ τὸ καινοπρεπὲς μυστήριον, ἄλλως μὲν ἐπὶ τῆς θεολογίας, ἑτέρως δὲ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας ταυτὰ ὁρίζεται, πρῶτον μὲν ἀγνοούντων ἐστὶν, ὅτι τὸ πάντων μυστηρίων μυστηριωδέστατον, αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὃς καὶ τοῖς ἁγίοις Σεραφὶμ συγκαλύπτεται, πρὸς ὃν, ὡς ὁ μέγας ἔφη Γρηγόριος, καὶ τὰ τῇδε ὁρᾷ μυστήρια· περὶ οὗ δικαίως ἂν σιγήσει μὲν πᾶς λόγος, πᾶσα δὲ νοερὰ κίνησις παύσεται, εἰς τὸ ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν χωροῦσα· τὸ δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ κρυφίων ἐμφανὲς μυστήριον, τοσοῦτον παρ' ἐκεῖνό ἐστιν ἐμφανέστερον, καθ' ὅσον ἂν εἰς τὸ ἐμφανὲς τῆς φύσεως τὸ ὑπὲρ φύσιν πρόεισιν. Ἆρα δὲ μόνος ὁ τῆς ὑποστάσεως καὶ οὐσίας ὅρος, ἐπὶ τῆς οἰκονομίας καινοτομεῖται; ἢ καὶ πᾶσα φωνὴ, καὶ πᾶν ὄνομά τε καὶ ῥῆμα; Καὶ τίς ἡ ἀποκλήρωσις τούτου καὶ μὴ πάντων; ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἔχον φύσιν τοῦτό γε· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ λόγον, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος.

Ἀκέφ. Ἐπὶ μὲν τῆς θεολογίας πάντες συμφώνως οἱ Πατέρες, σαφῶς ὑπόστασιν οὐσίας διαφέρειν, ἤγουν πρόσωπον φύσεως, τῷ αὐτῷ λόγῳ ἀπεφήναντο, ᾧ τὸ ἴδιον τοῦ κοινοῦ διενήνοχεν· ἐπὶ δὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως οὐκέτι αὐτοῖς ὁ κανὼν οὗτος πεφύλακται, ἀλλὰ τὰς ὑποστάσεις πολλάκις ἀντὶ τῶν φύσεων, καὶ ἔμπαλιν τὰς φύσεις ἀντὶ τῶν ὑποστάσεων παραλαμβάνουσιν, ὡς ταύτῃ τὸ ταὐτὸν ἀμφοτέρων παρίστασθαι· ὅ τε γὰρ μακάριος Κύριλλος, Εἴ τις, φησὶ, διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις. Καὶ πάλιν· Ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν ὑποστάσεις· ὅ τε μέγας καὶ τῆς ἀθανασίας ἐπώνυμος, καὶ πρόσωπα ἐπὶ Χριστοῦ δύο εἶναι διϊσχυρίζεται· οὐκ ἂν δὲ τοῦτο οἱ Πατέρες ἔπραττον, εἰ μὴ καινοτομεῖσθαι τοὺς ὅρους τούτων τῶν ὀνομάτων ἐπὶ τῆς οἰκονομίας ἐγίνωσκον.

Ὀρθ. Ἀλλ' οὐ καινοτομεῖσθαι φαίην ἂν ἔγωγε τοὺς ὅρους τῶν ὀνομάτων, συγχεχρῆσθαι δὲ μᾶλλον τοῖς ὀνόμασι τούτοις εἴποιμ' ἄν, κατὰ τῶν διαφόρων πραγμάτων· ἄλλο γάρ ἐστι σύγχρησις ὀνομάτων, κατὰ πολλοὺς γινομένη τοὺς τρόπους, ἄλλο δὲ τὸ κυρίως καὶ ὁριστικῶς ἐξ αὐτῶν σημαινόμενον· καὶ γὰρ καὶ κατὰ μεταφορὰν καὶ ὁμωνυμίαν, καὶ ἀντιστροφὴν, καὶ ἑτέρους τρόπους, αἵ τε θεῖαι Γραφαὶ, οἵ τε ἅγιοι Πατέρες, καὶ ἡ κοινὴ συνήθεια, τὰ ὀνόματα μεταχειρίζονται, οὐ μὴν κοινὸν ὅρον τούτων ἀποδιδόασιν· ἀμέλει ὁ μέγας Ἀπόστολος ἀνθρώ-

In hom. in Nativitatem Christi theologiam vocat mysterium Trinitatis. Tur.

Digitized by Google

που οὐδὲν καλεῖν τὰ τοῦ ἀνθρώπου μέρη, τὸν ἔξω καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον· οὐτωσὶ λέγων οὐ μὴν τὸν τοῦ ὅλου ἀνθρώπου ὅρον, κατὰ τοῦ μέρους τιθεὶς, ἑκάτερον δὲ μέρος τῇ τοῦ ὅλου προσηγορίᾳ· ὥσπερ καὶ τὸ ἔμπαλιν τὸ ὅλον τῷ μέρει καλεῖν αὐτῷ φίλον· ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς ἑτέραις θείαις Γραφαῖς, ὡς πᾶσιν εὔδηλον. Κατὰ τοῦτο τοίνυν ἑκάστην φύσιν, ὑπόστασιν, ἢ πρόσωπον καλεῖν τοῖς Πατράσιν, οὐ μόνον ἐπὶ τῆς οἰκονομίας, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς θεολογίας σύνηθες, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον ἐκ δύο ὑποστάσεών τινας αὐτῶν εἰρηκέναι, οὐ μὴν κοινωνεῖν τὴν φύσιν τοῦ ὅρου τῆς ὑποστάσεως, ἤτουν προσώπου λέγειν αὐτοὺς οἰόμεθα· ἐξ ὧν πάντες ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Κύριον εἶναι ὁριζόμενοι τὸ ἄλλον καὶ ἄλλον, ὃ τῆς κυρίως λεγομένης ὑποστάσεως ἴδιον, κατ' αὐτοῦ ἀπέφησαν τοῦ τῆς ὑποστάσεως ὀνόματος, οὐ μὴν τοῦ ὅρου κοινωνοῦσαν τὴν φύσιν λαμβάνοντες. Ὅταν τοίνυν ἁπλῶς καὶ κατ' ἐξουσίαν ὁ Λόγος διὰ τῶν ὀνομάτων πρόεισιν, οὐδὲν τὸ κωλύον ἐναδιαφορεῖν τοῖς ὀνόμασιν· ὅταν δὲ δόγματός ἐστιν γυμνασία καὶ ζήτησις, τότε τὰς ὁμωνυμίας κατασιγήσαντες, τὰς κυρίας σημασίας ἐξ αὐτῶν τῶν ὅρων λαμβάνειν ἀναγκαζόμεθα, ὡς ἐντεῦθεν μηδὲν παραβλάπτεσθαι τῇ τῶν ὀνομάτων ἀδιαφορίᾳ τὴν τῶν πραγμάτων ἀκρίβειαν.

riorem; non tamen qui sic loquitur, definitionem totius appellat (6). Sicut rursus totum vocare solet nomine partis. Similiter fieri solet in aliis Scripturis divinis, ut omnes sciunt. Hoc modo igitur consueverunt Patres unamquamque naturam hypostasim, vel personam appellare, non solum in mysterio incarnationis, sed in sancta Trinitate; sicut nonnulli Patres ipsum hominem dixerunt ex duabus hypostasibus constare, non tamen arbitramur dixisse eos participare naturam, definitionem hypostasis, id est, personæ. Qui omnes unum et eumdem Dominum esse statuentes; illud alium et alium, quod proprium est hypostasis proprie dictæ, de ipso nomine hypostasis negaverunt: non tamen intelligentes habere naturam, communem definitionem cum hypostasis.(7). Cum igitur simpliciter et libere sermo per nomina procedit, nihil prohibet uti nominibus indifferenter: cum vero de dogmate agitur, et quæstio est, tunc tacitis homonymiis, proprias significationes ex ipsis definitionibus sumere cogimur, ne ullo modo usu nominum indifferente ipsarum rerum limata veritas lædatur.

Ἀκέφ. Τὰ ἁπλᾶ οὐ σύνθετα, καὶ διὰ τοῦτο τὸν τῆς ἁπλότητος ὅρον, ἡ τοῦ συνθέτου φύσις οὐκ ἐπιδέχεται· εἰ δὲ τοῦτο ἐπηρεάζειν ἔστι τοῖς λέγουσι μίαν φύσιν Χριστοῦ σύνθετον, τὸ ὡς ἁπλῆν αὐτὴν λέγεσθαι παρ' αὐτῶν καὶ ἀσύνθετον νομίζειν τινάς.

Aceph. Simplicia non sunt composita, et ideirco definitionem simplicitatis non recipit natura compositi. Hoc si ita est, calumnia est in eos qui dicunt unam naturam Christi compositam, existimare ullos simplicem ipsam ab illis, et non compositam dici.

Ὀρθ. Ἡ φύσις τοῦ συνθέτου, οὐκ ἔστιν ἡ αὐτὴ τῇ τῶν συντεθειμένων φύσει· ὡς γὰρ ἡ τοῦ δεσμοῦ φύσις, οὐχ ἡ αὐτή ἐστι τῇ φύσει τῶν δεσμουμένων, ἀλλὰ ἄλλη μὲν ἡ τοῦ δεσμοῦ, εἰ τύχοι θήλεια ἡ ἄῤῥεν καλουμένη, ἑτέρα δὲ ἡ τῶν δεσμουμένων ξύλων, φέρε εἰπεῖν ἢ σκευῶν, ἃ τῷ δεσμῷ ὑποβάλλεται· οὕτως οὐ ταὐτὸν ἡ τοῦ συνθέτου φύσις καὶ τῆς ἑνώσεως· ἡ μὲν γὰρ σύνθεσίς τε καὶ ἕνωσις, ἢ σχετική ἐστιν ἢ οὐσιώδης, καὶ ἢ κατὰ παράθεσιν, ἢ μίξιν, ἢ σωρείαν, ἢ ἁρμονίαν, ἢ κόλλησιν, ἢ σύγχυσιν, ἢ φύρσιν, ἢ οὐκ οἶδ' ἄστινας ἑτέρας γίνεσθαι λέγεται, ἑνώσεων φύσεις διαφόρους εἰσάγει ὑφ' ἓν εἶδος τὴν ἕνωσιν ἀναφερομένας· ἡ δὲ τῶν ἡνωμένων ἢ συντεθειμένων, ἢ ὅπως ποτὲ σὺν ἀλλήλοις εἶναι καταδεχομένων φύσις, ἄλλον ἐπιδέχεται ὅρον τὸν τῶν πραγμάτων· καὶ τοῦτο ἴδιον ἑκάστου τῶν ἡνωμένων, εἰ μή που σύγχυσις περὶ τὰ ἑνωθέντα συμβέβηκεν. Πῶς τοίνυν μίαν Χριστοῦ φύσιν, καὶ ταύτην σύνθετον λέγεις; ἢ γὰρ τῆς συνθέσεως, ἢ τῶν συντεθειμένων, ἢ τοῦ ἐξ ἀμφοῖν ἀποτελέσματος· ἀλλ' εἰ μὲν ἡ σύνθεσις αὕτη, μία σοι φύσις Χριστοῦ λέγεται, τὸν τῆς ἑνώσεως ἀποδώσεις λόγον, οὐ τὸν ἑνωθέντων. Εἰ δὲ τῶν συντεθειμένων κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ὁλότητα, δύο ἔσονται αὖται καὶ οὐ μία· εἴπερ μὴ δ' ὁποτέρα ἀντιμετέστη εἰς τὴν τοῦ συγκειμένου καὶ μετακεχώρηκε φύσιν καὶ ἰδιότητα, ἀλλὰ σώζοι κἀν

Orth. Natura compositi non est eadem cum natura compositorum. Sicut enim natura vinculi non est eadem cum natura eorum, quæ sunt vinculo alligata; sed potius natura vinculi est quæ femina, si ita ponamus, vel mas vocatur; alia vero natura est lignorum alligatorum verbi gratia, aut vasorum, quibus est injectum vinculum: sic non est idem natura compositionis et unionis cum natura compositorum et unitorum. Compositio enim et unio vel ad habitudinem pertinet, vel ad substantiam; et vel secundum appositionem, vel mistionem, vel congericm, vel coagmentationem, vel agglutinationem, vel confusionem, vel immissionem (8), vel nescio quas alias naturas differentes unionum fieri dicunt, quæ unionem sub unam speciem referunt. Natura vero eorum quæ unita vel composita sunt, vel quomodocunque inter se aptata, aliam definitionem rerum recipit, et hoc est proprium uniuscujusque unitorum; nisi forte confusio accidit unitis. Quomodo igitur dicis unam Christi naturam, et hanc compositam? Aut enim est compositionis, aut compositorum, aut ejus quod ex compositione, et compositis effectum est: at si hanc compositionem unam naturam Christi dicis, definitionem unionis reddes, non definitionem unitorum. Sin vero unam naturam Christi dicis naturam compo-

(6) **Utimur nomine** secundum conversionem. Ut si **dicamus animal** rationale pro homine. Tur.

(7) **Id est, negantes** alium, et alium in incarnatione, **non negaverunt** aliud, et aliud, quod naturam significat, quia non intellexerunt communem esse definitionem naturæ cum hypostasi. Ib.

(8) Immissio quæ Græce dicitur φύρσις, ut cum fermentum immittitur massæ. Ib

Digitized by Google

sitorum, in toto Christo duæ erunt naturæ, non una. Siquidem neutra in naturam et proprietatem alterius secum compositæ mutata est, sed potius in unione differentiam harum servat. Si autem unam naturam Christi vocas, quod ex compositione et compositis constat, non naturam Christi, sed magis hypostasim et esse, et vocare decet. Siquidem natura Christi non potest esse ejusdem naturæ cum Patre, secundum quod est ejusdem naturæ cum matre : neque rursus cum matre, secundum quod est ejusdem naturæ cum Patre. Quomodo igitur unam naturam Christi vocas, et hanc compositam? Cum appellatio Christi non naturam, sed hypostasim significet, circa quam naturæ cernuntur, et in quibus persona distinguitur : illud vero quomodo præterire possumus, in quo novæ sapientiæ novus revera partus cernitur?

A τῇ ἑνώσει τὸ διάφορον τούτων · εἰ δὲ τὸ ἀποτέλεσμα, οὐ Χριστοῦ φύσιν ἀλλὰ μᾶλλον ὑπόστασιν τοῦτο εἶναί τε καὶ καλεῖν πρεπωδέστατον · εἴπερ ἡ Χριστοῦ φύσις, οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ τῇ φύσει τοῦ Πατρὸς, καθ' ὃ τῇ φύσει τῆς μητρὸς, οὐδὲ κατὰ τὸ αὐτὸ τῇ φύσει τῆς μητρὸς, καθ' ὃ τῇ φύσει τοῦ Πατρὸς ὁμοφυὴς εἶναι δύναται · πῶς οὖν μίαν Χριστοῦ φύσιν καλεῖς, καὶ ταύτην σύνθετον, τῆς Χριστοῦ προσηγορίας οὐ φύσιν ἀλλ' ὑπόστασιν σημαινούσης περὶ ἣν αἱ φύσεις ὁρῶνται, καὶ ἐν αἷς τὸ πρόσωπον ἀφορίζεται ; κἀκεῖνο δὲ πῶς παραδράμοιμεν, τῆς νέας σοφίας τὸ καινὸν ὄντως ἀποκύημα ;

Aceph. Omnia, inquit, singularia habentia tanquam alicujus naturam, etiam una natura dicuntur, ut sol unus, cœlum unum, et idcirco una natura solis et cœli, et similium.

B Ἀκέφ. Πάντα φησὶ, τὰ μοναδικὰ, τὴν ὡς τινὸς φύσιν ἔχοντα, καὶ φύσις μία λέγεται, οἷον ἥλιος εἷς, καὶ οὐρανὸς εἷς, καὶ διὰ τοῦτο μία φύσις ἡλίου καὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν τοιούτων.

Ortho. At num ignoras, optime vir, quod natura solis eadem est quæ astrorum? et cœli natura eadem, quæ in reliquis cœlis? Sicut splendor, aer et aqua, et horum concretiones commune habent in tali natura ; esse autem hunc aut hunc in propria et separata definitione hypostasis significatur. Si quis enim sic definiat cœlum, esse circulum extra universum ; vel commune complexum intellectilium et sensilium, non substantiam ejus, sed hypostasim declarasti. Item si solem definias, esse sidus, interdiu lucens, aut habens mediam regionem inter planetas ; rursus hypostasim solis, sed non naturam declarasti : natura enim uniuscujusque hypostasis secundum communem definitionem reddi intelligitur, ut quod igneum, vel aereum, vel terrenum, vel aquaticum, vel rationale, vel irrationale, vel animal, vel non vivens, vel sensile, vel intellectile : hæc enim proprietates οὐσιοποιοί, id est, substantificæ naturam subjecti patefaciunt ; quibus si apponatur quod proprie unumquodque distinguit, hypostasim alicujus designat. Falsum ergo est, quod sumis, unumquodque singulare naturam habere singularem (9). Contrarium enim naturam habet communem secundum eamdem speciem ; hypostasim vero propriam, quæ proprium ejus a communi separat notis et proprietatibus vim separandi habentibus. Sicut enim Paulus et Petrus non sunt nomina naturæ, sed hypostasis ; sic sol et luna, et lucifer et cœlum. Et hoc aliquid volatile et terrenum, et aquaticum tanquam efficiens proprium, dividitur et separatur.

C

D

Ὀρθ. Ἀλλ' ἠγνόησας, ὦ βέλτιστε, ὅτι ἡ τοῦ ἡλίου φύσις, ἡ αὐτὴ ἐστι τῇ τῶν ἄστρων ; καὶ ὁ οὐρανὸς ὁ αὐτὸς τοῖς λοιποῖς οὐρανοῖς ; ὡς αὐγή τε καὶ ἀὴρ καὶ ὕδωρ, καὶ τὰ τούτων συγκρίματα τὸ κοινὸν ἐν τῇ τοιᾷδε φύσει ἔχουσι · τὸ δ' εἶναι τόνδε ἢ τόνδε, ἐν τῷ ἰδίῳ καὶ ἀφωρισμένῳ τῆς ὑποστάσεως ὅρῳ σημαίνεται · εἴτε γὰρ οὕτως ὁρίσει οὐρανὸν εἶναι τὴν ἔξω τοῦ παντὸς περιφέρειαν, ἢ τὸν κοινὸν ὅρον νοητῶν τε καὶ αἰσθητῶν, οὐ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τὴν δὲ ὑπόστασιν ἐδήλωσας · εἴτε ἥλιον ἄστρων ἡμεροφαὲς, ἢ ἄστρων τὴν μέσην ἔχον τῶν πλανητῶν χώραν, πάλιν τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἡλίου, καὶ οὐ τὴν φύσιν ἐδήλωσας · ἡ γὰρ φύσις ἑκάστης ὑποστάσεως, κατὰ τὸν κοινὸν ἀποδίδοσθαι ὅρον λαμβάνεται · οἷον ὅτι πύριον, ἢ ἀέριον, ἢ χερσαῖον, ἢ ἔνυδρον, ἢ λογικὸν, ἢ ἄλογον, ἢ ζῶον, ἢ ἄζωον, ἢ αἰσθητὸν, ἢ νοητόν. Αὗται γὰρ αἱ οὐσιοποιοὶ ἰδιότητες τὴν φύσιν τοῦ ὑποκειμένου δηλοῦσιν, αἷς προστιθέμενον τὸ ἰδίως ἀφοριστικὸν ἑκάστου, τὴν ὑπόστασιν τοῦ τινος χαρακτηρίζει. Ψευδὴς οὖν ἡ ὑπόθεσις ἣ ἕκαστον τῶν μοναδικῶν · καὶ φύσιν μὲν ἔχει τὴν κοινὴν κατὰ τὸ ὁμοειδὲς, ὑπόστασιν δὲ ἰδίαν ἢ τὸ ἴδιον αὐτοῦ ἀπὸ κοινοῦ χωρίζει, τοῖς ἀφοριστικοῖς σημείοις τε καὶ ἰδιώμασιν · ὡς γὰρ Παῦλός τε καὶ Πέτρος, οὐ φύσεως ὀνόματα ἀλλὰ ὑποστάσεως, οὕτως ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ ἑωσφόρος, καὶ οὐρανὸς, καὶ τόδε τι τὸ πτηνὸν, τό τε χερσαῖον, καὶ τὸ ἔνυδρον, ὡς ἰδιοποιὸν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς οὐσίας, τῇ τῆς ὑποστάσεως ἰδιότητι διαιρεῖται καὶ ἀφορίζεται.

a communitate substantiæ proprietate *hypostasis*

Aceph. Plerosque sanctorum Patrum scimus et ante Nicænum concilium et post concilium, repugnasse quibusdam vocibus superiorum sanctorum Patrum, quod hæreses callide et malitiose quibusdam eorum vocibus et significationibus usæ essent. Propter hanc causam arbitramur beatum Cyrillum quibusdam vocibus Patrum non usum esse, et po-

Ἀκέφ. Πολλοὺς ἴσμεν τῶν θεηγόρων, καὶ πρὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, καὶ μετὰ ταύτην, ἐνίαις τῶν προλαβόντων ἁγίων Πατέρων φωναῖς ἀντιταξαμένους, τῶν αἱρέσεων κακούργως χρησαμένων τισὶν αὐτῶν σημασίαις καὶ λέξεσιν · ἐξ οὗ οἰόμεθα καὶ τὸν μακάριον Κύριλλον, ἐνίαις τῶν πατρικῶν φωνῶν μὴ συγχρήσασθαι, καὶ μάλιστα τῇ τῶν δύο φύσεων,

(9) Ut album contrarium est singulare nigro, et naturam habet communem albedinem, quæ est species coloris, et nigrum commune habet coloratum. Tur.

Digitized by Google

Νεστορίου ἄνω καὶ κάτω ταύτας ἐπὶ διαιρέσει λαμ- A tissimum voce duarum naturarum, cum Nestorius
βάνοντος, καὶ κακῶς τῇ τῶν παλαιῶν ἐξουσίᾳ κατα- ubique has ad dividendum usurparet, et mal-
χρωμένου· ὃ καὶ νῦν ἡμεῖς εὐλαβούμενοι ἐκ φύσεων potestate veterum abuteretur. Quod quidem nunc
μὲν δύο, οὐ μὴν ἐν δυσὶ φύσεσιν ὑπάρχειν τὸν Χρι- etiam nos verentes, ex duabus quidem naturis,
στὸν ὁριζόμεθα. non tamen in duabus naturis exsistere Christum
definimus.

Ὀρθ. Οὐ καλὴ αὕτη οὐδ' εὐάφορμος ἀπολογία, *Orth.* Non est hæc defensio, et excusatio honesta
ἀλλὰ καὶ λίαν ἀνευλαβὴς ὄντως εὐλάβεια οὖσα τυγ- et opportuna, sed potius reverentia omnis reveren-
χάνει, διὰ τὴν ἀτοπίαν τῶν κακοῦργως κεχρημέ- tiæ expers, propter eos qui malitiose vocibus theo-
νων ταῖς τῶν θεολόγων φωναῖς, αὐτὰς παραιτεῖσθαι logorum usi sunt, ipsas divinorum auctorum voces
τὰς τῶν θεηγόρων φωνάς. Οὐ γὰρ μόνον ταῖς Πα- recusare. Non solum enim vocibus Patrum hæretici,
τρικαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς Γραφικαῖς οἱ αἱρετικοὶ κατὰ sed Scripturis ipsis, ut eis visum est, abusi sunt;
τὸ αὐτοῖς δοκοῦν συναποκέχρηνται· καὶ δὴ κατὰ τὸν alioqui secundum regulam vestram liceat imitari
κανόνα τὸν ὑμέτερον, τὴν Μαρκίωνος τόλμαν ζη- Marcionem, et abrogare multa, quæ in Scripturis
λοῦν, καὶ διαγράφεσθαι πολλὰ τῶν ἐν ταῖς Γραφαῖς sunt. At non hoc in divina Scriptura, nec in Patri-
κειμένων· ἀλλ' οὐδὲ τῆς θείας Γραφῆς, οὐδ' ἐπὶ τῶν B bus, qui celebres sunt, facere fas est : sed potius
ἐνδόξων Πατέρων τοῦτο ποιεῖν θεμιτὸν, ἀλλ' ἔχε- sicut inhærere menti eorum, sic etiam sacris eorum
σθαι μὲν, ὥσπερ τῆς διανοίας, οὕτω καὶ τῶν ἱερῶν vocibus maxime decet, et pravas hæreticorum ex-
φωνῶν πρεπωδέστατον· ἀναιρεῖν δὲ τὰς τῶν positiones expurgare, declarareque easdem signifi-
αἱρετικῶν παρεξηγήσεις, καὶ δηλοῦν τὰς αὐτὰς ση- cationes aliter quidem Patres, aliter vero hæreticos
μασίας, ἄλλως μὲν τοὺς Πατέρας, ἄλλως δὲ τοὺς αἱ- accipere. Omnis enim vox recipit mutationes in
ρετικοὺς μεταχειρίζεσθαι· καὶ γὰρ δέχεται πᾶσα contrarium et pravas interpretationes. Sic reperi-
φωνὴ, τὰς εἰς τοὐναντίον τροπάς τε καὶ παρεξηγή- mus magnum Athanasium defendisse Dionysium, et
σεις· οὕτω γὰρ εὑρίσκομεν καὶ τὸν μέγαν Ἀθανά- beatum Cyrillum non semel excusare voces, imo
σιον ὑπεραπολογούμενον Διονυσίου· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν addere, sicut Nestorio videbatur. Et non hoc solum,
μακάριον Κύριλλον, οὐ καθάπαξ παραιτούμενον τὰς sed in multis, quin potius in omnibus suis libris
φωνὰς, ἀλλὰ κατὰ τὸ Νεστορίῳ δοκοῦν προστιθέντα, duas naturas confitetur. Si autem omnino hoc valet,
οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ ἐν πολλοῖς, μᾶλλον δὲ ἐν πᾶ- ut posteriores, quasdam voces clarorum virorum
σιν αὐτοῦ τοῖς λόγοις, καὶ τὰς δύο φύσεις ὁμολο- qui antecesserunt, devitent, liceat nobis, quia
γοῦντα· εἰ δὲ ὅλως τοῦτο κρατεῖ τὸ τοὺς μεταγενε- C Eutyches et ejus sectatores male usi sunt hac voce,
στέρους ἐνίας τῶν προλαμφάντων φωνὰς παραιτεῖ- una natura incarnata, hanc defugere; aut si non
σθαι, ἐξέστω καὶ ἡμῖν, ἐπειδὴ Εὐτυχής τε καὶ οἱ defugimus, liceat eos approbare, qui dicunt esse
ἀπ' αὐτοῦ κακῶς ἐχρήσαντο, τῇ μιᾷ σεσαρκωμένῃ, Christum in duabus naturis. Etenim si usque ad
ταύτην παραιτεῖσθαι· ἢ μὴ παραιτουμένοις, καὶ Cyrillum processissent hæreses, et deinceps cessas-
αὐτοὺς τὴν ἐν δύο φύσεσι καταδέχεσθαι· εἰ μὲν γὰρ sent, et non esset exortus et deprehensus celeber-
μέχρι τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἔστη τὰ τῶν αἱρέ- rimus hæreticorum Eutyches, fortassis hoc nobis,
σεων, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ὁ πάνυ αὐτῶν ἐπιβοώμενος αἱ- quod dicis, faciendum esset. Sin autem post Cyril-
ρετικὸς πεφώραται Εὐτυχής, τάχα ἂν ἦν τοῦτο lum fuerunt hæretici, sit in potestate posteriorum,
ὑμῖν· εἰ δὲ καὶ μετ' αὐτὸν γεγόνασιν αἱρετικοὶ, quædam, quæ quidam veteres, ut dicitis, non
ἔστω ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τῶν μεταγενεστέρων, καὶ τὰ dixerunt, rursus dicere, præsertim postquam hæc
τισὶν, ὡς φατε, μὴ δόξαντα λέγεσθαι πάλαι, διὰ τὴν sunt in synodis definita. Solutio enim omnis dubita-
ἐπ' αὐτῶν αἵρεσιν ἐξουσίαν ἔχειν αὖθις λέγειν, καὶ tionis eorum de quibus ambæ partes dubitaverunt,
μάλιστα ἐπ' ἂν συνόδοις τὰ τοιαῦτα ὁρίζεται· λύσις secundum canones ecclesiasticos est synodorum
γὰρ πάσης ἀπορίας κατὰ κανόνας ἐκκλησιαστικοὺς, judicium, et qui synodis repugnat, non jam contra
τῶν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσιν ἀμφισβητουμένων, ἡ D aliquos, sed contra omnes Christianos seditionem
τῶν συνόδων ἐπίκρισις· καὶ ὁ πρὸς ταύτας ἀπομα- facit. Quod nobis non eveniet, qui veritatem con-
χόμενος, οὐκέτι πρὸς ἕνια πρόσωπα, πρὸς ὅλον δὲ tentioni anteposuimus.
τὸν Χριστιανισμὸν στασιάζων εὑρίσκεται· ὃ μὴ πάθοιμεν ἡμεῖς ἀλήθειαν φιλονεικίας προασπασάμε-
νοι.

Ἀκέφ. Τὰς φύσεις μόνῃ τῇ ἐπινοίᾳ καὶ ἡμεῖς *Aceph.* Naturas sola cogitatione etiam nos consi-
θεωροῦμεν· ἑνώσαντες μὲν οὖν ταύτας, λοιπὸν μίαν deramus : has igitur unientes ambas, unam deinceps
ἀμφω φύσιν καὶ ταύτην σύνθετον εἶναί τε καὶ κα- esse dicimus, et hanc compositam esse, et
λεῖσθαί φαμεν· ᾧ γὰρ λόγῳ ὑμεῖς τὰς ὑποστάσεις vocari dicimus. Qua enim ratione vos hypostases
τῇ ἐπινοίᾳ λαμβάνοντες, καὶ ταύτας ἑνώσαντες, εἰς cogitatione considerantes et has unientes, in unam
μίαν ὑπόστασιν αὐτὰς συντίθετε, τούτῳ τῷ λόγῳ hypostasim eas componitis; eadem et nobis natura
καὶ ἡμῖν αἱ φύσεις, εἰς μίαν φύσιν συντιθέμεναι in unam naturam compositæ, non confusæ, divisio-
συγχεόμεναι, καὶ τὴν διαίρεσιν ἐκκλίνουσι, καὶ τὴν nem declinant, et unionem ostendunt. Si vero nos
ἕνωσιν γνωρίζουσιν· εἰ δὲ ἡμεῖς σύγχυσιν ἐγκαλοῦ- propter compositam naturam de confusione accu-
μεθα διὰ τῆς συνθέτου φύσεως, καὶ ὑμεῖς ταύτην samur, et vos hanc accusationem non effugietis,

Digitized by Google

propter hypostasim non simplicem. Quibus enim rationibus hypostases in hypostasim congregantes has immutatas esse demonstraveritis, hæ nobis satis sunt ad componendum naturas in naturam, et servandum sine mutatione in hujusmodi compositione quæ unita sunt.

οὐκ ἀποφεύξεσθε διὰ τῆς οὐχ ἁπλῶς ὑποστάσεως· οἷς γὰρ ἂν λόγοις, τὰς ὑποστάσεις εἰς ὑπόστασιν συναγαγόντες, ἀτρέπτους ταύτας ἀποδείξητε, τούτοις καὶ ἡμεῖς ἀρκούμεθα εἰς τὸ τὰς φύσεις εἰς φύσιν συντιθέναι, καὶ ἄτρεπτα ἐν τῇ τοιαύτῃ συνθέσει τὰ ἑνωθέντα φυλάττειν.

Orth. Cogitationem Patres, et doctrina vera, duplicem esse dixerunt; una enim est veluti ἐπέννοια, quædam, et ἐπενθύμησις, id est, quædam accessio notionis et considerationis, quæ universam et indistinctam rerum contemplationem et cognitionem evolvit et explanat; ut sensui quidem videatur esse simplex, agitatione tamen mentis reperitur multiplex et varia: altera est fictio cogitationis secundum implicationem sensus et imaginationis, ex iis quæ sunt componentes ea quæ non sunt, et esse videntur. Hujusmodi est fictio fabulosa Hippocentaurorum, et Sirenum, et aliorum hujusmodi: accipiens enim partes ex totis, et ex partibus aliud quid componens, multa licentia et facilitate ea quæ nusquam in hypostasi et substantia cernuntur, cogitatione finxit, et materiis informans imagines figuravit.

Paulus, Cyri fil. Flori Nepos (*a*), nobilitate generis opibusque, et dignitate (siquidem Justiniani imp. silentiariorum, sive secretariorum primicerius fuit), illustris (*b*), nec minus ingenii ac doctrinæ laude præstans, templum S. Sophiæ, hoc est Christo (*c*), qui Dei Patris sapientia est, a Justiniano, imp. post Theodoram (*d*), conjugem, jam exstinctam, encæniis secundis anno imperii sui XXXVI, 24 dec. (*e*) Christi 562, CPoli dedicatum, pulcherrima ἐκφράσει, versibus hexametris (Proœmium iambicis versibus 134 constat), ita descripsit, ut oculis propemodum subjecerit, idque per postremos duos encæniorum (*f*), dies præsentibus imperatore et Eutychio, patriarcha, in tomo patriarchali prælegit, ex quo ipso etiam poemate constat, eum fuisse Christianum. Citatur subinde hæc templi Sophiæ descriptio a Salmasio ad Plinium et *Hist. Augustam* : is enim A. 1607, e codice Palatino descripserat. Habuit etiam apographum ex eodem codice Claudius Maltretus, qui edere promisit præf. ad Procopium. At Philibertus de la Mare, senator Divionensis, Salmasianum Cangio transmisit, neque potuit in meliores manus incidere eximium istud antiquitatis monumentum. Hic enim vir doctissimus Græca recensuit atque ex ingenio castigavit, ac majoribus lacunis exceptis supplevit, versionemque Latinam perspicuam, et eruditissimum de templo Sophiæ commentarium adjunxit. Paris 1670, fol. ad calcem Jo. Cinnami (rec. in corpore *Hist. Byzant.* ed. Venetæ, tom. XI). Ms. Vaticanum (*g*), laudat Lambecius Notis ad Codinum, eumdem, ut opinor, codicem innuens, qui e Palatina bibl. in Vaticanam est translatus. Sophiæ templum plures descripserunt e veteribus, ut Procopius, lib. I *De Ædificiis*, Codinus et anonymi Græci, a Combefisio, Lambecio et Bandurio editi, e recentioribus præter Cangium illo, quem dixi, ad Paulum Commentario, et libro *CPoleos christianæ*, Grelotius in *Itinere CPolitano*, Gallice edito Paris. 1681, 4, e quo plura repetit Bandurius, tom. II, *imperii orientalis*, pag. 744 seq.

Testatur Agathias (*h*) plura alia poemata a Paulo elaborata, pulcherrimum tamen esse, quod in So-

(*a*) Agathias, lib. V, p. 155, ubi de templo S. Sophiæ : Εἰ δέ τις ἐθέλοι πόρρω που τυχὸν τῆς πόλεως ἀπῳκισμένος, ἔπειτα γινώσκειν σαφῶς ἅπαντα, καθάπερ παρὼν καὶ θεώμενος, ἀναλεγέσθω τὰ Παύλῳ Κύρου τοῦ Φλώρου ἐν ἑξαμέτροις πεπονημένα, ὃς δὴ τὰ πρῶτα τελῶν ἐν τοῖς τῆς ἀμφὶ τὸν βατιλέα σιγῆς ἐπιστάταις, γένους τε κοσμούμενος δόξῃ, καὶ πλοῦτον ἄφθονον ἐκ προγόνων διαδεξάμενος, ὅμως παιδεία γε αὐτῷ καὶ λόγων ἄσκησις διεσπούδαστο, καὶ ἐπὶ τοῖσδε μᾶλλον ἠύχει καὶ ἐσεμνύνετο. Versus ex hac ecphrasi Pauli Silentiarii laudat Suidas in Ἔφανος. Cæterum falli eos, qui nostrum, Paulum Cyrum Florum appellant, ut præter Vulcanium, Vossiumque Reinesius, pag. 471, Var. lect. Cangio et Hanekio pridem animadversum. Iidem verisimiliter conjiciunt, partem Pauli fuisse Cyrum, poetæ poetam, cujus Epigrammata quædam in Anthologia leguntur. At Florum hujus Cyri patrem, Pauli avum, ægre mihi persuaserim, illum esse Florum ἀπὸ ὑπάτων sive consulem codicillarem, qui eodem Justiniano imperante claruit, et cujus in Novellis atque codice mentio : paulo enim antiquior Florus quærendus.

(*b*) Confer supra in vol. IV, p. 452 et p. 487 seq. ubique Lessingii *Geschichte zur Litteratur*, etc. laudatam; a cujus tamen opinionibus et conjecturis aliquoties fecit discessionem censor in Philolog. *Biblioth.* tom. II, part. I (Gottingæ 1773, 8), pag. 162 seq. item Hamberg. *Zuverl. Nachr.* part. III, p. 407 seq. *Saxii* Onom. II, pag. 50, et quæ scripsi in Introd. in *Hist. L. Gr.* II, p. 429 seq. Pauli Silent. epigramm. sunt quoque in *Anthol. Gr.* ed. Jacobs, tom. III, p. 41-75. De nomine et officio Silentiariorum, V. Fabrott. in *Glossario* Cedreni et Villoison, *Anecd. Gr.* part. II, p. 29, not. 1. HARL.

(*c*) Procopius in *Vandalicis*, p. 193, diserte testatur, templum μεγάλου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ apud Byzantinos vocari templum Σοφίας, ταύτην δὴ μάλιστα τῷ Θεῷ πρέπειν τὴν ἐπωνυμίαν ἡγουμένους.

(*d*) Paulus Silentiarius proœm. v. 59 seq.

(*e*) De tempore dedicatæ post priori templi conflagrationem a Justiniano ædis Sophiæ et de duplicibus ejus encæniis, quorum posteriora in annum quintum post Tuliam, anno 52 Justinianæ collapsam, incidunt, videndus Cangius in Comment. ad Pauli Ἔκφρασιν, p. 128. Hanckius, lib. *De Byz. hist. scriptoribus*, cap 6, pag. 165 seq. et Bandurius, p. 776, ad *Antiquitates CPolitanas*.

(*f*) Durarunt encænia illa per dies XV facto initio ab XXIV Decembris.

(*g*) Ex cod. uti videtur, Palatinæ bibl. Claudii Salmasii manu descriptus codex est in bibl. publ. Paris. n. 1777. — Inter codd. Mendozæ fuisse dicitur Theoph. *Historia*. V. IRIART. cat. codd. gr. Matrit. p. 277. HARL.

(*h*) Agathias loco laudato : Καὶ τοίνυν πεποίηται οἱ καὶ ἄλλα ὡς πλεῖστα ποιήματα μνήμης τε ἄξια καὶ

Digitized by Google

phiam composuit. Ex illis sunt Epigrammata Græca complura, quæ in *Anthologia* Maximi Planudæ leguntur, ut dixi lib. III, cap. 28 (32, p. 452, imprimis, p. 487 seq., vol. IV), ubi etiam habes de carmine *In Thermas Pythias*, de quo jam addere liceat, quod idem prodiit Venetiis cum Metaphrasi Latina Claudii Ancantheri, a. 1586, et quod in cod. ms. Mediceo scamn. 55, num. 7, cujus apographum fuit inter libros Gudianos, inscriptio carminis auctorem innuit non Paulum nostrum, qui imperitante Justiniano, vixit, sed alterum, longe juniorem, Paulum Silentiarium, clarum temporibus Constantini Porphyrogeniti (*i*). Παύλου Σιλεντιαρίου εἰς τὰ ἐν Πυθίοις Θερμὰ, ἡμίαμβα, δίμετρα πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Κωνσταντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον. Incipit ibidem :

Βούλει μαθεῖν, Αὔγουστε
Κωνσταντῖνε κράτιστε,
Θερμῶν ἄτεχνον ῥεῦμα, etc.

—

II.

(FABRIC., *Biblioth. Græc.*, ed. Harles. IV, 487.)

Paulus (*a*) Silentiarius, Agathiæ æqualis, vid. *Anthol.* p. 603 edit. Wechel. et Suidam in Ἀγαθίας (*b*), sub Justiniano, imp. clarus, cujus plurima epigrammata referuntur. Sed et in Appendice, ab Aldo a. 1529, adjuncta, comparent ejusdem ἡμίαμβα δίμετρα καταληκτικὰ in Thermas Pythias, ita vero scripta in cod. ms. qualem et ipse possideo unum, una cum Græcis Scholiis (diversis ab iis, quæ Vulcanius edidit), et ab Aldo excusa, ut bini versiculi juxta in una serie legendi (*c*) positi sint : sed in posterioribus editionibus perperam singuli ad imum paginæ pergendo desuper lecti conjunctique sunt et totum poema inde sic perturbatum, ut nullus exsculpi possit sensus, quamobrem a Grotio etiam sine interpretatione est omissum. Vide Jo. Clerici (*c*) *Bibl. selectam*, tom. VII, p. 209 seq Huetium, *De vita sua*, p. 145. Federicus vero Morellus ordini genuino restitutum poema edidit separatim eodemque carminis genere reddidit Paris, 1598, 8, folio, ut consuevit facere, fugitivo (cum aliis, in bibl. Leidensi, vid. *Catal.* bibl. pag. 46, n. 113). Ante Morellum Bonaventura Vulcanius idem Silentiarii poemation nitori suo restitutum Græce subjecerat Gregorii Cyprii encomio maris (*d*), Lugd. Batav. 1591, 8, Henricoque Stephano inscripserat his verbis : *Mitto tibi pro musa tua principum monitrice* ἀντίδωρον *Pauli Silentiarii carmen, quod in* Anthologia epigrammatum Græcorum *pessime ab aliquo typographiæ tuæ* ἐπισκόπῳ *habitum (neque enim adeo crassum* ἁμάρτημα *in religiosam tuam diligentiam cadere potest) a me restitutum et brevibus aliquot notis Græcis Emanuelis nisi fallor Chrysoloræ illustratum tuo nomini inscripsi.* In Bibl. Askew. p. 157, est Paul. Silentiar. in *Therm. Pyth.* a Vulcanio Lugd. Batav. 1593, 8). Ex libro Aristotelis *De mirabilibus* materiam poematis sui in Thermas repetiisse Paulum, notavit Huetius in Huetianis, pag. 304, cujus eruditæ observationes ad hoc carmen leguntur post ejus notas in *Anthologiam*, p. 50-78, Ultrajecti, 1700, 12. FABRIC.— Paulum Silentiarium Latinos poetas habuisse ante oculos, *Imman. Gottlieb Huschke* ostendit in Epistola critica in Propertium, Amstel. 1792, 8, p. 39 et 40. — De Pauli, Epigr. in Homerum vid. Iriart *Catal. mss. gr.* Matrit., p. 96. — Supra ad § 6, haud longe ab initio apographi olim Gudiani, nunc Guelferbytani, et Lessingianæ dissertationis de illo codice atque Pauli Silentiarii poemate eruditæ feci mentionem ; Fabricius vero de ordine versuum in exemplo Aldino, indeque in posterioribus editt. orta confusione, a Vulcanio autem correcta ea, quæ scitu essent necessaria, jam exposuit. Quapropter ego hic primum quosdam codices et editt. memorabo. Quo facto ea, quæ Lessingius docte acuteque et copiose scripserat, paucis comprehendam. — Bandinius in *Catalogo codd. Gr. mss.* in bibl. Laurentio-Florentina codd. aliquot Pauli describit. Tom. II, pag. 256, in cod. 7, plut. 55, n. 13, sunt *Sententiæ* et *Epigrammata* externorum sapientum ex iis, quæ collecta sunt a Maximo Planude. Inter hæc epigrammata, p. 255, inseruntur Pauli Silentiarii, h. e. secretariorum primicerii, in thermas Pythias

ἐπαίνου. Δοκεῖ μοι δὲ τὰ ἐπὶ νεὼ εἰρημένα μείζονός τε πόνου καὶ ἐπιστήμης ἀνάπλεα καθεστάναι, ὅσῳ καὶ ἡ ὑπόθεσις θαυμασιωτέρα. Ejusdem Agathiæ Epigramma ad Paulum Silentiarium, una cum altero, quo Paulus ei respondet, legitur in *Anthologia epigramm. Græcorum*, lib. VII, p. 603, 604, edit. Wechel. ex quibus constat, amicos ac familiares inter se fuisse. Meminit hujus Pauli etiam Suidas in Ἀγαθίας. Συνήκμασε καὶ Παύλῳ τῷ Σιλεντιαρίῳ.

(*i*) **Sed errasse** Fabricium, cod. Gudiani inscriptione, **deceptum**, animadverterunt Lessing, l. c. et censor, in *Bibl. philol.* vol. I, part. II, p. 168. HARL.

(*a*) **De dignitate et officio Silentiariorum in Aula CPolitana** vide utrumque Cangii *Glossarium*.

(*b*) **Quoniam** vero Agathiæ æqualis fuit Paulus iste ; mirum, quod in cod. medic. scamn. 55, n. 7. (Vid. Bandin. Cat. ms. tom. II, p 256 ; et de codd. postea), cujus apographum exstitit in bibl. Gudiana, inscriptio Carminis in thermas ita se habet : Παύλου Σιλεντιαρίου εἰς τὰ ἐν Πυθίοις Θερμὰ ἡμίαμβα δίμετρα πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Κωνσταντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον. Incipit ibidem : Βούλει μαθεῖν, Αὔγουστε, Κωνσταντῖνε κράτιστε, Θερμῶν ἄτεχνον. An igitur dicemus, duos diversis temporibus fuisse Paulos Silentiarios, dignitate et facultate carmina scribendi claros? FABRIC. — Id diserte scribit infra, vol. VI, p. 280. HARL.

(*c*) Qui tamen male tradit, Huetium primum animadvertisse versuum confusionem. HARL.

(*d*) Vel potius scribendum est, Vulcanium, editioni suæ Aristotelis *De mundo*, subjecisse tanquam Appendicem, et Silent. carm. et Greg. Cyprii Encomium. Vid. vol. III, p. 347. HARL.

Digitized by Google

semi-iambi ad imperatorem Constantinum Porphyrogenitum cum Scholiis marginalibus et Glossis interlinearibus (forte Manuelis Moschopuli, uti Bandin. in indice suspicatur), et incertam falsamve Fabricii probat sententiam, hunc Paulum esse juniorem et longe diversum a nostro Paulo Silentiario, qui sub Justiniano imperatore floruit. — Iidem semi-iambi, cum Glossis interlin. et Scholiis ad calcem, in cod. 34 plutei 57 (p. 390, n. 14). — tum in cod. 28, plut. 58, n. 2 (p. 464). — Denique in cod. 13, plut. 74, n. 45 (III, p. 110). — In codice Leidensi, olim Bonav. Vulcanii, n. 2, cum Scholiis, teste *Catal.* pag. 343. — In bibl. Parisiensi Regia quinque carminis illius sunt codices, scil. 1498, 1310, 2562, 2596, cu addita dicuntur Scholia, adhuc inedita, 2759. — In bibl. Vindobonensi cum Man. Moschopuli Scholiis, teste Nesselio.

Comparet illud carmen cum ejus Epigrammatibus in *Anthologia Planudea* ab Aldo et reliquis edita : multa Epigrammata sunt in *Anthologia Cephalæ*, a Reiskio vulgata; item ex *Anthologia* in *Imperio orientali*, a Bandurio edito, part. III, edit. Venet. p. 117, 119, 122, 130. — Brunck. Anal. III, p. 71-102, inseruit LXXXIII epigr. in his n. 74, carmen εἰς τὰ ἐν Πυθίοις Θερμά, versibus in ordinem suum reductis, atque in *Lection.* p. 245 seq. critice tractavit : cujus carminis ordinem, putat p. 249, primum ridicule perversum esse, ut omnes versus non geminis in eadem pagina columnis distribuerentur, sed continua exprimerentur serie, in edit. Ascensiana, a. 1531 quam imitati sunt H. Steph. et Wecheli hæredes : atque « typographi, ait, Itali, qui post Ascensium et Frobenium *Anthologiam* ediderunt, Aldo meliorem, quem sequerentur, ducem non quæsiverunt; proinde carmen hoc in Nicolinorum editione Veneta a. 1550, et ea, quæ anno post subsecuta est, filiorum Aldi, legentibus res facile procedit. » Enimvero ridiculam illam versuum confusionem ex edit. Juntina 1519, in Badianam s. Ascensianam aliasque manasse, monet Lessing, l. c. p. 140. Idem docet, Claudium Ancantherum, in versione Latina, inscripta : *Pauli Silentiarii Hemiambia, Dimetra catalectica in Thermas Pythias, Latine facta, epico carmine* (versibus 170), Venet. 1586, 8. (Vid. Pinelli *Catal.* tom. II, n. 4320.) Exemplum Aldinum, adeoque rectum versuum ordinem esse secutum. Contulit tamen ms. cujus ipsi copiam fecerat sodalitas canonicorum Lateran. D. Joannis cognomento Viridarii. (*Vid.* Lessing, p. 160). Tum disserit de Stephani negligentia, et quæ Ancantherus, Huetius, Vulcanius, Fabricius, Bandinius præstiterint aut modo bene, modo male adnotarint. Posthæc I. Gr. contextus, in ordinem suum reductus atque ex cod. Guelferb. et sagacitate Lessingii correctior, II. Scholia Græca, III. Adnotationes Lessingii. Has excipit docta inquisitio, ubinam illa ἐν Πυθίοις Θερμά fuerint, et num Paulus quidam junior auctor poematis haberi possit? Docet igitur ex Procopio *De Ædif. Justin.* lib. v, cap. 3, p. 98, edit. Maltret. thermas istas ἐν Πυθίοις in Bithynia a Justiniano vario modo amplificatas et palatio aliisque rebus utilibus ornatas fuisse; auctorem igitur poematis in istas thermas meliore jure videri Paulum Silentiarium, qui sub Justiniano vixit, quam juniorem quemdam. Acute autem sentit et fuse demonstrat, codicis Florent. inscriptionem : Πρὸς τὸν βασιλέα Κύριον Κωνσταντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον et verba in initio carminis Αὔγουστε Κωνσταντῖνε κράτιστε a reliquis abesse codicibus nec carere fraudis et falsitatis suspicione. Denique probabile et pene certum illi videtur, thermas cum ruderibus et reliquiis spatiosi ædificii apud locum quemdam, qui hodie dicitur *Eskicher*. (*Vid.* Paul. Lucas *Voyage fait par l'ordre du Roi*, tom. I, pag. 103, Amstel. 1714), esse thermas, quas Paul. Silentiar. carmine celebravit (HARL.)

CAROLI DU FRESNE DOMINI DU CANGE

PRÆFATIO.

Cum affecta jam esset et ad umbilicum perducta voluminis istius (*a*) editio, opportune pervenit in manus meas templi S. Sophiæ ἔκφρασις, a Paulo Silentiario carmine heroico et pereleganti exarata, quam quidem, licet ad historiam Comnenicam minus pertinere illa videatur, commentatiunculis istis interserere haud alienum putavi. Nam præterquam quod scriptoribus qui res Byzantinas illustrarunt Paulus accensetur, proindeque ex eorum classe est qui regios typos exspectant, tum maxime rem lectoribus jucundam perinde ac utilem facturum me sum confisus, si eximium istud poema, Cpoleos, cujus Sophiana ædes præcipuum olim fuit estque hodie ornamentum, Bondelmontianæ descriptioni (*b*) adjungerem. Hanc autem celeberrimi templi ἔκφρασιν, curante clarissimo viro Antonio *de Vyon D. d'Herouval*, in camera computorum Parisiensi auditore, ad me transmisit ex sua depromptam bibliotheca et magni Salmasii manu ex Palatina anno 1607 descriptam vir amplissimus Philibertus *de la Mare*, senator Divionensis, ob singularem eruditionem perinde ac vitæ integritatem notissimus, ac præsertim litteratis omnibus, quibus pronuper ejusdem Salmasii

(*a*) Quo Cinnamus continetur cum Ducangii in eum Nicephorum Bryennium Annamque Comnenam notis historicis et philologicis

(*b*) V. Nicephorus Bryennius, p. 176-182.

Digitized by Google

opusculorum posthumorum editionis spem injecit, qui hujusce elegantis poematis excerpta aliquot antea in Plinianis exercitationibus et suis ad Historiam Augustam notis publicaverat; et sane licet quanta fuerit Pauli Silentiarii in eo scribendi genere facultas ex aliis, quæ jam lucem aspexerant, opusculis plus satis constet, tum illud præsertim quod regiis nunc typis excusum prodit, præcipuam mereri laudem videtur ac commendationem, quod præter carminum elegantiam accuratam augustissimi templi descriptionem vixque oculatoribus hactenus intellectam nobis repræsentet (*c*). Nam commentarii quos ævi inferioris Græculi de hac æde scripsere, sublestæ adeo sunt fidei, nulloque non modo digesti ordine, sed etiam vocabulis barbaris aspersi, ut divinandæ rei potius quam percipiendæ locum præbeant. Unde mirum videri non debet, si qui de Græcorum templis atque adeo de Sophiano eorumque partibus scripsere, tantum in ter se dissideant vel certe omnino non conveniant, cum non res solum sed ne vix verba quidem ipsa percipiant. Sed ecce tantis in tenebris facem porrigit Paulus Silentiarius, utinam tot lacunis non deturpatus; cujus tanto major præstantiorque videri debet auctoritas, quo accuratiori calamo universam celeberrimi templi a Justiniano sua tempestate excitati structuram, describit. Floruit enim eo imperante non poetica duntaxat et oratoria laude ætate sua longe clarissimus, sed et natalium splendore opibusque et honoribus conspicuus. Paulo parentem fuisse Cyrum docet hujus carminis titulus, qui quidem non alius mihi videtur ab eo qui ἀπὸ ὑπάτων seu consul codicillaris exstitit, cujus bina habentur epigrammata in *Anthologia Gr.* l, iv, c. 23 et 27, alterum in domum a Maximino Cpoli exstructam, alterum in statuam Pindari; adeo ut Paulum a parente suam in ποιητικὴν propensionem hausisse par sit credere. Meminit etiam Procopius l. II, Vandalicorum Cyri cujusdam, qui forte idem fuerit cum consulari. At quod Agathias de Paulo scribens hæc subdit ἀναλεγέσθω τὰ Παύλῳ Κύρου τοῦ Φλώρου ἐν ἑξαμέτροις πεπονημένα, sic digerendum videtur, ut Paulus Cyri, Cyrus vero Flori filius fuerit; idque addidit Agathias, ut Cyrum istum ab aliis qui eodem tunc florebant nomine distingueret. Flori autem cujusdam consulis codicillaris mentio non semel occurrit sub Justiniano, ut constat ex Novel. 12, 22, 154 et ex leg. 3 cod. *de Quadrienn. præscript.* hac loquendi etiam formula usus videtur Justinus Martyr. *Apolog.* 2 ubi se ipse Ἰουστῖνον Πρίσκου τοῦ Βακχείου vocat, id est filium Prisci, Bacchii nepotem, quod advertit etiam Henricus Valesius ad Eusebium. Utcunque sit, constat prorsus hallucinatos Vulcanium Agathiæ interpretem et Vossium, l. II, *De veterum poetarum temporibus* et lib. *De historicis Græcis*, qui in unum virum hæc tria nomina congessere Paulumque Cyrum Florum appellavere. Pauli epigrammata aliquot in *Græcam Anthologiam* contulit jam olim Maximus Planudes illius consarcinator, una cum elegantissima ode, quam in Pythia Therma conscripsit, quæ exstat præterea in bibliotheca regis Christianissimi, cum scholiis seu μετὰ ἐξηγήσεως, codd. 995, 1911, 1334 et 1441. Hanc autem publicarunt denuo et Latinis numeris donarunt Claudius Archanterus a. 1586 Venetiis et Fredericus Morellus a. 1598 Parisiis editam. Sed præ cæteris Sophianæ ædis descriptionem tanta cum accuratione aggressus est Paulus, ut universam illius structuram singulasque partes, quisquis hanc legerit, statim quodammodo oculis perinde ac animo comprehendat, seu ut Agathiæ verbis utar, καθάπερ παρὼν καὶ θεώμενος. Ea est enim ἐκφράσεως vis ac natura ut rem ipsam quam describit ob oculos ponat et repræsentet; unde recte in Gloss. Græc. Lat. ἐκφράζω, *exprimo;* ἔκφρασις *exprimatio:* exprimere enim Latinis est ad vivum effingere. Quamobrem definitur ἔκφρασις ab Hesychio λόγος ἐναργής, ab Aphthonio vero λόγος διηγηματικὸς, ὑπ' ὄψιν ἄγων ἐναργῶς τὸ δηλούμενον, cujusmodi est arcis Alexandrinæ apud eumdem descriptio. Atque in eo, ut est apud istius scriptoris scholiastem, διαφέρει ἡ ἔκφρασις διηγήματος, ὅτι τὸ μὲν ψιλὴν ἔχει τοῦ πράγματος ἔκθεσιν, ἡ δὲ πειρᾶται θεατὰς ἐργάζεσθαι μικροῦ τοὺς ἀκούοντας, καὶ τὸ μὲν καθόλου ἐξετάζει· ἡ δὲ τὰ κατὰ μέρος. Verum accurata quantumlibet sit quæ nunc prodit ædis Sophianæ elucubrata a Paulo Silentiario ἔκφρασις, vix tamen ea quæ obscuro satis carmine vocibusque haud passim obviis aspersa involvit, adeo perspicua sunt ut diligenti examine vel certe expositione non indigeant. Nam cum partes ipsas templi vocabulorum poeticorum circumlocutionibus, graphice licet, describat, partium ipsarum nomina, quod præstitit etiam Procopius, omisit, ita ut legenti rem magis divinandi quam animo percipiendi locum præbuerit. Quapropter haud ingratum lectori fore mihi persuasi, si Sophianæ ædis, atque adeo data occasione cæterorum apud Græcos templorum, descriptionem aggrederer, eamque ex Byzantinis præsertim scriptoribus, aliquot etiam ex nostris recentioribus adornatam vice Commentarii in Paulum Silentiarium eidem scriptori subnecterem. Quod sane Lutetiæ Parisiorum, a libris fere imparatus, serius quam pro tanta rei mole par erat, sum aggressus, cum ut jam attigi, pene confecta voluminis editione elegans istud poema ad me pervenisset. Proinde haud ægre mihi condonaturos viros doctos confido, si commentatiuncula ista mea non ad unguem expolita videatur, cum in præsens mihi id potissimum consilii fuerit, ut notarum instar esset ad scriptorem haud omnino communis ac triti saporis, quanquam mihine hanc provinciam arrogarem dubitandum fuit, cum istius publicandi poematis spem fecisset in præfatione ad Procopium vir omnino magnus Claudius Maltretus, Soc. Jesu presbyter et collegii Montalbani rector, qui qua pollet in Græcis perinde ac Latinis litteris eruditione, longe felicius ea fuisset defunctus; etsi, uti me per litteras monuit, quod penes eum est Pauli Silentiarii apographum, descriptum perinde sit ex manuscripto Palatino, proindeque, ut Salmasianum, lacunis scateat deformatumque sit.

(*c*) Cf. Agathias, p. 296 ima ed. Bonn.

Digitized by Google

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ

ΕΚΦΡΑΣΙΣ

ΤΟΥ ΝΑΟΥ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΣΟΦΙΑΣ [1]

—

PAULI SILENTIARII

DESCRIPTIO

ECCLESIÆ SANCTÆ SOPHIÆ,

DUCANGIO INTERPRETE.

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ [2].

Ἆρ' ἔστιν εὑρεῖν μείζονα τῆς νῦν ἡμέρας,
Ἐν ᾗ Θεός τε καὶ βασιλεὺς σεμνύνεται;
Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Χριστὸν ἴσμεν Δεσπότην.
Ἴσμεν δὲ πάντως· τοῦτο γὰρ τοῖς σοῖς λόγοις
Ποιεῖς, κράτιστε, γνώριμον καὶ βαρβάροις·
Ὅθεν συνεργὸν αὐτὸν ἐν ταῖς πράξεσιν
Ἔχεις παρόντα, νομοθετῶν, κτίζων πόλεις,
Ναοὺς [3] ἐγείρων, ὅπλα κινῶν, εἰ δέοι,
Σπονδάς τε τάττων, καὶ καταστέλλων μάχας,
Ὅθεν τὸ νικᾶν συμφυὲς τοῖς σοῖς πόνοις
Ὥσπερ ἐπίσημον. Οὐχὶ πρὸς τὴν ἑσπέραν
Ὅρος μὲν ἡμῖν Ὠκεανὸς τοῦ σοῦ κράτους
Τὴν γῆν διεκδραμοῦσι; πρὸς δὲ τὴν ἕω
Οὐ πάντας ἤδη τοὺς μὲν ἐτρέψω μάχαις,
Τοὺς δὲ πρὶν ἐλθεῖν ἐς τόδε προσλαμβάνεις;
Λίθων δὲ πάντα δοῦλον οὐκ ἔχεις πάλαι;
Ὅθεν νόσους μὲν διαδιδράσκεις εὐκόλως,
Οὐκ ἐλπίσαντος οὐδενός· ὅθεν εἰκότως
Τοὺς ἐν ἀφανεῖ, κράτιστε, κινδύνους ἀεὶ
Μαθὼν παρῆλθες, οὐ δόρασιν, οὐκ ἀσπίσιν,
Αὐτῇ δὲ χειρὶ τοῦ Θεοῦ φρουρούμενος.
Ἄγαμαί σε, παγκράτιστε, τῆς εὐψυχίας,
Ἄγαμαί σε τῆς γνώμης τε καὶ τῆς πίστεως.
Ὁ λόγος συνέστη, καὶ παρεσκευασμένον
Τὸ ξίφος ὑπῆρχε, καὶ παρῆν ἡ κυρία,
Καὶ τῶν βασιλείων ἐντὸς οἱ ξυνωμόται
Ἤδη παρῆλθον, τῆς πύλης τε τῆς ἔσω,

PROOEMIUM.

An reperiri potest hodierno major dies, quo et Deus et imperator honore afficiuntur? id certe dici vix potest. Christum agnoscimus et scimus Dominum, agnoscimus omnino: id enim verbis tuis gentibus etiam barbaris notum facis, princeps magnanime. Hinc tuis in negotiis illum præsentem habes adjutorem, seu leges sancias, seu urbes exstruas vel templa excites, seu bella et arma decernas, si id exigat necessitas, aut cum inducias statuis, et prælia cohibes et compescis: hinc bellicos labores tuos certa subsequitur victoria. Si enim Occidentem intueamur, postquam terram percurrimus, imperii tui terminus Oceanus occurrit: versus Orientem vero nonne gentes omnes partim armis tuis expugnasti partim antequam eo accederes, ultro ad te venientes excepisti? an non denique universam Africam jamdudum tibi subditam habes? hinc quoque fit ut ex morbis tam facile convalescas, etiam contra omnium spem. Hinc denique occultiora pericula, princeps fortissime, tandem comperta, semper declinasti, non hastis quippe aut clypeis, sed ipsa Dei protectus servatusque dextera.

Miror, princeps potentissime, magnanimitatem tuam: miror mentis tuæ et fidei præstantiam. Structæ erant insidiæ, paratusque aderat gladius; aderat et condictus dies, et ipsa palatia jam subierant conjurati, et jam interiorem portam attigerant, qua semel superata solium tuum invasuri erant. Hæc etsi

VARIÆ LECTIONES.

[1] Ita N i. e. codex Anthologiæ Palatinus a Niebuhrio inspectus. Apud Ducangium et Græfium, miro dissensu, Παύλου ποιητοῦ Σιλεντιαρίου, υἱοῦ Κύρου, ἔκφρασις εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἤτοι τὴν ἁγίαν Σοφίαν. [2] ἀρχὴ τῆς ὑποθέσεως, ἴαμβοι πρὸς τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν margo N. [3] νεὼς G, i. e. Fridericus Græfius, qui Silentiarii Sanctam Sophiam et ambonem cum Joannis Gazæi tabula mundi ex apographo Anthologiæ Græcæ Gothano edidit a. 1822, editione Ducangiana usus non Parisiensi, sed, quæ mendis abundat, Veneta.

Digitized by Google

Μεθ' ἣν ἔμελλον προσβαλεῖν τοῖς σοῖς θρόνοις,
Ἥπτοντο. Ταῦτα γνοὺς δὲ καὶ μαθὼν πάλαι
'Εκαρτέρησας, καὶ πεπίστευκας μόνῳ
Τῷ σου προασπίζοντι, τὸν Θεὸν λέγω,
Ὃ πάντα νικᾷς· τοῦ σκοποῦ δ' οὐκ ἐσφάλης.
Τί γὰρ ἐπὶ τούτοις; ἔπεσεν αὐτοχειρίᾳ
'Ο τὸν λόχον ἄγων· οὐ γὰρ ἤθελεν ἡ Δίκη
Αὐτὸν διασώζειν. 'Εμφανῶς δ' ἠπίστατο
'Εκ τῶν τυράννων τῶν πεσόντων [a] πολλάκις
Ὡς εἴπερ αὐτοῦ ζῶντος ἐγκρατὴς ἔσῃ,
Εἰς οἶκτον εὐθὺς, εἰς ἔλεον πάντως τρέπῃ,
Κάνταῦθα νικῶν πᾶσαν ἀνθρώπου φύσιν.
Ταῖς τοῦ βίου γὰρ συμπαθῶν ἁμαρτάσιν,
'Επεστέναξας πολλάκις τοῖς πταίσμασιν
Ἡμῶν, ἄριστε· πολλάκις δὲ δακρύοις
Τὸ πρᾶον ὄμμα βασιλικῶς ὑποβρέχεις,
'Αλγῶν ἐφ' ἡμῖν· πρὸς δὲ τὴν ἀκρασίαν
Βλέπων μάλιστα, τὴν σύνοικον τῷ βίῳ,
Λύεις ἅπαντας τῶν κακῶν ὀφλημάτων
Ὥσπερ τὸ Θεῖον, πρὸς δὲ συγγνώμην τρέχεις.
Αἰτεῖς δὲ σαυτὸν, ἡνίκα τῶν ἐγκλημάτων
Τὸ μέγεθος οὐ δίδωσι τῶν δεήσεων
'Ετέρους κατάρχειν· καὶ γὰρ οὐκ ἐᾷς ποτε
Ἄλλου γενέσθαι τὸν ἔλεόν σου τὸν πάνυ.
'Εξ ὧν δὲ δρῶμεν οὐχ ὁσίων τολμημάτων
Ἔχεις ἀφορμὰς τῆς ἄνω παῤῥησίας.
Οὐχὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐξοπλίζεται
'Ο τὸν βασιλέα τοῦτον οὐ θέλων κρατεῖν,
Τὸν ἥμερον, τὸν ἡδὺν, ἐν τῷ μετρίῳ
Εὐεργετοῦντα καὶ φίλους καὶ μὴ φίλους;
Σώζει σε ταῦτα· ταῦτα τὴν ψυχὴν ποιεῖ
Τῆς βασιλίδος [b], κράτιστε, τῆς εὐδαίμονος,
Τῆς πάντ' ἀρίστης, τῆς καλῆς καὶ πανσόφου,
Ἔχειν ὑπὲρ σοῦ πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν,
Ἣν ζῶσαν εἶχες εὐσεβῆ συνεργάτιν,
'Επεὶ δὲ μετῆλθε, παρέσχες οἷς [c] ὑπηκόοις
Ὅρκον βοηθὸν, ὅρκον ἀῤῥαγέστατον,
Ὃν οὐ παρῆλθες, οὐδ' ἐκὼν παραδράμοις.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα· πρὸς δὲ τὸν νεὼν
Ἤδη βαδίζειν βουλομένοις θαῤῥεῖν δίδου.
Ἔστω δὲ τῶν σῶν καὶ τοδί που [d] θαυμάτων,
Λόγους φανῆναι πρᾶγμα τολμῶντας φράσαι
Τὸ πάντα νικῶν θαυμάτων ὑπερβολῇ.
Ἔστιν δὲ δεῖγμα τῶν ἄγαν σου θαυμάτων
Ὁ τοσοῦτος ἔρως, ὃν ἡ πόλις πᾶσα τρέφει
'Επὶ σοὶ, βασιλεῦ κράτιστε, καὶ τῷ σῷ νεῷ [e].
'Επεὶ γὰρ ἦγες τὴν ἑορτὴν ὡς ἔδει,
Ἅπας ὁ δῆμος εὐθὺς, ἡ γερουσία,
Οἱ τὸν μέσον ζηλοῦντες ἀσφαλῆ βίον,
Τὰς τῆς ἑορτῆς ἡμέρας ἐπεξάγειν
Ἤτουν. Παρεῖχες. 'Εξέδραμον· ἤτουν πάλιν,
Πάλιν παρεῖχες. Τοῦτο δὲ δρῶν πολλάκις
'Επεξέτεινας τὴν ἑορτὴν πλουσίως.

—

tibi nota essent prius, continuisti te, et unico confisus es tuo protectori, Deum dico, per quem omnia vincis. Neque vero a scopo aberrasti. Quid enim inter hæc? cecidit sua ipsius manu insidiarum structor primarius: neque enim voluit justitia eum servare. Quippe id certo noverat ex pluribus, qui sæpius hactenus exstiterant, tyrannis, si vivus ille tuas venisset in manus, te in lacrymas statim et commiserationem totum effundendum, et omnem hac in re exsuperaturum hominis indolem. Vitæ namque compatiens erroribus, ingemuisti persæpe delictis nostris, princeps optime: sed et sæpe lacrymis benignos oculos tuos virtute vere regia rigas, nobis indolescens; et ad intemperantiam, quæ ut plurimum vitæ comes assistit, oculos convertens, omnes a pravis delictis, numinis instar, absolvis, et ad ignoscentiam properas. Te ipse incusas, si quando criminum atrocitas alios prohibet te precibus suis occupare. Neque enim unquam pateris misericordiam, quæ summa est, ad alterum pertinere. Ex tot vero quæ perpetramus nefandis ausis, habes, o imperator, clementiæ occasiones.

Annon in ipsum Deum insurgit, qui principem istum non vult imperare, mansuetum, suavem, cum moderatione inimicis perinde ac amicis beneficum? hæ te servant animi dotes, efficiuntque, o imperator magnanime, ut anima imperatricis beatæ, optimæ, formosæ et sapientis apud Deum pro te intercedat, quam, dum superstes erat, piam vitæ consortem nactus es. Postquam vero illa ad superos transiit, solemne subditis tibi populis præstitisti sacramentum, sacramentum omnino infractum, quod nunquam es prætergressus nec infringes ultro.

Et hæc quidem ita se habent. Nunc vero ad templum nobis contendere cupientibus adsis daque audere. Inter tot quæ hactenus edidisti miracula, illud sit potissimum, quod cernatur oratio rem perficere audere, quæ cæteras miraculorum excellentia longe superat. Est autem illustre immensorum tuorum miraculorum specimen amor ille eximius quo in te et in tuum templum flagrat urbs universa, princeps magnanime. Postquam enim festum, ut par erat, celebrasti, statim plebs universa, senatus, et qui mediam ac tutiorem vitæ rationem inierunt, ut celebritatis dies producerentur postularunt. Concessisti. Effluxere illi: rursum postularunt, rursum concessisti; qua re sæpius repetita festivitatis celebritatem magnifice produxisti.

VARIÆ LECTIONES.

[a] litteras ν πασ add. G : evanuerunt enim e codice. Intelligit autem regulos seditiosos, quibus victis pepercerit imperator. [b] Biennio ante obierat Theodora, IV Nonas Julias, ind. 10. De forma corporis Theodoræ vide Procop. *De ædif.* I, 11, *Histor. Arc.* c. 10, et *Anthолog. Gr.* IV, 15. DUCANGIUS. [c] *παρέσχες οἷς* Hermannus : παρέσχε τοῖς codex. [d] τοδί που Niebuhrius, τὸ δήπου codex. [e] νεῷ N.

Digitized by Google

Τούτων λεχθέντων ἐν τῷ παλατίῳ, διῃρέθη ἡ ἀκρόασις, καὶ ἐλέχθη τὰ λοιπὰ ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ, ἐπὶ Εὐτυχίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, προλεχθέντων τῶν ὑποκειμένων ἰάμβων (1).

Ἤκομεν ἐς ὑμᾶς, ἄνδρες, ἐκ τῆς ἑστίας
Τῆς τοῦ βασιλέως ἐς βασιλέως ἑστίαν
Τοῦ παμμεγίστου, τοῦ νοητοῦ τῶν ὅλων,
Δι' ὃν τὸ νικᾶν συμφυὲς τῷ δεσπότῃ.
Ἐκεῖ μὲν ἡμῖν τῶν γερῶν ὁ προστάτης
Καθεὶς ἑαυτὸν εἰς θέατρον ἐκ λόγων
Τὸν νοῦν παρέσχεν εὐμενῶς, ἐνταῦθα δὲ
Ὁρᾷν πάρεστι τῶν ἱερῶν τὸν προστάτην·
Ἔστω δὲ καὐτὸς εὐμενής. Τούτων γε μὲν
Μηδεὶς ἀκούσας λοιδορείσθω τοῖς λόγοις·
Εἶποι γὰρ εἰκὼς ἄν τις· « Ὦ τὰν, ὡς πάνυ
Ληρεῖς περιττά. Τοῦτον αἰτεῖς εὐμενῆ
Λόγοις γενέσθαι, τῶν ἀγαθῶν τὴν οἰκίαν,
Τὸν πᾶσαν εὐμένειαν ἠμφιεσμένον;
Τοιοῦτ πέπονθας ὅπερ ἂν εἰκότως πάθοι,
Εἴ τις δέοιτο λιπαρῶν ἐγκείμενος
Τὸν ἥλιον μὲν ἀνατέλλειν ἐν ἡμέρᾳ,
Τὸ φῶς δὲ λάμπειν, τοὺς λόγους δ' [a] εἶναι λόγους. »
Ἐγὼ δὲ ταῦτα τοῦτον εἶναι τὸν τρόπον
Οὐκ ἂν ἀποφαίην· πρὸς δὲ τὸν σκοπὸν βλέπων,
Ὃς παμμέγιστος οὐκ ἔχων θ' ὑπερβολήν,
Δέδοικα τὴν ἀγωνίαν. Θαῤῥεῖν δ' ὅμως
Ἐξ ὧν ἐδεδίειν [b] πρότερον αὖθις ἄρχομαι.
Εἰ μὲν γὰρ ἐλπὶς ἦν τις εὐσθενεῖ λόγῳ
Συνεξισοῦσθαι τῷ νεῷ τῷ παγκάλῳ,
Σφαλερὸν ὑπῆρχεν ἐπαποδύεσθαι πάλαις
Ἐν αἷς τὸ νικᾶν παρακεκινδυνευμένον.
Ἐπεὶ δὲ πάντες ἴσμεν ὡς οὐκ ἄν ποτε
Λόγος φανείη συντρέχων ταῖς πράξεσιν
Ταῖς τοῦ βασιλέως, ἔστι δ' αὖ τῶν πράξεων
Τὸ παμμέγιστον ἡ κτίσις τοῦ σοῦ νεώ,
Οὐ χρὴ δεδοικότας ἐπὶ προδιεγνωσμένοις
Μένειν ἀτόλμους, ἀλλὰ τὴν προθυμίαν
Κινεῖν ἅπασαν, ὡς ἔχει τις ἰσχύος.
Ἔχει τι γρηστὸν ἀνδρὸς ἡ παῤῥησία.
Εἰ μὴ γὰρ εὐτόλμως τε καὶ φρονῶν μέγα
Ἐδημιούργει τὸν νεὼν ὁ δεσπότης,
Πάσης ὑπερβὰς ἐλπίδος θεωρίαν,
Οὐκ ἂν προῆλθεν εἰς τοσαύτην ἡ πόλις
Εὐθυμίαν τε καὶ τρυφὴν εὐδαίμονα.
Τί οὖν ἀπεικὸς πρόσφορον παῤῥησίαν
Τὰ νῦν φανῆναι καὶ λόγων ἀζημίων [11];
Ἃ γὰρ ἂν παραδράμωσιν ἠσθενηκότες,
Ἔξεστι ταῦτα προσλαβεῖν τοῖς ὅμμασιν.
Κρίνει δὲ τούτους οὐ κυαμοτρώξ Ἀττικὸς,
Ἀλλ' ἄνδρες εὐσεβεῖς τε καὶ συγγνώμονες,
Οἷς καὶ τὸ θεῖον καὶ βασιλεὺς ἐφήδεται,
Οἱ τὰς πόλεις τάττοντες, οἱ τὰς ἡνίας
Ὅλων ἔχοντες καὶ λόγων καὶ πραγμάτων.
Ἆρ' οὖν ἐπ' αὐτοὺς χρὴ βαδίζειν τοὺς στίχους
Ἐκδημαγωγηθέντας εἰς παῤῥησίαν;
Χρὴ τοῦτο πράττειν, αὐτὸς ἀντιφθέγξομαι,
Ὅσπερ τις ἠχὼ τῶν ἐμῶν φανεὶς λόγων.
Οὐκοῦν ἐπάνειμι πρὸς βασιλέα τὸν μέγαν.

His in palatio recitatis, divulsus est auditorum consessus. Cætera vero recitata sunt in domo patriarchali, coram Eutychio sanctissimo patriarcha, cum subjecti iambi prius recitati fuissent.

Ad vos accedimus, o viri, ex imperatoris palatio ad palatium imperatoris ter maximi, qui omnia mente complectitur, per quem imperatori tot victorias consequi datur. Illic quidem dignitatum præses in theatro recitationum sedens benigne nos audivit : hic vero videre est sacrorum præsidem. Sit et ille benevolus. Cæterum ex auditoribus nemo orationem nostram carpat. Dicet enim forsan aliquis : « Ileus tu, bone vir, quam omnino vana et inutilia deblateras ! hunc sermonibus tuis propitium cupis, qui totius bonitatis est domicilium et omni humanitate instructus. Id certe tibi accidit, quod ei videretur accidisse, qui enixius et cum precibus efflagitaret ut sol per diem exoriretur luxque luceret, aut ut sermones sint sermones. » Ego vero ejusce rei eamdem esse rationem non omnino negaverim. At institutum intuens, quod maximum est et quo nihil animo concipi potest excellentius, vereor in arenam descendere. Illud ipsum tamen quod metum primo incussit, audaciam rursum ingerit. Si enim spes quædam affulgeret posse nos beata dicendi copia templi pulchritudinem assequi et æquiparari scribendo, res esset sane lubrica, certamen aggredi in quo vincere periculosum esset. Cum vero satis intelligamus omnes nullam unquam orationem factis imperatoris respondere posse, id vero quod est in factis ipsis maximum, esse templi ædificationem, par non est profecto ut conceptus de rebus jam ante animo provisis timor audendi nobis animum adimat; sed potius, quantum est in unoquoque virium, omnem in nobis alacritatem excitemus. Habet in se boni aliquid hominis audacia : nisi enim intrepido prorsus et elato animo templum excitasset imperator, totius in re spei cogitationem excedens, non ad tantam pervenisset urbs alacritatem et felicitatem. Quid igitur præter decorum videri debet, si utilis modo innocuæ orationis libertas erumpat? quæcunque enim præ imbecillitate prætermiserit, ea licebit oculis usurpare. Judicium porro de illa proferunt non fabarum comestor Atheniensis, sed viri pii et æqui, quibus et Deus et imperator oblectantur, qui urbes regunt omniumque et rerum et orationum habenas moderantur. Horum igitur demereri gratiam et ad hos adire carmina mea oportet; idque confidenter agendum est. Ego vero ipse quasi verborum meorum echo resonabo. Redeo igitur ad magnum imperatorem.

VARIÆ LECTIONES.

[a] τε G. [b] ἐδεδείην codex : correxit Hermannus. [11] ἀζημίαν G.

NOTÆ.

(1) Vide epistolam Bernardi Bruschi ad Cozzam Cottium de more veterum recitandi, Veronæ editam. Dux.

Digitized by Google

ΕΚΦΡΑΣΙΣ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ.

Σήμερον οὐ σακέων με φέρει κτύπος, οὐδ' ἐπὶ νίκην
Ἕσπερον ἠὲ Λίβυσσαν ἐπείγομαι, οὐδὲ τροπαίοις
Ἀμφὶ τυραννοφόνοις καναχήποδα ῥυθμὸν [12] ἀράσσω·
Μηδοφόνων ἀδόητα μένοι κλέα σήμερον ἔργων.
Εἰρήνη πολύολβε, τιθηνήτειρα πολήων,
Ἦν πλέον εὐπήληκος ἄναξ ἠγκάσσατο νίκης,
Δεῦρο, πολισσούχοισιν ἐπαυχήσαντες ἀέθλοις,
Παντὸς ὑπερκύδαντος ὑπέρτερον οἶκον ἀγῶνος
Εὐιέροις ὕμνοισιν ἀείσομεν, ᾧ ὑπὸ μούνῳ
Πᾶν κλέος ὑψορόφοιο κατώκλισε θέσκελον ἔργου [13].
Ἀλλὰ σύ μοι βασιλῆα φερέσβιον, ὄμπνια [Ῥώμη [14],
Στέψον ἀκηρασίοισι χύδην καταειμένον ὕμνοις,
Οὐχ ὅτι σὸν ζυγόδεσμον ἐφήρμοσεν ἕθνεσι γαίης,
Οὐχ ὅτι σῶν ἐτάνυσσεν ὑπέρβια μέτρα θοώκων
Τέλσα παρ' ἑσχατόωντα κατ' ὠκεανιτίδας ἀκτάς,
Ἀλλ' ὅτι σὸν περὶ πῆχυν ἀπείρονα νηὸν ἐγείρας
Θυμβριάδος ποίησε φαεινοτέρην σε τεκούσης.
Εἴξατέ μοι, Ῥώμης Καπετωλίδες, εἴξατε, φῆμαι·
Τόσσον ἐμὸς βασιλεὺς ὑπερήλατο θάμβος ἐκεῖνο
Ὁππόσον εἰδώλοιο Θεὸς μέγας ἐστὶν ἀρείων.
Ἔνθεν ἐγὼν ἐθέλω σε μελιφθόγγοισι χορείαις,
Χρυσοχίτων αἴθουσα [15], τεὸν σκηπτοῦχον ἀείδειν.
Καὶ γὰρ ἄναξ οὐ μοῦνον ἐν ἔντεσι χεῖρα κορύσσων
Ῥινοτόρῳ δούλωσεν ἀπείρονα βάρβαρον αἰχμῇ [16],
Ὄφρα τεοῖς ἀδμῆτα λόφον κλίνειε λεπάδνοις
Καὶ θέμιδος πτήξειε τεῆς ζυγόν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
Τετριγὼς ὑπέροπλα μέλας φθόνος ὤκλασε τόξῳ [17]
Ἀστυόχου βασιλῆος, ἐπασσυτέροις δὲ βελέμνοις
Ῥωγαλέος δούπησε, πεσὼν δ' ἐδάθυνε [18] κονίην.
Καὶ σὺ δὲ πρεσβυγένεθλε Λατινιὰς ἔρχεο Ῥώμη [19].
Σύνθροον [19*] ἀείδουσα μέλος νεοθηλέϊ Ῥώμῃ·
Ἔρχεο καγχαλόωσα, τεὴν ὅτι [20] παῖδα δοκεύεις
Μητρὸς ὑπερτέλλουσαν, ἐπεὶ χάρις ἥδε τοκήων.
Ἀνέρες οἵσι μέμηλε θεουδέα θεσμὰ γεραίρειν,
Δεῦρό μοι ἀχλυόεσσαν ἀποῤῥίψαντες ἀνίην
Χιονέους ἔσσασθε γεγηθότες ἄψεσι πέπλους.
Δάκρυ δὲ πενταέτηρον ἀποψήσαντες ὀπωπῆς
Μέλψομεν εὐφήμοις ὑπὸ χείλεσιν εὔποδας ὕμνους.
Οὐρανίων ὤιξεν ἐπὶ χθονὶ κληῖθρα πυλάων
Αὐσονίων σκηπτοῦχος, ὅλαις δ' ἐπέτασσεν ἑορταῖς
Εὐφροσύνην εὐρεῖαν, ὅλας ἠμβλυνε μερίμνας.
Ἐξότε γὰρ δούπησεν ἐρισθενὲς ἔργον ἀνάκτων,
Κῆδος ἓν ἁλίαστον ἀνὰ πτόλιν. Ἴλαθι μύθῳ,
Ἴλαθι τολμήεντι, μεγασθενὲς ἥρανε γαίης.
Ἱλήκοις ἐπέεσσι καὶ εἰ τεὸν οὖας ὀρίνω
Βαιὸν ὅσον· μεγάλων γὰρ ἐπερχομένη χάρις [ἔργων
Ληθαίοις ἐκάλυψε κατηφέα κέντρα ῥεέθροις.
Καὶ φάος ἠελίοιο φαάντερόν ἐστιν ὀδίτῃ
Χειμερίην μετὰ νύκτα, καὶ ἱμερόεσσα γαλήνη

DESCRIPTIO MAGNÆ ECCLESIÆ.

Non clypeorum hodie me fragor impellit, aut ad occidentales vel Libycas celebrandas victorias feror, neque decantandis tropæis, quæ de cæsis tyrannis relata sunt, ferocem animum fatigabo. Illaudata maneat hodie partarum de Medis victoriarum gloria. Beata pax, urbium nutrix, quam princeps galeatæ longe præfert victoriæ, huc age, urbis bono impensos prædicemus labores, et glorioso omni præstantiorem certamine ædem sacris hymnis celebremus, præ qua unica quidquid est excelsi operis admirandum fatiscit.

Tu vero, alma Roma, auctorem salutis tuæ principem corona, sinceris laudibus abunde cumulatum, non quod jugum tuum populis omnibus imposuit, aut quod immensos solii tui fines ultra remotiores terminos Oceanique littora longe dilatarit, sed quod in recessu tuo immane templum excitans matre tua Tiberina longe te fecit illustriorem. Facessite nunc tandem decora omnia, quæcunque de Romano Capitolio fama prædicat: tantum enim meus imperator superavit istud miraculum, quantum idolo Deus maximus præstantior est. Volo igitur ut tu dulcisonis carminibus, o fornix auro refulgens, imperatorem tuum prædices. Ille quippe non in bellis solum manum vibrans infinitos barbaros victoriosis armis subegit, ut indomitam illorum superbiam frenis tuis submitteret et legum tuarum jugum illi vererentur: sed et nigra vehementius frendens invidia imperatoris urbi imperantis armis prostrata succubuit, crebrisque sagittis elisa fragorem edidit, casuque suo sub pulverem alte condita est. Tu vero veni, antiqua et Latina Roma, et concors carmen cane novæ Romæ, et gaude quod natam vides, adhuc puellam, matre multo præstantiorem, quandoquidem ea est parentum gratia.

At vos quibus sacrarum legum honor curæ est, huc adeste, et, caliginosa deposita tristitia, niveis palliis lætabundi membra induite: detersis vero quinque annorum ab oculis lacrymis, ore bene auspicato præstantes hymnos concinamus. Cœlestium portarum claustra reseravit in terra Romanorum imperator: totis festis ampla gaudia indixit, omnes mentis ægritudines leniit. Ex quo enim cum fragore corruit eximium imperatorum opus, immensus passim per urbem planctus exortus est. Da veniam audaci orationi, da veniam, potentissime terrarum princeps: verba audi æquo animo, si tantisper aures tuas pulso. Nam superveniens ingentium operum gratia, Lethæis fluminibus mœroris stimulos omnes demersit. Suavius est iter agentibus post hibernam noctem solis lumen, et jucunda serenitas in mari erran-

VARIÆ LECTIONES.

[12] ῥυθμόν G vel μῦθον · codex θυμόν · γρ. ἀράξω codex. [13] ἔργον codex, ου super ον scripto [14] Βυζαντὰς Ῥώμη in Anthol. Gr. IV. 24, p. 299, 300. etc. Roma Cpolitana in quibusdam codd. Prisciani post lib. 8 et 9 et apud Senat. de Orthogr., c. 12. ἑῶα Ῥώμη Themistio-orat. 15. Duc. [15] ἄνθουσα codex. [16] αἰχμὴν codex. [17] τόξῳ G, τόξων N. o super ω scripto. [18] ἐδάρυνε malit G. [19] Roma vetus l. 5 C. de Oper. publ., l. 6 C. de Sacros. Eccl. etc., antiqua Corippo l. 1, παλαιὰ καὶ τριπέμπελος Ῥώμη Const. Manass. Duc. [19*] σύνθρονον codex : correxit G. [20] ἔτι codex.

Digitized by Google

Ἄνδρας ἁλιπλάγκτους μετὰ κύματα μᾶλλον[11] ἰαίνει
Ἶλαθι τολμήεντι, μεγασθενὲς, ἵλαθι μύθῳ.

Ἤδη μὲν σθεναροῖσιν ἐπεμβεβαυῖα θεμείλοις
Σφαίρης ἡμιτόμοιο κατήριπε θέσκελος ἄντυξ,
Μυστιπόλου δ' ἐτίναξεν ἐδέθλια πάντα μελάθρου·
Πάντα δ' ὑπεσκίρτησεν ἐν ἄστεϊ βάθρα θεμείλων,
Γαῖα δ' ὑπεστενάχιζεν ἐπὶ χρόνον, ἠερίαις δὲ
Μισγομένη νεφέλῃσιν ὁμιχλήεσσα κονίη
Οὐρανίης ἀμάρυγμα μεσημβρινὸν ἔσκεπεν αἴθρης.
Χριστὲ μάκαρ, σὺ δὲ σεῖο κατ' ἔνδια χεῖρα τανύσσας
Αἵμασιν οὐ μεθέηκας ὑπ' ἀνδροφόνοισι μιῆναι
Σὴν χθόνα Τελχῖνας κακοεργέας· οὐδὲ γὰρ ἔτλης
Ὅρματος ἀχράντοιο βολῇ πανδερκεῖ λεύσσειν
Αἷμα χυθὲν τεμένεσσιν ἀναιμάκτοιο θυηλῆς.
Οὐδὲ μὲν εὐρύστερνος ὑπώκλασε μέχρι θεμείλων
Νηὸς, ἀριστώδινος ἐελμένος ἄμμασι τέχνης·
Ἀλλὰ μιῆς ἀψῖδος; ἀπωλίσθησε κεραίη
Ἀντολικὴ, σφαίρης τε λάχος κονίῃσιν ἐμίχθη.
Ἦν δὲ τὸ μὲν δαπέδοισι, τὸ δ' εἰσέτι, θάμβος ἰδέσθαι,
Οἷάπερ ἀστήρικτον ὁμίλεεν ἐκκρεμὲς αὔραις·
Πᾶς δὲ κατηφείῃ βεβολημένος ἔστενεν ἀνήρ.
Μή τι; ἐμὴν σειρῆνα βάλοι νεμεσήμονι μύθῳ
Ἀτραπὸν ἀμνήστοιο διαστείχουσαν ἀνίης·
Ἠδύτερος μετὰ δάκρυ γέλως, μετὰ νοῦσον ὑγείη.
Οὐχ οὕτως ἀκάχησεν ἀπ' αἰθέρος ἐκχυμένη φλὸξ
Ἀνέρας, ὁππότε νῶτα κατέφλεγεν ἄλοα γαίης,
Μυρία καρφομένων ὅτε χεύματα σίζεν ἀναύρων,

A Οὐδ' ὅτε καρποτόκοιο κατὰ χθονὸς οὐρανὸς αἴθων
Εὐρὺ χανὼν. ὤιξε πύλας δηλήμονος ὄμβρου
Καὶ τραφερὸν ξύνωσε πέδον ῥοθίοισι θαλάσσης.

Αὐτὰρ ἐμὸς σκηπτοῦχος ἀπότροπον ἄλγος ἀκούσας
Οὐκ ἐπιδὴν ἐκάλυψε νόου σέλας, οὐδὲ κατηφὴς
Ἠρεμέειν τέτληκεν ἀεργέος ἄμμασιν ὄκνου,
Ἀλλὰ μινυνθαδίης ἀπεσείσατο κέντρον ἀνίης,
Πρὸς δὲ πόνους ἤϊξε παλινδωμήτορας οἴκου.
Τῷ δὲ παρεστηκυῖα σακέσπαλος ἔννεπε Ῥώμη.
« Παγκρατὲς, ὀλβιόμοιρε, Δίκης ἕδος, ἕρμα πο-
λήων,
Ἵρπασε βασκανίη με, χάρις δέ τίς ἐστι μεγαί-
ρης[12]
Ὅττι σέθεν ζώοντος, ὅτ' ἐγγύθεν ἐστὶν ἀρωγὴ[13]
Στήθεσιν ἡμετέροισι περιῤῥαγὲς ἔλκος ἀνίσχει.
B Ἀλλὰ, μάκαρ, (δύνασαι γὰρ ἐφ' ἕλκεϊ φάρμακα
πάσσειν
Χεῖρα τεὴν προτίταινε, ῥυηφενέος τροφὸν[14] ὄλβου.
Πάντα κυβερνητῆρι τεῷ διέπουσα χαλινῷ
Ὑμετέροις ὑπέθηκα τροπαιοφόροισι θριάμβοις.
Ἠρεμέει καὶ Μῆδος ἀναξ καὶ Κελτὶς ὁμοκλὴ,
Καὶ ξίφος ἡμετέροις φιλοτήσιον ὤπασε θώκοις
Ἰνδὸς ἀνὴρ, ἐλέφαντας ἄγων καὶ μάργαρα πόντου.
Καρχηδὼν γόνυ δοῦλον ἐμοῖς ἔκλινε τροπαίοις.
Εἰς ἐμὲ φορτὶς ἅπασα φερέσβιον ἐλπίδα τείνει,
Κύκλιον εἰσορόωσα δρόμον διδυμάονος ἄρκτου,
Ὡς κεν ἐμοῖς τεκέεσσιν ἐπίῤῥυτον ὄλβον ὀρέξω·

tibus post tempestates animum exhilarat. Da veniam, fortissime princeps, da veniam audaci orationi.

Jam conciderat admirabilis ille fornix hemisphærii, fundamentis nixus firmissimis, ædisque patriarchalis solum omne concusserat: subsiliebant urbe tota ima fundamentorum, et ad tempus terra ingemiscebat: obscuris mistus nubibus caliginosus pulvis meridianum cœlestis lucis splendorem occuluerat. At tu, bone Christe, manum tuam super templum extendens, terram tibi consecratam humana cæde a sceleratis ac maleficis pollui non es passus. Quippe non potes oculis tuis immaculatis intueri in templis fusum sanguinem, in quibus incruentum sacrificium peragitur. At neque tota ædis inclytæ amplitudo a fundamentis procubuit, artis egregiæ vinculis constricta: sed unius arcus vertex orientalis corruit, parsque una sphæræ pulveribus est commista. Erat porro pars altera solo jacens, altera ad hanc usque diem, quod visu erat admirabile, minime sustentata et quasi pendula adhuc in aere morabatur. Omnes mœrore perculsi gemebant. Verum nemo Musæ nostræ verbis mordacibus succenseat, quod in oblivione deletas sese effundat calamitates. Gratior est post lacrymas risus, postque morbum sanitas. Non sic ab aere demissum fulgur perculit homines, cum immensos arescentium torrentium cursus repressit; vel si quando cœlum ardens in frugiferam terram late dehiscens largos et nocuos imbres effudit et siccos agros marinis immiscuit fluctibus.

At, meus imperator, comperta tam acerba calamitate non diu præterea occuluit mentis aciem, neque adduci potuit ut quantumvis mœstitia oppressus inertis ignaviæ vinculis detineretur ac quiesceret: sed brevissimi doloris stimulum excussit, et ad reædificandæ ædis labores sese accinxit. Astans vero bellicosa Roma eum sic est allocuta: « Potentissime, fortunate, Justitiæ sedes, urbium columen, nescio quæ me subit indignatio (et suam habet quamdam indignatio voluptatem) quod, vivente te, dum præsens adest auxilium, Roma pulchritudinem amiserit, et pectoribus nostris undique disruptum ulcus exoritur. Sed tu, o fortunate (potes enim ulceri medicamentum adhibere), manum tuam porrige affluentis beatitatis nutricem. Omnia tuis gubernans auspiciis tuis inclytis triumphis subjeci. Quiescit Medorum rex et Gallorum vociferatio. Ipse Indus cum suis elephantis ad tuum solium gladium et margaritas maris ultro attulit. Meis tropæis servilia flexit genua Carthago. Naves omnes onerariæ geminæ ursæ cursum respicientes ad me tendunt tanquam ad spei suæ metam, spei quæ affert commoda, sic ut affluentem

VARIÆ LECTIONES.

[11] μᾶλλον margo codicis: ipse θυμόν. [12] Μεγαίρης G, μεγαίρειν codex, σ super ν posito. ὅτε (v. 222) a Salmasio vel Ducangio addita. [13] post v. 222 N in margine, litteris quadratis: Ὅττι σέθεν ζώοντος ἐπέχραε κάλλεϊ ῥώμης. Eum versum Ducangius et Græfius receperunt. [14] στροφόν codex.

Digitized by Google

235 Ἐμπορίην δ' ἀνάγοντες ἐπιπνείουσιν ἀῆται.
Ταῦτα τεοῖς καμάτοισιν ἐφέσπεται· ἀλλ' ἐπὶ πάσης
Ἀγλαΐης θημῶνι πεσεῖν ὑπὸ χεύματα Λήθης
Μήποτέ μοι, σκηπτοῦχε, τὸ θέσκελον ἔργον ἐάσῃς.
Οὐ γὰρ, ἄναξ, εἰ καί σε καταπτήσσουσι κλιθέντα
240 Αὐσονίοις[25-26] θεσμοῖσιν ἀπείρονος ἔθνεα γαίης,
Εἰ καὶ πᾶσαν ἔδειμας ἐμοὶ πόλιν, οὔποτε δήεις
Σύμβολον ὑμετέροιο φαάντερον ἄλλο θοώκου[27]. »
Ὣς φαμένη χαρίεντα λιλαίετο χείλεα πῆξαι
Ποσσὶν ἀνακτορέοισιν. Ὁ δ' ἷλαον ἠθάδι Ῥώμῃ
245 Δεξιτερὴν ὥρεξεν, ὑποκλάζουσαν ἐγείρων.
Ἧκα δὲ μειδήσας, ἵνα μυρίον ἄλγος ἐλάσσῃ,
Εὐφροσύνης πλήθοντας ἀκηδέος ἔκφατο μύθους·
« Ῥῖψον ἄχος, βασίλεια πόλις, μὴ θυμὸν ὀρίνῃς·
Ὡς βέλος οὐ νίκησε τεὸν σάκος, οὐδέ τις ἄλλη
250 Ἀκλονον ἐστυφέλιξε τεὴν φρένα βάρβαρος αἰχμή,
Μηδὲ βαρυτλήτοισιν ὑποκλάζοιο[28] μερίμναις.
Τέτλαθι, παμβασίλεια πόλις, μὴ θυμὸν ἀμύξῃς·
Καὶ γὰρ ἐμοῖς καμάτοισιν ἀοιδοτέρην σε τελέσσω,
Αὖτις ἀναστήσας κορυφὴν εὐάντυγα νηοῦ. »
255 Ὣς φάμενος τεμένεσσιν ἐπείγετο, καὶ τάχα [μύθου
Γείτονος ἔργον ἓην ταχινώτερον· ὀρνύμενος γὰρ,
Ὡς θέμις, οὐκ ἀνέμιμνε συνέμπορον ἀσπιδιώτην,
Χρύσεον ἀγνάμπτοιο κατ' αὐχένος ὅρμον ἑλόντα,
Οὐ χρυσῆν[29] τινα ῥάβδον ἀεὶ προκέλευθον ἀνάκτων,
260 Οὐ στρατὸν ἠνορέῃσι κεκασμένον εὔποδος ἥβης,

A Σύνδρομον εὐόπλοιο μελαγχρήπιδα κελεύθου.
Ἐξαπίνης δ' ἑκάτερθε συνέῤῥεον ἄλλοθεν ἄλλοι
Προφθαμένου βασιλῆος· ἐπεκτύπεον δὲ βοεῖαι
Ἀνδρῶν στεινομένων, κανάχιζε δὲ συμμιγὲς ἠχώ.
265 Ἀλλ' ὅτε δὴ κατὰ νηὸν ἐδύσατο καὶ βάσιν ἔγνω
Δώματος ἀστυφέλικτον, ὅλην ἔτρεψε μενοινὴν
Ἐς κορυφὴν περίμετρον, ἐπευφήμησε δὲ τέχνην
Καὶ νόον Ἀνθεμίοιο, κεκασμένον ἔμφρονι βουλῇ.
Κεῖνος ἀνὴρ τὰ πρῶτα θεμείλια πήξατο νηοῦ,
270 Εὐκαμάτων βουλῇσιν ὑποδρήσσων βασιλήων,
Δεινὸς ἀνὴρ καὶ κέντρον ἑλεῖν καὶ σχῆμα χαράξαι,
Ὅς τοίχοις ἐνέηκε τόσον σθένος ὅσσον ἐρίζειν
Δαίμονος[30] ἀντιβίοιο βαρυτλήτοισιν ἐρωαῖς.
Οὐ γὰρ ἀποτμηγέντος ἐρικνήμοιο καρήνου
275 Ὤκλασεν, ἀλλ' ἀδόνητον ἐϋκρήπιδι θεμείλῳ
B Ἴχνος ἐπεστήριξεν, ἐπὶ προτέροισι δὲ τοίχοις
Ἰθυντὴρ μεγάλοιο παρ' Αὐσονίοισι θοώκου[31]·
Αὖτις ἀμωμήτοιο χάριν δωμήσατο κόρσης.
Ἀλλὰ τίς ἂν μέλψειεν ὅπως ὑψαύχενι κόσμῳ
280 Νηὸν ἀνεζώγρησε; τίς ἀρκιός ἐστι χαράξαι
Μῆτιν ἀριστώδινα πολυσκήπτρου βασιλῆος;
Κεῖνα μὲν, ὦ σκηπτοῦχε, μεμηλότα τέκτονι τέχνῃ
Λείψομεν, εὐκαμάτων δὲ τεῶν ἐπὶ τέρματα μόχθων
Ἵξομαι, ἀρτιτέλεστον ἰδὼν σέβας, ᾧ ἔπι πάσης
285 Θεῖος ἔρως ἀκτῖνας ἀνεπτοίησεν ὀπωπῆς.
Πᾶς βροτὸς ἀγλαόμορφον ἐς οὐρανὸν ὄμμα τανύσσας
Οὐκ ἐπιδὴν τέτληκεν ἀναγναμφθέντι τραχήλῳ

opum copiam liberis meis impertiam; ipsique advehendis mercibus aspirant venti. Hæc tuos comitantur labores. Verum cum omni pulchritudinis thesauro ne Lethæis fluminibus, o imperator, tam divinum opus obrui patiaris. Licet enim, o princeps, revereantur te immensi orbis gentes, quæ Romanis legibus colla submittunt, etiamsi totam urbem mihi struxeris, nunquam reperies illustrius throni tui monumentum. » Hæc locuta pedibus imperatoris grata oscula figere annixa est. At ille faventem porrexit familiari Romæ dexteram, et procumbentem erexit. Suaviter vero subridens, ut infinitum doiorem pelleret, hæc verba sinceræ lætitiæ plena effatus est : « Depone dolorem, urbs regia, nec vexes animum : ut nullum jaculum clypeum tuum læsit, nec quævis alia Barbarorum vis immotam mentem tuam hactenus concussit, ita ne succumbas acerbis licet calamitatibus. Perfer, urbium princeps, nec animum vellices : etenim laboribus meis longe te efficiam celebriorem, rursum erigens templi verticem præclaris fornicibus adornatum. »

Hæc fatus, ad templum progreditur, et dicto citius operi manum admovet. Festinans enim, uti par erat, non exspectavit clypeatos custodes, donec aureum superbæ cervici torquem aptassent, non aureas illas secures quæ imperatores semper præcedunt, non exercitum illum ex strenua et alacri juventute conflatum, nigris insignem caligis, qui principem per vias comitari solet armatus. Derepente undique confluxere alii aliunde, præeunte imperatore. Fragorem edidere confertorum virorum clypei, confusum sonum echo reddebat. At cum templum subiit et ima ædis firma agnovit, omnem curam convertit ad rotundum fastigium. Laudavit vero artem et prudenti instructam consilio mentem Anthemii. Vir ille primum jecerat templi fundamenta, laboriosorum imperatorum obsecutus mandatis, vir admodum industrius in eligendo centro et in formis ædificiorum delineandis; qui muris tantum tribuit firmitatis quantum satis erat, ut cum contrarii et obnitentis dæmonis intolerando impetu contendere possent. Neque enim procubuerunt, excelso vertice avulso : sed concussam imam partem firmissimo fundamento sustentavit magni Romanorum imperii rector, et super muris prioribus rursum præstantissimi verticis decorem exstruxit.

Sed quis enarret ut ambitioso ornatu templum instauraverit? quis par est exprimendæ verbis magnorum operum effectrici potentissimi principis prudentiæ? Sed his, o princeps, quæ arte architectonica accurata sunt, relictis, ad laboriosorum operum tuorum terminum veniam, confectum nuper miraculum intuens, super quo divinus amor oculorum omnium radios exterruit. Quisquis in cœlum splendens

VARIÆ LECTIONES.

Ἀργυρέους στεφανηδὸν ἀπ' ἠέρος ἧψατο δίσκους
820 Ἐκκρεμέας περὶ τέλσα μέσου τροχάοντα μελά-
Οἱ δὲ καθερπύζοντες ἀφ' ὑψιπόροιο κελεύθου [θρου.
Ἀνδρομέων κυκληδὸν ὑπερτέλλουσι[16] καρήνων.
Τοὺς μὲν ἀνὴρ πολύϊδρις ὅλους ἐτόρησε σιδήρῳ,
Ὅφρα κεν ἐξ ὑάλοιο πυρικμήτοιο ταθέντας
825 Οὐριάχους δέξαιντο, καὶ ἐκκρεμὲς ἀνδράσιν εἴη
Φέγγεος ἐννυχίοιο δοχῆϊον. Οὐδ' ἑνὶ δίσκοις
Μούνοις φέγγος ἔλαμπε φιλέννυχον· ἀλλ' ἑνὶ κύκλῳ
Καὶ μεγάλου σταυροῖο τύπον πολύωπα νοήσεις,
Γείτονα μὲν δίσκοιο, πολυτρήτοισι δὲ νώτοις
830 Ἄγγος ἑλαφρίζοντα σελασφόρον. Εὐσελάων δὲ

A

B

concha marini coloris purpurascit, dextrum exserens humerum, sub bene textis staminibus. Illic enim vestimenti tegumentum excidit, sed per latus sinistrum humerum sursum serpens belle diffunditur. Tegmine pariter nudantur cubitus et extrema manus: videtur autem dextræ digitos protendere, veluti si sermonem immortalem annuntiaret, sinistra librum tenens sacros Sermones narrantem, librum pandentem quæcunque utili consilio rex ipse (Christus) peregit, dum in terris ageret. Tota fulgurat vestis aurea: in illa quippe affabre elaboratum et in tenuia fila diductum aurum, circum stamina involutum, fistulæ aut tibiæ cujuspiam figuræ simile, supra suave pallium revinctum hæret, acutioribus fibulis et serico filo alligatum. Ab utraque parte stant Dei præcones: Paulus, vir divina omni scientia plenus; et cœlestium portarum validus claviger, cœlestibus et terrestribus imperans vinculis. Ille quidem librum sacram Scripturam continentem, hic vero crucis figuram tenet aureo infixam baculo. Utrumque autem candidis sub vestimentis tela variegati operis contegit. Supra divina capita aurei templi figura curvatur, sinuosam excitans arcus pulchritudinem: stat vero aureis quatuor columnis innixa. In auro texti vestimenti extremis marginibus descripsit ars ingentia et salutaria patronorum urbis imperatorum opera. Alibi quidem ægrorum sanatrices domus quis inspiciat, alibi ædes sacras, alibi denique fulgent Christi miracula: inest vero operibus gratia. In aliis autem vestimentis alibi quidem deiparæ Mariæ manibus, alibi Christi Dei manu conjunctos principes invenias. Omnia denique fusi stamine aureorumque liciorum splendore variegantur.

Omnia quidem splendore tecta, omnia cernes admirationem oculis inducentia. Vespertinis luminibus describendis par nulla est oratio. Certe dixeris nocturnum solem venerandas ædes illuminare. Imperatorum enim meorum sagax prudentia contrariis et oppositis voluminibus nexiles æreas longasque catenas expandit a prominenti coronide lapidea, in cujus dorso excelsum templum ima tecti fundavit. Illæ vero per longam viam defluentes confertim feruntur ad terram: sed priusquam sint ad terram allapsæ, iter remetiuntur, et socium chorum conficiunt. Ex catena autem discos argenteos in modum coronæ suspensos, qua extremæ medii templi partes procurrunt, appendit. Hi vero ab excelsa via proserpentes supra humana capita circulatim pendent. Hos quidem vir multiscius totos ferro perforavit, ut confectas ex vitro igne elaborato cuspides exciperent, et vas nocturni luminis supra homines penderet. Neque in discis unis nocturnum splendet lumen, sed eodem in circulo majoris etiam crucis figuram passim perforatam

VARIÆ LECTIONES.

[15] Ἔκπροθεν ante Hermannum. [16] περιτέλλουσι N.

Digitized by Google

Κύκλιος ἐκ φαέων χορὸς ἵσταται. Ἢ τάχα φαίης
Ἐγγύθεν ἀρκτούροιο δρακοντείων τε γενείων,
Οὐρανίου στεφάνοιο, λελαμπότα τείρεα λεύσσειν.
Οὕτω μὲν κατὰ νηὸν ἑλίσσεται ἑσπερίη φλὸξ,
Φαιδρὸν ἀπαστράπτουσα· μέσῳ δ' ἐνὶ μείονι κύ-
Δευτατίου στεφάνοιο σελασφόρον ἄντυγα δήεις. [κλῳ
Μεσσοπαγὲς δ' ἐπὶ κέντρον ἀπ' ἠέρος ἄλλος ὀρούσας
Δίσκος ἐῢς σελάγιζε· φυγὰς δ' ἀπελαύνεται ὄρφνη.
Ἐγγύθι δ' αἰθούσης, παρὰ κίονας, ἔνθα καὶ ἔνθα
Μουνοφανῆ λαμπτῆρα διακριδὸν ἄλλον ἀπ' ἄλλου
Ἐξείης ἀνέθηκαν· ὅλον δ' ἐπὶ μῆκος ὁδεύει
Τηλεπόρου νηοῖο· κύτος δ' ὑπέθηκαν ἑκάστῳ
Ἀργύρεον, πλάστιγγι πανείκελον, ᾧ ἐνὶ μέσσῳ
Εὐφαέος κρητῆρες ἐφεδρήσουσιν ἐλαίου.
Οὐ μὴν ἰσοτενής τις ὅλοις μία πέζα καθέρπει,
Πολλὰ δ' ἄναντα κάταντα σὺν ἀγλαΐῃσι νοήσεις
Νήδυμα κυμαίνοντα· πολυστρέπτου δ' ἀπὸ σειρῆς
Ἠερίαις βαθμηδὸν ἐπαστράπτουσι κελεύθοις.
Οὕτω καὶ δικόρυμβον ὑὰς σελάγισμα φαείνει,
Ἡμιτόμου ταύροιο καταγραφθεῖσα μετώποις.
Ἀλλὰ καὶ ἀργυρέας τις ἴδοι νέας· ἐμπορίης δὲ
Φόρτον ἀερτάζουσι φαεσφόρον· ἐκκρεμέες δὲ
Εὐφαέος πλώουσι κατ' ἠέρος ἀντὶ θαλάσσης,
Οὐδὲ νότον τρομέουσι καὶ ὀψεδύοντα βοώτην.
Ἐς δὲ βαθὺ κρηπῖδος ἐδέθλιον ἁβρὰ νοήσεις
Δούρατα, δικραίροιο μέσον τροχάοντα σιδήρου,
Ὧν ἔπι νηοπόλοιο φάλαγξ διανείσσεται αἴγλης,
A Ἰθυπόροις κανόνεσσιν ἐρευθομένοισι δεθεῖσα.
Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ πέζαν, ὅπῃ καὶ πυθμένας ἁβραὶ
Κίονες ἰδρύσαντο, τὰ δ' ὑψόθεν εἰσὶ καρήνων
Τοίχων μηκεδανῇσι παραστείχοντα κελεύθοις.
Ναὶ μὴν οὐδ' ἀσέλαστα[27] μάτην ἐλέλειπτο καρήνου
Ταρσὰ βαθυστέρνοιο[28]· περὶ προβλῆτι δὲ πέτρῳ
Ἄζυγας εὐδίνητον ἐς ἄντυγα λαμπάδας ἅψας
Χαλκείοις σταλίκεσσιν ἀνὴρ ἐνεδήσατο μύστης.
Ὡς δ' ὅτε παρθενικήν τις ἐὴν βασιληΐδα κούρην
Ἀμφιέπων χαρίεντα κατ' αὐχένος ὅρμον ἑλίξει,
Χρυσοδέτου στράπτοντα πυραυγέϊ λυχνίδος αἴγλῃ,
Οὕτω ἐμὸς σκηπτοῦχος ἐπήρσεν ἄντυγι πάσῃ
Φάεα κυκλοφόρητα, συνέμπορα πάντοθι πέζης[29].
Ἔστι καὶ ἀργυρέαις ἐπὶ κίοσιν, ὑψόθι κόρσης,
B Στεινὴ πυρσοφόροισιν ἐπίδρομος οἶμος ὁδῖταις,
Πλησιφαὴς, φαιδροῖσιν ἀποστίλβουσα κορύμβοις·
Κεῖνα γὰρ ἢ κώνοισιν ὀριτρεφέεσσιν ὁμοῖα
Δένδρεά τις καλέσειεν ἢ ἁβροκόμοις κυπαρίσσοις.
Εἰσὶ μὲν ὀξυκάρηνα, περιτροχάουσι δὲ κύκλοι
Εὐρύτεροι κατὰ βαιὸν, ἕως ἐπὶ λοίσθιον ἔλθῃς
Ἄντυγος, ἣ περὶ πρέμνον ἑλίσσεται· ἔνθεν ἐκεῖνοις
Ἄνθος ἀνεβλάστησε πυρισπόρον. Ἀντὶ δὲ ῥίζης
Ἀργυρέους κρητῆρας ἴδοις ὑπένερθε παγέντας
Δένδρεσι πυρσοκόμοισι. Μέσον γε μὲν ἄλσεος ἁβροῦ
Ἀμβροσίου σταυροῖο τύπος φαεσίμβροτον αἴθει
Φέγγος, ἐϋγλήνοισι πεπαρμένον ἄμμασι ἥλοις.
Μυρία δ' αἰολόμορφον ἀνάκτορον ἐντὸς ἐέργει

intuebere, disco propinquam, variegatis vero dorsis vas luciferum ferentem. Ita rotundus quidem ex collucentibus luminibus chorus conficitur. Certe ursæ aut draconis capitis vel cœlestis coronæ fulgentia astra te intueri propius dicas.

Sic igitur per templum vespertina flamma mire fulgurans circumvolvitur. In medio vero minori secundæ coronæ circulo ambitum lumina perinde ferentem invenies : at versus medium centrum elegans alter ab aere emergens discus lumen emittit : sic nox ubique depellitur.

Iuxta porticus, ad columnas, hic et illic lucernas unico instructas lumine, ab se invicem disjunctas deinceps suspenderunt; quæ per totam amplæ ædis longitudinem procurrunt. Unicuique autem argenteum supposuere alveum, lanci omnino similem; cujus in medio lucentis olei crateres insident. Neque tamen uniusmodi et æqualis procedit omnium ordo : multa enim sursum ac deorsum licet intueri cum decore ac ornatu suaviter fluctuantia, quæ ex multis implicata nexibus catena in aereis viis gradatim fulgurant. Ita biceps lumen ostendit in dimidii Tauri fronte descripta Hyas. Sed et argenteas naves videas, quæ oneris mercisque loco lumen vehunt : pensiles autem lucido in aere veluti in mari fluitant lucernæ, ubi nec austrum nec sero occidentem Bootam verentur. In imo vero solo videre est elegantia tigna, bicornis ferri medium transcurrentia, quorum ad lumen sacerdotum cohors rectis regulis rubricantibus astricta procedit. Atque alia quidem in solo sunt, ubi venustæ columnæ bases suas posuere : alia vero supra murorum vertices longis procurrunt viis, ne expertia quidem illa lucis.

Et certe frustra neglectæ fuissent ampli fastigii partes imæ. At circa exstantes coronidis lapides, singulares in tereti fornice appendens lucernas æreis paxillis vir mysteriorum peritus alligavit. Quemadmodum cum quis regiam suam puellam cum studio adornans collo elegans aptat monile, quod ignei lucernulæ auro devinctæ fulgoris instar coruscat, ita meus imperator in omnibus fornicibus lumina circulis defixa per totam ædis marginem currentia eduxit.

Est præterea super argenteas columnas, supra verticem, semita angusta, per quam viri cereos deferentes vadunt, plena perinde luminibus et venustis corymbis refulgens. Illa enim aut montanis piceis vel tuneris cupressis similes arbores quispiam appellaverit. In acutum quippe verticem desinunt : circumcurrunt vero circuli sensim effecti latiores, donec ad ultimum venias ambitum, qui circa stipitem volvitur, unde flos emergit ignem ubique spargens; at loco radicis argenteos crateras videre est, arboribus lumina ferentibus suppositos. In venustæ istius silvæ medio immortalis crucis figura ferens lucem mortalibus jubar accendit, venustis distinctum clavorum nodis.

Infinita porro alia diversis exornatum modis templum intus lumina complectitur, in sublimi nexilibus

VARIÆ LECTIONES.

[27] ἀσέλαστα· μάτην δ' ἐλέλειπτο ante G. [28] aut 862 καλύπτρης aut 863 βαθυστεφάνοιο malit G. [29] πέζῃ vel adeo πέτρῃ G.

Digitized by Google

885 Ἄλλα πολυγνάμπτοισι μετάρσια φάεα σειραῖς· Α Νῆα κατιθύνῃσι ῥοώδεος ἀντία δίνης
Καὶ τὰ μὲν αἰθούσῃσιν ἀναίθεται, ἄλλα δὲ μέσσῳ, Δεχνύμενος προτόνοισι Λιβυστίδος ὄγκον ἀέλλης·
Ἄλλα δὲ πρὸς Ῥαέθοντα καὶ Ἕσπερον, ἄλλα καρήνοις Οὐχ Ἑλίκην, οὐχ ἠδὺ φάος Κυνοσουρίδος ἄρκτου
Ἔκχυτον ἀστράπτοντα πυρὸς φλόγα· νὺξ δὲ φαεινὴ Εἰσορόων οἵηκι φερέσβιον ὁλκάδα πάλλει,
Ἡμάτιον γελόωσα ῥοδόσφυρος ἔστι καὶ αὐτή. Ἀλλὰ τεοῦ νηοῖο θεουδέα λαμπάδα λεύσσων,
890 Καί τις ἀνὴρ στεφάνοιο χοροστασίης τε δοκεύων Φορτίδος εὐτόλμοιο προηγέτιν, οὐχ ὑπὸ μούνοις
Δένδρεα φεγγήεντα λιπαλγέα θυμὸν ἰαίνει· Φέγγεσιν ἐννυχίοισι (τὸ γὰρ καὶ Πρωτέος ἀκταὶ
Ὅς δὲ πυρισπείρητον ἐπακτρίδα, θέλγεται ἄλλος Ἐν Φαρίῃ τεύχουσι Λιβυστίδος ἐς πόδα γαίης),
Εἰσορόων λαμπτῆρα μονάμπυκα, σύμβολον ἄλλος 920 Ἀλλὰ καὶ εὐδώροισι Θεοῦ ζώοντος ἀρωγαῖς.
Οὐρανίου Χριστοῖο νόον λαθικηδέα[30] τέρπει. Μίμνε μοι, ὦ σκηπτοῦχε, πολυχρονίους ἐπὶ κύ-
895 Ὡς δ' ὅταν ἀννεφέλοιο δι' ἠέρος ἄνδρες ὁδῖται [κλους,
Ἀστέρας ἄλλοθεν ἄλλον ἀναθρώσκοντας ἰδόντες, Ἐς φάος ἐσπερίον τε καὶ ὄρθριον· εἰς σὲ γὰρ ἠὼς
Ὅς μὲν ἀποσκοπέει γλυκὺν Ἕσπερον, ὃς δ' ἐπὶ Ταύρῳ Ἀμπαύειν, πολύμνε, καὶ ἕσπερος οἶδε μερίμνας.
Θυμὸν ἀποπλάζει, γάνυται δέ τις ἀμφὶ βοώτην, Σοὶ λιμένες γλαυκῶπιν ἀποκρίνουσι γαλήνην
Ἄλλος ἐπ' Ὠρίωνα καὶ ἄβροχον ὁλκὸν Ἀμάξης 925 Πᾶσαν ἐς ἀγχιάλοιο πόλιν χθονός· ἐκχύμενον
900 Ὄμμα φέρει, πολλοῖς δὲ πεπασμένος ἀστράσιν Β [δὲ
[αἰθὴρ Κῦμα περιστέλλοντες ὑπ' εὐκόλποισιν ἀγοστοῖς
Ἀτραπιτοὺς ὤϊξεν, ἔπεισε δὲ νύκτα γελάσσαι· Νηρέος ἀφριόωσαν ὑποσσαίνουσιν ὁμοκλήν.
Οὕτω καλλιχόροιο κατ' ἔνδια θέλγεται οἴκου Καὶ ποταμῶν ὑπόειξε ῥόῳ βρυχώμενον ὕδωρ,
Ἀγλαΐης ἀκτῖνι φεραυγέος, ἀλλ'..[31]..... Οὐκέτι δ' ἁρπακτῆρα μιαίνεται ὁλκὸν ὁδῖταις[32].
Πᾶς μὲν εὐφροσύνης ἀναπτετ. εὐ. ος α..[32] 930 Τὸν πρὶν ἀνικήτοισιν ἀγηνορέοντα ῥείθροις
905 Ψυχαίην ἐλάσασα μελαγκρήδεμνον ὁμίχλην. Μύγδονα Σαγγάριόν[33] τις ἰδὼν Βιθυνίδι γαίῃ,
Πάντας ἐπαυγάζει σέλας ἱερὸν, εὖτε καὶ αὐτὸς Νῶτα λιθοτμήτοισι διαζωσθέντα γεφύραις,
Ναυτίλος οἰήκεσσι θαλασσοπόροισι κελεύων, Κρήγυον ἡμετέρων ἐπέων οὐ ῥυθμὸν ἐλέγξει.
Εἴτε λιπὼν ἄξεινα μεμηνότος οἴδματα Πόντου Ταῦτά σοι, ὀλβιόμοιρε, μάκαρ, δηναιὸν ἄέξει
Πλαγκτοὺς ἀντιπόρων σκοπιῶν ἀγκῶνας ἑλίσσει[34], 935 Ζωοφόρου λυκάβαντος ἐπεμβάδα· ταῦτα θρι-
910 Ἐννύχιον μέγα[35] τάρβος ἔχων γναμπτῇσι κε- [ἄμβοις
[λεύθοις, Ἑσπερίοις Λιβυκοῖς τε καὶ ἠῴοισι γεραίρει
Εἴτε μετ' Αἰγαίωνα παρ' Ἑλλησπόντιον ὕδωρ Σὸν κράτος ὠκεανοῖο περαίτερα· ταῦτα τυράννων

catenis suspensa; quorum quidem alia in porticibus accensa lucem præbent, alia in media æde, alia ad orientem et occidentem, alia denique in verticibus ignis flammam effundunt, prorsus ut nox lucida, diei instar ridens, ipsa quoque rosea sit. Alius quidem ardentes coronæ ac choreæ istius arbores intuens mœrentem animum exhilarat, alius autem igne inspersum rete inspiciens demulcetur, alius unico fulgens lumine candelabrum, alius cœlestis Christi signum intuens mentem oblectat. Quemadmodum cum innubi aere exsilientes stellas aliunde aliam viatores intuentur; alius quidem suavem Vesperum respicit, alius versus Taurum animo vagatur, quidam Boota oblectatur, alius ad Orionem et siccam Currus semitam oculos expandit, multis vero inspersum astris cœlum vias aperuit, et noctem ridere suasit: sic intra eximiæ ædis domicilia collucentium ubique luminum radiis omnes non modo demulcentur, sed et eorum aspectu, depulso mentis nebulo, lætitia replentur. Omnibus sacrum affulget lumen; quandoquidem et nauta ipse, qui gubernaculis in mari imperat, sive furiosis relictis irati Ponti fluctibus vagabundos invicem concurrentium scopulorum anfractus inter nocturnos tremores per flexuosas vias circumflectit; sive emenso Ægæo mari in Hellespontiacum navem dirigit contra fluentes vortices, Libycæ procellæ tumorem rudentibus excipiens, non Elicen, non suave Cynosuræ lumen intuens salutiferam suam navem clavo impellit, sed divinam templi tui respiciens lucem, audacis onerariæ ducem, non nocturnis duntaxat luminibus (hoc enim faciunt et Protei littora in Pharo, ad extremos Libycæ terræ fines) sed et benefica Dei vivi ope.

Vive, o imperator, ad multos annos, et lucem Occidenti pariter Orientique affunde: in te quippe curas suas deponere novit aurora et vesper, o laudate princeps. Tibi cæruleam in omnibus maritimæ terræ urbibus portus serenitatem reservant, et effusi maris fluctus sinuosis sub anfractibus comprimentes spumantem illius mitigant fragorem. Cessere etiam aquæ fluminum, fluctibus suis mugientes; nec amplius rapaces cursus viatoribus inficiunt. Quisquis enim videt Sangarium Mygdonium in Bithyniæ finibus, invictis prius insolescentem fluentis, lapideo ponte nunc revinctum, assentationis nostrorum carminum numeros non arguet.

Hæc tibi, o fortunate et beate princeps, longævas vitalium annorum accessiones adjungunt; hæc triumphis occidentalibus Libycisque et orientalibus imperium tuum munerant. Hæc tyrannorum, qui

VARIÆ LECTIONES.

[30] νόῳ λαθικηδέϊ codex, νόα λαθικηδέα margo. [31] ἄλλοθεν ἄλλος G. [32] πᾶσι — ἀναπέπταται εὔδιος αἴγλη G. [33] Petras Cyaneas et Symplegadas intelligit, de quibus Gyllius de Bosporo Thracio 2 21. Duc. [34] μέγα G, μετὰ codex. [35] ὁδῖται; codex, η super αυ scripto. [36] de ponte Sangario imposito v. Procop. *De ædif.* v, 3, Theoph. p. 198, Agathiam in *Anthol.* p. 380 ed. H. Stephan. et Notas ad Alexiadem p. 280. Duc.

Digitized by Google

Πολλάκις αὐτοφόνοιο χερὸς δηλήμονι τόλμῃ
Αὐχένας ἐπρήνιξε, πρὶν ἔντεσι χεῖρας ἑλίξειε[37].
Τῶν δὲ κατηλοίησε καρήατα πρίν σε πυθέσθαι
Φῆμιν ἀπαγγέλλουσαν ἃ μὴ θέμις. Εἶποτε γὰρ σοι
Βαιὸν ἑλινύσασα δίκη παρὰ ποσσὶ κομίσσῃ[38]
Ἀντιβίων τινὰ φῶτα, κατευνάζεις μὲν ἀέλλας
Εὐθὺς ἀναγκαίοιο χόλου, στρεπτὴν δὲ γαλήνην
Εὐθὺς ἄγεις, καὶ δεσμὸς ὁ χάλκεος, ὁ πρὶν ἐέρ-
[γων
Ἀνέρα ποιναίοισιν ἐν ἄμμασιν, εὐθὺς ἀνοίγει
Αὐχενίην κληῖδα· οὐ δ' ἧλαον ὄμμα τανύσσας
Τὸν πρὶν ἐριδμαίνοντα, σέθεν ζυγόδεσμον ἀράξας,
Ἀντὶ φόνου ζωστῆρας ἐς αἰγλήεντας ἀέξεις.
Κερδαίνεις δ' ὅσα τύμβος ἀμείλιχος εἶχε καλύ-
[ψαι
Γυῖα θεοῦ θεράποντος· ἀφ'[39] ὑμετέρης δὲ γαλήνης
Νικηθείς, τρισέβαστε, πολὺ πλέον ἠὲ σιδήρῳ
Εἰς σὲ μεταστρεφθεῖσαν ὅλην φρένα δέσμιος ἕλκει,
Ἐκ δὲ φόβου πρὸς ἔρωτα τεὸν καὶ πίστιν ἄῖξας
Ὑμετέροις ἐθέλοντα λόφον δούλωσε λεπάδνοις·
Οἶσθα γὰρ ὅσσον ἔρως κρατερώτερός ἐστιν ἀνάγ-
[κης,
Οἶσθα καὶ ὡς νομίοισιν ἐν ἄνθεσι πολλάκι ταῦρος
Πειθόμενος σύριγγι καλαύροπος ἦχον ἀλύσκει.
Ἔνθεν ἀεὶ καμάτοιο θεοῦ προκέλευθος ἀνέστη
Χριστὸς ἄναξ, βουλὰς δὲ κυβερνητῆρι χαλινῷ
Σεῖο κατιθύνει κρατερόφρονας, εἴτ' ἐπὶ χάρμην
Φάσγανα γυμνῶσαι τελέθει χρέος εἴτε καλύψαι·
Ὅς σε καὶ ἀρητῆρα θεουδέα δῶκεν ἐλέσθαι
Ῥητίδιος κραναὴν ἀρετῆς τετράζυγος οἶμον

A 965 Πᾶσαν ἐπιτροχάοντα, τὸν ἠγαθέοισι θοώκοις
Ῥώμης οὐρανίη τις ἐφήρμοσεν ἕνθεος ὁμφή.
Ἀλλὰ τροπαιοφόρων τε καὶ εὐπολέμων σέθεν ὅμ-
[νων
Καινὸν ἀποκλίναντες ἐπιτρέψωμεν ἀοιδὴν
Σεμνὸν ἐς ἀρητῆρα· τεὸς δέ τίς ἐστι καὶ αὐτὸς
970 Ὕμνος, ἄναξ· νίκη γὰρ ἀμοιβαδὸν ἄλλοθεν
[ἄλλη,
Εὐπτολέμοις καμάτοισι καὶ ἀστυόχοις ἐπὶ μόχθοις,
Ὑμετέροις στέφος ἄβρὸν ἐπεστήριξε καρήνοις.
Καὶ γὰρ ὅτε, σκηπτοῦχε, νόου βιοδώτορι βουλῇ
Ὑμετέροις τεμένεσσι μέγαν κληρώσαο μύστην,
975 Εὐθὺς ἀλιτρόνοοιο κατήριπε δαίμονος ὁρμή,
Εὐθὺς ὅλων παθέων χαλεπὴν ἐτρέψαο χάρμην,
Εὐθὺς ἐπ' ἀστυόχοις καμάτοις ἀνεδήσαο νίκην.
Ἀλλά μοι ἱμερόεσσαν ὑποστήριξον ἀκουὴν
Καὶ σύ, πάτερ πολύυμνε, θεουδέος ἡγέτα νηοῦ.
980 Σῇ μὲν ὑπὸ σφρηγῖδι φυλάσσεται εὔχος ἀνά-
[κτων,
Σεῖο δ' ὑπ' εὐχωλῇσι κατάπτερος ἔθνεα νίκη
Κοιρανίης ὑπέθηκε πολισσούχοισι λεπάδνοις.
Καὶ τὰ μὲν ἀντιτύποισιν ἐπαυχήσαντα βοείαις
Ἔγχος ἄγει βασιλῆος ὑπ' ἴχνεσιν, ἄλλα δὲ Ῥώμῃ
985 Μυρία βαρβαρόφωνα συνήλυθον ἔθνεα γαίης,
Ὑμετέρης ἀΐοντα σέβας, τρίλλιστε, γαλήνης.
Χθιζὰ μελαγγυίοισιν ὑπ' ἀνδράσιν ἕνθεον αὐλὴν
Στεινομένην ἐνόησα· τεῆς δ' ἀπὸ θέσπιδος αὐδῆς[40]
Θελγόμενοι ψυχήν τε καὶ αὐχένα πρόφρονι βουλῇ
990 Οὐρανίοις ἔκλιναν ἐπιχθονίοις τε θοώκοις
Τλήμονες, οἳ μὴ χεῖρα τεὴν δέξαντο καρήνοις,

pessima audacia sibi manus intulere, priusquam arma capesseres, cervices sæpius præcipitarunt: horum etiam attrivere capita, priusquam nefandos ausus tibi fama nuntiaret. Si quando enim paululum cunctata justitia infensum tibi hominem aliquem ad pedes tuos adduxit, necessariæ iracundiæ procellas confestim sedas, et reducem continuo refers serenitatem; vinculumque æreum, quod pœnali prius nexu constringebat hominem cervicem statim relaxat. Tu vero propitium aperiens oculum eum, qui tuus prius hostis erat, auges honoribus et cingulo donas, effractis vinculis quibus hominis neci destinati collum alligabatur. Et quæ famuli tui membra immitis tumulus contegere debuit, lucrifacis; vinctusque tua magis serenitate, o ter auguste, quam ferro superatus animum ad te totum convertit, eumque ex metu in tui ipsius amorem et fiduciam transferens, tuis libens verticem frenis subjecit. Nosti enim quanto sit amor vi ac necessitate potentior: nosti ut in pascuis persæpe taurus fistula persuasus pedi fragorem evitat.

Inde semper laborum tuorum præcursor tibi fit Christus, ac sublimia tua consilia gubernatrice manu dirigit, sive ad bella enses nudare sive recondere necesse sit; qui divinum pontificem tibi dedit eligere, qui asperam quadrifidæ virtutis viam omnem nullo labore percurrit; quem sacris Romæ thronis divinum quoddam oraculum præfecit.

Sed ab invictis et bellicosis tuis laudibus paululum digressi nostra carmina in venerandum pontificem convertamus. Tua enim perinde laus est illa, o imperator: victoria quippe modo hinc modo inde parta, tum ob bellicosos tum ob impensos urbis præsidio labores, suavem coronam vicissim capiti tuo imposuit. Etenim, o imperator, quando benefico mentis consilio templis tuis magnum pontificem ascivisti, scelesti dæmonis concidit impetus, confestim prava passionum omnium bella effugasti, confestim in civilibus laboribus adeptus es victoriam.

Sed et tu benevolum mihi auditum præbe, o laudate pater, divini præses templi. Sub tuo suffragio servatur gloria principum, et tuis sub precibus regiis imperii frenis gentes submisit alata victoria. Et aliæ quidem quæ repercutientibus scutis insolescebant, imperatoris ad pedes armorum vi adducuntur: aliæ vero infinitæ orbis gentes barbaræ Romam conveniunt tuæ, inclyte pontifex, serenitatis splendorem audientes. Vidi enim nuper sacram ædem præ nigricantibus viris loci angustia laborare. Ii vero divinæ tuæ domus aspectu illecti, animos cervicesque cœlesti pariter ac terrestri solio

VARIÆ LECTIONES.

[37] ἑλίξας G. [38] κομίσσῃ G, κομίσσοι codex. [39] ὑφ' G. [40] αὐλῆς ante Græfium.

Digitized by Google

Χεῖρα δυσαντήτων ἐλατήριον ἀμπλακιάων,
Χεῖρα λιποκτεάνοισιν ἐπαρκέα, χεῖρα τιθήνην
Ὀρφανικῶν, πάσης τε κατευνήτειραν ἀνάγκης.
Καὶ γὰρ ἀπ' ὠδίνων σε σαοφροσύνη τε καὶ αἰ-
[δὼς
Ἐλπίδος οὐρανίης ἱεραῖς ξύνωσε πορείαις.
Λιτὰ δέ σοι καὶ δόρπα καὶ ὁμφήεσσα μενοινὴ,
Λιτὰ δέ σοι βλεφάρων ἀμαρύγματα, λιτὰ δὲ ταρ-
[σῶν
Ἴχνια σῶν, καὶ λιτὸν ἔπος σέο χείλεα πάλλει.
Οὐ μὲν ἐπισκυνίοιο κατηφιόωσαν ὀμίχλην
Ἀμφιέπεις, Χριστῷ δὲ γεγηθότα θυμὸν ἀέξεις,
Ἤπιον εὐάντητον ἄγων σέλας· ἐν δὲ προσώποις
Μειλίχιον μείδημα παρήϊα σεμνὰ χαράσσει.
Ταῦτα δὲ πρηῢνόοιο φέρεις σημήϊα θυμοῦ·
Ἐστὶ γὰρ εὐθίκτοισιν ἀνέμβατος ἴχνεσιν ὀρ-
[γῆς
Ἑδρήσσων ἀτίναχτος ἐπ' ἀφλοίσβοιο γαλήνης.
Πάντα μὲν ὑλαίων ἀπεσείσαο πήματα μόχθων,
Εὐσεβίης δ' ὀχετηγὸν ἐνηέα θυμὸν ἀνοίγων
Συμπαθὲς ἀνδρομέοισιν ἐπ' ἄλγεσιν ὄμμα τιταίνεις.
Οὐδὲ λιπερνήτης τελέθει βροτὸς ὃν σὺ νοήσεις·
Αὐτίκα γὰρ καθαροῖο νόου θημῶνα πετάσσας
Λυδὸν ἐριχρύσοιο παρέδραμες ὄλβον ἀναύρου,
Ἔκχυτον ἐκ παλάμης ποταμήρυτον [61] ὄλβον ὀπά-
[ζων.
Πάντα μὲν ὠγυγίων τε καὶ ὁπλοτέρων κλέα μόχ-
[θων
Ἐξεδάης, πᾶσαν δὲ ποσὶν καθαροῖσιν ὁδεύεις
Ἀτραπιτὸν λειμῶνι θεουδέϊ· σὰς δὲ μερίμνας
Ἰουνόῳ πλάστιγγι κανὼν σταθμήσατο μύστης.
Ἔνθεν ὑπ' ἀχράντοισι νόον μελεδήμασι θέλγων
Ὤνιον οὐ τέτληκας ἰδεῖν σέβας, οὐδὲ καρήνοις
Ἐμπορίην ἱεροῖσιν ἐφήρμοσας, οὐδὲ βεβήλοις
Ἀνδράσιν οἶμον ἔδειξας ἀνέμβατον. Εἰ δέ σε δώ-
[ροις
Πρηὺς ὑποσσαίνων τις ὀΐσσεται εἰς χάριν ἕλκειν,
Βριθὺς ὁμοκλητῆρι χαλέψαο τόν γε χαλινῷ,
Ὅσσον ἀποσμῆξαι κραδίης νέφος, ὅσσον ἐλέγξαι
Χρυσὸν ἀτιμηθέντα, καὶ ἀφραίνοντα διδάξαι
Ὡς καθαρὸν καθαροῖσι θέμις τεμένεσσι θαμίζειν.
Ἀλλὰ μένοις καὶ σκῆπτρον ἐμοῦ βασιλῆος ἀέξων·
Σαῖς, μάκαρ, εὐχωλῇσι· μένοις δ' ἀλιγείτονι Ῥώμῃ
Πᾶσαν ἀμαρτινόου βιότου σμώδιγγα καθαίρων.

libentes submiserunt, infelices qui manui tuæ capita non subjecere, manui inauspicatorum criminum expultrici, manui pauperibus bona eroganti, manui orphanorum nutrici, omnis denique sospitrici necessitatis. Etenim ab incunabulis modestia perinde ac pudor te sacris cœlestis spei semitis adjunxit. Simplices tibi sunt dapes et divina mens : simplices tibi sunt et oculorum fulgores, simplicia pedum tuorum vestigia, simplex denique quæ ore tuo manat oratio. Nunquam tetricam supercilii nubem affectas : in Christo vero conceptam animi auges lætitiam, lene facileque præbens jubar; suavis in vultu risus venerandas signat genas. Hæc placidi animi defers argumenta : sensibilibus quippe iræ vestigiis es impervius, et inconcussus stas in tranquilla serenitate. Omnes quidem terrestrium laborum molestias abegisti : ut pietatis vero canalem mitem animum tuum explicans, super humanos dolores condolescentem animum expandis. Neque mortalis, quem tu quidem videris, fit pauper : confestim enim aperto sinceræ mentis thesauro Lydias aurei fluentis divitias prætergrederis, effusas de manibus fluvii instar opes erogans. Omnem quidem veterum et recentiorum laborum gloriam didicisti, et quamcunque semitam puris inambulas pedibus divino in prato. Tuas vero cogitationes ad rectam legem sacra examinat regula. Hinc puris meditationibus mentem demulcens venalem non sustinuisti videre honorem, neque sacris verticibus mercaturam aptasti, nec profanis viris inaccessam viam ostendisti. Si autem per assentationem gratiam tuam muneribus demereri se posse quis putaverit, hunc statim minaci freno corripis, donec mentis nebulum depuleris, ostenderisque aurum te despicere, et insanientem docueris purum et immaculatum pura templa frequenter adire debere.

Sed vive, et mei imperatoris, tuis precibus, o beate, sceptrum adaugens; vive maritimæ Romæ, omnes peccatricis vitæ livores detergens.

VARIÆ LECTIONES.

[61] ποταμορύυδὸν G.

Digitized by Google

CAROLI DU FRESNE DOMINI DU CANGE

DESCRIPTIO ECCLESIÆ S. SOPHIÆ

CONSTANTINOPOLITANÆ

ATQUE ADEO CÆTERARUM ÆDIUM SACRARUM EX VARIIS SCRIPTORIBUS,

SEU

IN PAULUM SILENTIARIUM

UBERIOR COMMENTARIUS.

SYLLABUS

DESCRIPTIONIS ÆDIS SOPHIANÆ.

1. Magna ecclesia Constantiniana. — 2. Magna ecclesia Constantiana. — 3. Magna ecclesia Theodosiana. — 4. Magna ecclesia Justinianea. 5. Prima encænia. — 6. Secunda encænia. — 7. Architecti. — 8. Impensæ. — 9. Materia. — 10. Marmora. — 11. Musivum. — 12. Amplitudo. — 13. Longitudo. — 14. Latitudo. — 15. Altitudo. — 16. Porticus exteriores ad meridiem et septentrionem. — 17. Porticus occidentales. — 18. Narthex. — 19. Pyramides. — 20. Atrium. — 21. Garsonostasium. — 22. Phiala. — 23. Augusteum. — 24. Statua Justiniani. — 25. Portæ occidentales. — 26. Porta orientalis. — 27. Portæ septentrionales. — 28. Pilæ quatuor majores. — 29. Trigoni. — 30. Arcus orientales. — 31. Arcus septentrionalis et meridionalis. — 32. Hemisphærium. — 33. Tholus seu trulla vel trullus. — 34. Altitudo centri. — 35. Casus trullæ seu hemisphærii. — 36. Muri obnitentes pilis. — 37. Porticus inferiores templi. — 38. Porticus superiores seu Catechumena. — 39. Aulæ. — 40. Sedes imperatricis. — 41. Cochleæ. — 42. Sedes imperatoris. — 43. Coronæ. — 44. Pavimentum. — 45. Testudo. — 46. Tectum. — 47. Fenestræ. — 48. Lampades et candelæ. — 49 Bema. — 50. Concha. — 51. Absida. — 52. Fenestræ conchæ. — 53. Mensa sancta. — 54. Gradus mensæ sanctæ. — 55. Columnæ mensæ sanctæ. — 56. Mare. — 57. Ciborium. — 58. Crateres ciborii. — 59. Lilia ciborii. — 60. Sphæra seu malum ciborii. — 61. Crux ciborii. — 62. Turris. — 63. Pyxis. — 64. Columba. — 65. Vela ciborii. — 66. Synthronus. — 67. Prothesis. — 68. Diaconicum bematis. — 69. Quatuor conchæ. — 70. Cancellus bematis. — 71. Portæ sanctæ. — 72. Velothyra. — 73. Solea. — 74. Ambo. — 75. Gradus ambonis. — 76. Puteus sacer. — 77. Ναός. — 78. Umbilicus. — 79. Cancelli ναοῦ seu chori. — 80. Portæ cancellorum ναοῦ. — 81. Pronaus. — 82. Baptisterium. — 83. Fons baptisterii. — 84. Diaconicum exterius. — 85. Secretarium. — 86. Metatorium. — 87. Vestiarium. — 88. Salutatorium. — 89. Sceuophylacium.

1. Exædificato et mœnibus longe amplificato Byzantio, veterique urbis appellatione in suum nomen transfusa, Constantinus Magnus recens Christianam religionem amplexus, anno imperii A vicesimo, templum Deo omnipotenti, cui totum se commendarat, exstruxit, illudque τῇ Ἁγίᾳ Σοφίᾳ seu divinæ Sapientiæ dicavit, id est Christo: *Filium namque Dei*, ut ait Rupertus *De divin. offic.* x, 15, *dicimus veram et incommutabilem sapientiam, per quam universam condidit creaturam.* Byzantini autem omisso Ἁγίας vocabulo Σοφίαν ædem istam nude postmodum appellarunt. Istius conditorem agnoscunt Constantinum Theophanes, Cedrenus, Glycas, Paulus Diacon. II, Nicephorus Callistus, VII, 49, et quotquot fere Constantini res attigere scriptores. At Codinus non de novo excitasse Magnam ecclesiam, sed ædem paganorum prius exsistentem, idolis et deorum simulacris purgatam, ad ecclesiæ Christianæ usum immutasse B Constantinum perperam scripsit, cum disertis verbis tradat Cedrenus a fundamentis Sophianam ædificasse ædem, illiusque condendæ Euphratæ cuidam ab eo curam demandatam. Ædis Constantinianæ forma fuit dromica, id est quadrata, sed oblongior. Ita enim δρομικόν accipiendum censent plerique e doctioribus, etsi Allatius repugnet; unde recte Theodosius Zygomalas (apud Crusium, p. 201) δρομικόν, quod est δίκην νάρθηκος, et πᾶν δρομικὸν νάρθηκα dixit appellari. Ejusmodi autem est narthecis seu ferulæ figura, ut infra ostendemus. Denique δρομικόν dictum videtur a stadiis cursoriis, quæ in majorem longitudinem quam latitudinem porriguntur. Magnæ igitur ecclesiæ Constantinianæ formam fuisse dromicam testatur C Codinus in *Descr. S. Sophiæ*. Addit anonymus auctor descriptionis ejusdem ædis, a Combefisio editus, ὁμοίαν fuisse τοῦ ἁγίου Ἀνδρονίκου καὶ τοῦ ἁγίου Ἀκακίου, quo loco apposite Ἀγαθονίκου pro Ἀνδρονίκου, reponit Combefisius: nulla enim sancti Andronici ædes occurrit exstructa Cpoli, Agathonici vero a Constantino condita legitur apud Cedrenum, Nicephorum, VII, 49, Suidam verb. Βηρίνη, et Codinum in *Orig. Lambecianis*, p. 37 et 38, qui perinde δρομικὴν fuisse scribunt, et quam denique in angustiorem formam excitatam refert Proco-

Digitized by Google

pius, *De ædif.* I, 5. Acaciani autem templi mentio est in veteri urbis Descriptione, ubi in 10 regione statuitur, loco Heptascalo nuncupato, ut est apud Socratem, II, 38 et VI, 23, Nicephorum III, 38 et IX, 42, Cedrenum, *Synaxar.* etc.

2. Verum cum nimium angusta visa esset Constantiniana ædes nec satis capax, vel quod, ut alii volunt, concidisset, forte ex terræ motibus, Constantius Constantini filius ad eam amplitudinem, qua postmodum conspecta est, perduxit. Socrates, II, 16 : Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἔκτισεν, ἥτις Σοφία μὲν προσαγορεύεται, συνῆπται δὲ τῇ ἐπωνύμῳ Εἰρήνῃ, ἦν ὁ πατὴρ τοῦ βασιλέως μικρὰν οὖσαν τὸ πρότερον εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ηὔξησε, καὶ νῦν εἰσιν εἰς ἕνα περίβολον ἄμφω ὁρώμεναι, μιᾶς τὴν ἐπωνυμίαν ἐχούσαι. Theophanes : Ἦν δὲ ἡ ἐγκαινισθεῖσα ἐκκλησία σφαιροειδὴς, ἓξ ἔτεσι κτισθεῖσα, ὑπὸ μὲν Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου θεμελιωθεῖσα, ὑπὸ δὲ Κωνσταντίου πληρωθεῖσα καὶ ἐγκαινισθεῖσα. Socrati et Theophani consentiunt Philostorgius III, 3, auctor *Vitæ sancti Pauli patr. Cpol.* apud Photium, Zonaras in *Justiniano*, Nicephorus Call. IX, 9, et aliquot alii, qui Magnam ecclesiam Constantio ascribunt. Confecta æde Constantius magno apparatu illius encænia celebravit, Eudoxio sacras preces faciente, tricesimo quarto post anno quam fundamenta jecisset, 15 Febr. anni Chr. 360, Constantio ipso X et Juliano Cæsare III coss. Idatius in *Fastis : His coss. dedicatum est Cpoli Dominicum die* 15 *kal. Mart.* Cedrenus anno 22 Constantii : Οὗτος ὁ Εὐδόξιος ἐνεκαίνισε τὸ δεύτερον τὸν ναὸν τῆς Ἁγίας Σοφίας, διὰ τὸ μετὰ τὸν πρῶτον ἀπαρτισμὸν αὐτοῦ καὶ τὸν ἐγκαινισμὸν τὸν δι' Εὐσεβίου πάλιν πεσεῖν καὶ αὖθις οἰκοδομηθῆναι διὰ τοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίου. Istorum encæniorum meminere præterea auctor *Vitæ S. Athanasii* apud Photium, Socrates II, 42, Sozomenus, IV, 25, et *Chronicon Alexandrinum* hoc anno : ex quibus colligitur jacta fuisse prima Magnæ ecclesiæ fundamenta anno Christi 326, quo Constantius solus imperare cœpit.

3. Arcadio autem postmodum imperante, cum exorta esset seditio in majore ecclesia de expellendo Joanne Chrysostomo, injecto ab iis qui partes illius amplexabantur igne statim illa conflagravit a. Chr. 404. Marcellinus Comes : *Ecclesiam Cpolitanam flamma ignis, quæ de B. Joannis throno quondam episcopi nata fuit, subito conflagravit, vicinamque ecclesiæ urbis faciem serpens nihilominus exussit.* Socrates, VI, 16 : Τινὲς δὲ τῶν Ἰωαννιτῶν κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τὴν ἐκκλησίαν ἐνέπρησαν, ubi addit incendium istud accidisse 20 Junii, Honorio VI et Aristæneto coss. Theophanes vero perperam incendium Magnæ ecclesiæ in annum duodecimum Arcadii conjicit, cum fuerit decimus. At quos Joannitas vocant Socrates et idem Theophanes a. 12 Theodosii Junioris, qui ignem in ædem immisere, *Xylocercetas* appellat *Chronicon Alexandrinum*, horamque istius cladis annotat : Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐξεώσθη Ἰωάννης ἐπίσκοπος, ΚΠ, καὶ αἰφνιδίῳ ἐκάη ἡ μεγάλη ἐκκλησία σὺν τῷ σενάτῳ ἀπὸ κρατούντων αὐτῆς τῶν λεγομένων Ξυλοκερκητῶν, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ ὥρᾳ ς'. Erant autem Xylocercetæ, ut hoc obiter moneam, Joannis sectatores, quique partibus illius favebant impensius contra quosdam episcopos, qui coacta synodo episcopatum Cpolitanum ei abrogaverant. Sed cum ecclesia sua depulso Joanne conventus separatim agere primo cœpissent in Constantini balneis, postea extra urbem in Ξυλοκέρκῳ seu in Circo ligneo, quem Constantinus μήπω τὴν πόλιν συνοικίσας εἰς ἱπποδρόμου θέαν ἐκάθηρε, ξύλοις περιτειχίσας, ut ait Sozomenus, eos egere. Perstitit autem Xylocercetarum secta seu Joannitarum, uti appellantur præterea a Socrate, VI, 16 et VII, 25, usque ad tempora Procli episcopi CP., qui tandem eos ad concordiam reduxit Theodosio XVI consule, ut produnt idem Socrates, VII, 44, Theodoretus, V, 34, et Theophanes a. 30 Theodosii Junioris. Sed non desunt qui a nemine ignem, sed divinitus immissum tradunt, quod velle videtur Marcellinus, ut et historia conciliabuli excitati contra Joannem Chrysostomum : Καθ' ἣν δὲ ἡμέραν ὁ τῶν πιστῶν ἥλιος ἀπ' αὐτῶν ἔδυ ἐξοριζόμενος, πῦρ θεῖον ἀπὸ μέσου τοῦ θρόνου, ἐν ᾧ καθήμενος ταῖς ἱεραῖς διδαχαῖς τοὺς ἀκούοντας ἐπύρσευεν, ἐξ οὐδεμιᾶς ἀνθρωπίνης αἰτίας ἀναφθὲν, καὶ εἰς ὕψος διὰ τῶν ἁλύσεων ὄφεως τρόπον ἕρψαν, ἐπὶ νώτου ἐκτετίναχτο, τοῦ ἐπισκοπείου τὴν ὕλην καταλυμαινόμενον. Ἐντεῦθεν ἄνεμος ἀπηλιώτης ἐπιπνεύσας σφοδρῶς, καὶ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τὸν βασιλικὸν οἶκον τῆς συγκλήτου γερουσίας, ἐπὶ μεσημβρίαν κείμενον, διενεγκὼν τὸ πῦρ, εἰς τέλος κατελυμήνατο αὐτόν. Ἐν τρισὶ τοίνυν ὥραις τῆς ἡμέρας ἔργων πολυχρονίων κατασκευὴ καὶ κάλλος ἀνέκφραστον ἐξηφανίσθη. Neque tamen tota conflagravit eo incendio Magna ecclesia, sed præsertim ea pars quæ bema complectitur. Cedrenus : Ἐν δὲ τῇ ἐξορίᾳ αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν ὁ λαὸς τῆς πόλεως ἐνέπρησεν, ὡς δὲ ἄλλοι φασὶν, ὅτι πῦρ ἐξελθὸν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου πάντα κατέκαυσε. Id omnino prodit Georgius Alexandrinus in *Vita Chrysostomi* apud Photium, scribens eam potissimum partem incendio absumptam quæ circa amphonem erat : Καὶ τὸ πῦρ ἀναφθὲν τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἄμβωνος πολλὰ τῶν πέριξ κατενεμήσατο. Addit anonymus Combefisii τὴν στέγην τῆς ἐκκλησίας pariter conflagrasse : sed errat, cum id sub Theodosio M. a. 6, cum secunda synodus habita est Cpoli et cedente Gregorio Nectarius substitutus est patriarcha, accidisse subdit. Denique Magna ecclesia rursum conflagravit Honorio imperante, Aetio III et Symmacho coss., ut auctor est Marcellinus Comes : *templum regiæ urbis igne crematum;* cujus quidem incendii meminit ipse Honorius in *Rescripto*, quod exstat post epistolam 31 Innocentii PP. restaurata postmodum a Theodosio Juniore, dedicata est ab Attico patriarcha CP. a. 7 ejusdem Theodosii, indict. 13, Honorio X et

Digitized by Google

Theodosio VI coss. *Chronicon Alexandrinum* : Τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπετελέσθη τὰ ἐγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως μηνὶ Γορπιέῳ πρὸ ς' ἰδῶν Ὀκτωβρίων, ἡμέρᾳ Κυριακῇ. Stetit porro Magna ecclesia usque ad a. 530, quo in seditione quam Victoriatorum vocant, maxima urbis pars incendio consumpta est ; atque inter alia ædificia quæ eo deleta sunt, Magna ecclesia cum stupendis et admirandis columnis, quas usque ad 437 fuisse, nescio an vere, scribit Codinus, igne consumpta procubuit a. 5 Justiniani, indict. 10, post coss. Lampadii et Orestis a. 2, mensis Januarii 15, ut est in *Chronico Alexandrino;* unaque cum ea illius tabularia et privilegiorum chartas ac redituum interiisse præterea auctor est Cedrenus. Quærit Gyllius (*Descript. CP.* II, 3) eone loco fuerit Magna ecclesia Constantiniana, quo postea ædem Sophianam exstruxit Justinianus. Dubitandi occasionem movet auctor Descriptionis urbis, qui in 2 regione ecclesiam Magnam et ecclesiam Antiquam, Augustæum vero forum, quod ædis Sophianæ propylæum quodammodo fuit, in 4 regione statuit. Verum his reponit Gyllius, Zonaram et alios tradere Justinianum ædem multo majorem a fundamentis excitasse, et domos proximas emisse ad eam augendam, ut et Augustæum forum, licet diversis in regionibus ponantur. Censet denique templum Antiquum, quod hodie intra regium septum includitur et parvam Sophiam vocant, eam esse ecclesiam quam urbis Descriptio Antiquam appellat ; et nonnulli e Cpolitanis Græcis esse ædem S. Irenes, quam Constantinus juxta Sophianam excitarat, persuasum habent.

4. Absumpta igitur in seditione Victoriatorum majore ecclesia Constantiniana seu Constantiana, Justinianus imperator composita civitate et punitis seditionis auctoribus, novam et longe ampliorem cœpit eodem anno exædificare. Marcellinus Comes : *Ecclesia tunc incensa mox cœpit ab eodem Augusto renovari.* Agathias lib. V : Τοῦτον δὲ πρότερον ἐμπρησθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου σφόδρα περιφανῆ καὶ θαυμάσιον ἠλίκον ἐκ βάθρων αὐτῶν καὶ κρηπίδων ἀνελομήσατο, μεγέθους τε ὑπερβολῇ καὶ σχήματος εὐπρεπείᾳ καὶ ποικιλίᾳ μετάλλων ἐπικοσμήσας. Paulus Warnefridus, *De gest. Langob.* I, 25, de Justiniano : *Exstruxit quoque idem princeps intra urbem Cpolim Christo Domino, qui est Sapientia Dei, templum, quod Græco vocabulo* Ἁγίαν Σοφίαν, *id est, Sanctam Sapientiam, nominant ; cujus opus adeo cuncta ædificia excellit, ut in totis terrarum spatiis huic simile non possit inveniri.* Nec absimilia habet Manuel Chrysoloras de ædis elegantia : Οἶμαι καὶ οὐδὲν τῶν χειροκμήτων τούτων ἔργων παρ' ἀνθρώποις ὅμοιον οὐδ' ἐγγὺς γενέσθαι. Cedrenus diem cœpti operis 23 Februarii fuisse observat : Ἐν τῷ ,ςτη' ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἰνδικτιῶνος ιε', τῆς κγ' τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, ὥρᾳ πρώτῃ τῆς ἡμέρας, τὴν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀνοικοδομὴν ἤρξατο ποιεῖν Ἰουστινιανός. Sed in hoc Cedreni loco manifestum esse mendum tam in anno mundi quam in indictione, satis superque probavimus in notis ad Bondelmontium p. 185, ubi etiam ostendimus confectum fuisse totum ædis Sophianæ opus intra quinque annos, menses 11, dies 10, ut habent Theophanes et idem Cedrenus. Quippe conflagravit Magna ecclesia primo seditionis die, quæ in quintum usque protracta est, a quo ad dedicationem, quæ facta est 26 decembris anno Chr. 657, post consulatum Belisarii II, Justiniani XI, ind. 15, intersunt tot anni et dies quot a Theophane et Cedreno computantur. Unde evidenter patet prorsus hallucinari Græculos et scriptores aliquot inferioris ævi, qui templum Sophianum intra 17 annos confectum tradidere, uti eo pariter loco docuimus.

5. Encænia porro S. Sophiæ eo quo diximus die celebrata scribit Marcellinus Comes ad eumdem annum : *Ecclesia major Cpoli ab imperatore Justiniano singulariter in mundo constructa dedicatur die* VI *kal. Januarias.* Theophanes : Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Δεκεμβρίῳ κζ' ἰνδικτιῶνος πρώτης γέγονε τὰ πρότερα ἐγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας · καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καθημένου Μηνᾶ πατριάρχου ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, καὶ τοῦ βασιλέως συλλιτεύοντος τῷ λαῷ. Ex quibus emendandus videtur Codinus, qui peractum opus 22 ejusdem mensis refert, nisi inter confectum templum et illius encænia interfuisse quatuor dies voluerit. Dedicationis apparatum et celebritatem pluribus commemorant idem Codinus et Anonymus, qui tradunt Justinianum solemni pompa e palatio per Augustæum una cum patriarcha in ecclesiam a se exstructam pervenisse, atque in hæc verba prorupisse, Νενίκηκά σε, Σολομών.

6. At cum non multo post confectum opus ædis Sophianæ trulla concidisset, facta rursum nova encænia. Concidit autem pars orientalis trullæ, ex continuis terræ motibus perrupta, a. 32 Justiniani, unaque et sacram mensam et ciborium et ambonem contrivit. Sed cum eam statim de novo instaurasset Justinianus, trullamque longe quam antea editiorem eduxisset, ædem iterum ab Eutychio patriarcha dedicari curavit, ut ait Zonaras, καὶ καθιερωθῆναι παρὰ Εὐτυχίου τοῦ πατριάρχου τὸ δεύτερον. Facta autem ista encænia anno post trullæ casum quinto : eo enim referendi versus Pauli Silentiarii part. I, v. 37 :

Δάκρυ δὲ πενταέτηρον ἀποψήσαντες ὀπωπῆς,
Μέλψομεν εὐφήμοις ὑπὸ χείλεσιν εὔποδας ὕμνους.

Diem et annum distinctius annotat *Chronicon Alexandrinum*, Justiniani scilicet a. 36, indict. 12, decembr. 24 : Τούτῳ τῷ ἔτει λς' τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας, μηνὶ Ἀπελλέῳ, κατὰ Ῥωμαίους Δεκεμβρίῳ, κδ' ἡμέρᾳ πρώτῃ, τῆς ιβ' ἰνδικτιῶνος, ἡ τῶν ἐγκαινίων τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας KII τὸ δεύτερον ἀπετελέσθη ἑορτή. Die etiam qui Christi Natalitia præcedit, celebrata ea encænia innuit idem Silentiarius, part. I, v. 196 :

Digitized by Google

Ἔπρεπεν ἐξείης μετὰ θέσκελον ἦμαρ ἐκεῖνο
Ζωοτόκου Χριστοῖο γενέθλιον ἦμαρ ἱκέσθαι.

Ex quibus emendandus codex Theophanis editus, qui 20 decembris die peracta encænia habet. Horum vero cæremoniam sic describit idem Theophanes: Ἡ δὲ πανυχὶς τῶν αὐτῶν ἐγκαινίων γέγονεν εἰς τὸν ἅγιον Πλάτωνα, καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν ὁ πατριάρχης ΚΠ Εὐτύχιος μετὰ τῆς λιτῆς, συμπαρόντος καὶ τοῦ βασιλέως, καθεζόμενος ἐν τῷ ὀχήματι καὶ φορῶν τὸ ἀποστολικὸν σχῆμα καὶ κρατῶν τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, πάντων τῶν λαῶν ψαλλόντων τὸ Ἄρατε πύλας, ἄρχοντες, ὑμῶν. Jam vero quod addit Anonymus seu Codinus, encæniorum celebritatem ad ipsa usque Theophaniorum festa productam, siquidem de secundis encæniis egit, id videtur pariter dixisse Silentiarius in Proœmio v. 74:

Ἐπεὶ γὰρ ἦγες τὴν ἑορτὴν, ὡς ἔδει,
Ἅπας ὁ δῆμος, εὐθὺς ἡ γερουσία,
Οἱ τὸν μέσον ζηλοῦντες ἀσφαλῆ βίον,
Τὰς τῆς ἑορτῆς ἡμέρας ἐπεξάγειν
Ἤτουν· παρεῖχες. Ἐξέδραμον, ἤτουν πάλιν,
Πάλιν παρεῖχες. Τοῦτο δὲ ὁρῶν πολλάκις
Ἐπεξέτεινας τὴν ἑορτὴν πλουσίως.

7. Tam elegantis stupendique templi architecti memorantur potissimum duo, inter tot quos ex universo pene orbe coegerat Justinianus, Anthemius scilicet Trallianus, et Isidorus Milesius, uterque artis mechanicæ peritissimus. De Anthemio sic Paulus Silentiarius, part. I, v. 134:

ἐπευφήμησε δὲ τέχνην
Καὶ νόον Ἀνθεμίοιο κεκασμένον ἔμφρονι βουλῇ.
Κεῖνος ἀνὴρ τὰ πρῶτα θεμείλια πήξατο νηοῦ,
Εὐκαμάτων βουλῇσιν ὑποδρήσσων βασιλῆι,

cui succinit Procopius, *de Ædif.* I, 1: Τοὺς τεχνίτας ἐκ πάσης γῆς ἤγειρεν ἅπαντας· Ἀνθέμιος δὲ Τραλλιανὸς ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ λογιώτατος, οὐ τῶν κατ' αὐτὸν μόνον ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτοῦ προγεγενημένων πολλῷ, τῇ βασιλέως ὑπούργει σπουδῇ, τοῖς τεκταινομένοις τὰ ἔργα ῥυθμίζων, τῶν τε γενησομένων προδιασκευάζων ἐνδάλματα. De Anthemio etiam pluribus agit Agathias, lib. v, et ut non modo in æde condenda præcipuus habitus sit, sed et ut in arte quam mechanicam vocant excelluerit, ita ut et terræ motus naturales et fulgura ipsa arte imitaretur. Unde forte eidem Silentiario, parte II, v. 235 Ἀνθέμιος πολυμήχανος dicitur. Neque alius est ab eo qui a Codino μαΐστωρ μηχανικός appellatur. De Isidoro vero idem Procopius sic ait: Καὶ μηχανοποιὸς σὺν αὐτῷ ἕτερος, Ἰσίδωρος ὄνομα, Μιλήσιος τὸ γένος, ἔμφρων τε ἄλλως καὶ πρέπων Ἰουστινιανῷ ὑπουργεῖν βασιλεῖ. Et Paulus Silentiarius, part. II, v. 136:

ἦν δὲ σὺν αὐτῷ
Πάνσοφος Ἰσίδωρος ἔχων νόον, etc.

Utriusque præterea meminit idem Procopius, *De Ædif.* II, 3, ut Codinus cujusdam Ignatii, inter tot magistros architectos, quibus usus est Justinianus in condenda æde, quos centenarium explesse numerum idem tradit, de quo multa nugatur.

8. In ea autem ædificanda, nulla sumptuum habita ratione, ἀφροντιστήσας χρημάτων ἁπάντων, inquit Procopius, tantam pecuniarum vim expendit, ut cum iis demum egeret, tributis et vectigalibus subditos non vexarit modo, sed stipendia etiam professoribus publicis constituta præfecti urbis monitu sustulerit, ut auctor est Zonaras; ex quo τῶν ἐν ταῖς πόλεσι διδασκαλείων ἐσχολακότων, ignorantia et rusticitas in iis successerit. Nescio an is quem ἔπαρχον vocat hoc loco Zonaras, sit ille strategius qui Codino et Anonymo φύλαξ τῶν βασιλικῶν χρημάτων et Justiniani frater adoptivus, ἀδελφοποίητος, fuisse et templi impensas fecisse dicitur. In illius porro atriorumque ac ædium circumjacentium structuram, præter sacra vasa ac reliquos ornatus, et quæ ex universo orbe liberaliter erogata sunt, expensas octogies centenas, seu ut habent aliæ editiones, ter millies bisque centies centenas libras, iidem tradunt.

9. Ædis parietes et cameræ coctis lateribus constructi sunt, inquit Gyllius. Ita etiam Paulus Silentiarius, part. II, v. 58:

Μέσσα μὲν ἀτ... ὅσα κύκλιον ἄντυγα τεύχει,
Ὀπταλέαις πλίνθοισιν ἀρηρότα δήσατο τέχνη.

Idem v. 97:

..... ὅπως δωμήτορι μόχθῳ
Ἀνέρες εὐτέχνοισιν ὑποδρήσσαντες ἐδέθλοις,
Πλίνθοις ὀπταλέοισιν ἀνεστήσαντο δεθείσας etc.

Et Agathias lib. v: Ἤρεψε δὲ αὐτὸν (τὸν ναὸν) ἐκ πλίνθου ὀπτῆς καὶ τιτάνου, πολλαχοῦ καὶ σιδήρῳ συνδήσας. *Parietum interior pars*, subdit idem Gyllius, *crustis marmoreis vestita excellentibus et variis fulgurat, et permiscet cum summas naturæ vires, tum mentes spectantium.*

10. Columnis præterea marmoreis ingentibus ac mole sua stupendis, aliisque minoris altitudinis ac molis ubique sustentatur ac exornatur, tam eleganti et grata colorum varietate, ut Procopius in hæc verba prorumpat: Τίς τῶν κιόνων καὶ λίθων διαριθμήσαιτο τὴν εὐπρέπειαν, οἷς τὸ ἱερὸν κεκαλλώπισται; λειμῶνί τις ἂν ἐντετυχέναι δόξειεν ὡραίῳ τὸ ἄνθος· θαυμάσειε γὰρ εἰκότως τῶν μὲν τὸ ἀλουργὸν, τῶν δὲ τὸ χλοάζον, καὶ οἷς τὸ φοινικοῦν ἐπανθεῖ, καὶ ὧν τὸ λευκὸν ἀπαστράπτει, ἔτι μέντοι καὶ οὓς ταῖς ἐναντιωτάταις ποικίλλει χροίαις, ὥσπερ τις ζωγράφος, ἡ φύσις. Istam etiam marmorum varietatem pluribus variisque in locis commendat Paulus Silentiarius, et marmorum ipsorum genera ac colores recenset, part. II, v. 200 et seqq. Imprimis vero *Ægyptium* seu Thebaïcum *purpureum* stellulis interstinctum laudat, part. I, v. 246; part. II, v. 208; de quo præter Plinium XXXVI, 7 et 8, Statius in *Epithalam. Stellæ et Violantillæ*:

....rupesque nitent, queis purpura sæpe
Orbibus et Tyrii moderator livet aheni:

et in Balneo Etrusci:

Sola nitet flavis Nomadum decisa metallis
Purpura....

Marmor istud Ægyptium *Romanum* vocant scriptores ejusce ævi, ut ex Cedreno in Constantino

Digitized by Google

M, et Porphyrogenneta in Basilio n. 55, et scriptoribus de templo S. Sophiæ statim initio colligere est. *Phrygium* colore variegatum ac roseum albo cæruleo permistum referens recenset part. II, v. 205, de quo idem Statius, ut et de Libyco, in *Epithalam. Stellæ et Violantillæ:*

Hic Libyus Phrygiusque silex;

et in Balneo Etrusci:

....sola cavo Phrygiæ quam Synados antro
Ipse cruentavit maculis lucentibus Attis.

Laconicum virens, v. 211, cujus etiam meminit Procopius, *De Ædif.*, I, 10, et idem Statius:

....Hîc dura Laconum
Saxa virent.....

Carium, obliquis ex sanguineo alboque livido semitulis distinctum, v. 213. *Lydium*, virenti pallidoque colore commistum, v. 215. *Præconnesium*, v. 217; cujus etiam meminit Anonymus sub finem. *Libycum*, cærulei simul et crocei coloris, v. 217. *Celticum* nigrum, candidis venis interstinctum, v. 220. *Bosporicum* album, in extremis oris nigricans, v. 249. *Thessalicum* part. I, v. 255; part. II, v. 229,251. *Molossium*, part. II, v. 152, etc. Ex tot igitur marmoris speciebus exstant infinitæ, quæ Sophianam ædem suffulciunt et adornant, columnæ, quas inter præsertim commendantur a scriptoribus octo porphyreticæ seu Ægyptiæ, paris altitudinis et molis, quas a muliere vidua, Marcia nomine, Roma transmissas, et a Solis delubro ab Aureliano olim exstructo abstractas, auctor est apud Codinum Plutarchus Justiniani protosecretarius. Has ad quatuor conchas, intra bematis cancellos, stare suo loco ostendemus. Octo præterea prasini seu viridis coloris, stupendæ pariter magnitudinis ac eximii decoris, Epheso a Constantino prætore transmissas, cæteras partim Cyzico partim Troade vel ex Cycladibus atque etiam Athenis advectas refert idem Codinus. Theuetus *Cosmogr.*, XIX, 1, de columnis templi Sophiani: *Le dedans est beau, et s'y voit grand nombre de colonnes et piliers longs et massifs, et de pierre de marbre, iaspe et porphyre, fort bien diaprez, et cecy est au long du chœur, qui encore est debout. Sur chacun de ces piliers on voit une pierre large et grande de marbre gris, rouge, ou serpentin. Quand à l'estage d'en haut, les colonnes y sont moindres en proportion, mais plus richement estoffées.* Dom. de Saligniaco in *Itiner.*: *Elle est ornée de plusieurs hautes et grosses colonnes bien rares, sçavoir huit de porphyre, seize de serpentin, et quatre de marbre blanc: et par dessus, d'une belle galerie puvée de marbre transparent, et de plusieurs petites colonnes de marbre et de serpentin.* Atque harum quidem columnarum capitella ærea argento et auro exornantur. Silentiarius, part. I, v. 252:

.....ὧν ὑπὸ πέζαν
Κίονες ἱδρύσαντο καρήατα δέσμια χαλκῷ,
Γλεύκια χρυσεότευκτα, παραπλάζοντα μερίμνας.

Quos quidem ornatus temporis injuria ac vetustate A consumptos renovavit Romanus Argyrus. Scylitzes: Κατελάμπρυνε δὲ καὶ τὰ κιονόκρανα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν Βλαχερνῶν ἀργυρῷ καὶ χρυσῷ.

11. Sed præter hanc marmoris jucundam gratamque varietatem, musivo ubique fere exornatur. Cameræ enim, inquit Gyllius, calculis et tessellis vitreis inauratis fulgent, etiam ad oculos barbarorum, in quibus expressæ variæ cernuntur imagines et figuræ, ita ut tabellarum vicem expleant. Paulus Silentiarius, part. II, v. 230:

Πρὶν δὲ πολυτμήτοιο σέλας ψηφῖδος ἰκέσθαι,
Λεπτὰς λαότορος παλάμη λάῖγγας ὑφαίνων
Μαρμαρέας ἔγραψε μετὰ πλάκας, ἐς μέσα τοίχων,
Σύνδετον εὐκάρποισι κέρας βεβριθὸς ὀπώραις
Καὶ ταλάρους καὶ φύλλα, etc.

B et quo describit loco porticus atrium ambientes, v. 190:

..... Ἡολυτμήτων δὲ μετάλλων
Ἁρμονίῃ γραφίδεσσιν ἰσάζεται· ἐν γὰρ ἐκείνῃ
Τετρατόμοις λάεσσι καὶ ὀκτατόμοισι νοήσεις
Ζευγνυμένας κατὰ κόσμον ὁμοῦ φλέβας· ἀγλαΐην δὲ
Ζωοτύπων λάῖγγες ἐμιμήσαντο δεθεῖσαι.

Manuel Chrysoloras: Οὐ τοὺς κίονας, οὐ τὰς ψηφῖδας, οὐ τὰς τῶν τοίχων μαρμαρώσεις, οὐ τὴν δέλον, οὐ τὸν ἐν αὐτῇ χαλκὸν, οὐ τὸν μόλιβδον, οὐ τὸν σίδηρον, οὐ τὴν σάπφειρον, οὐ τὸν χρυσὸν, οὐ τὴν ὕελον αὖθις τὴν ἐν ταῖς ψηφῖσιν, οὐκ ἄλλο ὁτιοῦν μέρος ἀκριβῶς δυναίμεθα καταλέξαι. Musivi etiam materiam expressit Anonymus, dum ait Justinianum testudines tum ædis tum porticuum ἐξ ὑελίνου χρυσοῦ deaurasse, cujusmodi *musivum deauratum* vocat Anastasius in Gregorio, IV, p. 160, μωσῖον χρυσὸν Anonymus de locis SS. p. 81, χρυσαυγεῖς ψηφῖδας Sophronius in Encomio SS. Cyri et Joannis, χρυσᾶς ψηφῖδας Theophanes Cerameus hom. 55, *vitreos lapides fulvo auro supertectos* Vita S. Laurentii episcopi Sipontini, n. 11. Quale vero fuerit cæmentum quo tota ædis compages seu potius lapides aut lateres continentur, et ex quibus constiterit speciebus, describit idem Anonymus Combefisianus, p. 249, tametsi plerisque in locis οὐ τίτανος, ὅνπερ ἄσβεστον ὀνομάζουσιν, οὐκ ἄσφαλτος, ἀλλὰ μόλιβδος ἐς τέλμα χυθεὶς καὶ μεταξὺ παντοχόσε χωρήσας, lapides invicem connectat ac constringat. Quod etiam attigit Silentiarius; qui præterea addit Justinianum in compingenda vel tegenda æde lignis uti neutiquam voluisse, sed marmoreis longioribus tabulis totam texisse, v. 110 et seqq. ne, inquit Agathias, incendiis rursum pateret: Ξύλοις τε ἥκιστα χρησάμενος, ὡς ἂν μὴ εὐκολώτατα πυρπολοῖτο.

12. Immensam ædis Justinianæ amplitudinem non semel commendant scriptores atque imprimis Joannes Cantacuzenus, III, 1: Τὸν νεὼν τῆς Σοφίας τοῦ Θεοῦ μεγέθει μέγιστον ὄντα τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἁπάντων. Et IV, 4: Ὁ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας κάλλει τε καὶ μεγέθει τοὺς ἁπανταχοῦ νικῶν. Manuel Chrysoloras: Τίνος γὰρ λόγου ὕψος ἢ μέγεθος ἐξισώσεται τῷ ἐκείνῳ ὕψει ἢ μεγέθει; Guillelmus de Balden-

Digitized by Google

zeel in *Itinerario : Credo quod sub cœlo, postquam mundus creatus est, non fuit tale ædificium completum, quod huic poterit in nobilitate et magnitudine cæteris comparari.* Sed licet magnitudine et mole sua cæteras totius orbis ædes sacras excedat, tam apta tamen constat concinnitate et proportione ut nec longitudine aut latitudine immodica sit. Procopius : Εὐρός τε αὐτῆς καὶ μῆκος οὕτως ἐν ἐπιτηδείῳ ἀποτετόρνευται, ὥστε καὶ περιμήκης καὶ ὅλως εὐρεῖα οὐκ ἀπὸ τρόπου εἰρήσεται. Sed ita confecta est ut non omnino quadrata sit, et longitudo latitudinem paululum excedat : Ἐν τετραπλεύρῳ μὲν γὰρ τὸ τέμενός ἐστιν, οὐ κατὰ πολὺ δὲ φαίνεται πρὸ ἔχον τοῦ εὔρους τὸ μῆκος, quod de æde S. Michaelis CP. dixit idem Procopius, I, 3, seu potius, quod de æde S. Anthimi scripsit, c. 6, longitudo tantum superet latitudinem quantum in latere orientali porrigitur bema : Τοσοῦτον δὲ προέχει μόνον τοῦ εὔρους τὸ μῆκος, ἐς ὅσον δὴ χῶρον τὸν ἀβέβηλον, ἐν ᾧ τὰ ὄργια τὰ ἄῤῥητα τελεῖσθαι θέμις, κατὰ τὴν πλευρὰν ἡ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον τέτραπται, διήκειν ξυμβαίνει. Unde colligitur eam fuisse apud Græcos templorum formam ac figuram.

13. Evagrius. IV, 30, illius longitudinem a concha, ubi incruentum sacrificium litatur, ad portam conchæ adversam esse pedum 190 scribit : Ἔστι μὲν οὖν τὸ μῆκος ἐκ τῆς καταντικρὺ θύρας τῆς ἱερᾶς κόγχης, ἔνθα τὰ τῆς ἀναιμάκτου καλλιερεῖται θυσίας, μέχρις αὐτῆς, ποδῶν ρϟ'. Ab Evagrio paululum discrepat Gyllius. *Longitudinem*, inquit ille, *ab oriente ad occasum ipse metiri ausus non sum, sed metiendam curavi per hominem Turcum, qui mihi retulit longitudinem templi esse ducentorum et quadraginta pedum.* Bondelmontius de longitudine templi agens ait *per ecclesiam esse de angulo ad angulum* 120 *brachia, quia*, inquit, *desuper rotunda et in plano quadrangulata recedit.* Quibus verbis innuit longitudinem se mensum esse non ab imo conchæ, sed qua illa ædi conjungitur.

14. Latitudinem a meridie ad septentrionem centum et quindecim pedum esse ait idem Evagrius. At Gyllius, ex Turci relatione, ducentorum et tredecim pedum esse scribit.

15. Altitudinem vero tantam esse prodit Procopius, ut non modo cætera urbis ædificia superexcellat, sed et ex supremo ædis vertice urbs tota despiciatur : Ἐπῆρται γὰρ ἐς ὕψος οὐράνιον, ὅσον καὶ ὥσπερ τῶν ἄλλων οἰκοδομημάτων ἀποσαλεύουσα ἐπινένευκεν, ὑπερκειμένη τῇ ἄλλῃ πόλει, κοσμοῦσα μὲν αὐτήν. ὅτι αὐτῆς ἐστιν, ὡραΐζομένη δὲ, ὅτι αὐτῆς οὖσα καὶ ἐπεμβαίνουσα τοσοῦτον ἀνέχει, ὥστε δὴ ἐνθένδε ἡ πόλις ἐκ περιωπῆς ἀποσκοπεῖται. Porro altitudinem a summa curvatura arcuum usque ad pavimentum centum quadraginta duorum pedum esse ait idem Gyllius : nam de ea silet Evagrius, qui altitudinem tantum a centro hemisphærii refert, de qua agemus infra. Bondelmontius vero a testudine ædis ad pavimentum altitudinem esse ait 144 brachiorum.

16. Totam ædis structuram ambiunt exteriores porticus columnis marmoreis sustentatæ musivoque opere exornatæ, de quibus nescio an verba ista Procopii capienda sint, an vero de interioribus porticibus : Τίς ἂν — τάς τε παμπληθεῖς διηγεῖτο στοὰς καὶ τὰς περιστύλους αὐλὰς, αἷς ὁ νεὼς περιβέβληται ; ad meridiem enim et septentrionem habuit porticus exteriores, ut et ad occidentem, de quibus mox acturi sumus. Nam ad orientem vix crediderim exstitisse, quidquid dicat Gyllius, qui ait verisimile esse istam cecidisse aliquo terræ motu, ipsiusque in locum excitatam fuisse molem illam quæ hodie exstat lapide quadrato constructa, velut crepido clivosa objecta ad fulciendam partem ædis orientalem. Quippe, etsi ædes sacræ majores porticibus circumcingi solerent, ad orientem tamen nullæ excitabantur, forte ob bematis et sacrosancti altaris reverentiam, quod ad partem templi orientalem semper erat, ne eo coeuntium tumultu ac obloquentis plebis garrulitate sacra facientium sacerdotum turbaretur attentio. Id enim satis prodit Procopius, *De Ædif.* I, 8, ubi ait templum S. Michaelis in Anaplo ubique porticibus exterioribus cingi præterquam ad orientem : Στοὰ τὸν νεὼν περιβάλλει ἐγκύκλιος εἰς τὰ πρὸς ἕω διαλιποῦσα μόνον. Similia tradit de æde Deiparæ Hierosolymitana, V, 6 : Αἱ στοαὶ περιβάλλουσι τὸ ἱερὸν ὅλον πλὴν τῆς πρὸς ἕω τετραμμένης πλευρᾶς.

17. At ad occidentem templi valvæ, inquit Gyllius, loco vestibuli duas porticus habent, inferiorem, qua aditur templum plano pede, superiorem, qua gynæconitides aulæ adeuntur, ambas tam longas quam templum latum, largas viginti octo pedes. Paulus Silentiarius, part. II, v. 9, marmore grandi constructas ait :

Μηκεδανὸς δ' ἐπὶ τοῖσι πυλα..... αὐλὸν,
Δεχνύμενος προσιόντας ὑπευρ... θυρέτροις,
Μῆκος ἔχων ὅσον εὖρος ἀνάκτορα θέσκελα νηοῦ.

De his binis porticibus occidentalibus ita præterea Evagrius : Εἰσὶ δὲ πρὸς δυόμενον ἥλιον ἐκπρεπεῖς ἕτεραι στοαὶ δύο, καὶ πάντοθεν ὑπαίθριοι αὐλαὶ, εἰς κάλλος ἐξησκημέναι. Subdit deinde Gyllius porticum superiorem supra porticum inferiorem sitam esse inter pilas sustinentes quartam partem sphæræ occidentalem et fenestras. Nam a parte interiori octo pilis, ab exteriori totidem sustinetur ; inter quas fenestræ, tam inferiores quam superiores illucent, cinctæ columnis quadratis. Inter hanc porticum et aulas feminarum nihil interest nisi pilæ sustinentes porticus cameram interiorem : pavimentum enim porticus æquale est aularum pavimento. Quæ quidem superioris porticus descriptio cum Procopiana quadrat, in qua columnas in hemicycli figuram perinde excitatas observare est : Τοῦ δὲ δὴ ἐῴου καταντικρὺ τὰς εἰσόδους ἔχων ἐγήγερται τεῖχος, καὶ αὐτοῦ ἑκατέρωθεν οἵ τε κίονες καὶ τὰ αὐτῶν ὕπερθεν ὁμοιώτατα τοῖς δεδηλωμένοις ἐν ἡμικύκλῳ ἑστήκασι. Porticus porro inferior, addit idem Gyllius, duplex est : interior clauditur

Digitized by Google

utrinque muris marmorum jucundissima varietate vestitis, tegitur cameris figuratis ornamento tessellato calculorum inauratorum. Atque ita tribus porticibus exornatur ædis Sophianæ vestibulum, duabus inferioribus et una superiori; quo respexit Silentiarius, part. II, v. 7, dum ait triplices esse porticus occidentales :

Ἀλλὰ δύσις πυλεῶνα μέγαν ..... χει,
Οὐχ ἕνα· τριχθαδίους γὰρ ἔχει κατὰ τέλσα μελάθρου.

Sed prima quæ occurrit ex inferioribus porticibus, pertinuisse videtur ad porticus atrii, de quibus infra, quod τετράστυλον fuisse constat; ex quo necesse est harum unam templi vestibulo affixam fuisse. De porticuum istarum portis seu aditibus sic prosequitur idem Gyllius : *Ex hujus porticus latere orientali novem portis patet aditus in templum : ex latere occidentali quinque portis æneis duplicibus patet exitus ex interiori porticu in exteriorem porticum, ex qua proditur in aream, ubi perennes saliunt aquæ.* De novem portis, per quas templum aditur, agetur infra : at eas per quas ab interiori porticu in exteriorem proditur, attigit etiam Silentiarius, II part., v. 22, nec quinque duntaxat, sed septem recenset, in iis binos illos in porticum aditus complexus, qui ad meridiem et ad septentrionem aperiuntur.

Ἑπτὰ δ' ἀνευρύνας ἱεροὺς πυλεῶνας ἀνοίγει,
Λαὸν ἔσω καλέοντας ὁμιλαδόν. Ἀλλ' ὁ μὲν αὐτῶν
Ἐντρέφεται νάρθηκος ἐπὶ στεινοῖο μετώπων
Ἐς νότον, ὃς δὲ βορῆος ἐπὶ πτερά.

18. Porticus istas occidentales, quæ elegantis ac magnifici vestibuli vicem præbent ædi Sophianæ, νάρθηκος seu *ferulæ* nomine ævo suo donatas tradit idem Silentiarius, part. II, v. 13 :

Χῶρος ὅδε Γραικοῖσι φατίζεται ἀνδράσι νάρθηξ.

Nec alia appellatione donantur ejusmodi porticus in ædium sacrarum vestibulis excitatæ a Procopio *De ædif.* I, 4, ubi de templo SS. Sergii et Bacchi : Ἔστι δὲ αὐτοῖς μία μὲν ἡ ἐπὶ τῶν προθύρων στοὰ, ἐπὶ τοῦ νάρθηκος τῷ περιμήκης εἶναι ὠνομασμένη. Et v, 6, de templo Deiparæ Hierosolymitano : Στοά τι; ἐκδέχεται ἐντεῦθεν ἑτέρα, ἐπὶ τοῦ νάρθηκος ὠνομασμένη, οἶμαι, τῷ μὴ εὑρύνεσθαι, ubi Procopius vocabuli seu appellationis rationem insinuat, sicque dictas istiusmodi porticus ante templorum vestibula, quod in majorem longitudinem quam latitudinem porrigerentur, atque ita ferulæ speciem quodammodo referrent, quæ oblongior est quam latior, ut obiter attigimus in notis ad Alexiadem : quippe πᾶν δρομικόν, inquit Zygomalas, νάρθηξ λέγεται. Unde non omnino hallucinatos illos evidens est qui narthecem ecclesiæ porticum fuisse scripsere, ut vult Allatius Goarum innuens, quandoquidem id disertis verbis tradunt Silentiarius et Procopius; quibus favet Codinus, in *Originib. Lambecianis*, p. 45 : Καὶ τοῦ ἵππου αὐτῆς ἐκεῖσε ὀλισθήσαντος ἔμπροσθεν τοῦ νάρθηκος τοῦ ναοῦ, et Theorianus in legatione, νάρθηκα, in quo pœnitentes stabant, ἔξω τῆς ἐκκλησίας statuens, ubi divinas Scripturas, inquit ille, audiebant, quæ scilicet in æde sacra aut recitabantur aut decantabantur; unde ἀκροώμενοι passim in narthece extra ecclesiam dicuntur constitisse, apud Gregorium Thaumat. can. 2, Zonaram ad can. 1 concilii Nicæni I, Balsamonem ad can. 14 ejusdem concilii : Ἐν βασιλικοῖς πυλῶσι, seu regiis ac præcipuis porticibus vel foribus, apud Alexium Aristenum, quemadmodum nuncupantur ab Anastasio non semel, ut infra indicamus. Neque aliam forte ob rationem dixit Silentiarius, v. 13 in narthece voces sonoras Davidis psalmos concinentium alternis cantibus sacerdotum (in nao scilicet) exaudiri ac aures Dei mulcere :

Ἐνθάδε τις κατὰ νύκτα διάμπερες ἦχος ἀνέρπων
Εὐκέλαδος Χριστοῖο βιαρκέος οὔατα θέλγει·

ubi per κατὰ νύκτα videtur innuisse preces vespertinas, de quibus Paulinus, *Nat.* 7 :

. . . . . tunc ergo solutis
Cœtibus a templo Domini, postquam data fessis
Corporibus requies, sumpta dape, cœpimus hymnis
Exsultare Deo et psalmis producere noctem.

At cur porticum, quam nude ac simplicer νάρθηκα vocat Silentiarius, ἐπὶ τοῦ νάρθηκος appellet Procopius, nulla mihi alia suboritur conjectura, quam quod familiarem Byzantinorum civium loquendi morem expresserit, qui quod nude *narthex* dici debuerat, *ad narthecem* vel *in narthece* efferebant, ἀκροωμένους forte innuentes, qui in eo consistebant aut qui ad eum relegabantur; quemadmodum posteriores Græci urbem Cpolitanam non πόλιν sed στὰν πόλιν appellabant, uti alibi observatum est. Neque enim omnino arridet eorum sententia qui ἐπί pro ἀπό perperam substitutum censent. Quatuor porro in æde Sophiana narthices statuit Codinus : Ἀπὸ τοῦ βήματος μέχρι τῶν τεσσάρων νάρθηκων, ut et Anonymus : Καὶ τῶν τεσσάρων νάρθηκων κατεχρύσωσε τὰ δροφα ἐξ ὑελίνου χρυσοῦ λαμπρότατα. Sed jure addubitari potest an hoc loco quatuor aliquas porticus exteriores innuerit, binas scilicet ad occidentem et duas alias ad septentrionem et meridiem. Quod quidem indicare videtur idem Anonymus, scribens Justinianum statuisse (an vere, alii viderint) ut quisquis pro delictorum modo arceretur a sacris, in his quatuor narthecibus staret; quo quidem loco φίνας narthices vocat, incomperta mihi ratione, nisi forte quod ad templi fines haberentur porticus istæ exteriores. Certe tertium narthecem ejusdem ædis Sophianæ observare est in sexta synodo, act. 18, ubi δικύμβαλον ἐν τρίτῳ νάρθηκι μεγάλης ἐκκλησίας statuitur, nullo alio indicio; qui quidem tertius narthex prima fortassis fuerit e tribus porticibus, quas ad occidentem ædis Sophianæ stetisse scribit Paulus Silentiarius, quæque ἐξώτατος νάρθηξ videtur nuncupari apud eumdem Anonymum, p. 248. Nam auctor est Goarus etiamnum Græcis ἐξωνάρθηκας exteriores porticus, ut interiores ἐσωνάρθηκας dici. Porro δικύμβαλον, ni fallor, locus est constans

Digitized by Google

duabus trullis, κυμβαλικῶς seu in modum cymbali, quemadmodum fuit major ædis trulla, exstructis. Ita τρικύμβαλον τοῦ τζυκανιστηρίου memorat alicubi Codinus in *Originibus*. Jure igitur Allatius hæc verba de narthece infert : *Narthex vero extra ecclesiam forte an antiquis temporibus fuerit, non disputo.* Nam ut narthèces, quod ex prædictis satis patet, olim extra ecclesiam seu potius extra ecclesiæ septa fuere, etsi forte, ut pronai, sacri haberentur, ita vicissim pro certo haberi debet posterioribus sæculis narthecem eam ædis sacræ partem, quam hodie *navim* vocamus, appellatam, ut patet ex Euchologio et cæteris Græcorum ritualibus libris et aliquot inferioris ætatis scriptoribus, quos laudat idem Allatius, in *Dissert. de recentiorum Græcorum templis*, p. 110 et sequentibus. His favere videtur *Lexicon* ms. ex bibliotheca Regia, cod. 2062, ut et auctor Etymologici : Νάρθηξ ἀπὸ τοῦ νέρθεν ἤγουν κάτωθεν τοῦ ἄμβωνος κεῖσθαι. Hinc enim evincitur narthecem in ecclesia exstitisse, si quidem infra ambonem exstitit; idque inde factum existimo, quod cum in plerisque templis ac ædibus sacris deessent capaciores porticus et narthèces ad earum vestibula, qui ex canonum præcepto in iis consistere tenebantur, intra ipsius ecclesiæ claustra postmodum admissi sint, ita tamen ut a reliqua fidelium plebe discernerentur, eaque obirent munia quæ in narthece olim, in primo ædium sacrarum atque adeo pronai vel *navis* ingressu. Unde recte narthèces dixit Symeon Thessal. Opuscul. contra hæreses, sua nimirum ætate, τῶν ναῶν ἀρχάς nuncupatos. Vide Theophanem, p. 203.

19. Quæ porro ad orientem exstant pyramides ad ædis angulos exteriores, excitavit Andronicus Palæologus senior, quo partes templi orientalem et septentrionalem ruinam ac casum minitantes fulciret. Id pluribus narrat Nicephorus Gregoras, *Histor.* lib. VII : Ἤκουσε γὰρ παρὰ τῶν δοκίμων οἰκοδόμων ὡς τῷ μακρῷ χρόνῳ καμόντα συνίζησιν τὰ δύο αὐτοῦ ἐπεπόνθεσαν μέρη, τό τε πρὸς ἄρκτους ὁρῶν καὶ ἔτι πρὸς τὰς ἀνατολὰς τετραμμένον, ἃ δὴ πτῶσιν ἀπειλοῦσι ταχεῖαν, εἰ μὴ συνεπιλάβοιτό τις· ὅθεν χιλιάδας νομισμάτων οὐκ ὀλίγας τοῖς οἰκοδόμοις ὁ βασιλεὺς δεδωκὼς ἐκ τῶν τῆς δεσποίνης χρημάτων τὰς ὁρωμένας ταύτας ἐκ βαθέων τῶν θεμελίων ἀνήγειρε πυραμίδας, δι' ὧν κράτιστα τὸν ἀπειλούμενον ἔστησε κίνδυνον.

20. Ante templi Sophiani vestibulum, proindeque ante occidentales porticus, prostat quadrata ingens area : placet enim illius descriptionem hoc loco exsequi, priusquam templum ipsum subeamus, cum vestibuli præcipuum sit ornamentum. Aream istam seu atrium quatuor porticibus circumdatum αὐλῆς nomine donat Silentiarius, part. II, v. 174 :

Τέτρασιν αἰθούσῃσι περίδρομον ὄψαι αὐλήν,
Ὧν μία μὲν νάρθηκι συνάπτεται, αἱ γε μὲν ἄλλαι
Πεπταμέναι τελέθουσι πολυσχιδέεσσι κελεύθοις·

ubi observandum exteriorem vestibuli porticum ad atrii porticus pertinuisse, si non et tertia fuit, quod jam monuimus : alioquin atrium Sophianum tribus tantum constitisset porticibus, non vero quatuor, proindeque non τετράστυλον fuisset vel *quadriporticus*, sed *triporticus*, uti ejusmodi atria dicuntur Anastasio in S. Hilaro PP : *nymphæum et triporticum ante oratorium S. Crucis*, etc. Eusebius, *De vita Constantini*, III, 34, de atrio templi Hierosolymitani : Μακροῖς περιδρόμοις στοῶν ἐκ τριπλεύρου περιεχόμενον. Et Sidonius, epist. 2, 10 :

Huic est porticus applicata triplex,
Fulmentis Aquitanicis superba,
Ad cujus specimen remotiora
Claudunt atria porticus secundæ.

Eadem porro αὐλῆς appellatione donantur ejusmodi areæ seu impluvia ante ædes sacras a Procopio, *De ædif.* I, 7 et 8; V, 6. Αὔρια dicuntur Eusebio, *De vita Constant.*, III, 34 et 38, et *Hist.* X, 4, quia εἰς τὴν τοῦ οὐρανοῦ κάτοψιν λαμπρὸν καὶ ταῖς τοῦ φωτὸς ἀκτῖσιν ἀνειμένον ἀέρα præbent, ut idem scriptor loquitur. Impluvia Paulinus, *Nat.* X, ea atria appellat :

Istic porticibus late circumdata longis
Vestibula impluvio tectis reserantur aperto,
Et simul astra oculis, ingressibus atria pandunt.

Semitæ vero istæ multiplices, de quibus Silentiarius, portis elegantibus claudebantur, quas θύρας μεσαύλους vocat non uno loco idem Procopius, αὐλίους πύλας Eusebius, *De vita Const.* III, 38. Μεσαύλιον enim τῆς μεγάλης ἐκκλησίας dicitur Theophani et Cedreno atrium, quod αὐλὴ cæteris scriptoribus. *Gloss. Lat. Gr.* atrium, μεσαύλιον. Paulinus, *Nat.* X, de variis ejusmodi atriorum aditibus :

Basilicis hæc juncta tribus patet area cunctis,
Diversosque aditus ex uno pandit ad omnes,
Atque itidem gremio diversos excipit uno
A tribus egressos, medio spatiosa pavito.

Procopius igitur, I, 4, de æde SS. Sergii et Bacchi : Ἐπὶ κοινῆς δὲ προπύλαια πάντα, ἥ τε αὐλὴ καὶ μέσαυλοι θύραι, et V, 6, de templo Hierosolymitano : Θύραι μέσαυλοι ἱεροπρεπεῖς οὕτως ὥστε μηνύουσι τοῖς ἔσω ἰοῦσιν ὁποίῳ ποτὲ θεάματι ἐντυχεῖν μέλλουσι. Mox subdit : Προπύλαια δὲ τὸ ἐνθένδε θαυμάσια οἷα, καί τις ἐπὶ κιόνων δυοῖν ἐπαιρομένη ἄψις ἐς ἄφατον ὕψος. Ex quibus patet aliud esse αὐλὴν aliud προπύλαιον· aula enim dicitur atrium impluvium porticibus circumdatum, propylæum vero frons ac vestibulum templi fuit, quod προτεμένισμα vocat Zonaras, in can. 66, Trullanum, ut et Agathias, lib. V, et Photius in descriptione novæ ecclesiæ a Basilio Macedone exstructæ in palatio, ubi istius ædis προπυλαίων elegantiam describit, ut ædis Tyrensis Eusebius X, 4. *Gloss. Gr.* ms. ex bibl. Reg. προτεμενίσματα προπύλαια. Vel etiam propylæum fuit ille forsitan arcus seu excelsus fornix, de quo Procopius loco proxime laudato, quem arcus nomine donat Leo Ostiensis, III, 27 : *Vestibulum autem ecclesiæ superne quidem fecit mu-*

Digitized by Google

sive pulcherrimo cum arcubus decorari; et infra : *Arcus ejusdem vestibuli deforis musivo nihilominus vestiens.* Sic non semel Anastasius. Ita porro ἀψῖδα interpretatur Zonaras in canon. 46 concil. Carthag. : Τὸ γὰρ πρὸ τῆς ἀψῖδος πρὸ τοῦ προπυλαίου ἐστίν. Unde cum in synodo III Carthaginensi can. 23 cavetur, ut iis, quorum crimina publica sunt, *ante absidem* manus imponatur, id videtur intelligendum de abside narthecis, ubi consistebant pœnitentes, non vero de absida seu concha altaris, de qua agemus in sequentibus ; quem quidem canonem laudant *Capitularia* Caroli Magni, lib. v, c. 53, et Hincmarus Remensis, *De gestis habitis pro divortio Thietbergæ ;* quibus adjungenda sunt quæ habet Chrodegangus Metensis episcopus in Regula canon. c. 30. Quod vero *absis* his scriptoribus dicitur, *arcum* vocat Paulinus, epist. 12 :

Alma domus triplici patet ingredientibus arcu ;

infra :

Tergeminis geminæ patuerunt arcubus aulæ.

Quatuor denique porticibus ambiri atrium Sophianum scribit Silentiarius, quemadmodum ædis Tyri atrium Eusebius, *Hist.* x, 4 : Τὰ τῶν πρώτων εἰσόδων τέτταρσι μὲν πέριξ ἐγκαρσίοις κατεκόσμησε στοαῖς, εἰς τετράγωνον περιφράξας τὸν τόπον κίοσιν πανταχόθεν ἐπαιρομέναις. Latinis, uti mox innui, ejusmodi impluvia, quatuor porticibus cincta, *atria* dicuntur. *Gloss. Gr. Lat.* τετραστῶον *atrium.* Græci vero τετράστυλα ea vocant, *quadriporticus* Anastasius Biblioth. in S. Symmacho PP. : *Et cantharum B. Petri cum quadriporticu marmoribus ornavit.* Idem in Dono : *Hic atrium B. Petri apostoli superius, quod est ante ecclesiam, in quadriporticum magnis marmoribus stravit.* Occurrit apud eumdem in Leone III, p. 121, 139, 142, et in *Itinerario Hierosol.* Harum vero porticuum intercolumnia ut plurimum cancellis ac pluteis munita erant, quibus incumbere licebat et in atrium prospicere. Paulinus :

Sed circumjectis in porticibus spatiari
Copia larga subest, interpositisque columnas
Concellis sessos incumbere, et inde fluentes
Aspectare jocos, pedibusque madentia siccis
Cernere nec calcare sola, et certamine blando
Miruri placido salientes murmure fontes.

Romani vero ejusmodi atria *paradisos* vocabant, ut auctor est Leo Ost. III, 27, : *Fecit et atrium ante ecclesiam, quod nos Romana consuetudine paradisum vocamus.* Anastasius in S. Paulo PP : *Fecit autem in atrio ante turrem S. Mariæ ad gradus, quod vocatur paradisus, oraculum.* Paulus Warnefridus, *de Gest. Langob.* v, 31 : *Donus papa Romanæ Ecclesiæ locum, qui paradisus dicitur, ante basilicam B. Petri apostoli candidis et magnis marmoribus stravit.* Ita passim vocem hanc usurpant scriptores, a Græco παράδεισος desumptam, quæ Hesychio dicitur τόπος ἐν ᾧ περίπατοι, id est locus porticibus, in quibus deambulationes fiunt, septus, vel certe quivis alius deambulationi aptus. Porticus vero quæ ante palatia sive nobilium ædes erant, προδόμους appellat *Lexicon Gr.* ms. ex bibliotheca Regia : Πρόδομος ἡ πρὸ τῆς οἰκίας στοά, ἣν καὶ Ὅμηρος αἴθουσαν καλεῖ.

21. Idem atrium sequiore Græcia γαρσονοστάσιον etiam dictum fuisse auctor est Theophanes, p. 203, et ex eo Cedrenus, p. 387 : Καὶ ἐκαύθη τὸ μεσαύλιον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τὸ λεγόμενον γαρσονοστάσιον. Hanc autem garsonostasii appellationem hausisse videntur Græci a voce Latinobarbara, *garcio*, nostris *garçon :* nos diceremus *la place des garçons*, quia in eo atrio seu impluvio morari solebant vel magnatum famuli, seu pedissequi, vel e plebecula pueri, dum ibi vel illi dominos egressuros exspectant vel hi ludo magis quam sacris intenti commorantur. Qui vero apud nos *garciones* proprie dicantur, docent grammatici inferioris ævi. Willelmus Brito in Vocabulario ms. : *Lixa, mercenarius, garcio, qui sequitur curiam, et portat aquam in castris exercitus.* Papias : *Garcio, qui circa culinas papando incedit.* Hac notione vocem hanc usurpat sanctus Bernardus, *De vita et moribus relig.* c. 10 : *Nunc ergo tantæ multitudini gjarcionum ac jumentorum cur nobiscum non ferimus necessaria.* Varie autem scripta reperitur : *garcio* enim effertur in Chronico Reichersperg. a. 1105, *gjarcio* apud Petrum Blesensem, epist. 102, *guarsio* in Vita Garneri præpositi S. Stephani Divion. p. 130, denique *garzo* apud Pilichdorffium contra Valdenses c. 13. De vocis etymo nugatur Ludovicus *d'Orléans* ad II *Annal.* Taciti, qui ab evertendo *gjarçones* quasi *warçones* dictos scripsit, *quia*, inquit, *juventus, quæ mobilitate viget, omnia evertit subitis eruptionibus.* Neque, opinor, felicius vocis originem attigit Justus Lipsius, qui *garciones* appellatos vult quasi *garriones* a garritu ; ut et Christophorus Besoldus in *Discursu de natura populorum*, qui a Græco γράσων, *fatuus*, per metathesin litteræ unius deducit. Qui vero nostris *garciones*, *garciferi* vocantur in LL. Burgorum Scotic. c. 66 apud Lambertum Ardensem et aliquot alios scriptores.

22. In medio istius areæ seu atrii Sophianae ædis phialam statuit Justinianus. Sic labrum seu fontem appellabant, ubi perennes aquæ saliebant, e quibus plebs lavaretur ; quia, inquit Eusebius, *Hist. eccl.* x, 4, non licebat ἀνάγνοις καὶ ἀνίπτοις ποσὶ τῶν ἔνδον ἐπιβαίνειν ἁγίων. Fons autem iste φιάλη μεσαύλου τῆς ἐκκλησίας, interdum λουτὴρ μεσαύλου dicitur in Euchologio p. 449 et 463. Sic porro describitur a Paulo Silentiario part. II, v. 177 :

Μηκεδανῆς δ' ἐρίτιμον ἐς ὁμφαλὸν ἵσταται αὐλῆς
Εὐρυτάτη φιάλη τις, ἰάσπιδος ἔκτομος ἄκρης,
Ἔνθα ῥόος κελάδων ἀναπάλλεται· ἠέρι πέμπειν
Ὁλκὸν ὅλον παθέων ἑλατήριον, etc.

Erat igitur Sophiana phiala confecta ex jaspide : ita vero adornata ut porticibus ambiretur, in quibus erant fontes alii seu putei, qui aquam populis ædem ingressuris ad lavationem suppeditabant. Anonymus : Ἐποίησε δὲ εἰς τὴν φιάλην γυρόθεν στοὰς φρεατικὰς δώδεκα, καὶ λέοντας λιθίνους ἐρεύ-

Digitized by Google

γεσθαι ὕδωρ εἰς ἀπόνιψιν τοῦ κοινοῦ λαοῦ. Quod vero per ora leonum marmoreorum aquæ emitterentur, λεοντάριον locus videtur appellatus ex iis quæ habet idem scriptor. In phiala Sophiana cruces passim marmoribus inscriptas evincit libellus accusationis in Arsenium patr. CP. apud Pachymerem, IV, 3; accusabatur enim τὸ προσκεῖσθαι τοῖς Σουλτὰν εὐμενῶς, ὡς καί σφιν ἐφεῖναι τῷ λούτρῳ τῆς ἐκκλησίας συχνάκις ἑλλούεσθαι, τιμίων χαρακτήρων σταυροῦ ἐκεῖσε τοῖς μαρμάροις ἐγκεχαραγμένων, Ἀγαρηνοῖς οὖσι καὶ ἀμυήτοις. Binas ejusmodi phialas in atrio Novæ ecclesiæ ex Ægyptio ac Romano et ex Sangario marmore exstruxit pariter Basilius Macedo, quas eleganter describit in illius Vita Constantinus, ex filio nepos, c. 55. Porro ante ædium sacrarum vestibula balnea et lavacra publica collocata docet in primis Eusebius loco laudato, in descriptione ædis Tyrensis, et Paulinus epist. 12 et 31, ut et Natali 9 et 10; apud quem *cantharus* appellatur, *fastigiatoque* interdum *solido ære tholo* tectus describitur, ut et apud Anastasium Bibl. in Anastasio II PP. et in sancto Symmacho. Sunt enim canthari apud Ulpianum (leg. 41, § 2, D. *de legat.* I) aquarum receptacula, unde aquæ erumpunt. Eadem igitur notione *phialam* appellarunt Græci, quod *nymphæum* Anastasius in S. Hilaro PP. idem Paulinus, *Nat.* X:

Interior variis ornatibus area ridet,
Læta super tectis, et aperta luce serenis
Frontibus, atque infra niveis redimita columnis;
Cujus in exposito prælucens cantharus exstat,
Quem cancellato tegit ærea culmine turris.
Cætera disposi is stant vasa sub aere nudo
Fonticulis, grato varie quibus ordine fixis
Dissidet artis opus, concordat vena metalli,
Unaque diverso fluit ore capacius unda.

Meminit idem Constantinus c. 59 phialæ seu balnei Venetæ factionis, et alterius phialæ Prasinæ factionis, et lib. *De admin. imp.* c. 51, loci φιάλας dicti, in quo judicia inter remiges exercebantur; unde illius judex præfectus phialæ vocitabatur, illius forte quam Theophanes, p. 307, et Cedrenus, p. 442, a Rhinotmeto excitatam fuisse scribunt εἰς τὸ τελεῖσθαι ἐκεῖ σαξοδέξιμον. Hujus etiam mentio est apud Leonem Grammaticum in Theophilo, et Gregorium in *Vita S. Basilii Junioris*, n. 38. At phiala proprie dicitur totum illud ædificium quo cingebatur et tegebatur cantharus ipse seu aquarum receptaculum, quod τὸ ἔμβαδον καὶ τὸν πυθμένα τῆς φιάλης vocat idem Constantinus, ἐμβάτην Theophanes et Euchologium, in quo et κολυμβεῖον nuncupatur. In simili libro scriptum olim versum hunc retrogradum, qui habetur in *Anthologia*, apud Gruterum et alios, aiunt, νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν. Quippe fideles priusquam ædem sacram ingrederentur, aquis istis, quæ a sacerdote benedicebantur, facies et manus lavabant. Hinc Paulinus ad Severum:

Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus, intrantumque manus lavat amne ministro.

A Atque hæ fontium aquæ quotannis in pervigilio sacrorum Theophaniorum, interdum in ipso festo die, consecrabantur et benedicebantur; quarum benedictionis ordo habetur in Euchologio: unde νόσων ἀπελαστικαὶ, δαιμόνων φυγαδευτικαὶ apud Clementem in *Constit. apost.*, ἰαματικὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων, alibi ἁμαρτημάτων λυτήριον, etc. in eodem Euchologio dicuntur. Harum loco successere, præsertim apud Latinos, quæ in templorum valvis exponi solent lustrales undæ, uti qui de ritibus ecclesiasticis scripsere pridem docuerunt. Enimvero quod Silentiarius de perpetuo aquarum Sophianæ phialæ miraculo subdit, et ut in pervigilio sacri festi, mense quem χρυσοχίτωνα vocat, eæ vasculis
B haustæ et a plebe Christiana domum asportatæ incorruptæ nulloque corriperentur mucore vel putredine, præclare omnino refertur a S. Joanne Chrysostomo, *Orat. de baptismo Christi*, qui festum istud sacrum Epiphaniorum diem, proinde mensem χρυσοχίτωνα Januarium fuisse coarguit. Huic autem mensi fortassis id epitheti tribuit Silentiarius ob *rogas* magistratuum, aut xenia et strenas quibus donabantur, ipsique adeo principes; vel certe quia eo mense magistratum inibant consules, et χρυσοχίτωνες in publicum procedebant. Dicitur enim Januarius μὴν ὑπάτων, *mensis consulum*, in *Anthol.* I. I, p. 124. De quorum processibus agunt *Novella* Justiniani 105, Claudianus, Marcellinus Comes, Corippus, *Chronicon Alexand.* et alii. Sic autem
C Chrysostomus: Ταύτῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ἐβαπτίσατο, καὶ τὴν τῶν ὑδάτων ἡγίασε φύσιν. Διά τοι τοῦτο καὶ μεσονυκτίῳ κατὰ τὴν ἑορτὴν ταύτην ἅπαντες ὑδρευσάμενοι οἴκαδε τὰ νάματα ἀποτίθενται καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον φυλάττουσιν, ἅτε δὴ σήμερον ἁγιασθέντων τῶν ὑδάτων. Καὶ τὸ σημεῖον γίνεται ἐναργὲς, οὐ διαφθειρομένης ὑδάτων ἐκείνων φύσεως τῷ μήκει τοῦ χρόνου, ἀλλ' εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον καὶ δύο καὶ τρία πολλάκις ἔτη τοῦ σήμερον ἀντληθέντος ἀκεραίου καὶ νεαροῦ μένοντος, καὶ μετὰ τοσοῦτον τὸν χρόνον τοῖς ἄρτι τῶν πηγῶν ἐξαπαρθεῖσιν ὕδασιν ἀμιλλωμένου. Exstat porro etiamnum hodie phiala ista Sophiana, ubi, ut ait Gyllius, perennes saliunt aquæ, ad quas ex area descenditur multis gradibus.

D 23. Aulæ ipsæ et atria ædium sacrarum sua habebant προαύλια. Præ cæteris vero atrium Sophianæ ædis porrectiori et amplo foro, porticibus perinde cincto et magnificis ædificiis exornato, obversabatur, quod Αὐγουσταῖον, Αὐγουσταίων et Αὐγουστεῶν promiscue appellatur a scriptoribus. Erat autem, ut innui, forum majus, cui Zonaras προαυλίου interdum appellationem tribuit, ut et Nicephorus Gregoras. *Proaulam* dixit Ordericus Vitalis, l. II, p. 412. *Gloss. Saxon.* Ælfrici: *Proaula, id est, domus coram aula, selde.* Ἀγορὰν non semel vocat Procopius, *De ædif.* I, 2, ubi describitur. Huic compluræ inædificata erant palatia ac domus insignes et ædes aliquot sacræ; atque imprimis magnum palatium vicinum fuisse testatur Procopius,

Digitized by Google

cujus triclinium, quod Augustæum spectabat, τρίκλινον τοῦ Αὐγουστεῶνος; dicitur apud Theophanem variis in locis; in quo corona donatas aliquot Augustas refert, ut et Theophylactus Simocatta, I, 1. Incertum porro an triclinium istud an vero ipsum Augustæum forum intelligat *Chronicon Alexandrinum*, dum ait anno 2 Leonis M., Augustæum a Theodosio urbis præfecto ἐκ πλαγίων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας exstructum fuisse vel certe instauratum. Augustæo perinde inædificatum erat, ut auctor est Nicetas in Alexio Manuelis filio, Alexii templum seu monasterium, illud, opinor, quod ab Alexio patriarcha CP. qui Monomacho imperante vixit, nomen sortitum est, uti Zonaras et Scylitzes commemorant; diversum a S. Alexii æde, in cujus catechumeniis celebratas aliquot synodos legimus apud Allatium, l. II *De concord. utr. eccl.* c. 11 et 12. Augustæum præterea spectabant triclinia patriarchæ, quæ Θωμαΐτην et Μάκρωνα nuncupabant, ut habent Codinus, *De Offic.* c. 17, n. 8, et idem Nicetas in Alexio Manuelis filio. In Thomaite exstitisse bibliothecam patriarchæ scribit Scylitzes in Theophilo. Sed præcipue, ut dixi, Augustæum obversabatur ædi Sophianæ, vel certe illius atrio, adeo ut præcipuum templi atrium haberetur et diceretur. Zonaras enim de statua Justiniani, quæ stetit in Augustæo, scribens, ait illam stetisse ἐν τῷ προαυλίῳ τοῦ μεγάλου ναοῦ. Hinc aulæ seu potius αὐλαίας vocabulo, quod idem sonat ac atrium, sæpe donatur a scriptoribus Byzantinis, a Niceta præsertim in Alexio Manuelis filio, n. 6; et Pachymere, I. IX. Suidas in Justiniano αὐλήν diserte vocat, quo loco interpres ipseque Gyllius perperam domum aut palatium vertunt, cum atrium esset et locus περίστυλος seu porticibus undique septus portisque clausus, quod testatur idem Nicetas loco citato scribens πύλας τοῦ Αὐγουστεῶνος effractas fuisse in seditione quadam; ut et Codinus in *Originibus*, dum ait Justinianum, confecta æde Sophiana, a palatio ἕως τῆς πύλης τοῦ Αὐγουστεῶνος curru vectum processisse; ubi perperam στύλης reponit Meursius. Tradit denique idem Codinus (*De off.* c. 17, n. 10), vestibula Magnæ ecclesiæ in Augustæo exstitisse. Augustæum autem ædificatum primo et ita appellatum volunt a Constantino Magno ob matrem Helenam, cui Augustæ titulum concesserat cujusque statuam eo in foro posuit: ita Hesychius Milesius et *Chronicon Alexandrinum*. Suidas in loco patente, nuncupato Daphne, stetisse statuam illam refert, indeque appellatum locum Augustæum. Ex quibus percipitur stetisse in ea Augustæi parte quæ spectabat regionem tertiam. Nam ædem S. Stephani, quam in Daphne statuit Theophanes, in palatio idem scriptor et *Chronicon Alexandrinum*, p. 878, alii in Sigmate excitatam volunt, ut habet Gyllius, II, 15; ex quibus evidens est Daphnen et Sigma vicina fuisse. In eo porro consentiunt scriptores, ita appellatum Augustæum propter matrem Helenam, quam, ut scribunt Eusebius, III, 46, Sozomenus, II, 1, Sulpicius Severus *Hist.* l. II, veteres nummi ac inscriptiones testantur, Augustam appellavit. Neque enim audiendi Suidas, Codinus cæterique dubiæ fidei scriptores, tradentes ita forum istud appellatum quasi γουστεῖον ἤγουν ὀψοπώλιον, quia forte inaudierant *gustum* cupedias appellari Latinis, quæ vox occurrit apud Apicium *De re culinaria*, IV, 5. In Augustæo præterea statua argentea Theodosii Magni columnæ imposita stetit, ut auctor est Marcellinus Comes: *Columna haud longe ab ecclesia constituta est, quæ argenteam Theodosii Magni statuam ferens hactenus contemplatur*; eo nempe loco ubi postmodum Justinianus, hac diruta, suam excitavit, uti Zonaras refert, qui statuam istam argenteam septem millia librarum pependisse et ab Arcadio filio erectam prodit.

24. Excitata igitur æde Sophiana dirutaque Theodosiana statua, loco ipsius suam equestrem imposuit Justinianus, ex tegulis æreis inauratis combustæ Chalces conflatam, anno imperii 17. Theophanes: Τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπληρώθη ὁ χαλκοῦς κίων ὁ μέγας πλησίον τοῦ παλατίου, ὁ λεγόμενος Αὐγουστεύς, καὶ ἀνηνέχθη ἡ στήλη τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἔφιππος. Fuit autem χαλκῆ vestibulum magni palatii ac triclinium, per quod in illud ibatur, sic appellatum, quod æreis tegulis tectum esset. Illud Anastasius imperator, Ætherio architecto peritissimo usus, a fundamentis excitaverat et in admirandam altitudinem eduxerat, ut docet epigramma, quod habetur in *Anthologia Gr.* IV, 23. Nominis rationem firmat Cedrenus, scribens ita appellatum διὰ τὸ ἐκ χαλκῶν κεράμων κεχρυσωμένων ἐστεγάσθαι. Cum porro in seditione Victoriatorum, ut est in *Chr. Alexandrino*, conflagrasset, illud rursum instauravit et in priorem altitudinem eduxit Justinianus, quemadmodum refert Procopius, a quo novum istud triclinium describitur. *De ædif.* I, 10. Statuam vero Justinianeam, quæ immensæ molis et altitudinis exstitit, describunt pluribus idem Procopius, I, 2, et ex eo Pachymeres in ἐκφράσει Αὐγουσταιῶνος, quam legi in ms. bibliothecæ Regiæ, Nicephorus Gregoras, I, VII, qui illius dimensiones exaravit, Nicephorus Callistus in Proœmio *Hist.* p. 16, Joannes Tzetzes, *chil.* 8, n. 184, Codinus, Gulielmus de Baldenzeel in *Hodœporico*, p. 103, Bondelmontius in *Descript. CP.*, et Gyllius, II, 17. Ex prædictis porro scriptoribus Græcis liquet statuæ ipsi, perinde ac foro, Αὐγουσταιῶνος nomen inditum fuisse.

25 Tot igitur præclara vestibula et atria, tot insignes ac marmoreæ porticus ædi ipsi partim obversantes, partim adjunctæ, satis declarant quantum ædes ipsa intus contineat elegantiæ ac decoris, et, ut verbis utar Procopii de Hierosolymitano Deiparæ templo scribentis, μηνύουσι τοῖς ἔσω ἰοῦσιν ὁποίῳ θεάματι ἐντυχεῖν μέλλουσι, ut vero Eusebii, *De vita Const.* III, 38, τοῖς τὴν ἐκτὸς πορείαν ποιουμένοις καταπληκτικὴν παρεῖχον τὴν τῶν ἔνδον ὁρωμένην θέαν, quibus quædam consentanea habet

Digitized by Google

Hist. x, 4. Cum ergo nemo sit, cui his perspectis aut perlectis nescio quod animo non oboriatur tam grande miraculum oculis usurpandi desiderium, tum ut hujus liber pateat aditus, portæ ædis aperiendæ sunt. Plures autem prostant etiamnum, pluresque exstitere olim, in quatuor templi lateribus, si quibusdam neotericis fides. Ab occidente enim, qua maximus aditus illius est, novem portis illud initur, ut auctor est Gyllius. Harum numerum non expressit Silentiarius : sed cum dixisset vestibulum seu porticum occidentalem habere septem portas, e quibus una ad meridiem, altera ad septentrionem prostat, addit cæterarum quæ muro orientali, qui ædis postremus est, adjacent, clausos cardines aperire ædituum; quia fortassis eæ erant portæ quæ ædituorum curæ incumbebant seu ostiariorum. Nam ut est apud Isidorum Juniorem in Epist. ad Luitfredum, *ad ostiarium pertinent claves ecclesiæ, ut claudat et aperiat templum Dei, et omnia quæ sunt intus extraque custodiat, fideles recipiat, infideles excommunicatos rejiciat.* Unde πυλωροὶ dicuntur in epistola quæ S. Ignatio tribuitur, et alia S. Cornelii PP., quæ exstat apud Eusebium, *Hist. eccl.* VI, 33, θυρωροὶ in concilio Laodic. can. 34 et Epiphanio in *Exposit. fidei catholicæ*, nisi per vocem νεοκόρος intelligatur subdiaconus, cui catechumenos et pœnitentes in ecclesiam introducere et ex ea educere incumbebat, ex eodem concilio Laodiceno, ut canones 22 et 23 interpretantur Zonaras et Balsamon, quemadmodum diaconi sacris bematis foribus præerant auctore Dionysio, *De ecclesiast. hierarchia*, c. 5. Ita igitur Silentiarius, part. II, v. 25 :

τῶν γε μὲν ἄλλων
Νηοκόρος παλάμῃσι μεμυκότα θαιρὸν ἀνοίγει
Ἑσπέριον περὶ τοῖχον, ὃς ὕστατός ἐστι μελάθρου.

Porro pluribus portis patuisse ædium sacrarum aditus innuit etiam Paulinus, *Nat.* IX :

. . . . . *Gaudetque piis sua mœnia vinci*
Cœtibus, atque amplas populis rumpentibus aulas
Laxari densas numerosa per ostia turbas.

Addit Gyllius maximum Sophiani templi aditum ab occasu esse plano pede : nec enim, ut Pantheum Romanum, gradibus ut olim ascendi aut ut nunc descendi.

26. Ab oriente unica aperitur porta, qua, inquit idem Gyllius, quinque gradibus descensus patet in ædem. Silentiarius, part. II, v. 161 :

Ἀλλ' ἐπὶ μὲν Φαέθοντα πύλη μία.

Τῆς ἑῴας istius πύλης meminit auctor Historiæ de miraculis in sacro ecclesiæ puteo edito. Per hanc denique Sultanum turcicum templum ingredi aiunt, ex qua in proximam aulam secedit, ad latus bematis meridionale exstantem, ubi consistit, cum sacris profanis interest.

27. Denique ad septentrionem duplicem portam statuit Silentiarius part. II, v. 154 :

. . . . . Πρὸς μὲν ἀήτην
Ἀρκτῷον ξυνοχῆας ἀνακλίνουσι θυρέτρων
Διζυγέων·

et infra v. 161 :

. . . . . Πρὸς δὲ κελαινῆς
Νυκτὸς ἕως δισσὴν ἐπὶ δικλίδα λαὸς ὁδεύει.

At vero ad meridiem nullas portas fuisse observat, sed e regione septentrionalium sinus affabre confectos aulis similes fuisse innuit, v. 156 :

. . . . . Νότιον δὲ ποτὶ πτερὸν ἄντα πυλάων
Εὐτύκτους κενεῶνας ἐειδομένους τινὶ παστῷ.

28. Ædem ipsam ingredientis primo sese offerunt aspectui quatuor pilæ majores, paulo ultra mediam templi partem, versus orientem, quibus tota illius moles vel certe immensi hemisphærii pondus incumbit. Sic autem appellantur ejusmodi fulcimenta ex lapidum congerie in altum educta. Paulinus :

Quæque prius pilis stetit, hæc modo fulta columnis
Vilia mutato sprevit cæmenta metallo.

Idem alio loco :

Nam steterant vasto deformibus agmine pilis :
Nunc meliore datis eadem vice fulta columnis,
Et spatii cepere et luminis incrementa.

At pilas istas πεσσοὺς vocant Procopius et Eusebius, *De vita Constantini*, III, 36, πυνσοὺς vero Theophanes, Cedrenus et Codinus de S. Sophia. *Lexic. Gr.* ms. bibliothecæ Regiæ sign. 2062 : Πυνσὸς ὁ τοῦ τοίχου, nempe *fulcimentum*. Suidæ πισσοὶ dicuntur, πισσοὶ *Harmenopulo*, l. II, tit. 4, § 40 et 56, et Nicephoro Callisto in Proœmio, p. 18. Iis autem vocabulis innuuntur grandiores et validiores pilæ, quæ graviora ædificiorum onera fulciunt ac sustentant; unde vox παραπίσσια efficta, de qua postea. Sed de nominis origine parum constat, nisi a Græco πεσσός, quod idem sonat ac κύβος, deducatur. Pilæ enim istæ figura ubique quadrata, et in modum cubi vel certe ex lapidibus quadratis confectæ, exsurgunt. Cum igitur latis ac prægrandibus constent lapidibus et certam quodammodo lapidum congeriem efficiant, ideo λόφοι seu *aggeres* appellantur a Procopio, qui pilas istas sic describit : Κατὰ δὲ τοῦ νεὼ μέσα λόφοι χειροποίητοι ἐπανεστήκασι τέσσαρες, οὓς καλοῦσι πεσσοὺς, δύο μὲν πρὸς βορρᾶν, δύο δὲ πρὸς ἄνεμον νότον, ἀντίοι τε καὶ ἴσοι ἀλλήλοις, κίονας ἐν μέσῳ ἑκάτεροι κατὰ τέσσαρας μάλιστα ἔχοντες. Πεποίηνται δὲ λόφοι λίθοις εὐμεγέθεσι σύνθετοι, λογάδην συνειλεγμένοις, ἐς ἀλλήλους τε πρὸς τῶν λιθολόγων ἐπισταμένως ἐναρμοσθεῖσιν, ἐς ὕψος μέγα ἱκνοῦνται· εἰκάσαις ἂν αὐτοὺς εἶναι σκοπέλους ὀρῶν ἀποτόμους. Et infra describens quemadmodum invicem injecto et fuso plumbo lapides cohæreant : Οἱ λόφοι, ὥνπερ ἐπεμνήσθην ἀρτίως, οὐ κατὰ ταὐτὰ ταῖς ἄλλαις οἰκοδομίαις πεποίηνται, ἀλλὰ τρόπῳ τοιῷδε. Λίθων ἐπιβολὴ ἐν τετραγώνῳ διαπεπόνηται, σκληρῶν μὲν φύσιν, ἐργασίαν δὲ λείων, ἐκτομὴν δὲ, εἰ μὲν τὰ προῦχοντα ποιεῖσθαι τῶν τοῦ λόφου πλευρῶν μέλλοιεν, ἐγγωνίων, εἰ δὲ τὴν μεταξὺ κεκλῆρωνται χώραν, ἐν τετραπλεύρῳ γεγενημένων. Ita præterea describuntur pilæ istæ a Silentiario, part. II, v. 53 :

Digitized by Google

Ἔστι γὰρ ἀντολικούς τε καὶ ἑσπερίους μετὰ κύ-
[κλους,
Κύκλου ἡμιτελεῖς, μετὰ κίονα δίζυγα θήβης,
Εὐπαγέες τοῖχοι πίτυρες, γυμνοὶ μὲν ὁρᾶσθαι
Πρόσθεν, ἐπὶ πλευρὰς δὲ καὶ ἀῤῥαγέας περὶ νώ-
[τους
Ἀντιπόροις σφιγχθέντες ἐρείσμασιν, εὐκαμάτων
[δὲ
Τέτραχα μοιρηθέντες ἐφεδρήσουσι θεμείλοις,
Πέτραις ἀῤῥαγέεσσιν ἀρηρότες, etc.

Pilas, inquit Procopius, coagmentat non calx, quam vivam et inexstinctam vocant, non bitumen, sed plumbum lacunis infusum, ἀλλὰ μόλυβδος ἐς τέλμα χυθεὶς καὶ μεταξὺ πανταχόσε χωρήσας, τῶν τε λίθων τῇ ἁρμονίᾳ ἐντετηκὼς καὶ συνδέων ἀλλήλοις αὐτούς. Quod et attigit Silentiarius, part. II, v. 60. At, v. 39, videtur innuere immissam in pilas calcem arena mistam :

. . . . . Ὧν διὰ μέσσου
Ψῆγμα πυριφλέκτοιο λίθου προχοῇσι κεράσσας,
Ἁρμονίην ξύνωσεν ἀνὴρ δωμήτορι τέχνῃ·

cui concinit Anonymus, scribens ἔμπλασιν πάντων τῶν πυγῶν factam esse μετὰ ἐλαίου καὶ ἀσβέστου, additque ferreis præterea vectibus invicem connexos esse lapides, ne convellerentur ac dissilirent. Quod vero tradit Procopius singulas pilas habere duas columnas in sui medio, sic a Gyllio describitur : *Ad eorum* (arcuum) *imam curvaturam extremæ partes ultra pilas projectæ in sphæræ quartam partem recedentes, quæ nituntur quatuor arcubus, qui sustentantur duabus pilis minoribus et duabus majoribus. Quatuor enim pilæ majores non solum sustinent quatuor arcus majores, sed etiam earum singulæ duos arcus minores, unum pergentem in longitudinem, alterum in latitudinem, quibus templum longe porrigitur et late dilatatur*

29. In altum proinde eductæ quatuor majores pilæ quatuor majores arcus sustentant, qui in quadrum connexi interjectum opus in trianguli formam in quatuor lateribus efficiunt, cujus ima pars presse intercepta arcuum coitu acutum facit angulum infimum, ac superior sese explicans hemisphærio terminatur, cæterosque angulos ibi efficit. Ita Procopius; quod et attigit Silentiarius, part. II, v. 53 :

. . . . . Ἀνέσσυται δ' Ἴσα τριγώνῳ
Τοῖχος ἐπικλινθείς . . . . . .

In his triangulis visuntur etiamnum hodie quatuor evangelistæ opere musivo depicti.

30. Quatuor igitur arcus majores in ordinem quadrum dispositi pilis istis quatuor majoribus incumbunt, fulcientes hemisphærium. Procopius : Ἐπὶ τούτοις δὲ ἀψῖδες τέσσαρες ἐν τετραπλεύρῳ ἀνέχουσιν, ita ut earum capita bina coeant pilarumque fastigiis innitantur, curvaturæ vero in altitudinem immensam educantur : Τὰ δὲ δὴ ἄλλα ἐπηρμένα εἰς ἀπέραντον ὕψος ᾐώρηται. Ac duo quidem arcus, qui ad orientem et ad occidentem porriguntur, vacuo in aere erecti stant : Τῶν δὲ ἀψίδων αἱ μὲν δύο κατὰ κενοῦ τοῦ ἀέρος ἐπανεστήκασι πρὸς ἀνίσχοντά τε καὶ δύοντά που τὸν ἥλιον. Paulus Silentiarius, part. II, v. 116 :

Ἀλλ' ἐπὶ..... καὶ ἑσπερ.....
Ἀψίδων ὑπένερθεν ὅλος περιπέπταται αἰθήρ.

Evagrius : Αἱ δὲ ψαλίδες κεναὶ ἐξ ἐδάφους μέχρι τῆς καλύπτρας τῆς ὀροφῆς ἐπαίρονται. Cum ergo nihil substructum habeant, sed aperti et vacui a paritibus sint, templum longe capacius efficitur, οὐδενὸς ἐμποδὼν τῷ θαύματι τοῦ τηλικούτου μεγέθους γενομένου, ait idem scriptor. Sic enim ab oriente et occidente quarta pars sphæræ applicatur hemisphærio, ut intus una et eadem concameratio esse videatur : foris vero separata apparet, ornatus efficiens hemisphærium supra duas quartas sphæræ partes. Horum arcuum alterum, occidentalem scilicet, misere distractum ac jamjam ruinam minitantem renovavit Basilius Macedo, et in eo Deiparæ et apostolorum Petri et Pauli imagines depingi curavit, ut auctor est Constantinus in illius Vita, c. 54 : Τὴν πρὸς δύσιν ἀψῖδα τὴν μεγάλην τε καὶ μετέωρον, ἱκανῶς διαῤῥαγεῖσαν καὶ πτῶσιν οὐκ εἰς μακρὰν ἀπειλοῦσαν, αὐτὸς ἐμπειρίᾳ τεχνιτῶν περισφίγξας καὶ ἀνανεωσάμενος ἀσφαλῆ καὶ μόνιμον ἀπεργάσατο.

31. Arcus alii duo, septentrionalis scilicet et meridianus, suppositum habent parietem cum columellis. Procopius : Αἱ δὲ λειπόμεναι (τῶν ἀψίδων) οἰκοδομίαν τινὰ καὶ κίονας μικροὺς κομιδῇ ἔνερθεν ἔχουσιν. Paulus Silentiarius, part. II, v. 118 de iisdem arcubus :

Ἐς δὲ νότον κελάδοντα καὶ ἐς κλίσιν ἀῤῥίχου ἄρ-
[κτου
Τοῖχος ἐρισθενέτης ἀνατείνεται ἄχρι γενείου
Ἀντυγος.

Parietem hunc sic describit Gyllius : *Quorum quidem* (arcuum) *duo, septentrionalis et meridianus, curvaturam suam imam substructam habent tenui pariete fenestellis vitreis pleno, sustentato columnarum duplici ordine, inferiore et superiore. Inferior habet octo columnas ad solum nitentes, superior sex sustinentes parietem subtilem et subjectum imæ arcus curvaturæ.* Duplicem istum columnarum ordinem et numerum descripsit pariter Silentiarius, ac primo inferiorem, part. II, v. 120 :

Λέλαμπε δὲ τέτραχι δοιαῖς·

et mox (nam hoc loco codex ms. lacunis scatet) de superiori columnarum ordine :

. . . . . Ἐξ γὰρ ἐπ' αὐτ. . .
Κίονες αἱ . ἐς . χλοάοντι σμαράγδῳ
Ἀκαμάτων ξυνοχῆας ἀνεστήσαντο τενόντων,
Ἔνθα γυναικείων ἀναφαίνεται ἔνδια θώκων.

Neque aliter Evagrius : Ἐν δεξιῷ δὲ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον κίονες αὐτοῖς περιτετάχαται ἐκ Θετταλοῦ λίθου πεποιημένοι, ὑπερῷά τε μετεωρίζουσιν ἑτέροις παραπλησίοις κίοσι, προκύπτειν τοῖς βουλομένοις διδόντες εἰς τὰ τελούμενα. Sunt igitur istæ columnæ ex marmore Thessalico, quod et indicat Silentiarius, v. 129 :

Θεσσαλίδος πέτρης ἀμαρύγματα.

Atque in hunc, qui etiamnum perstat, modum pa-

Digitized by Google

rictes istos excitavit Isidorus Junior, Isidori, qui una cum Anthemio ædem Sophianam primum ædificaverat, ex fratre aut sorore nepos. Nam cum anno 32 Justiniani hemisphærii pars orientalis ex terræ motu collapsa esset, ex eo quod integrum remanserat, defectum, qui tantæ ruinæ præbuerat occasionem, agnoscens, arcum orientalem et occidentalem suo, ut erant, loco reliquit, septentrionalis vero et meridiani curvaturæ substructum parietem introrsum porrexit, pauloque latiorem effecit, ut congrua cum cæteris proportione ovalem quodammodo figuram efficeret. Agathias : Ἰσίδωρος δὲ ὁ νέος καὶ οἱ ἄλλοι μηχανοποιοὶ τὸ πρότερον ἐν ἑαυτοῖς ἀναθεωρήσαντες σχῆμα, καὶ τῷ σωζομένῳ τὸ πεπονθὸς ὁποῖόν τε ἦν καὶ ἐς ὅ τι δή που ἡμάρτητο ἐπιφρασάμενοι, τὴν μὲν ἐψὰν τε καὶ ἐσπερίαν ἀψῖδα οὕτω μένειν κατὰ χώραν ἀφῆκαν, τῆς δὲ ἀρκτῴας τε καὶ νοτίας τὴν ἐπὶ τοῦ κυρτώματος οἰκοδομίαν πρὸς τὰ ἔνδον προτείναντες, καὶ εὐρυτέραν ἠρέμα ποιησάμενοι, ὡς μᾶλλον ἁρμοδιώτατα ταῖς ἄλλαις συννευευκέναι καὶ ὁμολογεῖν τὴν ἰσόπλευρον ἁρμονίαν, περιστεῖλαι ταύτῃ δεδύνηνται τὴν τοῦ κενώματος ἀμετρίαν, καὶ ὑποκλέψαι βραχύ τι τῆς ἐκτάσεως μέρος, ὁπόσον ἑτερόμηκες ἀπετελεῖτο σχῆμα, οὕτω τε ἐπ' αὐτῷ ἤδρασαν πάλιν τὸν ἐν μέσῳ ὑπερανέχοντα, εἴτε κύκλον, εἴτε ἡμισφαίριον, εἴτε ὁτῳδηοῦν ὀνόματι παρ' αὐτοῖς ἐπικεκλημένον. Sed audiendus imprimis Gyllius, qui totam hanc ædis partem graphice describit : *Latitudo*, inquit, *dilatatur ultra pilas arcubus et columnis et parietibus, ex utroque latere, septentrionali scilicet et meridionali, sex velut aulas capiens, tres inferiores et totidem superiores, vario marmore vestitas, concameratas, calculis inauratis et figuratis ornatas. Ita enim ex singulis pilis duplices arcus nascuntur in templi latitudinem porrecti, ut eorum alterum conquiescat in muro extrinsecus obnitente majoribus pilis, a quibus quatuor arcus in utrumque parietis latus emittuntur, duo quidem inferiorum aularum concamerationem sustinentes, reliqui duo superiorum totidem aularum testudines quarum latera singularum partim adnituntur ad arcus partim ad columnas. Unde fit ut pars ædis interior et media illa ingens vacua, si sola consideretur comprehensa intra pilas et columnas, sit forma ovata, si vero tam intra quam extra pilas perspiciatur, sit quadrata. Ita enim ex utroque latere velut alæ appensæ sunt tres aulæ inferiores et totidem superiores, ut ab imo pavimento procedat quadrata usque ad curvaturam superiorum aularum, deinde intra octo pilas in ovatam formam contrahatur usque ad curvaturam quatuor arcuum sustinentium hemisphærium.* Has aulas et in ovalem formam contractam mediam ædis partem nescio an intelligat Silentiarius, part. II, v. 129 :

Μέσσα δὲ νηῷ
Ἐνδια καλλιχόροιο διακρίνουσιν ἕδεθλα
Γείτονος αἰθούσης περιμήκεος.

Nam per ναὸν καλλιχόρον mediam ædis partem in chori seu in ovalem formam contractam, per αἰθουσαν vero περιμήκη porticus, quæ intra quatuor pilas interius curvantur et a meridie et septentrione eam cingunt, videtur intellexisse ; cujusmodi ναοῦ seu chori ædis Blanchernianæ fuit figura, ut auctor est Procopius, *De Ædif.* I, 3, ubi de columnis ædis : Καὶ τὰ μὲν ἄλλα τοῦ νεὼ μέρη κατ' εὐθὺ ἑστᾶσιν οἱ κίονες, κατὰ δὲ μέσα ὑποστέλλονται εἴσω. Sed de aulis agetur infra.

32. Quatuor majoribus arcubus, qui quatuor majoribus pilis, quas structiles columnas vocat Ulpianus, innituntur, incumbit ingens hemisphærium (trullum aut trullam vulgo vocant) seu ædificium rotundum ac teres, quod in immensam altitudinem educitur. Procopius : Ὑπερθεν δὲ αὐτῶν (τῶν ἀψίδων) κυκλοτερὴς οἰκοδομία ἐν στρογγύλῳ ἐπῆρται. Hujus parietem, qui in orbem fertur sustinetque testitudidem orbiculatam, ex lateribus tenuibus spongiosis ac candidis, quos ex Rhodo insula advehi curaverat Justinianus, confectum esse ait Codinus, iisque levibus adeo ut eorum quinque lateris unius pondus ex aliis exæquarent; ex quo, inquit, in vulgus fama sparsa sit trullam templi Sophiani esse hederaceam, ὅτι ὁ τροῦλος κισσάρινός ἐστιν. Quo loco Allatius legendum censet κυπαρίσσινος, tanquam si hemisphærium confectum fuerit ex nunquam putrescenti ligno : nam certe cupressinis tabulis tegi solitas ædes sacras auctor est Leo Ost. I, 20. Verum alii, ut Lambecius et Combefisius, legunt ὅτι κισηρίου ἐστὶν ὁ τροῦλος, id est pumicea trulla. Parietes vero isti latericii opere musivo interius ubique exornantur. Anonymus : Εἶθ' οὕτως ἐμουσίωσεν αὐτήν. Quadraginta fenestris, teste Gyllio, lucem admittit idem paries, ὅθεν ἀεὶ διαγελᾷ πρῶτον ἡμέρα, ait Procopius. Unde cum pars illa hemisphærii tota luminibus seu potius fenestris colluceat, τὸ ἔμφωτον dicitur Evagrio, qui ejus latitudinem seu diametrum esse pedum 75 scribit : Τὸ δὲ πλάτος τοῦ ἐμφώτου αὐτοῦ ποδῶν οε'. Qua vero hemisphærium quatuor arcubus insistit, seu in ima sui parte, major coronis totum illius circuitum interiorem ambit ac circumdat. Silentarius, part. II, v. 67 :

Ὅπῃ καὶ ῥίζα καθέρπει
Σφαίρης ἡμιτόμοιο, καὶ ἄντυγές εἰσιν, ἑλιγμῷ
Τοῦ πυμάτου κύκλοιο, τὸν ἀψίδων κατὰ νῶτα
Ἀνέρες ἐστεφάνωσαν.

Mox addit ut prominentes ejusdem coronidis lapides viam angustam, cancellis, ut par est credere, ferreis munitam, porrigant, qua κανδηλάπτης seu κηροφόρος, qui luminaria accendit in hemisphærio pendentia, progredi solet :

Ὑπὸ προθλῆτι δὲ κόσμῳ
Ἐκκρεμέες λάϊγγες ἐστερνώσαντο πορείην
Στεινὴν, τερμιόεσσαν, ὅπῃ καὶ φωσφόρος ἀνὴρ
Ἄτρομος ἀμφιθέων ἱεροὺς λαμπτῆρας ἀνάπτει.

33. Muro hemisphærii testudo orbiculata, in sphæræ modum compacta incumbit. Hanc vulgo θόλον vocant Græci scriptores. Est autem θόλος, ut est apud Hesychium, στρογγυλοειδὴς ῥῖγος, seu ut est

Digitized by Google

apud Isidorum et Papiam, *eminens rotunditas et fastigium templi.* Ugutioni proprie quidem *tholus est velut scutum breve, quod in medio tecti est, in quo trabes coeunt.* Cujus quidem vocis meminit Vitruvius, IV, 7, tametsi de significatione inter se dissentiant illius interpretes. *Tholo fastigiatum* dixit Paulinus: et vetus epigramma in Asclepiodotum *Anthol. Gr.* IV, 28: Κοῖλον ἔρεισμα θόλου eleganter appellavit parietes in orbem interius circumductos, qui testudinem sphæricam seu tholum sustinent. Ab ejusmodi tholis dictum θολωτόν magni palatii triclinium, ab Anastasio Dicoro exstructum, ut refert Zonaras; quod idem esse constat cum trullo, in quo habita sexta synodus, ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ θείου παλατίου τῷ λεγομένῳ τρούλλῳ, ut habent Acta ejusdem synodi; quod quidem triclinium a Macario Ancyrano dicitur fuisse οἶκος περιφανὴς ἐν καλῷ τῶν βασιλέων ΚΠ παλατίῳ κείμενος. *Basilica* nuncupatur ab Anastasio bibl. in Agathone PP. p. 54, et *palatium* in Leone II, p. 56. Ita ab eadem figura domum quamdam in urbis conspectu τρούλλου nomine donatam scribit Leo Grammaticus p. 453. Tradit Procopius hemisphærii testudinem eatenus de industria sursum tenuari ac deficere ut per ipsius aperturas lux intret affatim: Καὶ διαλείπει τὸ οἰκοδόμημα κατὰ βραχὺ, ἐξεπίτηδες παρειμένον τοσοῦτον ὅσον τοὺς χώρους, οὗ δὴ τὸ διῃρημένον τῆς οἰκοδομίας ξυμβαίνει εἶναι, φέγγους διαρκῶς ἀγωγοὺς εἶναι. Rem mirandam, inquit Silentiarius, intueri licet, ut interne latior sensim deficiat, et in orbem veluti cœlum convolvatur testudo, part. II, v. 78:

Ἔστι δ' ἰδεῖν μέγα θάμβος, ὅπως κατὰ βαιὸν ἰοῦσα
Εὐρυτέρη μὲν ἔνερθεν, ὕπερθε δὲ μεῖον ἀνέρπει,
Ὡς πόλος ἠερόφοιτος.

Ita etiam Agathias, ubi de hemisphærio: Καὶ γέγονεν ἐντεῦθεν εἰκότως ἰθύτερος μὲν καὶ εὐεπίστροφος καὶ πανταχόθεν τῇ γραμμῇ ἐξισάζων, στενώτερος δὲ καὶ ὀξυτενὴς καὶ οἷος οὐχ οὕτω λίαν ἐκπλήττειν τοὺς θεωμένους ὡς πάλαι, πολλῷ δὲ ὅμως πλέον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ βεβηκέναι. Ita autem sensim tenuatur et deficit testudo, ut cymbali figuram effingat et κυμβαλικῶς circinata sit, ut est apud anonymum: sic enim secundo exstructam prodit, ne rursum caderet, ἵνα μὴ πάλιν ταχέως πέσοι. Quæ quidem cæterarum trullarum vel tholorum forma etiam fuit, ut nempe inferne latiores sensim in sphæram desinerent atque adeo ovi formam referrent; unde ὠοτά vel ὠοτά dicta sunt ejusmodi ædificia, ut illud quod ὠοτόν appellat Ioles, p. 172, seu ὦατον, uti præfert editio Regia, et in palatio exstitisse narrat; quod illud idem est quod antea θολωτόν et τρούλλον vocabant. Cum igitur sphæræ speciem quodammodo exhiberet, ideo σφαῖρας nomine donatur a Zonara non semel, et aliis: nam et trullam instar sphæræ ubique sinuari dixit Silentiarius, v. 74:

Ἐνρομένη δ' ἐφύπερθεν ἐς ἄπλετον ἠέρα πήληξ
Πάντοθι μὲν σφαιρηδὸν ἑλίσσεται, οἷα δὲ φαιδρὸς
Οὐρανὸς ἀμφιβέβηκε δόμου σκέπας.

A Atque hæc quidem testudo ita parieti tereti imponitur, ut propter illius tenuitatem non firmæ inniti fabricæ sed aurea catena de cœlo pendere videatur. Procopius: Τούτου δὲ τοῦ κυκλοτεροῦς παμμεγέθης ἐπανεστηκυῖά τις σφαιροειδὴς θόλος ποιεῖται αὐτὸ διαφερόντως εὐπρόσωπον. Δοκεῖ δὲ οὐκ ἐπὶ στερρᾶς τῆς οἰκοδομίας διὰ τὸ παρειμένον ἑστάναι, ἀλλὰ τῇ χρυσῇ σειρᾷ τῇ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἐξημμένον καλύπτειν τὸν χῶρον. Eadem propemodum habet de hemisphærio ædis SS. apostolorum *De ædif.* I, 4. In interiore tholi seu, ut vocant, trullæ centro ac testudine Justinianus opere musivo Christum in Iride sedentem, orbem judicantis effigie, describi curavit, ut αὐτόπται testantur; quemadmodum in Novæ ecclesiæ a se in palatio excitatæ tholi testudine Christi et angelorum ei administrantium effigies Basilius Macedo, ut auctor est Photius in illius descriptione. In suprema vero, et quæ extra eminet, Sophiani tholi parte positam fuisse crucem seu Σιγνόχριστον tradit Silentiarius, part. II, v. 78:

B

Ἀκροτάτης δὲ
Σταυρὸν ὑπὲρ κορυφῆς ἐρυσίπτολιν ἔγραφε τέχνη.

34. Immensam hemisphærii ac stupendam altitudinem prædicat his verbis Evagrius: Θόλος ἐστὶν ὁ τῶν ἀνακτόρων νηὸς, τέτταρσι μετεωριζομένη φαλίσιν, ἐς τοσοῦτον ὕψος ἐπαιρομένη ὡς ἔνερθε μὲν τοῖς ἀτενίζουσι δυσέφικτον εἶναι τοῦ ἡμισφαιρίου ἀποπεράτωσιν, ὕπερθε δὲ τοὺς γινομένους μηδαμῇ πειρᾶσθαι, εἰ καὶ μάλα τολμητής τις εἴη, ὑποκύπτειν καὶ ἐς τὸν πυθμένα τὰς ὄψεις παραπέμπειν. Eam autem altitudinem a pavimento ad centrum hemisphærii seu tholi mediam testudinem esse pedum 180 tradit idem scriptor: Τὸ δὲ βάθος ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ ἡμισφαιρίου μέχρις ἐδάφους ποδῶν ρπ'. Neque dissentit Joannes Gravius Anglus, ipse αὐτόπτης, in Præfatione ad Tabulas geographicas Nassir-Eddini Persæ, scribens accepisse se a Turcis *Ulug Beigum*, præter alia instrumenta mathematica exactissima, quæ paraverat, *quadrantem* stupendæ molis construxisse, cujus *radius* altitudinem summi fornicis templi S. Sophiæ adæquaret: *Quæ etsi*, inquit, *dictu incredibilia (nam testudo hemisphærii centum octoginta pedes Romanos superat) illi tamen Persas fide dignos hæc eadem narrantes sæpius audivisse contenderunt.* Ad eam porro altitudinem eductus potissimum tholus, cum post illius casum denuo instauratus est.

C

D

35. Anno quippe Justiniani 32. cum crebris terræ motibus concussum hemisphærium rimas ageret, tandem pars illius orientalis concidit, et ciborium et sacram mensam una cum ambone contrivit. Annum, mensem et diem casus trullæ describit Theophanes: Τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Μαΐῳ ζ', ἡμέρᾳ γ', ὥρᾳ πέμπτῃ, φιλοκαλουμένου τοῦ τρούλλου τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας (ἦν γὰρ διερρηγμένος ἐκ τῶν γενομένων σεισμῶν, ἐργαζομένων τῶν Ἰσαύρων) ἔπεσεν τὸ ἀνατολικὸν μέρος τῆς προθυποστολῆς τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, καὶ συνέτριψεν τὸ κιβώριον καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν καὶ τὸν ἄμβωνα. Ad hunc hemisphærii

Digitized by Google

casum spectant etiam versus Pauli Silentiarii, part. I, v. 52 :

Ἤδη μὲν σθεναροῖσιν ἐπεμβαυῖα θεμείλοις
Σφαίρης ἡμιτόμοιο κατήριπε θέσκελος ἄντυξ, etc.,

et v. 141 :

Οὐ γὰρ ἀποτμηγέντος ἐρικνήμοιο καρήνου
Ὤκλασεν.

Collapsum igitur vel certe labefactatum hemisphærium non modo de novo instauravit Justinianus, sed etiam in majorem altitudinem extulit, Isidoro juniore Milesio usus architecto, Isidori, qui ædem Sophianam primum exstruxerat, nepote, cujus meminit Procopius, *De ædif.* II, 2; obierat enim Anthemius. Agathias : Τότε δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ κλόνου τὸ μεσαίτατον μέρος τῆς ὀροφῆς καὶ ἅπαντα ὑπερβάλλον ἀποβεβληκότα ἐπεσκεύασέ τε αὖθις ὁ βασιλεὺς βεβαιότερον καὶ ἐπὶ μεῖζον ὕψος ἐξῆρε. Quam quidem majorem altitudinem 25 pedum esse tradunt scriptores omnes. Theophanes : Βασιλεὺς ἤγειρεν ὅλλους πινσοὺς καὶ ἐδέξατο τὸν τροῦλλον, καὶ οὕτως ἐκτίσθη, ὑψωθεὶς πλέον εἴκοσι πόδας εἰς ἀνάβασιν ἐπάνω τοῦ πρώτου κτίσματος. Zonaras : Ὅθεν λέγεται καὶ τὸν τροῦλον προστάξει τῶν βασιλέων καθαιρεθῆναι καὶ αὖθις ἀνεγερθῆναι ἐπὶ πόδας εἴκοσι καὶ πέντε μετεωρότερον, καὶ καθιερωθῆναι παρὰ Εὐτυχίου τοῦ πατριάρχου τὸ δεύτερον. Ex quibus apparet quæ fides adhibenda sit nugacibus ac imperitis ævi extremi Græculis, scribentibus ulnis duntaxat quindecim a priori altitudine excisis hemisphærium rursum ædificatum, in quibus est Glycas : Ἀνεγείρεται αὖθις, πεδεινὸς δὲ λειπόμενος πρὸς τὸ πρώην ὀργυιῶν ιε'. Eadem habent Anonymus et Codinus. Cum igitur Evagrius hemisphærii altitudinem a pavimento ad illius centrum pedum 180, Gyllius vero altitudinem a summa curvatura arcuum usque ad pavimentum 142 pedum esse tradant, videtur confici hemisphærii ipsius altitudinem esse 38 pedum. Nam Turcus, per quem ædem Sophianam metiri curavit Gyllius, hemisphærium non mensus est ; qui si recte mensus esset illius altitudinem, eam ab altitudine quam tradit Evagrius parum discrepare comperisset, ut Gyllius quidem existimat; quanquam hoc longe altius esse par est credere, si latitudini altitudo respondeat. Cum denique anno mundi juxta Græcos 6494, indictione 15, mense Octobri ex terræ motu succussa pleraque urbis templa ac ædificia corruissent, ipsiusque hemisphærii Sophiani pars, hanc imperator Basilius Bulgaroctonus rursum instauravit, δαπανήσας εἰς μόνας τὰς μηχανὰς τοῦ ἀνόδου, δι' ὧν οἱ τεχνῖται ἱστάμενοι καὶ τὰς ὕλας ἀναγομένας δεχόμενοι ᾠκοδόμουν τὸ πεπτωκὸς, χρυσίου κεντηνάρια δέκα. Ita Scylitzes et Glycas.

36. Ex singulis porro pilis, uti supra ex Gyllio stendimus, duplices arcus nascuntur in templi latitudinem porrecti, ita ut eorum alterum cornu conquiescat in muro extrinsecus obnitente majoribus pilis, a quibus quatuor arcus in utrumque parietis latus emittuntur, duo quidem inferiorum trium aularum concamerationem sustinentes, reliqui duo superiorum totidem aularum testudines; quarum latera singularum partim adnituntur ad arcus, partim ad parietes, partim ad columnas. Quippe cum ex crebris terræ motibus vel ponderé hemisphærii pilæ majores quatuor laborarent, exstructi sunt muri quatuor longi plus viginti pedes, lati plus octo, in altitudinem majorum pilarum assurgentes, quibus vice ἐρεισμάτων utrumque latus ædis pertinens ad septentrionem et ad meridiem præfulcitur ac præmunitur. Ejusmodi pilarum seu *pessorum* vel *pissorum* fulcimenta παραπίσσια vocant libri *Basilicon* ad leg. 14 cod. *De operib. publ.* tanquam πεσσοὺς adjunctos ad muros ipsos fulciendos; quo loco frustra Cujacius in Paratilis παραπήσσια legendum censet. Ea fulcimenta ut et quatuor, quæ iis adnituntur, cochleas, Justiniano ascribit Cedrenus : Ἐποίησε δὲ καὶ τοὺς ἔξω τοῦ ναοῦ κατέναντι τῶν ἔσω πινσῶν τέσσαρας κοχλίας, οὓς ἀπὸ γῆς φυτεύσας μέχρι τοῦ τρούλου ἀνεβίβασεν, ἐρεισμα τούτους τῶν ἀψίδων κατεργασάμενος.

37. In ipsa æde Sophiana ad meridiem et septentrionem binæ procurrunt porticus duplices, inferiores scilicet et superiores, secundum ipsius longitudinem, columnis marmoreis prægrandibus sustentatæ, quæ ædis latitudini nihil officiunt. Procopius : Στοαί τέ εἰσιν ἑκατέρωθι δύο, οἰκοδομίαν μὲν τοῦ νεὼ οὐδεμίαν διειργόμεναι, ἀλλὰ καὶ μεῖζον αὐτοῦ ποιοῦσαι τοῦ εὖρους τὸ μέτρον, καὶ τῷ μήκει μέχρι ἐς τὸ πέρας ξυνεξικνούμεναι, τὸ δέ γε ὕψος καταδεέστεραι. Cameratæ atque auro decoratæ sunt, alteraque precantibus viris assignata, inferior nempe, altera, quæ et superior, feminis, nihil habent disparile, nihil diversum : Καὶ αὐταῖς ἥ τε ὀροφὴ θόλος καὶ ὁ χρυσὸς ἐγκαλλώπισμα. Ταύταιν δὲ ταῖν στοαῖν ἄτερα μὲν τοὺς ἄνδρας εὐχομένους διακεκλῆρωται, γυναιξὶ δὲ ταὐτὸ ποιουμέναις ἡ ἄλλη ἀνεῖται, etc., porticuum istarum inferiorum pluteos (ita enim appellat Vitruvius, v, 1, superiorum ab inferioribus columnis intersepta) sustentant non modo quæ recto ordine dispositæ sunt columnæ marmoreæ, sed etiam quatuor aliæ validiores viridis coloris, cæteris tamen vicinis altitudine inferiores, gynæconitides seu superiores porticus, atque adeo inferiorum testudines, in ipso sui medio, binæ ab utroque latere fulciunt. Paulus Silentiarius, part. II, v. 135 :

Αἰθούσης κατὰ μέσσον ἐρείσατο... χίους
Κίονας Ἀνθέμιος πολυμήχανος —
—ἀλλ' ἐνὶ μέτροις
Μήκεος ἐγγυτέρων μὲν ὀλίζονες· ἐκ δὲ τιθήνης
Τῆς αὐτῆς χλοερῇσιν ἀποστίλβουσιν ἀὼτοις.
Ἀλλὰ γὰρ οὐ στοιχηδὸν ἐπισχερὼ εὔποδας οὗτοι
Πυθμένας ἐρύζιωσαν, ἐφεδρήσουσι δὲ γαίῃ
Ἀντίοι ἀλλήλοισιν δύω δυσὶν, ὧν κατὰ κόρσης
Τετραπόροις σειρῆσιν ἐπιλιχθεῖσα κεραίη
Νῶτον ὑπεστήριξε γυναικείοισιν ἐδέθλοις.

Ejusmodi columnas mole sua cæteris majores, quæ non tam ad ornatum excitantur quam ad fulciendas superiores porticus, πεσσοὺς etiam appellare videtur Eusebius *De Vita Constantini*, III, 36, in

Digitized by Google

descriptione templi Hierosolymitani : de porticibus enim interioribus verba faciens αἱ δ' ἄνω τῶν ἔσωθεν ὑπὸ πεσσοῖς ἀνηγείροντο.

38. Porticus superiores, feminis precantibus addictæ, ut plurimum catechumeniorum vel catechumenorum nomine donantur a scriptoribus, non quod in iis unquam catechumeni constiterint, sed quod divinos, qui a sacerdotibus et cantoribus concinebantur, hymnos ibi auditu exciperent mulieres; unde κατηχούμενα *loca Dei verbo officiisque ecclesiasticis audiendis superne exstructa* recte viri docti interpretantur. Leo, *Nov.* LXXIII : Ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις, ἅπερ ὁ πολὺς ἄνθρωπος κατηχούμενα καλεῖν ἔγνω. Hinc ascendere in catechumena apud Constantinum Porphyrog. *De adm. imp.* c. 29 extremo. Anastasius Bibl. in Collectaneis : *Et ascenderunt ad eum in catechumenium ecclesiæ ipsius monasterii.* Cantacuzenus, I, 41 et ex eo Codinus, *De off.* c. 17, n. 43 : Ἄνεισιν εἰς τὰ λεγόμενα κατηχούμενα. Nicetas in Alexio, l. I, n. 2 : Παρὰ τῶν ἐπάνωθεν τοῦ κατηχουμενίου ἱσταμένων, ubi perperam Wolfius κατηχουμένιον *locum ubi catechumeni instituuntur* vertit; quo in errore versatur etiam Meursius. Nam etsi Simeon Thessalonicensis opusc. contra Hæreses τὰ κατηχουμένεια τῶν κατηχουμένων οἶκον interpretatur, id intelligendum est de statione catechumenorum in ecclesia vel certe in narthece. Ὑπερῶα nude non semel appellantur superiores istæ porticus Sophianæ. Evagrius : Στοαὶ δὲ τῶν λελεγμένων ὑπερῴων ἔνερθε κίοσι καὶ ψαλίσι μικραῖς τοσοῦτον ἔργον ἀποπερατοῦνται. Sic ὑπερῶα τοῦ μεγάλου ναοῦ dicuntur Nicetæ Paphlagoni in *Vita Ignatii patr. CP.*, ὑπερῶα τῆς γυναικωνίτιδος Procopio, ἔμβολοι τῶν γυναικωνίτων Codino. Paulus Silentiarius de iisdem part. I, v. 256 :

Ἐνθάδε θηλυτέρων ὑπερώϊα καλὰ νοήσεις.

et part. II, v. 125 :

Ἔνθα γυναικείων ἀναφαίνεται ἔνδια θώκων.

Catechumeni Sophiani meminit præterea Ignatius Diacon. in *Vita Nicephori patr. CP.*, n. 69, illudque τὸν τοῦ μεγίστου νεὼ περίπυστον κατηχούμενον vocat. At sequior Græcia utramque porticum inferiorem et superiorem catechumenorum nomine donavit, ut advertere est ex Anonymo, *De locis Hierosol.* c. 1 et Codino in *Descr. S. Sophiæ*, qui inferiores τὰ πρῶτα κατηχούμενα, superiores δεύτερα κατηχούμενα nuncupat, uti supra a nobis observatum. Utraque, inferior scilicet et superior, ut est in *Itinerario* D. Saligniaco. Superiores vero in tholi modum cameratæ sunt. Silentiarius, part. I, v. 257 :

Σχῆμα θόλου φορέουσιν, ὃ νειόθεν ἔστιν ἰδέσθαι.

Ita enim restituenda lacuna ex Procopio, ubi agit de superioribus porticibus : Καὶ αὐταῖς ἡ ὀροφὴ θόλος. In modum scyphi testudinatas habet Anonymus : Ἀνεγείραντες δὲ τὰς ἀψῖδας τῶν ὑπερῴων, τῶν τε δεξιῶν καὶ τῶν εὐωνύμων, καὶ ταύτας σκεπάσαντες σκυφικὰς ἀψῖδας. Ubi σκυφικὰς idem valet ac κυμβαλικάς, scyphi aut cymbali instar. Superiorum istarum porticuum intercolumnia pluteis muniuntur marmoreis, altis quatuor pedes, quibus incumbentes vident interiorem ædis partem, tam infernam quam supernam. Paulus Silentiarius, part. I, v. 263 :

Πάντα δὲ Θεσσαλικοῖο μεταίχμια κίονος ἀνὴρ
Λαΐνέοις ἔφραξεν ἐρείσμασιν, ἔνθα κλιθεῖσαι
Ἐργοπόνους ἀγκῶνας ἐπηρείσαντο γυναῖκες.

His consentanea habet Evagrius, de lateribus meridionali et septentrionali τοῦ ναοῦ scribens : ὑπερῷά τε μετεωρίζουσιν ἑτέροις παραπλησίοις κίοσι, προκύπτειν τοῖς βουλομένοις διδόντες ἐς τὰ τελούμενα. De similibus pluteis interpositis ait Paulinus, dum agit de porticibus atrii ;

Sed circumjectis in porticibus spatiari
Copia larga subest, interpositisque columnas
Cancellis fessos incumbere.

Quod vero ait Evagrius, pluteis incumbentibus mulieribus divina sacrificia intueri licuisse, id intelligendum est de loco sacrificii ac bemate : nam dum illud peragebatur, velum statim ad intercolumnia subducebatur, neque iis capita aut oculos ad illa inspicienda promittere sub anathematis pœna fas erat. Id omnino colligere est ex Vita S. Basilii, quæ Amphilochio tribuitur, qui ritus illius auctor fuisse videtur. Nam cum muliercularn impudice sibi subministranti diacono annuentem, dum de catechumeniis in altare prospiceret, advertisset, vela in catechumeniis appendi præcepit : Βῆλα παραχρῆμα ἐκέλευσε κρεμασθῆναι, διαστειλάμενος ταῖς γυναιξὶν ὡς εἴ τις ἔξω τῶν βήλων ὀφθῇ διακύπτουσα τῆς θείας λειτουργίας γινομένης, ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀκοινώνητον μένειν. In catechumeniis, ac dextra eorum potissimum parte, coactas synodos non semel legimus. Octavam enim synodum ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμενείων τοῦ περιωνύμου ναοῦ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας celebratam fuisse auctor est Nicetas Paphlago in *Vita Ignatii patriarchæ CP.* exstat apud Leunclavium in *Synopsi Basil.* decretum synodi, προκαθημένου τοῦ ἁγιωτάτου Ἰωάννου πατριάρχου ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμενείων, συνεδριαζόντων αὐτῷ πανιερωτάτων μητροπολιτῶν. Eamdem inscriptionem præfert Michaelis Cerularii patriarchæ de projecto pittacio decretum, apud Allatium, dissert. 2, *De lib. eccl. Græc.* In catechumeniis denique Sophianis quandoque coactam plebem narrat Paulus Diaconus, *Histor. misc.* l. XXI, nec mirum, cum ampla admodum tum latitudine tum longitudine essent, uti mox ex aularum ad alas ναοῦ exsistentium descriptione colligere est. Porro magnam porticum, quæ una cum bemate et tecti parte ex terræ motu corruerat, anno antequam Joannes Cantacuzenus Byzantium cepisset, instauravit primum Anna imperatrix, Andronici Palæologi vidua; cui postmodum operi ipse Cantacuzenus ac denique Joannes Palæologus imperatores

Digitized by Google

extremam manum imposuere. Rem pluribus narrat idem Cantacuzenus, IV, 4.

39. Neque tamen recta linea procedunt in interiore æde porticus. Nam inter quatuor majores pilas ab utroque latere, ad meridiem et ad septentrionem, ita velut alæ appensæ sunt tres aulæ inferiores et totidem superiores, ut ab imo pavimento pars illa ædis interior et media, ingens et vacua, procedat quadrata usque ad curvaturam superiorum aularum, deinde intra octo pilas in ovatam formam contrahatur, usque ad curvaturam quatuor arcuum sustinentium hemisphærium. Unde fit ut si pars illa considerctur comprehensa intra pilas et columnas, sit forma ovata; si vero tam intra quam extra pilas perspiciatur, sit quadrata. Aulas istas *cubicula* vocant scriptores, quorum usum describit Paulinus, epist. 12, ubi de templo S. Felicis Nolano : *Cubicula intra porticus quaterna longis basilicæ lateribus inserta, secretis orantium vel in lege Domini meditantium, præterea memoriis religiosorum ac familiarium accommodatos ad pacis æternæ requiem locos præbent.* Anastasius in Sergio PP : *Hic tectum et cubicula universa in circuitu basilicæ B. Pauli apostoli — studiosius renovavit ac reparavit.* Ejusmodi cubiculorum non semel alibi meminit, a quibus capellarum nostrarum, uti nunc appellantur, origo videtur desumpta. Οἰκίσκοι dicuntur S. Nilo ad Olympiodorum præfectum in Descriptione templi ab eodem Olympiodoro exstructi : Ἐν δὲ τῷ κοινῷ οἴκῳ πολλοῖς καὶ διαφόροις οἰκίσκοις διειλημμένῳ ἀρκεῖσθαι ἕκαστον οἰκίσκον πεπηγμένῳ τιμίῳ σταυρῷ, etc. Forma aularum seu cellarum, quas dixi (verbis utor Gyllii) cingere utrumque latus, talis est. Ex tribus lateribus aulæ quadratæ sunt; ex quarto latere quod intuetur interiorem ædis partem, figuram templi sequitur, quod obrotundam efficit pilarum et columnarum dispositio. Sustinetur arcubus et columnis concameratio aularum, quarum describam duntaxat tres, quibus cognitis cæteræ omnes simili forma esse cognoscentur. Incipiam a tribus superioribus sitis in latere templi septentrionali, quarum prima est in angulo intuenti septentrionem et orientem. Ejus duo latera exteriora surgunt a muro et desinunt in arcum. In laterum medio columnæ tres sunt quadratæ loco parietis, nempe fenestrarum parastades, quarum scapus habet perimetrum quinque pedum et unius dodrantis. Supra easdem eminent aliæ tres quadratæ : hæ omnes sunt marmoris alibi in colorem glaucum vergentis. Latus pertinens ad interiorem ædis partem habet sex columnas virides, subjectas arcui sustinenti quartam partem sphæræ orientalis, quarum imus scapus ambitum habet septem pedum et octo digitorum. Earum intercolumnia, diastyli dispositione distincta, lata septem pedes et undecim digitos, pluteis muniuntur marmoreis, altis quatuor pedes, quibus incumbentes vident interiorem ædis partem, tam infernam quam superam. Latus interjectum inter primam aulam et secundam a pariete exteriori vergente ad septentrionem, usque ad pilam magnam sustinentem arcum hemisphærii, largum est quadraginta quatuor pedes, quorum partem possident pilæ, partem arcus surgens a tergo pilæ sustinens hemisphærium; quo toto patente, lato juxta pavimentum viginti pedes, transitur a prima aula ad secundam aulam. Reliquam lateris inter primam et secundam aulam intermedii partem, latam viginti quatuor pedes, occupant pilæ arcus et murus surgens velut ala usque ad concamerationem hemisphærii. Secundæ aulæ concameratio extrema sustinetur arcubus et parietibus : media vero nititur quatuor columnis albis ad glaucum colorem accedentibus, quarum scapus in ambitu complectitur septem pedes. Secunda sive media aula quadrata est, cujus duo latera sustinentur partim muris partim arcubus, quorum alterum cornu nascitur a tergo duarum magnarum pilarum sustinentium magnum hemisphærium, alterum sustinetur pilis orientibus en interiori parte murorum alarium fulcientium pilas majores. Hujus secundæ sive mediæ aulæ latus exterius loco parietis habet octo columnas quadratas, quarum perimeter est sex pedum. In earum medio est magna pila : inter columnas eas parastadum vicem præstantes sunt fenestræ. Præterea supra easdem columnas exsistunt pilæ parastadum vicem præbentes superioribus fenestris, quæ tam superiores quam inferiores, numero sedecim, aulam hanc mediam illustrant; cujus latus vergens in latus interius sex viridibus columnis ornatur. Harum intercolumnia habent pluteos similes pluteis primæ aulæ. Camera media sustinetur columnis colorem medium inter album et glaucum præ se ferentibus, in quadratum ordinem dispositis, quarum duæ stant non longe a latere exteriori, reliquæ duæ parum absunt ab interiori latere ornato sex columnis. Ex hac media aula exitus patet in tertiam, per arcum tam late patentem quam alterum, per quem aditus est a prima aula in secundam. Tertia aula similis est primæ aulæ longitudine, fenestris, parastadibus, columnis; quibus quatuor sustinetur ejus camera, et latus interius sex viridibus. Jam vero inter pilas duas, quibus sustinetur quarta pars sphæræ occidentalis, exstant quatuor columnæ virides, eædemque binæ inter se conjunctæ : inter has intercedunt sex columellæ virides Ionicæ. Hactenus Gyllius.

40. In istarum aularum superiorum una imperatrix consistere solebat, cum divinis officiis intererat. Id diserte tradit Evagrius, ubi de columnis Thessalicis, quæ ad septentrionem et meridiem utrumque arcum septentrionalem et meridianum suffulciunt : Ἐν δεξιῷ δὲ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον κίονες αὐτοῖς περιτετάχαται ἐκ Θετταλοῦ λίθου πεποιημένοι· ὑπερῷα δὲ μετεωρίζουσιν ἑτέροις παραπλησίοις κίοσι, προκύπτειν τοῖς βουλομένοις διδόντες ἐς τὰ τελούμενα, ὅθεν καὶ ἡ βασιλὶς παροῦσα ταῖς ἑορταῖς τῇ ἱερουργίᾳ τῶν μυστηρίων ἐφίσταται.

Digitized by Google

41. In hanc superam ædis partem ascensus exsistit quatuor cochleis, quas dixi ad fulciendas quatuor majores pilas una cum muro opposuisse Justinianum, cum collapsum hemisphærium denuo instauravit. Κοχλίας Cedrenus appellat loco supra descripto, n. 36, sed non satis proprie, inquit Gyllius, cum magis in anfractuum normalium quam cochlearum modum gradus surgant : quinque enim ab anfractibus ab imo ascenditur, non exasperatis in gradus, sed in mollem clivum substructis ex amplis mensis marmoreis. Horum quinque anfractuum singuli alti undeviginti pedes et sesquipedem, lati quinque pedes; ex quibus patet pavimentum superiorum porticuum seu γυναικωνιτίδων a pavimento et solo ædis ad altitudinem pedem 97 et sesquipedis eductum, proindeque reliquam ædis altitudinem ad summam curvaturam arcuum 45 pedum et sesquipedis fuisse, siquidem, ut observat Gyllius, tota templi altitudo a pavimento ad illam curvaturam est 142 pedum. Anfractibus istis succedunt alii anfractus usque ad templi tectum, non clivis molliti, sed in gradus fracti. Per hos igitur anfractus et cochleas adeuntur aulæ et porticus superiores et summæ templi partes. Totam hanc graduum seriem λαβύρινθον ἀνάγοντα εἰς τὰ ὑπερῷα τῆς Ἐκκλησίας vocat Scylitzes, p. 804. Meminit præterea Paulus Diaconus, l. xxiii *Historiæ Miscellæ* ascensus in catechumenia per Æneam portam : *Processit autem et imperatrix Eirene, cum præcessissent imperatores, sceptris obsequentibus per scholas antelatis; et ascendentibus per æneæ portæ ascensum in catechumenia ecclesiæ, non exiens in plateam Emboli*, etc. Ubi *platea Emboli* videtur esse inferior porticus.

42. In inferiore porticu meridionali exstitit ædicula vel aula, in qua imperator, cum sacrorum librorum lectionem auditu excipiebat, consistere solebat. Ait enim Silentiarius stare ad meridiem porticum marmoream, septentrionali omnino similem : sed illam habere quiddam amplius : muro enim seclusum locum servare, ubi imperatores sacrorum librorum lectionem auditu excipiunt. Sic ille part. II, v. 164 :

. . . . . : Ἔχει δέ τι πλέον ἤδε·
Τείχει γάρ τινι χῶρον ἀποχριθέντα φυλάσσει
Αὐσονίων βασιλῆϊ, θεοστέπτοις ἐν ἑορταῖς,
Ἔνθα δ' ἐμὸς σκηπτοῦχος ἐφήμενος ἠθάδι θώκῳ
Μυστιπόλοις βίβλοισιν ἐὴν ἐπέτασσεν ἀκουήν.

Ex quibus videtur posse colligi ædiculam seu aulam istam muris septam eam esse, quæ etiamnum stat ad latus meridionale bematis, in qua summus Turcorum Sultanus consistit, dum sacra profana in sacro olim templo peraguntur, et ad quam per portam orientalem ex Saraio accedit. Atque inde doceamur quid velit Codinus, *De offic.* c. 15, n. 4, dum ait imperatorem in ecclesiam Sophianam procedere, ibique sancti Basilii precationes seu illius librorum lectionem auditu excipere, juxta diaconicum : Ἀπέρχεται εἰς τὴν Ἁγίαν Σοφίαν βασιλεὺς, καὶ ἀκούει παρὰ αὐτοῦ τὰς τοῦ μεγάλου Βασιλείου εὐχάς, πλησίον τοῦ διακονικοῦ. Nam hic sumitur diaconicum pro conchula bematis, quæ ad sinistram seu ad latus meridionale majoris conchæ erat, ut infra probamus, atque adeo quæ loco huic muro secluso proxima erat, in quo imperator consistere solebat, cum sacrorum librorum lectioni auditum suum præbebat. Incertum porro an alius eidem addictus esset locus in ecclesia, dum sacrosanctæ liturgiæ intererat, proindeque an eo loci assignata olim fuerit Theodosio imperatori a sancto Ambrosio Mediolanensi episcopo in ecclesia sedes. Nam cum aliquando Mediolani Theodosius, more utique recepto, sacrarium ingressus post donorum oblationem in eo consedisset, id ægre tulit Ambrosius; consideransque eam consuetudinem vel ex assentatione vel ex ordinis inscitia esse natam, imperatori in ecclesia locum assignavit ante sacrarii cancellos, ita ut populum imperator, imperatorem ordine sedis sacerdotes antecederent : Τόπον εἶναι τοῦ βασιλέως ἐν ἐκκλησίᾳ τέταχε τὸν πρὸ τῶν δρυφάκτων τοῦ ἱερατείου, ὥστε τοῦ μὲν λαοῦ τὸν κρατοῦντα τὴν προεδρίαν ἔχειν, αὐτοῦ δὲ τοὺς ἱερέας προκαθῆσθαι. Verba sunt Sosomeni, VII. 24, quibus consona habet Theodoritus, V, 17. Addit Theophanes ab eo tempore morem hunc invaluisse, ut deinceps imperatores extra bema cum reliqua plebe consisterent : Ὅθεν καὶ μέχρι τοῦ νῦν καλῶς ἐκράτησεν τὸ ἔθος, ἔξω τοῦ θυσιαστηρίου τοὺς βασιλεῖς ἵστασθαι μετὰ τοῦ λαοῦ. Et Nicephorus Callistus, XII, 41, ubi eamdem rem recitat, sua etiamnum ætate id obtinere scribit, nempe ut imperator ad bematis cancellos sedeat. At si secundum Sozomenum assignata fuit sedes imperatoris πρὸ τῶν δρυφάκτων τοῦ ἱερατείου, ante cancellos bematis, non potuit consistere seu ἵστασθαι μετὰ τοῦ λαοῦ, quandoquidem populus in pronao consistebat, et inter cancellos bematis et pronaum seu narthecem ναός, vel chorus clericis et cantoribus addictus, intercedebat, ut ex ipso Silentiario et aliis abunde constat. Quodsi ante bematis cancellos constitit, eam sedem in solea stetisse necesse est, atque adeo imperatorem non populum duntaxat sed etiam clericos et cantores, quos *populum canentem* vocat Silentiarius, præcessisse. Atque inde forte quidam *soleæ* nomen inditum existimarunt, quod eo loci imperator in ecclesia *solium* suum haberet. Ut sese res habeat, hanc sancti Ambrosii Constitutionem tanta cum animi devotione ac submissione excepere imperatores, ut Theodosius Junior et Valentinianus, in eo decreto quod exstat post concilium Ephesinum, in hæc verba prorumpant : *Ad sacra altaria munerum tantum offerendorum causa accedimus; et cum circumseptum sacrorum adytorum ingressi sumus, statim egredimur, nec quidquam ex propinqua divinitate nobis arrogamus.* Nam etsi in concilio Laodiceno, can. 19, solis sacerdotibus, τοῖς ἱερατικοῖς, εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον καὶ κοινωνεῖν liceret, is tamen mos invaluerat ut adyta ingredi ad offerenda

Digitized by Google

dona imperatori fieret, ut colligitur ex synodo Trullana can. 69, κατά τινα παλαιὰν παράδοσιν, inquit Balsamon, quod ab ipso sancti Ambrosii ævo obtinuisse par est credere.

43. Jam vero quod ait Silentiarius illic sedere imperatorem Θεοστέπτοις ἐν ἑορταῖς, id intelligendum est de solemnioribus festivitatibus, in quibus ad majorem ecclesiam procedebat, quas numero duodecim fuisse videtur innuere Codinus, in *Orig.*; p. 91, ed. Meursianæ, cum in cæteris, in palatii sacris ædibus, divinis interesse officiis soleret. Ea autem festa majora Θεοστέπτους ἑορτάς vocavit, quod in iis imperator corona redimitus sacris interesset. Theophanes de Justino imperatore : Ταῦτα μαθὼν μεγάλως ἤλγησε τὴν ψυχήν, ὥστε καὶ τῇ ἑορτῇ προελθὼν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ οὐ κατεδέξατο φορέσαι τὸ στέμμα ἢ τὴν χλαμύδα. Similia habet a 31 Justiniani : Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐκ ἐφόρεσεν τὸ στέμμα ἐπὶ ἡμέρας μ', ἀλλὰ καὶ τῇ ἁγίᾳ Χριστοῦ γεννήσει χωρὶς αὐτοῦ προῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Apud Francos nostros eum olim obtinuisse morem ut reges in majoribus anni festivitatibus in ecclesia coronati divinis officiis interessent, pluribus probavimus ad Joinvillam, dissertat. 5, atque inde eas festivitates *curias coronatas* aut *dies coronæ* appellatas fuisse, seu ἑορτὰς Θεοστέπτους. Nam ut apud Latinos, Francos nimirum Germanos, Anglos et alios, in hisce occasionibus inter ipsa sacra missæ solemnia regum capitibus corona imponebatur ab archiepiscopis aut episcopis, ut ex Anselmo episcopo in epist. ad Ernulphum priorem, Eadmero l. IV *Histor. Novorum*, p. 105, Ivone Carnot. epist. 66, 67 et 84; et Baldrico, *Chron. Camerac.* III, 55, colligitur, ita apud Byzantinos a patriarcha in æde Sophiana, ὅτε δημοτελὴς καὶ μεγάλη ἐτύγχανε Δεσποτικὴ ἑορτὴ, coronabantur imperatores aliqua ex iis corollis quæ supra sacram mensam pendebant, quæ peracta solemnitate in suum remittebatur locum, ut pluribus narrat Constantinus Porphyrogeneta lib. *De admin. imper.* c. 13; cujus ritus originem Constantino Magno ascribit. Neque extra istas cæremonias, ex illius edicto, fas erat imperatori coronam sibi imponere vel certe inde auferre, adeo ut Leonem Copronymi filium miserabilem vitæ exitum ex ejusmodi statuti transgressione incurrisse tradant idem Porphyrogenneta, Theophanes, Cedrenus, Glycas, Sigebertus et alii. Inter has autem corollas, quæ sacræ mensæ imminebant, præ cæteris et operis elegantia et lapillorum pretio conspicua fuit illa quam a Constantino Magno dedicatam fuisse, præter Porphyrogennetam, refert Nicetas in Andronico Comneno, l. II, n. 11, quanquam id controversum video. Quippe plerique e scriptoribus Byzantinis Sophiam ex Justino Augusto viduam, et Constantinam Tiberii filiam, Mauricii Augusti conjugem, ipsi Mauricio magni pretii coronam obtulisse narrant, quam ille in Ecclesiam perlatam Deo consecravit. Ita Theophanes, Zonaras, Cedrenus, Anastasius et Paulus Diaconus ad 19 a. Mauricii. Addit præterea Cedrenus coronam Heraclii, quæ 70 libris est æstimata, a filio Heracleona in ædem Sophianam illatam, ubi aliæ præterea appensæ erant corollæ, ut idem Nicetas tradit in Alexio, l. III, n. 6, ex quibus perspicuum fit coronas a principibus et magnatibus templis olim oblatas et supra sacram mensam appensas; quem morem e Latinis attigere præter Anastasium Domnizo, *De Vita Mathildis comitissæ*, I, 2, auctor *Relationis de thesauro Canusinæ ecclesiæ*, Leo Ostiens. *Chron. Casin.* III, c. ult., Petrus Diaconus ejusdem *Chronici*, IV, 90, et epistola 345 ex iis quæ habentur t. IV, *Historiæ Francorum*. Appendebantur autem ut plurimum corollæ istæ ad ciboria; unde supra sacram mensam illas pependisse passim legimus. Anastasius in Leone IV papa : *Nam et super ciborium obtulit coronas quatuor et calices sedecim ex auro mundissimo.* Hariulfus, *Chron Centul.* III : *Super illa tria altaria habentur tria ciboria ex argento et auro parata, in quibus tres dependent coronæ, singulæ per singula ex auro gemmisque paratæ, cum aureis cruciculis aliisque diversis ornamentis.* Et *Chronicon Trudon.* l. I : *In medio ciborio pendentem coronam æream argento paratam.* Ejusmodi coronas altari imminentes *spanoclistas* seu ἐπανωκλείστους et *regna* non semel vocat Anastasius, p. 132, 133, 134, 146, 150, 174. Porro Paulinus, epist. ad Sever. conchæ apparatum describens coronas pariter in ea statuit :

Crucem corona lucido cingit globo,
Cui coronæ sunt corona apostoli,
Quorum figura est in columbarum choro.

Verum an priores imperatores in templo coronati sacris interfuerint, dubium facere videntur verba hæc Theodosii et Valentiniani in Constitutione quam modo laudavimus : *Dei templum ingressuri foris arma relinquimus, et ipsum etiam diadema deponimus; et quo submissioris imperii speciem præferimus, eo magis imperii nobis majestas promittitur.* Sane etsi ædem sacram coronati ingrederentur posteriores Augusti, cum tamen ad regias portas accesserant, coronas deponebant. Leo Grammaticus in Michaele : Μέχρι δὲ τῶν βασιλικῶν πυλῶν ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς οὐκ ἀπέθετο τὸ στέφος, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλεῦσιν, ἀλλὰ μετ' αὐτοῦ εἰσῆλθεν μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν. Hæc de corollis adnotasse intererat, cum et ad ædem Sophianam quodammodo pertineant: nunc reliquam descriptionem prosequamur.

44. Templi pavimentum pretiosis variique generis marmoribus, tum porphyreticis subvirentibus tum reliquis roseo colore variegatis ac perpolitis, stratum conspicitur. Anonymus : Τὸ δὲ ἔδαφος τοῦ ναοῦ κατεκόσμησε διὰ πολυτελῶν καὶ ποικίλων μαρμάρων, διά τε καὶ Ῥωμαίων πηγανησίων καὶ τῶν λοιπῶν ῥοδοποικίλων, καὶ στιλβώσας αὐτά. His concinit Silentiarius, part. II, v. 248.

45. Testudo vero opere musivo ubique exornatur, ut ait idem Silentiarius, part. II, v. 231:

Χρυσεοκολλήτους δὲ τέγος ψηφῖδας ἐέργει,

Digitized by Google

Ὧν ἄπο μαρμαίρουσι χύδην χρυσόῤῥυτος ἀκτὶς
Ἀνδρομέοισιν ἄτλητος ἐπεσκίρτησε προσώποις·

sed et auro puro, ut vult Procopius : Χρυσῷ γὰρ ἀκιβδήλῳ κατείληπται ἡ ὀροφὴ πᾶσα, κεραννῦσα τὸν κόμπον τῷ κάλλει. Νικᾷ μέντοι ἡ ἐκ τῶν λίθων αὐγὴ ἀναστράπτουσα· vel potius tessellis vitreis inauratis, ut Anonymus : Κατεχρύσωσε τὰ ὄροφα ἐξ ὑελίνου χρυσοῦ λαμπρότατα.

46. Quod ad tectum spectat, tradit idem Silentiarius, part. II, v. 108 in operienda æde neutiquam lignis usum Justinianum, sed totam longis marmoreis tabulis texisse

Καὶ γὰρ ἄναξ πολύμνος, ἃ μὴ φύσις εὗρε καλύψαι
Δένδρεσι μηκεδανοῖσι, λίθων ἐκαλύψατο κύκλοις·

quo respexit Agathias, scribens Justinianum nequaquam ligna adhibuisse, ne incendiis, ut prius ædes obnoxia esset : Ὡς ἂν μὴ εὐκολώτατα πυρπολοῖτο.

47. *Ædis interiora*, inquit Gyllius, *fulgent claristima luce ob multitudinem luminum. Summus murus qui in orbem fertur inter quatuor summos arcus et hemisphærium, quadraginta fenestris lucem intromittit; muruli arcubus subjecti illuminantur viginti sex fenestris, aulæ intermediæ triginta duabus : in singulis extremis aulis orientalibus lucent plus viginti. Prætereo duas occidentales et quatuor inferiores aulas, tum duas partes sphæræ, tum sacram ædis partem solis sacerdotibus olim patentem. Sileo superiorem porticum, etiam in medium templum clarum lumen emittentem; quorum omnium lumina numerare omisi ob multitudinem.* Atque eo spectant ista Procopii : Φωτὶ δὲ καὶ ἡλίου μαρμαρυγαῖς ὑπερφυῶς πλήθει. Φαίης ἂν οὐκ ἔξωθεν καταλάμπεσθαι ἡλίῳ τὸν χῶρον, ἀλλὰ τὴν αἴγλην ἐν αὐτῷ φύεσθαι· τοσαύτη τις φωτὸς περιουσία εἰς τοῦτο τὸ ἱερὸν περιικέχυται.

48. Verum etsi tot fenestris lucem excipiat ædes Sophiana, majori ferme ex lucernis lampadibus ac luminibus passim ad fornices et cæteras templi partes appensis, quibusdam etiam ἀκοιμήτοις seu perpetuo lucentibus, vel interdiu vel de nocte, in diurnis ac vespertinis officiis, quodammodo collucebat : ubique enim *micabant coronæ*, *candelabra resplendebant*, ut verbis utar scriptoris Vitæ S. Desiderii episcopi Caturcensis, c. 9; et ut ait Silentiarius, part. II, v. 442, appensæ erant tum ad columnas et parietes, tum etiam a testudine per catenas pendebant, tanto numero ut in aere tanquam in mari fluitare lampades viderentur :

. . . . . Ἐκκρεμέες δὲ
Εὐφαέος πλώουσι κατ' ἦέρος ἀντι θαλάσσης.

neque aliter hanc lychnorum passim in ædibus sacris pendentium multitudinem expressit Theophanes Cerameus, hom. 55, ubi de æde S. Petri exstructa in palatio Cpolitano a Basilio Macedone : Νυκνοὶ δὲ λαμπτῆρες πρὸς ἑαυτοὺς ὡς εἰπεῖν ἀμιλλώμενοι τὸν ναὸν δαδουχοῦσι τῇ ἀκοιμήτῳ λυχνοκαΐᾳ, ἴσα ταῖς ἡμέραις τὰς νύκτας φωτίζοντες. Paulinus, *Nat.* 9 :

Ecce vides quantus splendor, velut æde renata
Rideat : insculptum camera crispante lacunar
In ligno mentitur ebur, tectoque superne
Pendentes lychni spiris retinentur ahenis,
Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant
Funibus; undantes flammas levis aura fatigat.

A laquearibus enim pendebant lychnuchi orbiculares et in modum coronæ efficti circuli complures, gradatim sibi ipsis impositi, ita ut infimus major esset medio et medius supremo, singulique lampadibus vitreis adornati, cujusmodi eleganter describuntur a Paulino, Natali VII. Hos luminosos circulos, quibus substrati erant disci argentei, eleganter descripsit idem Silentiarius, v. 406 :

. . . . . Ἐκ δέ νυ σείρης
Ἀργυρέους στεφανηδὸν ἀπ' ἠέρος ἧψατο δίσκους
Ἐκκρεμέας περὶ τέλσα μέσου τροχάοντα μελάθρου, etc.

Atque istos quidem circulos *coronas* interdum vocant ævi medii scriptores Latini, ut auctor Vitæ S. Desiderii loco proxime laudato, Anastasius Bibl. in S. Silvestro et Sixto III PP, Flodoardus *Hist. Remens.* III, 5 et IV, 13; Ratbertus. *De casibus S. Galli*, c. 9; Iso magister *De miraculis S. Galli*, c. 8; Udalricus, in *Consuet. Cluniac.* I, 11; Petrus Venerab. in *Statut. Clun.* c. 52; Ægidius Aureæ vallis, c. 53, Vita B. Joannis Gorziensis abbat. c. 10, n. 90, etc. Sanctus Bernardus *rotas* appellandas potius censuit, lib. *De vita et moribus clericorum*, c. 11 : *Ponuntur in ecclesia gemmatæ, non coronæ, sed rotæ, circumseptæ lampadibus, sed non minus fulgentes insertis lapidibus.* Sed præsertim instructas ejusmodi lampadibus coronas *phara* appellant alii. Leo Ost. *Chron. Casin.* III, 31 : *Fecit et pharum, coronam scilicet maximam argenteam cum — sex et triginta lampadibus ex ea pendentibus.* Ita promiscue apud Valafridum Strabonem, *De mirac. S. Galli*, II, 35; Bedam, *De rat. tempor.* c. 24, in *Hist. translat. S. Sebastiani*, n. 94. in *Vita Gudilæ virg.* n. 18. Præterea apud Anastasium non semel, apud quem in S. Silvestro *phara canthara* dicuntur eæ potissimum coronæ, quæ lampadibus et discis instructæ erant, quas φωταδόχα ἀγγεῖα vocat Ducas, c. 29. Denique alios lychnuchos in modum crucis effictos appendit Justinianus. Silentiarius, v. 417 :

Καὶ μεγάλου σταυροῖο τύπον πολύωπα νοήσεις,
Γείτονα μὲν δίσκοιο, πολυτρήτοισι δὲ νώτοις
Ἄγγος ἐλαφρίζοντα σελασφόρον.

Hunc porro ritum cruces luminibus exornandi ætate sancti Chrysostomi, cujus auctor perhibetur, obtinuisse narrant Socrates et Nicephorus Call. et in processibus publicis ecclesiasticis prælatas : Σταυροὶ ἀργύρεοι κηρῶν ἐπ' αὐτοῖς ἀνημμένων προηγοῦντο. Nec desunt qui crucem supra ambonem stantem lucernis lampadibus ac luminibus perinde fulgurasse ex Codino observant : Εἶχε δὲ καὶ συχνὰ λυχνιτάρια καὶ μαργαριτάρια ἀπίδοτα. Sed et apud Latinos hunc invaluisse ritum docet Anastasius in sancto Adriano PP : *Fecit et pharum majorem in eadem B. Petri ecclesia in typum crucis, qui pendet*

Digitized by Google

ante presbyterium, habentem candelas 1370, *et constituit ut quatuor vicibus in anno ipse pharus accendatur.* In Leone III : *Fecit crucem anaglypham intersatilem, ex auro mundissimo, pendentem in pergula ante altare cum candelis duodecim pens.* (*lib.* 13.) Ejusmodi etiam cruces luminosas intellexit Silentiarius, v. 481, dum ait alium mentem oblectare intuendo σύμβολον οὐρανίου Χριστοῖο. Sunt enim eæ lucernæ quas *signa Christi* appellat Anastasius in Leone III : *Fecit in basilica B. Petri apostoli — gabathas fundatas signochristas, quæ pendent in quadriporticu, in pharo æreo in medio basilicæ, numero* 48. Et in Gregorio IV : *Signum Christi pendentem in catenulis tribus. — Signum Christi habet historiam in modum leonis incapillatam cum diversis operibus purissimis aureis, pendentibus in catenulis quatuor et uncino uno.* Narrat *Chronicon Alexandrinum*, p. 716, Arcadio imperante terræ motu τὸ σιγνόχριστον τοῦ Καπετωλίου cecidisse; quo loco *signum Christi* nihil aliud est quam crucis signum, quod in tecti vertice Capitolii Cpolitani erectum erat, σημεῖον nempe, quod τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου dicitur apud Matthæum, uti locum hunc interpretantur S. Chrysostomus homil. 77 in XXIV Matth., Theophylactus, Euthymius, Origenes, Ephræmus, *De secundo Domini adventu*, et alii. *Vita S. Tillonis monachi*, c. 20, t. II *Actorum SS.* ordinis S. Benedicti : *Cum super vulnus plenum vermibus Christi signum deprimeret, repente mortui sunt vermes.* Sed et *signum Dei* in *Vita S. Walerici*, c. 21, et *signum Domini* appellatur a Paulino epist. 12 : *Vel hoc de signo Domini super ingressum picto, hac specie quam versus indicat :*

Cerne coronatam domini super atria Christi
Stare crucem.

Alios denique lychnuchos in modum retis appensos observat Silentiarius v. 480 :

Ὃς δὲ πυριστείρητον ἐπακτρίδα θέλγεται, ἄλλος
Εἰσορόων λαμπτῆρα μονάμπυκα.

Ejusmodi sunt quos describit Anastasius in Leone III, PP : *Fecit vero, ubi supra, ante ingressum præsepii pharum in modum retis cum canistro, — necnon et alium pharum majorem in modum retis cum canistris* 20, *pendentem sub trabem majorem.* In Leone IV : *Fecit autem ad illuminationem ipsius basilicæ rete ahenum cum canistris argenteis decem et septem.* Et in Benedicto III : *In basilica B. Pauli apostoli idem antistes — pulcherrimi decoris rete, factum miro opere, totum ex gemmis alvaberis et bullis aureis — offerens pendere jussit.* Atque hi quidem lychnuchi ad fornices et ad parietes appensi erant : at a pavimento exsurgebant veluti quædam trabes seu arbores (sic enim appellantur a Silentiario, v. 463, 464, 479) plenæ luminibus, quibus inferior pars templi illuminaretur, v. 445 :

Ἐς δὲ βαθὺ κρηπῖδος ἐδέθλιον ἀδρὰ νοήσεις
Δούρατα δικραίροιο μέσον τροχάοντα σιδήρου,
Ὧν ἐπὶ νηοπόλοιο φάλαγξ διανείσσεται αἴγλης
Ἰθυπόροις κανόνεσσιν ἐρευθομένοισι δεθεῖσα.

Ait porro Silentiarius ad ejusmodi arborum collucentium lumen progredi in templum sacerdotum cohortem, rectis regulis rubricantibus illigatam; quibus verbis clerum designavit, qui ecclesiasticis canonibus ac regulis subjacet; unde ἐν τῷ κανόνι vel ἐκ τοῦ κανόνος et *sub canone ecclesiastico constituti* dicuntur quicunque ex clero sunt, in conciliis, locis indicatis in notis ad Alexiadem, p. 420. Appellantur autem κανόνες ἐρευθόμενοι seu *regulæ rubricatæ*, quod earum capita ac tituli minio ut plurimum exararentur. Unde apud Latinos passim *rubrica* sumitur pro quavis regula : est enim *rubrica* in Glossar. Græco-Lat. Διὰ μίλτου ἐπιγραφή. Glossar. Medicum ex biblioth. Reg. cod. 1486 : *Rubrica, titulus factus de rubeo.* Prudentius, l. II *Contra Symmachum :*

..... Dicant cur condita sit lex
Bis sex in tabulis, aut cur rubrica minetur,
Quæ prohibet peccare reos.

Vita S. Deicoli abbat. Lutrensis n. 29 : *Dedit autem Dominus per merita servi sui eidem loco talem profectum, ut multi nobilium — monachicam disciplinam eligerent et monasterium satis ditarent, ipsi quoque sacræ subjacerent rubricæ.* Historia inventionis corp. S. Celsi : *Discussis sane inibi multis quæ synodica postulat rubrica.* Ita leges *rubricas* vocat Sidonius libro VIII, epistola 6. Verum, ne quid dissimulem, nescio an non aliud voluerit hisce versibus Silentiarius, intellexeritque eas trabes quæ in sacris ædibus candelabris ac lucernis instructæ erant, cujusmodi belle describuntur a Leone Ost. III, 31 : *Trabem quoque nihilominus fusilem ex ære cum candelabris numero* 50, *in quibus utique totidem cerei per festivitates præcipuas ponerentur, lampadibus subter in æris uncis ex eadem trabe* 36 *dependentibus. Quæ videlicet æreæ trabes, æreis æque brachiis ac manibus sustentatæ, trabi ligneæ, quam pulcherrime sculpi et auro colorumque fucis interim fecerat Desiderius exornari, commissa est.* Nam præterquam quod φάλαγγας vocant Græci pariter ac Latini fustes teretes, ibi etiam *ærea brachia* videntur esse quod δίκραιρον σίδηρον vocat Silentiarius. Sed cum non omnino in promptu sit divinare ex illius versibus qualis fuerit istius πολυκανδήλου forma, siquidem de candelabro locutus sit, oculatioribus eos accuratius examinandos relinquimus. Jam vero Silentiarius, v. 462, arbores istas πυρσοκόμους ita adornatas depingit, ut in imo latiores circulos sensim in acutos, instar piceæ aut cupressi, desinentes sustinuisse dicat. Ejusmodi autem candelabra multis instructa luminibus a terra surgentia, ut et coronas in aere pendentes, quas κύκλους vocat Symeon Thessal. lib. *De templo*, πολυκάνδηλα appellant Scylitzes in Michaele Calaphate, p. 557, Theophanes et ex eo Anastasius in *Hist. Eccl.* et Paulus Diac. l. XVIII, *Hist. Miscellæ* in Heraclio; Leo Grammaticus, p. 449 et 481, idem Anastasius in Leone III, PP., p. 133, denique Codinus et Anonymus in *Descript. ædis Sophianæ.* Cum igitur tot lampadibus ac luminibus ubique illa col-

Digitized by Google

luceret, etiam ante Justinianum, earum sumptibus non semel provisum est ab imperatoribus, ut colligitur ex leg. 19, cod. de operib. publ., sed præ cæteris Basilius Macedo. Ἐνδεΐᾳ ἐλαίου ἤδη σχεδὸν ἀποσβεσθέντων τῶν λύχνων τῶν ἱερῶν, μεγίστου κτήματος ἐπιδόσει, ὃ προσαγορεύεται Μάντεα, τούτοις τὸ φῶς διαμένειν προεπενοήσατο ἄσβεστον, verba sunt Constantini Porphyrogennetæ in avi vita c. 54, quibus consona habet Cedrenus, p. 587. Totam denique hanc in æde Sophiana collucentium ubique luminum seriem et multitudinem observat etiam Benjaminus Tudelensis in *Itinerario*, his verbis : *In medio autem templo columnæ sunt aureæ et argenteæ, candelabra maxima et laternæ, lampades et alia ex auro et argento, plura quam dinumerare quispiam possit.*

49. Exacta et confecta ex scriptoribus ædis Sophianæ fabricæ descriptione, partes illius interiores singulatim, eadem qua priora methodo, nobis restant enucleandæ. In tres autem potissimum apud Græcos, ut et apud Latinos, templum dividitur, βῆμα scilicet, ναὸν, et eam in qua fideles consistunt. Symeon Thessal. de templo : Ὁ θεῖος ἅπας ναὸς τριαδικῶς θεωρεῖται, ταῖς πρὸ τοῦ ναοῦ φημὶ καὶ τῷ ναῷ καὶ τῷ βήματι. Locum templi sanctissimum, et in quo sacra mysteria peraguntur, τὸ ἱερώτατον φωρίον καὶ τοῖς ἀποῤῥήτοις διακεκριμένον, uti appellatur ab Agathia, l. v, varie iidem Græci vocant : interdum enim ἄδυτα, interdum ἱερατεῖον aut θυσιαστήριον, sed communi ac magis recepto apud illos vocabulo βῆμα nuncupant, totum nempe locum illum qui cancellis a nao disparatur. Cumque in bema solis sacerdotibus jus esset introeundi vel in eo sedendi, inde qui ei inserviebant, dicti οἱ ἀπὸ τοῦ βήματος Gregorio Nanzianzeno, orat. 19, et eorum ordo τάξις τοῦ βήματος ab eodem appellatus, orat. in S. Basilium ; quod et de diaconorum præcipuis intelligi debet, quos λειτουργῶν ἐκκρίτους Dionysius vocat, qui episcopo astabant sacra facienti. Atque ut a Græcis ἱερατεῖον, ita a Latinis *presbyterium* dicitur, quod in eo soli consistant presbyteri. Est enim *presbyterium* apud sanctum Cyprianum epist. 35, 46 et 49, et in epistola Bonifacii PP., quæ habetur in collectione Romana Holstenii, presbyterorum consessus et conventus, qui συνέδριον τοῦ πρεσβυτερίου dicitur Basilio epist. 319 ad Innocent. De presbyterio ita synodus Romana sub Eugenio II, PP., c. 33 : *Sacerdotum aliorumque clericorum ecclesiis servientium honores a laicorum discrete apparere convenit. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco ubi sacerdotes reliquive clerici consistunt, quod presbyterium nuncupatur, quando missa celebratur, consistere, ut libere ac honorifice possint sacra officia exercere.* Prædictis hæc addit synodus Romana sub Leone IV, PP., c. 33 : *Nec inter sacros cancellos ordinibus debitos, nisi permittente episcopo, attentent accedere* sæculares. Ubi presbyterium sacros cancellos promiscue appellari perspicue patet. Iis consimilia habent Anastasius in ejusdem Leonis Vita, p. 177, et Gelasius I papa, epist. 9, atque hac notione *presbyterium* passim usurpant Anastasius in *Vitis pontificum*, ordo Romanus, Cæsarius Eysterbach. et alii quos suo loco referemus. Sed et *senatorium* videtur appellari in eodem ordine Romano non semel, voce Latina, quæ idem quod πρεσβυτέριον sonat : ubi *ad senatorium* dicitur *descendere pontifex, ut suscipiat oblationes principum*, vel *ut communicet eos qui in senatorio sunt.* Descendit nempe ab altari, ubi sacra peragit, in presbyterium, ut principum et fidelium oblationes suscipiat, vel *ut communicet* eos qui sunt in presbyterio, nempe sacerdotes, clericos, atque adeo populum ipsum, quod diserte ibi dicitur. Nam licet ex concilio Toletano IX canon. 18, *sacerdos et levita ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus*, certum est hac in re varios fuisse ecclesiarum ritus : quippe olim laicis et feminis ad communicandum patuere sancta sanctorum, ut est in concilio Turonensi II, et *Capit.* Caroli Magni, VII, 203. Sed ut verum fatear, nescio an his locis, in ordine Romano, *senatorium* idem sit omnino quod *presbyterium*. Dubitandi causam movet, quod in eo *locus principum* fuisse dicitur : *Pontifex autem sustentatus hinc inde dextra lævaque a primicerio notariorum descendit ad senatorium, quod est locus principum, ut suscipiat oblationes eorum.* Et infra : *Pontifex descendit ad senatorium, — et suscipit oblationes principum per ordines arcuum.* Siquidem enim *senatorium* locus fuit in quo consistebant principes seu magnates, dum sacræ intererant liturgiæ, idem ille forte fuerit cum solea, de qua agemus, seu pavimento editiori ante cancellos bematis, ita appellatus, quod in eo *senatores* seu *principes* consisterent. Nam observatum supra ad sacros cancellos assignatam fuisse imperatoribus in ecclesia sedem ab Ambrosio. *Senatores* autem appellatos magnates apud scriptores Christianos veteres, notum est. Proinde in senatorio pontifex non modo suscipiebat oblationes principum, sed et populum ibidem communicabat. Idem ordo Romanus : *Mox ut pontifex cœperit communicare populum in senatorio*, etc. Quo certe loco, nempe ante altaris cancellos, etiamnum in ædibus sacris fideles sacram Eucharistiam accipiunt. Denique *presbyterium* alibi usurpat pro loco in quo presbyteri consistunt : *Presbyteri in presbyterio omnes permanent inclinati* Videat igitur lector utram harum conjecturarum probet. Βῆμα autem hanc ædis sacræ partem appellarunt veteres ab ipso altari, cui id nominis indiderunt, quod, ut ait Germanus patriarcha Cpolitanus, θρόνος sit, ἐν ᾧπερ ὁ παμβασιλεὺς Χριστὸς προκάθηται μετὰ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων. Nam et βῆμα pro tribunali non semel usurpari observaverunt viri docti. Alii a gradibus, quibus ad illud ascenditur, alii denique ab altaris gradibus, quod editius fuisse infra ostendemus, dictum censent. Nam et *bema*, ut auctor est Augustinus, *Contra Epist. Manetis*, c. 8, et *Con-*

Digitized by Google

tra Faustum, XVIII, 4, Manichæi diem festum vocarunt quo Manes occisus est, quod quinque gradibus instructo tribunali, et pretiosis linteis adornato, illum celebrarent; quod quidem festum a Catharis sui temporis *Malisola* appellatum fuisse scribit Ekbertus Schonaviensis, serm. 1 contra Catharos. Cum igitur præcipua veneratione colenda haberetur sacra hæc ædis pars, in ea exornanda sumptibus non pepercit Justinianus : totam enim argento obduxit. Anonymus : Τὸ δὲ θυσιαστήριον ἐξ ἀργύρου λαμπροτάτου ἱ στήθεα καὶ κίονας εὐμεγέθεις, ἀργυρᾶ πάντα πεποίηκεν, σὺν τοῖς πυλῶσιν αὐτῶν πάντα ἀργυρᾶ χρυσέμβατα. Tantam autem argenti vim immisit in totum bema, ut ad librarum quadraginta millia impendisse tradat Procopius : Ὁ γὰρ τοῦ ἱεροῦ τὰ μάλιστα χῶρος ἀβέβηλος καὶ μόνος ἱερεῦσι βατὸς, ὅνπερ καλοῦσιν θυσιαστήριον, λιτρῶν ἀργύρου μυριάδας ἐπιφέρεται τέτταρας.

50. Bematis pars præcipua fuit concha : sed quid potissimum fuerit concha, inter eruditos omnino non constat. Salmasius ad Plinium multus est in ea disquirenda; qui etsi probabilia dixerit, rem tamen non adeo accurate explicuit ut perspicua sit. Goarus in Euchologio concham cum ciborio perperam confundit, cum ciborium in concha fuerit, non ipsamet concha. Verum non admodum arduum erit concham reperire ei qui templorum Græcanicorum figuram inspexerit attentioribus oculis, quorum ichnographias aliquot nobis exhibuit idem Goarus, p. 13, 26, 27. Videre est enim in ea parte, in qua stat vel statuitur altare, recessus aliquot in modum hemicylindri, superne, ut par est credere, in conchæ speciem clausi. Dixi aliquot recessus : quandoque enim unicus conspicitur, interdum trinus, ut mox indicabimus. Est igitur concha τοῦ θυσιαστηρίου pars : unde Germano patr. CP. in *Hist. Eccl.* dicitur κόγχη τοῦ θυσιαστηρίου, id est concha bematis, seu partis illius templi in qua sacra peraguntur. Concham Sophianæ ædis eleganter ac graphice descripsit Procopius. Ab humo, inquit, exstat ædificium, non recta productum linea, sed laxa sensim obliquitate flexum, receditque in medio, ac figura semitereti, quam artis periti semicylindrum vocant, ad perpendiculum surgit; in quartam vero sphæræ partem desinit operis hujusce culmen. Sed præstat Græce loquentem audire : Οἰκοδομία τις ἐκ γῆς ἀνέχει, οὐκ ἐπ' εὐθείας πεποιημένη, ἀλλ' ἐκ τῶν πλαγίων ὑπεσταλμένη κατὰ βραχὺ, καὶ κατὰ μέσα ὑποχωροῦσα, ἐπὶ σχῆμά τε κατὰ ἥμισυ τὸ στρογγύλον ἰοῦσα, ὅπερ οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφοὶ ἡμικύλινδρον ὀνομάζουσιν, ἐς ὕψος ἀπότομον ἐπανέστηκεν. Ἡ δὲ τοῦ ἔργου τούτου ὑπερβολὴ ἐς σφαίρας τεταρτημόριον ἀποκέκριται. Deinde addit ut intra conchæ recessum pavimentum columnis prematur semicirculari forma dispositis, ita ut sibi invicem tanquam in choro quodam modo assurgant. Neque minori elegantia ac concinnitate conchæ Sophianæ et structuram et formam expressit Paulus Silentiarius, part. I, v. 221 :

A Τρισσὰ μὲν ἀντολικῶν ἀναπέπταται ἔνδια κύκλων
Ἡμιτόμων, ὑψοῦ δὲ μετ' ὄρθιον αὐγένα τοίχων
Σφαίρης τετρατόμοιο λάχος τὸ τέταρτον ἀνέρπει.

Concha igitur semicylindri seu κύκλου ἡμιτόμου, ad perpendiculum eflicti, formam referebat, quousque superne clauderetur in quartam sphæræ partem, ἐς σφαίρας τεταρτημόριον, inquit Procopius. Quæ quidem sphæræ pars quarta, interius undique sinuata, a conchæ marinæ figura, quam effingebat, nomen est sortita, ut auctor est Silentiarius v. 226 :

Κόγχας ταῦτα κάρηνα σοφοὶ τεχνήμονι μύθῳ
Ἀνέρες ἠνδάξαντο· τὸ δ' ἀτρεκὲς, εἴτ' ἀπὸ κόγχου
Εἰναλίου καλέουσι δαήμονες εἴτ' ἀπὸ τέχνης,
Αὐτοί που διδάσι.

B Ita porro efficta erat concha Sophiana, ut etsi unica superne appareret, trinos tamen recessus operiret ac proinde triplicem concham efficeret. Silentiarius, part. I, v. 272 :

Ὡς ἡ μὲν βαθύκολπος ἀνέσσυται ἠέρι κόγχη,
Ὑψόθεν ἀντέλλουσα μία, τοισσοῖσι δὲ κόλποις
Νέρθεν ἐπεμβεβαυῖα·

et versu jam laudato :

Τρισσὰ μὲν ἀντολικῶν ἀναπέπταται ἔνδια τοίχων
Ἡμιτόμων, etc.;

ubi satis ostendit inferne, seu sub conchæ volutatione, tres conchas contineri, quæ unica sphæræ quarta parte continentur ac conteguntur. Trinos istos recessus belle descripsit Paulinus *Nat.* X :

C *Est etiam interiore sinu majoris in aula*
Insita cella procul, quasi filia culminis ejus,
Stellato spatiosa sinu; trinoque recessu
Dispositis sinuata locis.

Et epist. 12, ad Severum : *Prospectus vero basilicæ, non ut usitatior mos est, sed ad domini mei beati Felicis basilicam pertinet, memoriam ejus aspiciens : tamen cum duabus læva dextraque conchulis intra spatiosum sui ambitum apsis sinuata laxetur, una earum immolanti hostias jubilationis antistiti patet, altera post sacerdotem capaci sinu receptat ovantes.* Triplicem igitur recessum habuit concha sub eadem concameratione, majorem et medium, in quo erat sacra mensa et sacerdotum sedes seu synthronus, duos præterea alios minores, alterum ad dex-

D tram seu septentrionem, quem prothesim vocabant, alterum ad sinistram seu meridiem, diaconicum appellatum, uti mox ostendemus. Quemadmodum autem et quare triplex concha efficta fuerit, sic narrant postremi ævi Græculi. Tradunt quippe architectos sacrum bema, seu potius τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, hoc est eam bematis partem in qua altare statui solet, ædificaturos de lumine in illud immittendo invicem deliberasse, ac primum quidem unicam concham, quam μύακα μονοκάλαμον vocant, vel unius tenoris, per quam lux admitteretur, conficere statuisse : præcepisse vero iniperatorem (ita enim Codinus) duplicem ædificari : verum restitisse architectos, quod locus ille nullis exteri-

Digitized by Google

Inde incumbenti oneri ferendo haud par esset. Cumque incerti quid agerent versarent animum, Imperatore præsertim non sibi constante, dicenteque interdum unicum arcum, interdum duos, μίαν ἀψῖδα, ἄλλοτε δὲ δύω, fieri debere, tandem angelum Imperatoris habitu architectorum magistro apparuisse, præcepisseque ut τρίφωτος μύαξ seu triplex concha fieret, et διὰ τριῶν στοῶν, per triplicem porticum (ita superiorem conchæ concamerationem appellare videntur Græculi), sacrum bema vel ipsum altare illuminaretur, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti; atque ita triplicem conchan confectam esse. Quasi vero antequam operi manum admovissent architecti, totius ædis non fuisset delineata forma ac figura; quod diserte de Sophiana tradit Procopius, ubi de Anthemio architecto: hunc enim condendæ ædis figuram delineasse ac designasse scribit: Τῶν γενησομένων προδιασκευάζων ἐνδάλματα. Ita passim nugas suas imperitis venditant nugigeruli ac recentiores Græci. Enim vero ab hac triplici concha *trichoram apsidem* dictam vult Salmasius apud Paulinum: *Reliquiis apostolorum et martyrum intra apsidem trichoram sub altari sacratis.* Sic enim legendum contendit pro *trichora sub altaria*, cui subscribo lubens, cum unicum fuerit altare in apside seu absida, atque adeo in tota æde sacra, quod et infra satis indicat. Nam constat *trichora* dicta fuisse ea triclinia quæ tribus cameris conchis aut partibus constabant, cujusmodi fuit illud de quo Spartianus in vita Pescennii: *Domus ejus hodie visitur in campo Jovis, quæ appellatur Pescennii, in qua simulacrum ejus in trichoro constituit.* Neque enim arridet ejusdem Salmasii conjectura, qui *trichorum* fastigium domus interpretatus est. Nam hoc loco *trichorum* est triclinium istius domus, tribus, ut dixi, cameris constans, cujusmodi sunt in antiquis monasteriis refectoria, quæ inde *trichora* et *trichoria* appellantur. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Tricorum* vel *Triclinium*, *Gereordhus*, i. domus refectionis; qua notione *tricorium* seu *trichorium* usurpat Ordericus Vitalis, l. III et VI p. 495 et 603. At Joannes de Janua *trichorium domum trina convivantium sessione ordinatam* esse ait, quemadmodum solent monachi in suis refectoriis considere. Ugutioni vero dicitur *trichorium locus juxta ignem causa prandii, habens cameras vel tres absidas. Octachorum* occurrit in inscriptione ad ionem S. Theclæ, Mediolani a sancto Ambrosio exarata, apud Gruter. 1666, 8. Ita porro concha Sophiana efficta est, ut ultra pilas, et qua parte parietes ad latera bematis desinunt, sinuari incipiat in formam hemicylindri, seu ubi procurrere cessant porticus in interiore æde; quod Paulinus de templo Sancti Felicis agens sic descripsit: *Totum vero extra conchan basilicæ spatium alto et lacunato culmine geminis utrinque porticibus dilatatur.* Addit Procopius conchæ Sophianæ imminere nescio quam structuram μηνοειδῆ seu bicornis lunæ instar sinuatam quæ simul concinnitate admirationem, simul dubiæ compagis specie timorem parit, ut quæ neque videatur pendere tuto, et quamvis firmissime nitatur, periculum tamen ostentet ibi versantibus. Ὑπερθέν τε μηνοειδές τι αὐτῇ ἕτερον τοῖς προσεχέσι τῆς οἰκοδομίας ἐπῆρται, τῇ μὲν εὐπρεπείᾳ θαυμάσιον, τῷ δὲ σφαλερῷ τῆς συνθέσεως δοκοῦν τι φοβερὸν εἶναι ὅλως. Δοκεῖ γάρ πη οὐκ ἐν βεβαίῳ ἐπῃωρῆσθαι, ἀλλ' ἐπικινδύνως τοῖς ἐνθάδε οὖσι μετεωρίζεσθαι· καί τοι διαφερόντως ἐν τῷ βεβαίῳ τῆς ἀσφαλείας ἐστήρικται. Id etiam attigit Gyllius, scribens *exstare templi extremitates, ultra octo pilas projectas, in sphæræ quartam partem recedentes, ex supera parte quiddam lunæ curvatæ in cornua simile præ se ferentes.* Denique supra hoc lunatum ædificium assurgit fornix alius excelsior usque ad caput immensi istius fornicis, cujus tergo incumbit mediæ ædis vertex, uti habet Silentiarius, v. 266. Intra conchæ recessum utrinque, ait idem Procopius, columnæ a pavimento assurgunt, non recto quidem ordine, sed intus semicirculari forma dispositæ, ita ut sibi invicem tanquam in choro assurgentes lunato ædificio subsint: Τούτων δὲ δὴ ἐφ' ἑκάτερα κίονες ἐπ' ἐδάφους εἰσὶν, οὐδὲ αὐτοὶ κατ' εὐθὺ ἑστῶτες, ἀλλ' εἴσω κατὰ σχῆμα τὸ ἡμίκυκλον ὥσπερ ἐν χώρῳ ἀλλήλοις ὑπεξανιστάμενοι· καὶ αὐτῶν ὑπεράνωθεν οἰκοδόμημα μηνοειδὲς ἀποκρέμαται. Hanc concharum partem columnis adornatam τὸ κιονῶδες videtur appellare Pachymeres, I, 19. Conchæ præterea appellatione non semel donant scriptores baptisterium Lateranensis ecclesiæ, quam *conchan paragonicam*, interdum *porphyream Constantini* vocat Joannes Hocsemius in Engelberto a Marca episcopo Leod. c. 35. *conchan porphyreticam* magnum Chronicon Belgicum, p. 160, *in qua*, ait idem Hocsemius, *intravit Constantinus paganus, et ibi lotus fuit;* de quo Constantini baptisterio agunt præterea Theophanes, a. 18 Constantini, et Anastasius, in *Vit. PP.* p. 14, 23, 28; ab ejusmodi perinde structuræ forma dictum fuit τρίκογχον, triclinium in palatio Cpolitano, cujus mentio est in *Chronico Alexandrino*, p. 734, et apud Leonem Grammaticum, p. 455 et 497; ut et aliud in eodem palatio triclinium ἑπτάκογχον nuncupatum a septem conchis, quibus constabat, in quo habita legitur collatio Catholicorum cum Severianis, Justiniano imperante, quæ habetur in conciliorum codice; quod videtur idem esse cum eo quod *Hepta* nude dicitur apud Liberatum diaconum, c. 9. Observandum denique ἱερὰν κόγχην appellari ab Evagrio ipsum bema cancellis suis clausum. Ait enim Sophianæ ædis longitudinem a porta templi conchæ obversa ad ipsam conchan, ἔνθα τὰ τῆς ἀναιμάκτου καλλιερεῖται θυσίας, pedum esse 170, totius vero templi longitudinem esse pedum 260. Unde confici videtur longitudinem bematis fuisse pedum 70, reliquam fuisse in nao et pronao, vel si mavis, narthece.

51. Jam vero majorem conchan, quæ Græcis

Digitized by Google

scriptoribus nude κόγχη dicitur, Latini inferioris ætatis passim *absidam* appellavere. Diserte enim Paulinus epist. 12 absidam cum concha confundit. Nec abludit Valafridus Strabo, lib. *De reb. eccles.* c. 6, dum ait *absidam* esse *exedram separatam a templo et Græce cyclon vocari :* κύκλον enim vel certe κύκλιον appellatam esse conchain a Græcis docemur ex Anonymo : Ἀναδύων δὲ εἰσπορεύεσθαι ἐν τῷ ἰλύματι (f. εἰλήματι) τῷ καλουμένῳ κυκλίῳ, ὅπερ ἐστὶν ὑποκάτω βαθμίδων, τοῦτο Ἅγια ἁγίων προσηγόρευσεν. Neque alia appellatione quam ἀψῖδος conchain ecclesiæ S. Sophiæ Nicænæ donavit Gregorius Cæsariensis, *Orat. in Nicænos Patres*, ut conchain Novæ ecclesiæ in palatio a Basilio Macedone excitatæ Photius in illius descriptione, hisce verbis : Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀνεγειρομένη ἀψὶς τῇ μορφῇ τῆς παρθένου περιαστράπτεται. Ædium quippe sacrarum conchæ in fornicis vel arcus seu ἀψῖδος speciem superne effinguntur. Est enim ἀψὶς in Gloss. Gr. Lat. *forfex, arcus, fornix.* Et apud Ælfricum in Gloss. Saxon. *absida* dicitur esse *sinewealt cleofa*, id est rotunda concameratio vel porticus. Hinc sanctus Hieronymus, l. II, *in Epist. ad Ephesios* dixit : *In summo cœli fornice, et ut ipso verbo utar, apside.* Verum si res stricte accipiatur, aliud fuit *concha*, aliud *absida*. Nam *absida* proprie est ipse semicirculus, ἡμίκυκλος, qui ab inferiori θυσιαστηρίου parte in altum assurgit et in apsidem seu arcum aut semicirculum sinuatur : concha vero ipsius apsidis pars interior in conchæ speciem camerata curvata et sinuata. Unde recte Paulinus apsidem a camera, interiori scilicet, distinguit : *Apsidem solo et parietibus marmoratam camera musivo illusa clarificat.* Et Cassianus, Collat. XXIV, c. 6 : *Velut si quis apsidis cameram volens in sublime concludere. Apsidem* porro et *absidem* dici vulgo idem annotat Paulinus. Siquando autem plura essent altaria in templo aut æde sacra, unumquodque *absidam* suam habebat. Leo Ost. III, 28 : *Unicuique altari sua absida.* Præcipua vero *mediana* et *major* eidem scriptori dicitur eodem cap., ut et I, 19 : *In basilica absida media, ad quam per octo gradus ascenditur.* Ubi observandum partem istam templi sacratam editiorem esse, et ad eam per plures gradus perveniri : unde βήματος nomen illi inditum non insulse opinantur viri docti, quidquid alii reclament. Quæ quidem sententia firmari præterea potest ex Evodio Usalensi, *De mirac. S. Stephani*, II, 1 : *Ipsaque etiam per se gradus absidæ conscendens universis eminus conspicienda astabat.* In confesso tamen esse debet, in plerisque scriptorum locis in quibus absidarum fit mentio, id vocabuli pro toto hemate, id est ea templi parte ubi τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων peragebantur, usurpari ; quemadmodum κόγχην usurpant Græci. Panegyricus Berengarii, l. V :

Talibus aræ adeunt gestis apsida sacratæ
Lumina terrarum.

Ita passim apud Gregorium Turon. *De mirac.* S. *Martini*, II, 47 ; Anastasium in *Vit. PP.* p. 13, 17, 32, 150, 160, 166 ed. Reg. ; Walterium Aurelian. episcop. in *Capitul.* c. 4 ; S. Althelmum, *De laude virginit.* apud Canisium, p. 826 ; Petrum Diacon. *Chr. Casin.* IV, 3 ; Petrum Damian. l. III, epist. 8 ; Candidum Monach. apud Browerum in *Annal. Fuld.* p. 116 ; auctorem *Chronici Fontanell.* c. 14 et 16, et aliquot alios. Sed ut plurimum *absidam* dici a scriptoribus ipsam concham vel ipsam sacram mensam seu altare constat : verbi gratia, cum in absidis repositas sanctorum reliquias scribunt, quas sub altaribus et intra altaria recondi solitas notum est, ut sanctus Augustinus, serm. 32, *De diversis*, c. 3 ; Gregorius Turon. *Hist.* X, 31, *De mirac.* I, 63 ; Anastasius in Gregorio IV PP., p. 166 ; Paulinus, epist. 12, ad Severum ; Evodius Usalensis, *De mirac. S. Steph.* I, 3 ; Rodulfus presbyter in *Vita Rabani Mauri*, n. 27 ; auctor *Chronici Fontanell.* c. 2 ; Andr. Silvius, in *Chr. Marcian.* etc. Cum igitur absida nihil aliud sit quam fornix seu arcus, non mirum si in cæteris ædificiis, etiam profanis, vocem hanc usurpent scriptores, ut Anastasius, in *Vitis Pontificum Rom.* p. 127, 129, 162 ; Leo Ost. III, 11, et Petrus Diac. *De viris illustr. Casin.* c. 18. Denique *exedram* vocat absidam seu concham Valafridus Strabo, loco supra laudato, quia, ut auctor est Eusebius, in *Hist. eccl.*, ædificia templis adjuncta et ab iis quodammodo separata ἐξέδρας appellabant. Ejusmodi enim erant conchæ, quæ etsi ædium sacrarum non modo pars sed etiam sacratior essent, extra ipsas tamen procurrebant et ab iis quodammodo secludebantur : *Exedra*, inquit, *est absida quædam separata modicum a templo vel palatio, et dicta inde quod extra hæreat :* quasi vocis istius etymon a Græcis non esset arcessendum. Per *exedram* igitur *absida* seu *concha* intelligi videtur apud sanctum Augustinum in *Gestis* cum Emerito Donatistarum episcopo : *Cum Deuterius episcopus metropolitanus Cæsariensis una cum — episcopis in exedram processisset, — scilicet ecclesiæ majoris Cæsariæ*, etc.

52. Sed nondum plane sum assecutus cur Isidorus, *Orig.* V, 8, *absidam* dictam scribat *eo quod lumine recepto per arcum resplendeat ;* a quo hausit quæ habet in eamdem sententiam idem Valafridus Strabo : *Absida*, inquit, *Græce, Latine lucida dicitur, quia lumen acceptum per arcum intromittit.* Neque enim commune aliquid habet *absida* cum lumine ; nisi forte eam conchæ partem superiorem, per quam lux intromittitur, absidam dictam proprio vocabulo censuerint, qua ipsa scilicet conchæ apsis circinatur et in conchæ speciem interius sinuatur et effingitur. Observat enim Silentiarius superiorem conchæ partem in dorsa dispertitam, quinquefariam separata ac divisa lucis receptacula, levioribus vitris operta, continere. Ita ille, part. I, v. 274, ubi de concha :

..... Διατμηγεῖσα δὲ νώτοις
Πένταχα μοιρηθέντα δοχῆϊα φωτὸς ἀνοίγει

Digitized by Google

Λεπταλέοις ὑάλοις κεκαλυμμένα, τῶν διὰ μέσης Φαιδρὸν ἀπαστράπτουσα φαεσφόρος ἔρχεται ἠώς.

De fenestris absidarum agit Anastasius in Leone III PP: *Simul et fenestras de absida ex vitro diversis coloribus conclusit atque decoravit.* Et Paulinus, *Nat.* 9:

..... *Et aperta per arcus*
Lucida frons bifores perfunderet intima largo
Lumine, conspicui ad faciem conversa sepulcri,
Quo tegitur posito sopitus corpore Martyr.

Porro vitrearum fenestrarum, quæ vitro in tenues laminas fuso obductæ erant, meminisse Hieronymum pridem observarunt viri docti. Leo Ost., III, 29 et 32: *Fenestras — plumbo simul ac vitro compactis tabulis ferroque connexis inclusit.* Harum usum serius ad Britannos transiisse tradit Beda, lib. I, *De Wiremuthensi monasterio*, seu in *Vita S. Benedicti Biscopi*, c. 5.

53. In media ac majori concha erat ἁγία τράπεζα seu sancta mensa. Epiphanius Hagiopolita, *De locis SS:* Πρὸς ἀνατολὴν δὲ τῶν κιόνων ὡς ἀπὸ διαστήματος ὀλίγου ἐστὶ κόγχη, καὶ ἵσταται τράπεζα, ἔνθα λειτουργεῖ ὁ πατριάρχης. Sic autem appellabant Græci altare præcipuum, super quo τὰ ἅγια fiebant seu Christi corpus conficiebatur: Latini *sanctam mensam* vocant. Nicolaus I papa, epist. 2: *Altare sanctum in quo Deo omnipotenti sacrificiorum vota persolvimus, lapis est naturaliter communis, — quia vero sacratum est Dei adjutorio et benedictionem suscepit mensa efficitur.* Amalarius Fortunatus, *De eccles. offic.* III, 21, ita dictam censet, *quod sit mensa Domini, in qua convivabatur cum discipulis.* Cui succinit Germanus patriarcha CP.: Ἡ ἁγία τράπεζά ἐστιν ἀντὶ τῆς τραπέζης τοῦ Χριστοῦ σὺν τοῖς μύσταις. Ait præterea sacram mensam sepulcrum Christi repræsentare: Ἡ ἁγία τράπεζά ἐστιν ἀντὶ τοῦ τόπου τῆς ταφῆς ἐν ᾗ ἐτέθη ὁ Χριστὸς, ἐν ᾗ πρόκειται ὁ ἀληθινὸς καὶ οὐράνιος ἄρτος, ἡ μυστικὴ καὶ ἀναίμακτος θυσία. Et certe mensam veteribus dici sepulcrum, vel quod posteriores *tumbam* appellavere, docet vetus inscriptio, quæ exstat Mediolani in monasterio S. Ambrosii: *MM. Miniciæ Rufinæ, quæ vixit annis* 22 *mense uno diebus* 24, *Minicia Domicia sorori posuit mensam contra votum.* Alia Brixiæ ad S. Faustinum: *Attio Proculo Lectori, filio dulcissimo, qui vixit ann.* 18 *m.* 8, *Fabia II contra votum mensam posuit b. m.* Denique *mensæ* nomine priscis Christianis videtur nuncupatus locus in quo sancti martyres quodammodo immolabantur, dum vitam pro Christo effundebant, quemadmodum Christus ipse in sacra mensa a sacerdotibus in sacrosanctis missarum liturgiis quotidie immolatur. Qua quidem significatione Carthagine *mensa Cypriani* appellabatur locus ubi *martyrium consummavit* S. Cyprianus, et ubi postmodum in memoriam mensa erecta est, *non*, inquit sanctus Augustinus, serm. 113 *De diversis*, c. 2, *quia ibi est unquam Cyprianus epulatus, sed quia ibi est immolatus.* Exstant sermones aliquot ejusdem Augustini ad hanc mensam habiti, cujus idem præterea meminit *Enarrat. in psalm.* XXXVIII et LXXX et serm. 237 de tempore. Narrat Sozomenus, IX, 1, et ex eo Nicephorus Call. XIV, 2, Pulcheriam Augustam, Theodosii junioris sororem, sacram mensam majori Ecclesiæ Cpolitanæ seu ædi Sophianæ Constantianæ auro et lapidibus pretiosis insignem et divitem obtulisse, et inscriptionem in rei memoriam posuisse: Ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων τιμίων θαυμάσιόν τι χρῆμα, θεαμάτων κάλλιστον, ὑπὲρ τῆς ἰδίας παρθενίας καὶ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ ἡγεμονίας, ἱερὰν ἀνέθετο τράπεζαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ΚΠ., καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου τῆς τραπέζης, ὡς ἂν πᾶσιν ἐκδηλα ᾖ, τάδε ἐπέγραψεν. Neque minori magnificentia aut parciori sumptu sacram aliam mensam in nova æde Sophiana erexit Justinianus, ut quæ tota auro et lapidum pretiosorum fulgore coruscabat. Silentiarius, p. II, v. 337:

Ἀφνειῶν δὲ λίθων ποικίλλεται αἴγλῃ.

Sed et mirabili et inusitato opere et inaudita hactenus materia confecta erat. Constabat enim, si scriptoribus Græcis fides, auro argento crystallo cæterisque metallis pretiosioribus, præterea margaritis et omnis generis lapillis comminutis simulque permistis, conflatis et liquefactis. Codinus: Τὴν τε ἁγίαν τράπεζαν, προσκαλεσάμενος τεχνίτας, ἐβουλεύσατο βαλεῖν χρυσὸν καὶ ἀργυρὸν, λίθους τε τιμίους ἐκ πάντων, μαργαρίτας, χαλκὸν, σίδηρον, μόλυβδον, ὕελον καὶ πᾶσαν ὕλην τετριμμένην, καὶ καταμίξαντες ἀμφότερα καὶ χωνεύσαντες ἔχωσαν ἀββάκιον. Eadem iisdem pene verbis habet Anonymus, hæcque subdit: Τίς γὰρ θεάσηται τὸ εἶδος τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ οὐκ ἐκπλαγείη; ἢ τίς δυνήσεται κατανοῆσαι ταύτην διὰ τὸ πολλὰς χροιὰς καὶ στιλπνότητας ἐναλλάσσειν, ὡς τὸ ταύτης εἶδος ὁρᾶσθαι ποτὲ μὲν χρυσίζον, ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ ἀργυρίζον, εἰς ἄλλο δὲ μέρος σαπφειρίζον ἐξαστράπτον, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀποστέλλειν οἵ' χροιὰς κατὰ τὰς φύσεις τῶν λίθων καὶ μαργαριτῶν καὶ πάντων τῶν μετάλλων. Nec dissentit Nicetas in Murtzuphlo, c. 3, qui de sacræ mensæ Justinianeæ materia hæc scribit: Ἡ μὲν θυωρὸς τράπεζα, τὸ ἐκ πασῶν τιμίων ὑλῶν σύνθεμα συντετηγμένων πυρὶ καὶ περιχωρησασῶν ἀλλήλαις εἰς ἑνὸς ποικιλοχρόου κάλλους ὑπερβολὴν ἐξαισίου τῷ ὄντι καὶ ὑπεραγάστου παρ' ἔθνεσιν ἅπασι, etc. Præ cæteris vero sacram hanc mensam graphice descripsit Cedrenus, et inscriptionem, quam in orbe posuit Justinianus, exhibuit: Τότε ποιεῖ καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν ἔργον ἀμίμητον. Ἀπό τε γὰρ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθου παντοίου κα ξύλου καὶ μετάλλου καὶ εἴδους ἄλλου, ὅσα τε γῆ φέρει καὶ θάλασσα καὶ πᾶς ὁ κόσμος, ἐκ πάντων συνάξας τὰ μὲν κρείττονα κάλ τιμιώτερα πλείονα, τὰ δὲ ἐλάττω ἐνδεέστερα, τὰ τηκτὰ τήξας τὰ ξηρὰ ἐπέβαλεν, καὶ οὕτως εἰς τύπον ἐπιχέας ἀνεπλήρωσεν αὐτὴν, ὅθεν καὶ ποικίλη φαινομένη θάμβος παρέχει τοῖς εἰς αὐτὴν ἀτενίζουσιν, ἐπιγράψας γύροθεν· Ταῦτα τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν προσφέρομεν, οἱ δοῦλοί σου, Χριστὲ, Ἰου-

Digitized by Google

στινιανὸς καὶ Θεοδώρα, ἃ εὐμενῶς πρόσδεξαι. Υἱὲ καὶ Λόγε τοῦ Θεοῦ ὁ σαρκωθεὶς καὶ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει σου διατήρησον, καὶ τὴν πολιτείαν, ἣν ἡμῖν ἐπίστευσας, εἰς τὴν ἰδίαν σου δόξαν αὔξησον καὶ φύλαξον πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας. Denique sacræ Sophianæ mensæ materiam electrinam quodammodo fuisse docent Glossaria mss, quæ asservantur in bibliotheca Regia, codd. 950, 1688 et 2062 : Ἤλεκτρον χάλκωμα καθαρὸν, ἢ ἀλλότυπον χρυσίον μεμιγμένον ὑέλῳ καὶ λίθοις, οἷας ἦν κατασκευῆς ἡ τῆς ἁγίας Σοφίας τράπεζα. Neque sacra duntaxat ædis Sophianæ mensa ex liquatis vel contusis pretiosis ejusmodi materiis constitit, sed etiam ea quam in Nova a se condita in palatio ecclesia statuit Basilius Macedo, ut auctor est in illius vita Constantinus Porphyrogenneta c. 55 : Καὶ αὐταὶ αἱ ἱεραὶ τράπεζαι ἐξ ἀργύρου πάντα περιεχουμένου ἔχοντος τὸν χρυσὸν καὶ λίθοις τιμίοις ἐκ μαργαριτῶν ἠμπιεσμένοις πολυτελῶν τὴν σύμπηξιν καὶ σύστασιν ἔχουσιν. Et Photius in descriptione ejusdem templi mensam illius sacram seu θείαν τράπεζαν χρυσοῦ τι θαυμασιώτερον σύνθημα vocat. Sed sacra hæc mensa primum a Justiniano confecta casu trullæ, qui anno 32 ejusdem Justiniani accidit, contrita et comminuta est, ut Cedrenus, Zonaras et alii tradunt. Unde conjicere est aliam ejusdem materiæ et operis confectam ab ipso Justiniano, qui eamdem quam in priori inscriptionem posuit, siquidem in secunda sacræ mensæ inscriptione Theodoræ mentio facta sit quæ ante casum trullæ obierat. Mensam hanc postmodum direptam et in partes confractam a Francis, qui Cpolim expugnarunt anno 1204, tradit Nicetas loco citato : Ἡ μὲν οὖν θυωρὸς τράπεζα—κατετεμαχίσθη καὶ διεμερίσθη τοῖς σκυλευταῖς, ὥσπερ καὶ πλοῦτος ἅπας ὁ ἱερὸς τοσοῦτος τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἀγλαΐαν ἀπέραντος.

54. Sacra porro mensa Sophiana altius educta erat, et ad eam gradibus aliquot perveniebatur. Codinus ex bibl. Regia : Ἐποίησεν Ἰουστινιανὸς ὁλόχρυσον, καὶ τὴν σκάλαν ἐν κύκλῳ, ὅπου ἵστανται οἱ ἱερεῖς εἰς τὸ ἀσπάζεσθαι τὴν ἱερὰν τράπεζαν. Ubi Goarus observat σκάλας Græcis hodiernis gradus appellari. Hinc Symeon de Templo : Καὶ ἐπηρμένον δὲ καὶ λαμπρότατον (θυσιαστήριον) ὡς θρόνος Θεοῦ.

55. Neque gradibus duntaxat excelsior erat sacra mensa Justinianea, sed et aureis columnis innixa et sustentata, fundamento perinde aureo incumbebat. Silentiarius, part. II, v. 335 :

Κίοσι δὲ χρυσέαις ἱερῆς πάγχρυσα τραπέζης
Νῶτα κατηρείσαντο, κατὰ χρυσέων τε θεμείλων
Ἵσταται, ἀφνειῶν τε λίθων ποικίλλεται αἴγλη.

Anonymus : Ὑποκάτωθεν δὲ ταύτης ἔστησε κίονας καὶ αὐτοὺς ὁλοχρύσους μετὰ λίθων πολυτελῶν. Has altarium columnas ut plurimum amplexari solebant qui confugiebant in ædes sacras veluti ad asylum. Theophanes de papa Vigilio, p. 191 : Ὁ δὲ φοβηθεὶς τὴν ὀργὴν τοῦ βασιλέως τῷ θυσιαστηρίῳ Σεργίου τοῦ μάρτυρος μονῆς τῶν Ὁρμίσδου προσέφυγεν, κἀκεῖθεν ἑλκόμενος κατέσχεν τοὺς βαστάζοντας τὸ θυσιαστήριον κίονας, καὶ τούτους κατέστρεψεν, βαρὺς ὢν καὶ μέγας τῷ σώματι. Vigilius ipse in Epist. encyclica : *Cum a sancto ejus altare tracti pedibus traheremur, columnas tenuimus, et super nos etiam ipsa mensa ceciderat, nisi clericorum nostrorum fuis et manibus sustentata.* Epistola clericorum Italiæ, t. I, *Concil.* de eodem Vigilio : *Quo viso sanctus papa columnas altaris complexus est.* Theophanes, p. 318 : Εὗρεν τὸν Τιβέριον κρατοῦντα τῇ μιᾷ χειρὶ τὸ κιονάκιον τῆς ἁγίας τραπέζης τοῦ θυσιαστηρίου τῆς ἁγίας Θεομήτορος. Et Gregoras : Οἱ δὲ ἠγκαλίζοντο τήν τε θείαν τράπεζαν καὶ τὸν ὑπὸ ταύτην στυλίσκον. Ubi unica columna altare interdum sustentatum videtur indicare Gregoras ; neque abs re, cum observare liceat, ex Euchologio potissimum, apud Græcos altaria, ut plurimum lapidea, quandoque quatuor in angulis columnis, sæpe etiam unica ac media innixa, ita ut omnia sub iis aperta omnibus sint atque obvia ; aliquando solida basi, vel lapidea vel latericia vel cæmenticia, suffulta. Vide Aimoinum, *Histor. Franc.* II, 32 et Anastasium in Leone III, p. 126.

56. Addit denique Anonymus, ut et Codinus, sacræ mensæ Sophianæ *mare* lapillis et multo auro fuisse exornatum : Τὴν τε θάλασσαν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐξ ἀτιμήτων λίθων πεποίηκεν, καὶ κατεχρύσωσεν αὐτήν. Meminit etiam istius sacræ mensæ loci Euchologium Gr. p. 499, ubi de officio magni et angelici habitus : Ἀφ' ἑσπέρας εἰσφέρονται τὰ ἱμάτια τοῦ μέλλοντος λαβεῖν τὸ ἅγιον σχῆμα ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἀποτίθενται ἐν τῷ θαλασσιδίῳ τῆς ἁγίας τραπέζης. Ubi Goarus θάλασσαν et θαλασσίδιον *cavum mensæ recessum* interpretatur, appositeque ita dictum observat ad instar θαλάσσης seu aquarum receptaculi, quod circa altaria ad abluendas victimas apud Judæos exstrui solebat, ut est III Reg. VIII et II Paralip. IV, 6 ; de quo Villalpandus, t. II, part. II, c. 34. Paulinus, *Nat.* IX :

Namque tenes etiam magna Salomonis in æde
Quam fuerit decori siccum mare, quod sapiens rex
Ære fudit solido et tauris suspendit ahenis.

Videtur autem pars illa sacræ mensæ Θεμείλων vocabulo designari a Silentiario, seu fundamentorum, quæ aurea perinde fuisse scribit :

..... κατὰ χρυσέων τε θεμείλων
Ἵσταται.

57. Sacræ mensæ imminebat *ciborium* : ita autem appellabant umbraculum quoddam altius eductum, quo universa mensa sacra tegebatur. De nominis ratione non omnino constat. Notum est ex Athenæo et Hesychio κιβώριον esse apud Ægyptios genus poculi. Porphyrio ad illud Horatii, l. II, od. 7 :

Oblivioso levia Massico ciboria exple :

ciborium ait esse *poculi genus, in modum foliorum*

Digitized by Google

colocasiorum factum. Ex quibus videtur ciborium ita appellatum fuisse, quod superne clauderetur in modum ejusmodi poculorum quorum opercula in formam acutiorem desinunt: nam ea fuit ciboriorum forma. Alii a κίβος vel κιβωτὸς deducunt, quæ voces Græcis arcam sonant; et ita Germanus ciborium non semel vocat. At cæteri κιβωρίου voce ut plurimum utuntur. *Chronicon Alexandr.*, p. 892: Τὰ κιβώρια καὶ ἄλλα κειμήλια ἀφείλοντο. Κιβούριον habet etiam Theophanes a. 32 Justiniani. Quatuor potissimum columnis, quæ ad sacræ mensæ, uti vocant, cornua exsurgebant a pavimento, totum ciborii opus insistebat; ita ut, inquit Germanus patriarcha CP., quod intra eum ambitum includitur sacrum spatium et ciborio desuper veluti cœlo operitur et contegitur, illud sit de quo propheta dixit, *operatus est salutem in medio terræ Deus.* Οἱ ἅγιοι Πατέρες ὡς οὐρανὸν μὲν τὸ ἐπάνωθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ὀρόφιον ἀπαρτίζουσιν, ὡς ὅλην δὲ γῆν ὁρίζονται τὸ ὑπὸ τεσσάρων κιόνων τοῦ εἰρημένου κιβωρίου συγκλειόμενον ἢ περιγραφόμενον ἱερὸν ἔδαφος, ἐν ᾧ πληροῦται καὶ ὁ προφητικὸς λόγος ὁ λέγων· « Εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς ὁ Θεός. » Pulchre autem et eleganter describitur ciborium Sophianum a Silentiario, part. II, v. 303:

Χουσείης δ' ἐφύπερθε παναχράντοιο τραπέζης
Ἄσπετος εὐρυκέλευθον ἐς ἠέρα πύργος ἀνέστη,
Τετραπόροις ἀψῖσιν ἐπ' ἀργυρέῃσι βεβηκώς.
Κίοσι δ' ἀργυρέοισιν ἀείρεται, ὧν ἐπὶ κόρσης
Ἀργυρέους ἴδρυσε πόδας τετράζυγος ἀψίς.

Quatuor igitur columnis, iisque argenteis et ingentibus, quibus ex eodem metallo quatuor innitebantur arcus, totum incumbebat ciborii opus. Arcuum autem ciborii non semel meminit Anastasius, in Leone III: *Fecit et in circuitu altaris, ubi supra, alia vela alba holoserica rosata, quæ pendent in arcu de ciborio, numero quatuor.* De columnis vero ciborii argenteis egit Anonymus: Ἔστησε δὲ κίονας εὐμεγέθεις, αὐτοὺς ἀργυροχρύσους, σὺν τοῦ κιβωρίου καὶ τῶν κρίνων. Anastasius in S. Gregorio I PP.: *Hic fecit B. Petro apostolo ciborium cum columnis suis quatuor ex argento puro.* Idem in Leone III: *Fecit in basilica B. Pauli apostoli ciborium cum columnis suis miræ magnitudinis et pulchritudinis, decoratum ex argento purissimo, etc.* Ibidem: *Fecit in basilica B. Petri apostoli super altare majus ciborium cum columnis suis quatuor ex argento purissimo deaurato, cum diversis miræ magnitudinis mirifice decoratum, quod pensat libras* 2704. Ciborium ipsum, quod ἀργυροέγκαυστον fuisse perinde prodit idem anonymus, cujusmodi passim describuntur ciboria apud eumdem Anastasium, in immensum veluti turris attollebatur, quæ sensim in acutum verticem desinebat, pini fere ad instar, nisi quod in ima sui parte octilatera seu in octo latera divisa erat, quæ sursum sese efferentia trigoni supera parte longioris singula speciem efficiebant. Sed præstat ipsum audire Silentiarium:

Ὑψόθι δ' ἀψίδων ἀνατείνεται οἷά τε κώνου
Εἴκελον, ἀλλ' οὐ πάμπαν ὁμοῖον· οὐ γὰρ ἐλίσσει

A Νειόθεν εὐκύκλοιο περίτροχον ἄντυγα πέζης.
Ἀλλά τις ὀκτάπλευρος ἔφυ βάσις, ἐκ δὲ κελεύθου
Εὐρυτέρης κατὰ βαιὸν ἐς ὀξὺ κόρυμβον ἀνέρπει.
Ὀκτὼ δ' ἀργυρέας τανύει πλάκας, ἁρμονίης δὲ
Ζευγνυμένης δολιχὴ ῥάχις ἵσταται, αἱ δὲ τριγώνοις
Εἰδόμεναι μίσγουσι πόρους ὀκτάζυγος οἴμου
Εἰς ἓν ἀγειρομένους κορυφῆς σημήϊον ἄκρης.

Ita autem sacræ mensæ imminebat ciborium, ut totam illam veluti cœlum contegeret, inquit Germanus patriarcha CP.: Καὶ ὡς οὐρανὸν μὲν τὸ ἐπάνωθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ὀρόφιον ἀπαρτίζουσιν. Photius, in *Descript. Novæ ecclesiæ*: Καὶ αὐτὸς ὁ κωνοειδὴς καὶ τῇ θείᾳ τραπέζᾳ ἐπικείμενος σὺν τοῖς ὑπερείδουσι στυλίσκοις καὶ ὑπορόφοις δρυφος. Neque aliter describitur ciborium a Paulino, l. II, epigr. 2:

Divinum veneranda tegunt altaria fœdus
B *Compositisque sacra cum cruce martyribus.*

Ubi alludit ad arcam testamenti, cujus ad instar ciborium adinvenere Christiani, ut quemadmodum divinas tabulas et veteris legis fœdera includebat et operiebat arca, ita novæ legis sacramenta ac mysteria illud contegeret et includeret; quod et observatur a Germano patriarcha CP., ubi de ciborio: Ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης Κυρίου, ἐν ᾗ λέγεται Ἅγια ἁγίων, καὶ ἁγίασμα αὐτοῦ, ἐν ᾗ προσέταξεν ὁ Θεὸς γενέσθαι δύο χερουβὶμ ἑκατέρωθεν τορνευτά. Atque inde ciboria supra altaria posita legimus. Anastasius in S. Symmacho PP.: *Ubi et super altare ciborium argenteum fecit, pensans libras* 120. In Leone III, p. 152: *Fecit . . . super altare majus ciborium ex argento purissimo, pens. libras* 212. Infra; *Ubi et obtulit ciborium super altare cum columnis suis.* Ibidem: *Ciborium vero quod exinde abstulit, posuit super altare. Chronicon* S. Trudonis, I, 1: *Altare — auro argentoque imaginatum, cum ciborio desuper.* Leo Ost. I, 20: *Super altare autem S. Benedicti argenteum ciborium posuit, illudque auro et smaltis simul exornans.* Denique Flodoardus, *Hist. Rem.* IV, 19: *Ciborium quoque super altare S. Mariæ argento aggressus est operire.* Cum igitur ciborium totum altare operiret eique quodammodo immineret, ideo καλύπτρας vocabulo donatur Sophianum a Silentiario, part. II, v. 344, ubi de velis agit, quæ ad quatuor ciborii latera appendebantur:

D Τέτρασι δ' ἀργυρέαις ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρα
Ὀρθοτενεῖς πετάσαντες, etc.

Certe a Theodoro Studita ciborium ædis S. Joannis Baptistæ, carmine quod εἰς τὸ κιβώριον τοῦ ἁγίου Προδρόμου conscripsit, καλύπτρας nomine indigitatur:

Θείας τραπέζης συγκαλύπτραν με βλέπων
Χερουβικὴν νόμιζε ταξιαρχίαν·
Χριστὸν γὰρ ἔνδον μυσταγωγεῖσθαι νόει,
Τὸν τῶν ἄνω τε δεσπότην καὶ τῶν κάτω.

Neque aliis ferme verbis ciborium designavit Symeon Thessalonicensis, libro *De Templo*, illud vocans τὴν ἐπουράνιον περὶ τὸν Θεὸν σκηνὴν, ἔνθα οἱ τῶν ἀγγέλων δῆμοι καὶ τῶν ἁγίων ἡ κατάπαυσις. Ex quibus tandem docemur cur ciborium *tegimen*

Digitized by Google

et *umbraculum* appelletur in ordine Romano, ubi in illius consecratione divinæ instar arcæ, si non effictum, certe inventum et adumbratum perinde ciborium, disertis verbis innuitur. Sic autem illa concipitur : *Omnipotens sempiterne Deus, qui fideli famulo tuo Moysi præcepisti ut duos Cherubim super arcam testamenti collocaret, quam extensis ad alterutrum alis protegerent, versis vultibus in propitiatorium, quæsumus ineffabiliter clementiam tuam, in quo* tegimen *venerandi altaris tui, in quo ipse unigenitus Filius tuus, Dominus noster Jesus Christus, qui est propitiatio pro peccatis nostris, fidelium manibus jugiter immolatur, et sub quo sanctorum tuorum corpora, quæ veraciter fuerunt arca testamenti tui, receptacula scilicet Spiritus Sancti, per eumdem consubstantialem tibi Filium, qui factus est nobis a te sanctificatio et redemptio in virtute ejusdem spiritus veritatis, universa antiqui hostis falsitate cum satellitibus suis depulsa, cum ipsis ornamentis ad ipsum* umbraculum *pertinentibus vel ab illo dependentibus aut eidem suppositis, tua sancta benedictione perfundere et consecrare, atque ad tuitionem pignorum sanctorum ac roboranda sive multiplicanda vota fidelium tuorum diutino tempore conservare digneris, annuente eodem Domino Jesu Christo*, etc. Præfatio autem ad consecrationem *præfatio ciborii*, id est *umbraculi altaris*, inscribitur. Ex hac igitur oratione ad consecrationem ciborii, patet non modo altare, sed et sanctorum corpora illud operuisse, quia recondita erant sub ipso altari. Gregorius Tur. lib. *De mirac. mart.* c. 28, de S. Petri tumulo agens: *Sepultus est in templo quod vocabatur antiquitus Vaticanum, quatuor ordines columnarum valde mirabilium, numero nonaginta sex, habens. Habet etiam quatuor in altari, præter illas quæ ciborium sepulcri sustentant. Hoc enim sepulcrum sub altari collocatum valde rarum habetur.* Atque inde fortasse accidit ut ædiculas vel tabernacula, in quibus ea recondi solent, quando non reconduntur sub altari, ciboria plerumque appellent scriptores. Anastasius in Honorio PP : *Ornavit autem sepulcrum ejus* (S. Agnetis) *ex argento, — posuit et desuper ciborium æreum deauratum miræ magnitudinis.* Hugo Flaviniacensis in *Chr. Virdun.* p. 166 *: Propitiatorium sane sanctorum exornant corpora, quorum meritis floret Ecclesia ; et in medio quidem alto satis et prominenti ciborio sanctus requiescit Vitonus, redimitus frontem auro purissimo et gemmis pretiosissimis, quibus concluditur majestas Dei incircumscripta et incomprehensibilis, habens ad dexteram B. Petri et ad lævam ejusdem B. Vitoni auro prominentes imagines opere factas cælatorio, quas ambiunt columnæ ex auro purissimo, cum basibus argenteis, arte fusili et anaglypho productæ. Ipsum quoque ciborium Dominicæ resurrectionis, apparitionis et admirabilis ascensionis opere cælatorio protensis adornatur insigniis, habens ante se altare sacratum in honore S. Pulcronii et omnium martyrum, habens et ipsum suum ciborium quo continetur ejusdem B. Pulcronii (corpus) auro* A *et argento decoratum.* Anselmus, in *Episcopis Leod*, c. 30 : *In uno collocati sunt feretro, quod feretrum in ciborio juxta corpus B. Lamberti usque in hodiernum diem collocatum est cum aliis sanctorum pignoribus.* Sane etiamnum in *ciboriis* seu, ut vocamus tabernaculis, ad latera ipsius ciborii sacram pyxidem asservantis, reponi solent sanctorum feretra. Observanda porro vox *majestas* apud Hugonem Flaviniacensem, qua circulos luminosos, qui vulgo capita sanctorum ambiunt, atque adeo ipsas sanctorum imagines, designant plerique e scriptoribus, in primis Albericus a. 1204, auctor *Vit. abbatum S. Albani*, p. 92, Anonymus *De miracul. S. Fidis*, c. 8, et aliquot alii. Certe veterum ciboriorum usum quodammodo videntur revocasse qui ædis magnifi- B cæ, quam nuper Lutetiæ Parisiorum excitavit Anna Austria Franciæ regina, regis nostri invictissimi parens, quamque *Vallem Gratiæ* vulgo appellant, structuræ præfuerunt. Nam ad latera altaris assurgunt sex columnæ marmoreæ excelsiores, quibus incumbunt arcus aurei, variis subinde ornamentis ac angelorum statuis decorati, qui universum altare contegunt ac obumbrant. Porro cum ciborium ad mediam templi vel conchæ altitudinem educeretur, inde forte Papias *ciborium altiorem medietatem* est interpretatus.

58. Subdit Paulus Silentiarius, qua invicem juncti superficiei ciborii margines connectuntur, crateres statutos (scyphi dicuntur *Exod.* xxv) in quibus adumbrata erant ex argento cereorum simulacra.

C Ὑππόθι δ' ἀλλήλοισιν ἀρηρότα πείρατα πέζης
Ἁρμονίην τεύχουσιν, ἐνιδρύσαντο παγέντας
Ἀργυρέους κρητῆρας · ἐπὶ κρητῆρι δ' ἑκάστῳ
Πυρσοφόρους στήσαντο, λιπαυγέα δ' εἴκελα κηροῦ
Κόσμον ἀπαγγέλλουσα, καὶ οὐ φάος, etc.

Ejusmodi crateres describuntur ab Eusebio, *De vita Constantini*, III, 31, et ab Anastasio in Leone III, cujus hæc sunt : *Fecit super ciborium de altari majori B. Petri apostoli canthara majora quatuor ex argento purissimo, habentia in medio cereos ex argento deauratos, pens. libras* 140. Idem in Leone IV : *Necnon et super columnas ipsius ciborii propter amplam pulchritudinem ex argento purissimo fecit cophinos numero quatuor, pensantes libras* 42, et p. 194 *cereorum deargentatorum, qui stabant in presbyterio*, meminit.

D 59. Alterius vero formæ fuit crater ille, qui describitur ab eodem Silentiario, et eo loco positus dicitur ubi ciborii partes extremæ et superiores invicem committuntur, part. II, v. 313 :

Ἁρμονίης δὲ
Ζευγνυμένης δολιχὴ ῥάχις ἵσταται · αἱ δὲ τριγώνοις
Εἰδόμεναι μίσγουσι πόρους ὀκτάζυγος οἴμου
Εἰς ἓν ἀγειρομένους, κορυφῆς σημήϊον ἄκρης,
Ὑππόθι καὶ κρητῆρος ὑπήραρεν εἰκόνα τέχνη.
Κείλεα δὲ κρητῆρος ὑποκλασθέντα πετήλου
Εἶδος ἐμορφώσαντο.

Nam hoc loco per craterem in folia dispertitura lilia intellexit, quæ in suprema ciborii parte una cum sphæra statuisse Justinianum tradunt qui de æde Sophiana scripsere. Anonymus : Ἐπάνω δὲ τοῦ κιβωρίου ἔστησε σφαῖραν ὁλόχρυσον, ἔχουσαν

Digitized by Google

σταθμὸν λίτρας ριη', καὶ κρίνα χρυσᾶ στήσαντα λίτρας ς', καὶ ἐπάνω αὐτῶν σταυρὸν χρύσεον μετὰ λίθων καὶ πολυτελῶν καὶ δυσπορίστων, ὃς τις σταυρὸς εἶλκε καὶ σταθμὸν λιτρῶν ο'. Κρίνου autem nomen indidere Græci crateri isti, quod ita Epistylia vocent architecti, quia in formam foliorum lilii dissecantur. Ita *lilium* usurpant etiam Latini. Leo Ost. III, 28 : *Columnas bases ac lilia, necnon et diversorum colorum marmora abundanter coëmit.* Anastasius in Leone III : *Et diversis columnis tam porphyreticis quam albis et sculptis cum basibus et liliis simul postibus decoravit.* Et infra : *Hic sacer antistes super ipsas columnas lilios poni fecit, et super ipsos lilios ex metallis marmoreis platonias posuit, diversisque picturis miræ magnitudinis opus decoravit.* Et in Leone IV : *Fecit ciborium et columnas ac lilia exaurata ex argento purissimo.* Adde S. Gregorium, 1, 1, epist. 66.

60. Ciborii igitur parti extremæ imposita erant lilia aurea, seu crateris labra in liliorum speciem efficta erant, ex quibus sphæra seu, ut Codino nuncupatur, μῆλον enascebatur, cui crux lapidum fulgore coruscans insistebat. Ea porro erat ciboriorum forma, ut quæ in imo latiora in acutum desinunt, pomi figuram efficerent. Auctor *Chronici Fontanell.* c. 13, describens ciborium quod reliquias sancti Georgii continebat : *Est formæ quadratæ, ex quatuor videlicet angulis ab imo assurgens, et ita omne opus paulatim minuendo in latitudine in summo angustum redditur, ut pyramidem in altitudine reddat, uniuscujusque mali parvi conclusione solidetur.* Quod vero *sphæram* vocat Anonymus et *malum* Codinus, nihil aliud est quam *polus* apud Silentiarium, qui prædictis hæc addit :

Μέσῳ δ' ἐνεθήκατο χώρῳ
Ἀργύρεον στίλβοντα πόλου τύπον·

seu sphæram ac ornatum tantum, seu cœli figuram repræsentare per sphæram voluerit Justinianus : nam cœlum per ipsum bema, τὸν οὐρανὸν μὲν διὰ τοῦ ἱεροῦ βήματος, designari, et τὸ θυσιαστήριον ὡς ἄλλον οὐρανὸν nos habere, ait Symeon Thessalonicensis lib. *De templo.* Unde Chrysostomus, homil. 3 ad Ephes. scribit, cum vela bematis diducuntur et aperiuntur, tunc cœlum ipsum quodammodo aperiri : Ὅταν ᾖς ἀνελκόμενα τὰ ἀμφίθυρα, τότε νόμισον διαστέλλεσθαι τὸν οὐρανὸν ἄνωθεν καὶ κατιέναι τοὺς ἀγγέλους.

61. Addit deinde Silentiarius supra polum stetisse crucem, quod idem est ac *supra sphæram* aut *malum.*

Ὑψόθι δ' αὐτοῦ
Σταυρὸς ὑπερτέλλων ἀναφαίνεται.

Per cruces ciboriis superimpositas vel Christum in cruce pendentem repræsentari solitum, constat ex iis quæ a Nicolao I. PP. traduntur epist. 2 : *Quid fidei nostræ contradicit, quod in centro cameræ, super altare, ejus figuram, quod Verbum caro factum est, animæ nostræ affectando desiderant.* Ubi vox *affectando* idem est quod *adorando :* expressit quippe verbum σχετικῶς, seu *affectivam sacrarum imaginum adorationem,* ut loquitur Anastasius Bibliothecarius in *Hist. eccles.* ; quam σχετικὴν appellari a Græcis scriptoribus in notis ad Alexiadem pluribus probavimus, quæque in sententiis SS. Patrum, *De adorat. imag.* sic definitur : Ἔστι δὲ καὶ σχετικὴ καὶ ἀσπαστικὴ προσκύνησις ἐκ φιλικῆς διαθέσεως καὶ εὐγνώμονος οἰκείωσιν καὶ εὔνοιαν ἠγαπημένοις ἐπαγγελλομένη. Per vocem autem *desiderant* videtur innuere sanctus pontifex Christianos et fideles, dum Jesum intuentur in cruce pendentem super altare in ciborio, sacratissimum illius corpus, quod in eo et sub cruce asservatur, expetere, et *affectuosis desideriis* illius perceptionem exoptare. Verbum enim *desiderare* hac ut plurimum notione usurpant sancti Patres, ubi de sacrosanctis sacramentis ac præsertim de Eucharistiæ sacramento agunt, ut Tertullianus ad uxorem, II, 4 et 6, sanctus Ambrosius *De fratre suo* et *De sacrament.* l. IV, sanctus Eligius, homil. 8, et sanctus Zeno Veron. invitat. VIII, ad Fontem. unde in Gloss. Lat. Gr. *desiderata* exponitur λειτουργία, τελετή, id est sacrosanctum missæ officium, in quo corpus Christi et divinæ Eucharistiæ sacramentum conficitur, uti pridem observarunt Jos. Scaliger in *Epistolis,* p. 195, Casaubonus Exercit. 16 ad *Annal.* Baron c. 45, Lacerda, in *Advers.* c. 136, n. 15, et alii. *Centrum* denique apud Nicolaum nihil aliud est quam conchæ altaris pars superior, quæ in conchæ similitudinem curvatur ac sinuatur, et quam stellis coruscantem, veluti cœlum repræsentantem, describit Paulinus *Nat.* X :

Est etiam interiore sinu majoris in aulæ
Insita cella procul, quasi filia culminis ejus,
Stellato spatiosa tholo.

Nam conchæ et bema cœlum repræsentare dixit Symeon Thessal., ut supra observatum est. Quod vero de cruce ciborio imposita diximus, firmatur præterea ex Anastasio in Leone IV : *Sacrum desuper construxit altare, et ciborium cum cruce,* etc. Et ex eodem Paulino, l. II, epigr. 2, ubi totum ciborii apparatum et ornatum describit :

Divinum veneranda tegunt altaria fœdus,
Compositisque sacra cum cruce martyribus
Cuncta salutiferi coeunt insignia Christi,
Crux, corpus, sanguis martyris, ipse Deus.

Quædam his consentanea habet epist. 12, ad Severum :

Pleno coruscat Trinitas mysterio :
Stat Christus agno, vox Patris cœlo tonat,
Et per columbam Spiritus sanctus fluit.
Crucem corona lucido cingit globo ;
Cui coronæ sunt corona apostoli,
Quorum figura est in columbarum choro.

Vide eumdem infra p. 155 et Honorium Augustodunensem 1, 135.

62. Ciborium πύργου seu turris nomine donatur a Silentiario part. II, v. 203 :

Χρυσείης δ' ἐφύπερθε παναχράντοιο τραπέζης
Ἄσπετος εὐρυχέλευθον ἐς ἠέρα πύργος ἀνέστη.

Neque aliter vocatur a Germano patriarcha CP. :

Digitized by Google

Ἡ κόγχη τοῦ θυσιαστηρίου μετάθεσίς ἐστι τοῦ σταυροῦ, οἱ πύργοι δὲ τὰ σημεῖα· διὰ τοῦτο δ' ἀμφότερα λογοθετοῦνται εἰς πρόσωπον τῶν ἱερουργούντων. Vix enim Goaro assentiar hoc loco quatuor ciborii columnas designari existimanti, præsertim cum turris appellatione apud plerosque ex Latinis scriptores sive *majus* sive *minus ciborium* designetur. *Minus* enim *ciborium* vocabant, quod erat portatile et adinstar majoris effictum erat, ut mox ostendemus; ut *majus*, quod altare operiebat. *Chronico* abbatum Montis S. Michaëlis : *a.* 1103 *ciborium majus ecclesiæ, quod Rogerius ædificaverat, corruit.* Et Paulus Warnefridus, *De Gest. Langob.*, III, 25, et ex eo Aimonius, *Hist. Fr.* III, 3 : *De quo auro ipse rex postmodum ciborium solidum miræ magnitudinis et magni ponderis fecit, multisque illud gemmis pretiosissimis decoratum ad sepulcrum Domini Hierosolymam transmittere voluit.* Per turrem igitur ciborium intellexit Fortunatus Pictaviensis, l. III, epigr. 23 quod, inscribitur ad Felicem episcopum, in turrem ejus :

Quam bene juncta docent sacrati ut corporis agni
Margaritum ingens aurea dona ferant, etc.

Et Flodoardus, *Hist. Rem.* II, 6 : *Turrim quoque auream quam ad votum suum fabricari fecerat, super altare posuit S. Remensis ecclesiæ.* Anastasius in sancto Innocentio PP. : *Turrem argenteam cum patena et columba deaurata pensantem libras triginta.* Denique S. Remigius, in testamento suo, apud eumdem scriptorem I, 18 : *Tibi hæredi meæ ecclesiæ supra memoratæ jubeo turriculam, et imaginatum calicem fabricari.* In his porro turriculis sacram Eucharistiam ad infirmos seu *ad viaticum* reponi solitam diserte docet Gregorius Turonensis, *De gloria mart.* I, 86 : *Acceptaque turre diaconus, in qua mysterium Dominici corporis habebatur, ferre cœpit ad ostium; ingressusque templum, ut eam altari superponeret, elapsa de manu ejus ferebatur in aera.* Tametsi dubitari potest an turris voce intelligatur his locis turris illa ciborii, quæ a columba pendebat, an vero pyxis ipsa seu *ciborium*, quod *itinerarium* vocat ordo Romanus. Nam in turriculis, seu potius arculis in modum turricularum effictis, non modo sacram Eucharistiam, sed et sanctas reliquias reconditas constat, ut majorum ciboriorum, in quibus divina pendebat Eucharistia, formam quodammodo referrent; unde Glossarium Gr. Lat. πυργισκάριον et πυργίσκον *turriculum et armarium* vertit. Certe de reliquiis in turriculis reconditis testatur Leo Ost. II, 53 et III, 30; et Petrus Diac. IV, 73. De sacra vero Eucharistia in turriculis aureis vel argenteis asservata laudandus, qui in ecclesiis nostris adhuc perstat, mos insigne præbet testimonium, in quibus, in solennioribus festis populo spectanda et adoranda in iis exponitur, in editiori altaris seu tabernaculi loco : sed in illis præsertim sacris ædibus, in quibus non sub columba aut a superiori ciborii parte pendet : nam in iis nusquam alio sacra Eucharistia loco spe- A

clanda exponitur. Moris quippe istius hodierni inde origo videtur sumpta, ut et sacra Eucharistia et vasa ipsa in quibus reconditur in tutis locis asserventur, ne furtis pateant. Unde quod certis diebus *monstratur* fidelibus sacra in iis asservata Eucharistia, ejusmodi sacra vasa *ostensaria* et *monstrantiæ* etiamnum appellantur, præsertim in Germania et Belgio; quibus in provinciis in turris speciem semper efficta sunt, ut olim in Francia nostra; de quo more egit Gropperus in libris *De Eucharistia*, p. 450, et Fronto Ducæus ad Paulinum, p. 785; quin et inde turriculis, in quibus sacræ reliquiæ reconduntur, id nominis tribuit *Chronicon aulæ regiæ*, c. 17, et auctor *Bohæmiæ piæ*, p. 99 et 105.

B 63. Diximus in turriculis in ciborii majoris speciem effictis recondi pyxides, quæ sacras Eucharistiæ particulas ad viaticum asservatas continebant. Observat quippe Honorius Augustoduunensis *De antiquo ritu missæ*, I, 61 : *Oblatam non integram sumptam* olim a sacerdote sacra faciente, *sed in tria divisam, unum in calicem missum, aliud a sacerdote consumptum, tertium in pyxidem morituris ad viaticum repositum.* Pyxis illa, vel certe turricula cum ipsa pyxide, *ciborium minus* et *itinerarium* appellatur in *Ordine Romano*, cap. quod inscribitur *Præfatio minoris vel itinerarii ciborii.* Lemma sequitur hæc oratio : *Oremus, dilectissimi, indulgentiam omnipotentis Dei, ut postpositis humanæ fragilitatis admissis, consuetæ misericordiæ suæ munera, hoc repositorium sacris usibus præparatum per unigenitum Verbum, virtutem scilicet et sapientiam suam, in spiritu sanctificationis consecrare dignetur.* Quod vero in ea Præfatione *repositorium* vocatur, *conditorium sacrorum pignorum* appellatur in consecratione, quæ præfationem subsequitur, *conditorium* nude hoc loco : *tunc inclinato capite pontifex vel diaconus salutat sancta, ut si fuerit superabundans, præcipiat ut ponatur in conditorio.* Dicitur porro *ciborium minus* et *itinerarium* ad discrimen majoris ciborii, quod *umbraculum altaris* vocat idem Ordo Romanus : *itinerarium* autem, id est *portatile*, quemadmodum infra ibidem *tabula itineraria* nuncupatur quod vulgo *altare portatile* appellamus. Ciborium istud minus *repositorium* perinde nuncupatur in testamento Perpetui episcopi Turon. t. V, *Spicilegii* Acheriani, illudque Græci πυξίον vocant, ut colligere est ex Pachymere, l. VII, et Nicolao Casulorum episcopo in *Typico*; recentiores vero μηξόμηλον, corrupto, ut par est credere, vocabulo ex μυξόμηλον, quamobrem non desunt qui πυξόμηλον idem esse opinantur quod ἀρτοφόριον. Sacram vero pyxidem supra altare appensam fuisse observare est ex Hugone Flaviniacensi in *Chron. Virdun.* part. II : *Pyxidem unam de Onychino in qua servatur corpus Dominicum, dependens super altare.* Leo Ost. *Chr. Casin.* III, c. ult. : *Pyxis aurea cum smaltis pro corpore Domini.* Et Leo IV PP. de cura pastorali : *Super altare nihil ponatur nisi capsæ cum reliquiis sanctorum — aut*

Digitized by Google

vyxis cum corpore Domini ad viaticum pro infirmis. Eadem verba habet Ratherius Veronensis in *Synodica ad presbyteros*, nisi quod pro *pyxis* habet *buxida*; qua postrema voce utitur etiam Paulus Diaconus in *Vita S. Gregorii M. PP.* c. 19. Eæ autem pyxides in quibus sacra Eucharistia ad infirmos defertur, ex ebore seu *eburneæ* esse jubentur, *propter casum*, in *Statutis synodalibus* Odonis episcopi Parisiensis c. 5, n. 5, et c. ult. n. 35, quod videtur intelligendum non de præcipua pyxide quæ a columba pendebat, sed de minore, in quam ex majori sacra Eucharistia ad infirmos deferenda refundebatur.

64. Jam vero quod corpus Dominicum sub cruce vel sub crucis figura reponi solitum fuisse in ciborio diximus, firmatur ex concilio Turonensi II, can. 3, quo statuitur *ut corpus Domini in altari non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur*; id est, non in ipso ciborio vel, uti appellamus, tabernaculo, quod *imaginarius ordo* dicitur, seu in aureo argentove elaborato variisque figuris ac imaginibus adornato opere. Unde conficitur sacrosanctam Eucharistiam ad viaticum, non in ipso ciborio sed extra ciborium asservatam in pyxide, pependisse sub cruce, quod etiamnum in plerisque nostratibus, præsertim cathedralibus ecclesiis observatur. Pendebat autem sacra pyxis ex columba, qua Spiritum sanctum apud Christianos adumbrari constat. Ejusmodi vero aurearum et argentearum columbarum altaribus seu sacris mensis et ipsis etiam baptisteriorum fontibus imminentium meminit synodus v Cpolitana, act. 5, in qua continentur expostulationes cleri adversus Severum, qui columbas altaris et baptisterii abstulerat: Τὰς γὰρ εἰς τύπον τοῦ ἁγίου Πνεύματος χρυσᾶς τε καὶ ἀργυρᾶς κρεμαμένας ὑπεράνω τῶν θείων κολυμβηθρῶν καὶ θυσιαστηρίων μετὰ τῶν ἐσφετερίσατο, λέγων οὐ χρῆναι ἐν εἴδει περιστερᾶς ὀνομάζεσθαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Quæ quidem verba habentur etiam in VII synodo, act. 5. Verum etsi columbas altaribus impendisse ex hoc loco non omnino constet, is tamen ecclesiarum usus e cæteris scriptoribus, Latinis potissimum, colligitur, præsertim ex Paulino, epist. 12, ad Severum, ubi totum altaris apparatum describit:

Et per columbam Spiritus sanctus fluit.

Præterea ex testamento Perpetui episcopi, cujus meminimus, in quo donat et legat *Amalario presbytero capsulam unam communem de serico; item peristerium et columbam argenteam ad repositorium.* Quo loco *peristerium* synonymum videtur cum columba: est enim Græcis περιστέριον, ut et περιστερίδιον, parvula seu minor columba; nisi loculus fuerit, in quo ipsa continebatur columba. Scio περιστέρια quædam κοσμάρια dici apud Hesychium. Hunc præterea morem astruit Udalricus, *Consuet. Cluniac.* II, 30: *Prædictam autem pyxidem — diaconus cum columba jugiter pendente super altare — abstrahit.* Et I, 9: *Ipsæ autem hostiæ, cum fuerint consecratæ, mutantur quatuor cum illis quæ in pyxide et aurea columba super altare pendente jugiter servantur, maxime propter infirmos, ut quidquid de eis eveniat, viaticum sit in promptu.* Meminit denique Anastasius in Hilario et sancto Innocentio PP. ejusmodi columbarum altaribus impendentium. Ex quibus eum invaluisse in Ecclesia orientali et occidentali morem abunde colligitur, proindeque admodum vero esse simile columbam suam et pyxidem habuisse ciborium Sophianum.

65. Verum cum a sacris adytis arceantur profani, solisque illa sacerdotibus pervia sint, gradum referenti liceat cum ipso Silentiario, part. II, v. 338 in hæc verba prorumpere:

Πῇ φέρομαι! πῇ μῦθος ἰὼν ἀχάλινος ὀδεύει;
Ἴσχεο, τολμήεσσα μεμυκότι χείλεϊ φωνή.
Μηδ' ἔτι γυμνώσειας ἃ μὴ θέμις ὄμμασι λαῶν
Μυστιπόλοι δ' ὑπὸ χερσὶν ὅσοις τόδε θέσμα κελεύει,
Σιδονίης Φοίνικι βεβαμμένον ἄνθεϊ κόχλου
Φᾶρος ἐφαπλώσαντες ἐρέψατε νῶτα τραπέζης,
Τέτρασι δ' ἀργυρέῃσιν ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρας
Ὀρθόθεν εἰσπετάσαντες, ἀπείρονι δείξατε δήμῳ
Χρυσὸν ἅλις, etc.

Solis, inquam, sacerdotibus patent et altaria et quæcunque intra sacra vela continentur seu sancta sanctorum. Dicuntur enim ἅγια ἁγίων τὰ ἐντὸς τοῦ καταπετάσματος, ut est in Lexico ms. Regio cod. 2062. Nam ut ait Cyrillus Alexandr. *De Adorat.* 3, πρεσβυτέροις πεπίστευται τὸ θυσιαστήριον καὶ τὰ ἔσω τοῦ καταπετάσματος, οἷς ἂν πρέπειν λέγεσθαι, καὶ φυλάξουσι τὴν ἱερατείαν αὐτῶν. Quæ quidem verba de velis, quæ ad quatuor ciborii columnas expandebantur, intelligi debere censuerim, de quibus agit hoc loco Silentiarius, quæ τέτρασι ἀργυρέῃσιν ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρας seu in quatuor ciborii lateribus explicari solebant, ut totus sacrorum adytorum locus, in quo Sancta sanctorum conficiuntur, undique occluderetur, ne profano vulgo plebive pateret, quippe, ut ait Gregoras, *Hist.* X, Οἱ τῶν βασιλέων θάλαμοι, καὶ ὁπόσα ἀνθρώποις ἱερά τε καὶ τίμια, ὑπὸ παραπετάσμασιν ἄλλα ἄλλοις καλύπτονται, ἵνα μήτε δήμοις ἀνοσίοις προκείμενα κιβδηλεύηται μήτε περιφρονῆται διὰ τὸ τῆς καταλήψεως πρόχειρόν τε καὶ ἄπονον. De sacris altaribus id prodit Symeon Thessal. libro *De Templo*: Ἀμφίοις δὲ περικεκαλυμμένον ἐστὶ καὶ κεκοσμημένον (τὸ θυσιαστήριον) ὅτι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ δυσθεώρητα καὶ οὐ πᾶσι ληπτά. Et alibi: Καὶ δι᾽ὰ τὸ μὲν τοῦ ἐν θυσιαστηρίῳ καταπετάσματος τὴν ἐπουράνιον περὶ τὸν Θεὸν ἐκτυποῖ σκηνήν, ἔνθα τῶν ἀγγέλων ἡ ἀνάπαυσις. Et mox ad quatuor altaris latera expandi vela ista satis prodit: Τέσσαρα δὲ μέρη ὑφάσματος ταῖς τέσσαρσιν ἔχει γωνίαις ἡ ἁγία τράπεζα, etc. Anastasius Bibl. in Paschali PP.: *Fecit etiam in circuitu altaris vela rubea serica quatuor cum gammadiis.* Idem in Leone III: *Fecit et in circuitu altaris — alia vela alba holoserica rosata, quæ pendent in arcu de ciborio, numero quatuor.*

Digitized by Google

Adde p. 142 et 165. Guillelmus Bibl. in Stephano VI PP. : *Contulit — vela serica de blattin Byzantea quatuor in circuitu altaris majoris.* Atque inde vela ista τετράβηλα appellant Græci recentiores, Anastasius in *Vit. PP. tetravila* et *tetravela* p. 62, 127, 130, 131, 139, 140, 142, 144, 145. Ea autem erant ut plurimum purpurei coloris, auro etiam interdum et Phrygio opere distincta et variis imaginibus adornata, cujusmodi describuntur a Silentiario, ab Anastasio, et a Paulo Diac. I, XXIV *Hist. miscellæ* in Michaele. Nec scio an per Majoris ecclesiæ ἐνδύτην, quam ad summum pontificem Romanum misit Michael Palæologus, rosei coloris auro illusam et unionibus insertis coruscantem, *tetravelum* intellexerit Pachymeres, v, 17, an vero tapetem qui sacræ mensæ insternitur, quem ἐνδύτην τῆς ἁγίας τραπέζης vocat Ducas, c. 29, quod velle videntur viri docti : tametsi potior videatur sententia, ἐνδύτας hoc loco sumi pro quibusvis ecclesiæ velis seu aulæis; qua notione ἱερὰς ἐνδύτας dixit Joannes Damasc. in *Synodica* ad Theophilum imp. VII Synodus, act. 7 : Ἐνδύτας ἢ ἕτερα βῆλα ἢ ἕτερον ἀφιερούμενον, et B. Dorotheus in Præfat. *Doctr.* ait ἐν τῇ θείᾳ ἐνδύτῃ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας depictam fuisse S. Barsanuphii imaginem. Ita Maximianus archiepiscopus Ravennas, apud Hieron. Rubeum, donasse legitur ecclesiæ suæ *endothyn bissinam pretiosissimum omnem Christi Dei historiam continentem*, et *aliam ex auro endothyn in qua auro textili pictæ erant omnium qui illum præcesserant archiepiscoporum imagines.* Ubi *endothyn* idem est quod ἐνδύτην. *Vestes* vulgo dicuntur ejusmodi ecclesiarum aulæa Anastasio passim et cæteris scriptoribus Latinis. Ædis Sophianæ porro ornamentorum, uti vocant opulentiam si commendat Sugerius, lib. de administr. sua : *Admiranda siquidem et fere incredibilia a viris veridicis quam pluribus et ab episcopo Laudunensi Hugone in celebratione missæ de S. Sophiæ ornamentorum prærogativa, necnon et aliarum ecclesiarum audieramus.*

66. Sed priusquam e bemate excedamus atque adeo ex concha, præstat σύνθρονον, qui in ea exstitit, describere. Mediam enim concham utrinque ambibant sacerdotum et ecclesiæ ministrorum sacra facientium subsellia, atque in iis patriarchæ sedes et thronus excelsior, ita ut in proximum centrum coirent. Silentiarius, part. I, v. 229 :

Μέση δ' ἐζώσατο θώκους
Μυστιπόλους καὶ βάθρα περίδρομα, καὶ τὸ μετ' αὐτὴν
Ὑστατίην ὑπὸ πέζαν ἀολλίζουσα συνέλκει
Ἐγγύτερον περὶ κέντρον ἐπὶ χθονός.

Anonymus septem sedibus tantum, nescio an vere, constitisse hæc subsellia refert, in quibus sacerdotes patriarchæ sacra facienti ministrantes cum eo sedere consueverant : Τὰς δὲ βάσεις τὰς ἑπτὰ τῶν ἱερέων, ἐν αἷς καθέζονται, σὺν τοῦ ἀρχιερέως θρόνου καὶ τῶν τεσσάρων κιόνων κατεχρύσωσε, στήσας εἰς τὰ ἑκάτερα μέρη. Hanc porro subselliorum in concha seriem σύνθρονον Græci appellant. Theophanes, p. 371 : Τοῦ πατριάρχου Νικήτου ἐν τῷ συνθρόνῳ καθεζομένου καὶ ὁρῶντος. Scylitzes in Constantino : Ἐγένετο δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς ταραχὴ διὰ τὴν καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ καταδεξαμένων τῶν μητροπολιτῶν προκαθίσαι τοὺς συγκέλλους ἐν τῷ συνθρόνῳ. Meminerunt etiam συνθρόνου hac notione Euchologium Gr., ubi de episcopi ordinatione, Pachymeres, VII, 31, Symeon Thessal. et alii. Et recte id nominis inditum, quod una eademque esset subselliorum omnium compages, quæ conchæ recessum ambibant, ita ut in iis omnes ecclesiæ ministri una et simul sederent. Eusebius, *Hist. eccl.* X, 4 : Ἀλλὰ καὶ ὧδε καὶ τὸν νεὼν ἐπιτελέσας, θρόνοις τε τοῖς ἀνωτάτω εἰς τὴν τῶν προέδρων τιμὴν καὶ προσέτι βάθροις ἐν τάξει τοῖς καθόλου κατὰ τὸ πρέπον κοσμήσας. Et Constantinus Porphyrog. in Basilio, c. 55 : Οἵ τε ἐντὸς (τοῦ θυσιαστηρίου) θάκοι καὶ αἱ πρὸ τούτων βαθμίδες καὶ αὐταὶ αἱ ἱεραὶ τράπεζαι ἐξ ἀργύρου πάντα περικεχυμένον ἔχουσι τὸν χρυσόν. A loco igitur in quo consistebat synthronus, nempe concha quam etiam *absidam* vocant scriptores aliquot Latini, ipse ministrorum ecclesiæ in concha consessus *absida* pariter dictus legitur, vel certe sedes ipsa episcopalis aut patriarchalis. Quippe in veteri Glossario *absida sedes episcoporum* esse dicitur, ut et apud Papiam, apud quem hæc habentur : *exedra absida, id est locus subselliorum.* Neque alia videtur significatione usurpasse sanctus Augustinus epist. 225 : *Ad nostra subsellia relicta turba redieram — dicebam ego quibus poteram, qui ad nos in absidam honoratiores ascenderant.* Idem epist. 203 : *In futuro Christi judicio neque absidæ gradatæ nec cathedræ velatæ adhibebuntur ad defensionem.* Ex quibus perspicuum fit cur synodus Sardicensis can. 10 dixerit, εἰς τὴν ἀψῖδα τῆς ἐπισκοπῆς διαβῆναι, pro *ad episcopalem dignitatem vel thronum pervenire*, cum in *absidis* seu *conchis* in excelsioribus subselliis ac gradatis sederent episcopi. Ea autem non pretiosis duntaxat velis et aulæis tegebantur, ut est apud eumdem Augustinum, sed cæteris etiam aliorum ecclesiæ ministrorum sedibus excelsiora erant, uti innuit loco citato Eusebius, et cautum legitur in synodo Carthag. 4 can. 33, *ut episcopus in ecclesia et in consessu presbyterorum sublimior sedeat.* Hunc morem in ecclesiis Christianorum observatum attigere præterea Urbanus I in epist. c. 4; sanctus Ambrosius libro *De dignitate sacerd.* c. 6; sanctus Augustinus in psalm. CXXVI.; Amalarius, *De reb. eccl.* III, 10; et Honorius Augustod. I, 13 et 15. Præsertim vero cathedra episcopalis seu patriarchalis θρόνου voce donatur passim apud scriptores Byzantinos. Anonymus, *De locis Hierosol.* c. 3, Hierosolymitanæ sancti Sepulcri ecclesiæ bema describens, ἐκεῖ εἶναι ὁ θρόνος τοῦ πατριάρχου. Atque inde factum est ut a throno, dignitatis summo fastigio, ecclesiæ compellarentur, et *throni* dicerentur, quibus patriarchæ et episcopi præsidebant, quemad-

Digitized by Google

modum Latinis *sedes* appellari consueverunt. Jam vero cum conchæ mediæ recessus imus subselliis ab utraque parte et undique cingeretur, throni patriarcharum et episcoporum, quos μυστιπόλους θώκους seu sacerdotales sedes vocat Silentiarius, ad dexteram altaris partem videntur exstitisse. Scylitzes in Stratiotico de patriarcha : Κατελθόντα γὰρ ἐκεῖνον εὐθέως οἱ ἀνάπται τοῦ πλήθους παρειληφότες, καὶ θρόνον ἐνεγκόντες, ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ μέρους καθίζουσι τοῦ ἁγίου βήματος. Id etiam indicat ordo Romanus : *Tandem episcopus osculatur evangelium et altare, et pergit ad dextram altaris ad sedem suam.* Id observare est præterea ex Marcellino Comite, dum narrat Joannem Romanum pontificem, cum anno 525 Cpolim pervenisset, *miro honore* a Justiniano imperatore exceptum fuisse, et *dextrum dextro ecclesiæ insedisse solio, diemque Domini nostri resurrectionis plena voce Romanis precibus celebrasse.* Quibus verbis innuit Marcellinus Joannem in consessu patriarcham CP. præcessisse, sedisseque ad illius dextram. At Goarus in medio et intimo conchæ recessu patriarchicum thronum statuit, quem circumstant hinc inde episcoporum vel qui sacris intersunt sacerdotum subsellia. Addit præterea supra eum thronum Christum solere effingi, manibus in mensam appositam in crucis formam decussatis, dextra panem sacrum, sinistra crucem apprehendentem : hinc inde vero, et a lateribus, supra episcoporum et sacerdotum sedilia, duodecim apostolorum effigies delineatas, ut etiam hodie in sancti Pauli et Salvatoris basilicis Romæ conspiciuntur. Unde planum fit eo respexisse Germanum patriarcham CP., cum dixit βῆμα esse θρόνον ἐν ᾧπερ ὁ παμβασιλεὺς Χριστὸς προκάθηται μετὰ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων, ut et Symeonem Thessalon. libro *De Templo :* Καθίσας τῷ συνθρόνῳ, τὸν Χριστὸν ἐκμιμούμενος, συγκαθέδρους ἔχει καὶ τοὺς συνεπισκόπους καὶ ἱερεῖς μιμουμένους τοὺς ἀποστόλους. Et libro *De sacramentis* : Ἡ ἄνω καθέδρα τὴν ὑπερουράνιον δείκνυσι· καθέδραν τοῦ Ἰησοῦ, αἱ ὑπ' αὐτὴν δὲ βαθμίδες τὴν ἑκάστου τῶν ἱεραρχῶν καὶ ἱερέων τάξιν τε καὶ ἀνάβασιν, ἔνθα δὴ καὶ οὐ θέμις τινὰ ἕτερον καθίσαι, οὐδὲ τῶν διακόνων αὐτῶν. Eadem habet aliis verbis libro de Templo : Διὰ τοῦ ἱεροῦ συνθρόνου τὸν εἰς οὐρανοὺς ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς σαρκωθέντα Λόγον καθήμενον, διὰ δὲ τῶν ἀναβαθμῶν τὴν ἑκάστου τῶν ἱερωμένων ἀνθρώπων καὶ τῶν ἀγγέλων τάξιν τε καὶ ἀνάβασιν.

67. Dixi binos recessus seu potius duas conchulas majori, ubi stabat sacra mensa adjunctas fuisse, alteram ad dextram et septentrionem, alteram ad sinistram et ad meridiem altaris. Conchulas majori adjunctas describit, ni fallor, Silentiarius, 1 part. v. 236. Nam cum dixisset mediam ac majorem concham sacerdotum subsellia in orbem circumducta continere, addit eam excipere (ad utrumque nempe latus) fornicem alium, validis innixum fundamentis, in ima quidem parte in rectas ductum lineas, superne vero ita sinuatum ut cylindri semisecti formam referat. Ea est enim minorum conchularum figura, quæ cum majori longe strictiores a terra assurgant, cylindri semisecti formam effingunt, donec superne sinuentur; quam etiam figuram majori conchæ tribuit Procopius, licet potiori jure minoribus illa conveniat. Mox addit Silentiarius concham, orientalem nempe, binas alias conchas utrinque protendere, versus occidentem progredientes, tanquam si ulnas suas extenderet, quo clerum ac cantores excipiat. De minoribus igitur conchulis ita Silentiarius :

Τὴν δὲ μετ' ἐκδέχεται κρατεροῖς ἀραρυῖα θεμείλοις,
Ἐς βάσιν εὐθύγραμμος, ὕπερθε δὲ κύκλιος ἄντυξ,
Σχήμασιν οὐ σφαίρης ἐναλίγκιος, ἀλλὰ κυλίνδρου
Ἀνδιχα τεμνομένοιο.

Harum conchularum alteram, quam ad dextram statuit Symeon Thessalonicensis, πρόθεσιν Græci appellant, quasi dicas *propositionem* aut *propositionis mensam*, a cæremonia quæ in ea peragitur nomen habentem. In ea namque, ait Allatius, sacerdos ante missam, et una cum eo ministrantes, res omnes ad sacrum complendum necessarias, ut panem, vinum et alia, præparant, quibus finitis secedunt ad sacram mensam, ubi sacra liturgia inchoatur. Pachymeri 1, 19, κόγχη τῆς προθέσεως dicitur. Utramque autem conchulam *secretarium* vocat Paulinus, priorisque seu prothesis, usum sic describit :

Hic locus est veneranda penus qua conditur, et qua
Promitur alma sacri pompa ministerii.

Et epist. 12, ad Severum, loco supra laudato, de binis istis conchulis verba faciens, *Una earum*, inquit, *immolanti hostias jubilationis patet.* Ubi pro *patet* legendum *parat* censuerim : quippe in hac conchula *hostias non immolat antistes*, sed in media et majori concha : prothesis vero *hostias jubilationis immolanti* seu potius immolaturo *antistiti parat* vel præparat. Cum enim in utraque conchula, quæ ad sacram liturgiam peragendam necessaria sunt, atque adeo in prothesi hostia et vinum, in diaconico vestes et libri et vasa ac ministeria ecclesiastica parentur, inde binæ istæ conchulæ *paratoria* nuncupantur in ordine Romano : *calicem autem subdiaconus accipit sequens et dat acolyto, et ille revocat in paratorium*, nempe in *prothesim*, ubi calices et cætera vasa ad sacrificii usum reponebantur, quod ex sacris liturgiis abunde probari potest.

68. Alteram conchulam, quæ ad sinistram seu ad meridiem altaris statuitur a Thessalonicensi, *paratorium* perinde vocat idem ordo Romanus : *Reponitur liber in paratorio quodam sive in secretario.* Conchulas enim majori adjunctas *secretaria* appellasse Paulinum supra observatum est. Proinde idem est *paratorium* quod *secretarium*. Repositos autem fuisse libros ecclesiasticos in hac conchula docet idem Paulinus, dum illius usum sic describit :

Si quem sancta tenet meditandi in lege voluntas,
Hic poterit residens sacris intendere libris.

In ea enim conchula sacræ lectiones fiebant, sa-

Digitized by Google

eriqué Libri finita liturgia publice prælegebantur. Id, ni fallor, satis innuit ipse Paulinus : nam cum dixisset unam earum concharum immolanti hostias jubilationis antistiti parare, hæc subdit : *Altera post sacrificium capaci sinu receptat orantes*, ita enim legendum contenderim, cum edita nihil aut prave sonent, *altera post sacerdotem capaci sinu receptat ovantes ;* peracto enim sacrificio eo secedebant sacerdotes et diaconi, et sacrorum Librorum lectioni operam dabant. Certe in ea conchula factas ejusmodi lectiones docet satis superque Codinus libro *De offic.* c. 15, n. 4, dum ait imperatorem in ædem Sophianam secedere ibique magni Basilii precationes a patriarcha prælectas exaudire πλησίον τοῦ διακονικοῦ, hoc est juxta conchulam, quæ διακονικὸν vocabatur. Nam haud procul exstitisse sedem imperatoris, cum sacrorum Librorum lectionem auditu excipiebat, supra probavimus ex Silentiario. Diaconicum igitur hæc conchula appellata est, quod esset quodammodo appendix majoris diaconici seu secretarii, in quo et ecclesiasticæ vestes et sacra, uti appellantur passim, ministeria asservabantur, ex quo quæ ad sacram liturgiam peragendam necessaria erant promebantur et in hanc conchulam deferebantur, quæ inde diaconicum appellata est. Nam in ea vestes sacras induebant et sacerdos sacra facturus et diaconi illi ministraturi. Unde cum secuophylacii appellatione donaretur perinde majus diaconicum, inde etiam diaconicum minus seu conchula diaconi sceuophylacium interdum vocatur; adeo ut quæ in liturgiis sancti Marci et sancti Jacobi ἐν διακονικῷ peragi preces, exacto sacrificio, dicuntur, eæ in liturgia Chrysostomi ἐν σκευοφυλακίῳ fieri scribantur. Metatorii denique appellationem habuit eadem conchula, quemadmodum majus diaconicum, ut infra probamus, ubi nominis rationem expendimus : nam diserte Euchologium p. 623 διακονικὸν et μετατώριον confundit ; quo loco non est major *sacristia*, uti velle videtur Goarus, sed conchula bematis ita appellata, ex qua patriarcha post cantatas tertiam et sextam odas ad altare procedit, ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐκ τοῦ μέρους δεξιοῦ. Nec obstat quod ad dextram altaris diaconicum statuat, quod ad sinistram reponit Thessalonicensis, cum, ut ait idem Goarus, dextrum vel sinistrum latus pro respicientium ad ortum vel occasum mutatione scriptoribus dicatur; adeo ut ipse Goarus prothesim ad sinistram, diaconicum vero ad dextram statuat, contra quam Thessalonicensis. Metatorium pariter ad dextrum latus vel ædis vel altaris ponit Cedrenus in Leone philosopho : neque enim omnino constat an de exedra diaconico ac metatorio dicta, an vero de conchula iisdem nominibus locutus sit : locum damus infra n. 86. Sed et non desunt qui totum bematis extra altaris vela atque adeo extra majorem concham spatium diaconicum appellatum volunt, quod, cum intra vela seu παραπετάσματα, de quibus mox agemus, solis sacerdotibus consistere liceret, quæ bematis pars inde διάκονικον proprie dicta diaconis permissa esset, ut qui ad utramque conchulam, *prothesim* scilicet et *diaconicum*, pro officii ratione peragendi et in iis consistendi necesse haberent. Nam Symeon Thessalonicensis, libro *De templo*, ait nulli licere in sacro synthrono sedere præterquam sacerdotibus, ac ne ipsis quidem diaconis, quibus alius attributus est locus, ὃς ἀκουλούθως ὠνόμασται διακονικόν, ἔνθα καὶ καθῆσθαι τούτοις οὐκ ἀκώλυτον, diaconicum nempe, locus sic dictus, in quo considere eis licitum sit. Huic quidem sententiæ nescio an faveat Lexicon Gr. ms. quod exstat in bibl. Reg. cod. 2062, ubi παραπέτασμα τὸ διακονικὸν, τὸ παραχάλυμμα esse dicitur : videtur enim διακονικὸν appellari velum altaris, quasi totum bematis spatium, quod extra vela altaris patet, diaconicum sit, et quia in eo et consistere et progredi pro functionis suæ ratione, non autem sacrarium ingredi illis liceret, quemadmodum subdiaconis eadem bematis spatia ; cum subdiaconi et lectores in solea extra bematis cancellos consisterent, ut docet idem Thessalonicensis. Atque inde colligitur quid statuat canon 21 synodi Laodicenæ, dum ait non licere subdiaconis intra bematis cancellos consistere : οὐ δεῖ ὑπηρέτας χώραν ἔχειν ἐν τῷ διακονικῷ : id enim solis diaconis licebat. Ita porro hunc canonem capiendum par est credere, etsi Balsamon et Zonaras diaconicum de munere diaconi interpretati sint. Priori sane sententiæ favet Isidorus Mercator, qui διακονικὸν *secretarium* vertit : *Secretarium*, inquit, *quod Græci diaconicum vocant;* quæ totidem verbis habentur in concilio Agathensi can. 66; ita ut per *secretarium* conchulam intellexerit, quam Græci *diaconicum* nuncupant, quæ a diaconis in ea ministrantibus nomen sumpsit, ut observavimus. Nam vix est simile vero diaconicum pro exedra extra ædem ita nuncupata sumi debere, cum in ea quibusvis ecclesiæ ministris consistere fas esset, et ex ea clerici omnes ad altare procederent. Jam vero quod in concilio Arelatensi II sub Siricio PP. can. 15 *diaconi sedere inter presbyteros in secretario* vetantur, id videtur intelligi aut de majori diaconico, secretario vel vestiario, in quod sacerdotes vel antistites de rebus ecclesiasticis deliberaturi secedebant, et, ut verbis utar Sulpicii Severi, cum *vel salutationibus vacantes vel audiendis negotiationibus occupati* in eo considebant ; vel potius de minori diaconico, id est conchula, quam διακονικὸν vocant Græci. In hoc enim diaconico quando sacerdotes sacra facturi in eo sacras vestes induunt aut alia quæ ad sacram liturgiam spectant exsequuntur, cum iis, ob reverentiam quam sacerdotali characteri debent, sedere prohibentur.

69. Ad utrumque bematis latus quatuor præterea exsurgunt aliæ conchæ, binæ scilicet in utroque muri seu parietis latere, quas versus occidentem progredi ait Silentiarius. Sustentatur autem illarum unaquæque binis columnis porphyreticis Ægyptiis, quas Romanas vocant, et a muliere vidua, Marcia

Digitized by Google

nomine, Roma ad Justinianum transmissas scripsit Plutarchus ejusdem Justiniani proto-secretarius. Ex quibus tandem docemur quæ sint quatuor illæ conchæ ædis Sophianæ, quarum meminit Codinus: Τῶν δὲ πινσῶν ὑφωθέντων, καὶ τῶν μεγάλων κιόνων σταθέντων, ἔμελλον μετ' αὐτῶν καὶ τοὺς Ῥωμαίους κίονας στῆσαι· ἀλλ' οὐκ ἐποίουν, ἀλλ' ἔστησαν αὐτοὺς εἰς τέσσαρας κόγχας. Sed de quatuor istis conchis audiendus Silentiarius, part. I, v. 239:

Δύο δ' ἐς κίονας ἄλλας
Κόγχας ἀμφοτέρωθι προβάλλεται ἐς δύσιν ἕρπειν,
Οἷά περ ἐκτανύουσα περιγναμφθέντας ἀγοστοὺς,
Λαὸν ὅπως πολύυμνον ἑοῖς ἀγκάσσεται οἴκοις.
Καὶ τὰς μὲν χρυσέοισιν ἐλαφρίζουσι καρήνοις
Στικτοὶ πορφυρέοισιν ἀποστίλβοντες ἀώτοις
Κίονες, ἡμιτμῆγι περισταδὸν ἄντυγι κύκλου
Ἄχθος ἀερτάζοντες ὑπέρβιον, οὓς ποτε θήβης
Νειλαίης ἐλόχευσαν εὐκνήμιδες ἐρίπναι, etc.

Ad hoc igitur quatuor istæ conchæ confectæ sunt, ut populum canentem, λαὸν πολύυμνον, exciperent, hoc est, ut interpretor, clericos et cantores, qui dum missarum peragebatur liturgia, sacerdoti in altari sacra facienti vel concinebant vel respondebant. In choro enim ac ναῷ cæteræ preces ac, ut vocant, horæ ecclesiasticæ decantabantur. Mox addit ut binis porphyreticis columnis sex aliæ Thessalicæ superponantur, qua gynæcei seu porticuum superiorum pars ultima assurgit, quæ ita dispositæ sunt ut ter binæ iis incumbant, proindeque duæ, quæ in medio consistunt, vacuo in aere stare ac nullo fundamento fulciri videantur. Meminit rursum Silentiarius, part. II, v. 34 columnarum istarum porphyreticarum Ægyptiacarum.

70. Bema, seu saeram hanc et solis sacerdotibus addictam ædis partem, a nao vel choro separat tabulatum, columnis, cancellis, hyperthyris et imaginibus adornatum, ne quibuslibet ad eam aditus pateat, διὰ τὸ μηδένα εἰσιέναι ἐν αὐτῷ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, inquit Germanus patriarcha CP. Theophanes Ceram. homil. 55 de æde sancti Petri in palatio: Τὸ δὲ τῆς ἀῤῥήτου τελετῆς χωρίον, μαρμάρων θώραξ τοῖς ἱερεῦσιν περικλείει τὸν χῶρον, ἐφ' ὧν ἔστιν ἐπαναπαύεσθαί τε καὶ μετὰ ἀσφαλείας ἑστάναι καὶ τέρπειν τῇ θέᾳ τὴν ὄψιν· κώλυμα δὲ τοῦτο τῶν, εἴ τις προπετὴς καὶ ἀνίερος εἴσω τῶν ἀδύτων ὑπερβῆναι φιλονεικεῖ. Tabulatum istud ἱερὰς κιγκλίδας seu sacros cancellos vocant Nicephorus Callistus, Joannes Cantacuzenus et alii passim. Porphyrogeneta in Basilio c. 55: Καὶ αἱ τῶν ἐκτὸς διείργουσαι τὰ θυσιαστήρια κιγκλίδες καὶ τὰ ἐν αὐταῖς περίστυλα καὶ τὰ ἄνωθεν οἷον ὑπέρθυρα. Κάγκελος τοῦ ἱερατείου dicitur Cyrillo Scythopolitano in sancti Euthymii; κάγκελος τοῦ θυσιαστηρίου in synodo Chalcedon. act. 1 et apud auctorem vitæ S. Sabæ; ἕρκος apud Silentiarium, δρύφακτα seu δρύφακτοι apud Sozomenum, VII, 27. Gloss. Gr. ms. Regium cod. 1673: Δρύφακτοι τὰ διαφράγματα ἢ τὰ περιτειχίσματα, τοῦτ' ἔστιν ξύλινοι κάγκελλοι. Alio loco δρυφάκτους νεοκαγκέλους seu ædis sacræ cancellos vocat. Denique cancelli isti dicuntur κιόνια ἤτοι στήθεα τὰ διορίζοντα τὸ βῆμα ἀπὸ τοῦ λοιποῦ ναοῦ Germano patriarchæ CP., qui præterea observat eos ut plurimum fuisse ære fusiles; cujusmodi fuere cancelli apud Leonem Ost. *Chr. Casin.* III, 33: *Fecit itaque et cancellos fusiles ex ære ante altare, scilicet inter chorum et adytum statuendos.* Cancellos lapideos habet c. seq., argenteos vero Anastasius in sancto Sylvestro et aliis locis, ut et Cyprianus in *Vita sancti Cæsarii Arelat.* quales exstitere cancelli bematis in æde Sophiana, quorum ea fuit elegantia ut non eboris aut marmoris vel æris quidquam in iis esset, sed tabulatum omne, seu quidquid bema a nao separat, totum argento obductum fuerit. Silentiarius, part. II, v. 265:

Καὶ γὰρ ὅσον μεγάλοιο πρὸς ὄρθριον ἄντυγα νηοῦ
Χῶρον ἀναιμάκτοισιν ἀπεκρίναντο θυηλαῖς,
Οὐκ ἐλέφας, οὐ τίμημα λίθων ἢ χαλκὸς ὁρίζει,
Ἀλλ' ὅλον ἐθρίγκωσεν ὑπ' ἀργυρέοισι μετάλλοις.

Ex quibus etiam percipitur cancellos bematis Sophiani exstitisse sub arcu orientali, qui hemisphærium sustinet. Ea autem bematis tabulata non unicis cancellis vel tabulis, quas πλάκας vocat Silentiarius, constabant, sed in iis duodecim præsertim columnæ argento perinde vestitæ assurgebant, quæ ita dispositæ erant ut binæ simul cohærerent. Idem Silentiarius, part. II, v. 269:

Οὐδὲ μὲν οὐ μούνοις ἐπὶ τείχεσιν, ὁππόσα μύστην
Ἄνδρα πολυγλώσσοιο διακρίνουσιν ὁμίλου,
Γυμνὰς ἀργυρέας ἔβαλε πλάκας, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς
Κίονας ἀργυρέοισιν ὅλους ἐκάλυψε μετάλλοις
Τηλεβόλοις σελάεσσι λελαμπότας ἐξάσι δοιούς.

Iis adjunctæ erant variæ tabellæ orbiculares, in quibus opere sculptorio depictæ erant imagines Christi, angelorum, prophetarum, apostolorum, et Deiparæ. In medio vero, in tabula perinde tereti, depicta erant eodem opere sculptorio monogrammata Justiniani et Theodoræ, una cum crucis figura. Silentiarius, v. 295:

Ἐς δὲ μέσας ἱεροῦ πλάκας ἕρκεος, αἳ περὶ φῶτας
Εὐτέρους τεύχουσι μεταίχμια, γράμμα χαράσσει
Ἡ γλυφὶς ἐν πολύμυθον. Ἀολλίζει γὰρ ἀνάσσης
Οὔνομα καὶ βασιλῆος· ἴσον γε μὲν ὁμφαλοέσσῃ
Ἀσπίδι μεσσατίοισι τύπον κοιλάνατο χώροις
Σταυρὸν ἀπαγγέλλουσα.

De monogrammate dixi ad Annæ Alexiadem.

71. A nao in bema aditus patebat per tres portas, quæ in cancellis aperiebantur, mediam ingentem vel majorem, alias minoris magnitudinis ad utrumque latus, et, ut Paulini verbis utar, Natali 10,

Trinaque cancellis currentibus ostia pandunt.

Idem Silentiarius v. 300:

Διὰ τρισσῶν δὲ θυρέτρων
Ἕρκος ὅλον μύστησιν ἀνοίγεται· ἐν γὰρ ἑκάστῃ
Πλευρῇ θύρετρα διέτμαγεν ἐργοπόνος χείρ.

Ejusmodi bematis portas ἁγίας θύρας scriptores Græci passim vocant, ἅγια θυρία Pachymeres 4, 25 et alii. Refert auctor narrationis de rebus Armeniæ, editus a Combefisio, ab Armenis, qui synodo Cpolitanæ, quam quintam vocant, consenserant, harum alteram Armeniorum portam de corum no-

Digitized by Google

mine nuncupatam fuisse: Τῷ ὀνόματι αὐτῶν ἐκάλεσαν ἁγίας πύλας τῆς ἁγίας Σοφίας, ἥτις μέχρι σήμερον καλεῖται τῶν Ἀρμενίων πύλη.

72. Portæ vero sanctæ, cum cancellatæ essent, velis ut plurimum obducebantur, ne quæ peragebantur sacra in altaribus a quibusvis conspicerentur. Dicuntur autem ejusmodi fores clatratæ et cancellatæ καγκελοθυρίδες Anonymo: vela vero θεῖα παραπετάσματα S. Dionysio in Epist. ad Demophilum, ἀμφίθυρα Chrysostomo, serm. 3 in Epist. ad Ephesios, Theophylacto Simocattæ, v, 14, et Evagrio, VI, 20, quasi ἄμφια θυρῶν. Græci posteriores βηλόθυρα, barbaro vocabulo, fores istas appellaverunt, quo utuntur scholiastes Aristophanis, ad *Ranas*, et Codinus *De Offic.* Unde βημόθυρον effictum in Euchologio et apud Malaxum, etsi quasi βήματος θυρίον dicta videatur posterior hæc vox. At Guillelmus Biblioth. in Stephano VI, hanc vocem usurpare videtur pro quovis velo, etiam altaris: *Fecit etiam in eadem basilica — belothera quatuor, ex quibus unum auro textum.* Et infra: *Contulit — velothera serica tria in circuitu altaris.* De velothyris sic Paulinus, *Nat.* VI:

Ast alii pretiosa ferunt donaria, meque
Officii sumptu superent, qui pulchra tegendis
Vela ferant foribus etc.

Et Epiphanius epist. ad Joannem Hierosolymitanum: *Inveni ibi velum pendens in foribus ecclesiæ.* Denique in concilio Narbonensi a. 589, can. 13, *juniores clerici* jubentur *senioribus vela ad ostia sublevare.* Sed antequam ex bematis cancellis excedamus, observandum inde totam hanc ædis sacræ partem cancellis clausam vulgo apud nostros *cancellum* appellari, *le chancel.* Hugo Plagon in versione Gallica W. Tyrii ms.: *Li patriarche prit le califfre, et l'enmena el cuer et el chanciel, pour bien voir apertement le sacrement.*

73. Ex bemate per tabulati portas egredientibus primum occurrit *solea.* Symeon Thessalon. *Dial. de sacramentis:* Γίνεται εἴσοδος εἰς τὸν σολέαν ἐκ τοῦ βήματος. Euchologium in ordinatione diaconi: Ἐξελθόντες δύο διάκονοι ἐκ τοῦ ἁγίου βήματος λαμβάνονται τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι διάκονον, ἑστῶτα ἐν τῇ σολέᾳ. Proxima enim sacris cancellis fuit solea, ut ex Cantacuzeno, I, 41 colligitur, scribente, imperatorem διερχόμενον τὸν σολέαν εὑρίσκειν τὸν πατριάρχην εἰς τὰ ἅγια θυρία, et Codino innuente soleam inter ambonem et bema exstitisse, dum ait imperatorem ex ambone descendere, non ex ea parte quæ ὡραίας πύλας, sed ex altera quæ πρὸς τὸν σολέαν et τὸ ἅγιον βῆμα respicit. Unde evidens est soleam sacris cancellis proximam fuisse atque ipsi bemati, cum et solea et cancelli bema ipsum a nao dividerent. Id enim videtur scribere Theodorus Studita: Οἵ τε θεῖοι κίονες καὶ οἱ σόλιοι καλούμενοι, ἃ τὸ σεβάσμιον διατειχίζουσι θυσιαστηρίου. Ita etiam Nicephorus patriarcha CP. *Antirrhetico* II, c. 45, ubi soleam cum cancellis jungit: Τί οὖν εἴποιεν περὶ τῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς κιγκλίσι καὶ ταῖς καλουμέναις σωλίαις πρὸ τοῦ θείου θυσιαστηρίου ἱδρυμένων; ubi soleas numero multitudinis efferunt scriptores isti, cum solea non ædi duntaxat Sophianæ propria fuerit, sed ædes omnes sacræ suas soleas haberent. Idque satis præterea colligitur ex Leone Grammatico, p. 450 et 451, ubi meminit solearum ædium Blachernensis et S. Mocii. At quæ pars illa sit templi, ambigunt doctiores nec inter se consentiunt; præ cæteris vero doctissimam et luculentam ea de re dissertationem instituit Leo Allatius, l. I Συμμίκτων, ubi discussis scriptorum sententiis suam ipse stabilivit, dixitque soleam esse basim, fulcimenta ac partes inferiores tabulati cancellati, quæ solidæ fieri solent; ex quo, inquit, factum postea ut spatium illud quod ante ipsam soleam effundebatur, solea dici cœperit. Cui quidem sententiæ favere videtur Lexicon Gr. ms. in bibl. Reg. cod. 2062: Κιγκλὶς τὸ τοῦ δικαστηρίου κάγκελον ἢ ἡ σωλέα, seu ut habet aliud Lexicon, quod inscribitur Στέφανος λέξεων, cod. 1688, ἢ ἡ τοῦ ἱεροῦ σωλαῖα, ita ut unum videatur esse cancellus et solea. Verum etsi certum sit soleam appellatum spatium illud quod cancellis bematis obversabatur, non ideo tamen a *solo* isto seu basi cancellorum nomen sumpsit, sed potius a *solo* vel pavimento editiori, quod hoc loco altius eminebat. Unde recte Menardus ad librum *Sacrament.* Gregorii et Goarus ad Euchologium non uno loco soleam dixerunt esse pavimentum eminentius ecclesiæ, quod est ante fores sacrarii, inter chorum et sacrarium, in quo est altare, cujusmodi describi videtur a Leone Ostiens. III, 27: *Sed illud præcipue quod secus altare est et in choro, gradibus illis quibus ad idem altare ascenditur, crustis pretiosorum marmorum decenti varietate distinxit.* Id sane evincunt non modo simile pavimentum aliquanto editius, quod in nostratibus ecclesiis perinde his locis conspicitur, sed etiam voces Græcobarbaræ, ὁ σολέας, σολεῖος, ἡ σολέα, ὁ σολέας et ἡ σωλία, quibus utuntur passim scriptores Byzantini, qui eas indubie hauserant vel a Latinis sequioris ævi vel ab Italis, quibuscum semper magnum habuere commercium. Quippe apud Italos quidquid supra pavimentum tantisper eminet, *soglia*, ut apud Francos *seuil*, seu *solium* dicitur: unde primum portæ gradum seu domus limen *le seuil de la porte* nuncupamus, primam nempe et inferiorem trabem, cui totum ædificium ligneum insistit, et quam transcendere tenetur qui domum vult ingredi; quæ quidem trabs *seule* vocatur in consuetudine municipali Aurelianensi art. 377, et Nivernensi cap. 26 art. 8 et 11, *soulier* in eadem Nivernensi cap. 10, ut Florentinis *sogliare; sol* in Remensi art. 238, *soline* in Ambianensi art. 198. Sed et apud Græcos recentiores σωλεῖαν ædium quarumvis fuisse partem docet Lexicon Gr. ms. mox laudatum: Σολία, χώρα· σωλεία δὲ ἡ τοῦ οἴκου, nempe φλιὰ seu limen: est enim academicis Cruscanis *soglia pietra o scalone, dove posano gli stipiti*

Digitized by Google

del uscio. Itaque, si bene auguror, *solea* idem erit ac *limen*, et *soleæ* idem quod *limina*; qua ultima voce utuntur passim scriptores, dum de ædibus sacris loquuntur, aut de iis qui ad ipsas sacras ædes voti causa proficiscuntur. Paulinus, Nat. 9 :

Verum utinam sanis agerent hæc gaudia votis,
Nec sua liminibus miscerent pocula sanctis.

Et infra :

Cede sacratis
Liminibus serpens.

Hinc familiaris loquendi formula, *ad limina sanctorum* proficisci, aut ea visitare, cum de iis qui ad eorum sepulcra seu memorias peregrinationes instituunt verba faciunt scriptores. Nam cum sanctorum reliquiæ ac corpora intra absidas vel bemata in Confessionibus, id est sub altaribus, recondita essent, fideles in liminibus seu in *soleis* bematis consistebant, ibique preces suas ac vota exsolvebant. Nicolaus I papa epist. 8 : *Tanta hominum millia protectioni atque intercessioni B. apostolorum principis Petri ex omnibus finibus terræ properantium sese quotidie conterunt, et usque in finem vitæ suæ apud ejus limina semet mansura proponunt.* Ita passim apud Victorem III, lib. III *Dialog.*, Leon. Ostiens. III, 49, Petr. Diacon. *Chr. Casin.* IV, 92, et alios; quibus in locis vox *limina* pro ipsa æde sacra sumitur, id est pars pro toto. Quanquam non desunt qui *limina* pro ipsa prima ædis porticu atque adeo ipsis foribus intelligi debere contendunt, in quibus subsistebant peregrinantes, cum C eo prosequerentur cultu ipsos martyres, ut et ipsam ædem iis sacram subire vererentur. Paulinus, *Nat.* 6 :

Ille autem qui tanti muneris alto
Causa fuit Domino, mediis in liminibus stans,
Flensque iterum, sed lætitia, modo debita Sancto
Vota refert.

Sed et interdum ipsos postes osculabantur : unde apud Chrysostomum hom. 3 in Epist. ad Corinthios, πρόθυρα τοῦ ναοῦ φιλεῖν, Aratorem l. II *Histor. sacræ*, et Paulinum *Nat.* VI, *oscula figere postibus;* Prudentium, Hymn. 2 et 11, *apostolorum et martyrum exosculari limina;* denique apud Gregorium Turonensem *De Mirac. sancti Martini*, IV, 14, *limina S. Martini osculari.* Paulinus loco laudato :

Sternitur ante fores, et postibus oscula figit,
Et lacrymis rigat omne solum, pro limine sancto
Fusus humi.

Nam quemadmodum qui excommunicantur et ab ecclesiæ ingressu arcentur, dicuntur *a liminibus ecclesiæ separari* apud Leon. Ostiens. III, 43, Petr. Diac. lib. IV, 32, 57, 88, 94, 109, et alios passim, ita peregrinantes humilitatis majorisque venerationis gratia, ac pœnitentium instar, in ipsis liminibus subsistebant, ut qui se ipsam ædem subire indignos censerent. Utcunque se res habeat, illud etiam a vero haud procul est, ipsos peregrinantes vota sua exsolvisse in bematis liminibus seu soleis, quæ *liminaria* dicuntur Anastasio in sancto Adriano A papa, p. 117 : *pari modo et in ipsius apostoli confessionis liminari inferiori, lib.* XXV *Liminare* etiam eadem notione vocat Petrus Diaconus, IV, 93, quod idem Anastasius, p. 152, 156, 173, 177 *vestibulum altaris* et *confessionis;* cujus quidem vestibuli ingressus meminit præterea p. 133, 134, 140, 141, 173. Sed quod Græcis *solea*, nostris *limen* et *liminare* dictum est, *rugam* videtur nuncupare ordo Romanus, enarrans ut pontifex finita sacra liturgia in secretarium redit, ubi hæc subdit : *Tunc septem cereostata præcedunt pontificem, et subdiaconus regionarius cum turibulo ad secretarium : — post eos bajuli, post eos cereostatarii, post quos acolythi qui rugam conservant, post eos extra presbyterium cruces portantes, deinde mansionarii juniores; et intrat* B *in secretarium.* Neque alia significatione accipienda hæc vox apud Anastasium Bibl. in Vitis Pontificum, ubi passim occurrit, quidquid reclamet Cæsar Bullingerus. In Stephano IV : *Fecit et regulares argenteos super rugas, per quas ingrediuntur ad altare.* In sancto Adriano : *In eadem basilica ab introitu de rugas usque ad confessionem vestivit de argento purissimo.* In Leone III : *Necnon et altare majus sub absida construxit, cujus faciem atque confessionem seu rugas ad decorem ipsius altaris investivit ex argento mundissimo.* In Paschali : *Sacram confessionem ejus interius exteriusque cum rugulis suis nobilissime construxit.* Et p. 150 : *Confessionem denique ejus cum rugulis suis interius exteriusque vallantem pulcherrime compsit atque decoravit.* Alibi vero non C semel rugas istas in ingressu presbyterii, id est bematis, fuisse ostendit. In sancto Paulo : *Fecit autem et rugas in ecclesia B. Petri apostoli in presbyterio ingredientes, quas utraque parte dextra lævaque investivit argento purissimo.* Alio loco : *Fecit etiam imagines sex ex laminis argenteis investitas, ex quibus tres posuit super rugas quæ sunt in introitu ecclesiæ presbyterii.* Rursum : *Fecit simul et rugas argenteas in ingressu presbyterii pensantes*, etc. Cum igitur, ut habet ordo Romanus, acolythi *rugam* servarent, neque iis fas esset sacrarium ingredi, satis evincitur *rugam* extra sacrarium atque adeo ei proximam fuisse. *Ruga* vero idem sonat quod nostris *rue* seu platea : sic enim usurpatur D hæc vox apud Willelmum Tyrium, XII, 25, et in Bulla Alexandri papæ a. 1165. In M. Pastorali Ecclesiæ Parisiensis, l. XIX, charta 17 : *Usque ad locum qui vocatur Tudella, in ruga ejusdem S. Germani.* Ita Papias pariter *rugam* videtur accipere : *rugæ, romæ, similulæ.* Ubi legendum *rumæ;* Græcam enim vocem expressit ῥύμη. Gloss. S. Benedicti, *ruga* ῥύμη. Nam et hoc loco *ruga* forte accipitur pro platea : ῥύμη enim Græcis non modo rugam frontis sonat, sed et plateam. Hesychius : Ἀμφοδα αἱ ῥύμαι, ἀγυιαὶ, ὁδοὶ. Lexicon Græc. ms. in bibliotheca Regia cod. 930 : ἄμφοδος ῥήμη· ἄμφοδον ὁδον, ῥήμην. Quibus locis legendum ῥύμη et ῥύμην. Sed et a ῥύμη vocem Gallicam *rue* deducit H. Stephanus. Recte autem *rugam, semi-*

Digitized by Google

tulam vertit Papias, seu parvam semitam, cujus-modi sunt sulci quos in fronte senum efficiunt rugæ; unde indubie rugas appellarunt nostri quasvis plateas strictiores, quod rugarum quæ in fronte senum contrahuntur formam referant. Sed et observo partem illam templi *plateam* et *viam* appellari in charta a. 1337 in eodem M. Pastorali Ecclesiæ Paris. p. 367: *Item ordinamus et pronuntiamus, quod si in platea, infra gradus per quos ascenditur ad magnum altare, licet sit seu dicatur capitium, aliqui cerei in candelabris ponantur in parte inferiori super tumbis defunctorum*, etc. Infra: *de jurisdictione autem Ecclesiæ Parisiensis, — ordinamus quod a primo inferiori graduum, per quos ascenditur ad magnum altare, et circumcirca magnum et parvum altaria, intra tamen clausuram quæ ibi est, et non extra, tota jurisdictio est et erit episcopi: in via autem juxta ipsos gradus, per quam itur de uno ostio ferreo ad aliud ostium de transverso, erit præventio inter episcopum et capitulum*, etc. Sed ut ad soleam revertar, pars illa templi vulgari ac recepto loquendi modo βῆμα ἀναγνωστῶν dicta est, id est, in qua consistebant lectores. Cum enim in bema sacrum, cæteris ecclesiæ partibus editius, solis sacerdotibus ac diaconis ministrantibus aditus pateret, subdiaconi ac lectores extra cancellos in solea perinde editiori stabant; unde eorum bema appellata est, ad instar bematis sacri, in quo consistebant sacerdotes. Id adstruit Symeon Thessalonicensis: Ὑποδιακόνους καὶ ἀναγνώστας καθῆσθαι χρὴ ἔξωθεν τοῦ βήματος πρὸς τὸν σολέαν, ὃς δὴ καὶ βῆμα καλεῖται ἀναγνωστῶν. Quanquam non desunt qui soleam lectorum bema esse appellatam censent, quod ea amboni quodammodo subjaceret, cui id appellationis tribuit diserte Sozomenus, IX, 2: Εἰκάζω αὐτὴν κεῖσθαι περὶ τὸν ἄμβωνα, βῆμα δὲ τοῦτο τῶν ἀναγνωστῶν. Et l. VIII ait sanctum Chrysostomum orationem habuisse ad populum ἐπὶ τοῦ βήματος τῶν ἀναγνωστῶν καθεζόμενον. Neque aliter Socrates, l. VI, ubi scribit eumdem ex ambone ut plurimum ad populum perorasse, ὅθεν εἰώθει καὶ πρότερον ὁμιλεῖν. In concilio Laodiceno, can. 15 dicuntur canonici psaltæ ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαίνειν; et in libro *Sacramentorum* sancti Gregorii: *ascendit lector in ambonem, pronuntians*, etc. Ita denique sanctus Cyprianus, ep. 34 lectorem ait *super pulpitum, id est super tribunal ecclesiæ, impositum legisse præcepta et Evangelium Domini*. Soleam Sophianam, ut et ambonem, ex onychite lapide, ἐξ ὀνυχίτου λίθου, confecisse Justinianum tradunt, qui utrumque casu trullæ confractum narrant, in quibus est Cedrenus. Anonymus multo pretiosiorem describit: Τόν τε ἄμβωνα μετὰ τῆς σολέας ἐποίησε μετὰ σαρδονύχων, ἐντιθέμενος καὶ πολυτίμους λίθους, σὺν κιόνων ὁλοχρύσων καὶ κρύων καὶ ἀσπίδων καὶ σαπφείρων. Nec vetat solum seu pavimentum, quod pedibus teritur, onychite lapide constratum fuisse, cum onyx marmoris species sit, quod alabastritem etiam vocant, ex quo pretiosissima olim facta pavimenta auctor est Plinius, XXXVI, 7 et 8. Gloss. Lat. ms. in bibl. Reg. cod. 1013: *Onychinum genus metalli, onyx genus marmoris*. Lucanus de aula Ptolemæi et Cleopatræ, in qua Julius Cæsar post pugnam Pharsalicam regio apparatu exceptus est, lib. X:

Totaque effusus in aula
Calcabatur onyx.

Et Martialis, l. 12 epigr. 50:

Calcatusque tuo sub pede lucet onyx.

Sed et Paulus Silentiarius inter marmora varia lapidesque opulentos, quibus ædes Sophiana passim coruscabat, onychem recenset, part. II, v. 223:

Ὅσσα δ' ὄνυξ ἀνέηκε διαυγάζοντι μετάλλῳ
Ὠχριόων ἐρίτιμα.

Ut et Statius:

Hic Libyus Phrygiusque silex, hic dura Laconum
Saxa virent, hic flexus onyx et concolor alto
Vena mari.

Et alibi:

Mœret onyx longe, queriturque exclusus ophites.

Cum autem sacri cancelli ad extremas pilarum seu pinsorum partes, quæ bemati ad orientem proximæ erant, ipsum clauderent, spatium illud quod implebat latitudinem earum pilarum soleam, ut opinor, conficiebat, donec amboni conjungeretur qui intra alteram pilarum extremitatem ad orientem perinde excitatus fuit. Nam qua interiorem templi partem respiciunt, latiores sunt pilæ.

74. Sophianum ambonem ad orientem et versus mediam ædis partem statuit Silentiarius in illius descriptione:

Ἔστι τις εὐρυπόροιο κατ' ἔνδια μέσσα μελάθρου
Ἄβρὸς ἰδεῖν καὶ μᾶλλον ἐς ἀντολίην τε νενευκὼς
Ἠύργος, ἀκηρασίοισιν ἀπόκριτος ἤθεσι βίβλων.

Ad orientem et e conspectu bematis statuitur pariter ambo a Germano patriarcha CP.: Ὁ ἄμβων πρὸ τῆς θύρας τοῦ βήματος ἵσταται, ut et a Symeone Thessalon. libro, *De templo*: Ὁ μὲν πρὸ τοῦ βήματος ἄμβων, etc. Alio loco: Τοῦ ἱερωτάτου βήματος κατὰ ἀνατολὰς ὁρισθέντος, καὶ τοῦ ἄμβωνος ἀντικρὺ τεθέντος, εἰ τόπος ἐστί. Ita autem excitatus erat ambo, ut pars una soleam et bema, altera ναὸν et portas ὡραίας spectaret, inter bema vero et ambonem solea intercederet: id diserte colligitur ex locis proxime laudatis, ubi de solea egimus. Pars vero ambonis, quæ bema respicit, dextra nuncupari videtur Nicetæ Paphlagoni in *Vita Ignatii patriarchæ CP.*, quo loco narrat somnium Bardæ Cæsaris: Καὶ ὅτε πλησίον ἦμεν τοῦ ἄμβωνος, ὤφθησαν ὥσπερ κουβικουλάριοι δύο ἀπότομοι καὶ ἐμβριθεῖς, ὧν ὁ μὲν δέσμιον τὸν βασιλέα λαβὼν καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατασύρων ἐξωθεῖτο τῆς σολέας, κατακρίνων ὡς ὑπεύθυνον, etc. Cedrenus idem somnium enarrans: Οἵτινες ὁδηγοῦντες αὐτὸν ἄγουσι πρὸς τὰς κιγκλίδας τοῦ θυσιαστηρίου. Alteram au-

Digitized by Google

tem ambonis partem, quæ scilicet ναὸν et πρόναον seu narthecem spectabat, ὀπίσθιον μέρος τοῦ ἄμβωνος vocat Alexius Aristenus in can. 21 Ancyr. Atque inde ὀπισθάμβωνος εὐχὴ appellata est a Græcis ea oratio quæ peracta sacra liturgia a sacerdote sacra faciente in ambone ad populum recitatur, ἐκφωνουμένη παρὰ τοῦ ἱερέως ἔξω τοῦ βήματος, ut est in liturgia S. Jo. Chrysostomi; quæ quidem oratio compendium quoddam est omnium orationum quæ in sacrario dicuntur, et ab ipsomet sacerdote profertur, ut populus tandem intelligat quis earum precationum, quæ in adytis hactenus factæ sunt, scopus fuerit et finis, ut disertis verbis indicat Germanus patriarcha CP.; cujusmodi ferme fuit *Oratio ad complendum*, seu missæ *Collecta* ultima, de qua passim qui de ritibus Ecclesiæ scripserunt. Hanc igitur orationem recitaturus sacerdos bemate egreditur, ambonemque conscendit ab orientali aditu, et ad populum convertitur ad occidentem, quæ pars est ambonis postica et sinistra, respectu bematis. Unde cum Balsamon in can. 12 concilii Nicæni I transfugas a fide ait debere τρία μὲν ἔτη ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας ἱστασθαι ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων, hæc ita capienda sunt, ut ii intra ecclesiæ seu templi septa esse intelligantur, quemadmodum catechumeni : quippe sicut ii ante lectum Evangelium ædem sacram subeunt sacrasque lectiones et homilias auditu excipiunt, ita isti ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος περὶ τὰ κατώτερα δὴ τοῦ ναοῦ consistunt, ut ait Symeon Thessalonicensis, id est, qua parte ambo bemati posticus et sinister conspicitur, cum cæteris fidelibus, in statione tamen sibi ad inferiorem ædis partem assignata, et quæ nartheci conjungitur, in ecclesia stant, finitaque catechumenorum missa cum iis excedunt, et in nartheces seu porticus sese recipiunt. Atque hic est genuinus verborum Balsamonis sensus, quæ doctissimos viros frustra sollicitarunt.

75. Ad ambonis superiora conscendenda duplex patuit aditus seu gradus vel scala aut cochlea, ab oriente scilicet et occidente, ut in cæteris ambonibus. Ugutio Pisanus ms. : *Ambo pulpitum, ubi ex ambabus partibus sunt gradus;* qui quidem gradus seu aditus *gradus ascensionis et descensionis* dicuntur Anastasio bibl. in Silvestro PP, p. 17. Paulus Silentiarius :

Ὀρθάδιος βάθροις, διδυμάονος ἄμβατος οἴμοις,
Ὧν μία μὲν ποτὶ νύκτα τιταίνεται, ἡ δὲ πρὸς ἠώ.

Duplicis istius ascensus meminit etiam Cantacuzenus, I, 41; et ex eo Codinus, *De offic.* c. 17, quorum alterum statuit respicientem portas ὡραίας, alterum σολέαν et bema : Κατέρχεται ὁ βασιλεὺς τοῦ ἄμβωνος, οὐκ ἐκ τοῦ μέρους μέντοι οὗπερ ἀνῆλθε, ἤγουν τοῦ πρὸς τὰς ὡραίας πύλας ὁρῶντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ πρὸς τὸν σωλέαν καὶ τὸ ἅγιον βῆμα. Ascensus ad orientem meminit Leo Grammaticus, p. 466 : Εἰσῆλθεν μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ἀντιστραφεὶς ἀνέβη τρεῖς βαθμοὺς τοῦ ἄμβωνος ἑστεμμένος. Ex quibus conficitur præterea ambonem exstitisse inter ὡραίας πύλας, per quas a nao seu choro in pronaum et narthecem exitus patebat, et soleam, quæ extra bema erat, uti indicavimus; quibus consentiunt scriptores de æde Sophiana, dum aiunt Justinianum confecto templo illud ingressum, et a Regiis portis seu βασιλικαῖς, quæ eædem sunt cum Speciosis, ad ambonem processisse, et in hæc verba exclamasse, Νενίκηκά σε, Σολομών. Ita porro confecti erant bini isti ascensus, ut sibi invicem adversi in unum coirent, et locum teretem seu circulum efficerent. Silentiarius :

Εἰσὶ γὰρ ἀλλήλοισιν ἐναντίαι, ἀμφότεραι δὲ
Εἰς ἕνα χῶρον ἄγουσιν ἴσον περιήγετι κύκλῳ.

Unde colligi videtur ambonem media in æde exstitisse, neque, ut hodie majora ecclesiarum pulpita, utramque pilam attigisse. Atque id evincit vox πύργος, qua ambo donatur a Silentiario, quæ cum minime pulpitis hodiernis conveniat, videtur ille potius habuisse quid simile cum iis cathedris excelsioribus, ex quibus concionatores orationem habent ad populum, quæ in quibusdam ecclesiis hac etiam in parte statuuntur. Proinde exstitit ambo ante portam sacram majorem, etsi ab ea aliquanto longius distaret, quod disertis verbis declarat Germanus patriarcha CP., scribens τὸν ἄμβωνα πρὸ τῆς θύρας τοῦ βήματος ἱστασθαι. Tanta porro elegantia ac tam immenso sumptu ambonem primo excitarat Justinianus, ut totum una cum solea ex onychite lapide confecerit, ut ex Cedreno indicavimus. Addunt scriptores de æde Sophiana saphiris, crystallo et lapillis aliis pretiosioribus, atque adeo columnis aureis, ambonem adornasse, et in utroque, ambone scilicet et solea, ad millies centenas libras impendisse ejus tributi quod olim Constantinus M. Sarbaro Persarum regi indixerat : ita nugantur nuperi Græci. At cum ambo iste, quem πολύολβον et πολυθαύμαστον fuisse scribunt Glycas et Codinus, casu hemisphærii, qui a. 32 Justiniani accidit, una cum solea contritus fuisset, alium rursum excitavit Justinianus, sed elegantia ac decore longe priori imparem, si qua fides iisdem scriptoribus : Τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὸν σολέαν μὴ δυνάμενοι ποιῆσαι τοιοῦτον πολυέξοδον καὶ πολύτιμον, ἐποίησαν αὐτὸν οὐδαμινὸν διὰ λίθων καὶ κιόνων ἀργυρενδύτων μετὰ περιφερῶν ἀργυρῶν, μετὰ τῆς σολέας· τροῦλον δὲ τοῦ ἄμβωνος οὐκ ἠθέλησε ποιῆσαι, ὡς εἶπον, διὰ τὴν πολλὴν ἔξοδον. Ut sese res habeat, constat ex Silentiario ambonem excitatum post casum trullæ totum ex marmore confectum fuisse :

Πᾶν δὲ τὸ καλλιθέμειλον ἔδος πετραῖον ἐκεῖνο,
Ἔνθα σοφῶν ἀνάγουσι θεηγόρα δίνεα βίβλων.

Addit denique Codinus amboni superimpositam fuisse crucem, quæ centum librarum auri fuit.

76. Bemati et amboni proximum fuisse locum ubi exstitit puteus sacer, evincunt quæ de eo scribit Anonymus, ædis scilicet Sophianæ partem illam in qua erant ἅγιον φρέαρ καὶ τὸ θυσιαστήριον

Digitized by Google

δλον καὶ ὁ τόπος τοῦ ἀμέωνος, domum fuisse cujusdam Antiochi eunuchi. Appellationis rationem mox prodit, dictumque ἀπὸ τοῦ στομιδίου τοῦ φρέατος, cui insidens Christus cum Samaritana collocutus est, quod a Samaria advectum hoc loco positum est : τούτου γὰρ χάριν ἐκλήθη ἅγιον φρέαρ. Auctor narrationis miraculi ἐν τῷ ἁγίῳ φρέατι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας editi, quem Combefisio viro eruditissimo, ut plurima alia, debemus, ad portam templi orientalem puteum istum sacrum exstitisse innuit : Ἐν τούτῳ δὴ τῷ σεπτῷ, φημι, καὶ περιωνύμῳ ναῷ εἰκών τις ἐκ χρωμάτων Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπί τινος πίνακος ἀναγεγραμμένη κατὰ τὴν ἐῴαν πύλην, ἐν ᾗ ἡ ἁγία ἐπιστομὶς τοῦ φρέατος ἐκείνου τῆς Σαμαρείτιδος, καθ' ἣν ἡ ἀληθινὴ πηγή, ὁ τῆς γνώσεως ποταμός, ἡ μηκέτι διψῆν εἰποῦσα πόσις, Χριστὸς οἰκονομικῶς τῇ Σαμαρείτιδι καθωμίλησεν. Ἐπὶ τούτῳ ἡ τῆς σεπτῆς εἰκόνος ἀνακειμένη ἐτιμᾶτο γραφή, προσκυνουμένη καὶ σεβομένη πιστῶς. Sacri istius putei meminit præterea Nicetas Paphlago in Vita Ignatii patriarchæ, p, 712, ed. Concil. 1618, ut et βήλου κρεμαμένου εἰς τὸ ἅγιον φρέαρ Constantinus Porphyrogenneta. Addit idem Anonymus Hierichunte allatas tubas æreas ad sanctum puteum positas, et ad earum similitudinem quas tum angeli tenebant, cum Ierichuntis muri corruere, effictas. Refert denique Codinus (quod silet Anonymus) sellam S. Constantini (imperatoris nempe) stetisse ὕπερθεν τοῦ φρέατος ἁγίου, ἐπάνω τῶν σαλπίγγων.

77. A bemate in secundam et mediam templi partem novis cancellis obstructam pervenimus, quam Græci ναόν peculiari ac proprio vocabulo vocant, in qua non fideles omnes, uti vult Allatius, sed soli clerici ac cantores consistebant. Cum vero pars illa templi in teretem vel certe ovalem formam contraheretur, inde χορόν eam interdum appellarunt Græci, *chorum* Latini. Ebrardus Bethuniensis in Græcismo :

Est hic turba chorus ; qui ventat in aëre, chorus;
Cancelus est chorus, etc.,

ubi tamen chorum perperam cum cancello confudit, quia forte apud Latinos inferioris ætatis pars illa templi, in qua exstant altare et chorus, iisdem septa cancellis, chorus vulgo dicitur. Sic autem eam ædis partem nuncupatam vult Isidorus, *De eccl. Offic.*, I, 3 : *A choris psallentium ;* est enim Suidæ χορὸς σύστημα τῶν ἐν ἐκκλησίαις ᾀδόντων. Inde nostris chorus dicitur *pars illa quæ a cancellis versus altare dividitur, et choris tantum psallentium clericorum patet*, ut ait concilium Turon. II, can. 4. Eam porro ædis Sophianæ partem intra pilas et columnas comprehensam forma esse ovata, supra ex Gyllio observavimus. *Pars enim ædis interior*, inquit ille, *et media illa ingens vacua, si sola consideretur comprehensa intra pilas et columnas, est forma ovata, si vero tota tam intra quam extra pilas perspiciatur, est quadrata. Ita enim ex utroque latere velut alæ appensæ sunt tres aulæ inferiores et totidem superiores, ut ab imo pavimento procedat quadrata, deinde intra octo pilas in ovatam formam contrahatur, usque ad curvaturam quatuor arcuum sustinentium hemisphærium.* Sedebant autem clerici et cantores ab utraque parte ἐν στασιδίοις, ut est in *Euchologio*.

78. Ναόν et chorum Sophianum conficiebat totum illud spatium, quod intra quatuor pilas majores continetur, cujus umbilicus, cui nempe centrum copulæ seu trullæ ad perpendiculum imminet, videtur appellari ὀμφαλὸς seu τὸ μέσον τοῦ ναοῦ apud Marcum, *De dubiis typicis*, c. 96, μεσόμφαλος Gregorio Cæsariensi orat. in Nicænos Patres, et μεσόναος apud Balsamonem in 74 can. Trullan.

79. Per alios vero cancellos dividebatur pars illa templi sacerdotibus, clericis, et cantoribus addicta ab ea in qua fideles consistebant, inferiore nempe, et quæ ad narthecem vergit. Leo Ost. III, 27 : *Frontem etiam chori, quem in medio fere basilicæ statuit, quatuor magnis marmorum tabulis sepsit.* Ubi vero pars illa media ædis Sophianæ ab inferiore separabatur, ut in bematis cancellis, ita in ea exsurgebant columnæ marmoreæ. Tradit quippe Gyllius inter pilas duas, quibus sustinetur quarta pars sphæræ occidentalis, quatuor exstare columnas virides, easdemque binas inter se conjunctas, et sex columellas virides Ionicas, quæ inter eas intercedunt.

80. Ut porro cancelli bematis tribus aperiebantur portis, ita cancelli ναοῦ, media scilicet majori et duabus minoribus ad latera. Media ὡραία πύλη dicitur Codino, *De Off.* c. 17 et 18 (nos diceremus *la belle porte*), βασιλικὴ in Typico et Euchologio non semel et apud Codinum et Anonymum ; præterea apud Leonem Grammat. p. 460 et Marcum Hieromonachum, *De dubiis typ.* 96, qui βασιλικὰς πύλας a sanctis, quæ bematis erant, omnino distinguunt. *Regias* vocant Latini ævi medii portas ædificiorum primarias, ut *Regula magistri*, c. 30, 83, 95, et *Chronicon Novalicense*, c. 14. Versus in *Vita S. Theodardi confessoris* apud Catellum :

Composuitque solum devotus carmine claro,
Erexit regias undique mirificas.

Ita apud Anastasium in Honorio PP. : *Investivit regias januas in ingressu ecclesiæ majores, quæ appellantur medianæ, ex argento.* In Conone : *Qui missi fuerant de exercitu ad custodiendas regias basilicæ, clausas observabant.* In Leone III, *regiæ majores*, p. 131, 133, 134, 143.

81. Tandem pervenimus ad tertiam eamque ultimam sacræ ædis partem, in qua πολύγλωσσος ὅμιλος, ut loquitur Silentiarius, seu fidelium turba ex variis gentibus linguisque conflata consistebat. De illius propria appellatione vix inter se consentiunt scriptores : Allatius enim narthecis nomine donari contendit, cujus hac in re sententiam supra accurato satis examine discussimus. Alii πρόναον appellatam volunt, ut, quæ ante ναὸν seu chorum ingredientibus occurrat ; atque id videtur innuere

Digitized by Google

Codinus, *De off.* c. 17 : Ἐκτὸς τῶν ὡραίων λεγομένων πυλῶν, ἤτοι ἐν προνάῳ. Nam etsi Goarus hæc verba de vestibulo vel narthece capienda censeat, longe tamen errant, inquit idem Allatius, Goarum indicans, qui pronaos porticus esse volunt. Nec obstat Balsamon, in can. 71 Synod. Trullanæ ubi ait πάντα τόπον τῷ Κυρίῳ ἀνατεθειμένον κυριακὸν λέγεσθαι, κἂν μὴ ἐκκλησία ἐστὶν, ἀλλὰ πρόναος τυχὸν ἢ ἕτερόν τι ἱερόν, quippe, ut infert idem Allatius, ecclesiæ vocabulo ναὸς proprie intelligitur. Eodemque sensu percipiendum esse censet alium Balsamonis locum ad can. 2 Dionysii Alexandr., in quo πρόναον a proaulio distinguit, esseque scribit τόπον δευτέρας μετανοίας, τὸν τῶν ἀκροωμένων λεγόμενον. Neque tamen plana illa fit ex iis locis Allatii sententia : quippe cum ex eodem scriptore ad can. 14 concilii Nicæni, et in Epist. Gregorii Nysseni ad Letoium, ἔξωθεν τοῦ ναοῦ stetisse audientes dicantur, ubi alii ἔξω τῆς ἐκκλησίας habent, in nao vero seu choro solos clericos et extra naum fideles constitisse diserte Silentiarius prodat, non plane video quomodo ναὸς sit illa pars tertia ædis sacræ. Deinde Balsamon ait προνάους eorum fuisse quibus non licebat ἐκκλησιάζειν seu ecclesiam ingredi, ut audientibus; quod intelligendum est de tempore quo sacra peragebantur mysteria; nam ante Evangelium ecclesiam ingrediebantur ad sacras Scripturas et homilias audiendas; unde ἀκροώμενοι dicti : post Evangelium autem ex ea excedebant et in narthece consistebant, dum sacra conficiebantur mysteria, τῶν φρικτῶν ἐκτελουμένων μυστηρίων, ut habet Symeon Thessal. libro *Contra hæreses*. Proinde incertum relinquitur an apud Nicetam in Man. l. II, εἴσοδος τοῦ προνάου sit ipse ædis sacræ, an vero vestibuli ingressus. Quod enim Balsamon προνάους a proauliis distinguit, fieri potest ut προαυλίων voce intellexerit areas, quæ ante ædes sacras prostant : certe constat olim προνάους ejusmodi atria appellata; qua notione pronaon matris deum et pronaon ædis Martis habemus apud Gruter. 27, 2 : 172, 3; 214, 1. Ita etiam vox hæc usurpatur a Vitruvio IV, 4; et a Perdicca Ephesio, *De Thematibus Hierosol.*

Καὶ δένδρον εὐσκιόφυλλον ἑστὼς ἐν τῷ προνάῳ.

At qui πρόναον tertiam esse templi partem contendunt in quibus est Genebrardus, existimant inde Gallicam vocem *prone* deducendam, eam scilicet orationem quam ex officii instituto habet curio ad plebem in ista inferiore ædis parte et extra chorum, inter missæ solemnia, quæ *pronum* dicitur in conciliis Provinc. Senonensi, a. 1523, Carnotensi 1526, Catalaunensi 1557 etc., *prone* in *Consuet. Parisiensi*, art. 30, *Blesensi*, art. 3, et *Dunensi*, art. 58, ita ut quodammodo hac oratione seu allocutione ad populum curio fungi dicatur officio *doctoris audientium*, uti est apud sanctum Cyprianum, epist. 24, de lectore agentem. Scio Salmasium libro *De primatu papæ* vocem hanc a Latino *præconium*, deducere, quod eo in loco præconis verbi Dei munus impleat curio : sed vix in hanc sententiam pedibus ierim.

82. Confecta ædis Sophianæ ex Silentiario aliisque auctoribus descriptione, superest ut de præcipuis illius exedris (sic enim sacrarum ædium appendices appellari auctor est Eusebius, *Hist. Eccl.* x, 4) aliquid dicamus. Harum duæ potissimum celebriores habitæ sunt, ut cæteras omittam, si quæ exstitere, baptisterium et diaconicum. A baptisterio ordiemur, quo nomine appellant Christiani locum baptismi officio dicatum. Illud ferme seorsim a templis exstrui solitum docet Eusebius loco proxime citato, cæterique, quos passim laudant Brissonius ad Leg. *Dominico*, cod. Theod. *De spectaculis*; Steph. Durantus, *De ritib. Eccl.* I, 19; Brouverus ad Fortunat. l. I, poem. 15; Josephus Vicecomes et alii. Neque tantum extra ædem sacram exstitit baptisterium, sed etiam versus infimam illius partem, seu haud longe a porticibus occidentalibus vel narthece, quo statui videtur loco baptisterium Sophianum a Codino scribente τὸ ἐπίπεδον τοῦ ναοῦ καὶ τὸν λουτῆρα καὶ τοὺς νάρθηκας καὶ τὰ πέριξ αὐτῶν fuisse domum Damiani patricii, sive hoc loco narthex dicatur pars inferior templi, seu porticus vestibuli. Paulus Silentiarius, part. I, v. 148, illud fuisse indicat versus porticus inferiores quæ intra ædem sunt, quo ferme loco hinc inde validioribus columnis marmoreis catechumena suffulciuntur.

. . . . . Ἐφεδρήσσουσι δὲ γαίῃ
Ἀντίοι ἀλλήλοισι δύω δυσίν· ὧν κατὰ κόρσης
Τετραπόροις σειρῆσιν ἐπειλιχθεῖσα κεραίη
Νῶτον ὑπεστήριξε γυναικείοισιν ἑδέθλοις,
Λαὸν ἀπιθύνουσα πρὸς ἀκράαντα λόετρα
Ἀνδρομέου βιότοιο καθάρσια, etc.

Porro tanta amplitudine fuit baptisterium Sophianum, ut in iis acta concilia legamus in synodo Chalced. act. 1 et apud Cedrenum in Rhinotmeto et Paulum Diac. l. IV. *Hist. Misc.* plebem Cpolitanam tumultuantem eo se recepisse. Unde non mirum, si μέγα φωτιστήριον dicatur apud auctorem *Chronici Alexandrini* in Basilisco, et μέγας φωτιστήρ apud eundem Cedrenum in Leone Isauro.

83. In baptisterio erat fons seu aquarum receptaculum, Græcis κολυμβήθρα, interdum δεξαμενή nuncupatum, in quod immittebantur baptizandi. Qui quidem fons tantæ erat apud Cpolitanos venerationis, ut qui ad ædem Sophianam asyli jus habentem, ut omnes ferme ædes sacræ, confugiebant, ad baptisterium inde contenderent, sacrosque istos fontes prehensarent. Procopius, in *Hist. arcana* : Ὅπερ ἵνα μὴ γένηται δείσασαι, εἰς τὸ τῆς Σοφίας ἱερὸν φεύγουσιν, ἔς τε τὸν θεῖον λουτρῶνα ἐλθοῦσαι τῆς ἐνταῦθα κολυμβήθρας ἅπτεσθαι εἴχοντο. Alio loco : Ἐς τῆς Σοφίας τὸ ἱερὸν ἦκων ἐς αὐτήν που τὴν θείαν δεξαμενὴν ἐξαπίνης ἐκάθισεν, ἥπερ μάλιστα πάντων νενομίκασιν Χριστιανοὶ σέβειν, ubi imperite omnino Suidas, qui locum hunc exscripsit, δεξαμενὴν τράπεζαν τὰ θεῖα δεχομένην interpreta-

Digitized by Google

tus est, cum nihil aliud sit quam fons baptisterii, qui ab eodem Procopio et Theophane a. 2 Theodosii junioris et a. 7 Zenonis κολυμβήθρα, ab aliis ὑπονόμος, a Gregorio M. *cloaca*, ab Anastasio in *Hist. Eccl. natatorium* vocitatur. Κολυμβήθραν dixit etiam Theodorus Lector Eccl. I : Καὶ τοῦτον ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ σφαγῆναι παρεσκεύασεν ; ut et Cedrenus in Leone de Copronymo : Καὶ γὰρ ἀφόδευσεν ἐν τῇ ἁγίᾳ κολυμβήθρᾳ, ubi Paulus Diaconus, l. XXI *Hist. Misc.* habet *in sancto lavacro*. In hos autem sacros fontes ex aquæductibus influebant perennes aquæ, ut colligitur ex Anastasio, *De vitis PP.* p. 117, 134, 163, et ex tractatu *De capite S. Joannis B.* qui habetur in aliquot codicibus sancti Cypriani. Baptisterium Sophianum præterea jus habuisse asyli, perinde ac ipsam ædem, testatur *Chronicon Alexandrinum*, p. 752 : Λαβὼν Βασιλίσκος τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὰ τέκνα ἔφυγεν εἰς τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν, εἰς τὸ μέγα φωτιστήριον.

84. Altera quæ ecclesiæ Sophianæ adjuncta fuit exedra, διακονικόν appellata est. Est autem diaconicum Græcis scriptoribus, quod alii ecclesiæ secretarium vocant, nos vulgo *sacristiam* dicimus. Quæ quidem vox occurrit non semel apud scriptores, non modo pro exedra ita appellata, sed et interdum pro conchula bematis, in qua reponebantur vestes sacerdotales ad sacram liturgiam necessariæ, de qua egimus supra, ut apud Philostorgium, VII, 3, Cyrillum in *Vita Euthymii*, c. 18 et 19 ; auctorem *Vitæ S. Auxentii archymandritæ*, c. 1, n. 3, in *Euchologio*, *Typico Sabæ*, *Passione SS. Patrum Sabaitarum*, etc. Videtur autem ita appellatum aut quod diaconorum primitus fuerit in ea sedes et consessus, vel potius quod hæc exedra eorum curæ potissimum commissa fuerit. In ea enim non modo quæ ad ecclesiæ vasa et sacerdotales vestes spectant, priusquam sacra peragerentur liturgia seu divinum ac ecclesiasticum officium, munia obibant diaconi, sed et considebant pro muneris sui ratione. An vero diaconicum ecclesiæ idem fuerit cum eo carcere qui perinde diaconici nomen habuit, video controverti, etsi probabile sit eandem exedram fuisse. Nam cum nefas ducerent prisci ecclesiæ pontifices reos clericos una cum reis sæcularibus eodem carcere detineri, seu quod suam in eos auctoritatem et jurisdictionem servare ac tueri, vel quod vero similius est, cum clericis suis mitius agere vellent quam solent ordinarii judices, illos in ecclesiarum secretariis sceuophylaciis aut catechumeniis detinebant, quousque per pœnitentiam iis impositam, quam ἐπιτίμιον vocant, peractamque sua expiassent delicta ac crimina. Ita Gregorius II PP. in epist. 2 ad Leonem Isaurum in VII Synodo : *Pontifices, ubi quis peccarit, — eum tanquam in carcerem, in secretaria sacrorumque vasorum æraria conjiciunt, in ecclesiæ diaconia et in catechumena ablegant*. Hinc non semel legimus in Diaconica vice carceris conjectos clericos delinquentes : eo enim spectat lex 30 cod. Theod. de Hæret. : *Cuncti hæretici procul dubio noverint omnia sibi loca hujus urbis adimenda esse, sive sub ecclesiarum nomine teneantur, sive quæ diaconica appellantur vel etiam decanica*. Quo loco censet Cujacius *diaconicum* idem esse quod *decanicum*, carcerem nempe ecclesiasticum, in quo detinebantur rei clerici ; qua notione accipitur decanicum apud Julianum antecessorem, constit. 73 : *Exsecutor autem litium constitutus in decanicis ecclesiarum recludatur, competentes pœnas luiturus* ; quæ totidem verbis exstant lib. X, *Capit.* Caroli M. c. 225, ubi Novella Justiniani 97 habet ἐν τοῖς καλουμένοις δεκανικοῖς. Decanici præterea, vel potius δικανικοῦ, occurrit mentio in supplicatione Basilii diaconi in concilio Ephesino, part. I : Κἀκεῖθεν τυπτόμενοι παρὰ τοῦ ὄχλου τῶν δεκανῶν ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δικανικῷ, κἀκεῖ γυμνοὺς ἡμᾶς δεσμίους ὡς καὶ ὑπευθύνους τῇ τιμωρίᾳ ἐστύλισαν, ἐκρεβάτισαν καὶ ἐπτέρνισαν. Et infra : Θλιβόμενοι ἐν τῷ δικανικῷ λιμώττοντες, ubi interpres δικανικόν *tribunal ecclesiasticum* vertit, sed perperam, ut opinor : nam etsi re vera postmodum hac appellatione donari potuerit, hoc tamen loco δικανικοῦ vocabulo diserte carcer intelligitur, si non ecclesiasticus, certe is qui decanorum, id est lictorum, curæ commissus erat. Nisi quis malit decanicum in hac Epistola accipi debere pro loco in quo stationem suam habebant decani seu ῥαβδοῦχοι, uti appellantur a Cedreno p. 170 ; de quibus passim agunt scriptores. At si decanicum idem fuit cum diaconico, probabile est decanicum et dicanicum corrupte postmodum dictum quod diaconicum appellari debuerat. Nec scio an etiam dicanicum a voce δίκη nuncupatum sibi persuaserint posteriores Græci, quod in diaconicis judicia sua exercerent pontifices, quod indicant *Gesta* de nomine Acacii, hisce verbis : *Dicens Petrum olim in diaconio esse damnatum, nunc etiam Christiana societate semotum* : nam *diaconium* et *diaconicum* idem esse satis declarant supra allata Gregorii II verba.

85. Cum igitur diaconica non modo carceris vicem interdum præstarent, sed etiam tribunalis ecclesiastici, inde factum opinor ut istæ exedræ *secretaria* appellarentur : nam proprie sunt *judicum secretaria*, uti est in concilio Milevitano II, can. 16, *magnum secretum judicis, unde secretarium nominatur*, ait sanctus Augustinus in c. XXXIV Ezechiel. c. 3. Idque ex eo fluxisse arbitror, quod in diaconicis synodi et concilia persæpe cogerentur, atque iis in consessibus clericorum causæ examinarentur ; unde postea pontificum, qui synodis intererant, sessiones *secretaria* passim legimus dictas, apud Anastasium in S. Agatho p. 54 et 55, in Synodo Lateran. sub Martino PP. a. 649, in concilio Rom. a. 745 sub Zacharia PP. Act. 1 et 2, Cæsaraugustano sub Damaso PP., Carthaginensi III et IV et V, Milevitano II, Carthaginensi VI, Africanis cap. 1 et 52, Arelat. III, Hierosolymitano sub Agapeto PP., Hispalensi II, c. 1, etc.

86. Neque unicum diaconico Sophiano nomen fuit : nam et μιτατώριον dicebatur, si quidem μι-

Digitized by Google

σατώριον idem est quod μιτατώριον, quod quidem opinantur viri docti. Id colligitur ex his *Euchologii* verbis : Μετὰ τὸ ψάλλειν τὴν τριθέκτην κατέρχεται ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἐν τῷ μεσατωρίῳ ἤγουν τῷ διακονικῷ, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐκ τοῦ μέρους δεξιοῦ. Quemadmodum igitur *mesatorium* ad dextram statuit *Euchologium* (ædisne an vero altaris, incertum), ita *mitatorium* Cedrenus in Leone philosopho, ita ut unum idemque esse par sit credere, proindeque mendum subesse in *Euchologio*. Sic autem Cedrenus : Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ὁ πατριάρχης εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι ἐκώλυε τὸν βασιλέα, ὅθεν διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ μιτατώριον. Et infra : Ὅπερ γράψαντες καὶ σφραγίσαντες ἐν τῷ μιτατωρίῳ ἔρριψαν, τοῦ δὲ βασιλέως δημοσίαν πρόοδον ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ποιησαμένου, κἀν τῷ μιτατωρίῳ εἰσελθόντος, καὶ ἐν ᾧ ἠύχετο τόπῳ. Meminit præterea μιτατωρίου Theodorus Lector, Ecl. 2, Lexicon. Gr. ms. bibliothecæ Regiæ sign. 2062, et Codinus, qui illud excitatum refert a Justiniano, Ἵνα, inquit, ἐκεῖσε παραμένῃ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, καὶ πολλάκις ἐσίτει. Quæ quidem ultima verba Goarum impulere ut in notis ad Cedrenum et Euchologium scripserit μετατώριον dictum quasi μινσατώριον, fuisseque cubiculum ad latus altaris, in quo fessis a labore cantoribus mensa frugalis, panis scilicet et vini, apponebatur, proindeque locum fuisse mensis instruendis idoneum; a qua sententia haud omnino abhorret Allatius. Verum cum diaconicum seu secretarium Sophianum amplum fuerit triclinium, neque unico duntaxat sed variis constiterit cubiculis, multo probabilius videtur hancce inde sortitum appellationem, quod revera *domus* esset *ecclesiæ*, hoc est ædituі et νεωκόρου, in qua etiam imperator, si liberet, antequam sacra peragerentur officia, vel iis finitis et exactis, moraretur. Nam ut *metatum* Latini scriptores ædem et domicilium vocarunt, ut constat ex Gregorio Turon. *Hist.* v, 7, 19 et 40; vii, 6 et 24, viii, 2 et 44, xi, 6, x, 2 et 15, *De mirac.* i, 44 ii, 21 et 24; *De miracul. S. Mart.* ii, 11; iv, 21 : ut cæteros præteream alio a me, si Deus faverit, recensendos loco, et *metari* dixerunt pro *divertere*, ut Paulinus *Nat.* ix et x, ita μιτάτον eadem significatione usurpant Græci recentiores, ut habetur in Glossis Basil. Sanctus Athanasius, sive quisquis est auctor narrationis de imagine Berytensi : Ἐπεξήτησε μιτάτον μεῖζον ὁ Χριστιανὸς ὡς χρῄζειν. Alios ad id firmandum laudat scriptores Meursius. Ob hanc igitur causam triclinium istud excitasse itaque appellasse Justinianum ait Anonymus, ut in eo quiesceret. Ἐκάλεσε δὲ — καὶ μιτατώριον, ὅπερ ἐκεῖσε ἀνήγειρε, κοιτῶνα ὡραῖον διάχρυσον, ἵνα εἰσπορευομένου αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ ἐκεῖσε καθεύδῃ. Ubi καθεύδειν est non tam *somno recreari* quam *quiescere* ac *morari*. Ejusmodi autem fuit et in eum finem exstructa exedra ecclesiæ adjuncta, cujus meminit Anastasius in Gregorio IV : *Fecit etiam juxta acoliti pro quiete pontificis, ubi post orationes matutinales vel missarum officia ejus valeant membra soporari, hospitium parvum, sed honeste constructum, et picturis decoravit eximiis.* Ita metatorium seu diaconicum amplum triclinium fuit, in quo et imperator diversari, siquando a publicis curis vellet secedere et pietati vacare, et diaconi considere, et synodi peragi, clerici delinquentes includi, sacra ecclesiæ vasa, ministeria et vestes asservari, atque adeo ipse ædituus, vel qui templi conservandi curam habebat, habitare poterant. Ædituos istos, quod iis juxta ædes sacras mansio esset, παραμοναρίους vocant synodus CP. sub Menna, Act. 6; vii synod. Act. 7, can. 5; et Petrus Diaconus Casinensis in *Relat. de corpore sancti Benedicti*, n. 2, προσμοναρίους definitiones concilii Chalcedon. can. 2, Leo Grammatic. in Michaele Balbo, p. 459, et Balsamon ad Marci Patr. resp. 28. Προσμοναρίους etiam habuere gentiles, si qua *Menologio* fides ad 17 Novembris. Quæ quidem vox habetur etiam in *Italia sacra* Ughelli, t. viii, p. 421 et 423. At qui *paramonarius* dicitur Diacono Casinensi, *mansionarius* nuncupatur Leoni Ost. iii, 26. Notum autem ex Gregorio M. *Dial.* iii, 24 et 25, *mansionarios* et *custodes* promiscue appellari, quibus scilicet custodiendæ ecclesiæ incumbebat cura; unde *excubitores* nuncupantur mansionarii ab Aldrevaldo, l. i, *De mirac. sancti Benedicti*. Ii enim non modo ecclesiam sed et reliquias et phylacteria servabant, ut colligitur ex eodem Leone Ost. ii, 34. Unde *martyrarii* dicti in concilio Aurelian. ii, can. 13 apud Gregor. Tur. *De mirac.* ii, 46; et *Hist.* iv, 11; *custodes martyrum* apud Anastasium in sancto Silvestro p. 13 et in Synodo Rom. sub eodem Silvestro can. 11; *custodes super sepulcra apostolorum* apud eumdem Anastasium in S. Leone I, p. 27; *custodes loculorum* in *Vita S. Zosimi, episcopi Syracusani*, n. 6, ubi eosdem esse cum *ostiariis* evidenter ostenditur. Sed et penes eos fuisse ecclesiæ claves docet Petrus Diac. *Chr. Casin.* iv, 53 : habitabant quippe mansionarii in domo ecclesiæ contigua, a qua nomen dignitati isti mansit. Auctor *Miracul. S. Mauri abbatis*, c. 10 : *Clericus quidam nomine Manfredus, qui ob custodiam in contigua basilicæ ipsius domuncula dormire erat solitus*; ubi *dormire* idem est quod καθεύδειν, id est *morari*, *habitare*, ut monuimus. Inde *primi mansionarii* dignitas magna in Ecclesia Romana, qui *custos Dominicalis vestiarii* dicitur in *Ordine Romano* et cæterorum ecclesiæ vasorum, cum alii inferioris ordinis *mansionarii juniores* dicerentur. Unde haud procul a vero aberraret ille qui νεωκόρον, cui Sophianæ ecclesiæ claves commissæ leguntur apud Silentiarium, παραμονάριον interpretaretur.

87. Sed et non omnino improbanda videtur Wolfgangi Musculi divinatio, qui μιτατώριον apud Theodorum Lectorem *mutatorium* ver't. Nam cum μιτατώριον idem sit quod diaconicum, rursum vero diaconicum idem quod *vestiarium*, vestiarium denique idem quod ἀλλαξιμάριον apud Codinum, *De*

Digitized by Google

off c. 2, locus scilicet seu cubiculum unde vestes mutandæ promuntur, nil vetat μιτατώριον vocem pro μουτατώριον usurpasse Græcos existimare. Quippe apud Latinos ævi inferioris scriptores *mutatorium*, si non locum unde promuntur vestes mutandæ, certe vestes ipsas quæ alternis mutantur appellari constat; quæ quidem ἐξημιδὰ ἱμάτια dicuntur Homero *Odyss.* II; *vicaria indumenta*, Cassiano IV, 10; *mutandæ*, in *Regula magistri*, c. 81; *mutatoria* aliis, uti monuimus in notis ad Alexiadem; denique ἀλλαξίματα apud auctorem *De offic. eccl. CP.* a Medonio editum; ἀλλαγαί apud Codinum; unde ἀλλάσσειν apud eumdem et Marcum Hieromon. *De dub. typ.* c. 43. Avitus Vienn. l. III Poem.

Serica bis coctis mutabat tegmina blattis.

Secretarium autem ecclesiæ *vestiarium* appellari notius est quam ut firmari necesse sit.

88. A variis proinde officiis varias sortita est appellationes hæc exedra: nam et a salutationibus ἀσπαστικὸς οἶκος etiam dicitur Theodoreto V, 17; *salutatorium* Gregorio Turon. *Hist.* II, 21; VI, 11; VII, 27; Messiano presbyt. *De vita S. Cæsarii Arelat.* p. 252; Aimoino, *Hist.* III, 47; auctori *Hist. miscellæ* l. XIII, p. 379 ed. Canisii, et Orderico Vitali, l. II, p. 412. Est autem *salutatorium* apud Papiam *locus in quo ad salutandum advenientes excipiebantur*; et in Glossario Ælfrici *salutatorium* dicitur esse *gretinghus*, id est, domus salutationis, uti definitur ab Ugutione. Sic porro appellatum volunt diaconicum, quod in eo episcopi sacra facturi, antequam ad bema seu ad altare procederent, fidelium salutationes exciperent, seu illorum se orationibus commendare, seu de negotiis, ecclesiasticis præsertim, cum iis agere vellent. Id potissimum colligitur ex Gregorio M. l. IV, epist. 54 et 98, in quibus præcipitur episcopis aut archiepiscopis, *dimissis jam filiis ecclesiæ a salutatorio ad sacra missarum solemnia celebranda* cum pallio procedere; et Sulpicio Severo *Dial. de vita S. Martini*, II, 1, ubi disertis verbis dicuntur *presbyteri in secretario sedere, vel salutationibus vacantes vel audiendis negotiationibus occupati*; quo tunc tempore vetantur diaconi in secretario cum presbyteris sedere in concil. Arelat. II, uti supra observatum est. Certe pontificem sacra facturum, antequam ad altare procederet, a diaconis salutari observare est ex Ordine Romano: *Cum vero ecclesiam introierit pontifex, non ascendit continuo ad altare, sed prius intrat in secretarium: — ubi cum intraverit, sedet in sella sua, et diaconi salutato pontifice egrediuntur de secretario*; tametsi hæc verba de salutatione accipi posse non diffiteor, quam exhibent diaconi priusquam e secretario excedant. Nec scio an etiam in salutatorio salutarentur episcopi a presbyteris diœcesanis. In concilio quippe Nicæno Arab. c. 55, præcipitur *ut chorepiscopus bis per annum congreget presbyteros ad salutandum episcopum et tradendum se ei et communionem cum eo habendam, et prandeant cum eo, fiatque hoc primum in exitu anni, secundo vero in festo Resurrectionis D. N. Jesu Christi.* Incertum pariter an ad has salutationes fidelium referri debeat canon 12 concilii Ticinensis sub Leone IV PP., quo prohibentur pœnitentes *vacare salutationibus*, ita ut iis interdictum fuerit sacerdotes in secretario salutare, quod fidelibus licebat, vel certe domi salutatores admittere. Quemadmodum autem episcopi in secretariis salutationibus vacabant, ita et abbatissæ. Quippe in *Regula* S. Cæsarii c. 36, et *Reg.* S. Donati, c. 37, hæc verba habentur: *Observandum est ne abbatissa ad salutationes in salutatorium sine digno honore suo, hoc est sine duabus aut tribus sororibus, procedat*; et c. 40: *Si abbatissa, ut assolet, cum salutatoribus occupata fuerit.* Et in *Recapitulatione Regulæ S. Cæsarii*, c. 8, et *Regula S. Aureliani episc.* c. 1 præcipitur *ut quæcunque ad conversionem venerit, regula ei in salutatorio legatur.* Denique in concilio Matiscon. I, can. 2 vetantur *viri intra salutatorium aut oratorium monasterii virginum intrare*, quibus consentanea habentur in *Regula* S. Aureliani, c. 14: quibus in locis *salutatorium* idem est quod *secretarium* et *diaconicum*.

89. Jam vero cum in ecclesiarum secretariis ac diaconicis asservarentur sacra vasa, seu, uti vocant vulgo scriptores, ministeria, inde factum ut quod aliis diaconicum et secretarium est, interdum et sæpe σκευοφυλάκιον appelletur, quod exstitisse ut plurimum in interiore diaconici parte ostendit Passio SS. Patrum Sabaitarum: Οὗπερ ἀποτεμόμενοί τι οἱ πρώην πατέρες διακονικὸν πεποιήκασιν, ἐσώτερον δὲ τοῦ διακονικοῦ κειμηλιαρχεῖον, ἤτοι σκευοφυλάκιον. Hinc ejusmodi diaconica promiscue dicuntur *secretaria* ac *sacrorum vasorum æraria* in laudata Gregorii II PP. epistola; atque ita usurpari passim observare est. Cur vero in diaconico reponerentur sacra ecclesiæ ministeria, ratio illa potissimum est quod ea curæ diaconorum ac sollicitudini incumberent. Isidorus, *De eccl. offic.* II, 9: *Custodes sacrarii Levitæ sunt: ipsis enim jussum est custodire tabernaculum et omnia vasa templi*; quod etiam habetur apud Cyrillum Alexandr. lib. III *De adorat.* Inde illis ea manu contingere, non autem subdiaconis, licebat; et ut ait concilium Laodicenum, can. 21, Οὐ δεῖ ἔχειν ὑπηρέτας χώραν ἐν τῷ διακονικῷ καὶ ἅπτεσθαι δεσποτικῶν σκευῶν. Quæ quidem ita vertit concilium Agathense, can. 66: *Non oportet insacratos ministros licentiam habere in secretarium, quod Græci diaconicum appellant, ingredi et contingere vasa Dominica*, sive ea verba intelligenda sint de majori diaconico, sive de minori, id est conchula bematis ita nuncupata, ut supra monuimus. Verum quod ad vasorum sacrorum curam primitus diaconis collatam attinet, id postmodum immutatum: eorum enim illa in æde Sophiana data est magno sceuophylaci, de qua dignitate ecclesiastica passim viri docti egere, cui, ut par est credere, suberant diaconi. Porro sceno-

Digitized by Google

phylacii Sophiani meminit Anonymus : Ἔστι δὲ ὁ τόπος τῶν οἰκημάτων αὐτῆς, ὃν δέδωκεν εἰς τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν, τὸ σκευοφυλάκιον ὅλον, σὺν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου. Sed quo potissimum loco exstiterit diaconicum olim, seu in æde Sophiana seu in cæteris majoribus ecclesiis, vel quæ sceuophylacii vestiarii, secretarii, et aliis nominibus donatur vulgo exedra ædi sacræ adjuncta, non adeo promptum est assequi. Allatius, uti supra diximus, diaconicum rem prorsus diversam a secretario facit, contenditque esse concham illam quæ θυσιαστηρίου conchæ, ædem ad sinistram ineuntibus, adjungitur, ubi σκευοφυλακίου et διακονικοῦ τράπεζα statuitur, quemadmodum nuncupatur a Symeone Thessalonicensi. Verum etsi in confesso sit eam conchulam diaconicum appellatam fuisse, non ideo tamen sequitur exedram, quam vulgo *sacristiam* vocamus, diaconici appellationem non habuisse : nam, uti supra observatum est, A conchula ista diaconicum appellata est, quod in ea allata ex majore diaconico sacra vasa atque adeo vestes sacerdotales ad liturgiam sacram peragendam necessariæ reponerentur. Planum enim esse reor ex præallatis diaconicum exedram fuisse ædi sacræ adjunctam, proinde a bemate seclusam et remotam, quod et indicat idem Symeon, dum scribit episcopum consecrandum a diaconico ad bema procedere per templi dextram et soleam, διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ σωλέως, deducentibus eum sacerdotibus et diacono præeunte; ubi per dextram τοῦ ναοῦ ipsum ναόν seu chorum intelligi observant viri docti. A diaconico igitur, quod extra ædem exstitit, per soleam transeundum fuit sacerdoti ad bema pergenti (nec mirum, cum bematis fores B solæ obversarentur), proinde per eam ædis partem, quæ bema a ναῷ proprie sumpto disparabat. Atque hæc sunt quæ de æde Sophiana sparsim apud scriptores per temporis angustiam observare licuit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΕΚΦΡΑΣΙΣ ΤΟΥ ΑΜΒΩΝΟΣ

ΛΕΧΘΕΙΣΑ ΙΔΙΑΖΟΝΤΩΣ

ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ ΠΑΡΟΔΟΝ ΤΗΝ ΜΕΓΑΛΗΝ ΕΝ ΤΩ ΠΑΤΡΙΑΡΧΕΙΩ.

—

EJUSDEM
DESCRIPTIO AMBONIS

RECITATA PRIVATIM

POST PRIUS MAGNUM CARMEN IN DOMO PATRIARCHALI.

—

Ἔχεις ἅπασαν, ὦ βασιλεῦ, τὴν ἐλπίδα,
Προσθεὶς τὸ λεῖπον τῷ νεῷ τῷ παγκάλῳ.
Οὐκοῦν, ἄριστοι, προσφόρως καὶ νῦν ἐγὼ
Ἥκω τὸ λεῖπον προστιθεὶς τῷ βιβλίῳ·
Καλὸν γὰρ ἂν εἴη τοὺς λόγους τῷ δεσπότῃ
Συνδημιουργεῖν τὸν νεὼν τὸν τοῦ λόγου.
Εὖ γ', ὦ θέατρον, εὖ γε τῆς προθυμίας
Τῆς εἰς τὸ κρεῖττον ! οὐ γὰρ οἶμαι νῦν ἐμοὶ
C Τὸν νοῦν προσέχοντες [1], ἀλλὰ τοῦ νεὼ χάριν
Θέατρον ἔσται καὶ πανήγυρις πάλιν.
Εὖ γ', ὦ θέατρον ! τρὶς γὰρ ἤδη συγκαλῶν
Καὶ τῶν συνήθων ἐξαναστήσας πόνων,
Οὔπω σκυθρωπὸν εἶδον ὑμῶν οὐδένα,
Οὐκ ἀσχολίαν τιθέντα προὐργιαιτέραν.
Ἔστιν γὰρ οὐδὲν μικρὸν, οὐδ' [2] εἰ μικρὸν ἦ,
Τῶν τοῦ μεγίστου βασιλέως καὶ τοῦ νεὼ,

Omnium, o imperator, spem implesti, adjiciens quod deerat tam magnifico templo. Ergo, viri illustres, opportune nunc ego venio, libro adjecturus quod deerat; pulchrum enim esset meum sermonem una cum imperatore templum instruere, sermonis istius argumentum. Quale theatrum! Quam plenum ardore audiendi meliora! Nam non hic mihi puto vos animum præstare, sed ob templum illud theatrum fit atque concursus vester. Quale theatrum! tertio enim jam vos convocans et solitos interrumpens labores, nullum conspicio inter vos ægre ferentem, neque negotiis vacare potius habentem. Nihil enim parvum est, siquidem nihil parvum sit, in his quæ pertinent ad maximum et templi quoque hujus

VARIÆ LECTIONES.

[1] προσέχει τις malit G. [2] ubi primum ponit, codex, μικρὸν οὐδέν, ubi iterum (iterat autem extemplo), οὐδὲν μικρόν.

Digitized by Google

Τοῦ πᾶσιν ἡμῖν ἐμποιήσαντος χάριν [3]
Τρυφῆς τε μακρᾶς εὐσεβεῖς πανηγύρεις ·
Ὅς πᾶσι σεμνὴν ἐμβαλὼν εὐθυμίαν,
Πᾶσαν κεκίνηκε λογικὴν ἀηδόνα,
Ὥσπερ φανέντος ἔαρος, ἐξῳχηκότος
Χειμῶνος, ἤδη πᾶς τότε κλάδος τρέφει
Εὔφωνον ἠχοῦς ποικίλης μελῳδίαν.
Πέφυκε τοίνυν μικρὸν οὐδὲν τοῦ νεώ ·
Ἔστι γὰρ ἀληθῶς παμφόρου τρυφῆς θέα.
Οὐκοῦν πρόσειμι τῷ σεβασμίῳ τόπῳ,
Ὃν ὁ βασιλεὺς ἔναγχος ἐξειργασμένος
Κάλλιστον εἶναι χωρίον τοῖς βιβλίοις
Τῶν μυσταγωγῶν ἱερούργηκεν λόγων.
Ὑμνοπόλει Χριστοῖο θεουδέες, ὧν ὑπὸ φωνῆς [4]
Πνεύματος ἀχράντοιο μετ' ἀνέρας ἤλυθεν ὀμφή,
Ἀνδρομέην Χριστοῖο διαγγέλλουσα λοχείην ·
Ἠδ' ὁπόσοι μετὰ τύμβον ἀκήρατον ἔθνεσι γαίης
Σύμβολα κηρύσσοντες ἀνεγρομένοιο θεοῖο,
Πᾶσαν ἐφαιδρύνασθε κατηφέος ἄντυγα κόσμου,
Τυφλὸν ἀμειδήτοιο νέφος σκεδάσαντες ὁμίχλης ·
Οἳ ξίφος, οἵ μάστιγα βιοφθόρον, οἵ τε καμίνους
Ἀσπασίως ἔτλητε, καὶ οὐκ ἐκλίνατε κωφοῖς [5]
Αὐχένας εἰδώλοισι, βάσιν δ' ἐστήσατε θυμοῦ
Ἔμπεδον ἀχράντοιο Θεοῦ περὶ μάρτυρι τιμῇ ·
Οἷς πλέον ἠελίοιο μόρου ζείδωρος ἀνάγκη
Ἐλπίσιν ἀφράστοισιν ἐφήνδανεν · οὓς ποτε λύθροις
Λουσαμένους ἰδίοισι βιαρκέος ἀντὶ λοετροῦ
Χριστὸς ἄναξ ἔστεψε, καὶ αἱμαλέοισι ῥεέθροις
Ψυχαίης ἐκάθηρεν ὅλην σμώδιγγα καλύπτρης ·

Δεῦρο, χοροὺς στήσασθε, καὶ εὐαγέεσσιν ἀοιδαῖς
Σύνθροον ἡμετέρῃσι μέλος πλέξασθε χορείαις!
Ὑμέτερος γὰρ χῶρος ἀείδεται, ὁππόθι πολλὴ
Θεσπεσίαις βίβλοισιν ἀκήρατος ἔγρεται ἠχώ.
Ἔστι τις εὐρυπόροιο κατ' ἔνδια μέσσα μελά- [θρου
Ἀβρὸς ἰδεῖν καὶ μᾶλλον ἐς ἀντολίην τι νενευκὼς
Πύργος, ἀκηρασίοισιν ἀπόκριτος ἤθεσι βίβλων
Ὀρθάδιος βάθροις [6], διδυμάοσιν ἀμβατὸς οἴμοις,
Ὧν μία μὲν ποτὶ νύκτα τιταίνεται, ἡ δὲ πρὸς ἠῶ.
Εἰσὶ γὰρ ἀλλήλῃσιν ἐναντίαι, ἀμφότεραι δὲ
Εἰς ἕνα χῶρον ἄγουσιν ἴσον περιηγέϊ κύκλῳ.
Ἐνθάδε γὰρ κύκλῳ μὲν ἐοικότα χῶρον ἐλίσσει
Λᾶας ἐείς [7] · οὐ μὴν περιηγέϊ πάντοσε τόρνῳ
Ἴσος ἔφυ, βαιὸν δὲ συνέρχεται, εἰσόκε πέτρου
Ἄντυγα μηκύνειε. Πρὸς Ἑσπερίην δὲ καὶ ἠῶ
Ἐκπροθέων κύκλοιο λίθου μηκύνεται αὐχήν,
Ἐμβεβαὼς βαθμοῖσιν. Ὑπ' ἀργυρέοις δὲ μετάλλοις
Ἄχρις ἐπὶ ζωστῆρα καλοὺς ἰδρύσατο τοίχους
Θεῖος ἄναξ, κεράεσσιν ἐοικότας. Οὐ γὰρ ἐλίσσει
Ἄργυρον ἐν λαΐγγι περίδρομον, ἀλλ' ἐνὶ μέσσῳ
Κύκλον ἀναπτύξασα πανόλβιον ἀργυρέη πλάξ
Τοῖχον ἀπιθύνει · δύο δ' ἅρκια [8] κύκλα πετάσσας
Ἴδρις ἀνὴρ ἑκάτερθε πόρους βαθμῖδος ἀνοίγει.
Οὐδὲ μὲν ἀφράκτοις ἱερῶν ἐπὶ χείλεσι βαθμῶν
Τάρβος ἔχει κατιόντας, ἐπῆρε δ' ἔρκεα τέχνη
Λάϊνα παμφανόωντα · τόσον δ' ὑπερέσχεθε βάθρων
Ὅσσον ἀπιθύνειν βροτέην χέρα. Ταῦτα μεμαρπὼς
Μόχθον ἐλαφρίζει τις ἐς ὀρθιον οἶμον ἀνέρπων.

principem, qui omnem nobis affert lætitiam, gaudiique summi pios concursus; qui in omnibus mirabilem inspirans ardorem, quamcunque excitavit rationabilem lusciniam; ut vere redeunte, hiemeque fugiente, jam omnis ramus tunc alit suavem diversorum sonorum melodiam. Nihil igitur parvum exstat in hoc templo; præbet enim vere universæ lætitiæ conspectum. Ergo adsum in augusto loco, quem modo ædificatum imperator pulcherrimam esse sedem libris mysticorum sermonum sacravit.

Cane divinos Christi apostolos, quorum ab ore Spiritus immaculati ad homines vox pervenit humanum Christi nuntians ortum; aut qui juxta tumulum inviolatum signa gentibus terræ divulgantes consurrecti Dei, omnem illuminastis tenebrosi mundi orbem, cæcam tristis nubem caliginis amovendo; qui gladium, qui flagellum crudele, qui ignes lætanter sustinuistis, neque submisistis inanibus colla simulacris, fundamentum autem vestri animi posuistis in Dei immaculati laude per martyrium, quibus potior luce, mortis necessitas, inenarrabilium gaudiorum ferax visa est; quos tandem sanguine lavatos proprio vivificanti seu balneo, rex Christus coronavit, et rivis sanguineis spiritualis mundavit omnem livorem indumenti; hic choros ducite, et puris carminibus consonantem melodiam nostris jungite choreis! Vestra enim sedes canitur, qua parte frequenter propheticis in libris sanctus excitatur sonus.

Est quædam spatiosi in medio templi, magnifica visu et magis ad orientem conversa turris, sanctis destinata librorum usibus, fundamentis erecta, ad quam duobus gradibus conscenditur; quorum unus ad occasum, alter ad orientem extenditur. Sunt enim invicem oppositi; uterque autem in unum locum coit circulo circumducto parem intus circulo similem aream efficit lapis unus; qui quidem non omni ex parte circumducto circulo æqualis est, sed paululum illi comitatur, quantum petræ rotunditas se extendit. Versus occidentem et orientem circuli orbem superans lapidis summitas extenditur gradibus innixa. Argenteo metallo cinguli instar pulchras exornavit parietes cornibus similes princeps divinus; non enim extendit argentum in lapide circumductum, sed in medio circulum efficiens eximium argentea tabula parietem amplectitur. Duos autem congruentes arcus aperiens peritus vir utrumque in latus aditum graduum patefacit. Ne ingredientes in apertis graduum sacrorum oris timor apprehendat, arte marmorea instruxit septa splendentia; tantum autem superextolluntur gradibus quantum necesse est

VARIÆ LECTIONES.

[3] χαράν G. [4] ἀρχὴ τῆς ἐκφράσεως τοῦ ἄμβωνος margo. [5] γρ. κωφοῖς margo, κούφοις codex ipse. [6] ὄρθιος codex, ὀρθάδιος apud Ducangium Descript. S. Sophiæ § 75. [7] ἑείς G, ἑῆς codex, qui hunc versum et ipsum bis ponit. [8] ἀπ' ἰθύνεισι διαρκέα codex: correxit G.

Digitized by Google

Λοξοτενεῖ[9] δ' ἑκάτερθεν ἐφιδρυθέντα κελεύθῳ,
Τῷ Βαθμοῖς μεσσατίοις συναέξεται ἠδ' ἀπολήγει.
Ναὶ μὴν οὐδ' ὄγε λᾶας ἐτώσιος· οὐδὲ γὰρ αὖτως
Ἄγριον ἠλιβάτου κορυφῆς τμήξαντο κολώνην,
Μηκεδανῆς τανύμετρον ἀπιθυντῆρα κελεύθου·
Ἀλλὰ καὶ εὐτέχνοισιν ὅλος φαιδρύνεται ἔργοις,
Καὶ φύσιν αἰολόμορφον ἔχων ποικίλλεται σίγλῃ[10].
Τοῦ μὲν ἐπὶ τροχάουσι διαμπερὲς οἷά τε δῖναι,
Πῇ μὲν ἴσαι κύκλοισιν ἀτέρμοσι, πῇ δέ γε κύκλων
Βαιῶν ἀποπλαγχθέντας ὑπεκτανύουσιν ἑλιγμούς.
Ἔστι δὲ πῇ μὲν ἔρευθος ἰδεῖν κεκρασμένον ὤχρῳ,
Πῇ δὲ καλὸν βροτέοισι σέλας στονύχεσσιν[11]
[ὁμοῖον.
Ἄλλοθι ὁρμηθεῖσα[12] πρὸς ἀργεννὸν σέλας αἴγλη,
Ἱρέμα μιμνάζουσα[13], χάριν μιμήσατο πύξου
Ἠὲ μελισσήεντος ἐπήρατον εἰκόνα κηροῦ,
Ὅν καθαραῖς προχοῇσι βροτοὶ νίζοντες ἐρίπναις
Πολλάκι τερσαίνουσιν ὑπ' ἠελιώτιδας αὐγάς,
Ὃς δὲ μεταΐσσει μὲν ἐς ἄργυφον. Εἰσέτι δ' οὔπω
Τρέψεν ὅλην χροιὴν, ἔτι λείψανα χρύσεα φαίνων
Τοῖος καὶ δολιχῶν ἐτέων κεχρωσμένος ὁλκοῖς
Χροιὴν ἀργυφέην ἐλέφας ἐπὶ μῆλον ἐλαύνει.
Πῇ δὲ πελιδνωθεῖσαν ἔχει χάριν· οὐδὲ γὰρ αὖτως
Δῖα φύσις προλέλοιπε πελιδνήεσσαν ἀλᾶσθαι
Χροιὴν, ἀλλ' ἐπέμιξεν ἐΰγραφα δαίδαλα πέτρῃ.
Ἀργεννὴ δ' ἐπὶ τοῖσι πολύτροπος ἄνθεος αὐγὴ
Ἀμφιθέει· πῇ μὲν γὰρ ἐπέρχεται εὐρέϊ χώρῳ
Ἀκροβαφὴς κροκέοιο[14] πελιδνήεντος ἀὼτῳ,
Πῇ δ' ὑπολεπτυνθεῖσα φαείνεται, οἷά τε[15] μήνῃ
Ἀρτιγενεῖ περὶ λεπτὰ κεράατα φέγγος ἐλίσσει.
Ἄγχι δὲ πετραίης Ἱερὴ πόλις[16] ἐστὶν ἐρίπνης,
Ἥτις ἑὸν περίπυστον ἐφήρμοσεν οὔνομα πέτρῳ.
Πᾶν δὲ τὸ καλλιθέμειλον ἕδος πετραῖον ἐκεῖνο,
Ἔνθα σοφῶν ἀνάγουσι θεηγόρα δήνεα βίβλων,
Ὀκτὼ δαιδαλέοισιν ἐφήρμοσε κίοσι τέχνη,
Ὧν δύο πρὸς Βορέην, δύο δ' ἐς Νότον εἰσὶν ἀήτην,
Καὶ δύο πρὸς Φαέθοντα, δύο πρὸς ἐδέθλια νυκτὸς,
Ὡς κεν ἀνοχλίζοιτο, γένοιτο δὲ νειόθι πέτρης
Οἷάπερ ἄλλο μέλαθρον, ὅπῃ σοφίης ὑποφῆται
Ἵλαον ἀγλαόπαιδα προεντύνουσιν ἀοιδήν.
Ἔστι δὲ τοῖς μὲν ἔνερθε τέγος, τοῖς δ' ὑψόθεν οὖδας.
Καὶ τὸ μὲν ἐκταδίοισιν ἴσον πεδίοισι νοήσεις,
Ἀκλινὲς ἀμφὶ πέδιλα βροτῶν· τὸ δ' ἔνερθε λα-
[χήσας[17]
Λαοτόμος κοίλησεν, ὑπερτέλλει δὲ καρήνων
Εὐτέρων κυρτωθὲν ἄνω τεχνήμονι κόσμῳ,
Οἷα κραταιρίνοιο[18] κεκυφότα νῶτα χελώνης,
Ἥτις ὑπὲρ πήληκος ἀνορθωθεῖσα βοείης,
Πύῤῥιχος[19] εὐδίνητον ὄθ' ἅλμασιν ἀνέρα πάλλει.
Ὀκριόεν δὲ μέτωπον ὅλης λάϊγγος ἐκείνης
Πάντοθεν ἀργυρέοισι διεζώσαντο μετάλλοις,
Ὀππόθι δαιδαλοεργὸς ἀνὴρ, γλωχῖνι σιδήρου
Δένδρεα ποικιλόμορφα καὶ ἄνθεα καλὰ χαράσσων,
Ἀβρὰ πολυπτόρθων ἐνεθήκατο φύλλα κορύμ-
[βων,
Πᾶσι δ' ὁμῶς βάθροις τε καὶ οὔδεϊ κίοσί τ' αὐτοῖς
Ἴδρις ἀνὴρ, ἀδόνητα θεμείλια πάντα φυλάσσων,
Λαΐνεος ὑπένερθε βάσιν κρηπῖδος ἐγείρει[20],

A

B

ad hominis manum sustinendam. Hæc qui prehenderit, labore levabitur asperam scandens viam. Obliquum utraque parte septa directa in iter, gradibus mediis aguntur et desinunt. Non quidem istud marmor inutile est; non enim solum contigit ut asperum abruptæ altitudinis ascensum dividant longum in iter septa se extendentia; sed totus iste lapis artificioso opere fulget, et versicolorem speciem habens variato micat splendore. In hoc gyros efficiunt continuatos quasi undæ, hic circulis interminatis similes, illic orbium signatos circuitus paululum producentes. Hic rubrum cernitur flavo mistum, illic eximius splendor hominum unguibus similis. Alias accedens ad candorem nitor, suavi colore gratiam imitabatur buxi, aut venustam apiferæ ceræ speciem, quam puris lavantes vasis rupibus iteratis vicibus detergunt et ad solis radios siccant, quæque ad album accedit. Non jam totum mutavit colorem, aureis adhuc fragmentis similis. Hæc autem longorum annorum colorata decursu album colorem eboris instar elaborati induit. Hic autem marmor lividam præbet speciem; non enim forte divina reliquit natura lividum colorem disperdi, sed artificiose pingendo lapidi miscuit. Candida super his et varia florum gratia circumfulget; hic enim circumdat spatiosam aream flos liventis coloris croci, illic pallidior videtur, qualis lunæ recentis tenuia circum cornua lux apparet. Juxta saxosam rupem est urbs Hiera quæ suum nomen perclarum accommodavit petræ.

Totam hanc pulchre exstructam marmoream ædem, ubi sapientium proclamantur divina præcepta librorum, octo sumptuosis ars ornavit columnis, quarum duæ ad aquilonem, duæ ad austri ventum, duo ad solis ortum, duæ ad noctis limina, ut non vacillet, sed fiat juxta lapidem quasi tectum aliud, quo sapientiæ præcones gratam et doctiloquam elevant vocem. Est autem his qui infra stant tectum, his qui supra planities. Quodque spatiosæ comparaveris aream, firmum est sub hominum pedibus; partem autem inferiorem opifex cavavit et super capita sacra incurvavit artificio egregio; qualia sunt præduræ curvata terga testudinis quæ galeæ bovinum corium operit, cum Pyrrhica saltationem gyrantem motibus agitat. Summa autem frons totius lapidis istius ex omni parte protegitur argenteo metallo, ubi peritus artifex ferrea cuspide multiformes arbores pulchrosque flores incudens, venustos frondosorum corymborum nexus disposuit. Omnibus autem gradibus, areæ et columnis solers architectus,

VARIÆ LECTIONES.

[9] λοξοτενεῖ G. λοξοτενῆ codex. [10] post v. 80 vv. 105—ponit G. [11] στονύχεσσιν Hermannus, τ' ὀνύχεσσιν codex. [12] ἄλλοθι δ' ὁρμηθεῖσα G. [13] μηλίζουσα G. [14] κροσσοῖο vel κίρκοιο G. [15] οἷα δὲ codex, ἴσα δὲ G. [16] πόλις Ἱερὰ τῆς Φρυγίας, ἐν ᾗ τιμᾶται ὁ μέγας ἀπόστολος Φίλιππος margo. [17] λαχήνας G. [18] γρ. κατ' αἰρινοῖο margo. [19] πύῤῥιχον G. [20] γρ. ἐρείδει margo.

Digitized by Google

Ἀνδρομέου ποδὸς ὕψος ὑπερτέλλουσαν ἀρούρης,
Ὄφρα δ' ἀνευρύνωσι θεμείλια κεῖνα μελάθρου,
Ἡμιτόμους ἑκάτερθε μέσην περὶ γαστέρα κύκλους
Λάεσιν ἀμφεβάλοντο, περιτμηγέντι δὲ χώρῳ
Κίονας ἐστήσαντο διασταδὸν, ἥμισυ κύκλου
Ἀμφιπεριστέψαντας. Ὅλη δ' εὐρύνετο γαστὴρ
Τέτρασιν ὀλβίστοις ὑπὸ κίοσιν, ἔνθα καὶ ἔνθα,
Ἐς Νότον ἐς Βορέην τε. Τὸ δὲ σπέος εἴκελον οἴκῳ
Ἀμφιέλιξ ἑκάτερθεν ὑφ' ἕρκεϊ λᾶας ἐέργει.
Τοὺς μὲν ἀνὰ Φρύγα χῶρον ἐς ἔνδια Μυγδόνος ἄκρης
Λαοτόμοι σθεναρῇσιν ἀνεστήσαντο μακέλλαις,
Κίονας ἱμερόεντας· ἰδὼν δέ τις ἄνθεα πέτρης,
Ἐξενέποι κρίνα λευκὰ ῥόδων καλύκεσσι μιγῆναι
Καὶ μαλακοῖς πετάλοισι μινυνθαδίης ἀνεμώνης,
Πῇ μὲν ἅλις ῥοδόεντα καὶ ἠρέμα λευκὰ μετάλλῳ,
Πῇ δ' ἅλις ἀργινόεντα καὶ ἠρέμα πυρσὰ φανέντα·
Πῇ δὲ μίγα σχίζουσι διὰ φλέβας ἶνες ἀραιαὶ
Τῇ καὶ τῇ κατὰ βαιόν· ἐν ἀλλήλαις δὲ χυθεῖσαι
Εἴκελα πορφύρουσι Λακωνίδος αἵματι κόχλου.
Πρῶτα μὲν ἀμφιέλισσαν ὑπὸ κρηπῖδα βαλόντες,
Δαιδαλέην, καμπτοῖσιν ἀποστίλβουσαν ἑλιγμοῖς,
Λαῖνέους στήσαντο πεπηγότας ὑψόθι βωμοὺς,
Βοσπορίης τμηγέντας ἀπ' εὐλάϊγγος ἐρίπνης.
Λευκὰ δ' ἀπαστράπτουσι, καὶ εἰ σποράδεσσι κελεύ-
θοις.
Σκίδναται ἀργινόεντι περὶ χροῒ κυανέη φλέψ.
Δισσάκι μὲν πισύρεσσιν ὑπὸ πλευρῇσιν ἑκάστῳ
Βωμῷ λαοτύπος χάριν ἔξεσεν, αὐχένα δ' αὐτοῖς
Κυκλοτερῇ γλυφάνοισι χάλυψ ἔσφιγξε τορείης,

A Ὄφρα κεν ἀστυφέλικτον ἀρηγότι νειόθι κίων
Ἶχνος ἐφιδρύσειε βαλὼν περιηγέϊ βωμῷ.
Ἀγλαΐῃ δ' ἐγέλασσεν ὅλου κατ' ἐδέθλια νηοῦ,
Κίονος ἱδρυθέντος ἐϋξέστῳ ἐπὶ[21] βωμῷ,
Οἷον ὅτ' ἠελίοιο νέον περάτης ἀνιόντος
Λευκὸν ἐρευθομένῃσι νέφος ποικίλλεται αὐγαῖς,
Οὕτω μὲν πισύρεσσι περισταδὸν ἥμισυ κύκλου
Κίοσιν ἀμφεβάλοντο· τὸ δ' ἥμισυ κίοσιν ἄλλαις
Τέτρασι κυκλώσαντες, ἐτορνώσαντο χιτῶνα
Λάϊνον ἱμερόεντα πέριξ εὐεργέος ἄντρου.
Κίοσι δ' ἐν πισύρεσσι μεταίχμια τρισσὰ δοκεύων,
Καὶ τάδε τοῖς Ἱερῆς πόλιος Ὁρίγκωσε μετάλλοις
Λαοτόρος πολύϊδρις ὑπὲρ κρηπῖδος ἐδέθλων
Βαιὸν ἐπιγναμφθέντα, καλὸν περὶ λᾶαν ἐλίσ-
σων·
B Ἔπρεπε γὰρ καὶ πέτρον ἐς ἱερὸν οὖνομα νεύειν
Καλὸν ἀκηρασίοιο πέδον στέψοντα[22] μελάθρου.
Ὑστατίῳ δ' ἐνέθηκε θύρην εὐπηγέα χώρῳ,
Ἱρέμα γυρωθεῖσαν, ὅθεν κατ' ἐδέθλιον ἄντρου
Εὐῖέροις βίβλοισιν ἀνειμένος ἔρχεται ἀνήρ.
Σχήματα δὲ σπήλυγγος ὁμοῖα πάντα νοήσεις,
Ἔς τε Νότον Γαράμαντα καὶ εἰς Ἀριμασπὸν ἀή-
την[23]
Κίοσι καὶ κρηπῖδι καὶ ἕρκεϊ. Τοῖς δὲ θυρέτροις
Οὐχ ἕνα χῶρον ἔθεντο δαήμονες, ἀλλὰ τὸ μέν που
Ἐσπέριον, τὸ δ' ἕπηξαν ἑῴου· ἐσπέριον μὲν
Πρὸς Βορέην, νοτίῃ δὲ πυλὶς Φαέθοντα δοκεύει.
Ἔρκεα δ' οὐκ ἰσόμετρα πεπηγότα κίοσιν ἔστη,
Ἀλλὰ τὰ μὲν χαρίεντος ὑπερτέλλουσιν ἐδέθλου

fundamentorum firmitati consulens, basem lapideæ soleæ exstruxit, pedis humani mensuram superantem. Ut autem dilatarentur fundamenta illa tecti, semicirculos infra circa ventrem medium lapidibus circumjecit; in spatio autem circumjacenti columnas ex intervallis disposuit, semicirculum circumdantes: totus autem porrigitur venter sub quatuor magnificis columnis, hinc et inde, austrum versus et aquilonem. Cavitas domui similis infra rotundæ septo lapides defendit. Has vero conspicuas columnas Phrygiam supra aream, arcisque Mygdoniæ per medium, opifices validis exstruxerunt septis. Si quis autem flores petræ insculptos intuetur, dicet candida lilia rosarum calicibus sociata esse, et mollibus petalis brevi cadentis anemones; hic metallum vivo rosarum colore, et suavi candore pictum, illic vivum candorem, suavemque ruborem explicans. Alias his et illis rare admistæ serpunt per venas tenues violæ: utrisque floribus perfusæ purpureum dant colorem, Laconidis testæ sanguini similem. Cum primum circumductam soleam statuere, arte elaboratam, curvis splendentem orbibus, lapideas posuerunt superne devinctas bases, ex Bosporea extractas saxosa rupe. Albo splendore micant, et albentem super colorem variii erroribus spargitur cærulea vena. Duo e quatuor lateribus cujusque basis opifex ornans polivit, summitatemque illarum circularem cælato opere chalybs circumdedit, ut inconcussa hæreat sede firmæ infra basi innixa columna. Ornatibus totius templi juxta ridet columna politæ basi insidens, qualis, cum sol in horizonte primum assurgit, alba nubes roseis variatur splendoribus, ita quatuor circum columnis semicirculus circumjicitur. Quatuor autem alias columnas semicirculo complectentes, incurvaverunt opifices splendidum e marmore tegumentum bene elaboratæ cavitatis. In quatuor columnis tria disponens intervalla, hæc ex lapidibus urbis Hieræ coronavit sapiens artifex, super soleæ basem leviter incurvata pulchrumque circumflectens lapidem; decebat enim sacro gaudere nomine petram pulchrum solum ornantem inviolati templi. Extremo portam bene compactam addidit spatio, leviter incurvatam, qua per cavitatis limen vir sacris assurgens libris ingreditur. Speciem autem cavitatis eamdem omnem intelliges, ad austrum Garamantis et ad ventum Arimaspi, in columnis, solea et septis. Portis vero non unum locum destinaverunt architecti, sed unam versus occidentem et alteram versus orientem disposuerunt. Occidentalis quidem porta ad aquilonem, orientalis autem ad austrum videtur spectare. Septa non paris mensuræ constructis columnis assurgunt sed hæc elegans superant limen, quantum necesse est ad occultandum homines in cavitatis latebris;

VARIÆ LECTIONES.

[21] bis ponit codex. [22] στέψαντα codex: correxit G. [23] in margine quoque ponit codex.

Digitized by Google

Ὅσσον ἀποκρύπτειν ὑπὸ κεύθεσιν ἀνέρας ἄντρου·
Οἱ δὲ βαθυγλύπτοισι καρήασι κίονες ὀκτὼ
Ἔρκεος ἐξανέχουσι, καὶ εἰ βάσιν ἔμπεδον ἀμφὶς[24]
Ἰσοτενὴ κρηπῖδι μιῇ στήσαντο δομαίῃ.
Χρυσεοκολλήτοις δὲ περιστίλβουσι καρήνοις,
Ὅλβια μαρμαίροντες, ἴσα χρυσαυγέϊ δίσκῳ
Ἠελίου, προβλῆτας ὀϊστεύοντος ἐρίπνας.
Πάντα δ' ὑπερτέλλοντα καρήατα κυκλάδι κόσμῳ
Δουρατέη στεφάνωσε περίδρομος ὑψόθεν ἄντυξ,
Ὡς κεν ἐπιζεύξειε μιῇ στροφάλιγγι δεθέντας
Κίονας, εἰ καὶ ἕκαστος ἀπόκριτός ἐστιν ἑκάστου.
Ὣς ἔπι πυρσοκόρυμβα πεπηγότα δένδρεα δήεις,
Ἀργυρέων στράπτοντα χύδην πυρὸς[25] ἄνθος ὁράμνων.
Οὐ μὴν ἤ κε τύχῃσιν ἀπόπλανος ἕδραμεν ὄρπηξ,
Ἀλλ' ἀνέχει κατὰ κόσμον, ἴσος πολυάντυγι κώνῳ,
Βεβριθὼς σελάεσσιν. Ἀπ' εὐρυπόροιο δὲ κύκλου
Αἰὲν ὑποκλέπτων ἐπὶ λοίσθιον ὀξὺς ἀνέρπει.
Ἔνθα δὲ τερμιόεντα καλὸν ζωστῆρα νοήσεις,
Πάντοθι σαπφείροιο καταχρωσθέντα κονίῃ
Καὶ χρυσέοις κισσοῖο περιστεφθέντα πετήλοις
Πρὸς δὲ δόμον Ζεφύροιο καὶ ἐς πτερὸν Αἰθιοπῆος Εὔρου
Δοιοὺς ἐγκατέπηξαν ἐπ' ἄντυγος, ἔνθα καὶ ἔνθα,
Σταυροὺς ἀργυρέους, ὅτι μυρία φάεα πυρσῶν
Ἄμμασιν ἀκροέλικτος ὁμιλαδὸν ἦλος ἐέργει,
Γῦρον εὐγνάμπτοιο καλαύροπος εἶδος ἐλίσσων.
Τόσσα μὲν ἀμφικέλευθος ἔχων φαιδρύνεται ἄμβων·
Τόνδε γὰρ οὕτω χῶρον ἐφήμισαν ἀμβατὸν οἵμαις
Θεσπεσίαις, ὅτι λαὸς ἐπίσκοπον ὄμμα τιταίνει,
Εἰσαΐων ἄχραντα θεουδέος ὄργια μύθου.
Οὐδὲ μὲν οὐδὲ βάθροισιν ἐτώσιον ἔνθεσαν αὖτως
Τμῆμα λίθων, λεπτὰς δὲ κατ' ἀργεννοῖο χυθείσας
Ἴνας ἐσαθρήσει τις· ἴσον δ' ἁλιανθεῖ κόχλῳ
Νήδυμα πορφύρουσιν. Ὑπ' ἀτρίπτοισι δὲ πέτροις
Ἀνδροδόκων ἀκμῆτα ῥάχιν τρηχύνατο βάθρων
Λαοτόρος, στήριγμα ποδῶν ἀμετάτροπον ἴσχων,
Μή τις ὀλισθήσαντα καταιβάτις οἶμος ὀδίτην
Ὑψόθεν ἁρπάξασα κατ' οὖδεος ἄστατον ἅξῃ.
Οὕτω μὲν κατὰ κόσμον ἐπισσυτέρῃσι πορείαις
Λᾶας ἐπαμβαίνων[26] ὑποχάζεται ἄλλος ἀπ' ἄλλου,
Ὅσσον ἀναθρώσκων τις ἀμοιβαδὸν ἴχνος ἐρείσει.
Ὡς δὲ θαλασσαίοισιν ἐν οἴδμασι νῆσος ἀνίσχει,
Διαιδαλέη σταχύεσσι καὶ ἀμπελόεντι κορύμβῳ
Καὶ θαλερῷ λειμῶνι καὶ εὐδένδροισιν ἐρίπναις·
Τὴν δὲ παραπλώοντες ἐπολδίζουσιν ὀδῖται,
Ἄλγεα βουκολέοντες ἁλικμήτοιο μερίμνης·
Οὕτω ἀπειρεσίοιο κατ' ἔνδια μέσσα μελάθρου
Λάεσι πυργωθεὶς ἀναφαίνεται ὄρθιος ἄμβων,
Δαιδαλέος λειμῶνι λίθων καὶ κάλλεϊ τέχνης.
Ναὶ μὴν οὐδ' ὅγε πάμπαν ἀπόκριτος ἐς μέσον ἕστη
Χῶρον, ἀλιζώνοισιν ὁμοίιος ἤθεσι νήσων·
Ἀλλ' ἄρα μᾶλλον ἔοικεν ἁλιῤῥοθίῳ τινὶ γαίῃ,
Ἣν πολιοῦ προβλῆτα[27] δι' οἴδματος ἰσθμὸς ἐλαύνει
Μεσσατίοις πελάγεσσι, μιῆς δ' ἀπὸ δέσμιον ἀρχῆς
Ὀχμάζων ἀνέκοψεν ἀληθέα νῆσον ὁρᾶσθαι·
Ἡ δὲ θαλασσαίοισιν ἐπιπροθέουσα ῥεέθροις
Ἰσθμιον ἀγχιάλοιο καθήψατο πεῖσμα κολώνης.
Τοῖος ἰδεῖν ὅδε χῶρος· ἀφ' ὑστατίου γὰρ ὀρούσας
Ἀντολικοῦ βαθμοῖο πολὺς διανίσσεται αὐλών,
Εἰσόκεν ἀργυρέην περὶ δικλίδα ταρσὸν ἐρείσῃ,

octo columnæ profunde insculptis septi verticibus dominantur, et in firma basi æquali solea unicaque exstructione collocatæ sunt. Capitibus fulgent auro devinctis, splendido ornatu, qualis aureus solis discus effulget promontoria illuminans. Omnia autem eminentia capita, circulari ornatu, lanceatas cuspides gerente orbe superne coronantur, qui uno circuitu conjungit devinctas columnas, etsi una ab alia dividatur. Hoc super orbe rubentes frondibus innexis vides, arbores, argenteis ramis igneos flores sparsim porrigentes. Neque ibi forte errabundus currit ramus, sed dirigitur ad leporem, similis orbiculari pino, et fulgore refertus. Ex latiori orbe semper ad ultimum sensim arctior orbis assurgit. Ibi oram limitans pulchrum cingulum videbis, omni ex parte saphiri pulvere coloratum, et aurcis hederæ coronatum foliis. Versus autem domos zephiri et rapidum Æthiopis Eurum duplicem in circulo instruxerunt, hinc et inde, argenteam trabem, e qua tædarum mille luces loris multiplici nexu implicatus clavus profert, curvam inflexi pedi pastoralis speciem habens.

Talibus duplici itinere patens splendet ambo; hunc enim sic dixerunt locum sermonibus aptum sacris unde populus propitiam lucem recipit, quoties auscultatur inviolata divini verbi mysteria.

Non gradibus collocatos inconsulto excisos lapides, tenuesque albo immistas violas aliquis conspexerit; similem enim floridæ conchæ ædis ventrem purpura ornant. Planis in lapidibus utilium hominibus graduum levem convexitatem apicibus notavit opifex, firmum pedibus vestigium præparans, ne lubricum descendens per iter viator, ex alto impulsus id liminis extrema præceps agatur. Sic cum decore ambabus in viis lapides unus ab alio recedunt, in quantum ascendentis vestigia alterne nitantur. Ut autem maris inter fluctus insula surgit, conspicua spicis vitisque corymbis, et viridantibus pratis et arbore opertis rupibus; hanc circumnavigantes mirantur viatores, doloresque maris laborum solantur: sic immensi per media atria ædificii lapidibus exstructus videtur altus ambo, conspicuus florido marmoris labore et artis pulchritudine. Nec certe hic stat medio in spatio omnino divisus, mari circumdatarum insularum more; sed potius similis videtur cuidam maritimæ terræ, cui mediis undis eminenti albos inter fluctus isthmus insequitur, quamque extremitate una vinctam firmiter detinet veræ insulæ speciem habentem; hæc autem marinis immista vorticibus isthmi vinculo adhæret maris littore producti. Talis cerniturambo; ultimo enim orientis ex parte fundamento assurgens late agitur per ædes, usquedum circa duplicem

VARIÆ LECTIONES.

[24] ἀμφὶς G, ἄμφω codex. [25] γρ. πάρος margo. [26] ἐπαμβαίνων G, ἐπεμβαίνων codex. [27] προβλῆτι codex

Digitized by Google

Μηκεδανῇ κρηπῖδι θυηπόλον ἕρκος ἀράσσων,
Τοίχοις δ' ἀμφοτέρωθε[28] διείργεται. Οὐ μὲν ἐκείνοις
Ἔρκεσιν ὑψιτενεῖς ἔβαλον πλάκας, ἀλλ' ὅσον [ἀνδρὸς
Ὀμφάλιον ζωστῆρα παρισταμένοιο χαράξαι,
Ἔνθεν ὑποτροπάδην χρυσέην εὐάγγελος ἀνὴρ
Βίβλον ἀερτάζων διανίσσεται. Ἰεμένης δὲ
Πληθύος, ἀχράντοιο Θεοῦ κατὰ μύστιδα τιμήν,
Χείλεα καὶ παλάμαις ἱερὴν περὶ βίβλον ἐρεῖσαι,
Κύματα κινυμένων περιάγνυται ἄσπετα δήμων.
Καί ῥ' ὁ μὲν ἀμφιπλῆγι τιταίνεται εἴκελος ἰσθμῷ
Χῶρος, ἀπιθύνων πρὸς ἀνάκτορα σεμνὰ τραπέζης
Ἄνδρα καταθρώσκοντα βαθυκρήμνου περωπῆς·
Θεσσαλικῇ δ' ἑκάτερθεν ὅλην χλοερώπιδι πέτρῃ
Ἀτραπὸν ἐφράξαντο. Πολὺς δ' ὑπὸ λάεσι λειμὼν
Ὄμμασιν ἱμερόεσσαν ἄγει χάριν. Ἀμφὶ δ' ἑκάστῃ
Θεσσαλικῇ λάΐγγι παρίσταται οἷά τις ἄλλος
Κίων ἰσοτενὴς, περιηγέσιν οὔ[29] τι κυλίνδροις
Εἰδόμενος· φαίη τις ἀνὴρ γραμμῇσι μεμηλὼς
Σχῆμα κύβου μεθέπειν περιμήκεος οὐκ ἰσοπλεύρους[30]
Κίονας. Ἁρμονίην δὲ Μολοσσίδος ἐνθάδε πέτρης
Λαοτόροι ζεύξαντες, ἀμοιβαδὸν ἄλλον ἐν ἄλλῳ
Πέτρον ἐνεσφήκωσαν. Ἀπὸ Φρυγίης δὲ κολώνης
Λαοτύπος καὶ τοῦσδε λίθους ἐτμήξατο τέκτων.
Ἔνθα δὲ βουκολέοντα μεληδόνας ὅμματα βάλλων,
Ἧ μὲν ἴδοις καλὴν ὀφιώδεα σύρματα πέτρην
Ἀμφιπεριπλάζουσαν, ἐϋγνάμπτοις δὲ πορείαις
Νήδυμα κυμαίνουσι. Παρ' ἀλλήλας δὲ καθείσας[31]
Πυρσὴν ἀργυφέην τε καὶ ἀμφοτέρων τινὰ μέσσην

A Χροιὴν, ἀμβολάδην τις ἀμοιβαδὸν ὁλκὸς ἑλίσσων
Ἀγκύλον ἐρπυστῆρι[32] δρόμῳ σπείρημα κυλίνδει.
Πῇ δὲ σεληνήεντα καὶ ἀστερόεντα νοήσεις
Γραμμαῖς ἀλλοπρόσαλλα φύσει σφρηγίσματα[33] πέ- [τρης.
Ἀλλὰ καὶ ἐκταδίοις ἐπὶ χείλεσιν ἕρκος ἄλλην,
Τῆς αὐτῆς γεγαυῖαν ἐϋπρήωνος ἐρίπνης,
Μηκεδανὴν λάΐγγα καθήρμοσαν, ὄφρα κεν εἴη
Νειόθι[34] μὲν κρηπῖδος ἐνιδρυνθεῖσα θεμείλοις
Πέτρης Θεσσαλικῆς βάσις ἔμπεδος, ὑψόθι δ' ἄλλῳ
Ἄμματι πετρήεντι κατάσχετος. Ἀλλὰ καὶ αὐτὰς
Πλευρὰς τετρατόμοις ὑπὸ κίοσι δεσμὸς ἐέργων,
Ἄτροπον ἀστυφέλικτος[35] ἐπ' οὖδεῖ πυθμένα πήσσει.
Ὡς δ' ὅτε τις Τυρίοιο πολύχροος ὑψόθι πέπλου
Νήματα χρυσοείλικτα περίδρομα πάντοθι βάλλων,
B Πῇ μὲν ὅλην περὶ πέζαν ἀρηρότα κόσμον ἑλίσσει,
Πῇ δὲ καλὸν πέπλοιο περὶ στόμα, πῇ δέ γε χειρῶν
Ἀμφοτέρων ἔστεψε διήλυσιν· ἁγλαΐη δὲ
Πάντοθεν εὐλείμων ἐαρόχροα νήματα πέπλου
Ἀμφὶς ἔχει, χρυσέου δὲ μίτου σέλας ἄλλον ἐπ ἄλλῳ
Ὅλδον ἐπανθίζων περὶ κάλλεϊ κάλλος ἐγείρει·
Οὕτω ποικιλοεργὸς ἀνὴρ, χλοεροῖσι μετάλλοις
Μαρμαρυγὴν ἱεροῖο βαλὼν χρυσαυγέα πέτρου,
Ἀμφοτέροις ἀμάρυγμα φαάντερον εὗρεν ἀνάψαι.
Ἀντολικὸν δ' ἐπὶ τέρμα, παρ' ἕρκεα σεμνὰ τραπέζης,
Ἰσθμὸν ἀποτμήξαντο διήλυσιν, ὄφρα κελεύθου
Ὀχυτέρην τεύξωσι παρερχομένοισιν ὁδίταις.
Τοῖα μὲν ἀγλαόδωρος ἐμὸς σκηπτοῦχος ἐγείρει
Ἔργα Θεῷ βασιλῆϊ. Πολυστέπτοις δ' ἐπὶ δώροις

ex argento portam basem obfirmet; porrectaque solea sacerdotale septum annectens, a parietibus utrinque separatur. Non his quidem septis directas in altum tabulas imposuerunt, sed quantum stantis hominis umbilicus attingit. Inde revertens aureum accipit librum evangelicus vir atque transgreditur. Congregatæ autem multitudinis ad religiosum inviolati Dei cultum, ut labiis et manibus sanctum per librum auxilium præbeat fluctus circum immensos populi intus commoti agitur. Locus quidem extenditur similis isthmo dirigens ad augustam summitatem spatiosæ areæ virum caute ingredientem. Thessalica petra flavescenti superne totam viam instauraverunt. Variusque lapidi insculptus florum hortus gratum oculis aspectum præbet. Juxta unamquamque Thessalicam petram collocatur quasi alia columna æquali statura, rotundis vero cylindris non similis; videtur opifex lineis indicans longi superficiem cubi columnas produxisse ateribus inæquales. Hic venuste Molossicam petram alteri sociantes architecti, alterne unam cum altera unxerunt. Phrygiis autem e montibus hos lapides artifex excidit. Intus gratos divulsi per partem lapides aspectus præbent, hic videris pulchrum lapidem serpentium lapsus mentientem, sinuosis flexibus suaviter undantes. Invicem consocians rubrum candido, mediumque amborum, carneum colorem interruptim alternisque vicibus seriem incurvam flectens, nexus in se implicatos et serpentes convolvit. Illic lunam et stellas putaveris vere pingi variis lapidis ludis. Parte alia in longis septi oris, ex eadem rupe præcipiti excisum ingentem lapidem adaptarunt, ut sit inferiori parte soleæ fundamentis innixa e Thessalica petra firma basis, superne alia lapidis commissura devincta; sed ipsa latera quadrangularibus in columnis vinculum coarctans firmiter inconcussos earum pedes in limine figit. Cum autem varius color Tyrii veli fila auro texta undique producta expandit, hic circa omnem fimbriam grata venustate placet, illic pulchrum ad os veli, illic manuum ambarum intervallum jungit; jucundus autem omni ex parte florum hortus a vere pictam veli telam operit, aureique staminis fulgor alternatim radiis et floribus splendens pulchriorem semper alio conspectum præbet. Sic variati operis artifex flavis metallis aureum sancti lapidis jungens nitorem ambobus splendidiorem fulgorem novit incendere. Ad ascensus summitatem, juxta splendida septa areæ, in faucibus intervallum diviserunt, ut promptiorem pararent aditum ascendentibus.

Talia egregius meus imperator ædificat opera Deo regi. Magnificis super donis splendorem suæ in

VARIÆ LECTIONES.

[28] ἀμφοτέρωθι G. [29] περιηγέσι δ' οὔ G. [30] ἰσοπλεύρου G. [31] ταθεσίας G. [32] ἀγκύλον(-λων) ἐρπστῆρα(-ρι) codex. [33] σφραγίσματα codex : correxit G. [34] νηόθι codex. [35] ἀστυφέλικτον G.

Digitized by Google

Καὶ σέλας ἀστυόχοιο ἐῇς ἀνέθηκε γαλήνης
Χριστῷ παμβασιλῆϊ. Σὺ δ' ἵλαος ἵλαος εἴης,
500 Νηὸν ὑπὲρ πολύυμνον, ὅπως θεοδέγμονι βουλῇ
Παμφαὲς ἀχράντου Τριάδος σέβας! Ἄστεϊ Ῥώμης
Ἐμπνοον ἰδρύσειε γέρας κοσμήτορι κόσμου,
Καὶ ναέταις καὶ ἄνακτι καὶ ἱμεροδερκέϊ νηῷ.

imperio integritatis addidit celebri templo, ut divino consilio consonum præpararet donum mundi rectori, Christo universorum Regi. Tu vero propitium sis, splendens inviolatæ Triadis numen! urbi Romæ, et civibus, et principi, et egregio templo.

ΕΙΣ ΤΑ ΕΝ ΠΥΘΙΟΙΣ ΘΕΡΜΑ.

—

IN THERMAS PYTHICAS.

(Brunck, *Analecta* III, 94.)

—

Βούλει μαθεῖν, ἄνθρωπε,
Θερμῶν ἄτεχνον ῥεῦμα,
Πῶς καὶ πόθεν νοσοῦσι
Φανὲν, πρόκειται πᾶσιν
Ἀνάργυρον δώρημα,
Καὶ προσφιλὲς γάνυσμα;
Ἔγωγε τοῦτο δείξω,
Ἐγὼ φέρων διδάξω
Ὅσον σοφοὶ νοοῦσιν,
Ὅσον φύσις παιδεύει,
Καὶ πεῖρα συνδικάζει.
Πρόσχες· φράσων γὰρ ἥκω.

Ἔνερθε γῆς σήραγγας
Εἶναι στενὰς νοοῦσιν·
Ὕδωρ ἐκεῖθεν ἔνθεν
Ἀντιτρέχον πιλεῖσθαι·
Πιλούμενον δὲ, θέρμην
Οὐ τὴν τυχοῦσαν πάσχειν.

Ἄλλοι λέγουσι τοῦτο·
Μέταλλά που θειώδη
Γῆς ἐν μυχοῖς ὑπάρχειν·
Τὸ γειτονοῦν οὖν νᾶμα
Θέρμης τυχὸν βιαίας,
Κάτω μένειν οὐκ ἴσχον,
Ἄνω τρέχειν τῷ πλήθει.

Ποῖον δέχῃ; τὸ πρῶτον;
Ἀλλ' οὐ δέδεγμαι τοῦτο·
Τῷ δευτέρῳ σύμφημι.
Ὀδμὴ γάρ ἐστιν, οἶδας,
Μυδῶσα, δυσπνοοῦσα,
Τρανόν τε μαρτυροῦσα.

Οὕτω προῆλθε πᾶσι
Τὸ θερμόβλυστον ῥεῖθρον,
Ἱπποκράτης ἄψυχος,
Τέχνης ἄνευ Γαληνὸς,
Πίστις δὲ τούτου, νῆσος
Τὸ πῦρ ἄνω φυσῶσα
Πολλῷ βρέμον σὺν ἦχῳ,
Πολλῇ τε σὺν κινήσει.
Οἶδεν φέρειν τοιαῦτα
Τιτανία Μηδίας,
Καὶ Περσικὴ Πιττάκη,
Καὶ Λυδία πλουτοῦσα
Μεταλλόχρυσον γαῖαν.
Ἡρακλέων στηλῶν δὲ
Πόρρω πέφυκε πλεῖστα.

Ἐν δ' αὖ γε Πιθηκούσαις,
Καὶ Λιπάρᾳ τῇ νήσῳ
Ἀφεγγές ἐστιν ἄσθμα
Ὃ νυκτίπερ παμφαῖνον
Πέμπει λίθους θειώδεις,
Πολυψόφους, βροντώδεις,
Ὄψει τὸ πᾶν δηλοῦντας.
Ἔστι δὲ μικρὰ ταῦτα
Πρὸς ἄλλα κρείττω μείζω.
Πηγὴ τελεῖ γὰρ λήθην·
Ἄλλη μέθην ποιεῖ δέ·
Ἄλλη δ' ἔλαιον βλύζει·
Ἄλλη γάλα προτείνει·
Καί που τροχάζει νᾶμα
Πτηνῶν ἄκος νοσούντων·
Καί που ποθοῦσιν οἶνον
Μίσητρόν ἐστιν ὕδωρ·
Καί που μέσον θαλάσσης
Πίδαξ ἀναῤῥοιβδεῖται·
Καὶ χασμάτων ἐκπνεῖται
Προλεκτικόν που πνεῦμα.
Ἄσφαλτον ἄλλη γῆ δὲ
Πῶς ἐξάγει; τί τοῦτο;
Ὦ θαυμάτων τὸ θαῦμα·
Πηγὴ ψόγῳ θολοῦται,

Visne cognoscere, o homo, scaturiginem thermarum haud artificiosam, quomodo et unde ægrotis manifesto datur omnibus donum gratuitum mistumque utile dulci? Equidem hoc ostendam atque docebo, quatenus harum rerum periti intelligunt, et natura monstrat, et usus confirmat. Attendas, quæso: explicabo.

In visceribus terræ cavernas opinantur esse angustas, ubi aqua hinc inde sibi occurrens comprimatur, et compressa magnum calorem illum accipiat.

Alii metalla sulphurea in terræ recessibus exsistere dicunt, aquas autem vicinas necessario calefactas intus remanere haud posse, sed magno impetu sursum ferri.

Quid putas verum? Num prius? At ego, repudiata opinione priori, posteriorem amplector. Atque enim illæ, uti scis, mucidum quid et male olens habent, unde huic sententiæ fides accrescit.

Sic prodiit omnibus fons calide scaturiens, Hippocrates sine vita, Galenus sine arte. Confirmat hoc insula quæ ignem magno cum fragore et motu sursum efflat. Et similia profert Titania Mediæ, et Pittace Persidis, et Lydia auri metallis abundans. Plurima autem hujusmodi exsistunt ultra columnas Herculis. Præterea in Pithecusa et Lipara insula obscura est caverna, quæ noctu late splendens, magno cum strepitu ac fragore tonitrali ejaculatur lapides sulphureos, fulgorem undique effundentes. Jam hæc exigua sunt ad alia meliora majoraque. Est enim fons qui oblivionem ingerit, alius ebrietatem præbet, alius oleum, alius lac scaturit. Est porro fons, ægrotis avibus sanitatem reddens, et alius hominibus vinolentis vini fastidium ingerens. Sunt fontes in medio mari ebullientes, et sunt terræ recessus ex quibus spiritus propheticus exhalatur. Alia autem terra quomodo bitumen emittit? Quid vero? O miraculum miraculorum! Fons detrectatione turbidus, laudibus limpidus redditur. Alium alii occultas insidias in

Digitized by Google

Αἰνουμένη δὲ λάμπει.
Ἄλλοι λέγουσιν ἄλλην
Κρυπτοὺς δόλους ἐλέγχειν·
Ἄλλην καθαρτικὴν δὲ
Χυμῶν μόνων θρυλλοῦσιν·
Ἄλλην δέμας κρατύνειν
Χαῦνον διιστοροῦσιν.
Ὕδωρ πικρὸν τελεῖ δὲ
Φῶς ἡλίου καυσῶδες,
Ὁ νὺξ γλυκαίνειν οἶδεν
Εἰς ἡδύληπτον ἕλξιν.
Ὅλβος δὲ πηγῆς ἐστι
Φύσιν κάτω τὴν κούφην,
Ὁλκὴν δὲ τὴν βαρεῖαν
Ἀνω-φέρων ὡς ἄχνην.
Ἄλλος δὲ ῥοῦς μικρός σοι,
Ὃς σωμάτων τὰς θλάσεις,
Ὁστῶν τε τὰς κατάξεις
Σφίγγει, στρέφει, πιαίνει.

Θέλεις προσοίσω πλείω;
Ἔστιν, λέγουσι, νᾶμα,
Ὅπερ βαλὼν εἰς ἄγγος,
Εἰ νυξὶν αἰθριάζοις,
Κρυσταλλόπηκτον εὕροις.
Ἔστιν, λέγουσιν, ἄλλο,
Ἐξ οὗ πιεῖν προκύψας,
Δῦνον βλέπεις, σὲ φεῦγον,
Γῆς μητρὸς ὡς ἐν κόλποις.
Ἔστιν δὲ ῥοῦς, ὦ θαῦμα,
Ὅς, εἰ δεδέξεταί τι,
Λίθον τελεῖ τὸ πρᾶγμα
Ἐν ἡμέραις οὐ πλείσταις.
Ἄλλην λέγουσι κρήνην
Βραχὺ βρύουσαν ὕδωρ,
Ἥτις παρόντος ὄχλου
Πλείω δίδωσι ῥεῖθρα.
Ἄλλην δέ που πιστοῦνται,
Ἢ χείματος παρόντος
Ἄνικμός ἐστι πᾶσα·
Προχεῖ θέρους δὲ νᾶμα.
Ἄλλην ἀκούεις πάντως
Ὕδωρ φέρειν νιτρῶδες,
Ὡς ῥυμμάτων μὴ δεῖσθαι
Λελουμένους ἐκεῖθι.
Θερμὰ προχεῖ δὲ λίμνη,
Ὡς μὴ πίνεσθαι ζώοις·
Ὄζει γὰρ ὥς τι πῦον,
Ἡ σῆψις ἄλλης ὕλης.
Ἔχειν λέγουσιν εἶναι
Πολλὰς φυτῶν αἰγείρους
Ἤλεκτρον ἐξαγούσας,
Τὸ χρυσόμορφον εἶδος.
Πίπτει δὲ τοῦτο πρῶτον
Ὡς δάκρυον γλοιῶδες·
Ἔπειτα δὴ πετροῦται.
Ὦ τοῦ ξένου μετάλλου!

Δεῦρο, φράσω καὶ τἄλλα.
Φέρει τόπος τις λίμνην
Μικρὰν λίαν, κυκλώδη,
Πρὸς ἣν θέλων λουθῆναι,
Πεπλησμένην εὑρήσεις.
Ἕως δὲ πεντήκοντα
Λελουμένους καθαίρει·
Εἰ δ' αὖ τις αὐτῇ πλείους
Ἄνδρας φέρει λουθῆναι,
Ἔξω τρέχουσα ῥίπτει
Τοὺς ἀκρίτως τρυφῶντας.

Πέτρας καπνὸς δ' ἐξέρπει
Κρύπτων ἔσω τὸ καῖον,
Ὅπερ σαφῶς ἀνάψεις,
Ἔλαιον εἴπερ στάξεις·
Ἄλλη δέ τις βραχεῖα
Πῦρ ἐξέθαλψε πέτρα,
Εἰς ἣν ἔλαιον ῥαίνων,
Πάντως σβέσεις τὸ φαῖνον.

Δέλτοι φέρουσιν ἄλλην
Ὥρᾳ θέρους βαθείᾳ
Πῦρ ἐξ ὀπῆς ἀνίσχειν,
Χειμῶνος ὕδωρ ῥεῖν δέ.
Λίθους ἔχει δὲ ῥεῖθρον
Ἅπτοντας ὠσεὶ δᾷδας,
Οὓς ῥιπίδι ψυχάζων,
Τὸν φλογμὸν ἐκπραΰνεις·
Εἰ δ' αἷμα ῥαίνων σπείσεις,
Τὸ πῦρ πλέον τυφοῦται.

Ἄλλης ὀπῆς ὠθεῖται
Ὕδωρ τε καὶ πῦρ μίγδην,
Καὶ τὴν φίλεχθρον μίξιν
Τετρακτύος πιστοῦται.
Οὕτω φύσεις ἀπείρους
Ὁ Δεσπότης ἁπάντων
Κτίζων, ἄγων, ἰθύνων,
Κιρνῶν, πλέκων, ὡς οἶδε,
Πρὸς θαῦμα καὶ λατρείαν
Φύσεις σαφῶς ἐγείρει.
Τοῦτον κάλει Θεόν σου,
Τοῦτον φρεσὶ φαντάζου,
Μηδὲν τυπῶν πρὸς εἶδος,
Εἰ μὴ θέλεις γε πταίειν.
Ἄγνωστόν ἐστι πνεῦμα,
Ἀῤῥητόν ἐστι πρᾶγμα,
Ἀληκτόν ἐστι θαῦμα,
Ἀναρχοφωτόμυστον,
Ἀῤῥητολεπτόπνευστον,
Κόσμους φέρον καὶ βίους
Ἐν πανσόφῳ χωρίῳ,
Ἐν ἐνδίκῳ προνοίᾳ.

Οὕτω τὰ μὲν κατεῖδον,
Τὰ δ' αὖ βίβλοι βοῶσιν,
Τὰ δ' αὖ συνῆξε πεῖρα·

lucem protrahere dicunt, alium nonnisi humores purgare, alium aiunt corpori molli robur restituere. Est aqua quam solis ardor amaram reddit, nox autem in dulcem potum convertit. Sunt multi fontes quorum natura in imo levis, sursum emergens gravis est. Denique est fons exiguus qui corporum contusiones ossiumque fracturas contrahit, sanat, confortat.

Visne plura addam? Aquam aiunt esse quam, ubi in vas infuderis atque noctu aeri exposueris, congelatam reperias Aliam, quando ad eam hauriendam te demiseris, refugere et in sinus terræ almæ recedere narrant. Porro, quod valde mirum, fons est, qui quamcunque rem injeceris, paucis diebus in lapidem transmutat. Alium fontem, qui exiguam emittit aquæ copiam, ubi magna hominum turba adest, largius scaturire tradunt. Alium esse ferunt, qui hiemis tempore prorsus aridus sit, æstate autem latices profundat. Alium aquam nitrosam emittere audimus, ita ut ea loti aliis purificationibus haud egeant. Est lacus aquam calidam emittens, animalibus haud bibendam ; olet enim pus vel saniem cujuscunque corporis. Illic aiunt esse multas populos nigras electrum producentes aureo colore ; decidit autem illud acrymarum viscosarum instar, et postea velut lapis indurescit. O novum metallum!

Age, jam alia narrabimus. Alicubi est lacus perquam parvus, rotundus, quem repletum invenies, quando lavatum accesseris. Purgat autem usque ad quinquaginta lotos. Si vero plures lavari voluerint, ripas transgrediens ejicit illos qui temere tali voluptati indulgent.

Fumus e petra surgit occultans in se urendi materiam, quam oleo infuso illico accendes : alia autem petra parva ignem continet, cui quando oleum instillaveris, omnino splendorem exstingues. Aliam media æstate ignem per foramen emittere, hieme autem aquam scaturire tradunt. Fons quidam profert lapides tædarum instar urentes, quos ubi follibus incitaveris, flamma imminuitur; ubi autem sanguinem superfuderis, incendii vis accrescit.

Ex alia fissura mistim prorumpit aqua et ignis, ita ut quadruplici ratione mistio opposita appareat. Sic Creator omnium naturas infinitas creans, ducens, dirigens, temperans, componens, ut admirationem excitent nobisque serviant omnino voluit. Hunc appella Deum tuum, hunc mente recole, ad nullam speciem efformaus, nisi in errorem incidere velis. Hic est spiritus incomprehensibilis, res ineffabilis, miraculum indeterminatum, luce æterna coruscans, infanda spiritualitate excellens, sapientissima cura ac justa providentia mundum vitasque ferens.

Sic alia ipse vidi, alia libri docent, alia experientia docuit, et visibilia invisibilibus, parva magnis fidem

Digitized by Google

Καὶ πίστις ἐστὶ πάντως Τὰ δῆλα τῶν ἀδήλων, Τὰ μικρὰ τῶν μεγίστων. Τούτων σκοπῶν τὸ θαῦμα, Οἶδα, πλέον ποθήσεις Τὴν τρισσόφωτον φαῦσιν· Ποθῶν δὲ καὶ ζητήσεις· Ζητῶν δὲ καὶ θεώσεις Μετουσίᾳ τὸ κρεῖττον.

astruunt. Hæc miracula considerans, certissime luminis tripliciter splendentis desiderio majori capieris, captus autem desiderio quæres, et quærens intueberis, melioris compos factus.

Οὐ τὸ ζῆν χαρίεσσαν ἔχει φύσιν, ἀλλὰ τὸ ῥίψας Φροντίδας ἐκ στέρνων τὰς πολιοκροτάφους. Πλοῦτον ἔχειν ἐθέλω τὸν ἐπάρκιον· ἡ δὲ περισσὴ Θυμὸν ἀεὶ κατέδει χρυσομανὴς μελέτη. Ἔνθεν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρείονα πολλάκι δήεις Καὶ πενίην πλούτου, καὶ βιότου θάνατον. Ταῦτα σὺ γιγνώσκων κραδίης ἴθυνε κελεύθους, Εἰς μίαν εἰσορόων ἐλπίδα, *τὴν σοφίην*.

Non ut vivas, lætitiam tibi affert, sed ut curas canitiem addentes ex animo depellas. Rem familiarem desidero sufficientem : superflua autem auri cupido ac studium animam devorant. Haud raro inter mortales paupertatem divitiis, mortem vitæ præstare constat. Hoc ubi perspexeris, animæ vias recta dirige, respiciens ad unum finem, *sapientiam*.

ANNO DOMINI DLXXXII.

SANCTUS EUTYCHIUS

CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA.

NOTITIA.

(Ang. Mai, *Scriptor. Vet. Collect.* IX, XVI.)

Eutychii quidem Constantinopolitani et sancti Gregorii papæ coætanei præclara sunt quæ damus fragmenta ; quæ quia diversas hæreses arguunt, vix jam dubito quin sint ex iis Eutychii sermonibus, quos contra omnes hæreses eum scripsisse ait Eustratius in ejus Vita f. 87 apud Bollandianos t. I Aprilis, die 6. Namque in primo Fragmento Quartadecimanis contradicit, qui Pascha Judaico tempore celebrandum censebant. Rursus, contra Aquarios sive Hydroparastatas invehitur, nempe eos qui aquam tantummodo ad sacrificium adhibebant, inutiliter; quia, ut recte inquit Eutychius, semet sanguine et corpore Domini excludebant. Docet autem offerendum esse vinum aqua mistum, secundum Domini traditionem, quo dicto schismaticos Armenos percutit, qui merum pertinaciter offerunt, falsis nixi majorum suorum traditionibus, quæ certe cum illa Domini Jesu comparari non queunt. In secundo item prava arguitur consuetudo, quæ apud schismaticos sive Græcos sive Armenos superest, circa oblatæ ad Eucharistiam materiæ, sed nondum consecratæ, venerationem; de quo abusu breviter ego in adnotatione, sed copiose Arcudius in *Concordia*, lib. III, 19 seq. Verum enimvero illud insignius est, quod magni Athanasii palmarem auctoritatem Eutychius recitat ex illius sermone ad baptizatos (qui titulus inter editos Athanasii sermones non conspicitur) de Christi corpore et sanguine per transsubstantiationem panis vinique in eucharistico mysterio præsentibus. Sic enim ait : « Videbit (baptizatus) levitas panem calicemque vini ferentes, mensamque apparantes. Et ante quidem quam supplicationes precesque fiant, panis simpliciter calixque est: verumtamen ubi magnæ mirificæque preces peractæ fuerint, tunc panis quidem fit corpus, calix autem sanguis Domini nostri Jesu Christi. » Et iterum : « Veniamus ad mysteriorum confectionem : hic est panis, et hic est calix; qui sane uterque, nondum peractis precibus et supplicationibus, suam simpliciter naturam retinent : sed tamen statim ac magnæ preces sanctæque supplicationes in cœlum conscenderint, descendit Verbum in panem et calicem, ejusdemque corpus conficitur. » Tertium Eutychii Fragmentum in *Classicorum Auctorum* tomo decimo edidi, p. 488-493, de tribus a Domino Jesu circa tempus paschale celebratis conviviis; quorum postremum describens Eutychius, egregium rursus mysterio eucharistico dat testimonium his verbis : « Mystice se ipsum immolavit, quo tempore suas in manus, post cœnam, panem accipiens, gratias egit, ostendit ac fregit, *se ipsum typo commiscens*. Similiter et calicem ex genimine vitis temperans et gratias agens, Deoque Patri ostendens, dixit : *Accipite, manducate; accipite, bibite; hoc est corpus meum*, et : *hic est sanguis meus*. Totum itaque cuncti sanctum corpus pretiosumque sanguinem recipiunt, etiamsi partem tantummodo typorum recipiant. Dividitur enim indivisibiliter inter omnes, propter commistionem.»

Digitized by Google

Rem deinde declarat Eutychius sigilli exemplo, cujus omnes impressiones ab uno sunt eoque immutabili. Item ab exemplo vocis, quæ una eademque et individua tum in clamante est, tum in aere, tum etiam in omnium audientium auribus. Tum sic concludit : « Nemo igitur ambigat, quin incorruptibile post mysticum sacrificium et post sanctam resurrectionem, immortale, sanctum et vivificum corpus cum sanguine Domini, typis conclusum per sacrificii operam, nemo, inquam, ambigat quin æque ac prædicta rerum exempla, vim suam iisdem typis imprimat, totumque in omnibus reapse sit. In ipso enim Dominico corpore universa inhabitat plenitudo deitatis Verbi Dei corporaliter, id est substantialiter. Panis autem venerandi fractio, mortem significat : quare et Pascha desideratum dictum fuit, ceu salutis, immortalitatis, perfectæque scientiæ auspex. Atque ut illo tempore a cœna cum canticis exierunt in montem Olearum, sic nos post sancti corporis et sanguinis participationem gratias agimus, et in proprias quisque domos revertimur. » Hæc mehercule pretiosæ doctrinæ fragmenta sitim nostram desideriumque augent detegendi aliquando, si Deus faverit, largiores Eutychii fontes, illos videlicet sermones multos, quos Eustratius ab eo scriptos fuisse commemoravit.

DE SANCTO EUTYCHIO

PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO

(Bolland. *Act. Sanct.* t. I, April., pag. 548.)

1. Floruit sexto Christi sæculo sanctissimus Ecclesiæ Constantinopolitanæ patriarcha Eutychius, natus anno 512, uti ex reliquo vitæ decursu et annis in ea peractis septuaginta, clare demonstratur. Creatus est presbyter cum triginta esset annorum, circa annum Christi 542. Habitu dein monastico apud Amasenos assumpto, vixit primum monachus, dein archimandrita usque ad annum 552, quo sanctus Menas patriarcha Constantinopolitanus mortuus est 25 Augusti : cui sanctus Eutychius, jam ante ut metropolitæ Amaseni apocrisiarius Constantinopolim profectus, eo ipso die, quo Menæ cadaver, ut Theophanes scribit, in sacris adytis adhuc expositum jacebat, suffectus est patriarcha; et anno sequenti 553, præfuit cum aliis patriarchis concilio œcumenico Constantinopoli habito. Cum præclaris virtutibus patriarchatum an. 13 regeret, et Justiniani imperatoris errores fortiter oppugnaret, anno 565, indictione 13, abductus est 22 Januarii, primum ad duo consequenter monasteria, dein ad Principem insulam, inde Amaseam relegatus, et Joannes Scholasticus in ejus locum subrogatus est 13 Aprilis; quo postmodum, 31 Augusti, indictione 10, anno 577, exstincto, cum duodecim annis et quinque mensibus Eutychius exsul in monasterio Amaseno vixisset, plurimis miraculis clarus, revocatus est a Justino imperatore et Tiberio Cæsare ad Ecclesiam suam Constantinopolitanam, quam tertia Octobris die Dominica ingressus, sacrificium missæ peregit, et per sex horas sacram Eucharistiam distribuit. Vixit postmodum quatuor annos et sex menses, acri febre correptus anno 582, ipso die festo Paschatis, quo sacrificium missæ obtulerat, et sacra communione suos refecerat. Conveniebat Pascha in diem 29 Martii, cyclo lunæ 13, solis 3, littera Dominicali D. Cum totam illam hebdomadam ægrotasset, mente firma Deum oravit usque ad septimam horam Dominicæ secundo-primæ post Pascha, quæ in diem 5 Aprilis incidebat. Cumque omnibus benedixisset, tandem circa nonam aut decimam noctis horam, quæ jam spectabat ad feriam 2 et diem 6 Aprilis, in Dei manus spiritu commendato, ex hac vita discessit. Hæc in Vita : cui consentit Theophanes ita scribens ad annum Tiberii quartum et ultimum : « Hoc anno, die sexto Aprilis, indictione decima quinta, Eutychius patriarcha diem extremum clausit. » Prædixerat autem Tiberio imperatori, cum ab eo in ultimo morbo inviseretur, celerem ipsi mortem instare : idque verum fuisse eventus docuit. Nam quatuor post mensibus e vita decessit imperator. Ita infra in Vita legitur. Quæ etiam in Chronico Constantinopolitano, passim dicto Alexandrino, sic confirmantur : « Quarto imperii anno æger Tiberius, quinto Augusti, 15 indictione creatus est Cæsar Mauritius Tiberius, et 13 Augusti coronatus Augustus, data illi in uxorem Constantina filia, 14 Augusti moritur Tiberius. » Elapsi tunc erant ab obitu sancti Eutychii solum menses quatuor et dies octo. Eadem confirmat Theophanes.

2. Sed quid melius ea nobis potuit indicare, quam Eustratius presbyter, scriptor *Vitæ sancti Eutychii*, qui familiaris hujus domesticus vixit, et cum eo in exsilium profectus atque reversus Constantinopolim, nunquam ab ejus latere decessit, annosque, menses, dies et horas accurate observavit : ut mirum sit aliter a Baronio annos ejus, imo et annos Tiberii potuisse ordinari, et collocari utriusque obitum ad annum Christi 586, cum præcipuam partem *Vitæ sancti Eutychii*, ab Eustratio presbytero scriptæ in suos *Annales* transferret et

Digitized by Google

n. 7, ita scriberet : « Quod ad obitum Eutychii pertinet, idem tradit Eustratius, ipsum die Paschatis post officium vespertinum acri febre correptum, sicque depastis eo igne visceribus, post septem dies, nempe sequenti Dominica, migrasse ex hac vita. » Ast signato a Baronio anno 586, Pascha incidit in 17 diem Aprilis, et Dominica sequens in 24 diem Aprilis, et sic dies ejus natalis non esset assignandus 6 Aprilis, sed 25 ejusdem mensis. Præterea anno 586 erat indictio quarta. At contra Theophanes bis indicat indictionem decimam quintam ad obitum tam sancti Eutychii 6 Aprilis vita functi, quam Tiberii imperatoris 14 Augusti mortui, cum, inquit, annos tres, menses decem, et dies octo imperasset. Regnavit post Tiberium Mauritius a 14 Augusti anni 582, per integros annos viginti usque ad annum 602, occisus 27 Novembris, feria 3, indictione 6, quem annum, mensem et diem cædis ejus affirmat; sed imperio ejus tribuit solum annos 16, contra omnium scriptorum consensum. Annos ejus imperii viginti accuratissime digestos enumerant, Simocatta, in *Historia Mauritii imperatoris* libris octo conscripta, Theophanes, auctor *Chronici* præcitati, et alii.

3. Imperante Mauritio scripsit Eustratius presbyter Vitam S. Eutychii, cum elapsi essent anni duodeviginti, ex quo exsul apud Amasenos imperium ejus prædixisset : eodemque imperatore præsente, in solemnissima panegyri eamdem recitavit, quemadmodum apparet ex Epilogo, ubi quem imprimis appellat divinum ac sacrum caput, non alius intelligendus quam ipse imperator. Recitavit autem, quantum ex subducta temporum ratione conjicimus, et ex ipsius rei congruentia, in anniversaria justorum funebrium conclusione anno 583, cum ante annos octodecim facta prædictio ad annum 565, qui fuit exsilii primus, commodissime referatur. Exstabat ea Vita Græce in bibliotheca Veneta, unde acceptam Lipomanus habuit, ex eoque Surius, Latine redditam a Petro Francisco Zino. Nos alterum ejus exemplar ex bibliotheca Vaticana nacti, cum videremus interpretem, veluti tam prolixæ orationis conspectu attonitum, segniori animo minusque attento ad translationem faciendam accessisse, et locis quam plurimis impegisse, necessarium duximus novam ex Græco versionem adornare. Aliam *Vitam sancti Eutychii* nacti sumus ex codice serenissimæ Christinæ reginæ Sueciæ, qui fuerat Pauli Rhamnusii et amicorum : in quo solum erant *Vitæ sanctorum* quorum reliquiæ sunt Venetiis in monasterio S. Georgii Majoris. Hanc autem Vitam Fabianus Cretensis monachus Congregationis Casinensis, alias sanctæ Justinæ, ex Græco in Latinum traduxerat. In hac Vita, cujus aliud ecgraphum manu Ferdinandi Ughelli transcriptum ab ipsomet Romæ accepimus, *Eustachius* loco *Eutychii* appellatur et pauca hæc sub finem de translato corpore habentur : « Sepultus est sanctissimus Eustachius sub altare sanctorum, ubi etiam veneranda sanctorum Andreæ, Timothei et Lucæ reliquiæ repositæ sunt. Anno vero Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, duce autem Venetorum inclyto Andrea Dandulo, Romæ autem Innocentio IV pontifice maximo, imperatore vero Federico secundo, sanctissimum ejus corpus Venetias delatum est, et in fano D. Georgii, cognomento Majoris, honorifice in altari reconditum die vicesima secunda mensis Aprilis, ubi diuturna hymnorum laudumque precatione a monachis devotissime colitur. » Hæc ibi. Conveniunt in annum 1246, pontificatus Innocentii IV, et fere imperium Federici II, contra quem Henricus, landgravius Thuringiæ et Hassiæ, anno præcedenti designatus fuerat imperator, abrogato per concilium generale Lugdunense imperio Federici. Sed major difficultas est in Andrea Dandulo, qui sæculo sequenti, et anno 1336 dux Venetorum creatus traditur ab hujus reipublicæ scriptoribus. Bellinus de Padua inscripsit suo Martyrologio secundum morem curiæ Romanæ plerosque sanctos quorum reliquiæ Venetiis servantur in dicto monasterio S. Georgii Majoris, et ad memoratum 22 diem Aprilis ista habet : « Item in monasterio S. Georgii Majoris Venetiarum translatio sancti Eustachii patriarchæ Constantinopolitani anno Domini 1246. » Bellinum sequuntur Maurolycus, Felicius, Molanus, Canisius, Galesinius et Ferrarius. Consentit ms. Florentinum in bibliotheca senatoris Strozzi asservatum. Idem Bellinus ad diem 19 Februarii iterum refert memoriam sancti Eustachii patriarchæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Sequuntur iterum omnes ante citati auctores, ex quibus Canisius addit, fusius de eo agi 15 Julii, forsan ratus illum esse sanctum Eustathium archiepiscopum Antiochenum, qui eo die colitur. Plura diximus ad diem 19 Februarii inter prætermissos et in alios dies rejectos, quæ ibi videri possunt. Cæterum quæ in citata *Vita sancti Eutychii* per Fabianum Cretensem habentur, nolumus proferre, quia est compendium alterius Vitæ non sine variis mendis confectum.

4. Solemnissimo officio celebrant Græci festum sancti Eutychii ad diem 6 Aprilis, in Menæis excusis et manu exaratis, qualia Romæ, Florentiæ, Mediolani, Taurini, Parisiis et Divione reperimus : ut plane mirum sit a Sirleti *Menologio* exclusum esse : nam et in Ephemeride metrica, et in Kalendarii Moscovitici tabulis solus hic nominatur. In ms. *Menologio* Basilii imperatoris istud habetur elogium : « Die sexta Aprilis, memoria sancti Patris nostri Eutychii, archiepiscopi Constantinopolitani. Sanctus Pater noster Eutychius fuit sub imperio magni Justiniani, e regione Phrygia exortus. Præclare autem educatus ab Hesychio presbytero et thaumaturgo, ejus avo, ac in sacra Scriptura, studio et meditatione assidua versatus, ab episcopo Amaseæ susceptus est, ac primum monachus, deinde presbyter initiatus, tranquillam egit vitam in monasterio S. Melitii. Quinto deinde con-

Digitized by Google

cilio congregato a Justiniano, cum episcopus Amasææ eo tempore infirma valetudine detineretur, missus est vice illius Eutychius, qui in concilio inter alios ita excelluit, ut de eo Menas patriarcha dixerit : Hic erit meus successor. Et ita post mortem illius electus est patriarcha. Cum vero postea in odium imperatoris incidisset, exsul relegatus est. Post mortem vero Justiniani suam recepit sedem a Justino et Tiberio. Cum autem multa patrasset miracula et impetum magnæ mortalitatis precibus cohibuisset, et Tiberii mortem prædixisset, sicut etiam ante, ejus regnum, ex hac vita decessit, sepultus in ecclesia SS. Apostolorum. » Eadem habentur in Anthologio novo, quod Arcudius Clementi VIII pontifici inscripsit. Longiora vitæ elogia continentur in Menæis, in quibus sub finem ista verba leguntur :Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ· *Celebratur dies festus ejus in sanctissima Magna ecclesia.* Laudatur in odis zelus ejus in orthodoxa fide propugnanda et hæresi deprimenda ; et ob varia ab eo patrata miracula, Thaumaturgus appellatur in ipsa dictarum Odarum Acrostichide hac :

Τὸν θαματουργὸν Εὐτύχιον θαυμάσω.

Mirabor Eutychium mirorum effectorem.

Ante elogium vero jam recitatum hoc præmittitur distichon, cum allusione ad nomen Eutychii, quod fortunatum seu bona fortuna utentem significat :

Εὐτύχιον θανέντα τιμῶν τοῖς λόγοις,
Ἐμαυτὸν εὐτυχέστατον κρίνω.

Morientem Eutychium sermonibus laudans,
Ipsum me judico fortunatissimum.

5. Joannes Molanus in *Auctario Usuardi* ad diem 6 Aprilis ejus memoriam celebrat, et in prima editione hoc ejus exstat elogium : « Constantinopoli natalis magni et beati Patris nostri Eutychii, patriarchæ Constantinopolitani, cujus vita et miracula conscripta sunt ab Eustratio humili presbytero. » Eumdem celebrat Ferrarius in Catalogo generali ; et Baronius, relato ejus obitu ad annum 586, num. 7, asserit, non immerito eum a Græcis ut sanctum coli, anniversariaque die ejusdem natale celebrari. Addi his possunt Bellinus et sex alii martyrologi, licet hi sub nomine sancti Eustachii eum celebrent, 12 Aprilis et 19 Februarii, ut supra monuimus : quod iterato facit Ferrarius ad diem 11 Maii his verbis : « Venetiis translatio corporis sancti Eutychii episcopi Constantinopolitani. » In notis allegatur Kalendarium ecclesiæ S. Georgii Majoris, in qua corpus asservatur, quod e Byzantio Venetias in dictam ecclesiam anno Domini 1246 translatum, ut monumenta mss. cœnobii S. Georgii habent. »

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΑΙ ΤΡΙΣΜΑΚΑΡΙΣΤΟΥ ΕΥΤΥΧΙΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΣ ΠΑΡ' ΕΥΣΤΡΑΤΙΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΤΑΠΕΙΝΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΑΘΗΤΟΥ.

—

MAGNI ET BEATISSIMI EUTYCHII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI,

VITA ET CONVERSATIO

SCRIPTA AB EUSTRATIO PRESBYTERO HUMILI EJUS DISCIPULO.

(Ex codice ms. Vaticano 1660, interprete D. P., edidere Bollandiani, t. I April., Latin. p. 550 ; Græc. in App. p. lix.

—

PROLOGUS.

ᾱ'. Θερμὸς ὁ ζῆλος εἰς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν, ἀλλὰ νωθρὸς ὁ λόγος εἰς τὴν τοιαύτην ἐξήγησιν· διάπυρον τὸ πρόθυμον εἰς τὴν προκειμένην ἐγχείρησιν, ἀλλ' ἡ γλῶσσα κατεψυγμένη, ναρκῶσά τε καὶ μογιλάλος, λογογραφεῖν ἀνδρὸς μεγάλου θαυματουργίας καὶ πολιτείαν ἀρίστην μὴ δυναμένη·

1. Magnum nobis argumentum propositum est, sed facultas tenuis ad explicandum sufficit : ardet animus, sed lingua friget, nec enarrare potest res admirandas et optime institutam magni viri vitam. Cogitatio ampla est, sed dictio angusta : multa ad Davidicæ turris ædificationem materia suppetit ;

Digitized by Google

sed architectus adest inexpertus ac rudis. Verumtamen præbet Dominus, quia Deus omnipotens, sapientiam insipientibus, et suggerit evangelizantibus verbum virtute multa; idemque digito suo, id est Spiritu sancto, aures surdorum aperit: et linguam, vix aut ne vix quidem mobilem ad loquendum, disertam reddit is qui potest ex lapidibus suscitare filios Abrahæ. Scio etiam quod, cum dives in omnibus sit, ita suscipiat obolos duos, ut etiam auro et topazio eos præferat: nam nec calicem quidem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli datum aspernaturum se promisit. Quid igitur absterrere nos debet ab hoc munere suscipiendo? An quod ea nobis desit orationis copia, qua divinum virum possimus pro dignitate laudare? Minime vero. Nec enim, quia totum quod terram inter ac cœlum est spatium nequimus oculis emetiri, inquit magnus Basilius, propterea nolumus illud, quantum possumus, intueri. Itaque nec ego, quamvis orationis inopia laborem, et argumentum difficile propositum sit, amplectar otium ignavum atque iners; neque iis assimilabor, qui propter timorem atque imperitiam rei nauticæ, solo maris aspectu sic terrentur, ut nec experimenti quidem causa littori propinquas undas attingere audeant. Potius auxilio viri beatissimi fretus, conabor pro viribus satisfacere studio populorum: quos scio hoc solum desiderare, quod apud me pauperem reperietur, non autem quantum isti viro debetur.

2. Sane non suscipiebatur a Deo solus, is qui vitulos pretiosos et oves offerebat ad sacrificium, sed similam et turturem quoque et columbam, parva quidem et vilia, pura tamen munuscula offerens laudabatur: æstimatur enim unusquisque ex eo quod habet, non quo caret. Quapropter illo confisus qui dixit: « Qui quærit invenit, et pulsanti aperietur [1]; » licet non ignorem imperitiam meam, explicabo tamen magni hujus viri gesta præclara; vel potius peritioribus dabo occasionem laudandi eum, qui omni laude superior est, quique ipse sibi est laus maxima. Siquidem ut sapiens ait, « Argentum ignitum est lingua justi, et labia rectorum stillant gratias [2]: » ex ejus enim veracibus sermonibus ingens splendor refulget. Sicut igitur illustratur sol propria, non aliena luce; ita nec magnum orbis lumen doctorque Eutychius aliorum eget laudibus, ut ostendatur fuisse perfectus: neque opus est imponere ei coronam gloriæ aliunde acceptam; quia sicut juxta prophetam David: « Omnis gloria filiæ regis ab intus circumdata varietate [3], » ita divinum illud ac sacrum caput omnibus virtutum generibus adornatum est; idemque velut sublimis quædam facula, perpetuo splendet omnibus in hoc vitæ pelago navigantibus, ad quam respicientes in securissimum ac tranquillum portum deducantur quieturi.

A πλατεῖα ἡ ἔννοια, ἀλλ' ἡ φράσις στενή· δαψιλεῖς αἱ ὕλαι πρὸς οἰκοδομὴν τοῦ πύργου Δαυΐδ, ἀλλ' ἄσοφος ἀρχιτέκτων ἐγὼ καὶ οἰκοδόμος ἄπειρος. Παντοδύναμος δὲ Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ἀσόφους σοφίζων καὶ διδοὺς ῥήματα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ, ἀνοίγων μὲν ὦτα κωφῶν τῷ ἑαυτοῦ δακτύλῳ, τουτέστιν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, τρανῶν δὲ γλῶσσαν δυσκίνητον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀκίνητον, ὁ καὶ ἐκ λίθων δυνάμενος ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Οἶδα πλούσιόν τινα, καὶ δύο προσδεχόμενον ὀβολοὺς ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον, τὸν μηδὲ ποτήριον ὕδατος ψυχροῦ, διδόμενον μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀποστρεφόμενον πώποτε. Τί οὖν; ὀκνήσωμεν πρὸς τὸν προκείμενον σκοπὸν, ἐπειδὴ μὴ ἔνεστιν ἡμῖν δύναμις τοῦ κατ' ἀξίαν λέγειν περὶ τοῦ θείου ἀνδρός; οὐδαμῶς· οὔτε B γὰρ, ἐπειδὴ τὸν μεταξὺ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς τόπον διαβῆναι τοῖς ὀφθαλμοῖς ὅλον ἀδυνατοῦμεν, ὥς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, ἤδη καὶ ὅσον δυνάμεθα καθορᾷν παραιτούμεθα. Οὔτε μὴν, ἐπειδὴ λίαν ὑψηλὸς ὁ λόγος ἐμοὶ, καὶ δυσέφικτος ἡ ἐγχείρησις, τὴν ἀργὴν καὶ ἄπρακτον σιωπὴν ἀγαπήσωμεν, ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ ἀπειροθάλαττοι, οἳ πρὸς μόνην τὴν ὄψιν τῆς θαλάττης ἀπαγορεύοντες, οὔτε πείρας ἕνεκεν μικρᾶς τοὺς αἰγιαλοὺς περιπλέειν ἀνέχονται. Αὐτῷ δὲ τῷ τρισμακαρίστῳ πιστεύσαντες τὴν ἐγχείρησιν, κατὰ δύναμιν τῇ τῶν λαῶν εὐφροσύνῃ παρασχεῖν πειραθῶμεν τὸ σπουδαζόμενον. Ἐπίσταμαι γὰρ ὅτι τοσοῦτον ἀγαπηθήσεται, οὐχ ὅσον ἐκείνῳ τῷ μεγάλῳ καὶ θεσπεσίῳ ὀφείλεται, ἀλλ' ὅσον παρ' ἐμοὶ εὑρεθήσεται τῷ πένητι.

C

β'. Οὐ γὰρ ἐκεῖνος μόνος ἀπόδεκτος ἦν παρὰ Θεῷ, ὁ μόσχους πολυτίμους καὶ πρόβατα ὡσαύτως εἰς θυσίαν προσφέρων, ἀλλ' ὁ καὶ σεμίδαλιν τρυγόνα τε καὶ περιστερὰν, τὰ μικρὰ καὶ ὀλίγου ἄξια, καθαρὰ δὲ ὅμως προσάγων ἐπαινετός· καθὸ γὰρ ἔχει τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει, γέγραπται. Θαῤῥῶ οὖν κἀγὼ εἰς τὸν εἰπόντα, ὡς « Ὁ ζητῶν εὑρίσκει καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται· » καὶ εἰ τὰ μάλιστα σαφῶς ἐπίσταμαι τὴν ἑαυτοῦ ἰδιωτείαν, ἀλλ' ὅμως τολμῶ βραχεῖαν ἐξήγησιν τῶν κατορθωμάτων ποιήσασθαι τοῦ μεγάλου ἀνδρός· μᾶλλον δὲ παρέχω ἀφορμὴν τοῖς ἐπιθυμοῦσι καὶ δυναμένοις ἐγκωμιᾶσαι τὸν πολυπόθητον καὶ ἐγκωμίων ἀνώτερον, αὐτὸν ἑαυτῷ εἰς ἔπαινον ἐπαρκοῦντα, κατὰ τὸν λέγοντα Σοφὸν, D « Ἄργυρος πεπυρωμένος γλῶσσα δικαίου, καὶ χείλη ἀνδρῶν δικαίων ἀποστάζει χάριτας· » τοιαύτη γὰρ ἡ διὰ τῶν ἀληθῶν αὐτῶν λόγων ἀπαστράπτουσα λαμπηδών. Οὔτε οὖν ἥλιος ἐξ ἄλλου φωτὸς καταυγαζόμενος λαμπρότερος δείκνυται, ἀλλ' οἰκοθεν ἔχει τὸ φῶς· οὐδ' αὖ πάλιν ὁ μέγας φωστὴρ καὶ διδάσκαλος τῆς οἰκουμένης Εὐτύχιος, ἀλλοτρίους ἐπαίνους ἐρανιζόμενος, τέλειος ἀναδείκνυται, ἢ στέφανον δόξης αὐτῷ ἔξωθεν περιτίθεμεν, ἀλλὰ, καθὼς ὁ προφήτης Δαυΐδ φησιν, « Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν πεποικιλμένη· » οὕτω κἀκείνη ἡ θεία τε καὶ ἱερὰ κεφαλὴ καὶ τὰ πάντα ἐμοὶ σεβασμία, πᾶσαν τὴν ἀρετὴν ἐγκολπωσα-

[1] Luc. xi, 10. [2] Prov. x, 20. [3] Psal. xliv, 14, 15.

Digitized by Google

μένη, πυρσὸς ὑψηλὸς ἵσταται ἀεὶ φαίνων τοῖς πλέουσι τοῦδε τοῦ βίου τὴν θάλασσαν, ὡς καὶ τοὺς εἰς αὐτὸν ἀποβλέποντας, εἰς ἀχείμαστον καὶ εὔδιον ἐπαναπαύειν λιμένα.

πγ'. Ὡς οὖν τὸν δρόμον τελέσας καὶ τὴν πίστιν τηρήσας ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων, λοιπὸν ἀνέμενεν τὸν ἀποκείμενον αὐτῷ τῆς δικαιοσύνης στέφανον, ζήσας μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἤτοι τὴν εἰς τὴν ὑψηλὴν καθέδραν ἀποκατάστασιν τέσσαρα ἔτη καὶ μῆνας ἓξ (ὡς γενέσθαι τὰ πάντα ἔτη τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἑβδομήκοντα), καὶ τοὺς διὰ τῆς συνεργείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος συγγραφέντας αὐτῷ λόγους ἐν τῇ ἡσυχίᾳ κατὰ πάσης αἱρέσεως δημοσιεύσας, ἐξηγησάμενός τε αὐτοὺς πᾶσι τοῖς πιστοῖς καὶ τροφίμοις τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας πλατυτέρως τε καὶ σαφεστέρως, ἔργῳ ποιήσας τὰ ἐν αὐτοῖς, ἐδίδαξεν μὴ προσέχειν τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ, τῷ προσκαίρῳ τούτῳ βίῳ καὶ τοῖς μὴ ἱσταμένοις πράγμασι· τοιαύτη γὰρ ἡ πλινθουργία, πληρουμένη ἀεὶ καὶ κινουμένη· τὴν γὰρ τῆς σελήνης πολύτροπον μεταβολήν, δηλούσης τὸ τρεπτὸν τοῦδε τοῦ βίου, τοῖς βουλομένοις παρίημι. Πολλὰ τοίνυν ἄλλα κατορθώματα ποιήσας, ὥστε ὅρον μὲν ἐπισκοπῆς εἶναι τὸν ἐκείνου βίον καὶ τρόπον, νόμον δὲ ὀρθοδοξίας τὰ ἐκείνου δόγματα. Ἐπόθει τὸ λοιπὸν ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, κἂν ὅτι διὰ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν τὸ ἐπιμένειν τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον ἔκρινεν. Πλὴν ἔδει καὶ αὐτὸν ἐλεγχθῆναι ἄνθρωπον ὄντα, καὶ ὑπομεῖναι τὴν διάζευξιν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, περὶ ἧς καθεκάστην ἡμέραν πάσχων ἐφιλοσόφει, συμφθεγγόμενος καὶ ἀκολουθῶν τοῖς ἑαυτοῦ ἁγίοις Πατράσι Βασιλείῳ καὶ Γρηγορίοις, ὧν ὁ μὲν ἔλεγεν, Ὑπερόρα τῆς σαρκὸς, παρέρχεται γάρ· ἐπιμελοῦ ψυχῆς, πράγματος ἀθανάτου· ὁ δὲ, Εἰ γὰρ καὶ τὸν βαρὺν χιτῶνα τοῦτον ἀπεθέμην, ἵνα λάβω κουφότερον.

πθ'. Ἐν τούτοις ἀναστραφεὶς καὶ ταῦτα μελετῶν ἀεὶ, ὁ συνόμιλος τῶν μεγάλων Πατέρων, ὁ τὸν ἀέρα μὴ ἀναπνέων οὕτως ὡς τοὺς λόγους καὶ τὰ δόγματα Βασιλείου, καὶ Γρηγορίων, καὶ τοῦ μεγάλου Διονυσίου, ἔτι γε μὴν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων Πατέρων, προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ὑπενοεῖτο παρὰ τῶν ἀτελῶν τὴν διάνοιαν τἀναντία τούτοις φρονεῖν καὶ

A loquitur : Hæc ab illa gesta sunt omnia : quæ quidem diligentius ipsa scrutatis vera esse creduntur, licet supra fidem sint ; apud eos vero qui carni nimium addicti sunt, putantur extra verisimilitudinem esse. Sed hi sane ignorant pro mensura fidei distributionem quoque munerum fieri, ut fide pusillis tribuantur parva, magna vero iis qui fidei amplitudine pollent. Verum ne incredulis detur occasio Dei munera carpendi, sublimiora miracula prætermisimus, hæc quæ recensuimus satis esse ad historiam æstimantes. Quæ sane verba de magno quoque Eutychio dicta scriptaque intelligantur.

B 88. Cursum ergo suum consummavit Dei famulus, fide servata, exspectans de reliquo repositam sibi coronam justitiæ, postquam a reditu suo restitutioneque in cathedram patriarchalem transactis quatuor annis (69), annos universim vixisset septuaginta (70); et sermones, cooperante Spiritu sancto, adversus quascunque hæreses in quiete conscriptos, publicasset; eosque exponens omnibus germanis atque fidelibus orthodoxæ catholicæ Ecclesiæ filiis, atque ibi conscripta opere ipso complens, plane clareque docuisset non esse inhærendum fimo lutoque, huic, inquam, temporali vitæ rebusque caducis. Tale enim est opus figlinum ut semper impleatur et moveatur : nam multiplicem C conversionem lunæ, repræsentantis volubilitatem hujus vitæ, aliis expendere volentibus relinquo. Multa igitur alia præclara faciens, ut vita ac mores ejus norma essent episcopatus, doctrina autem orthodoxiæ regula, tandem desiderabat dissolvi et esse cum Christo, licet propter multorum salutem in carne manere magis necessarium judicaret. Oportebat tamen ostendi ipsum quoque hominem esse, animæque et corporis disjunctionem subire : quamobrem de illa philosophabatur quotidie, et eadem quæ Patres sui Basilius atque Gregorius sentiebat ac loquebatur : quorum unus : Carnem, inquit, despice quæ præterit ; animam cura, quæ est immortalis ; alter autem : Utinam, inquit, gravi hac exuar tunica, ut leviorem accipiam. D

89. Hæc ille animo versans ac meditans, atque cum magnis Patribus ita vivens, ut non minus Basilii, Gregorii (71) utriusque et magni Dionysii (72) ac reliquorum sanctorum doctorum, prophetarum atque apostolorum dogmata quam aerem hunc spiraret, quibusdam tamen mente imperfectis suspectus erat quasi ab illis in materia resurre-

19 Julii, in cujus Vita ista sub finem leguntur : uti prius adagium legitur in Nazianzeni orat. 20 de S. Basilio.

(69) Adde, et dies duos a die 3 Octobris anni 577 ad 6 Aprilis exclusive anni 582.

(70) Natus anno 512.

(71) Scilicet sanctus Gregorius Nazianzenus et sanctus Gregorius Nyssenus.

(72) Dogmata illa intelligit, quæ sancto Dionysio Areopagitæ tribuuntur, et a Petavio libro *De dogmatibus theologicis* etiam sub nomine magni Dionysii citantur.

Digitized by Google

ctionis dissentiret (73); cum stulti homines non intelligerent, nec quid affirmaret, nec de quibus loqueretur. Quid autem mirum, si puerilia sapientes sic de ipso sentirent; cum Dominus ac Deus noster in Dei digito ejiciens dæmonia, ea in principe dæmoniorum ejicere putaretur? Numquid de divo Paulo, in Areopago loquente de Jesu et resurrectione ejus, dictum est, Quid vult seminiverbius iste? Numquid non Basilius, virtutum fundamentum et Spiritus sancti propugnator, ab imperitis æstimatus est illius divinitatem non confiteri? Quid ergo mirum, si de hoc quoque sacro capite, magno, inquam, divinoque viro Eutychio, qui fuit columna ac lumen Ecclesiæ, venerandisque Patribus per omnia similis, tale quidpiam suspicati sunt, qui modum resurrectionis futuræ non capiebant: absit enim ut unquam contrarium senserit rectis sanctæ Ecclesiæ et apostolicæ dogmatibus. Μὴ γένοιτο γὰρ αὐτὸν ὑπεναντία τῶν ὀρθῶν δογμάτων τῆς ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας πεφρονηκέναι ποτὲ, ἢ ἐν ἅπασιν αὐτοῦ τοῖς λόγοις.

A δοξάζειν εἰς τὸν περὶ ἀναστάσεως λόγον, μὴ εἰδότων τῶν δειλαίων μήτε περὶ ὧν ἔλεγεν, μήτε περὶ ὧν διεβεβαιοῦτο. Καὶ τί θαυμαστὸν εἰ τοιαῦτα ἐφθέγξαντο περὶ αὐτὸν οἱ νηπιόφρονες; Εἰ γὰρ ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν, ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλων τὰ δαιμόνια, ἤκουσεν ὅτι ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων· καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τὰ περὶ Ἰησοῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως διαλεγόμενος, ἤκουεν, Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; Βασίλειος δὲ, ἡ βάσις τῶν ἀρετῶν, ὁ οὕτως ὑπερμαχήσας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὑπενοεῖτο παρὰ τῶν ἀτελῶν τὴν διάνοιαν, μὴ ὁμολογεῖν Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐδὲν ξένον εἰ καὶ περὶ τοῦ μεγάλου καὶ θεφόρου ἀνδρὸς Εὐτυχίου, τῆς τιμίας καὶ ἱερᾶς κεφαλῆς, τοῦ στύλου καὶ φωστῆρος B τῆς Ἐκκλησίας, τοῦ κατὰ πάντα ὁμοίου τοῖς τιμίοις Πατράσιν, ὑπενοήθη τι τοιοῦτον παρὰ τῶν ληρεῖν εἰωθότων, καὶ μὴ χωρούντων τὸν λόγον τῆς ἀναστάσεως. Μὴ γένοιτο γὰρ αὐτὸν ὑπεναντία τῶν ὀρθῶν δογμάτων τῆς ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας

90. Plenæ sunt orationes ejus sanctorum Patrum hac de re sententiis; qualis est illa divini Gregorii: Si quis dicit Christum ita nunc deposuisse carnem, ut ab ea nudatam divinitatem et esse et venturam asserat, is adventus ejus gloriam ne videat. Qui igitur fieri potuit, ut qui hanc sententiam sermonibus suis inseruit, ab illius sensu discreparit? Num forte aliter sentiebat ac loquebatur? Absit! Si ei cor pravum nunquam adhæsit, multo minus sententia duplex. Didicerat quæ sit animi et corporis conjunctio, quantum quidem homini est possibile; et prout ejus ministerio animus fuerit usus, ita simul cum illo bonis immortalibus frui; quodque corpus, si afflictum atque in servitutem redactum fuerit, simul cum anima evitet supplicia sempiterna: itaque utrumque simul aut condemnetur aut coronetur. « Oportet enim omnes astare ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque prout gessit in suo corpore, sive bonum sive malum [84]: » quia utrumque in hac vita simul operatur, et ideo utrumque simul ante Christi tribunal comparebit. Justum autem erit tribunal illud, neque ibi erit acceptio personarum, aut judicium media solum ex parte fiet: sed ut loquitur Ecclesiastes: « Cuncta quæ fiunt adducet Dominus in judicium pro omni abscondito, sive bonum, sive malum illud sit [85]. » Quod quidem judicium ideo justum erit, quia post resurrectionem nec corpus sine anima, nec anima sine corpore, cum quo vixit semper, reperietur; sed immortalitatis pulchritudine decorabitur anima simul et corpus.

ϙ'. Ἀνάπλεοι τῶν ἁγίων Πατέρων εἰσὶν αἱ περὶ τούτου χρήσεις, καὶ μάλιστα τοῦ θείου Γρηγορίου ἡ λέγουσα, Εἴ τις ἀποτεθεῖσθαι λέγει νῦν τὴν σάρκα, καὶ γυμνὴν τὴν θεότητα τοῦ προσλήμματος, καὶ εἶναι καὶ ἥξειν, μὴ ἴδοι τὴν δόξαν τῆς παρουσίας. Πῶς ὁ ταῦτα παραθέμενος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις, τἀναντία τούτων ἐδόξαζεν; Οὐ γὰρ ἄλλα μὲν ἔλεγεν, εἶχεν δὲ φρόνησιν ἑτέραν· μὴ γένοιτο. Εἰ καρδίᾳ σκαμβὴ οὐκ ἐκολλήθη αὐτῷ ποτε, πολλῷ πλέον οὐ διττὴ γνώμη· καταμαθὼν δὲ μᾶλλον τὴν ἐκ ψυχῆς τε καὶ σώ- C ματος σύνθεσιν, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ, καὶ τὸ, ποίαν μὲν ἐργασίαν ἐπιδείκνυται ἡ ψυχὴ [ἐν τῷ σώματι τῶν,] σὺν τῷ σώματι (z) τῶν ἀθανάτων ἀγαθῶν ἐν ἀπολαύσει γίνεται· πῶς δὲ τὸ σῶμα ὑποπιαζόμενον καὶ δουλαγωγούμενον ἐκφεύγει σὺν τῇ ψυχῇ τὰς αἰωνίους βασάνους, καὶ ὅτι τὸ συναμφότερον στεγανοῦται ἢ κατακρίνεται. « Πάντας γὰρ δεῖ φανερωθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος, ἃ διὰ τοῦ σώματος ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε φαῦλον· » δῆλον ὅτι ὡς τοῦ συναμφοτέρου ἐργαζομένου κατὰ τὸν τῇδε βίον, τὸ συναμφότερον καὶ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ ἵσταται. Διὰ γὰρ τοῦτο δίκαιον καὶ ἀπροσωπόληπτον ἐκεῖνο τὸ βῆμα, καθότι οὐκ ἐξ ἡμισείας ἢ ἀπὸ μέρους ἡ κρίσις γίνεται, ἀλλὰ καθὼς φησιν ὁ Ἐκκλησιαστὴς, ὅτι σύμπαν τὸ ποίημα ὁ D Θεὸς ἄξει εἰς κρίσιν. Δίκαιον οὖν κατὰ τοῦτο ἐκεῖνο τὸ κριτήριον, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν, οὔτε σῶμα χωρὶς τῆς ψυχῆς, οὔτε ἡ ψυχὴ χωρὶς τοῦ σώματος, ὡς συνέζησεν, ἀεὶ εὑρεθήσεταί ποτε, δῆλον ὅτι τῷ τῆς ἀφθαρσίας κατακοσμούμενον κάλλεσιν.

[84] II Cor. v, 10. [85] Eccle. xii, 14.

(z) Ita corrigo, quia non potui commodum sensum videre in his verbis ecgraphi nostri, ἐπιδεικνυμένην ψυχὴν σὺν τῷ σώματι.

(73) Propter controversiam quam habuit cum sancto Gregorio Magno, tunc Constantinopolim misso sedis apostolicæ apocrisiario. Eam explicat Gregorius lib. xiv Moralium in Job, cap. 19, asseritque sanctum Eutychium, in ultimo morbo, pellem manus suæ tenentem, dixisse: « Confiteor, quia omnes in hac carne resurgemus: » at « carnem impalpabilem futuram scripsisse arguitur. »

Digitized by Google

CAPUT X.

Morbus, obitus, sepultura sancti Eutychii.

Ια'. Ταῦτα καὶ τὰ τούτων ὑψηλότερα φιλοσοφήσας καὶ διδάξας, ἐπόθει μὲν ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, ἐνδημῆσαι δὲ πρὸς τὸν Κύριον, καὶ ἐφθέγγετο τὸ τοῦ Δαυὶδ λόγιον τὸ φάσκον· « Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός, » καί· « Πότε ἥξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ. » Ἐθεώρει δὲ καὶ τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι δεινὰ τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πόλει, διὰ τὰς ἁμαρτίας καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἡμῶν τὰ μὴ ἀγαθά, καὶ παρεκάλει νυκτὸς καὶ ἡμέρας τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν, πρῶτον μὲν μηδὲν ἐπαχθῆναι τῇ πόλει κακὸν, ἀλλὰ παραγαγεῖν τὴν προσδοκωμένην ἐπ' αὐτὴν ἀπειλήν· Εἰ δὲ παρακούεις μου, ἔλεγεν πρὸς τὸν Θεὸν, Μετάστησόν με τοῦ βίου, ἵνα μὴ ἴδω τὴν κάκωσιν αὐτῆς. Ὅθεν καὶ ἐπέτυχεν τῶν αἰτήσεων· θέλημα γὰρ τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιεῖ ὁ Κύριος, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούει, καὶ σώζει αὐτούς. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ προσευχομένου καὶ ἱκετεύοντος, εἰσηκούσθη παραυτίκα κατὰ τὸ προφητικὸν λόγιον· « Ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρῶ, Ἰδοὺ, πάρειμι. »

A 91. Ista et istis sublimiora cogitans et docens, discedere cupiebat a corpore, atque ad Dominum proficisci; usurpans identidem illa verba Davidis: « Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus [86]; » et, « Quando veniam et apparebo ante faciem tuam [87] ? » Videbat etiam calamitates magnæ huic civitati obventuras, et instituta ac studia nostra non bona; ideoque die ac nocte precabatur clementem Deum, ut vel minas remitteret ac civitati malum nullum inferret, vel sibi adimeret vitam ne ejus intueretur afflictionem. Et vero impetravit quæ fuerat precatus: voluntatem enim timentium se facit Dominus et orationes eorum exaudit, et salvos facit eos [87] *. Exauditus est autem eo modo quem indicat propheta, dicens: « Adhuc loquente tē. dicam: Ecce adsum [88]. »

B

Ιβ'. Ἐνέστηκεν ὁ καιρὸς, τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ὁ στέφανος τοῦ ἐνιαυτοῦ, μᾶλλον δὲ τῶν ἐνιαυτῶν ἡ χρηστότης, ἡ τῶν ἑορτῶν ἑορτὴ, καὶ πανήγυρις τῶν πανηγύρεων, ἡ ἀπαρχὴ τῆς καθολικῆς ἀναστάσεως, Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀνάστασις, καθ' ἣν τὸν ἐπινίκιον ὕμνον οἱ ἐν οὐρανῷ τε καὶ ἐπὶ γῆς πλέον ᾄδωμεν· περὶ ἧς καὶ ὁ θεῖος Δαυὶδ λέγει, « Αὕτη ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ· καὶ συστήσασθαι παρακελεύεται ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου, » τουτέστι τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων, ὡς καὶ τὸ σχισθὲν καταπέτασμα δηλοῖ τὸ παραγυμνοῦσθαι τοῖς ἐπὶ γῆς τὰ οὐράνια, καὶ δοξολογεῖν ὁμοφώνως, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως πᾶσαν τὴν λογικὴν κτίσιν τὸν ἑαυτῆς δημιουργὸν καὶ Δεσπότην, κατὰ τό· « Γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. » Ταύτην οὖν τὴν ἁγίαν ἑορτὴν φαιδρῶς ἑορτάσας, ὁ ἀεὶ τὰ περὶ αὐτῆς ἐξηγούμενος ὡς ἄλλος οὐδείς, τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν θυμιάσας, ποιήσας καὶ τὰ ἅγια βαπτίσματα, πάντας ἀσπασάμενος ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς καὶ τὸν ἑαυτοῦ κλῆρον, ἔτι γε μὴν βασιλέα καὶ σύγκλητον καὶ πάντα τὸν λαὸν Κυρίου, συνετάξατο κατὰ τὸ νοούμενον πᾶσιν, κἂν ὅτι τοῖς πολλοῖς ἄγνωστον ἦν τὸ γινόμενον, καὶ τῇ συνηθείᾳ τῆς ἑορτῆς ἀπειγόμενοι τοῦτο ποιεῖν αὐτὸν ἐνόμιζον· αὐτὸς γὰρ μόνος ᾔδει τὸ γινόμενον.

92. Instabat dies complementum temporis, anni corona, imo vero annorum bonitas, festivitas festivitatum, initium universalis resurrectionis, Christi Dei nostri resurrectio (74), cui triumphalem hymnum canunt cœlum et terra; de qua divinus David ait: « Hæc dies, quam fecit Dominus, exsultemus et lætemur in ea: constituite diem solemnem in condensis usque ad cornu altaris [89] » (id est usque ad angelicas Virtutes), quando, sicut scissum quoque velum declarat, revelata sunt cœlestia terrestribus, suumque Creatorem una eademque voce laudare cœpit omnis rationalis creatura, juxta illud: « Fiat voluntas tua sicut in cœlis et in terra [90]. » Cum igitur diem hanc splendide celebrasset, is qui de ea semper locutus fuerat, sicut alius nemo; et sanctissimam magnam Ecclesiam suffitu lustrasset, et sancta baptismata fecisset, osculatus est omnes episcopos et sacerdotes, imperatorem quoque et senatum atque universum populum Domini, omnibus se in spiritu commendans. Quamvis autem multis ignotum esset quid ageretur, et ex consuetudine diei festi ita fieri suspicarentur; solus ipse sciebat quid ageret.

C

Ιγ'. Ὢ πῶς; Ἀδακρυτὶ νῦν ταῦτα λέγειν οὐ δύναμαι· κἀγὼ γὰρ ὁ ἐλεεινὸς ὑπὲρ τὴν συνήθειαν ἔτυχον ἀσπασάμενος τὸ ἀγγελικὸν αὐτοῦ πρόσωπον ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ· δὶς γὰρ καὶ τρὶς τοῦτο πράξας, κόρον οὐκ εἶχον. Ἐρωτηθεὶς δὲ παρ' αὐτοῦ, Τί οὕτως πολλάκις τοῦτο ποιεῖς; εἶπον αὐτῷ, Τὸ σήμερον μόνον ἔχω, καὶ διὰ τοῦτο κατ' ἐμαυτοῦ προεφήτευσα (ὃ εἴθε μὴ ἐπέτυχον φθεγξάμενος) ὅτι μόνος

D 93. Sed o quomodo? Non possim id nunc dicere sine lacrymis. Etenim miser ego frequentius solito ipsa die exosculatus sum angelicam ejus faciem: cumque id bis ac tertio fecissem, satiari non poteram: interrogatus autem ab eo cur ita sæpe id facerem, contra meipsum prophetavi (quod utinam non fuisset!), dicens, quia hunc solum diem habeo: solus enim ante ipsum mortuus sum, solus relictus

[86] Psal. XLII, 2. [87] ibid. 3. [87*] Psal. CXLIV, 19. [88] Isa. LVIII, 9; LXV, 24. [89] Psal. CXVII, 24. [90] Matth. VI, 10.

(74) Anno 582, fuit Pascha die 29 Martii, littera Dominicali D.

Digitized by Google

orphanus, solus amisi pretiosam margaritam, solus thesaurum in agro abscondi, solus erravi tanquam ovis pastorem non habens, solus lugens et mœrens obambulo totum diem. Paulo post autem omnes, qui bonorum ipsius participes exstiterunt, verba illa mecum pronuntiabunt, ut arbitror : Exstinctum est lumen oculorum nostrorum, erepta est nobis lux animarum, ereptum vitæ subsidium, dissolutum concordiæ signaculum, sublatum vinculum charitatis, imbecillium firmamentum confractum. Propter te, Pater, nox etiam pro die splendebat, per tuam illustrem vitam illuminata, nunc dies etiam convertetur in tenebras. Sed non est indulgendum lamentis, præsertim ante tempus, ne illud ab eo audiamus : « Nolite flere super me [91]. »

Α πρὸ αὐτοῦ νενέκρωμαι. μόνος ὀρφανὸς κατελείφθην, μόνος τὸν πολυτίμητον μαργαρίτην ἀπεβαλόμην, μόνος τὸν θησαυρὸν ἐν τῷ ἀγρῷ κατέκρυψα, μόνος πεπλάνημαι ὡς πρόβατον μὴ ἔχων ποιμένα, μόνος πενθῶν καὶ σκυθρωπάζων πορεύομαι ὅλην τὴν ἡμέραν· συμφθέγξονταί μοι μετ' ὀλίγον, ὡς οἶμαι, ὅσοι τῶν ἐκείνου μετέσχον καλῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον τισὶν λέγοντες, Ἐσβέσθη τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν ὁ λύχνος, ἀπῄρθη τὸ φῶς τῆς τῶν ψυχῶν ὁδηγίας, διελύθη τῆς ζωῆς ἡμῶν ἡ ἀσφάλεια, ἤρθη ἡ σφραγὶς τῆς ὁνομασίας, καὶ διεσπάσθη ὁ δεσμὸς τῆς ἀγάπης, συνετρίβη τὸ στήριγμα τῶν ἀσθενούντων· ἐπὶ σοῦ ἡμῖν, Πάτερ, καὶ νὺξ ἀντὶ ἡμέρας ἦν, ἐν καθαρᾷ ζωῇ φωτιζομένη, νῦν δὲ καὶ ἡ ἡμέρα πρὸς ζόφον ἀποστραφήσεται. Ἀλλ' οὐ χρὴ τοῖς θρήνοις ἐπὶ πλέον ἐναπομένειν, Β καὶ μάλιστα πρὸ τοῦ καιροῦ, ἵνα μὴ ἀκούσωμεν παρ' αὐτοῦ· « Μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμέ. »

94. Cum totum divini officii ordinem bonus pastor explesset, et universo fideli populo sacrosanctum Domini corpus distribuisset, in sanctum episcopium reversus, refectionem modicam cum solitis familiaribus sumpsit hilariter. Post cibum autem brevemque quietem, cum Lychnici tempus instaret, deberetque adesse officio vespertino ; totum illius corpus invasit contractio quædam : quamobrem ex religiosissimis ejus clericis quidam obsecrabant ut quiesceret. Sed nullis precibus induci potuit ut ad officium vespertinum non accederet. Sancto igitur Spiritu confirmatus in venerandam Dei Ecclesiam se contulit, ubi illum exspectabat populus ; quia omnes illum, semper quidem tunc tamen C potissimum optabant intueri, quando procedebat apostolicam indutus stolam. In qua cum multiplices vespertinæ liturgiæ preces explevisset, sacrum altare osculatus, fidelium gregem commendavit Deo. Tunc ex altari visibili velut ad invisibile, de virtute in virtutem progrediens, clausis sensibus et procul a populo preces peregit. Reversus deinde in episcopium, in lectulo suo decubuit, vehementique febri circa mediam noctem correptus est ; atque ita mansit dies septem orationibus continuis incumbens, seque signo crucis muniens.

ιδ'. Πληρώσας οὖν τὴν θείαν πᾶσαν λειτουργίαν ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, μεταδοὺς καὶ τοῦ ἀχράντου καὶ ζωοποιοῦ σώματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παντὶ τῷ πιστῷ λαῷ, ἀνελθὼν εἰς τὸ εὐαγὲς ἐπισκοπεῖον, μετέλαβεν μετρίας τροφῆς, μετὰ τῶν συνήθως αὐτῷ συνεστιωμένων φαιδρῷ τῷ προσώπῳ. Μετὰ δὲ τὴν τροφὴν μικρὸν καθευδήσας, ἐπειδὴ γέγονεν τοῦ Λυχνικοῦ καιρὸς, καὶ δὴ ὀφείλοντος αὐτοῦ παραγενέσθαι εἰς τὴν ἑσπερινὴν λειτουργίαν, ἤρξατό τις συστολὴ γίνεσθαι καθ' ὅλου τοῦ σώματος αὐτοῦ. Τινὲς δὲ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν παρεκάλουν αὐτὸν μικρὸν ἀνεθῆναι. Πολλὰ δὲ δυσωπήσαντες, οὐκ ἴσχυσαν πεῖσαι μὴ κατελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν ἑσπερινὴν λειτουργίαν. Ἐνδυναμωθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, παρεγένετο εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν· ἦν γὰρ καὶ ὁ λαὸς προσδοκῶν αὐτὸν, ὅτι πάντες ἐπεθύμουν βλέπειν αὐτὸν, ἀεὶ μὲν, ἐξαιρέτως δὲ τὴν ἀποστολικὴν ἐνδεδυμένον στολήν· μεθ' ἧς καὶ πληρώσας τὰς πολυτρόπους ἑσπερινὰς εὐχὰς, ἀσπασάμενός τε τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, ἅμα δὲ καὶ συνταξάμενος τὸ πιστὸν ποίμνιον τῷ Θεῷ, ἐξῆλθεν μὲν τοῦ ὁρωμένου θυσιαστηρίου, ἐξ αὐτῆς δὲ τρόπον τινὰ παρεπέμφθη τῷ νοερῷ θυσιαστηρίῳ, ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν, ἐν ᾧ τὰς εὐχὰς ἐπετέλει, μύων ἀεὶ τὰς αἰσθήσεις, ἐκδημῶν ὅλος ἐξιστάμενος. Ἀνελθὼν οὖν εἰς τὸ εὐαγὲς ἐπισκοπεῖον, ἀνεκλίθη εἰς τὴν ἑαυτοῦ κοίτην, καὶ περὶ τὸ μεσονύκτιον εἰσέβαλεν αὐτῷ σφοδρῶς ἡ νόσος. Ἔμεινεν δὲ οὕτως τὰς ἑπτὰ ἡμέρας, μηδὲν ἄλλο ποιῶν ἢ πράττων, εἰ μὴ μόνον εὐχόμενος, καὶ ἀδιαλείπτως κατασφραγιζόμενος.

95. Interim ad religiosissimi imperatoris Tiberii aures pervenit, intendi vim morbi : qui ea re valde perturbatus, intermissis omnibus civilibus curis, de illo unice sollicitus, misit præstantissimos medicos, qui curarent eum, a quo multi variique morbi curati fuerant. Et hi quidem plus ex doctrina ejus perceperunt auxilii, quam ipsi contulerunt : siquidem nullum sibi passus est adhiberi medicamentum, dicens : « Præceptum posuit, et non præteribit [91*] : » medicum habeo alium, qui me suo arbitratu curabit. His auditis, imperator magno cum desiderio et fide invisit beatum virum, primo

ιε'. Ἐπεὶ τοίνυν ἐπετείνετο τὰ τῆς νόσου, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τὰ τῆς μεταθέσεως αὐτοῦ, ἐγνώσθη καὶ τῷ εὐσεβεῖ βασιλεῖ Τιβερίῳ· ὃς καὶ μεγάλως ταραχθεὶς ἐπὶ τῷ συμβάντι, πάσας τὰς πολιτικὰς ἀποθέμενος φροντίδας, περὶ αὐτοῦ μόνου ἐφρόντιζεν, πέμψας καὶ τῶν ἰατρῶν τοὺς πρώτους, ὀφείλοντας ἰατρεῦσαι τὸν πολλὰ καὶ διάφορα πάθη ἰασάμενον· οἳ καὶ μᾶλλον ὠφελοῦντο διὰ τῆς αὐτοῦ διδαχῆς, εἴπερ οὐκ ἰάτρευον αὐτοῦ τὸ σῶμα· οὐ γὰρ ἠνέσχετό τι ἰατρικὸν προσαγάγαι τῷ σώματι, ἀλλ' ἔλεγεν· « Πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται· « ἔχω ἰατρὸν, καὶ ὡς ἂν αὐτῷ δοκοίη, θεραπεύει με. Ταῦτα

[91] Luc. XXIII, 28. [91*] Psal. CXLVIII, 6.

Digitized by Google

μαθὼν ὁ βασιλεὺς, μετὰ πολλοῦ πόθου καὶ πίστεως μεγάλης ἦλθεν πρὸς τὸν μακάριον, πρῶτον μὲν εὐλογηθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, ἔπειτα καὶ πείθεσθαι παρ' αὐτοῦ τὸν ὀφείλοντα μετ' αὐτὸν γενέσθαι ποιμένα καὶ τοῦ λαοῦ προστάτην. Ὁ δὲ τὸν βασιλέα ηὐλόγησεν, τὸ δὲ ἕτερον ἀπεσιώπησεν· οὐχ ὡς ἀγνοῶν, ἀλλὰ διά τινας αἰτίας οὐκ εἶπεν, ἃς αὐτὸς ἐγίνωσκεν διὰ τοῦ ἀποκαλύψαντος αὐτῷ Θεοῦ. Διαλεχθεὶς οὖν τῷ βασιλεῖ τὰ πρέποντα καὶ τοῦ καιροῦ ἐπιτήδεια, μετὰ χαρᾶς πολλῆς καὶ ἱλαρῷ προσώπῳ εὐλογήσας, ἀπέλυσεν αὐτόν. Ὡς δὲ ἤκουσα παρά τινων τῶν τοῦ βασιλέως κοιτώνων, ὅτι εἶπεν τῷ βασιλεῖ καὶ τὴν αὐτοῦ μετάστασιν ἐν τάχει μέλλειν ἔσεσθαι, ὅπερ καὶ γέγονεν· μετὰ γὰρ τέσσαρας μῆνας μετέστη τοῦ βίου Τιβέριος, ὁ φιλόχριστος βασιλεύς.

ις'. Πᾶσαν οὖν τὴν ἑβδομάδα διαμείνας ἐν τῇ ἀσθενείᾳ ὁ ἁπλοῦς τὸν τρόπον καὶ πολυειδὴς τὴν κυβέρνησιν, ὁ σοφὸς τὸν λόγον καὶ σοφώτερος τὴν διάνοιαν, ὁ μέγας πατριάρχης, πάντας εὐλογῶν, πᾶσιν εὐχόμενος, ἐρρωμένος τὸν νοῦν μέχρις ἑβδόμης ὥρας τῆς δευτεροπρώτης Κυριακῆς (ἐχρῆν γὰρ τὴν ἑβδόμην ἐνεργῆσαι τῆς καταπαυσίμου τὰ ἴδια) πάντας εὐλογήσας ὡς πάλαι ποτὲ Ἰακὼβ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, ἐξάρας καὶ αὐτὸς ὁ νέος Ἰακὼβ τοὺς πόδας αὐτοῦ, περὶ ἐννάτην ἢ δεκάτην ὥραν, εἰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ παρέθετο, ἐν γήρει καλῷ καταλύσας τὸν βίον, καὶ τοῖς ἄγουσιν αὐτὸν ἀγγέλοις οὐκ ἀειδῶς ἐναποψύξας, ὑπὸ τῆς οὐρανίας καὶ ἄνω χοροστασίας ὑπεδέχθη σὺν παῤῥησίᾳ πολλῇ. Πῶς δὲ τοῦτο πλέον ἔγνωμεν; Ἐκ τῶν συμβάντων τηνικαῦτα δύο θαυμάτων. Ἡνίκα γὰρ ἀπὸ τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ διεζεύχθη, συμφώνως πᾶς ὁ λαὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τὸ μέγα *Κύριε ἐλέησον* ἔκραζον· Κυριακοῦ τε τότε πληρώσαντος τὴν τοῦ Λυχνικοῦ λιτανείαν, καὶ εἰπόντος· Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου· δεόμεθά σου, Κύριε, ἐπάκουσον καὶ ἐλέησον. Προτραπεὶς οὖν ὁ πιστὸς λαὸς ὑπὸ τοῦ Λειτουργοῦ, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς πρὸς Θεὸν ἀνέπεμψεν τὴν τοῦ ποιμένος τε καὶ διδασκάλου ἁγίαν ψυχὴν, οὕτως τοῦ κυβερνήτου Θεοῦ διοικήσαντος. Τίς οὐκ ἂν θαυμάσειεν τοῦτο; Πῶς δ' αὖ πάλιν τὸ ἕτερον, ὅπως οὐδενὸς τῶν ἐπανορθούντων οἱ ὀφθαλμοὶ ἢ τὸ λοιπὸν σῶμα προσεδέοντο, καθάπερ ἐπὶ τοῦ κατὰ φύσιν γίνεται ὕπνου, τῶν ὀμμάτων τοῖς βλεφάροις εὐκόσμως διαλελειμμένων, τῶν δὲ χειλέων προσφυῶς μεμυκότων, καὶ χειρῶν εὐπρεπῶς ἐπεζευγμένων τῷ στήθει· πᾶσά τε ἡ τοῦ σώματος θέσις, αὐτομάτως κατὰ τὸ εὔσχημον ἁρμοσθεῖσα, οὐδὲν τῆς τῶν κοσμούντων χειρὸς ἐπεδέετο. Θαυμάσαι τοίνυν ἄξιον, πῶς ἡ θεία

quidem ut ab illo benedictionem acciperet; deinde ut intelligeret quis post illum pastor recturus esset populum. Ipse autem imperatori quidem benedixit, alterum vero reticuit propter causas quasdam, revelante Deo, sibi notas. Itaque rei ac tempori congrua cum imperatore locutus, eumdem sua benedictione munitum dimisit, vultu læto atque hilari. Ego deinde ex quibusdam imperatoris familiaribus accepi prænuntiatam ei a sancto viro esse mortem celeriter advenientem: quam prædictionem comprobavit eventus: nam Christi amantissimus imperator quatuor post menses e vivis abiit (75).

96. Porro cum totam hebdomadam ægrotasset sanctus, simplex moribus, sed gubernandi scientia multiplex, sapiens in verbis, sed sapientior sensu; magnus, inquam, patriarcha Eutychius, mente firma Deum precatus pro universis, usque ad septimam horam Dominicæ secundo-primæ post Pascha (76) (conveniebat enim ut septima hora perageret ea quæ sunt quietæ obdormitioni propria), post benedictionem cunctis datam, ut olim filiis suis dedit Jacob, novus ipse Jacob pedes extendit: et circa nonam aut decimam horam in manus Domini commendavit spiritum suum, et discedens ex hac vita in senectute bona, ab angelis ad cœlestes choros est sublevatus. Quomodo autem id deinceps cognovimus? Utique ex duobus quæ tunc contigere signis. Eodem siquidem tempore, quo illius anima sejungebatur a corpore, universus populus in ecclesia clamavit clara voce: *Kyrie eleison;* postquam scilicet hebdomadarius lucernariam (77) precationem absolvens dixisset: «Miserere nostri, Domine, miserere nostri, secundum magnam misericordiam tuam: Domine, exaudi et miserere.» Tunc nempe conversus in eas quas diximus voces populus, magno cum clamore, pastoris atque doctoris sui animam transmisit ad Deum, ipso ita rem moderante. Quis id non admiretur? Quis non item illud, quod nec oculi nec reliquæ corporis partes cujusquam opera componendæ fuerunt; cum illi quidem sub palpebris suis, sicuti naturaliter dormientibus solent, decore conderentur; labra autem conclusa et manus ante pectus complicatæ invenirentur, et totum corpus sponte sua tam convenientem situm accepisset, ut nullius manus illi fuerit admovenda; sed appare-

(75) Addo et octo diebus; nam Tiberium 14 Augusti mortuum esse diximus.

(76) Græce τῆς δευτεροπρώτης Κυριακῆς, ea Latinis *Dominica in Albis*, sive *prima post Pascha*, Græcis *Dominica nova* ἡ νέα, etiam dicitur. Allatius in dissertatione de Dominicis et hebdomadibus recentiorum Græcorum, addit Dominicam Thomæ vocari, ab Evangelio; et ab ordine Dominicarum, quarum prima nunc censetur ipsa Dominica Paschalis, dici *secundam*, a qua deinceps sequentes feriæ nomen accipiant, contra quam fieri ante Pascha censuevit, quando feriæ Græcis nominantur a sequenti Dominica. Videtur hic δευτεροπρώτη dici *secundo-prima*, sicuti in Romano Breviario dies a festo S. Agnetis 21 Januarii vocatur *Agnetis secundo*.

(77) Græce Κυριακός, quasi *Dominicalis*, quod qualibet Dominica mutarentur clericorum seu presbyterorum vices dicendi prædicationem. *Hebdomadarium* tamen vertere maluimus: qua voce, ad significandum cujus eæ vices sunt, chorus Latinus utitur.

Digitized by Google

ret divinioris animæ opus esse ipsam illam corporis exstincti compositionem. Sed quid deinde consecutum sit videamus.

97. Rursum apparuit similis Basilio, de quo magnus Gregorius ait: Cum jacturam sensisset civitas, orphanam se derelictam questa, moriendi necessitatem tanquam tyrannidem incusavit, et animam, velut si manibus aut precibus posset retineri, comprehendere concupivit. Omnibus autem ad funus paratis, sanctus ipse manibus sanctorum sublatus gestabatur, singulis vel oram vestimenti vel sacrum feretrum contingere gestientibus. Quid enim corpore illo purius aut sanctius? Aliis ad eos qui portabant appropinquare, aliis aspectu tantum, quasi ex eo quoque utilitas proveniret, frui cupientibus plenæ erant plateæ, plenæ porticus; omnes ædium fenestræ, omnia tectorum fastigia et culmina. Premebant se mutuo qui præibant, et qui sequebantur, qui prope erant et qui adventabant; innumerabilis hominum promiscuæ ætatis ac sexus multitudo, cum eaque quotquot apud imperatorem erant in gradu aliquo dignitatis, imprimis urbis præfectus, omnes superans in viri sancti funere honestando: adfuisset etiam imperator, nisi curandum sibi putasset, ne quis in populo tumultus nasceretur: adfuerunt autem omnes militum et sacerdotum ordines atque infinitus cœtus monachorum. Certabant cum lamentis cantus Psalmorum, cedebat perturbationibus philosophia nostri cum externis, externi cum nostris contendebant, utri magis lugendo plus consolationis perciperent. Illud porro admirabile ac pene incredibile fuit, quod ex tot hominum millibus nemo ullum in periculum incidit, præsertim cum multi deprimerentur ipso pondere super se stantium, visendi corporis causa (78). Cæterum ut epitaphii more paucis absolvam, honorat ingressum ejus, egressum gloriosiorem honorando (Deus) (79), multas quidem excitans lacrymas, sed plures relinquens in animis omnium, majorem circa eum gloriam intuentium.

98. Inter hæc, vitatis ægre rapientium manibus, illatum est corpus in ædem sanctorum apostolorum, et juxta institutionem sanctorum Patrum appositus est patriarchis patriarcha, prædicatoribus prædicator, martyribus martyr, apostolis eorum secutus vestigia: cujus etiam corpus juxta corpora eorumdem sanctorum apostolorum Andreæ, Lucæ, Timothei, secundum longitudinem ante altare ad basim ejus contumulatum, requiescit: hunc enim locum ipse sibi vivus elegerat, ut corpus suum ne post obitum quidem longius a sancto altari recederet. Quia cum anima cœlesti assisteret altari ibique cum sanctis angelis et apostolis pro universo populo pre-

(78) Zinus vertit, « Cum multæ etiam feminæ accederent onus in utero gestantes. » Sed Græca aliud prorsus indicant, quale scilicet in magno visendi studio fieri solet, ut aliorum humeris insistant alii.

(79) Obscurissimus hoc loco, fatcor, Græcus textus est, quemque vix demum addita voce *Deus* ad sanitatem aliquam adducere licuit: Zinus in aliam prorsus interpretationem abiit, ita scribens: « Atque ut aliquod epitaphium adjungam, externis honoribus interior cumulatur. Multorum quidem lacrymas excitavit, sed ea major gloria fuit quod omnium animis defixus hærebat. »

A ἐκείνη ψυχὴ τὸ ἑαυτῆς σῶμα προετύπωσεν· ἀλλὰ, τί λοιπὸν γέγονεν, ἴδωμεν.

ΗΖ'. Πάλιν Βασίλειος δεύτερος ἀνεδείχθη· τάδε γὰρ ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ ὁ μέγας Γρηγόριος· Ὡς οὖν ἤσθετο τὴν ζημίαν ἡ πόλις, ὠδύρετο τὴν ὀρφανίαν, ἐπένθει τὴν ἑαυτῆς ἐγκατάληψιν, τῆς ἐκδημίας ὡς τυραννίδος κατεμέμφετο, καὶ τῆς ψυχῆς ἐπόθουν λαβέσθαι ὡς καθεκτῆς τυγχανούσης ἢ χερσὶν ἢ δεήσεσιν. Ἐπεὶ οὖν πάντα ἡμῖν τὰ ἐν τῇ κηδείᾳ νενομισμένα πεπλήρωτο, προεκομίζετο μὲν ὁ ἅγιος χερσὶν ὁσίων ὑψούμενος· σπουδὴ δὲ ἦν ἑκάστῳ τῷ μὲν χρασπέδου λαβέσθαι, τῷ δὲ τοῦ ἱεροφόρου σκίμποδος προσψαῦσαι μόνον. Τί γὰρ ἐκείνου τοῦ σώματος ἱερώτερόν τε καὶ καθαρώτερον; Τῶν δὲ τῶν ἁγόντων ἐλθεῖν πλησίον, τῶν δὲ τῆς θέας ἀπολαῦσαι μόνης, ὡς τι κἀκείνης πεμπούσης ὄφελος, πλήρεις αἱ ἀγοραὶ, στοαὶ, διόροφα καὶ τριόροφα καὶ τὰ ὑπὲρ τούτων· ἐπέκειντα τῶν ἐκεῖνον παραπεμπόντων, προηγουμένων, ἑπομένων, ἀλλήλοις ἐπεμβαινόντων, μυριάδες γένους παντὸς, ἡλικία πᾶσα οἱ περὶ τὸν βασιλέα ἔνδοξοι πάντες, ἐξαιρέτως δὲ ὁ τοῦ δήμου τὴν εὐταξίαν πεπιστευμένος ἔπαρχος, ὃς πάντας ὑπερενίκησεν, τιμήσας ὑπερβαλλόντως τοῦ ἁγίου τὴν προπομπὴν, μικροῦ δεῖν καὶ αὐτὸς παρῆν ὁ βασιλεὺς, ἀλλ' ἐφύλαξεν πρεπόντως τοῦ λαοῦ τὸ ἀσύγχυτον· πᾶν γένος στρατιᾶς, πᾶσα τάξις ἱερατικῆς λειτουργίας, μοναστῶν ἄπειρα πλήθη, ψαλμῳδίαι θρήνοις ὑπερνικώμεναι, καὶ τὸ φιλόσοφον τῷ πάθει καταλυόμενον· ἀγὼν ἦν τοῖς ἡμετέροις πρὸς τοὺς ἐκτὸς, ἐκείνοις πρὸς ἡμᾶς, ὅστις πλέον ἀποκλαυσάμενος πλειόνως μετασχεῖν τῆς ὠφελείας. Καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, οὐδὲ εἷς κίνδυνόν τις ἐκ μυριάδων τοσούτων περιέπεσεν, καὶ ταῦτά τινων κατενεχθέντων ἐν αὐτῷ τῷ βάρει τῶν ἐν αὐτοῖς ἐφεστώτων, θέας ἕνεκεν τοῦ ὁσίου σώματος. Καὶ ἵνα εἴπω τινὰ βραχὺν ἐπιτάφιον, τιμᾷ τὰ τῶν εἰσοδίων (Θεὸς), τιμῶν τὴν ἔξοδον πολυτελεστέραν, πολλὰ μὲν κινήσας δάκρυα μείζονα δὲ τῶν ὁρωμένων τὴν περὶ αὐτοῦ δόξαν ταῖς ἁπάντων διανοίαις ἐναποθέμενος.

ΗΗ'. Μόγις δὲ τὸ σῶμα διαφυγὸν τοὺς ἁρπάζοντας εἰσηνέχθη εἰς τὸν οἶκον τῶν ἁγίων ἀποστόλων, παραδόσει τῶν ἁγίων Πατέρων προσετέθη τοῖς πατριάρχαις ὡς Πατριάρχης, τοῖς κήρυξιν ἡ μεγάλη φωνὴ, ὁ μάρτυς τοῖς μάρτυσιν, τοῖς ἀποστόλοις ὁ κατ' ἴχνος αὐτῶν βαδίσας, οὗ καὶ τὸ σῶμα πρὸς τὰ σώματα τῶν αὐτῶν ἁγίων ἀποστόλων Ἀνδρέου, Λουκᾶ, καὶ Τιμοθέου, κατὰ τὸ μῆκος ἔμπροσθεν τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, εἰς τὸ κρηπίδωμα, τὴν κατάπαυσιν ποιησάμενον ἀποτέθειται· καλῶς αὐτοῦ καὶ τοῦτο ἐπιλεξαμένου τοῦ ὁσίου ἀνδρὸς ἐν ζωῇ, ἵνα καὶ μετὰ τὴν διάζευξιν, μὴ δὲ σωματικῶς χωρισθῇ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου· τῆς γὰρ ψυχῆς αὐτοῦ τῷ

Digitized by Google

ἐν οὐρανοῖς παρισταμένης θυσιαστηρίῳ, κἀκεῖ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων καὶ ἀποστόλων τὰς ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ προσφερούσας δεήσεις, ἐχρῆν καὶ τὸ ὁμόζυγον, καὶ ὁμοπόρευτον καὶ συναχθῆσαν αὐτῇ σῶμα, κατὰ τὸν τῇδε βίον, μηδέποτε κεχωρίσθαι τοῦ ἐπὶ γῆς ἀχράντου θυσιαστηρίου, ἵνα καὶ αὐτὸ τρόπον τινά, μετὰ τοῦ προσευχομένου τοῦ λαοῦ ἱερέως καὶ τὰ δῶρα προσκομίζοντος Κυρίῳ τῷ Θεῷ, συνικετεύει τῷ ἱερεῖ ὑπὲρ τοῦ ἑαυτοῦ λαοῦ καὶ πόλεως, ὅτι τῶν ἁγίων τὰ σώματα ἴσα δύνανται ταῖς ἁγίαις αὐτῶν ψυχαῖς· Τίμιος γὰρ ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ἁγίων αὐτοῦ, καὶ « Ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης, εἶπεν ὁ Θεὸς, δι' ἐμὲ, καὶ διὰ Δαυὶδ τὸν δοῦλόν μου. » Ἔχομεν οὖν ἰσχυρὰν παράκλησιν τοὺς ἁγίους, ὅτι διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας, ἐπιτυχόντες δὲ τῶν ἐπαγγελιῶν, πλέον ἰσχύουσιν καὶ μετὰ τὴν τοῦδε τοῦ βίου ἀπαλλαγὴν καὶ μετάστασιν.

A ces effunderet; æquum etiam erat ut quod illi conjunctum fuerat corpus, quodque simul incesserat certaveratque, ne quidem in terra sejungeretur unquam ab almo altari; sed cum sacerdote supplicante, Deoque hostiam divinam offerente, pro suo populo et civitate quodammodo supplicaret. Nam et corpora sanctorum parem habent cum animis virtutem: quia « Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus [92]; » et: « Protegam civitatem hanc, inquit Dominus, propter me et propter David servum meum [93]; » ideoque magnæ nobis consolationi sunt sancti, qui per fidem vicerunt regna, adepti sunt repromissiones [93a], et post vitæ commutationem pollent virtute majori.

ιθ'. Δεῦρο δὴ οὖν συναγωνίσασθέ μοι καὶ νῦν, περὶ τὸν λόγον κάμνοντι διὰ ταπείνωσιν λόγου, οἱ τοῦ μεγάλου Βασιλίου ἐπαινέται, καὶ τὰ πλείω μὲν παρατρέχειν ἐθέλοντι, ἄλλο τε δὲ ὑπ' ἄλλου κατεχομένῳ, καὶ οὐκ ἔχοντι τὸ νικῶν εὑρεῖν, ὥσπερ ἐν σώματι πανταχόθεν ἴσῳ τε καὶ καλῷ· ἀεὶ γάρ μοι τὸ προσπεσὸν κάλλιον φαίνεται, καὶ τοῦτο συναρπάζει τὸν λόγον. Δεῦρο οὖν μοι διέλεσθε τὰ ἐκείνου καλὰ, ὅσοι τῶν ἐκείνου ἐπαινέται καὶ μάρτυρες, καὶ ἀγῶνα καλὸν ἀγωνίσασθε πρὸς ἀλλήλους, ἄνδρες ὁμοῦ καὶ γυναῖκες, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων, ἱερεῖς καὶ λαὸς οἱ μοναδικοὶ καὶ μιγάδες, οἱ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἀκριβείας, ὅσοι τῆς θεωρίας καὶ ὅσοι πράξεως· ὁ μὲν ἐπαινεῖτο τὸ ἐν νηστείαις, καὶ προσευχαῖς οἷον ἀσώματόν τε καὶ ἄϋλον, ὁ δὲ τὸ ἐν ἀγρυπνίαις καὶ ψαλμῳδίαις εὔτονόν τε καὶ ἀήττητον, ἄλλος τὸ ἐν προστασίᾳ τῶν δεομένων, ἄλλος τὴν πρὸς τὸ ὑπερέχον ἀντιτυπίαν ἢ τὴν πρὸς τὸ ταπεινὸν συγκατάβασιν, ἄλλος τὸ ἀμνησίκακον δ καὶ μᾶλλον ἐκέκτητο, κατὰ τὸ ἀποστολικὸν παράγγελμα τὸ φάσκον· « Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. »

B 99. Agite nunc etiam magni Basilii laudatores, mihique sermonis inopia laboranti opitulamini. Ego quidem plura cupio præterire: sed aliud me post aliud trahit; et tanquam in corpore partibus omnibus æque pulchro, quidquid occurrit, videtur pulchrius, et orationem ad se convertit. Agite igitur, egregias illius dotes persequimini, qui illarum et laudatores et testes exsistitis. Præclarum inter vos certamen suscipite, viri simul ac fe inæ, adolescentes et virgines, senes et juvenes, sacerdotes et populus, monachi et cœnobitæ, qui in contemplatione quique in actione versamini. Alius laudet studium ejus in jejuniis et precibus tam assiduum, velut si corporis expers fuisset; alius vigiliarum et psalmodiarum constantiam; alius C asperam atque incredibilem duritiem victus, aut animi demissionem; alius oblivionem injuriarum in eo præcipue excellentem, juxta præceptum Apostoli dicentis: « Sol non occidat super iracundiam vestram [94]. »

ρ'. Πᾶς οὖν ὁ ἐκείνου χορὸς περιστάντες με, ὅσοι τοῦ βήματος καὶ ὅσοι τῶν κάτω, ὅσοι τῶν ἡμετέρων καὶ ὅσοι τῶν ἔξωθεν, τὴν εὐφημίαν μοι συνεργάσασθαι, ἄλλος ἄλλο τι τῶν τοῦ νέου Βασιλείου καλῶν διηγούμενοι καὶ ζητοῦντες, οἱ τῶν θρόνων τὸν νομοθέτην, οἱ τῆς πολιτείας τὸν πολίτην, οἱ τοῦ δήμου τὴν εὐταξίαν, οἱ περὶ λόγους τὸν παιδευτὴν, αἱ παρθένοι τὸν νυμφαγωγὸν, αἱ ὑπὸ ζυγοῦ τὸν σωφρονιστὴν, οἱ τῆς ἐρημίας τὸν πτερωτὴν, οἱ τῆς ἐπιμιξίας τὸν δικαστὴν, οἱ τῆς ἁπλότητος τὸν ὁδηγὸν, οἱ τῆς θεωρίας τὸν θεολόγον, οἱ ἐν εὐθυμίᾳ τὸν χαλινὸν, οἱ ἐν συμφοραῖς τὴν παράκλησιν, τὴν βακτηρίαν ἡ πολιὰ, τὴν παιδαγωγίαν ἡ νεότης, ἡ πενία τὸν πλοῦτον, ἡ εὐπορία τὸν οἰκονόμον, δοκοῦσί μοι καὶ χῆραι τὸν προστάτην ἐπαινέσεσθαι, καὶ ὀρφανοὶ τὸν πατέρα, καὶ πτωχοὶ τὸν φιλόπτωχον, καὶ τὸν φιλόξενον οἱ ξένοι, καὶ ἀδελφοὶ τὸν φιλάδελφον, οἱ νοσοῦν-

100. Omnis igitur præsentium chorus qui me circumstatis, quotquot ad superiorem et quotquot ad inferiorem templi partem pertinetis (80), quique ex nostrorum, quique ex numero externorum adestis, conficite mecum laudationem, et alius alias novi hujus Basilii virtutes celebrate. Qui præsidetis in judiciis, laudate legislatorem; qui civitatem regitis, civem; qui estis de populo, popularem; qui eruditione delectamini, magistrum; qui D solitudine gaudetis, illius amantem; qui frequentia, judicem; qui simplicitate, ducem; qui in secundis rebus versamini, moderatorem; qui in adversis, consolatorem; virgines, virginem; conjuges, castum; senectus, baculum; juventus, disciplinam; paupertas, largitorem; custodem, opulentia. Videntur mihi quoque defensorem viduæ; pupilli, patrem; inopes, pauperum studiosum; ho-

[92] Psal. cxv, 15. [93] IV Reg. xix, 34. [93a] Hebr. xi, 33. [94] Ephes. iv, 26.

(80) Græce ὅσοι τοῦ βήματος, καὶ ὅσοι τῶν κάτω, intelligiturque clerus, qui inter sacra occupat locum altaris (*tribunam* seu *chorum* Latini dicunt), et populus, qui extra cancellos anteriorem et inferiorem templi partem occupat: quæ Zinus non intelligens vertit: « Qui pulpitum attingitis, et qui estis inferius: » quasi cum respectu ad oratorem ipsum, ex ambone verba facientem.

Digitized by Google

spitalem, hospites ; fraternitas, dilectorem fratrum; agrotantes, medicum cujusque morbi ac medicinam; sani conservatorem valetudinis; omnes denique efferre eum laudibus; qui omnia factus est omnibus, ut omnes aut plurimos lucraretur. Ego quidem sic amborum Patrum virtutes laudibus miscens, tenues sermonis epulas convivis delicatis apposui, caules scilicet cum pastillis tanquam apparatum deliciosum, nequaquam laudis futurus expers; quia quod honestum erat præsumpsi ; vobis autem, qui tanto studio justa magno Eutychio persolvistis, nihil aliud consuluerim, nisi ut ad illum cernere et vicissim ab eo conspici existimetis: hæc enim coronis erit recte factorum ejus, in hoc virtutum viri thesaurus consistit.

A τες τὸν ἰατρόν, οἱ ὑγιαίνοντες τὸν φύλακα τῆς ὑγείας, οἱ πάντες τὸν πάντα πᾶσι γινόμενον, ἵνα κερδάνῃ τοὺς πάντας ἢ πλείονας. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὕτως τῶν ἀμφοτέρων Πατέρων τὰς ἀρετὰς ἀναμίξας τοῖς ἐπαίνοις, τὴν πενιχρὰν τοῦ λόγου πανδαισίαν μετὰ προθυμίας παρέθηκα τοῖς δαιτυμόσιν καὶ τρυφεραῖς τὰ τοιαῦτα· ὡς ἄλλος μεθ' ἁλεύρων τὰ λάχανα, τῆς τοῦ προελέσθαι πάντως τὸ καλὸν οὐκ ἀμοιρήσων τιμῆς· ὑμῖν δὲ οὐκ ἄλλο τι συμβουλεύσαιμι ἂν τοῖς τετελεσμένοις τὰ τοῦ μεγάλου Εὐτυχίου, ἢ πρὸς αὐτὸν ἀεὶ βλέπειν καὶ ὡς ὁρῶντος καὶ ὁρωμένου τῷ πνεύματι καταρτίζεσθαι· τοιαύτη γὰρ καὶ τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων ἡ κορωνὶς, τοιοῦτος τοῦ θεοφόρου ἀνδρὸς τῶν ἀρετῶν ὁ θησαυρός.

EPILOGUS.

101. Restat ut qui me benigne audistis, tuque imprimis divinum ac sacrum caput, detis veniam paupertati meæ, Mosaicum illud de agni esu mandatum expendentes: « Decima die mensis primi tollat unusquisque agnum per domos et familias suas: sin autem minor est numerus quam sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui conjunctus est domui suæ [95]. » Si ad unius agni esum multos convocandos præcepit, quid ad pastoris alicujus et quidem talis pastoris laudationem fieri mandasset? Ego, sancte Pater, cum tuis encomiis prædicandis par esse non possem, legi obtemperans, non pauperes vicinos meos, sed æquales ac pares tuos, eximios utique viros, convocavi; non ut agnum unum edi conspicerent, sed ut pastorem peregrinationis socium collaudarent. Æquum est sane ut transeuntes per viam et a viatico tenuiter instrueti, id est eloquentia et doctrina inopes, concinnæque et sonoræ compositionis elegantia, eant ad aquam vivam et bibant ex ipso fontis labro ac puteo: neque enim decet ad alienam, doctrinam, inquam, et eruditionem, accedere. Itaque quæ ex tuis recte factis potui assequi dicendo, Pater sancte, ea sitientibus prompte apposui; quæ autem vires meas superabant, neque sermone meo poterant comprehendi, divina sapientibus viris ipsorumque sermonibus dereliqui, quorum Verba, sicut scriptum est, sunt stimuli et quasi clavi igniti [96]: « Da autem sapienti occasionem, et sapientior erit; doce justum, et festinabit suscipere [97]. » Apostolus vero : « Vestra, inquit, abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas [98]. » Et : « Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea [99]. » Et iterum : « Quod mihi deerat suppleverunt fratres venientes a Macedonia [1]. » Et vos igitur, viri perfecti, qui viri hujus sancti divinique Patris

B ρα'. Ἀλλά μοι συγγνώμην διδόσθω παρά τε τῶν φιλοπόνως ἐντυγχανόντων τοῖς προκειμένοις, παρά τέ σου τῆς θείας καὶ σεβασμίας μοι κεφαλῆς, τὴν ἐμὴν ἐπιστάμενοι τοῦ λόγου πενίαν, καὶ τὸ Μωσαϊκὸν γινώσκοντες παράγγελμα περὶ τῆς βρώσεως τοῦ ἀρνοῦ· λέγει γὰρ οὕτως· Τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου λαβέτωσαν ἑαυτοῖς πρόβατον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ κατ' οἴκους πατριῶν· ἐὰν δὲ ὀλιγοστοὶ ὦσιν, ὥστε μὴ ἱκανοῦσθαι εἰς πρόβατον, προσκαλεσάσθωσαν τοὺς γείτονας τοὺς πλησίον. Εἰ οὖν εἰς βρῶσιν ἑνὸς προβάτου νόμος συναγωγὴν ἐπέταξεν γενέσθαι πολλῶν, τί οὐ κἂν περὶ ποιμένος καὶ τοιούτου ποιμένος πρὸς εὐφημίαν προστάξειεν γενέσθαι; Πειθαρχήσας τοίνυν κἀγὼ τῷ νόμῳ, μὴ ὢν ἱκανὸς συγγράψασθαι τὰ σὰ κατορθώματα, ὅσιε Πάτερ, συνεκάC λεσα εἰς εὐφημίαν τὴν σὴν, οὐ τοὺς ὁμοίους μου πένητας γείτονας, ἀλλὰ τοὺς σοὺς συζύγους, καὶ ὁμοδόξους, οὐχ ἵνα πρόβατον ἐδώδιμον θεάσοντας, ἀλλ' ἵνα ποιμένα συνέκδημον ἐπαινέσωσιν. Καλὸν γὰρ τοὺς διϊόντας καὶ ὀλιγοστοὺς ἐν ἀργυρίῳ τυγχάνοντας, τουτέστιν ἐν λάγῳ τε καὶ γνώσει, καὶ περὶ τὴν εὔθετον καὶ εὔκροτον τῆς καλλιεξίας σύνθεσιν ἐνδεομένους, πορεύεσθαι ἐφ' ὕδωρ ζῶν, καὶ πίνειν ἐξ ἰδίων ἀγγείων καὶ φρεάτων πηγῆς· οὐ γὰρ θεμιτὸν βαδίζειν πρὸς ἀλλοτρίαν, φημὶ, διδαχήν τε καὶ παίδευσιν. Ἀλλ' ὅσα μοι εὐάγωγα τῶν σῶν ἀνδραγαθημάτων γεγόνασιν, ὅσιε, τοῖς διψῶσιν ἀπένειμα ταῦτα προθύμως· ὅσα δὲ δυσάντλητα ἢ δυσπόριστα καὶ τῷ ἐμῷ λόγῳ μὴ καταληφθέντα τοῖς σοφοῖς τὰ θεῖα καὶ τοῖς αὐτῶν λόγοις παρέπεμψα, οἵτινες εἰσὶν D κατὰ τὸ γεγραμμένον, Λόγοι σοφῶν ὡς τὰ βούκεντρα καὶ ὡς ἧλοι πεπυρωμένοι· « Δίδου δὲ σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται, γνώριζε δικαίῳ καὶ προσθήσει τοῦ δέχεσθαι· » σὲ δὲ προτιάσασει καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Ὅτι τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα, καὶ τὸ ἐκείνων ὑστέρημα εἰς τὸ ὑμῶν περίσσευμα, ὅπως γένηται ἡ ἰσότης· » καί· « Ὅτι τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί

[95] Exod. xii, 3, 4. [96] Eccle. xii, 11. [97] Prov. ix, 9. [98] II Cor. viii, 14. [99] Coloss. i, 24. [1] II Cor. xi, 9.

Digitized by Google

μου ἀναπληρῶ· » καὶ πάλιν· « Τὸ γὰρ ὑστέρημά μου ἐλθόντες, ἀνεπλήρωσαν οἱ ἀδελφοί. » Καὶ ὑμεῖς οὖν, ὅσοι τέλειοι φιλοπάτορες τοῦ τελείου καὶ θεοφόρου ἀνδρός τε καὶ διδασκάλου ἐπαινέται καὶ γνήσιοι παῖδες τυγχάνετε, τὴν μὲν ἐμὴν ἀποδέξασθε πρόθεσιν· τὸ δὲ λοιπὸν εἰς εὐφημίαν ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τὸ ὅλον ἀναπληρώσατε, ὅπως πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον· « Ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρὰ καὶ τετειχισμένη. Ἰσχύει δὲ ὥσπερ μεμοχλευμένον βασίλειον. »

A ac magistri laudatores ac veri estis filii, animi studium atque propensionem boni consulite; et quod deest laudationi, supplete; imo vero totum hoc onus in vos suscipite, ut impleatur quod scriptum est: « Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma, invalescit autem sicut regnum clausum vecte [a]. »

ρβ'. Σὺ δὲ ἡμᾶς, ὦ τρισμακάριε καὶ ἅγιε Πάτερ, ἐποπτεύοις ἄνωθεν, καὶ τὸν πάντα βίον διεξάγοις πρὸς τὸ λυσιτελέστατον· εἰ δὲ μετασταίημεν, δέξαις κἀκεῖθεν ἡμᾶς κατὰ τὰς σὰς ἐπαγγελίας εἰς τοὺς Ἀβραμιαίους κόλπους καὶ ταῖς τῶν δικαίων σκηναῖς, ὡς ἂν καὶ ἐν αὐταῖς διδάξαι ἡμᾶς καθαρόν τε καὶ τελειότερον τὰ περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ συναΐδιου Τριάδος, ἧς νῦν μετρίως δεδέγμεθα τὰς ἐμφάσεις ὑπὸ σοῦ, καὶ τῶν ὡς σὺ μαθόντες καὶ σοφισθέντες. Ἦν καὶ παρακαλῶν ἀπαύστως, μὴ παύσῃ ὑπέρ τε ἡμῶν τῶν σῶν ἱκετῶν, καὶ τοῦ σοῦ ποιμνίου τοῦδε, τοῦ πιστοτάτου καὶ φιλοχρίστου λαοῦ, ὅπως ἐπιτύχωμεν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα καὶ προσκύνησις ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

102. Tu vero, sanctissime ac beatissime Pater, de cœlo nos respice, et vitæ nostræ cursum ad salutem dirige, ut cum hinc recesserimus, recipias nos in sinum Abrahæ et in æterna justorum tabernacula, ubi purius atque perfectius videamus quæ abs te didicimus de sancta et sempiterna ejusdem essentiæ Trinitate. Eamdem, Pater, deprecare pro nobis famulis tuis, proque grege tuo, hoc fidelissimo Christique amantissimo populo, ut bona consequamur æterna, in Christo Jesu Domino nostro; cum quo Deo et Patri gloria sit et adoratio, simul cum sancto bonoque et vitæ largitore Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[a] Prov. XVIII, 19.

ANG. MAI MONITUM

DE EUTYCHII PATRIARCHÆ SERMONE.

(*Biblioth. Nov.* t. IV, p. 54.)

Eutychii patriarchæ Constantinopolitani, medio sæculo sexto clari, sermonem de Paschate et de sacrosancta Eucharistia, si non integrum certe bona sui parte superstitem, in Vaticano codice comperi. Etenim ex ejusdem Eutychii Vita ab Eustathio familiari ejus, presbytero, amantissime scripta, et ex Vaticano item codice a Bollandistis sub die 6 Aprilis Latine edita, satis constabat composuisse eum sermones contra quascunque hæreses, eosque ante obitum publicasse; quorum unus et quidem haud infimi generis hic noster fuit, quandoquidem in eo argumento versatur, cui præ cæteris Eutychius addictus fuit. Nam quod attinet ad SS. Eucharistiam, docet nos biographus quam pie hic patriarcha et quam sæpe Missarum solemnia publice celebraret, et Eucharistiam tantæ populi multitudini distribueret, ut aliquando sex horis in eo sanctissimo actu perseveraverit. Paschatis autem, id est Dominicæ resurrectionis commemorationem, adeo studiose coluit, ut vel supremo correptus morbo peragere liturgiam voluerit, atque a Deo impetraverit, ut tota Paschatis octava vitam retinens, ea demum desinente in terris solemnitate, ad cœlestem perpetuam ipse migraret. Idem quoque biographus Eutychium circa illam controversiam defendit, quam cum magno nostro Gregorio [*Moral. in Job* XIV, 9] (*a*) Constantinopoli tunc degente habuit. Profecto de carnis resurrectione nunquam dubitavit Eutychius, imo illam suis scriptis asseruit: in eo tamen a veritatis via aliquando aberrans divertit, cum illam in resurrectione impalpabilem fore judicavit: sed demum a Gregorio convictus, et morti proximus *ante astantium oculos, pellem manus suæ tenens, confiteor*, inquit, *quia omnes in hac carne resurgemus*. Itaque a Græcis memoria ejus religiosissime colitur; neque dissentit Baronius qui ad an. 586, n. 7, affirmat « non immerito eum a Græcis ut sanctum coli, anniversariaque die ejus natale celebrari. »

Sermonis hujus reliquias, in segmentis quatuor dispersas, aliis Patrum interpositis scriptis, in Nicetæ ad Lucam catena nactus sum; quas cum variis temporibus atque libris, prout se mihi obtulerunt, Græce olim ediderim, nunc constitui easdem connectere; præsertim quia feliciter agnovi eas alienis nunc exclusis, quæ interposuerat Nicetas, belle inter se congruere, seriemque ferme continuam restituere; quam

(*a*) Vide *Patrolog. Latinæ* t. LXXV, col. 1077-1079.

Digitized by Google

rem dudum in *Spicil. Rom.* X, præf. monere me memini. Certe hoc scriptum neque auctoris sui causa, neque ipsius argumenti, negligendum a me fuit. Namque Eutychius ab Ephræmio quem nos edidimus chronographo, v. 9792, elegante iambo dicitur : Λόγων ἑταῖρος, ἀρετῆς τ' αὖ ἐργάτης. *Amicus litterarum, virtutis auctor*, quod ejus confirmat biographus dum ait Eutychium sermones eos edidisse, quos acta vita sua semper expresserat. Idem Eutychius concilio quinto œcumenico interfuit, in eoque pro fide orthodoxa graviter peroravit, et trium capitulorum aliarumque hæreseon damnationi subscripsit, quo tempore morabatur Constantinopoli etiam noster Vigilius papa. Tum et fortitudinis episcopalis specimen edidit, cum imperatori Justiniano in incorrupticolarum hæresim lapso invicte restitit, ejusque rei causa sedis quoque jacturam ac diuturnum exsilium perpessus est. Ipse vero sermo, ut nihil dicam de sapiente circa pascha doctrina, Christi corporalem in Eucharistia præsentiam, citato etiam nobili Athanasii loco, testatur et prædicat.

EUTYCHII PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

SERMO

DE PASCHATE ET DE SACROSANCTA EUCHARISTIA.

1. Tres comperimus cœnas a Domino circa Paschatis tempus diversis locis celebratas : unam Gethsemani, in qua fuit etiam purificatio die Sabbati, incipiente jam prima die, id est Dominica : quare et nos tunc vigilias servamus. Altera cœna fuit Bethaniæ, quæ incidit in diem hebdomadæ secundam incipientem, prima jam expleta. Porro constat non fuisse hoc Pascha ; quamobrem addit Matthæus : « Prima autem die Azymorum interrogaverunt discipuli : Ubinam vis tibi Pascha paremus [1] ? » Primam Azymorum fortasse illam appellans, quæ est dies Dominica, ceu primam hebdomadæ in qua azyma fiebant, quam Joannes Pascha nominat, sextam ante Pascha dicens [2]. Ante enim sex dies, inquit, Paschæ venit Jesu Bethaniam. Nam sexta est, ante quartam decimam, illa quæ prima est. Cœna vero hac die celebrata pertinet ad initium diei secundæ, in qua veri agni electio fuit. Etenim illa verba [3], venisse scilicet horam ejus, qua ipsum oportebat mundo abire, quid aliud significant nisi jam delectum fuisse Dominum, qui agnus secundum humanam naturam nominatur, in qua passionem excipere potuit ? Demonstrantque delectum ad aliam pertinere jam vitam, juxta illud : « Ego elegi vos, propterea de mundo non estis [4]. » Quare et dies, ex qua id patratum fuit, Pascha appellatur, et sepultura juxta ipsius effatum [5]. Ut ergo lex impleretur quæ mandabat, decima die mensis primi ovem deligi, et ad quartam decimam usque servari [6], ipse ceu simul sacerdos et victima a semetipso deligitur, et in quintam usque diem servatur : deinde mystice quarta decima die immolatur.

Sed utrobique erratum esse censeo ab antiquariis, qui Ἐπιφανὴς scripserunt pro Ἐπιφανεύς. Certe Nicephorus ex ipsius Evagrii verbis quæ illic adducit, et quæ superius a nobis prolata sunt, perspicue discere poterat Evagrium Epiphaniensem fuisse. Porro natus est Evagrius principatu Justiniani, anno natalis Dominici 536, vel 537, ut ex ipsius Evagrii testimonio demonstravi Annot. ad cap. 29 lib. IV. Anno Christi 540 ludimagistro traditus est a parentibus, ut litteras disceret. Quo quidem tempore cum Thomas Apamensium episcopus finitimis urbibus denuntiasset, se vivificum crucis lignum quod Apamiæ servabatur, certo die ostensurum esse, deductus est Evagrius a parentibus in eam urbem, et miraculum illud quod tum in Ecclesia factum est, oculis suis spectavit, ut testatur in lib. IV, cap. 26. Id autem contigit anno Christi 540, cum Persæ in Syriam irruptione facta Antiochiam incendissent : quod factum est Justino Juniore consule, ut Marcellinus Comes, et Marius in *Chronico* tradiderunt. Biennio post cum lues inguinaria in Oriente grassari cœpisset, Evagrius adhuc sub ludimagistro litteras discens, ea pestilentia correptus est, ut ipse testatur in cap. 29 lib. IV. Relictis deinde grammaticorum scholis, rhetoricæ operam dedit. Cumque magnos in hac arte progressus fecisset, advocatorum numero ascriptus est. Unde etiam cognomentum retulit Scholastici : quæ vox *causidicum* significat, ut docet Macarius in hom. 15, his verbis : Ὁ θέλων μαθεῖν γράμματα, ἀπέρχεται καὶ μανθάνει τὰ σημεῖα· καὶ ὅταν γένηται ἐκεῖ πρῶτος, ἀπέρχεται εἰς τὴν σχολὴν τῶν Ῥωμαϊκῶν, καὶ ἔστιν ὅλων ἔσχατος. Πάλιν ἐκεῖ ὅταν γένηται πρῶτος, ἀπέρχεται πρὸς τὴν σχολὴν τῶν γραμμάτων, καὶ ἔστι πάλιν ἐκεῖ ὅλων ἔσχατος, ἀχάριος. Εἶτα ὅταν γένηται σχολαστικὸς, ὅλων τῶν δικολόγων ἀχάριος καὶ ἔσχατός ἐστι. Πάλιν ὅταν ἐκεῖ γένηται πρῶτος, τότε γίνεται ἡγεμών. Καὶ ὅταν γένηται ἄρχων, λαμβάνει ἑαυτῷ βοηθὸν τὸν συγκάθεδρον, id est, ut interpretor : *Qui negotia forensia vult discere, abit primum et discit notas. Et postquam ibi primus evaserit, vadit ad scholam Romanorum, et est omnium postremus. Deinde cum hic primus exstiterit, pergit ad scholam pragmaticorum; et hic rursus fit omnium postremus, novitius. Postea cum factus fuerit scholasticus, omnium causidicorum postremus est et novitius. Deinde cum ibi primus evaserit, tum fit præses; et postquam fuerit præses seu rector provinciæ, adjutorem sibi assumit consiliarium sive assessorem.* In Græco textu Macarii emendavi ὁ θέλων μαθεῖν πράγματα, non ut vulgo legitur γράμματα. Porro qua in urbe Evagrius causidicinam exercuerit, incertum est. Suspicor tamen eum Antiochiæ causas egisse : qua in urbe tria erant fora seu tribunalia, ac totidem advocatorum scholæ, ut ex Libanio observavi in meis ad Evagrium Adnotationibus, lib. I, c. 18. Certe Epiphaniæ, quam ejus patriam fuisse supra docuimus, advocatus esse non potuit, cum ea civitas forum judiciarium non haberet, sed causas suas Apamiam deferret, quia in civitate consularis Syriæ Secundæ jus dicebat. Verum ut Antiochiæ potius quam Apamiæ advocatum fuisse credam Evagrium, hæc potissimum ratio facit, quod in ea urbe plurimum versatus est, et uxorem ibi duxit, filiosque ex ea sustulit. Filiam quoque ea in urbe nuptui dedit, ut testatur ipse in libro quarto, capite tricesimo nono. Quæ cum pestilenti morbo exstincta fuisset una cum filio, anno imperatoris Mauricii decimo, Evagrius conjuge ac liberis suis orbatus ad secundas nuptias transiliit, et virginem puellam matrimonii jure in eadem urbe sibi sociavit, uti refert in lib. VI, cap. 8. Ubi etiam testatur universam urbem ea de causa ferias egisse, ac publicam festivitatem, tum in pompa, tum circa thalamum celebrasse. Ex quo obiter apparet, quanta ejus fuerit auctoritas Antiochiæ. Præterea *Historiam* suam scripsit Antiochiæ, ut colligitur ex cap. 20 lib. I. Ubi loquens de profectione Hierosolymitana Eudociæ reginæ, ait eam venisse Antiochiam : χρόνοις ὕστερον ἐπὶ τὴν ἁγίαν ἐπειγομένη πόλιν, ἐνταῦθά τε γίνεται, id est, *quæ diu postea ad sanctam pergens civitatem, huc venit* (Antiochiam scilicet). Degebat igitur Antiochiæ tum cum ista scriberet Evagrius. Hinc est quod Evagrius opera et ædificia publica urbis Antiochiæ tam studiose recenset, ut videre est in lib. I, cap. 18, et lib. III, cap. 28. Quibus in locis non obscure indicat, se, dum ista scriberet, Antiochiæ vixisse. Hinc etiam est, quod terræ motus quibus Antiochia subinde concussa est, tanta cura ac diligentia commemorat : et quod in temporum notatione annis Antiochenorum perpetuo utitur. Denique istud etiam colligitur ex cap. 7, lib. VI, ubi scribit Gregorium patriarcham Antiochenum, cum apud Joannem comitem Orientis accusatus fuisset incesti a quodam argentario, ad imperatorem et ad synodum provocasse. Cumque Constantinopolim pergeret, coram imperatore ac synodo causam suam prosecuturus, Evagrium secum deduxisse, velut assessorem et consiliarium, ut ejus consilio uteretur. Quibus verbis Evagrius satis aperte significat se advocatum et jurisperitum fuisse. Ex horum enim corpore assessores sumi solebant a magistratibus, tam civilibus, quam militaribus. Non solum autem in hoc criminali negotio, verum etiam aliis in causis Gregorius consiliarium habuit Evagrium. Nam cum esset patriarcha Orientalis Ecclesiæ, et innumerabiles quotidie causas disceptare eum oporteret, omnino assessore aliquo opus habuit, qui juris et legum formulas ipsi suggereret. Certe verba Evagrii prorsus significant id quod dixi. Ait enim : Περὶ τούτων οὖν ἐμοῦ παρεδρεύοντος καὶ παρόντος γε αὐτῷ κατὰ τὴν βασιλέως γέγονε, τὴν ἀπολογίαν ὑφέξων. Verum hac de re studiosi pro arbitrio suo judicabunt. Mihi sufficit conjecturam meam lectoribus proposuisse. Cæterum idem Gregorius non solum in judiciis, sed etiam in scribendis epistolis et in relationibus quas ad imperatorem subinde mittebat, in concionibus item et orationibus, ingenio utebatur Evagrii, quemadmodum testatur Evagrius in fine operis sui. Quod quidem volumen cum Evagrius non sine consensu Gregorii patriarchæ in lucem edidisset principatu Tiberii Constantini, quæstoria dignitate ab eodem imperatore donatus est. Nec multo post cum orationem composuisset de laudibus Mauricii

Digitized by Google

Augusti ob natalem Theodosii nobilissimi pueri, codicillos præfecturæ ab eodem Mauricio accepit, ut ipse in Epilogo *Historiæ* suæ testatur. Verba Evagrii sic interpretatus est Christophorsonus : « Pro quibus duos honoris gradus consecuti sumus : quæsturam a Tiberio Constantino, et munus tabularum servandarum, in quibus præfectorum nomina inscribebantur, a Mauricio Tiberio. » Quæ quidem prava interpretatio imposuit Gerardo Vossio et Philippo Labbæo. Nam Vossius quidem in libro *De historicis Græcis*, Christophorsoni vestigiis insistens, ita dicit : « Pro duobus autem hisce libris ait gemino se honore esse affectum. Nam a Tiberio Constantino quæstura fuisse ornatum : sed a Mauricio consecutum esse, ut Tabulis publicis præesset. » Philippus autem Labbæus in *Dissertatione de scriptoribus ecclesiasticis*, versionem Christophorsoni sic interpolavit : « Seque duos honoris gradus ait consecutum : et primum a Tiberio Constantino ad quæsturam evectum ; tum a Mauricio munus adeptum servandarum Tabularum, in quibus non tam nomina, quam ipsa præfectorum acta inscribebantur. » Quanto melius Musculus, qui Evagrii locum ita vertit : « Quarum etiam gratia duas dignitates sumus consecuti : Tiberio Constantino quæstoratum largiente, Mauricio vero Tiberio litteras hyparchicas mittente. » Codicillos præfecturæ voluit dicere, quos Latini etiam litteras appellant, ut jam pridem observavi in Adnotationibus ad Ammianum Marcellinum. Hinc est quod Evagrius in titulo Historiarum suarum, se ἀπὸ ἐπάρχων appellat, eo quod codicillis honorariæ præfecturæ ab imperatore donatus fuisset. Edidit postea idem Evagrius sex libros *Historiæ ecclesiasticæ*, exorsus ab iis temporibus in quibus Theodoritus ac Socrates desierant, id est ab Ephesina synodo in qua damnatus ac depositus est Nestorius, ab anno scilicet Christi 431, eamque ad duodecimum Mauricii imperatoris annum perduxit, qui fuit annus natalis Dominici 594. Certe in lib. III, cap. 33, de Severo Antiochense episcopo loquens, quo tempore ista scribebat, annum Antiochenorum fuisse dicit 641. Cum igitur æra Antiochenorum octo et quadraginta annis natalem Christi antevertat, deductis ex hoc numero annis 48, remanet annus Christi 594. Idem etiam conficitur ex cap. 29, lib. IV, ubi scribit Evagrius, dum ista litteris mandaret, luem illam inguinariam quæ totum orbem pervastavit, annis jam duobus et quinquaginta grassatam esse. Grassari autem cœperat hæc lues biennio post captam a Persis Antiochiam, hoc est anno Christi 542. Cui annorum numero si duos et quinquaginta annos adjeceris, fiet annus Christi 594. Cæterum laudanda est in primis Evagrii diligentia, qui cum *Historiam Ecclesiasticam* scribere aggressus esset, quæcunque ad id argumentum spectabant, ex optimis scriptoribus collegit, puta ex Prisco, Joanne, Zacharia, Eustathio, et Procopio rhetoribus. Stylus quoque ejus non improbandus est. Habet enim elegantiam et venustatem, ut testatur etiam Photius. Sed quod præcipue in Evagrio laudandum est, ex Græcis ecclesiasticæ Historiæ scriptoribus, solus hic rectæ fidei doctrinam integram atque illibatam servavit, ut post Photium observavit Baronius in *Annalibus*. Illud tamen in eo reprehensionem meretur, quod non tantam diligentiam adhibuit in conquirendis antiquitatis ecclesiasticæ monumentis, quantam in legendis profanis scriptoribus. Certe totus fere liber sextus in belli Persici narratione consumitur. Stylus præterea plerisque in locis redundat ac luxuriat, ut recte judicavit Photius in *Bibliotheca*. Cujus περιττολογίας exemplum habes in cap. 2, lib. I, ubi de Nestorio ita dicit : Ἡ θεομάχος γλῶσσα, τὸ Καϊάφα δεύτερον συνέδριον, etc.; et in cap. 3, lib. II, ubi templum Sanctæ Euphemiæ describit quod erat Chalcedone, et aliis in locis quæ studiosus lector per se ipse facile observabit. Porro *Historiam* Evagrii primus omnium Robertus Stephanus Græce edidit ex unico codice ms. bibliothecæ Regiæ, admodum recente, nec valde bono. Pluribus enim in locis mancus est ac mutilus. Nos vero ex duobus mss. optimæ notæ codicibus, *Historiam* Evagrii tot in locis emendavimus ac supplevimus, ut nunc primum edita possit videri. Primus fuit codex Florentinus ex bibliotheca Sancti Laurentii, quem cum editione Genevensi contulit vir clarissimus Michael Erminius, et varias ejus lectiones manu sua descriptas ad me misit. Quo quidem nomine plurimum ei me debere profiteor. Hic codex omnium Evagrii exemplarium optimus est ac vetustissimus. Scriptus est enim in membranis ante annos plus minus quingentos ut mihi retulit αὐτόπτης Emericus Bigotius, vir doctissimus ac de litteris optime meritus : cujus beneficio atque interventu supra memoratas varias lectiones a Michaele Erminio V. C. missas accepi. In eodem codice Florentino ascripta erant in margine scholia quædam non inerudita, quæ nos in Adnotationibus nostris suo loco retulimus. Cæterum monendus est lector, in hoc codice Florentino Socratis Scholastici *Historiam* etiam contineri, cujus variantes lectiones manu sua adnotatas idem Erminius ad me dudum transmisit, ut ante annos quatuor testatus sum in ea Præfatione quam Socratis ac Sozomeni editioni præfixi. Secundus codex depromptus est ex bibliotheca illustrissimi Antistitis Caroli Mauricii Tellerii, Remensis archiepiscopi : non valde vetustus ille quidem ; bonus tamen et docti hominis manu descriptus. Hic codex multis in locis magno nobis adjumento fuit, ut in Adnotationibus nostris subinde ostendimus.

Digitized by Google

VETERUM TESTIMONIA

Ex actione quinta septimæ synodi œcumenicæ, pag. 613.

Ἐκ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Εὐαγρίου, ἐκ τοῦ τετάρτου λόγου. Μετὰ γὰρ τὸ προβαλεῖν τῇ πόλει τὸν Χοσρόην, et cætera quæ habentur in cap. 27, lib. IV.

Ex Bibliotheca *Photii*, *cap.* 29.

Ἀνεγνώσθη Εὐαγρίου Σχολαστικοῦ, ἀπὸ ἐπάρχων, πόλεως δὲ Ἐπιφανοῦς τῆς κατὰ τὴν Κοίλην Συρίαν, *Ἐκκλησιαστικὴ Ἱστορία* ἐν τόμοις ἕξ, ἀρχὴν ποιουμένη τὸ τέλος τῆς Σωκράτους καὶ Θεοδωρίτου Ἱστορίας, καὶ κατιοῦσα μέχρι τῆς βασιλείας Μαυρικίου, ἔτος δωδέκατον ἐν τῇ βασιλείᾳ διανύοντος. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν οὐκ ἄχαρις, εἰ καί πως περιττεύεσθαι ἐνίοτε δοκεῖ· ἐν δὲ τῇ τῶν δογμάτων ὀρθότητι ἀκριβὴς τῶν ἄλλων μᾶλλον ἱστορικῶν. Ἔχει δὲ καὶ χρήσεις περὶ εἰκόνων.

A Lecta est Evagrii Scholastici expræfecti, nati Epiphania urbe Cœlesyriæ, *Ecclesiastica Historia* libris sex : inchoans a fine Socratis et Theodoriti Historiarum, pertingensque ad Mauricii annum duodecimum imperii. Stylus huic non ingratus, tametsi interdum redundare quodammodo videatur. Verum in dogmatum veritate cæteris historicis accuratior est. Habet autem et de imaginibus quædam testimonia.

Nicephorus Callistus in lib. I, *cap.* 1.

Deinceps vero Theodorus lector Byzantius, et Basilius Cilix, et expræfectus Evagrius, superiorum ante ipsos temporum res prætergressi, et tempora sua stylo prosecuti, eorum quos modo diximus Historiis suas conjunxerunt, difficultatem reformidantes. Nonnulli etiam e vita inter scribendum excedentes, institutum opus minime compleverunt. Ipse quidem Evagrius Epiphaniensis, Historiam usque ad Justini ætatem deducit, maxima ex parte res profanas tractans : quarum argumenta et materiam ex Eustathio Syro, Zosimo, Prisco, Joanne, Procopio Cæsariensi, Agathia, qui illis temporibus continua serie insignes fuere oratores, et præterea ex aliis non pœnitendis historicis decerpsit.

Idem in lib. XVI, *cap.* 31.

Quæ vero de Severo Evagrius Epiphaniensis memoriæ mandaverit, verbis hic ejus apponam. Scribit enim ad hunc modum : Et cætera quæ exstant in lib. III Evagrii, cap. 34.

Digitized by Google

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ, ΚΑΙ ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩΝ,

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΙ Ϛ'.

EVAGRII SCHOLASTICI

EPIPHANIENSIS ET EX PRÆFECTIS

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBRI SEX

HENRICO VALESIO INTERPRETE.

EDIDIT GULIELMUS READING CLERI LONDINENSIS BIBLIOTHECARIUS CUM THEODORETI EPISCOPI CYRI HISTORIA ECCLESIASTICA, ITEM ET EXCERPTIS EX HISTORIIS PHILOSTORGII ET THEODORI LECTORIS; CANTABRIGIÆ, CURA CORNELII CROWNFIELD, 1720, IN-FOL.

CAPITULA

Libri primi Historiæ ecclesiasticæ Evagrii Scholastici et ex præfectis, patria Epiphaniensis. Auctor hujus Indicis est Nicephorus Callistus Xanthopulus.

Procemium scriptoris, in quo exponit qua ratione ad scribendam hanc historiam se contulerit.

Cap. I. Quomodo post exitum impii Juliani, cum hæreses paulatim defecissent, iterum diabolus fidem nostram perturbaverit.

II. Quomodo ex concione Anastasii presbyteri, deprehensus sit Nestorius quod Mariam non Deiparam vocaret, sed Christiparam: atque idcirco hæreticus pronuntiatus est.

III. Quid magnus Cyrillus ad Nestorium scripserit, et quomodo tertia synodus Ephesi congregata sit, ad quam Joannes Antiochenus episcopus et Theodoritus tardius accesserunt.

IV. Qualiter Nestorius a synodo depositus sit, cum episcopus Antiochiæ nondum advenisset.

ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ

Τοῦ πρώτου τόμου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Εὐαγρίου Σχολαστικοῦ καὶ ἀπὸ ἐπάρχων, τοῦ Ἐπιφανέως. Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου ὁ πίναξ (a).

Προοίμιον τοῦ συγγραφέως, πῶς ἐπὶ τὸ γράφειν τὴν παροῦσαν πραγματείαν ἐλήλυθεν.

Α'. Εἶτα πρῶτον κεφάλαιον, ὅτι μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ ἀσεβοῦς Ἰουλιανοῦ τῶν αἱρέσεων μικρὸν παυθεισῶν, ὕστερον ὁ πονηρὸς διάβολος τὴν πίστιν πάλιν ἐτάραττεν.

Β'. Ὅπως ἐφωράθη Νεστόριος, δι' Ἀναστασίου τοῦ μαθητοῦ διδάσκοντος, μὴ Θεοτόκον, ἀλλὰ Χριστοτόκον τὴν ἁγίαν καλῶν Θεομήτορα, δι' ἣν αἰτίαν καὶ αἱρετικὸς ὡμολόγηται.

Γ'. Οἷα ὁ μέγας Κύριλλος τῷ Νεστορίῳ ἔγραψε, καὶ ὅπως ἡ τρίτη σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ ἠθροίσθη, ὑστερήσαντος Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείας καὶ Θεοδωρίτου.

Δ'. Ὅπως παρὰ τῆς συνόδου καθηρέθη Νεστόριος, τοῦ Ἀντιοχείας μὴ ἐνδημήσαντος.

VALESII ANNOTATIONES.

(a) *Νικηφόρου Καλλίστου ὁ πίναξ.* Hæc verba desunt in optimo codice illustrissimi antistitis Dionysii Tellerii, Remensis archiepiscopi. Parumque abfuit quin ea ex editione nostra expungerem. Neque enim puto hujus indicis auctorem esse Nicephorum Callistum. Nam cum hic index habeatur in vetustissimo codice Florentino, qui ante quingentos annos exaratus est, ut mihi affirmavit peritissimus ejus rei judex Emericus Bigotius, hujus auctor esse non potest Nicephorus, quippe qui Andronico imperante vixit.

Digitized by Google

Ε'. Ὡς μετὰ πέντε ἡμέρας ἐλθὼν ὁ Ἀντιοχείας Ἰωάννης καθαιρεῖ Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας καὶ Μέμνονα τὸν Ἐφέσου· οὓς ἡ σύνοδος πάλιν ἠθώωσε, καθελοῦσα Ἰωάννην καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ· καὶ ὅπως διὰ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως συμβαίνουσι Κύριλλος καὶ Ἰωάννης, κυρώσαντες ἔτι καὶ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν.

Ϛ'. Περὶ Παύλου τοῦ Ἐμέσης, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐλθόντος· καὶ ἔπαινος Κυρίλλου διὰ τὴν ἐπιστολήν.

Ζ'. Οἷα ὁ δυσσεβὴς Νεστόριος πεπονθέναι περὶ αὐτοῦ γράφει, καὶ ὡς σκώληξι τὴν γλῶτταν τὸ τελευταῖον βρωθεὶς, εἰς Ὄασιν ἀπέρρηξε τὴν ψυχήν.

Η'. Ὡς μετὰ Νεστόριον Μαξιμιανὸς, καὶ μετὰ τοῦτον Πρόκλος, εἶτα Φλαβιανὸς γίνεται.

Θ'. Περὶ τοῦ δυστυχοῦς Εὐτυχοῦς, καὶ ὅπως παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως καθῃρέθη Φλαβιανοῦ, καὶ περὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ δευτέρας λῃστρικῆς συνόδου.

Ι'. Ὅσα παρὰ τοῦ Διοσκόρου καὶ Χρυσαφίου τὸ παράλογον ἐν Ἐφέσῳ συνέδριον διεπράξατο.

ΙΑ'. Ἀπολογία τοῦ συγγραφέως ὑπὲρ τῶν ἐν ἡμῖν διαφορῶν, καὶ κατάγελως τῶν Ἑλληνικῶν ὕθλων.

ΙΒ'. Ὅπως ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος τὴν Νεστορίου αἵρεσιν ἀπελαύνει.

ΙΓ'. Περὶ τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Στυλίτου.

ΙΔ'. Περὶ τοῦ πολλάκις φαινομένου ἀστέρος ἐν τῇ περὶ τὸν κίονα στοᾷ τοῦ ὁσίου Συμεὼν, ὃν ἑωράκει ὁ συγγραφεὺς καὶ ἄλλοι, καὶ αὐτῆς τῆς κεφαλῆς τοῦ ἁγίου.

ΙΕ'. Περὶ τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου, καὶ Συνεσίου τοῦ Κυρήνης ἐπισκόπου.

ΙϚ'. Ὅπως ὁ θεοφόρος Ἰγνάτιος ἐκ Ῥώμης ἀνακομισθεὶς, παρὰ Θεοδοσίου ἐν Ἀντιοχείᾳ κατετέθη.

ΙΖ'. Περὶ Ἀττίλα τοῦ Σκυθῶν βασιλέως, καὶ ὅπως τὰ Ἑῷα καὶ Ἑσπέρια κατέστρεψε· καὶ περὶ τοῦ γενομένου ξένου σημείου, καὶ τῶν ἄλλων ἐν κόσμῳ φοβερῶν σημείων.

ΙΗ'. Περὶ τῶν οἰκοδομιῶν τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ τίνες οἱ ἐργασάμενοι ταύτας.

ΙΘ'. Περὶ πολέμων διαφόρων Ἰταλικῶν, καὶ Περσικῶν, οἳ ἐπὶ Θεοδοσίου γεγόνασι.

Κ'. Περὶ τῆς βασιλίσσης Εὐδοκίας, καὶ Εὐδοξίας τῆς θυγατρὸς, καὶ ὅπως εἰς Ἀντιόχειαν καὶ Ἱεροσόλυμα ἀφίκετο.

ΚΑ'. Ὅτι καλῶς τὰ περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἡ Εὐδοκία διέθηκε, καὶ περὶ διαφόρου βιοτῆς καὶ διαίτης τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μοναχῶν.

ΚΒ'. Ὅσα ἐδείματο ἡ βασιλὶς Εὐδοκία κατὰ Παλαιστίνην, καὶ περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου, ἔνθα καὶ ὁσίως ἐτάφη. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου.

V. Quomodo Joannes Antiochensis episcopus cum post quintum diem advenisset, Cyrillum Alexandriæ et Memnonem Ephesi episcopos destituit: qui mox a synodo innocentes pronuntiati sunt; et Joannes una cum suis depositus: et quomodo Cyrillus ac Joannes interventu imperatoris Theodosii in gratiam redierint, et Nestorii depositionem confirmaverint.

VI. De Paulo Emesæ episcopo qui Alexandriam missus est. Et qualiter Cyrillus Joannis epistolam laudavit.

VII. Quæ et quanta Nestorius se passum esse dicat. Et quomodo lingua tandem vermibus erosa, apud Oasim insulam perierit.

VIII. Quomodo post Nestorium Maximianus, et post hunc Proclus, deinde Flavianus episcopi facti sint.

IX. De infortunato Eutyche: et quomodo a Flaviano episcopo depositus est, et de latrocinali synodo Ephesina secunda.

X. Quæ per Dioscorum et Chrysaphium gesta sint in illegitimo concilio Ephesino.

XI. Defensio varietatis opinionum quæ sunt apud Christianos, et derisio fabularum gentilium.

XII. Quomodo imperator Theodosius hæresim Nestorii profligavit.

XIII. De sancto Symeone Stylita.

XIV. De Stella quæ sæpe cernitur in porticu juxta columnam Symeonis, quam scriptor hic et alii complures viderunt: et de capite ejusdem sancti Symeonis.

XV. De sancto Isidoro Pelusiota et Synesio Cyrenarum episcopo.

XVI. Quomodo divinus Ignatius ab urbe Roma deportatus, Antiochiæ depositus sit ab imperatore Theodosio.

XVII. De Attila Hunnorum rege: et quomodo Orientis et Occidentis provincias vastaverit: item de horrendo terræ motu, aliisque terribilibus signis quæ toto orbe contigerunt.

XVIII. De operibus publicis Antiochiæ et eorum conditoribus.

XIX. De variis bellis quæ tum in Italia tum in Perside gesta sunt regnante Theodosio.

XX. De Eudocia Augusta, deque ejus filia Eudoxia: et quomodo Eudocia Antiochiam venerit, et Hierosolymam ingressa sit.

XXI. Quod Eudocia Augusta Hierosolymis multa præclare gessit; et de discrepante vita et conversatione monachorum Palæstinæ.

XXII. De operibus ab Eudocia Augusta in Palæstina ædificatis, et de ecclesia sancti Stephani protomartyris, in qua religiose sepulta est. Item de morte imperatoris Theodosii.

Digitized by Google

ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

LIBER PRIMUS.

249 *Proœmium scriptoris, in quo exponit qua ratione ad scribendam hanc historiam se contulerit.*

A *Προοίμιον τοῦ συγγραφέως, πῶς ἐπὶ τὸ γράφειν τὴν παροῦσαν πραγματείαν ἐλήλυθεν.*

Eusebius Pamphili, vir cum in aliis rebus disertissimus, tum in scribendo tantum valens, ut possit lectores suos, si non perfecte orthodoxos efficere, ita tamen impellere, ut nostra libenter amplectantur : Eusebius, inquam, Pamphili, et Sozomenus, ac Theodoritus et Socrates, benignissimi Servatoris nostri adventum in terras, ejusque ascensum in cœlum ; tum ea quæ a divinis apostolis et a fortissimis martyribus pro fide certantibus præclare sunt gesta : quidquid præterea, aut laude, aut vituperatione dignum actum est a nostris usque ad principatum Theodosii, omnium optime ac diligentissime scriptis prodiderunt. Sed quoniam ea quæ posthæc B consecuta sunt, haudquaquam illis inferiora, nullus adhuc persequi aggressus est ; ego, licet in ejusmodi rebus parum exercitatus, laborem hunc suscipere, et historiam earum rerum contexere decrevi. Etenim eo, qui piscatoribus sapientiam indidit, et qui ex bruti animalis lingua articulatam vocem expressit, adjuvante, confido me res oblivione intermortuas excitaturum, et oratione mea vitam eis redditurum, et immortalitatem donaturum esse commemoratione hominum sempiterna : quo a singulis **250** cognosci possit, quid et quando ; ubi locorum, et quomodo : adversus quos, et a quibus ad nostra usque tempora sit gestum : nihilque eorum quæ C memoria digna sunt, per mollem ac solutam desidiam, perque oblivionem quæ desidiæ proxima est, inde scribendi sumam exordium, ubi viri superius a me commemorati historiæ suæ finem fecere.

Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου (ἀνὴρ δὴ ἐς τὰ μάλιστα λόγιος ὁ Παμφίλου τά τε ἄλλα, καὶ ὥστε πείθειν οἷός τε εἶναι τοὺς ἐντυγχάνοντας θρησκεύειν τὰ ἡμέτερα, εἰ καὶ μὴ λίαν ἀκριβεῖς οἷδε ποιεῖν [1]) · Εὐσεβίῳ τε οὖν τῷ Παμφίλου, Σωζομένῳ τε καὶ Θεοδωρίτῳ, καὶ Σωκράτει, ἄριστα πάντων πεπόνηται, ἥ τε ἐς ἡμᾶς ἄφιξις τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, ἥ τε ἐς οὐρανοὺς ἀνάβασις, ὅσα τε τοῖς θεσπεσίοις ἀποστόλοις, ἀτὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις μάρτυσι διαθλεύουσι κατώρθωτο, ἤ εἴ τι καὶ ἄλλο ἀξιόλογον ἡμῖν, ἤ καὶ τηνάλλως ἔχον πέπρακται, μέχρι τινὸς μέρους (2) τῆς Θεοδοσίου βασιλείας. Ἐπειδὴ δὲ τὰ ἐξῆς οὐ πολλῷ τούτων ἀποδέοντα, οὐδενός πω καθ' εἱρμὸν (a) τετύχηκε λόγου · ἔδοξέ μοι, εἰ καὶ μὴ δεινὸς ἐγὼ τὰ τοιαῦτα, τὸν ὑπὲρ τούτων ἀνελέσθαι πόνον, συγγραφήν τε ταῦτα ποιήσασθαι, εὖ μάλα πιστεύσαντι, τῷ καὶ ἁλιέας σοφίσαντι, καὶ γλῶσσαν ἄλογον ἐς ἔναρθρον εὐφωνίαν κινήσαντι, ἀναστῆσαί τε τὰς ἤδη τῇ λήθῃ τεθνηκυίας πράξεις, ψυχῶσαί τε τῷ λόγῳ, καὶ ἀπαθανατῆσαι[1] τῇ μνήμῃ · ὡς ἂν ἔχοι τῶν ἐντυγχανόντων ἕκαστος μέχρις ἡμῶν εἰδέναι, τί τε καὶ ὅτε, καὶ ὅποι, καὶ ὅπως, καὶ πρὸς οὓς καὶ παρ' ὧν ἐγένοντο, καὶ μηδὲν τῶν τῆς μνήμης ἀξίων διαλάθοι ὑπὸ τῇ ἀνειμένῃ καὶ ἐκλύτῳ ῥᾳθυμίᾳ, καὶ τῇ ταύτης ἀγχιθύρῳ λήθῃ κρυπτόμενον. Ἄρξομαι δὲ, τῆς θείας ἡγουμένης ροπῆς, ὅθεν οἱ λελεγμένοι μοι τὴν ἱστορίαν ἀπέλιπον.

Divino igitur fretus auxilio, abditum delitescat. Divino igitur fretus auxilio, abditum delitescat. Divino igitur fretus auxilio, abditum delitescat.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Ὅτι, μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ ἀσεβοῦς Ἰουλιανοῦ, τῶν αἱρέσεων μικρὸν παυθεισῶν, ὕστερον ὁ πονηρὸς διάβολος τὴν πίστιν πάλιν ἐτάραττεν.

Ἄρτι τῆς Ἰουλιανοῦ δυσσεβείας τοῖς τῶν μαρτύρων αἵμασι κατακλυσθείσης, καὶ τῆς Ἀρείου μανίας συνδεθείσης ταῖς ἐν Νικαίᾳ χαλκευθείσαις πέδαις, Εὐνομίου τε αὖ καὶ Μακεδονίου ὑπὸ τοῦ παναγίου Πνεύματος κατὰ τὸν Βόσπορον ἐκβρασθέντων (3), καὶ πρὸς τῇ Κωνσταντίνου ἱερᾷ θραυσθέντων πόλει, ἤδη τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας τὸν πρόσφατον ἀποθεμένης ῥύπον, καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἐπαναγομένης εὐπρέπειαν, ἐν ἱματισμῷ τε [a] διαχρύσῳ περιβεβλημένης πεποικιλμένῃ, τῷ τε ἐραστῇ Νυμφίῳ συναρμοζομένης, οὐκ ἐνεγκὼν ὁ μισόκαλος δαίμων, ξένον τινὰ καὶ ἀλλόκοτον ἡμῖν ἐπανίστησι πόλεμον· τὴν τε πεπατημένην εἰδωλολατρείαν περιφρονήσας, καὶ τὴν δουλικὴν Ἀρείου μανίαν παραγκωνισάμενος [b]· καὶ προσβαλεῖν μὲν ὡς ἐχθρὸς τῇ πίστει δέδοικεν, ὑπὸ τοσούτων ἁγίων Πατέρων πυργωθείσῃ, καὶ τὰ πολλὰ τῆς δυνάμεως ἐν τῇ ταύτης πολιορκίᾳ παρῃρημένος· λῃστρικῶς δὲ τὸ πρᾶγμα μέτεισι, πεύσεις τινὰς, ἀποκρίσεις τε αὖ μηχανώμενος, πρὸς Ἰουδαϊσμὸν καινοπρεπῶς ἐπανάγων τὸ πλανώμενον, οὐ συνιεὶς καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἥτταν ὁ δείλαιος. Ὃ γὰρ πρότερον μόνον ἀντίπαλον εἶχε (4), νῦν τέθηπέ τε καὶ περιπτύσσεται· καὶ οὐκ εἰ τοῦ παντὸς ἐξώσει γε φρυαττόμενος, ἀλλ' εἰ καὶ λέξιν τινὰ παραχαράττειν οἷός τε γένοιτο. Πολλάκις δὲ τῇ ἑαυτοῦ ἰλυσπώμενος κακίᾳ, καὶ γράμματος ἐναλλαγὴν ἐτέχνασε (5), πρὸς μὲν τὴν αὐτὴν ἕλκοντος διάνοιαν· ὅπως δὲ τὴν γνώμην τῆς γλώσσης ἀπομερίσῃ, ἵνα μὴ τὴν αὐτὴν ὁμολογίαν τε καὶ δοξολογίαν ὁμοφρόνως [c] ἄμφω τῷ Θεῷ προσάγοιεν. Ὅπως δὲ τούτων ἕκαστον ἐπράχθη, καὶ ὅποι τετελεύτηκεν, ἐν τοῖς ἰδίοις παραθήσομαι καιροῖς, παρυφαίνων εἴ τι καὶ ἄλλο πάρεργον μὲν, ἱστορίας δὲ ἄξιον ἐξευρεῖν δυνηθείην, τὴν ἱστορίαν ἀποτιθέμενος [d] (6) ἔνθα τῷ φιλανθρώπῳ παρασταίη Θεῷ.

CAP. I.

Quomodo post exitum impii Juliani, cum hæreses paulatim defecissent, iterum diabolus fidem nostram perturbaverit.

Cum Juliani impietas martyrum sanguine jam submersa esset, et Arii vesania fabricatis apud Nicæam compedibus astricta: Eunomius quoque ac Macedonius a sancto Spiritu quasi vento quodam expulsi, circa Bosporum, et ad sacram urbem Constantinopolim fracti obrutique essent: cum jam sacrosancta Ecclesia recenti sordium squalore deposito, pristinum decorem recuperaret, et amictu aurato ac variegato induta, cœlesti Sponso atque amatori desponderetur: id moleste ferens dæmon virtutis inimicus, novum quoddam et inusitatum belli genus adversus nos excitavit: simulacrorum cultum qui jam oppressus jacebat, et servilem Arii vesaniam despectui habens. Ac fidem quidem nostram aperte, ut hostis, oppugnare veritus est, quippe quæ tot ac tantorum patrum copiis munita esset, adeo ut ipse in ea oppugnanda maximam partem suarum virium amisisset. Sed magis latronum more id agere aggressus est, interrogationes quasdam ac responsiones commentus, quibus errantes ad Judaismum novo more traduceret. Nec intellexit miser, etiam inde se vincendum esse. Nam quod unum antea maxime impugnabat, id nunc miratur atque amplectitur: exsultans ac triumphans gaudio, si non ex universo nos depulerit, sed vel unam dictionem adulterare potuerit. Ac sæpenumero sua se involvens malitia, unius litteræ immutationem commentus est, quæ ad eumdem quidem duceret sensum; intelligentiam tamen a lingua disjungeret: ne utraque Patrem et Filium uno eodemque modo confiterentur et glorificarent. Porro qua ratione singula ista perpetrata sint, et quem exitum habuerint, suo loco ac tempore exponemus. Attexam præterea quidquid memoratu dignum reperire potuero, licet ab instituto nostro alienum esse videatur: finem scribendi facturus, ubi divino Numini placuerit.

VARIÆ LECTIONES.

[a] add. καί. [b] καταγκωνισάμενος. [c] ὁμοφώνως. [d] ἀποθέμενος.

VALESII ANNOTATIONES.

(3) *Ἐκβρασθέντων.* Christophorsonus et Savilius emendarunt ἐκβιασθέντων. Sed longe rectior est scriptura quam exhibet codex Florentinus et Tellerianus, ἐκβρασθέντων. Metaphora est a naufragis qui tempestatis vi abripiuntur. Spiritum autem sanctum vento cuidam comparat Evagrius, cujus vi expulsi Eunomius ac Macedonius, tandem Constantinopoli naufragium fecerunt, damnati scilicet in synodo Constantinopolitana.

(4) *Ὃ γὰρ πρότερον μόνον ἀντίπαλον εἶχε.* Intelligit vocem *consubstantialis* quod Græci ὁμοούσιον dicunt. Hanc enim vocem malignus dæmon præcipue impugnavit, utpote quæ everriculum esset omnium hæreseon, et rectæ fidei firmissimum propugnaculum.

(5) *Γράμματος ἐναλλαγὴν ἐτέχνωσε.* Mallem scribere ἐτέχνασε, ut legitur in codice Telleriano. Porro obscurum est quodnam hic vocabulum designet Evagrius. Posset quidem intelligi τὸ ὁμοιούσιον. Sed quoniam in hoc vocabulo est potius adjectio unius litteræ quam immutatio, intelligendæ sunt potius præpositiones illæ ἐξ et ἐν, quæ ob hæresim Eutychianam maximos motus excitaverunt, cum alii ex duabus naturis, alii in duabus Christum adorandum esse dicerent.

(6) *Τὴν ἱστορίαν ἀποτιθέμενος.* Hic locus non caret difficultate. Musculus quidem ita vertit: *Ubi absolutam hanc historiam benigno Deo commendavero.* Verum hæc interpretatio ferri non potest. Itaque Christophorsonus aliter interpretatus est, hoc scilicet modo. *Ibique finem scribendi faciam, ubi Deo clementi ac propitio visum fuerit.* Sed neque hæc interpretatio mihi penitus satisfacit. Primo enim Evagrius non dicit ἀποθησόμενος, sed ἀποτιθέμενος in præsenti. Deinde ἀποτίθεσθαι τὴν ἱστορίαν pro finire historiam, nusquam memini le-

Digitized by Google

251 CAP. II.

Quomodo ex concione Anastasii presbyteri deprehensus sit Nestorius, quod Mariam non Deiparam vocaret, sed Christiparam : atque idcirco hæreticus pronuntiatus sit.

Quandoquidem Nestorius[1], lingua illa Deo inimica, alterum Caiaphæ concilium, officina blasphemiæ, in qua condicto pretio iterum venditur Christus, divisis atque discerptis ejus naturis, cui ne in ipsa quidem cruce ullum ex ossibus fuerat comminutum, sicuti scriptum est[2], nec tunica illa textilis a Deicidis discerpta fuerat; ille, inquam, Nestorius vocem quidem Deiparæ quæ a multis probatissimis Patribus, sancti Spiritus afflatu fabricata fuerat, rejecit ac repudiavit : Christiparæ autem vocabulum, tanquam adulterinam monetam, a se cusum atque efformatum vice illius supposuit; et innumeris bellis Ecclesiam replevit, civili sanguine eam inundans, materiam nequaquam mihi defuturam esse spero ad historiam apte et concinne disponendam, meque eam ad exitum usque perducturum esse, si opitulante Christo qui super omnia est Deus, ab impiissimi Nestorii blasphemia exorsus fuero. Porro Ecclesiarum bellum hinc originem sumpsit. Fuit quidam Anastasius presbyter, haud

A

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὅπως ἐφωράθη Νεστόριος, δι' Ἀναστασίου τοῦ μαθητοῦ Διδάσκοντος, μὴ Θεοτόκον, ἀλλὰ Χριστοτόκον τὴν ἁγίαν καλῶν Θεομήτορα, δι' ἣν αἱρετικὸς ὡμολόγηται.

Ἐπειδή γε Νεστόριος (*b*), ἡ θεομάχος γλῶσσα, τὸ Καϊάφα δεύτερον συνέδριον, τὸ τῆς βλασφημίας ἐργαστήριον, ἐν ᾧ πάλιν Χριστὸς συμφωνεῖται (7) τε καὶ πιπράσκεται, τὰς φύσεις διαιρούμενός τε καὶ σπαραττόμενος, ὁ μηδὲ ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ ὀστοῦν ὅλως συντριβείς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἢ τὸν ὑφαντὸν διόλου χιτῶνα παρὰ τῶν Θεοκτόνων περιῤῥαγείς, τὴν μὲν *Θεοτόκος* φωνὴν ὑπὸ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἤδη χαλκευθεῖσαν διὰ πολλῶν ἐγκρίτων Πατέρων, ἐξώθησέ τε καὶ ἀπεβάλετο · τὴν δὲ *Χριστοτόκος* παραχαράξας, ἀντεχάλκευσέ τε καὶ ἀνετύπωσε · μυρίων τε αὖ πολέμων τὴν Ἐκκλησίαν ἐνέπλησεν, αἵμασιν ἐμφυλίοις ταύτην ἐπικλύσας · δοκῶ μὴ ἀπορήσειν πρὸς εὔλογον διασκευὴν τῆς ἱστορίας καὶ τῆς ταύτης τελευτῆς καταντήσειν, εἴ γε προοιμιασθείη, Χριστοῦ τοῦ ἐπὶ πάντων συνεργοῦντος Θεοῦ, ἐκ τῆς Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς βλασφημίας. Ἤρξατο δὲ ὁ τῶν Ἐκκλησιῶν πόλεμος ἐνθένδε · Ἀναστάσιός (*8*) τις πρεσβύτερος, τὴν γνώμην κακόδοξος, Νεστορίου καὶ τῶν Νεστορίου Ἰουδαϊκῶν δογμάτων διάπυρος

B

[1] *Socr. l.* VII, *cap.* 32. [2] Joan. XIX, 23.

VALESII ANNOTATIONES.

gere. Ἀποτίθεσθαι proprie dicitur recondere : unde ἀποθήκη est cella promptuaria. Sumitur etiam pro deponere humi vel in monumento. Hesychius in Lexico ἀπόθετος inquit, ὁ κείμενος. Idem Hesychius ἀποτίθεσθαι significare ait ἐκτίθεσθαι. Quæ quidem significatio priori contraria est. Occultare enim, et edere seu promulgare, inter se contraria sunt. Malim igitur hunc Evagrii locum ita interpretari : *Historiam editurus, quando clementi placuerit Deo.* Si quis tamen Christophorsoni versionem præferat, non magnopere repugnabo. Certe Evagrius in cap. 7. τὸν βίον ἀπέθετο dixit pro *finire*. In cap. tamen decimo tertio hujus libri hoc verbum usurpat Evagrius pro *referre* seu *exponere*. Sic enim ait : Γέγραφε δὲ καὶ λογίως ἀπέθετο, etc. Et in cap. 11 ἀπετέθη eodem sensu ponitur pro ἐξετέθη. Item initio libri secundi ἀποθώμεθα dicit pro ἐκθώμεθα.

(7) *Ἐν ᾧ πάλιν Χριστὸς συμφωνεῖται.* Mirum est in hujus loci interpretatione lapsos esse ambos interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit : *Officina blasphemiæ, in qua rursus ad judicium vocatur et venditur Christus*, Christophorsonus vero interpretatur hoc modo : *Qui blasphemiæ officinam, in qua Christus denuo trucidatur et divenditur, instruxit.* Neuter bene. Nam nec ad judicium vocari convenit officinæ : Nec συμφωνεῖται Græce dicitur. Miror certe Henricum Savilium, qui hanc Christophorsoni ineptissimam emendationem ad marginem sui codicis ascripserit. Vertendum erat *Officina blasphemiæ, in qua pactum initur de Christo, et pretio venditur Christus. Nam* συμφωνῶ proprie est paciscor, et σύμφωνον pactum conventum, pactio, ut legitur in veteribus Glossis. Quod verbum sæpius occurrit in libris Jurisconsultorum Græcorum.

(8) *Ἀναστάσιος.* Erat hic Anastasius syncellus Nestorii episcopi Constantinopolitani; ut testatur Theophanes in *Chronico* et Anastasius Bibliothecarius. Habebant enim patriarchæ syncellos, quos sibi eligebant ex ordine presbyterorum, id est concellaneos seu cohabitatores. Sic in epistola synodi Constantinop. ad Hormisdam papam de electione Epiphanii patriarchæ Constantinopolitani, quam refert Baronius anno Christi 520, inter legatos missos a synodo nominatur Heraclianus presbyter sanctæ majoris Ecclesiæ, et cohabitator Epiphanii patriarchæ. [Sic etiam Augustinus in Sermone 2^do^ ad populum Hipponensem *De vita et moribus clericorum* suorum, cohabitatores suos vocat clericos qui cum ipso manebant in domo episcopi.] Ipse quoque Epiphanius prius presbyter ac syncellus fuerat Joannis patriarchæ CP. ut testatur Dioscorus in epistola ad Hormisdam papam. Denique Joannes, presbyter quoque ac syncellus fuerat Timothei patriarchæ CP. ut docet Victor Tunonensis in *Chronico*, Agapeto V. C. Cos. *Timotheus CP. episcopus obtrectator synodi Chalcedonensis, quinta die Aprilis occubuit, et Joannes Cappadox in cella propria atque presbytero episcopatum tradidit*, Scribe meo periculo, *Et Joanni Cappadoci syncello proprio atque presbytero*, etc. Nihil certius hac emendatione. Erant etiam syncelli ex ordine diaconorum. Sic in actione tertia concilii Chalcedonensis, Agorastus quidam diaconus dicitur syncellus Dioscori episcopi Alexandrini. Exstat denique apud Ennodium præceptum, quando omnes episcopi jussi sunt cellulanos habere. In quo ita legitur : *Nullum ergo sacerdotem antiquis et modernis legibus obsequentem, nullumque Levitarum, sine bene probata volumus quocunque loci manere persona. Vel quem substantiæ exilitas non permiserit habere consortem, ipse concellaneus fiat alterius.* Non soli igitur patriarchæ syncellos habuerunt. Certe Stephanus syncellus Syncletici Tarsensis episcopi memoratur ab Ephremio apud Photium.

VARIORUM.

(*b*) *Νεστόριος.* De Nestorio vid. Socr. lib. VII, cap. 29; de Anastasio Socr. lib VII, cap. 32; de voce Θεοτόκος ibid. c. 32; de synodo I Ephesina, ibid. c. 34.

Digitized by Google

ἐραστὴς, ὃς καὶ συνέκδημός οἱ γέγονε πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἀπαίροντι, ὅτε καὶ Θεοδώρῳ κατὰ τὴν Μοψουεστίαν συντυχὼν ὁ Νεστόριος, τῆς εὐσεβείας παρετράπη, τῶν ἐκείνου διδαγμάτων ἀκροασάμενος, ὡς Θεοδούλῳ (9) περὶ τούτων ἐπιστολικῶς γέγραπται, τὰς διαλέξεις τῷ φιλοχρίστῳ λεῷ ποιούμενος ἀνὰ τὴν Ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως, ἀναφανδὸν ἐτόλμησεν εἰπεῖν· Θεοτόκον τὴν Μαρίαν καλείτω μηδείς. Μαρία γὰρ ἄνθρωπος ἦν· ὑπὸ ἀνθρώπου δὲ Θεὸν τεχθῆναι ἀδύνατον. Πρὸς ταῦτα τοῦ φιλοχρίστου λεὼ δυσχεράναντος, καὶ βλασφημίαν εἰκότως ἡγουμένου τὴν διάλεξιν, Νεστόριος ὁ τῆς βλασφημίας καθηγητὴς, οὐ μόνον οὐ διεκώλυσεν, οὐδὲ τοῖς ὀρθοῖς προσετίθετο δόγμασι· ἀλλὰ καὶ μάλα ἀτεχνῶς τοῖς εἰρημένοις Ἀναστασίῳ τὴν ῥοπὴν ἐδίδου, φιλονεικότερον ἐν τοῖς περὶ τούτων ἐνιστάμενος. Καί που καὶ ἰδίας παρεντιθείς τε καὶ παρεγγράφων δόξας, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς ἰὸν ἀπερευγόμενος, βλασφημότερα διδάσκειν ἐπειρᾶτο· ὥστε κατὰ τῆς ἰδίας κεφαλῆς ἐπιφθέγγεσθαι· Τὸ γενόμενον [a] διμηναῖον, ἢ τριμηναῖον, οὐκ ἂν Θεὸν ὀνομάσαιμι· ὡς τὰ περὶ τούτων Σωκράτει τε καὶ τῇ ἐν Ἐφέσῳ προτέρᾳ συνόδῳ σαφῶς ἱστόρηται.

A quaquam sanæ fidei; Nestorii ejusque Judaicorum dogmatum fautor acerrimus; qui etiam **252** Nestorium ad episcopatum urbis Regiæ proficiscentem fuerat comitatus; quo quidem tempore Nestorius apud Mopsuestiam congressus cum Theodoro, audita illius doctrina, a recta pietate deflexit, sicut in Epistola quadam de his rebus agens scribit Theodulus. Hic igitur Anastasius cum in Ecclesia Constantinopolitana sermonem haberet ad populum Christi amantem, ausus est palam ac diserte dicere: Mariam nemo Deiparam vocet; nam Maria homo fuit. Fieri autem non potest, ut ex homine nascatur Deus. Iis auditis, cum populus Dei graviter commotus esset, et sermonem illum, uti par erat, blasphemiam duceret, Nestorius auctor illius blas- B phemiæ, non modo Anastasium non prohibuit, nec rectæ sanæque doctrinæ patrocinium suscepit; verum iis quæ ab Anastasio dicta erant, aperte robur addidit, in hujusmodi disputationibus pervicaciter insistens. Interdum etiam propria interserens atque intexens dogmata, et reconditum mentis suæ virus effundens, adhuc pejora et magis impia docere conatus est. Adeo ut in suam ipsius perniciem hæc diceret: Ego illum qui bimestris ac trimestris factus est, nunquam Deum appellaverim; quemadmodum a Socrate, et in Actis prioris Ephesinæ synodi perspicue relatum est.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Οἷα ὁ μέγας Κύριλλος τῷ Νεστορίῳ ἔγραψε, καὶ ὅπως ἡ τρίτη σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ ἠθροίσθη, ὑστερήσαντος Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ Θεοδωρίτου.

CAP. III.

Quid magnus Cyrillus ad Nestorium scripserit, et quomodo tertia synodus Ephesi congregata sit, ad quam Joannes Antiochenus episcopus et Theodoritus tardius accesserunt.

Ὧν ἐπειδὴ Κύριλλος ὁ τῆς ἀοιδίμου μνήμης ἐπισκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων, δι' οἰκείων ἐπελαμβάνετο συλλαβῶν, Νεστόριός τε αὖ τούτοις ἀντέπιπτε, καὶ οὐδὲ τοῖς Κυρίλλῳ, οὐδὲ τοῖς Κελεστίνῳ [b] τῷ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπῳ γραφεῖσιν ἐπείθετο (10)· τὸν δὲ ἴδιον ἔμετον κατὰ πάσης ἐξέχεε τῆς Ἐκκλησίας, μηδὲν εὐλαβούμενος· εἰκότως ἐδέησε νεύμασι τοῦ νέου Θεοδοσίου τὰ σκῆπτρα τῆς Ἑῴας διέποντος, τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην [c] σύνοδον ἁλισθῆναι· γραμμάτων βασιλικῶν (11) γενομένων πρός τε Κυρίλλον καὶ τοὺς ἁπανταχῆ τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν προεστηκότας· ὃς κυρίαν τῆς συνελεύσεως ἀπέφηνε

C Quæ cum Cyrillus Alexandrinorum episcopus, vir celeberrimi nominis, per litteras suas reprehendisset, iisdemque respondisset Nestorius, ac neque iis quæ a Cyrillo, neque his quæ a Cœlestino senioris Romæ episcopo scripta erant acquiesceret, sed nihil veritus, adversus universam Ecclesiam proprium virus evomeret; merito Cyrillus petiit a Theodosio qui tunc Orientis imperium administrabat, ut ejus mandato prima synodus Ephesi congregaretur, imperialibus litteris, tum ad Cyrillum ipsum, tum ad omnes ubique sanctissimarum Ecclesiarum episcopos missis. Igitur Theodosius syno-

VARIÆ LECTIONES.

[a] λεγόμενον. [b] τῷ Καιλεστίνῳ. [c] τρίτην.

VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Θεοδούλῳ.* Hujus Theoduli nullam alibi mentionem reperi. Nam quod Nicephorus in cap. 32 lib. XIV eum nominat, id haustum est ex fontibus Evagrii nostri. Videtur tamen hic esse Theodulus presbyter in Cœlesyria, qui regnante Zenone Augusto multa scripsit, ut testatur Gennadius Massiliensis, et Marcellinus Comes in Chronico.

(10) *Ἐπισκόποις ἐπείθετο.* Hunc locum ex optimo codice Florentino restitui, adjecto uno verbo quod ab antiquariis perperam emissum fuerat. Quod quidem idcirco admonendum esse duxi, ut sciant lectores nihil a nobis additum esse aut immutatum, nisi ex ejus præstantissimi codicis auctoritate. Porro cum Flor. codice consentit codex Tellerianus.

(11) *Γραμμάτων βασιλικῶν.* Exstat epistola Theodosii Junioris, quam vulgo sacram vocabant. Sic D enim eam appellat Theodosius ipse in epistola ad synodum Ephesinam. In versione quidem Latina hujus epistolæ titulus ita concipitur. *Sacra imperatoria, missa Alexandriam ad Cyrillum episcopum et episcopos metropolitanos ejus regionis.* Verum Græca aliud sonant, quæ sic habent, θεῖον γράμμα ἀποσταλὲν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς κατὰ χώραν τῶν μητροπόλεων ἐπισκόποις. Id est: *Sacra epistola missa Alexandriam ad Cyrillum et ad omnes ubique metropolitanos episcopos; κατὰ χώραν* enim, idem valet ac καθ' ἑκάστην χώραν. Idque confirmat ipse Theodosius in eadem epistola, ubi dicit scripsisse se eodem exemplo πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ τῶν μητροπόλεων ἐπισκόπους. Evagrius autem noster pro eodem dicit: Γραμμάτων βασιλικῶν γενομένων πρός τε Κύριλλον καὶ τοὺς ἁπανταχῆ τῶν Ἐκκλησιῶν προεστηκότας.

Digitized by Google

dum indixit die sanctæ Pentecostes, quo die vivificus Dei Spiritus in nos descendit. Ac Nestorius quidem, eo **253** quod Ephesus haud procul abest Constantinopoli, primus illic adfuit. Cyrillus quoque una cum provincialibus episcopis, ante præstitutum diem advenit. Joannes vero Antiochensis episcopus, una cum suis ad constitutum diem non adfuit : non tamen sua sponte, sicut multis videtur dum moram suam excusat : sed propterea quod episcopos provinciæ suæ citius colligere non potuerat. Quippe urbes quæ sub illo erant, ab urbe Antiochia quæ nunc Theopolis dicitur, homini quidem expedito distant duodecim dierum itinere : aliis vero amplius etiam quam duodecim. Ephesus autem distat ab urbe Antiochia itinere dierum triginta. Proinde affirmabat Joannes se ad constitutum diem occurrere non potuisse, quando episcopi quos secum habebat, Dominicam illam quæ nova vulgo dicitur, in suis sedibus celebrassent.

A τὴν ἁγίαν Πεντηκοστὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τὸ ζωοποιὸν ἡμῖν ἐπεφοίτησε Πνεῦμα (12). Καὶ Νεστόριος μὲν, οὐ μακρὰν τῆς Ἐφέσου διεστώσης τῆς Κωνσταντίνου, φθάνει πάντως. Καὶ Κύριλλος δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν, πρὸ τῆς ἐπαγγελθείσης ἡμέρας ἀπηντήκασιν. Ἰωάννης δὲ ὁ τῆς Ἀντιοχέων πρόεδρος, σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀπελείφθη τῆς ὁρισθείσης ἡμέρας, οὔτε ἑκὼν, ὡς πολλοῖς ἀπολογούμενος δοκεῖ* (13)· ἀλλ' ὅτι μὴ ἀγεῖραι τάχιστα τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐδυνήθη, διισταμένων τῶν αὐτῶν πόλεων τῆς πάλαι μὲν Ἀντιόχου, νυνὶ δὲ Θεοῦ προσαγορευομένης πόλεως, ὁδὸν ἀνδρὶ εὐζώνῳ ἡμερῶν δυοκαίδεκα, τισὶ δὲ, καὶ πλέον· διεστώσης δὲ καὶ τῆς Ἐφεσίων ἐκ τῆς Ἀντιόχου ὁδὸν ἡμερῶν μάλιστα τριάκοντα· ἐνισχυριζόμενος μὴ ποτε ἂν αὐτὸν φθῆναι τὴν κυρίαν, εἰ τὴν καλουμένην νέαν B Κυριακὴν (14) οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἀνὰ τοὺς οἰκείους ἐπετέλεσαν θρόνους.

CAP. IV.

Qualiter Nestorius a synodo depositus sit, cum episcopus Antiochiæ nondum advenisset.

Elapsis igitur diebus quindecim ultra præstitutum diem, episcopi qui ad id convenerant, quasi orientales omnino venturi non essent, aut certe post longi temporis moram; in unum coeunt, divino Cyrillo Cœlestini quoque Romanæ urbis, uti supra

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Ὅπως παρὰ τῆς συνόδου καθῃρέθη Νεστόριος, τοῦ Ἀντιοχείας μὴ ἐνδημήσαντος.

Ὡς οὖν ἡ κυρία παρῴχηκεν ἡμέρας πεντεκαίδεκα, οἱ ἐπὶ τοῦτο συναθροισθέντες, ὡς οὐ φθησομένων τῶν Ἀνατολικῶν, ἢ εἰ καὶ φθαῖεν, μετὰ πολλοῦ χρόνου τριβὴν ἀλίζονται, Κυρίλλου τοῦ θεσπεσίου διέποντος καὶ τὸν Κελεστίνου τόπον (15), τὴν ἐπι-

VARIÆ LECTIONES.

* C. C'. δεικνύει.

VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Ἡμῖν ἐπεφοίτησε Πνεῦμα.* Vox ἡμῖν displicuit Nicephoro. Itaque loco illius substituit hæc verba : *τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις.* Sed nihil opus erat emendatione. Nam vox ἡμῖν hoc loco ponitur pro Ecclesia Dei, quæ tunc temporis in apostolis residebat. Antea quidem Spiritus sanctus descenderat in Mariam, tunc cum illa Filium Dei concepit : et postea in Christum, quando Christus baptizatus est in Jordane. Verum speciali privilegio id tunc illis contigit. Die vero Pentecostes Spiritus sanctus primum descendit in Ecclesiam Dei per apostolos, siquidem apostoli eumdem Spiritum quem tunc acceperant, postea successoribus suis per impositionem manuum tradiderunt.

(13) *Ὡς πολλοῖς ἀπολογούμενος δοκεῖ.* Nicephorus pro verbo δοκεῖ habet ἔλεγεν. Christophorsonus vero legit ὡς πολλοῖς ἀπολογουμένοις δοκεῖ. Ita enim vertit hunc locum : *Joannes præsul Antiochiæ una cum suis ad diem dictum abfuit; non quidem sua sponte, sicut multis videtur, qui ejus factum defendere volunt.* Quam tamen emendationem licet Savilius ad oram sui codicis ascripserit, probare non possum. At Musculus locum hunc ita vertit : *Verum præter animi sui sententiam, sicut et multis, moram illam excusans, ostendit.* Ego vero nihil mutandum censeo, et locum sic interpretor : *Joannes vero ad constitutum diem non adfuit : non quidem sua sponte, sicut multis videtur, dum factum suum excusat.* Certe non potest alius esse sensus horum verborum.

(14) *Εἰ τὴν καλουμένην νέαν Κυριακήν.* Græci Dominicam primam post Pascha, νέαν seu καινὴν Κυριακὴν olim vocabant. Ita Gregorius Nazianzenus in oratione 19 quam dixit in funere patris sui Gregorii : Ἡ καινὴ παρῆν ἡμέρα τῆς ἑορτῆς, ἣν οὕτως ὀνομάζομεν, πρώτην Κυριακὴν μετὰ τὴν ἀναστάσιμον ταύτην ἔχοντες. Exstat ejusdem Gregorii Nazianzeni oratio 43 in hanc novam Dominicam : in qua rationem affert, cur hæc dies dicatur nova Dominica. Sed et synodus in Trullo hanc Dominicam, quam nos vulgo Dominicam in albis vocamus, καινὴν Κυριακὴν appellant. Sic enim dicunt in canone 76, ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστασίμου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας, μέχρι τῆς καινῆς Κυριακῆς. etc. In actione 5 synodi CP. sub Mena pag. 745 dicitur νέα Κυριακή. — Tho. Smithus in libro *de Ecclesia Græca*, pag. 32. Edit. Lond. 1680 narrat, Græcos etiam hodie hanc Dominicam appellare καινὴν et νέαν et διακαινήσιμον. Meursius contendit scribendum esse διακαινίσιμον, i.e. *regenerantem* aut *renovantem Dominicam*. Vid. Meursii Glossarium, voce διακαινίσιμος. M. SHORTING.

(15) *Κυρίλλου διέποντος καὶ τὸν Κελεστίνου τόπον.* Cyrillum in Ephesino concilio Cœlestini Rom. Pontificis vices gessisse satis constat. Certe in actis ejus concilii Cyrillus hoc titulo ubique decoratur, etiam post adventum legatorum sedis Romanæ, ut patet ex actione quarta ejusdem concilii, ubi legati Romani statim post Cyrillum Alexandrinum ante reliquos omnes episcopos nominantur. Duplici igitur nomine Cyrillus Ephesino concilio præsedit, videlicet tanquam episcopus Alexandrinus, et tanquam Vicarius episcopi Romani. Nicephorus in lib. XIV, cap. 34, ait Cœlestinum Romanæ urbis episcopum, cum propter navigationis pericula huic synodo interesse minime potuis-

* C. C. Codicem CASTELLANI designant.

Digitized by Google

σκοπὴν [10], ὡς εἴρηται, τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πρυτανεύοντος. Καλοῦσι δ' οὖν καὶ τὸν Νεστόριον, προτρέποντες τοῖς ἐπαγομένοις ἀπολογήσασθαι. Καὶ δῆτα κατὰ τὴν προτεραίαν ὑποσχόμενος ἀφικνεῖσθαι, εἴπερ δεήσοι, καὶ τῶν ὑποσχεθέντων κατολιγωρήσας, καὶ τρὶς κληθεὶς, ἐπειδὴ μὴ ὑπήντηκε, τῆς ζητήσεως οἱ συνελθόντες ἀντελάβοντο. Καὶ Μέμνονος τοῦ τῆς Ἐφεσίων προέδρου τὴν διέλευσιν τῶν ἡμερῶν τῶν μετὰ τὴν κυρίαν διελθόντος (ἐτύγχανον δὲ ἐξκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν οὖσαι), καὶ τῶν ἐπιστολῶν ἀνεγνωσμένων Κυρίλλου· τοῦ θεσπεσίου τῶν πρὸς Νεστόριον εἰργασμένων αὐτῷ, καὶ πρός γε τῶν Νεστορίου πρὸς αὐτὸν Κύριλλον· ἐγγραφείσης δὲ καὶ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ἐπιστολῆς Κελεστίνου τοῦ πάνυ, τῆς πρὸς αὐτὸν Νεστόριον γενομένης· εἰπόντων τε αὖ Θεοδότου ἐπισκόπου Ἀγκύρων, Ἀκακίου τε τὸν Μελιτινῆς θρόνον διέποντος, καὶ ἅπερ κατὰ τὴν Ἐφεσίων ἀναφανδὸν βλασφημίας ἀπηρεύξατο ῥήματα ὁ Νεστόριος· συνυφανθεισῶν δὲ καὶ πολλῶν ῥήσεων ἁγίων καὶ ἐγκρίτων Πατέρων, τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον ἐκθεμένων πίστιν· ἐνταγέντων γε μὴν καὶ διαφόρων ἐκφρόνως βλασφημηθέντων παρὰ τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου· ἡ ἁγία σύνοδος πρὸς λέξιν ἀπεφήνατο ταῦτα· « Πρὸς τοῖς ἄλλοις μήτε ὑπακοῦσαι βουληθέντος τοῦ τιμιωτάτου Νεστορίου τῇ ἡμῶν κλήσει, μήτε μὴν τοὺς παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντας ἁγιωτάτους καὶ θεοσεβεστάτους ἐπισκόπους προσδεξαμένου, ἀναγκαίως ἐχωρήσαμεν ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν δυσσεβηθέντων αὐτῷ· καὶ φωράσαντες αὐτὸν ἔκ τε τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ καὶ τῶν συγγραμμάτων, τῶν καὶ ἀναγνωσθέντων, καὶ ἐκ τῶν ἀρτίως παρ' αὐτοῦ ῥηθέντων κατὰ τήνδε τὴν μητρόπολιν, καὶ προσμαρτυρηθέντων, δυσσεβῶς φρονοῦντα καὶ κηρύττοντα, ἀναγκαίως κατεπειχθέντες ἀπό τε τῶν κανόνων, καὶ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγιωτάτου Πατρὸς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ Κελεστίνου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, δακρύσαντες πολλάκις, ἐπὶ ταύτην τὴν σκυθρωπὸν ἐχωρήσαμεν ἀπόφασιν. Ὁ βλασφημηθεὶς τοίνυν παρ' αὐτοῦ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὥρισε διὰ τῆς παρούσης ἁγίας συνόδου, ἀλλότριον εἶναι τὸν αὐτὸν Νεστόριον τοῦ τε ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, καὶ παντὸς συλλόγου ἱερατικοῦ. »

Joannem episcopus: Julius item episcopus, qui Leonis episcopi Romani vices gerebat. Adfuit etiam Flavianus una cum suis episcopis: cum Theodosius imp. hæc ad verbum mandasset Elpidio. Iis qui antea Eutychis religiosissimi archimandritæ judices exstiterunt, præsentibus quidem et silentibus, judicum tamen locum nequaquam obtinentibus, sed reliquorum omnium sanctorum Patrum communem sententiam exspectantibus: quoniam ea quæ ab ipsis judicata sunt, nunc examinantur. In hac synodo Eutyches quidem a Dioscoro et ab episcopis qui cum illo erant, rescissa depositionis sententia, in integrum restitutus est, sicut in actis continetur. Flavianus vero et Eusebius Dorylæi episcopus, damnati sunt ac depositi. In eadem synodo Ibas quoque Edessenorum episcopus a communione submotus est, A B

ρῶν Λέοντος (*l*) τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπου. Παρῆν δὲ αὐτοῖς καὶ Φλαβιανὸς μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐπισκόπων, Θεοδοσίου θεσπίσαντος πρὸς Ἐλπίδιον (40) ἐπὶ ῥήματος ταῦτα· Τῶν πρὶν δικασάντων Εὐτυχεῖ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἀρχιμανδρίτῃ, παρόντων μὲν καὶ ἡσυχαζόντων, τάξιν δὲ δικαστῶν μὴ ἐπεχόντων· ἀλλὰ τὴν κοινὴν πάντων τῶν ἁγιωτάτων Πατέρων περιμενόντων ψῆφον, ἐπειδὴ τὰ παρ' αὐτῶν κεκριμένα νῦν δοκιμάζεται. Ἐν τούτῳ τῷ συνεδρίῳ ἀνακαλεῖται μὲν τῆς καθαιρέσεως Εὐτυχὴς παρὰ Διοσκόρου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, ὅπως δὴ τοῖς πεπραγμένοις ἀνείληπται· καὶ κατακρίνεται δὲ καθαιρέσεως Φλαβιανὸς καὶ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλαίου πρόεδρος. Κατὰ ταύτην καὶ Ἴβας τῶν Ἐδεσηνῶν ἐπίσκοπος ἀποκηρύττεται· καθαιρεῖται δὲ καὶ Δανιὴλ ἐπίσκοπος Καρρῶν (41), Εἰρηναῖός τε αὖ Τύρου (42),

VALESII ANNOTATIONES.

phorum, corrupte pro Ἰουλιανός. Ita enim recte scribitur in Actis Ephesinæ synodi secundæ, quæ referuntur in actione prima concilii Chalcedonensis, pag. 49: *Post consulatum Zenonis et Posthumiani VV. CC., die sexto Idus Augusti, Indictione tertia, synodo congregata in Epheso metropoli ex præcepto religiosissimorum et Christianissimorum impp, et residentibus in sancta Ecclesia quæ vocatur Maria, reverendissimis et sanctissimis episcopis, Dioscoro Alexandriæ, et Juliano episcopo agente vices sanctissimi et beatissimi episcopi Romanæ Ecclesiæ Leonis.* Hunc Julianum episcopum fuisse Puteolanum ex Mariani *Chronico* scribit Baronius ad annum Christi 449. Hodie tamen in Mariani Scoti *Chronico*, non Julianus, sed Julius dicitur episcopus Puteolanus, cum Hilaro diacono missus a Leone papa ad secundam synodum Ephesinam. In subscriptionibus autem episcoporum qui huic secundæ synodo Ephesinæ subscripserunt, quæ referuntur in actione prima concilii Chalcedonensis, pag. 141, Julianus episcopus dicitur. Sic enim legitur: *Julianus episcopus, tenens locum Leonis sanctissimi episcopi Romanæ Ecclesiæ, interpretante se Florentio episcopo Lydiæ, dixit*, etc. Ex quibus verbis colligi videtur Julianum qui secundæ synodo Ephesinæ interfuit, esse Julianum Coensem episcopum, qui biennio post Chalcedonensi synodo interfuit, tenens et ipse illic locum Leonis Romani pontificis, ut in actis synodi Chalcedonensis scriptum habetur non uno in loco. Ubi tamen mirari subit, cur, cum Julianus iste Coensis episcopus, toties vocetur legatus et vices agens Leonis Romani pontificis, nihilominus prærogativam sedis non habeat una cum Paschasino et Lucentio vicariis sedis apostolicæ qui eidem synodo præfuerunt, sed post patriarchas et exarchos nominetur. An dicemus Juliani legationem generalem fuisse et honorariam, non vero specialem, cujusmodi fuit legatio Paschasini et Lucentii, ad hoc ut synodo Chalcedonensi vice Leonis pontificis præsiderent. Posset etiam non incommode dici Julianum Coensem ideo legatum Leonis papæ nominari in Actis synodi Chalcedonensis, quod biennio ante in secunda synodo Ephesina vices ejusdem Leonis egisset. Notetur interim Baronii inconstantia, qui cum ad annum Christi 449, scripsisset, Julianum eum qui in secunda synodo Ephesina legatus fuit sedis apostolicæ, episcopum fuisse Puteolanum, postea ad annum 451, cap. 78, Coensem episcopum illum facit. [Vide quæ notavit vir doctissimus Paschasius Quesnel ad epistolam 24 Leonis Magni, ubi pluribus argumentis ostendit Julium, seu ut alii vocant, Julianum episcopum, qui a Leone Magno missus est ad secundam synodum Ephesinam, diversum esse a Juliano episcopo Coensi]

(40) *Θεοδοσίου θεσπίσαντος πρὸς Ἐλπίδιον.* Exstat sacrum commonitorium imp. Theodosii ad Elpidium comitem sacri consistorii, et Eulogium tribunum et notarium prætorianum, in actis Ephesini conciliabuli quæ referuntur in actione prima synodi Chalcedonensis, pag. 46, ubi leguntur hæc verba quæ hic refert Evagrius.

(41) *Καὶ Δανιὴλ ἐπίσκοπος Καρρῶν.* Paulo ante secundam synodum Ephesinam, Ibas Edessenus et Daniel Carrarum episcopus a clericis suis accusati fuerant apud imperatorem Theodosium. Ille causam eorum cognosci jussit in synodo Berytiensi, præsente Damascio tribuno et notario prætoriano. Exstant acta hujus concilii, relata in actione decima synodi Chalcedonensis, quæ sic incipiunt: *Post consulatum Flavii Zenonis et Posthumiani, virorum clarissimorum, Calendis Septembris indictione secunda.* Sed non dubito quin scribendum sit *consulatu Zenonis et Posthumiani.* Alioqui hæc synodus contigisset post conciliabulum Ephesinum, quod collectum est post consulatum Zenonis et Posthumiani mense Augusto. Berytiensis autem synodus post illam synodum Ephesinam collocari non potest, cum in ea mentio fiat Flaviani episcopi Constantinopolitani, et Domni Antiocheni: Quos constat in secunda synodo Ephesina fuisse depositos. Accedit testimonium Liberati diaconi, qui in Breviario scribit hanc synodum Berytiensem congregatam fuisse antequam Eutyches hæresim suam conflasset.

(42) *Εἰρηναῖός τε αὖ Τύρου.* Diu ante secundam synodum Ephesinam, episcopatu pulsus fuerat Irenæus edicto imperatoris Theodosii, et in ejus locum Photius substitutus. Certe Photius præfuit synodo Berytiensi, quæ collecta fuerat anno ante secundam synodum Ephesinam. Sed quoniam imperatoris jussu, non synodali sententia ejectus fuerat, idcirco in altera synodo Ephesina canonice depositus est.

VARIORUM.

(*l*) *Λέοντος.* Leo Magnus, in locum Sixti III episcopus Romæ electus est die 28 mensis Julii, et in solium pontificale elevatus die octavo Septembris, anni 440. Obiit III Kal. Novembris, anno 461. (Caveus.) Pagius ait Leonem die 22 Septembris dicti anni 440 consecratum fuisse, et die quarto Novembris anni 461 obiisse.

Digitized by Google

καὶ πρός γε Ἀκυλῖνος Βύβλου. Ἐπράχθη καί τινα Σωφρονίου χάριν τὴν Κωνσταντιναίων (43) ἐπισκοπήσαντος. Καθαιρεῖται δὲ παρ' αὐτῶν καὶ ὁ τῆς Κυρεστῶν ἐπισκοπήσας Θεοδώριτος, καὶ μὴν καὶ Δόμνος ὁ τῆς Ἀντιοχέων· ἐφ' ᾧ τί λοιπὸν γέγονεν (44), οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. Καὶ οὕτω μὲν τὸ ἐν Ἐφέσῳ δεύτερον διελύθη συνέδριον.

A et Daniel Carrarum episcopus est destitutus: **263** Irenæus item Tyri, et Aquilinus Bybli. Gesta sunt etiam quædam pro Sophronio Constantinensium episcopo. Depositus est ab iisdem etiam Theodoritus episcopus Cyri, et Domnus Antiochensis episcopus. De quo quid postea factum fuerit, invenire non potui. His ita gestis, soluta est secunda synodus Ephesina.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

CAP. XI.

Ἀπολογία τοῦ συγγραφέως ὑπὲρ τῶν ἐν ἡμῖν διαφορῶν, καὶ κατάγελως τῶν Ἑλληνικῶν ὕθλων.

Defensio varietatis opinionum quæ sunt apud Christianos, et derisio fabularum gentilium.

Μή μοι δέ τις τῶν εἰδωλομανούντων ἐπιγελάσῃ, ὡς τῶν δευτέρων τοὺς προτέρους καθαιρούντων, καὶ προσεφευρισκόντων ἀεί τι τῇ πίστει καινότερον. Ἡμεῖς μὲν γὰρ τὴν ἄφραστον καὶ ἀνεξιχνίαστον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ἐρευνῶντες, καὶ ἐς τὰ μάλιστα σεμνύνειν καὶ ἐξαίρειν βουλόμενοι, ἢ τῇδε, ἢ ἐκεῖσε τρεπόμεθα. Καὶ οὐδεὶς ἀδυνατῶν[18] τῶν αἱρέσεις παρὰ Χριστιανοῖς ἐξευρηκότων, πρωτοτύπως βλασφημεῖν ἠθέλησεν, ἢ ἀτιμάσαι τὸ Θεῖον βουλόμενος ἐξωλίσθησεν· ἀλλὰ μᾶλλον ὑπολαμβάνων κρεῖσσον τοῦ φθάσαντος λέγειν εἰ τόδε πρεσβεύσειε. Καὶ τὰ μὲν συνεκτικὰ καὶ κύρια (45) πᾶσι κοινῶς ὡμολόγηται. Τριὰς γὰρ ἡμῖν τὸ προσκυνούμενον, καὶ μονὰς τὰ δοξολογούμενα· ὅ τε πρὸ αἰώνων γεννηθεὶς Θεὸς Λόγος, σαρκούμενος δευτέρᾳ γεννήσει φειδοῖ τοῦ πλάσματος. Εἰ δὲ περὶ ἕτερα ἄττα κεκαινούργηται, γεγόνασι καὶ ταῦτα τοῦ Σωτῆρος ἐνδόντος Θεοῦ τῷ αὐτεξουσίῳ καὶ περὶ τούτων, ἵνα μᾶλλον ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία, ἐνθένδε κἀκεῖθεν πρὸς τὸ δέον τε καὶ εὐσεβὲς αἰχμαλωτίσῃ τὰ λεγόμενα, καὶ πρὸς μίαν ἀπεξεσμένην καὶ εὐθεῖαν ὁδὸν ὑπαντήσῃ. Διὸ καὶ τῷ Ἀποστόλῳ εὖ μάλα σαφῶς εἴρηται· « Δεῖ δὲ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται. » Καὶ θαυμάσαι κἀν τούτῳ ἔστι τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ σοφίαν, τοῦ καὶ πρὸς τὸν θεσπέσιον Παῦλον εἰρηκότος· « Ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. » Ἐξ ὧν γὰρ τῆς Ἐκκλησίας ἀπερράγη τὰ μέλη, ἐκ τούτων τὰ

Nemo porro gentilium nos derideat, propterea quod posteriores episcopi priores destituant, ac semper novi aliquid adjiciant fidei nostræ. Nos enim inexplicabilem et investigabilem Dei erga homines benevolentiam scrutantes, dum eam maxime honorare et omnibus modis extollere cupimus, aut hanc, aut illam sententiam, sequimur. Nec quisquam eorum qui inter Christianos hæreses excogitarunt, dedita opera impie loqui voluit: aut cum divino numini contumeliam facere decrevisset, in errorem delapsus est: sed potius unusquisque eorum existimavit, se qui hoc dogma assereret, melius dicere quam reliquos qui ipsum præcessissent. Et ea quidem quæ præcipua sunt ac fundamenta fidei nostræ, uno consensu omnes confitemur. Trinitas enim est quam adoramus, et unitas quam glorificamus: et Deus idem ac Verbum, ante sæcula genitum, et propter homines secunda generatione incarnatum. Quod autem in aliis capitibus quædam innovata sunt, id ex eo factum est quod Servator noster Deus liberam nobis facultatem reliquit de iis sentiendi, ut sancta catholica et apostolica Ecclesia, ea quæ ab utraque parte dicuntur, ad rectam normam ac pietatem traducat, et ad unam planam rectamque semitam perveniat. Atque ob hanc causam sapienter admodum dixit apostolus Paulus: « Oportet hæreses esse inter vos, ut qui probi sunt, manifesti fiant[a]. » In quo admi-

[a] I Cor. xi, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[18] C. C. οὐδεὶς οὐδ' αὐτῶν.

VALESII ANNOTATIONES.

(43) *Σωφρονίου χάριν τὴν Κωνσταντιναίων.* In hujus loci versione, mirum est quantopere aberrarint interpretes. Nam Langus quidem interpres Nicephori ita vertit: *Decrevit hæc synodus quoque de Sophronio quædam, qui tum Constantinopolim visendæ ejus gratia venerat.* Christophorsonus vero sic interpretatur: *Nonnulla ibidem acta fuere contra Sophronium episcopum Constantinopolitanum.* Sed Constantiniensem dicere debuerat. Erat enim Sophronius episcopus Constantinæ, ut patet ex synodo Antiochena sub Domno, quæ intexta est actioni XIV, synodi Chalcedonensis. Interfuit idem Sophronius postea Chalcedonensi synodo ut legitur in actis ejusdem concilii. Est autem Constantina urbs Phœnices. [Ad hunc Sophronium episcopum Constantinæ scripta est epistola Theodoriti, 53.]

(44) *Ἐφ' ᾧ τί λοιπὸν γέγονεν.* In locum Domni Antiochensis episcopi subrogatus est Maximus, ut scribit Liberatus in Breviario. Cujus episcopatum Leo papa postmodum confirmavit, ut legitur in actione X Chalcedonensis concilii. Idem tamen Maximus Domno, quoad vixit, certos sumptus ex Ecclesiæ suæ reditibus constituit, ut contentus alimentis in posterum quiesceret: quod quidem cæteri patriarchæ in Chalcedonensi synodo approbarunt, ut videre est in actione jam citata *.

(45) *Τὰ μὲν συνεκτικὰ καὶ κύρια.* Apud Nicephorum in lib. XIV, cap. 48, ubi hunc Evagrii locum transcribit, legitur καὶ κάλλια, minus recte ut opinor. Ita tamen diserte scriptum inveni in ms. codice Telleriano.

VARIORUM.

* Istam actionem concilii Chalcedonensis ut commentitiam rejicit Quesnellus, dissert. 9, in Opera Leonis: e contra, eam ut genuinam defendit Baluzius, Præfat. in Concil. Chalced. n. 32, etc. Ipse Domnus post depositionem suam in eremum secessit ad Euthymium, si qua fides Cyrillo monacho scriptori *Vitæ Euthymii*. vid. Pagi ad ann. 431, n. 54, 55. W. Lowth.

Digitized by Google

rari etiam **264** licet ineffabilem Dei sapientiam, qui ad divinum apostolum Paulum dixit : « Virtus enim mea in infirmitate perficitur[a]. » Ex quibus enim causis Ecclesiæ divulsa sunt membra, ex iisdem recta et irreprehensibilis doctrina accuratius limata et exposita est : et catholica atque apostolica Dei Ecclesia majus incrementum accepit, et ad ipsum usque cœlum sublata est. Gentilium vero superstitionis alumni, dum nec Dei naturam, nec ejus providentiam in rebus humanis investigare student, et majorum suorum, et suas invicem opiniones evertunt. Novos enim subinde deos excogitant, eosque ex propriis animi perturbationibus designant ac nominant, quo scilicet libidinibus suis impunitatem concilient, hujusmodi deos sibi adsciscendo. Sic certe apud illos is qui summus habetur Deus, et pater hominum simul ac deorum vocatur, in avis speciem mutatus, adolescentem Phrygem impudenter rapuit, et mercedem stupri poculum ei tribuit, permittens ut ipsi amoris gratia propinaret, quo uterque simul cum nectare dedecus ac probrum hauriret. Idem innumeris aliis sceleribus, quæ ne vilissimis quidem hominibus permissa sunt, sese inquinavit. Et in omnes brutorum animantium species, ipse omnium brutissimus mutatus, androgynus factus est, non in utero quidem, sed in femore fœtum gestans, ut et ista præter naturam ab eo committerentur. Unde ortus Bacchus ipse quoque androgynus, utrumque sexum contumelia affecit : auctor temulentiæ, ebrietatis, et crapulæ, et omnium quæ inde nascuntur malorum. Huic Ægiocho et Altitonanti aliud quiddam ut magnificum attribuunt, parricidam eum appellantes, quod extremum apud omnes scelus existimatur : propterea quod Saturnum qui malo fato ipsum genuerat, ex regno expulisset. Jam vero quid de scortatione dicam ab ipsis consecrata, cui Venerem Cypriam e concha genitam præfecerunt : quæ continentiam quidem, tanquam scelus quoddam ac piaculum aversatur : stupris vero et quibuslibet flagitiis delectatur, iisque ipsis coli sese ac placari cupit. Cum qua Mars congressus, astu Vulcani reliquis diis spectandus ac deridendus exponitur. Riserit etiam non immerito quispiam Phallos eorum, et Ithyphallos ac Phallagogia, et enormem Priapum, ac Panem qui turpi colitur membro. Mysteria item quæ Eleusine celebrantur, ob id solum laudanda, quod a sole non videntur, sed perpetuis tenebris damnata sunt. Verum hæc tam his qui ista turpiter colunt, quam iis qui coluntur relinquentes, equum ad metas incitemus, et quæ supersunt de rebus gestis Theodosii, omnium oculis subjiciamus.

A ὀρθὰ καὶ ἀμώμητα πλέον ἀπεξέσθη τε καὶ ἀπετέθη δόγματα, καὶ πρὸς αὔξησιν καὶ τὴν ἐς οὐρανοὺς ἀνάβασιν ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ τοῦ Θεοῦ ἐλήλυθεν Ἐκκλησία. Οἱ δέ γε τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης τρόφιμοι, οὐ Θεὸν ἐξευρεῖν βουλόμενοι ἢ τὴν αὐτοῦ περὶ τοὺς ἀνθρώπους κηδεμονίαν, τά τε τῶν φθασάντων, τά τε ἀλλήλων καταλύουσιν· ἀλλὰ θεοὺς ἐπὶ θεοῖς ἐπινοοῦντες, καὶ τῶν οἰκείων παθῶν χειροτονοῦντές τε καὶ ὀνομάζοντες, ἵνα συγγνώμην ταῖς οἰκείαις ἀκολασίαις πορίζοιντο, θεοὺς τοιούτους ἐπιγραφόμενοι. Ὥστε ἀμέλει ὁ παρ' αὐτοῖς ὕπατος πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, τὸν Φρύγα τὸ μειράκιον ἐς ὄρνεον μετασχηματισθεὶς ὀσελγῶς διήρπασε· μισθόν τε τῆς αἰσχρουργίας, τὴν κύλικα παρέσχετο, B τὴν φιλοτησίαν προπίνειν ἐπιτρέψας, ὡς ἂν μετὰ τοῦ νέκταρος καὶ τὰ ὀνείδη κοινῶς πίνοιεν. Ὃς καὶ μυρίοις ἄλλοις ἀτοπήμασι, καὶ παρὰ τοῖς οὐδέσι τῶν ἀνθρώπων ἀπηγορευμένοις, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀλόγων ἰδέαν ὁ πάντων ἀλογώτατος μεταβληθείς, ἀνδρόγυνος γίνεται, εἰ καὶ μὴ τὴν γαστέρα, ἀλλά γοῦν τὸν μηρὸν κυοφορῶν, ἵνα καὶ ταῦτα παρὰ φύσιν αὐτῷ πράττοιτο. Οὗ καὶ τὸ διθύραμβον κύημα ἀνδρόγυνον γενόμενον, ἑκατέραν ἐνύβριτε φύσιν, μέθης ἔξαρχον, οἰνοφλυγίας τε αὖ καὶ κραιπάλης, καί γε ἐωλοκρασίας, καὶ τῶν ἐντεῦθεν δεινῶν. Τούτῳ τῷ αἰγιόχῳ τῷ ἐριβρεμέτῃ καί τι σεμνὸν (46) ἐκεῖνο περιτιθέασι, πατραλοίαν ἀποκαλοῦντες τὴν ἐσχάτην παρὰ πᾶσι ποινήν, οἷα τὸν Κρόνον τὸν κακῶς αὐτὸν φύσαντα τῆς βασιλείας ἐξωθήσαντα. Τί δ' ἂν C φαίην καὶ περὶ τῆς θεουργηθείσης αὐτοῖς πορνείας, ἣ τὴν Ἀφροδίτην τὴν κοχλογεννήτην Κυπρίαν ἐπέστησαν, τὴν μὲν σωφροσύνην, ὡς ἐναγές τι χρῆμα καὶ τηνάλλως ἔκτοπον μυσαττομένην· πορνείαις δὲ καὶ πάσαις αἰσχρουργίαις ἡδομένην, καὶ τούτοις ἱλάσκεσθαι βουλομένην. Μεθ' ἧς Ἄρης ἀσχημονεῖ, τοῖς Ἡφαίστου τεχνάσμασιν ὑπὸ τοῖς θεοῖς θεατριζόμενός τε καὶ γελώμενος. Γελάσοι δὲ ἄν τις δικαίως καὶ φαλλοὺς αὐτῶν, καὶ ἰθυφάλλους, καὶ Φαλλαγώγια, καὶ Πρίαπον ὑπερμεγέθη, καὶ Πᾶνα ἀσχήμονι μορίῳ τιμώμενον, καὶ τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια, καὶ' ἓν μόνον ἐπαινετά, ὅτι γε ἥλιος οὐχ ὁρᾷ, ἀλλὰ τῷ σκότῳ συνοικεῖν κατεκρίθησαν. Τούτων τοῖς αἰσχρῶς τιμῶσί τε καὶ τιμωμένοις καταλιμπανομένων, ἐπὶ τὴν νύσσαν τὸν πῶλον ἐκκεντήσωμεν, καὶ τὰ λειπόμενα D τῆς Θεοδοσίου βασιλείας εὐσυνόπτως ἀποθώμεθα.

265 CAP. XII.

Quomodo imp. Theodosius hæresim Nestorii profligavit.

Scripta est ab eodem imperatore constitutio admodum pia ; quæ relata est in primo Justiniani libro

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Ὅπως ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος τὴν Νεστορίου αἵρεσιν ἀπελαύνει.

Γέγραπται δ' οὖν αὐτῷ πανευσεβὴς διάταξις, ἀνὰ τὸ πρῶτον βιβλίον κειμένη, Ἰουστινιανοῦ Κώδεξ ὠνό-

[a] II Cor. xii, 9.

VALESII ANNOTATIONES.

(46) *Καί τι σεμνόν.* Non dubito quin scribendum sit ὥς τι σεμνὸν, etc., in his enim Evagrii libris καὶ passim positum erat pro ὡς.

Digitized by Google

μασται, τρίτη τὸν ἀριθμὸν τοῦ πρώτου τίτλου τυγχάνουσα· ἐν ᾗ τὸν πάλαι ποθούμενον παρ' αὐτοῦ, ὡς αὐτῷ Νεστορίῳ γέγραπται, θεόθεν κινηθεὶς, ἁπάσαις, τὸ δὴ λεγόμενον, ψήφοις κατέκρινεν ἀναθέματι περιβαλὼν, καὶ γέγραφεν ἐπὶ λέξεως ὧδε· « Ἔτι θεσπίζομεν τοὺς ζηλοῦντας [19] τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου πίστιν, ἢ τῇ ἀθεμίτῳ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἀκολουθοῦντας, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν ἢ κληρικοὶ, τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν ἐκβάλλεσθαι· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀναθεματίζεσθαι. » Τέθεινται δὲ αὐτῷ καὶ ἕτεραι νομοθεσίαι τῆς ἡμετέρας ἕνεκα θρησκείας τὸν διάπυρον αὐτοῦ ζῆλον δεικνῦσαι.

A qui Codex dicitur, estque numero tertia primi tituli. In qua Theodosius, eum quem prius in deliciis habuerat, sicut ipse Nestorius scribit, divinitus incitatus, omnibus, ut ita dicam, calculis condemnavit, anathema ei denuntians his verbis: Præterea sancimus, ut quicumque impiam Nestorii fidem æmulantur, vel nefariam ejus doctrinam sectantur, si quidem episcopi vel clerici sint, sacris Ecclesiis ejiciantur: si vero laici, anathemate feriantur. Sunt et aliæ leges pro nostra religione ab eodem datæ, quæ ardentissimum ejus zelum abunde testantur.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Στυλίτου.

Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ἤκμασέ τε καὶ διεφάνη καὶ Συμεώνης (*m*), ὁ τῆς ὁσίας καὶ πάντα ἀοιδίμου μνήμης (47), πρῶτος τὴν ἐπὶ κίονος στάσιν ἐπιτηδεύσας, δίπηχυ μόλις ἐνδιαίτημα τὸ περίμετρον, Δόμνου τηνικάδε τὴν Ἀντιοχέων ἐπισκοποῦντος. Ὡς ἐπειδὴ παρ' αὐτὸν γέγονεν, ἐκπλαγεὶς τὴν στάσιν καὶ τὴν δίαιταν, τῶν μυστικωτέρων ἐγλίχετο. Ἀμφω δ' οὖν συνηλθέτην, καὶ τὸ ἄχραντον ἱερουργήσαντες (48) σῶμα, τῆς ζωοποιοῦ κοινωνίας ἀλλήλοις μετέδοσαν. Οὗτος ἐν σαρκὶ τὴν τῶν οὐρανίων δυνάμεων πολιτείαν ζηλώσας, ἐξαίρει μὲν ἑαυτὸν τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων, καὶ τὴν φύσιν βιασάμενος τὴν τέως κάτω βρίθουσαν, τὰ μετέωρα διώκει· καὶ μέσον οὐρανοῦ καὶ τῶν ἐπὶ γῆς γενόμενος, ἐντυγχάνει τε τῷ Θεῷ μετὰ τῶν ἀγγέλων (*n*) δοξολογεῖ [20]· ἐκ μὲν τῆς γῆς τὰς ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων πρεσβείας τῷ Θεῷ προσάγων· ἐξ οὐρανοῦ δὲ τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἄνωθεν εὐμένειαν καταπραττόμενος. Τούτου τὰς θεοσημείας γέγραφε μὲν καί τις τῶν αὐτοπτῶν γενομένων· γέγραφε δὲ καὶ λογίως ἀπέθετο καὶ Θεοδώριτος, ὁ τὴν Κυρεστῶν ἐπισκοπήσας. Ἐν ᾧ τὰ μάλιστα παραλελοιπότες (49), ὃ μέχρι νῦν σωζόμενον

CAP. XIII.

De sancto Symeone Stylita.

Iisdem temporibus floruit atque inclaruit Symeones, vir sanctæ ac percelebris memoriæ. Hic primus stationem super columna instituit, cujus domicilii ambitus vix duorum erat cubitorum: quo tempore Domnus Antiochenæ urbis episcopatum administrabat. Qui cum ad Symeonem venisset, stationem ejus ac vivendi rationem admiratus, secretiora quædam concupivit. Ambo igitur in unum convenerunt, et cum immaculatum corpus sacrificassent, vivificam communionem sibi mutuo impertierunt. Hic angelorum conversationem in carne æmulatus, a terrenis quidem rebus sese abduxit: et vim inferens naturæ quæ deorsum vergit, sublimia appetiit. At medius inter cœlum et res terrenas constitutus, Deum allocutus est, et una cum angelis Deum glorificavit: ex terris quidem supplicationes pro hominibus offerens Deo: ex cœlis vero supernam benevolentiam hominibus concilians. Hujus **266** miracula conscripta sunt a quodam qui hominem viderat, et rebus ab illo gestis interfuerat. Sed et Theodoritus, episcopus Cyri, ejusdem viri miracula admodum diserte comme-

VARIÆ LECTIONES.

[19] ζητοῦντας. [20] C. C. δοξολογῶν.

VALESII ANNOTATIONES.

(47) *Καὶ πάντα ἀοιδίμου μνήμης.* Henricus Savilius in suo cod. scribit una voce πανταοιδίμου. Ego tamen mallem scribere παναοιδίμου. Sic enim Græci loqui solent, ut cum dicunt πανεύφημον, πανάγιον, et similia. Certe Evagrius noster infra de Gregorio loquens Antiocheno episcopo, Γρηγορίου τοῦ παναοιδίμου, habet.

(48) *Καὶ τὸ ἄχραντον ἱερουργήσαντες.* Presbyteri olim una Episcopo Missas celebrabant, et de manu ejus Eucharistiam accipiebant. Sic in actione decima concilii Chalcedonensis, Bassianus episc. Ephesi in libello precum ad Martianum imp. ait, inter cætera τῇ δὲ αὔριον ἡμέρᾳ λειτουργήσαντες πάντες ὁμοῦ, etc. Et multo post, pag. 303, idem Bassianus dicit: Στέφανος πρεσβύτερός μου ἦν τέσσαρα ἔτη, μετ' ἐμοῦ ἐλειτούργει, μετ' ἐμοῦ ἐκοινώνει παρ' ἐμοῦ, ὡς παρ' ἐπισκόπου. Id est, *Stephanus presbyter meus fuit annis quatuor, mecum Missas celebravit, mecum communicavit, et a me tanquam episcopo communionem accepit.* Idem quoque olim mos fuit in Ecclesia Romana, ut presbyteri quotidie cum episcopo urbis Romæ Missas celebrarent, et communionem de manu ejus acciperent. Diebus vero Dominicis, cum presbyteri separatim in suis titulis Missarum solemnia celebrare necesse haberent propter plebem ipsis commissam, fermentum sive corpus Dominicum per acolythos transmissum ab episcopo urbis Romæ accipiebant, ne a communione episcopi sui eo præsertim die separati esse viderentur, ut scribit Innocentius papa in epist. ad Decentium.

(49) *Ἐν ᾧ τὰ μάλιστα παραλελοιπότες.* Varie hunc locum correxerunt viri docti, Christophorsonus scilicet et Curterius, vel potius ii ex quorum

VARIORUM.

(*m*) *Συμεώνης.* Cognominatus *Senior*, ut a juniore Symeone, vitæ ejus æmulo, distinguatur; gente Syrus; ex vico Susan oriundus, claruit præcipue circa ann. 448. Incunte ætate ovibus pascendis operam dedit (Guil. Cave, *vol. I*, pag. 352, qui multa de eo refert ex Theodoriti Philotheo, cap. 26.)

(*n*) *Μετὰ τῶν ἀγγέλων.* Legendum καὶ μετὰ τ. — W. Lowth.

Digitized by Google

moravit. Verum deprehendimus, id ab illis præcipue omissum esse, cujus memoria apud sanctæ solitudinis incolas etiamnum servatur, et quod nos ab iliis accepimus. Cum igitur Symeones iste qui in terris angelus, et in carne civis cœlestis Hierusalem fuit, novam hanc et mortalibus hactenus ignotam vivendi rationem instituisset, sanctæ solitudinis incolæ quemdam ad eum miserunt, mandantes ut ex illo sciscitaretur, quænam esset hæc nova ac peregrina conversatio, et cur viam jam tritam et sanctorum vestigiis impressam relinquens, aliam ipse novam nullique mortalium adhuc cognitam inivisset: simul præcipientes ei ut descenderet, et electorum Patrum viam insisteret. Quod si ille paratum se ostendisset ad descendendum, jusserunt ut suo more vivere sineretur. Obedientia enim ejus satis declarari, quod Deo duce atque auctore hujusmodi exercitationem suscepisset. Si vero detrectaret, ac propriæ voluntati inservire mallet, nec ipsorum monitis illico obsequeretur, mandarunt ut eum vi abreptum detraheret. Qui cum ad illum venisset, et Patrum ei mandatum exposuisset, et confestim Symeon alterum pedem demisisset ut præceptis Patrum obtemperaret: is qui ad illum missus fuerat, permisit ei, ut cursum quem instituerat teneret, his eum verbis compellans: Fortis esto, et viriliter age. Statio tua a Deo est. Hoc Symeonis factum prorsus memorabile, hoc loco commemoravi, quod tamen ab iis qui de illo scripserunt, prætermissum est. Tanta porro divinæ gratiæ virtus in eo inerat, ut cum Imperator Theodosius Judæis Antiochiam incolentibus synagogas quas Christiani illis ademerant, restitui jussisset, Symeon tanta cum fiducia ac libertate ad eum scripserit, tamque acriter eum objurgaverit, solum imperatorem suum Deum reveritus, ut imperator Theodosius, revocata jussione sua, cuncta in gratiam Christianorum fecerit; et præfecto prætorii qui hæc ipsi suggesserat, potestatem abrogaverit: petieritque nominatim a sanctissimo atque aerio martyre, ut pro ipso Deum precaretur, suamque ipsi benedictionem impertiret. Porro Symeon in hac exercitatione sex et quinquaginta

A παρὰ τοῖς τῆς ἁγίας ἐρήμου κατειλήφαμεν, καὶ παρ' αὐτῶν παρειλήφαμεν. Ὅτε δ' οὖν Συμεώνης οὗτος ὁ ἐπὶ τῆς γῆς ἄγγελος, ὁ ἐν σαρκὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ πολίτης, τὴν ξένην ταύτην καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀγνῶτα τρίβον ἐπετήδευσε, στέλλουσί τινα παρ' αὐτὸν οἱ τῆς ἁγίας ἐρήμου, ἐντειλάμενοι φάναι τίς ἡ ξενοπρεπὴς αὕτη πολιτεία· τί τὴν τετριμμένην καὶ τοῖς ἁγίοις πεπατημένην ὁδὸν ἀφεὶς, ἄλλην τινὰ ξένην καὶ τοῖς ἀνθρώποις καθάπαξ ἀγνοουμένην ὁδεύει· καὶ ὡς ἐπιτετράφασιν αὐτῷ καταβῆναι, καὶ τὴν τῶν ἐκλεκτῶν Πατέρων ὁδὸν ἀνύειν. Οἵπερ, εἰ μὲν ἐκθύμως (50) ἑαυτὸν πρὸς τὴν κατάβασιν δοίη, συγχωρεῖν ἐκέλευσαν αὐτῷ τὴν ἰδίαν ἐκτρέχειν· ἐκ γὰρ τῆς ὑπακοῆς δῆλον εἶναι, ὡς ἐκ Θεοῦ ποδηγηθεὶς ὧδε διαθλεύει. Εἰ δέ γε ἀντισταίη, ἢ καὶ τοῦ B ἰδίου θελήματος δοῦλος γένοιτο, καὶ μὴ πρὸς τὴν ἐπιτροπὴν ἰθυδρομήσοι, καὶ πρὸς βίαν αὐτὸν καθέλκειν. Ὡς ἐπειδήπερ παρ' αὐτὸν ἐγένετο, καὶ τὴν τῶν Πατέρων ἀπήγγειλεν ἐντολὴν, εὐθέως τε θάτερον τοῖν ποδοῖν προὔπεμψε, τῶν Πατέρων τὴν ἐπιτροπὴν ἐκπληρῶσαι βουλόμενος, ἀφεὶς αὐτὸν τὴν ἰδίαν ὁδὸν ἐκπληροῦν, ἐπιφθεγξάμενος· Ἴσχνε καὶ ἀνδρίζου· ἡ στάσις σου παρὰ Θεοῦ ἐστιν. Ὅ μοι ἀξιόλογον ὂν ἐξετέθη, τοῖς περὶ αὐτοῦ γραφεῖσι παρειμένον. Τούτῳ τοσοῦτον ἡ τῆς θείας χάριτος ἐνέσκηψε δύναμις, ὡς καὶ Θεοδοσίου τοῦ αὐτοκράτορος τεθεσπικότος τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχου Ἰουδαίοις ἀποδοθῆναι τὰς σφῶν συναγωγὰς, ἅσπερ ἔφθησαν παρὰ Χριστιανῶν ἁφῃρημένοι, οὕτω παῤῥησίᾳ γέ C γραφεν, οὕτω σφοδρῶς ἐπετίμησε, μόνον τὸν ἴδιον βασιλέα εὐλαβούμενος, ὡς καὶ τὸν βασιλέα Θεοδόσιον τὰς ἰδίας ἀνακαλεσάμενον κελεύσεις, πάντα πρὸς χάριν Χριστιανῶν ἐκπληρῶσαι· παραλῦσαι δὲ καὶ τὸν ὕπαρχον τὸν ταῦτα διδάξαντα τῆς ἀρχῆς· δεηθῆναί τε τοῦ παναγίου καὶ ἀερίου μάρτυρος ἐπὶ ῥήματος (51), ἱκετεύειν τε καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τῆς οἰκείας εὐλογίας μεταδιδόναι. Διέτριψε τοίνυν ἐν σαρκὶ τόνδε τὸν βίον διαθλεύων ἔτη ἓξ καὶ πεντήκοντα· ἐν μὲν τῷ πρώτῳ φρουντιστηρίῳ ἔνθα τὰ θεῖα κατηχήθη, ἔτη ἐννέα· ἐν δὲ αὖ τῇ καλουμένῃ Μάνδρᾳ (o), ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα· ἔν τινι μὲν στενωπῷ ἔτεσι δέκα τὸν ἀγῶνα διανύσας· ἐν δὲ κίοσι βραχυτέροις ἑπτὰ, καὶ ἐπὶ τεσσαρακοντάπηχυν, ἔτη

VALESII ANNOTATIONES.

codicibus has emendationes transcripserant. Alii enim post παραλελοιπότες addunt verbum εἰσὶν. Alii vero legunt παραλέλοιπεν, ut de Theodorito solo id intelligatur. Ego vero hunc locum ita restituendum esse existimo: Ἐν ᾧ τὰ μάλιστα παραλελοιπότας κατειλήφαμεν, ὃ μέχρι νῦν σωζόμενον παρὰ τοῖς τῆς ἁγίας ἐρήμου, παρ' αὐτῶν παρειλήφαμεν. Nec dubito quin Evagrius ita scripserit.

(50) *Εἰ μὲν ἐκθύμως.* In optimo codice Florentino hæc ad latus adscripta sunt: Πνευματικὴ ὡς ἀληθῶς ἐν τῷ Χριστῷ ἡ Πατέρων περὶ τοῦ μεγάλου Συμεῶνος κρίσις. Id est, *Patrum de magno Symeone judicium prorsus spirituale in Christo.*

(51) *Καὶ ἀερίου μάρτυρος ἐπὶ ῥήματος.* Videntur esse verba imp. Theodosii, ex epistola, quam scripsit ad beatum Symeonem. Hunc igitur titulum præfixerat epistolæ suæ: Τῷ παναγίῳ καὶ ἀερίῳ μάρτυρι. Ubi martyrem quidem eum appellat ob gravissimas ærumnas quibus ille corpus suum afflictabat; aerium vero eo quod sublimis staret in columna. Certe voces illæ ἐπὶ ῥήματος, omnino indicant id quod dixi: verba illa scilicet, aut ea quæ proxime sequuntur, esse imperatoris Theodosii. Christophorsonus tamen hunc locum aliter distinxit, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Et sanctissimum ac aerium oraret martyrem, uti nominatim pro ipso Deum obsecraret.* Quam distinctionem equidem probare non possum.

VARIORUM.

(o) *Μάνδρᾳ.* De hujus vocis significatu vide Valesii notam in sequens caput, voce Μανδρίαν.

Digitized by Google

τριάκοντα. Τούτου τὸ πανάγιον σῶμα μετὰ τὴν ἐνθένδε ἐκδημίαν (*p*) κατὰ τὴν Ἀντιοχέων ὕστερον ἐσήχθη, Λέοντος τὰ σκῆπτρα διέποντος, Μαρτυρίου τηνικαῦτα τῆς Ἀντιόχου προεδρεύοντος, Ἀρδαβουρίου δὲ αὖ τῶν ἑῴων στρατηγοῦντος ταγμάτων, μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτοὺς στρατιωτικῶν τελῶν τε καὶ λοιπῶν, κατὰ τὴν αὐτοῦ μάνδραν γενομένων, καὶ τὸν πάνσεπτον διασωσάντων νεκρὸν Συμεώνου τοῦ μακαρίου, ὡς ἂν μὴ αἱ γειτνιῶσαι πόλεις συνελθοῦσαι τοῦτον διαρπάζοιεν. Θαυμάτων τοίνυν μεγίστων καὶ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν γενομένων, κομίζεται κατὰ τὴν Ἀντιόχου τὸ αὐτοῦ πανάγιον σῶμα· ὃ καὶ Λέων ὁ αὐτοκράτωρ ἐξῃτήσατο παρὰ τῶν Ἀντιοχέων λαβεῖν. Καὶ δεήσεις οἱ τῆς Ἀντιόχου πρὸς αὐτὸν ἀνατεινάμενοι γεγράφασιν οὕτως· Διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν τεῖχος τῇ πόλει (πέπτωκε γὰρ ἐν ὀργῇ [52]), ἠγάγομεν τὸ πανάγιον σῶμα, ὅπως ἡμῖν γένηται τεῖχος καὶ ὀχύρωμα. Οἷς καὶ πεισθεὶς, ἐνδούς τε ταῖς δεήσεσι, τὸ σεπτὸν αὐτοῖς εἴασε σῶμα. Τούτου τὰ πολλὰ μέχρις ἡμῶν ἐφυλάχθη, οὗ καὶ τὴν ἁγίαν κορυφὴν μετὰ πολλῶν ἱερέων τεθέαμαι, ἐπισκοποῦντος τηνικάδε Γρηγορίου τοῦ παναοσιμου, Φιλιππικοῦ δεηθέντος παραφυλακῆς ἕνεκα τῶν ἑῴων ἐκστρατευμάτων, τίμια λείψανα ἁγίων οἱ ἐκπεμφθῆναι. Καὶ τὸ παράδοξον, αἱ κατὰ τῆς κεφαλῆς ἐπικείμεναι τρίχες οὐ διεφθάρησαν, ὡς δ' αὖ ζῶντος καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναυλιζομένου, διασώζονται. Καὶ τὸ κατὰ τοῦ μετώπου δέρμα, ἐῤῥυτίδωτο μὲν, καὶ ἀπέσκληκε· σώζεται δ' οὖν ὅμως, καὶ τῶν ὀδόντων δ' οἱ πλείους, οἳ μηδὲ ὅσοι [51] (53) χερσὶν ἀνθρώπων πιστῶν βιαίως ἀφῃρέθησαν, διὰ τοῦ σχήματος κηρύσσοντες, οἷός τε καὶ ὁπόσος καὶ πηλίκος ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ γέγονε Συμεώνης. Ταύτῃ καὶ ὁ ἐκ σιδήρου πεποιημένος κλοιὸς παράκειται, μεθ' οὗ τὸ πολυύμνητον καὶ διαθλεῦσαν σῶμα (54) τῶν ἐκ Θεοῦ γερῶν μεταλέδωκεν. Οὐδὲ γὰρ ἀποθανόντα τὸν Συμεώνην, ὁ ἐραστὴς ἀπέλιπε σίδηρος. Οὕτω τὸ καθ' ἕκαστον (55) ἂν διεξεληλύθειν, ἐμοί τε τῆς διηγήσεως ὠφέλειαν παρέξων, καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, εἰ μὴ πλατύτερον ταῦτα Θεοδωρίτῳ, ὡς ἔφθην εἰπὼν (56), ἐπεπόνητο.

annos vixit. Novem quidem annos in primo monasterio in quo divinæ vitæ præceptis fuerat imbutus. Septem **267** vero et quadraginta, in eo loco qui dicitur Mandra : decem videlicet annos in quodam angiportu, in brevioribus autem columnis, septem : triginta autem annos in columna quadraginta cubitorum laborioso certamine perfunctus. Hujus sacratissimum corpus post obitum Antiochiam deportatum est, Leone imperium tum gerente, et Martyrio Antiochenæ urbis episcopatum administrante : cum Ardaburius magister orientalis militiæ, una cum militaribus numeris quos circa se habebat, et cum reliqua omni multitudine ad Symeonis mandram venisset, et sanctum beatissimi viri corpus servasset, ne a finitimis civitatibus subriperetur. Igitur sacrum ejus corpus, non sine ingentibus miraculis quæ per totum iter facta sunt, delatum est Antiochiam. Quod et imperator Leo ab Antiochensibus sibi dari poposcit. Verum Antiocheni misso ad principem supplice libello, his verbis sunt usi : Quoniam civitas nostra muros non habet : corruerunt enim ob indignationem divini numinis : sanctissimum corpus huc importavimus, ut nobis pro muro munimentoque esset. Quibus permotus Leo, precibus eorum cessit, et sacrosanctum corpus eis reliquit. Hujus complures reliquiæ ad nostra usque tempora asservatæ sunt. Et sanctissimum ejus caput ipse præsentibus multis sacerdotibus vidi, celeberrimo Gregorio episcopatum Antiochenæ urbis gubernante : cum Philippicus ad custodiam ac præsidium orientalis militiæ, pretiosas sanctorum reliquias ad se mitti postulavisset. Et quod mirandum est, capilli capitis nequaquam diffluxerunt : sed perinde ac si ille adhuc viveret atque inter homines versaretur, integri manent. Cutis item in fronte rugosa quidem est atque obdurata ; manet tamen adhuc incolumis : sicut et dentium plerique, exceptis his quos pii quidam ac fideles viri per vim abstulerunt. Qui quidem dentes magnitudine sua abunde testantur, qualis quantusque fuerit vir Dei Symeones. Adjacet capiti

VARIÆ LECTIONES.

[51] C. C. εἰ μή γε ὅσοι.

VALESII ANNOTATIONES.

(52) *Πέπτωκε γὰρ ἐν ὀργῇ.* Post has voces Nicephorus hæc addit, σεισμοῦ μεγάλου γεγενημένου.

(53) *Οἳ μηδὲ ὅσοι.* Christophorsonus quidem et Savilius hunc locum ita emendarunt, ὅσοι μὴ χερσὶν, etc. ; sed leviori mutatione locus corrigi potest hoc modo : Εἰ μὴ ὅσοι, etc. Nicephorus pro his verbis habet, πλὴν ὅσοι. Quod est elegantius.

(54) *Καὶ διαθλεῦσαν σῶμα.* Delenda videtur conjunctio, utpote otiosa et superflua. Ac fortasse Evagrius scripserat συνδιαθλεῦσαν, quemadmodum legitur apud Nicephorum.

(55) *Οὕτω τὸ καθέκαστον.* Malim omnino scribere οὗ τὸ καθέκαστον, etc. Quæ emendatio prorsus necessaria mihi videtur, licet Nicephorus vulgatam scripturam tueatur. Certe Christophorsonus ita legisse videtur, ut dixi.

(56) *Ὡς ἔφην εἰπών.* Assentior Henrico Savilio, qui in margine sui codicis emendavit ὡς ἔφθην εἰπών. Idem mendum supra correctum est in hoc capite, ubi agitur de Synagogis quas Antiocheni Judæis olim ademerant. Atque ita diserte scriptum est in codice Telleriano.

VARIORUM.

(*p*) *Μετὰ τὴν ἐνθένδε ἐκδημίαν.* Theophanes anno incarnationis secundum Alexandrinos 453, qui Kalend. Septemb. æræ vulg. 460 incipit, ait : *Eodem anno quievit Symeon magnus Stylita.* Unde Joannes Garnerius concludit eum columnam ascendisse anno 409, quippe in ea perstiterit annos 41. (Garnerius in tom. V Operum Theodoriti, dissert. 2, cap. 5, pag. 197.)

Magnitudine sua : Διὰ τοῦ σχήματος, potius redderetur *forma* vel *figura sua*, ut observavit M. Shorting in locum.

Digitized by Google

catena ferrea quam ille collo gestaverat : cui utpote laborum sociæ gloriosum corpus honores ipsi a Deo concessos communicavit. Nam ne mortuum quidem Symeonem, charum illud ferrum deseruit. Hujus porro viri res gestas singillatim percenserem, tum mihi narranti, tum legentibus non mediocrem fructum 268 allaturas, nisi Theodoritus, ut jam dixi, eas fusius exposuisset.

CAP. XIV.

De stella quæ sæpe cernitur in porticu juxta columnam Symeonis, quam scriptor hic, et alii complures viderunt : et de capite ejusdem sancti Symeonis.

Jam vero aliud quidpiam quod ipsemet vidi, huic historiæ inseram. Ardebam incredibili cupiditate visendi delubrum sancti illius viri. Distat autem illud ab urbe Antiochia stadiis fere trecentis situm in ipso montis vertice. Mandram indigenæ vocant : quod nomen a sanctissimo Symeone ei loco inditum videtur, eo quod illic asperiori disciplina sese exercuisset. Et montis quidem acclivitas ad viginti usque stadia protenditur. Templi autem fabrica formam crucis refert ex quatuor lateribus porticibus ornata. Ex adverso autem illis B oppositæ sunt columnæ, e lapide polito pulchre fabrefactæ, quibus tectum venuste admodum in sublime attollitur. In medio atrium est subdivale,

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Περὶ τοῦ πολλάκις φαινομένου ἀστέρος ἐν τῇ περὶ τὸν κίονα στοᾷ τοῦ ὁσίου Συμεὼν, ὃν ἑωράκει ὁ συγγραφεὺς καὶ ἄλλοι· καὶ αὐτῆς τῆς κεφαλῆς τοῦ ἁγίου.

Φέρε δὲ καὶ ἕτερον ὃ τεθέαμαι, τῇ ἱστορίᾳ παραδῶ. Ἐπόθουν τὸ τέμενος τούτου δὴ τοῦ ἁγίου θεάσασθαι. Διέστηκε δὲ Θεουπόλεως σταδίοις μάλιστα τριακοσίοις, κείμενον πρὸς αὐτὴν τοῦ ὄρους τὴν κορυφήν. Μανδρίαν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι (57), τῆς ἀσκήσεως, οἶμαι, τοῦ παναγίου Συμεώνου τὴν προσηγορίαν τῷ χώρῳ καταλιπόντος [11]. Διήκει δὲ τὸ πρόσαντες τοῦ ὄρους σταδίους εἴκοσι. Ἡ δὲ τοῦ νεὼ οἰκοδομία, σύγκειται μὲν σταυροῦ δίκην, ἐκ τῶν τεσσάρων πλευρῶν στοαῖς κοσμουμένη· παρατετάχατοι (58) δὲ ταῖς στοαῖς κίονες ἐκ λίθου ξεστοῦ πεποιημένοι εὐπρεπῶς, εὖ μάλα τὴν ὀροφὴν εἰς ὕψος ἐπαίροντες. Τὸ δέ γε μέσον, αὐλὴ (59) ὑπαίθριός ἐστι μετὰ πλείστης ἐξειργασμένη τῆς τέχνης· ἔνθα

VARIÆ LECTIONES.

[11] καταλιπούσης.

VALESII ANNOTATIONES.

(57) *Μανδρίαν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι.* Rectius in Telleriano codice et apud Nicephorum scribitur μάνδραν. Sic enim Evagrius ipse in superiori capite sæpius nominat. Quod autem addit Evagrius, sanctum Symeonem id vocabulum loco in quo arctioris philosophiæ studiis sese exercuerat, indidisse, amplius inquirendum est. Verba Evagrii sunt hæc : τῆς ἀσκήσεως, οἶμαι, τοῦ παναγίου Συμεῶνος τὴν προσηγορίαν τῷ χώρῳ καταλιπόντος. Christophorsonus quidem et Savilius emendant C καταλιπούσης, gravi errore. Scilicet non animadverterunt, Evagrium voces interdum trajicere solere. Sic igitur construendus erat hic Evagrii locus : τοῦ παναγίου τὴν προσηγορίαν καταλιπόντος τῷ χώρῳ τῆς ἀσκήσεως. Ita certe Nicephorus hunc Evagrii locum intellexit. Sic enim habet : Μάνδραν μὲν, ὡς εἴρηται, τὸν χῶρον καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι τῆς ἀσκήσεως, τοῦ ὁσίου τὴν κλῆσιν αὐτῷ ἐπιδεδωκότος. Id est, *Mandram, sicuti dictum est, monastici exercitii ejus locum incolæ nominant, appellatione tali ei a sancto ipso viro imposita.* Suspicari tamen quis possit, id vocabulum post Symeonis mortem ei loco impositum fuisse, cum plures monachi eo confluxissent, et monasterium illic ædificassent. Mandra enim monasterium significat, metaphora sumpta a caulis ovium seu caprarum quæ mandræ dicuntur. Hinc archimandritæ dicti sunt abbates monasteriorum, ut videre est in concilio Chalcedonensi et in novellis imperatorum. De hoc Symeonis monasterio loquitur Theodorus lector in lib. I *Collectaneorum*, ubi ait, Δανιὴλ ὁ θαυμάσιος ἐκ τῆς Συμεῶνος μάνδρας ἐλθὼν, τῷ στύλῳ ἐπέβη τῷ ἐν Ἀνάπλῳ. Symeon quoque Metaphrastes in vita Danielis Stylitæ, cap. 7, hujus monasterii mentionem facit. *Et venit ad mandram illam in qua erat sita columna R. Symeonis. Infra enim circa illam erat quoddam monasterium. In quo cum totos quatuordecim dies transegisset, volebat Symeon Danielem adhuc apud se manere.* Quibus verbis indicat Metaphrastes Symeone adhuc superstite monasterium illud exstructum fuisse. De quo tamen tam Theodoritus, quam Evagrius nihil dicunt. Cæterum non dissimulabo Tellerianum codicem hoc loco scriptum habere καταλιπούσης.

(58) *Παρατετάχαται δὲ ταῖς στοαῖς.* Christophorsonus hunc locum ita interpretatur : *Porticibus vero columnæ adjunctæ sunt.* Nec aliter Musculus, qui sic vertit : *Insunt autem porticibus columnæ.* Sed Græca vox παρατετάχαται aliquid amplius significare videtur. Utitur eodem verbo Evagrius, C in lib. IV, cap. 31, ubi ecclesiam Sanctæ Sophiæ describit ; locus sic habet : Ἐν δεξιῷ δὲ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον κίονες αὐτοῖς παρατετάχαται. Quem locum ita verti : *In dextro autem ac sinistro latere, ex adverso fornicum positæ sunt columnæ.* Certe hoc verbum omnino significat aut id quod dixi, aut juxta ponere. Langus quidem, interpres Nicephori, hæc Evagrii verba quæ initio retulimus, ita interpretatur : *Juxta porticus has ex saxo polito columnæ decentissime constructæ sunt.*

(59) *Τὸ δέ γε μέσον, αὐλὴ.* Pessime hunc locum accepit Christophorsonus. Sic enim vertit : *Versus medium templum, atrium est sub dio.* Non hoc dicit Evagrius, sed in medio harum porticuum fuisse atrium sive aream. Atria enim fere quatuor porticibus circumdari solebant, ut notavi ad libros Eusebii *De vita Constantini.* Fefellit Christophorsonum id quod paulo ante dixit Evagrius, templum porticibus ex quatuor lateribus circumdatum fuisse. D Itaque existimavit templum illud medium fuisse inter quatuor porticus. In quo longe falsus est. Atrium enim erat in medio quatuor illarum porticuum. Idque primum occurrebat intrantibus, postquam vestibulum transgressi erant. Post atrium vero templum erat, contiguum uni ex porticibus. Hanc fuisse figuram hujus templi, sequentia satis declarant. Ait enim Evagrius, nefas fuisse mulieribus in eam ædem intrare : eas tamen miraculum illius stellæ spectasse ex porta quæ erat in vestibulo. Atrium igitur statim occurrebat post vestibulum, nec templum erat in medio. Alioqui templi ipsius parietes aspectum stellæ ademissent.

Digitized by Google

ὁ τεσσαρακοντάπηχυς ἵσταται κίων, ἐν ᾧ τὸν οὐράνιον διήνυσε βίον ὁ ἐπὶ γῆς ἔνσαρκος ἄγγελος. Πρὸς τῇ ὀροφῇ τοίνυν τῶν λεγομένων στοῶν, κλειθρίδια (60) καθεστᾶσι· (θυρίδας ἔνιοι καλοῦσι,) πρός τε τὸ λελεγμένον ὑπαίθριον, πρός τε τὰς στοὰς ἀποκρινόμενα (61). Κατὰ τὸ λαιὸν τοίνυν μέρος τοῦ κίονος, ἐν αὐτῷ τῷ κλειθριδίῳ τεθέαμαι μετὰ παντὸς τοῦ ἁλισθέντος αὐτόθι λεῴ, τῶν ἀγροίκων περὶ τὸν κίονα χορευόντων (62), ἀστέρα ὑπερμεγέθη κατὰ πᾶν τὸ κλειθρίδιον διαθέοντά τε καὶ σελαγίζοντα, οὐχ ἅπαξ, οὐ δίς, οὐ τρὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις· παυόμενόν τε αὖ συχνῶς καὶ πάλιν ἐξαπίνης φαινόμενον· ὃ δὴ γίνεται μόνον ἐν τοῖς τοῦ παναγίου μνημείοις. Εἰσὶ δὲ οἳ λέγουσι, καὶ οὐκ ἀπιστητέον τῷ θαύματι, ἔκ τε τῆς τῶν λεγόντων εὐπιστίας, καὶ τῶν ἄλλων ὧνπερ τεθεάμεθα, ὅτι καὶ αὐτὸ δὴ τὸ προσωπεῖον (63) αὐτοῦ τεθέανται, ὧδέ τε κἀκεῖσε περιϊπτάμενον, τὴν ὑπήνην καθειμένον, τὴν κεφαλὴν τιάρᾳ κεκαλυμμένον, ὥσπερ εἰώθει. Ὅσοι τοῦ χώρου γινόμενοι ἄνδρες ἀφυλάκτως ἐσίασι, μετὰ τῶν σφῶν νωτοφόρων τὸν κίονα πολλάκις περινοστοῦντες. Φυλακὴ δέ τις ἐς τὸ ἀκριβέστατον, οὐκ ἔχω ἀνθ' ὅτου λέγειν, ὡς ἂν γυνὴ μὴ φοιτᾷη τῶν ἀνακτόρων ἔσω. Ἔξω δὲ περὶ τὰς φλιὰς ἑστῶσαι τεθήπασι τὸ θαῦμα· ἀντικρὺ γὰρ τοῦ σελαγίζοντος ἀστέρος, ἡ μία τῶν θυρῶν (64) ἐστιν.

A summo artificio elaboratum : in quo columna illa stat quadraginta cubitorum, in qua terrenus ille angelus cœlestem vitam exegit. In tecto supra dictarum porticuum cancelli sunt, quos nonnulli fenestras vocant, tum ad atrium superius memoratum, tum ad **269** porticus vergentes. Ad lævum igitur columnæ latus, ipse cum reliqua populi multitudine ibi collecta, saltantibus circa columnam rusticis, vidi in fenestra stellam immensæ magnitudinis, per totam fenestram discurrentem atque radiantem : neque id semel, aut iterum ac tertio, sed sæpius : eamdemque crebro evanescentem, atque iterum subito apparentem. Quod quidem nonnisi diebus festis, quibus sancti viri memoria quotannis recolitur, fieri solet. Sunt etiam qui B dicant : Nec fides deroganda est miraculo, tum ob auctoritatem eorum qui id affirmant, tum propter alia quæ nos vidimus, se ipsam illius personam vidisse, huc atque illuc volitantem, promissa barba, et capite tiara obvoluto sicuti consueverat. Ac viri quidem qui eo loci venerint, libere ingrediuntur, una cum jumentis suis columnam sæpius circumeuntes. Cavetur autem diligentissime, qua de causa equidem nescio, ne mulier ulla in templum ingrediatur. Itaque illæ extra templum in ipso limine consistentes, miraculum aspectant. Una enim ex portis delubri sita est e regione stellæ radiantis.

Εἰσὶ δὲ οἳ λέγουσι, καὶ οὐκ ἀπιστητέον τῷ θαύματι, ἔκ τε τῆς τῶν λεγόντων εὐπιστίας, καὶ τῶν ἄλλων ὧνπερ τεθεάμεθα, ὅτι καὶ αὐτὸ δὴ τὸ προσωπεῖον (63) αὐτοῦ τεθέανται, ὧδέ τε κἀκεῖσε περιϊπτάμενον, τὴν ὑπήνην καθειμένον, τὴν κεφαλὴν τιάρᾳ κεκαλυμμένον, ὥσπερ εἰώθει. Ὅσοι τοῦ χώρου γινόμενοι ἄνδρες ἀφυλάκτως ἐσίασι, μετὰ τῶν σφῶν νωτοφόρων τὸν κίονα πολλάκις περινοστοῦντες. Φυλακὴ δέ τις ἐς τὸ ἀκριβέστατον, οὐκ ἔχω ἀνθ' ὅτου λέγειν, ὡς ἂν γυνὴ μὴ φοιτᾷη τῶν ἀνακτόρων ἔσω. Ἔξω δὲ περὶ τὰς φλιὰς ἑστῶσαι τεθήπασι τὸ θαῦμα· ἀντικρὺ γὰρ τοῦ σελαγίζοντος ἀστέρος, ἡ μία τῶν θυρῶν (64) ἐστιν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου, καὶ Συνεσίου τοῦ Κυρήνης ἐπισκόπου.

Ἐπὶ τῆς αὐτῆς βασιλείας διέπρεπε καὶ Ἰσίδωρος (*q*), οὗ κλέος εὐρὺ κατὰ τὴν ποίησιν, ἔργῳ τε καὶ C

CAP. XV.

De sancto Isidoro Pelusiota, et de Synesio Cyrenarum Episcopo.

Ejusdem Theodosii principatu claruit Isidorus, cujus, ut poetico verbo utar, latissima est gloria,

VALESII ANNOTATIONES.

(60) *Κλειθρίδια.* Langus et Christophorsonus Cancellos verterunt, quod probare nullo modo possum. Nam Cancelli sunt κιγκλίδες. Clathros itaque malim vertere. Glossæ veteres, Clathri, κανόνες, οἱ ἐν ταῖς θυρίσιν ὀβελίσκοι. Id est regulæ seu verucula quæ sunt in fenestris. In aliis vero Glossis Clathrare exponitur κλειδοῦν. Est igitur eadem origo Latinæ vocis et Græcæ.

(61) *Ἀποκρινόμενα.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui ἀποκλινόμενα emendarunt. Nicephorus addit nonnulla quæ in Evagrio nostro hodie non leguntur. Sic enim habet : Ἅπερ πρὸς αὐταῖς δὴ ταῖς στοαῖς καὶ τὸ ῥηθὲν προαύλιον ὑπαιθρον ἀποκρίνεται, καὶ χώραν δίδωσι τοῖς ἠρημένοις ἐκτὸς ὁρᾶν ἀπὸ τῶν ἔσωθεν, καὶ ἔσω πάλιν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν. Quem Nicephori locum Langus ita vertit : *Cancelli sunt : fenestras quidam appellare consuevere, porticibus ipsis et subdiali quæ dicta est aulæ respondentes, locumque volentibus dantes, ut ex ipso templo extra, et rursum ab exteriori templi parte in templum prospicere possint.* Quæ quidem nescio unde hauserit Nicephorus. Utrum ex Symeone Metaphraste qui vitam Symeonis Stylitæ conscripserat ? Eam certe a se lectam fuisse testatur idem Nicephorus. Neque enim verisimile est hæc Nicephorum de suo addidisse. Quam autem ob causam adjecta sint, deprehendisse mihi videor. Existimavit scilicet Metaphrastes, aut Nicephorus ipse, si mavis, mulieres quæ in sacram illam ædem ingredi minime sinebantur, ex fenestris illis stellam quam diximus, spectavisse. Sed longe falsus est, ut mox dicemus.

(62) *Ἀγροίκων περὶ τὸν κίονα χορευόντων.* Musculus vertit : *Cum universo collecto illic agrestium circa columnam saltantium populo.* Quem secutus est Christophorsonus, expuncta subdistinctione quæ apposita est post vocem λεῴ. Ve um hæc interpretatio ferri non potest. Neque enim soli rustici tunc erant in templo sancti Symeonis, cum hæc stella visa est ab Evagrio ; sed plurimi etiam urbani, ex quorum numero erat Evagrius. Deinde populus quem tunc congregatum illic fuisse dicit Evagrius, erat in porticu ad lævam ipsius columnæ. Rustici vero erant in atrio, circa columnam saltantes.

(63) *Αὐτὸ δὴ τὸ προσωπεῖον.* In Nicephoro D legitur πρόσωπον. Quod rectius puto. In Tellerіano codice scriptum inveni προσώπειον mutato accentu.

(64) *Ἡ μία τῶν θυρῶν.* Pro voce θυρῶν Nicephorus θυρίδων, perperam, ut supra admonui. Neque enim mulieres per fenestram spectare poterant, cum ipsæ quidem essent in vestibulo, fenestræ vero sitæ essent in ipso porticuum culmine, a quarum ingressu mulieres arcebantur. Merito igitur Joannes Langus Evagrium nostrum secutus, Nicephorum emendavit. Sic enim vertit : *Mulieres quoque, sed extra templum ad postes stantes, miraculum hoc spectant. Janua enim una ex adverso stellæ fulgentis locata est.*

VARIORUM.

(*q*) *Ἰσίδωρος.* Isidorus, gente Ægyptius, ortu forsan Alexandrinus, sancti Chrysostomi discipulus, cujus memoriam impense coluit, claruit circa ann. 412. Vitam egit monasticam juxta Pelusium,

Digitized by Google

et qui cum ob res gestas, tum eloquentiæ causa, ubique celebratur. Hic usque adeo corpus suum laboribus maceraverat, et animum arcanis ac sublimioribus doctrinis saginaverat, ut angelorum vitam in terris duceret, et spirans quædam imago perpetuo esset, tam vitæ monasticæ, quam divinæ contemplationis. **270** Scripsit autem cum alia plurima, multiplici utilitate referta; tum ad celeberrimum Cyrillum nonnulla, ex quibus manifeste colligitur, illum iisdem temporibus quibus admirandum Cyrillum, floruisse. Sed quoniam hæc, quantum fieri potest, exornare contendo, prodeat jam in medium Synesius Cyrenensis, qui sui nominis claritate historiam nostram illustret. Hic igitur Synesius tum reliquis disciplinis excultus fuit, tum in philosophia adeo excelluit, ut admirationi esset etiam Christianis, his scilicet qui neque odio, neque gratia adducti, de rebus judicare solent. Persuadent igitur illi, ut salutaris regenerationis lavacrum perciperet, et sacerdotii jugum subiret, tametsi resurrectionis doctrinam nondum suscepisset, neque ita sentire vellet: recte omnino conjicientes, ad reliquas ejus viri virtutes ista esse accessura, cum divina gratia nihil imperfectum habere sustineat. Nec spes eos

A λόγῳ παρὰ πᾶσι διαβόητος. Ὃς οὕτω μὲν τὴν σάρκα τοῖς πόνοις ἐξέτηξεν, οὕτω δὲ τὴν ψυχὴν τοῖς ἀναγωγικοῖς ἐπίανε λόγοις, ὡς ἀγγελικὸν ἐπὶ γῆς μετελθεῖν βίον, στήλην τε ζῶσαν διαπαντὸς εἶναι, βίου τε μοναδικοῦ καὶ τῆς ἐς Θεὸν θεωρίας (65). Γέγραπται δ' οὖν αὐτῷ πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα, πάσης ὠφελείας ἔμπλεα· γέγραπται δὲ πρὸς [33] Κύριλλον τὸν ἀοίδιμον, ἐξ ὧν μάλιστα δείκνυται τοῦ θεσπεσίου συνακμάσαι τοῖς χρόνοις. Ταῦτά μοι κομψῶς ὡς δυνατὸν πονουμένῳ, φέρε καὶ Συνέσιος (r) ὁ Κυρηναῖος ἐς μέσον ἡκέτω, τῇ οἰκείᾳ μνήμῃ κοσμήσων τὴν διάλεξιν. Οὗτος ὁ Συνέσιος ἦν μὲν τὰ ἄλλα πάντα λόγιος· φιλοσοφίαν δ' οὕτως ἐς τὸ ἀκρότατον ἐξήσκησεν, ὡς καὶ παρὰ Χριστιανῶν θαυμασθῆναι, τῶν μὴ προσπαθείᾳ ἢ ἀντιπαθείᾳ κρινόντων τὰ ὁρώμενα. B Πείθουσι δ' οὖν αὐτὸν τῆς σωτηριώδους παλιγγενεσίας ἀξιωθῆναι (66), καὶ τὸν ζυγὸν τῆς ἱερωσύνης ὑπελθεῖν, οὕπω τὸν λόγον τῆς ἀναστάσεως παραδεχόμενον (67), οὐδὲ δοξάζειν ἐθέλοντα· εὐθυβόλως εὖ μάλα στοχασάμενοι, ὡς ταῖς ἄλλαις τἀνδρὸς ἀρεταῖς ἕψεται καὶ ταῦτα, τῆς θείας χάριτος μηδὲν ἐλλειπὲς ἔχειν ἀνεχομένης· καὶ οὐκ ἐψεύσθησαν τῆς ἐλπίδος. Οἷος γὰρ καὶ ὅσος γέγονε, τεκμηριοῦσι μὲν αἱ κομψῶς αὐτῷ καὶ λογίως μετὰ τὴν ἱερωσύνην πεποιημέ-

VARIÆ LECTIONES.

[33] δὲ καὶ πρός.

VALESII ANNOTATIONES.

(65) *Καὶ τῆς ἐς ἐνθεωρίας.* Nicephorus in lib. XIV, cap. 53, ubi hæc Evagrii verba transcribit, habet τῆς ἐς Θεὸν θεωρίας. Quomodo etiam in Telleriano codice scriptum inveni. Posset etiam emendari τῆς ἐνθέου θεωρίας. Hujus porro Isidori Pelusiotæ illustre exstat Elogium apud Ephremium episcopum Antiochenum in epistola ad Zenobium C Scholasticum, quam refert Photius in *Bibliotheca*. Ubi eum Alexandrinum genere fuisse dicit, et apud episcopos ipsos venerabilem: Ἀλεξανδρεὺς δὲ οὗτος ἦν τὸ γένος, καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν αἰδέσιμος.

(66) *Παλιγγενεσίας ἀξιωθῆναι.* Quantum quidem ex his et sequentibus verbis colligitur, existimasse videtur Evagrius Synesium uno eodemque tempore baptizatum et ad episcopale munus promotum fuisse. Quod tamen falsum esse, multis argumentis convincit Petavius in notis ad Synesium, pag. 2 et 3. Evagrium tamen secutus est Photius in *Bibliotheca*, et Nicephorus in lib. XIV. Quanquam Nicephorus non uno eodemque tempore utrumque sacramentum a Synesio perceptum esse dicit; sed cum jam ei persuasisset Theophilus ut baptismum Christianorum susciperet, postea conatum esse eidem persuadere ut episcopale munus capesseret: Ἔπειτα ἐπειρᾶτο καὶ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἐκεῖνον δέξασθαι χρῖσμα.

(67) *Οὔπω τὸν λόγον τῆς ἀναστάσεως παραδεχόμενον.* Plerosque id sibi persuasisse video, Synesium tunc cum a Ptolemaïdensibus electus est episcopus, resurrectionem corporum nequaquam credidisse. Id tamen verum non esse testatur ipse Synesius in epist. 105, quam scripsit ad Evoptium fratrem, qui tum erat Alexandriæ. Ubi causas affert cur episcopatum sibi delatum suscipere non possit. Prima est uxor, a cujus consortio divelli non poterat. Altera est corporum resurrectio. De qua quid sentiat, declarat his verbis: Τὴν καθωμιλημένην ἀνάστασιν ἱερόν τι καὶ ἀπόρρητον ἡγημαι καὶ πολλοῦ δέω ταῖς τοῦ πλήθους ὑπολήψεσιν ὁμολογῆσαι, id est: *Decantatam illam resurrectionem sacrum quidpiam et arcanum arbitror, longeque absum ab vulgi comprobandis opinionibus.* Non igitur resurrectionem mortuorum negabat penitus Synesius: sed eam cum Platonicis atque Origene exponebat. Cæterum Baronius ad annum Christi 410, cuncta illa quæ a Synesio dicuntur in hac epistola, tam de uxore retinenda, quam de mortuorum resurrectione, non serio dici censet, sed ficte atque simulate, ut episcopatus onus declinaret. Verum hanc Baronii sententiam merito improbavit Petavius. Multo enim verisimilius esse dicit, Synesium hæc ad fratrem suum scripsisse, sicut tunc sentiebat. Posteà vero a Theophilo aut aliis sacerdotibus edoctum, antequam episcopus fieret, veram de resurrectione sententiam amplexum esse. Verum hanc quæstionem fuse examinavit Lucas Holstenius peculiari D dissertatione, quam in gratiam studiosorum, ad calcem Adnotationum nostrarum edidimus. Interim monendus est lector, in hujus capitis titulo et in *Bibliotheca* Photii errorem esse, ubi Synesius Cyrenarum episcopus dicitur. Fuit quidem Synesius patria Cyrenæus, sed episcopus fuit Ptolemaïdis, quæ urbs est in Cyrenaica.

VARIORUM.

ex septem Nili ostiis maximum; inde *Pelusiota* dictus. In vivis adhuc erat anno 431, quod ex ejus epistola 311, lib. I, constat. (Guil. Cave. vol. I, pag. 300.) Non videtur dubitandum quin Pelusii monachis præfuerit, inquit Pagius ad annum, 433, n. 24, qui ibidem observat, n. 23, post dictum annum nullam amplius occurrere sancti Isidori mentionem.

(r) *Συνέσιος.* Synesius natione Ægyptius, genere Pentapolitanus, urbe Cyrenæus, cultu primum gentilis, schola philosophus Platonicus, ordinatus est episcopus Ptolemaidis a Theophilo patriarcha Alexandrino, circa ann. 410. (Guil. Cav. vol. I, pag. 299.) Quo anno obierit incompertum. Philosophiæ magistra usus est in primis Hypatia, de qua Socrates, lib. VII, cap. 15.

Digitized by Google

ναι ἐπιστολαὶ, ὅ τε πρὸς αὐτὸν Θεοδόσιον (68) προσφωνητικὸς λόγος, καὶ ὅσα τῶν ἐκείνου χρηστῶν φέρεται πόνων.

tum oratio quam dixit eidem imperatori Theodosio, tum quicunque ejus libri admodum utiles circumferuntur.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Ὅπως ὁ Θεοφόρος Ἰγνάτιος ἐκ Ῥώμης ἀνακομισθεὶς, παρὰ Θεοδοσίου ἐν Ἀντιοχείᾳ κατετέθη.

Τότε καὶ Ἰγνάτιος (s) ὁ Θεσπέσιος, ὡς Ἰωάννῃ τῷ ῥήτορι (69) σὺν ἑτέροις ἱστόρηται, ἐπειδή γε ὡς ἐβούλετο τάφων (t) τὰς τῶν θηρίων ἐσχηκὼς γαστέρας ἐν τῷ τῆς Ῥώμης ἀμφιθεάτρῳ, καὶ διὰ τῶν ὑπολειφθέντων ἀδροτέρων ὀστῶν, ἃ πρὸς τὴν Ἀντιόχου ἀπεκομίσθη, ἐν τῷ καλουμένῳ κοιμητηρίῳ (70) μετατίθεται πολλοῖς ὕστερον χρόνοις, ὑποθεμένου τοῦ παναγάθου Θεοῦ Θεοδοσίῳ, τὸν Θεοφόρον (71) μείζοσι τιμῆσαι τιμαῖς, ἱερόν τε πάλαι τοῖς δαίμοσιν ἀνειμένον (Τυχαῖον (72) τοῖς ἐπιχωρίοις ὠνόμαστο), τῷ ἀθλοφόρῳ καὶ μάρτυρι ἀναθεῖναι· καὶ σηκὸς εὐαγὴς, καὶ τέμενος ἅγιον τῷ Ἰγνατίῳ τὸ πάλαι Τυχαῖον γέγονε, τῶν ἱερῶν αὐτοῦ λειψάνων μετὰ πομ-

CAP. XVI.

Quomodo divinus Ignatius ab urbe Roma deportatus, Antiochiæ depositus sit.

Eodem tempore, ut Joannes rhetor cum aliis pluribus scriptum reliquit, **271** divinus Ignatius, qui sicut optaverat, ferarum ventres in amphitheatro urbis Romæ pro tumulo habuit: cum robustiora ejus ossa quæ superfuerant, Antiochiam deportata et in cœmeterio collocata fuissent, multis post annis translatus est: cum Deus optimus maximus Theodosio id suggessisset, ut Deiferum martyrem majori honore afficeret, utque templum jampridem dæmoniis consecratum, quod incolæ Tychæum nominabant, fortissimo victori ac martyri dedicaret. Itaque quod olim fuerat delubrum genii publici, factum est templum et sacra ædes beati Ignatii, cum sacræ

VALESII ANNOTATIONES.

(68) *Ὁ τε πρὸς αὐτὸν Θεοδόσιον προσφωνητικός.* Intelligit orationem de regno. Quæ tamen non Theodosio Juniori, sed Arcadio dicta est, anno Christi quadringentesimo, hoc est decem annis antequam Synesius episcopatum suscepisset, ut recte observavit Dionysius Petavius in notis ad orationem illam Synesii.

(69) *Ὡς Ἰωάννῃ τῷ ῥήτορι.* Hujus Joannis rhetoris *Historiam* sæpius laudat Evagrius in sequentibus libris, verbi gratia in cap. 12 libri secundi, et in cap. 10 ac 23 libri III, et in cap. 6 libri IV. Longe autem diversus est ab illo Joanne cujus mentionem facit Evagrius in cap. ultimo libri quinti. Hic enim Historiam rerum gestarum scripserat ab extremis temporibus Justiniani usque ad principatum Mauritii, ut ibidem testatur Evagrius. Prior autem ille Joannes, res Theodosii Junioris et Leonis ac Zenonis principatu gestas exposuerat, ut colligitur ex iis quæ ex Joanne illo desumpsit Evagrius. Et in ruina Antiochiæ quæ contigit anno Justini Senioris nono, Historiam suam clauserat, ut scribit Evagrius. Præterea Joannes ille quem posteriore loco nominavi, patria fuit Epiphaniensis. Evagrius enim in cap. citato lib. V, eum civem suum et cognatum appellat. Fuit autem Evagrius, domo Epiphaniensis, ut in prolegomenis ostendimus. Joannes vero rhetor, cujus hoc loco meminit Evagrius, si conjicere licet, videtur mihi fuisse Antiochenus. Etenim quæcunque ex illo citat Evagrius noster, ad Antiochenam urbem pertinent. Hæc idcirco fusius annotavi, ut errorem Joannis Vossii emendarem, qui in *Commentario* suo *de historicis Græcis*, hos duos Joannes inter se confudit.

(70) *Ἐν τῷ καλουμένῳ κοιμητηρίῳ.* Obscuritas et prava distinctio hujus loci, primo Nicephorum, ac deinde Christophorsonum in errorem induxit. Obscuritas autem ex eo nata est, quod Evagrius noster more suo, nimis multa in unam eamdemque periodum inclusit, quæ in plures periodos erant dividenda. Deinde post vocem κοιμητηρίῳ ponenda est distinctio, quod non viderunt Nicephorus et Christophorsonus. Putavit igitur Nicephorus Ignatii reliquias Theodosii Junioris temporibus Roma Constantinopolim perlatas fuisse, et jussu ejusdem imperatoris Antiochiam deportatas, illic in cœmeterio esse depositas. Quod est falsissimum. Diu enim ante Theodosii Junioris principatum, reliquiæ Ignatii martyris depositæ erant in cœmeterio urbis Antiochiæ, ut diserte testatur Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, ubi de Ignatio hæc habet. *Reliquiæ corporis ejus Antiochiæ jacent extra portam Daphniticam in cœmeterio.* Non igitur Roma Constantinopolim, ac deinde Antiochiam reliquias Ignatii transtulit Theodosius Junior, sed ex cœmeterio quod erat extra portas urbis Antiochiæ, eas in urbem deportavit. Ita certe hunc Evagrii locum intellexit Musculus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Tunc et divinus Ignatius, posteaquam sicuti voluerat, bestiarum ventres sepulturæ loco in amphitheatro Romano consecutus, et ossa illius quæ tanquam robustiora relicta fuerant a bestiis, Antiochiam deportata, et in cœmeterio condita essent, multo post tempore per Theodosium transfertur*, etc. Videtur autem Musculus expunxisse articulum ἃ, ut totus locus construatur hoc modo: ἐπειδὴ τάφων ἐσχηκὼς ἀπεκομίσθη, etc. Quod equidem valde probo.

(71) *Τὸν Θεοφόρον.* Cognomentum hoc videtur fuisse beati Ignatii. Idque ex eo colligitur, quod omnibus ejus epistolis hunc titulum præfixum legimus, Ἰγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος. *Ignatius qui et Theophorus.* In *Martyrio* beati Ignatii quod edidit Jacobus Usserius Armachanus, ipse Ignatius sese Theophorum appellat coram imperatore Trajano. Et interrogatus, qui esset Theophorus, respondit: « Is qui Christum gestat in pectore. »

(72) *Τυχαῖον.* Gentiles singulis civitatibus suos genios tribuebant, eisque templa exstruebant, quæ Græce Τυχαῖα vel Τυχεῖα dicebantur, ut notavi ad librum nonum *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii. Templum Genii publici urbis Antiochiæ memorat Ammianus Marcellinus in lib. XXII, p. 238, quod Julianus in *Misopogone*, τὸ τῆς τύχης ἱερόν, appellat.

VARIORUM.

(s) *Τότε καὶ Ἰγνάτιος.* Translatio hæc reliquiarum sancti Ignatii Antiocheni, facta est anno 438, ut scribit Ant. Pagi ad eum annum, n. 3.

(t) *Τάφων.* Legendum τάφον. W. Lowth.

Digitized by Google

ejus reliquiæ ingenti pompa curru in urbem invectæ et in templo depositæ essent. Quam ob causam publica festivitas quotannis ad nostra usque tempora communi totius populi lætitia celebratur, quam Gregorius ejusdem loci episcopus, longe adhuc magnificentiorem reddidit. Hæc ideirco illic facta sunt, quod Deus sanctorum reliquias jam exhinc honore afficiat. Nam Julianus quidem sceleratus ille ac Deo invisus tyrannus, cum Daphnæus Apollo, qui Castalium fontem pro voce atque oraculo habebat, consulenti imperatori respondere non posset, eo quod sanctissimus Babyla de proximo os ei penitus **272** obturaret : invitus et quasi verbere adactus, martyrem transferendo honoraverat : quando et maximum ei templum juxta urbem exstructum est, quod etiamnum manet : eo consilio, ut dæmones deinceps libere sua ipsorum perageret, quemadmodum Juliano, ut aiunt, polliciti fuerant. Hæc scilicet Servator noster Deus hunc in modum dispensavit, ut eorum qui martyrio perfuncti erant, vis ac potentia declararetur, et sancti martyris reliquiæ in sanctum transferrentur locum, ac pulcherrimo delubro honorarentur.

A πῆς ἱερᾶς ἀνὰ τὴν πόλιν ἐπ' ὀχήματος ἐνεχθέντων, καὶ κατὰ τὸ τέρενος τεθέντων. Ὅθεν καὶ δημοτελὴς ἑορτὴ καὶ πάνδημος εὐφροσύνη μέχρις ἡμῶν τελεῖται, πρὸς τὸ μεγαλοπρεπέστερον τοῦ ἱεράρχου Γρηγορίου ταύτην ἐξάραντος. Γέγονε δὲ ταῦτα ἐκεῖθεν, ἔνθεν (73) τοῦ Θεοῦ τὰς ὁσίας τῶν ἁγίων τιμῶντος [94] μνήμας. Ἰουλιανὸς μὲν γὰρ ὁ ἀλιτήριος, ἡ θεοστυγὴς τυραννὶς, ἄκων καὶ μαστιζόμενος, ἐπειδὴ μὴ ὁ Δαφναῖος Ἀπόλλων, ὁ φωνὴν καὶ προφητείαν τὴν Κασταλίαν (74) ἔχων, ἀνελεῖν τι ἠδύνατο τῷ βασιλεῖ χρηστηριαζομένῳ, Βαβύλα τοῦ ἁγίου παντοίως ἐκγειτόνων ἐπιστομίζοντος, τιμᾷ μεταθέσει τὸν ἅγιον· ὅτε καὶ νεὼς αὐτῷ πρὸ τῆς πόλεως παμμεγέθης ἀνίστατο, ὁ καὶ μέχρις ἡμῶν σωζόμενος· ἵνα λοιπὸν οἱ δαίμονες ἐπ' ἀδείας τὰ οἰκεῖα δρῷεν, ὥς φασιν B Ἰουλιανῷ φθῆναι τούτους ἐπαγγείλασθαι. Τοῦτο δ' ἄρα ἦν τὸ οἰκονομούμενον παρὰ τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ, ὡς ἂν καὶ τῶν μεμαρτυρηκότων ἡ δύναμις ἔκδηλος ᾖ, καὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος τὰ εὐαγῆ λείψανα, εὐαγεῖ [95] μετενεχθεῖεν χώρῳ, καλλίστῳ τεμένει τιμώμενα.

CAP. XVII.

De Attila Hunnorum rege; et quomodo Orientis atque Occidentis provincias vastaverit; item de horrendo terræ motu, aliisque terribilibus signis quæ toto orbe contigerunt.

Iisdem temporibus, bellum illud multorum sermone celebratum, ab Attila Hunnorum rege excitatum est. Quod quidem Priscus rhetor accurate C simul ac diserte conscripsit, singulari elegantia nobis exponens, quomodo ille adversus orientalis et occidentalis imperii partes expeditionem susceperit, quotque et quantas urbes captas sub ditionem suam redegerit : quibus denique rebus gestis ex hac luce migraverit. Eodem Theodosio Romanum

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Περὶ Ἀττίλα τοῦ Σκυθῶν βασιλέως, καὶ ὅπως τὰ ἑῷα καὶ ἑσπέρια κατέστρεψε· καὶ περὶ τοῦ γενομένου ξένου σημείου, καὶ τῶν ἄλλων ἐν κόσμῳ φοβερῶν σημείων.

Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ὁ πολὺς τῷ λόγῳ πόλεμος (*u*) ἐκεκίνητο, Ἀττίλα τοῦ τῶν Σκυθῶν βασιλέως· ὃν περιέργως καὶ ἐς τὰ μάλιστα λογίως Πρίσκος ὁ Ῥήτωρ γράφει, μετὰ πολλῆς τῆς κομψείας διηγούμενος, ὅπως τε κατὰ τῶν ἑῴων καὶ ἑσπερίων ἐπεστράτευε μερῶν, οἵας τε καὶ ὅσας πόλεις ἑλὼν κατήγαγε, καὶ ὅσα πεπραχὼς, τῶν ἐντεῦθεν μετέστη. Τοῦ αὐτοῦ τοίνυν Θεοδοσίου τὰ σκῆπτρα διέποντος, μέγιστος καὶ ἐξαίσιος καὶ τοὺς προλα-

VARIÆ LECTIONES.

[94] ἁγίων αὐτοῦ τιμῶντος. [95] ἐν εὐαγεῖ.

VALESII ANNOTATIONES.

(73) *Ἐκεῖθεν ἔνθα.* In optimo codice Florentino scriptum est ἔνθεν, quod magis placet, quanquam alterutra vox videtur superflua. Utrumque enim vocabulum idem significat. Quamobrem Christophorsonus utrumque adverbium in versione sua exposuit hoc modo : *Ista propterea in eo loco facta fuerunt, quod Deus sacras sanctorum suorum* D *memorias ibi coli honorarique voluit.* Ego vero ἔνθεν aliquid amplius significare existimo : *Abhinc* scilicet, quasi ἐνθένδε ἤδη diceres. Certe Hesychius ἔνθεν αὐτόθεν exponit et ἐκ τούτου. Sensus igitur est Deum velle, ut sanctorum reliquiæ jam ab hoc sæculo honorentur. Certe Evagrius hæc adverbia ἐκεῖθεν ἔνθεν simul jungere solet, ut in libro XI, cap. 5, sub finem.

(74) *Τὴν Κασταλίαν.* Castalium fontem intelligit. De quo Ammianus Marcellinus, Gregorius Nazianzenus aliique multa scripserunt. Verba Gregorii ex secunda invectiva in Julianum, hæc sunt: Πάλιν ἡ Κασταλία σεσίγηται καὶ σιγᾷ, καὶ ὕδωρ ἐστὶν οὐ μαντευόμενον, ἀλλὰ γελώμενον· πάλιν ἀνδριὰς ἄφωνος ὁ Ἀπόλλων, πάλιν ἡ Δάφνη φυτόν, etc. Ad quæ Gregorii verba, vide, si placet, ea quæ notat scholiastes Nonnus, cap. 14. Hæc non monerem, nisi animadvertissem utrumque interpretem id non vidisse.

VARIORUM.

(*u*) *Ὁ πολὺς τῷ λόγῳ πόλεμος.* De bello et terræ motu hoc capite memoratis, Theodoritus epistola 41, ad Claudianum, hæc habet : Ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος, καὶ τὴν γῆν κλονεῖ καθ' ἡμῶν, καὶ τὰ φῦλα τῶν βαρβάρων πάντοθεν ἡμῖν ἐπέστησεν· *In præsens vero et terram contra nos concutit* [Deus] *et barbaras undiquaque nationes in nos immisit.* Hanc epistolam Joannes Garnerius, scriptam putat post diem natalem Christi, anno 447, *quo anno*, inquit, *totus fere orbis terræ motu concussus est, et multas Attila Orientis provincias vastavit, coegitque Theodosium imp. tributo pacem de hoc redimere.* De hoc Attila, qui se *flagellum Dei* appellavit, videantur Cassiodorus, Prosper, Isidorus in *Chronicis*, Jornandes, *De origine Gothorum*; Paulus diaconus, lib. XV.

Digitized by Google

δόντας ἅπαντας ἀποκρυπτόμενος γέγονε σεισμὸς (75) ἀνὰ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν οἰκουμένην· ὥστε καὶ πολλοὺς τῶν πύργων τῶν ἀνὰ τὴν βασιλίδα πρηνεῖς ἐνεχθῆναι, συμπεσεῖν τε καὶ τὸ Χερρονήσου καλούμενον μακρὸν τεῖχος, διαχῆναι [26] δὲ τὴν γῆν, καὶ πολλὰς κώμας ἐν αὐτῇ καταδῦναι· πολλά τε αὖ καὶ ἀναρίθμητα γενέσθαι πάθη ἀνά τε γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν· καὶ ἐνίας μὲν τῶν πηγῶν ξηρὰς ἀναδειχθῆναι· ἑτέρωθι δὲ, ὑδάτων πλῆθος ἀναδοθῆναι, μὴ πρότερον δν· δένδρα τε αὐτόπρεμνα σὺν τοῖς σφίσι ῥίζαις (76) ἀναβρασθῆναι· καὶ χώματα πλεῖστα ἐς ὄρη σχεδιασθῆναι· τὴν δὲ θάλασσαν, ἰχθῦς νεκροὺς ἀποσφενδονήσασθαι, καὶ πολλὰς τῶν ἐν αὐτῇ νήσων ἐπικλυσθῆναι· πλοῖά τε αὖ θαλάττια ἐπὶ τῆς ξηρᾶς ὀφθῆναι, τῶν ὑδάτων ἐς τοὐπίσω νοστησάντων· παθεῖν τε καὶ πολλὰ [27] Βιθυνίας τε καὶ Ἑλλησπόντου, Φρυγίας τε ἑκατέρας. Ὃ δὴ πάθος καὶ ἐπὶ χρόνον τῆς γῆς ἐπεκράτησεν, οὐχ ὥσπερ ἥρξατο οὕτω σφοδρῶς διαμένον· ἀλλὰ κατὰ μικρὸν λῆγον, μέχρις οὗ καθάπαξ ἐπέπαυστο.

A imperium administrante, ingens et gravissimus, et qui cunctos superiores magnitudine superavit, per universum propemodum terrarum orbem factus est terræ motus, adeo ut multæ ex turribus regiæ urbis collapsæ sint, et longus murus Chersonesi simul corruerit: terræque hiatu multis in locis facto, complures pagi absorpti fuerint: multi quoque ac prope innumerabiles casus terra marique contigerint. Nam et fontes aliquot penitus exaruerunt; et aliis in locis aquarum in copia subito erupit, in quibus antea nulli fuerant fontes. Alibi arbores integræ cum suis radicibus in sublime vibratæ sunt, multisque molibus coacervatis montes subito exstiterunt. Mare vero pisces mortuos ad terram projecit, multæque ejus insulæ superfusis aquis inundatæ sunt. Naves quoque in arido destitutæ sunt, aquis videlicet retrocedentibus. Multa porro loca in Bithynia atque Hellesponto, et in utraque Phrygia gravibus damnis affecta sunt. Hæc clades satis diu per orbem terrarum grassata est: non

B

273 tanta vehementia perseveravit, quanta cœperat. Sed paulatim minuebatur, donec penitus desiit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Περὶ τῶν οἰκοδομιῶν τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ τίνες οἱ ἐργασάμενοι ταύτας.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους, Μεμνόνιος, καὶ Ζωΐλος καὶ Κάλλιστος παρὰ Θεοδοσίου κατὰ τὴν Ἀντιοχέων ἄρξοντες (77) ἐξεπέμφθησαν, τὴν ἡμετέραν θρησκείαν (78) διαπρέποντες. Καὶ Μεμνόνιος μὲν εὐπρεπῶς τε καὶ περιέργως τὸ καὶ πρὸς ἡμῶν ψηφίον (υ) ὀνομαζόμενον, ἐξ ἐδάφους ἀνοικοδομεῖ, ὑπαί-

CAP. XVIII.

De operibus publicis Antiochiæ, et de eorum conditoribus.

Per idem tempus Memnonius, Zoilus et Callistus, viri religionis nostræ studiosissimi, ab imperatore Theodosio missi sunt ut Antiochiæ præessent. Ac Memnonius quidem, opus quod a nobis quoque C psephium dicitur, venuste ac magnifice a solo instauravit, atrium relinquens in medio. Zoilus vero

VARIÆ LECTIONES.

[26] διαστῆναι. [27] καὶ τὰ πολλά.

VALESII ANNOTATIONES.

(75) *Γέγονε σεισμός.* Hic terræ motus contigit anno Christi 447, Ardabure et Callepio coss. ut scribit Marcellinus in *Chronico*, et auctor *Chronici Alexandrini*. Verba Marcelli hæc sunt: *Ingenti terræ motu per loca varia imminente, plurimi urbis Augustæ muri recenti adhuc reædificatione constructi, cum quinquaginta septem turribus corruerunt.* Quæ verba idcirco hic apposui, ut ostenderem verba Evagrii male intellecta esse ab interpretibus, qui ἀνὰ τὴν βασιλίδα, verterunt *in palatio*, cum vertere debuissent *in urbe regia*. Sic autem Constantinopolim nominare solet Evagrius.

(76) *Σὺν τοῖς σφίσι ῥίζαις.* Leges grammaticæ jubent ut scribamus σὺν ταῖς σφῶν ῥίζαις. Certe in codice Telleriano legitur σὺν ταῖς. Paulo ante ubi D legitur διαχῆναι τὴν γῆν idem codex scriptum habet διαστῆναι.

(77) *Κατὰ τὴν Ἀντιοχέων ἄρξοντες.* Id est *ut essent consulares Syriæ*. Consularis enim Syriæ regebat urbem Antiochiam et reliquas urbes Syriæ Cœles. Cave porro intelligas hos tres viros, Memnonium scilicet, Zoilum, ac Callistum, simul missos esse a Theodosio, ut Antiochenæ jurisdictioni præessent. Neque enim hic mos erat Romanorum. Singulos igitur variis temporibus subinde missos a Theodosio intelligere debemus. Sciendum præterea est moris fuisse ut consulares Syriæ, ad conciliandam sibi Antiochensium gratiam, aliquod opus publicum conderent. Docet id Libanius in Antiochico, pag. 370, his verbis: Οὐ δὴ θαυμαστὸν εἰ τοῖς μὲν ἄλλοις κρατοῦσα τῶν ἄλλων, τῇ δὲ τῆς σοφίας ἀσκήσει μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰ αὐτῆς νικῶσα, τοὺς ἐπὶ ἀρχὰς ἰόντας ἐραστὰς ἑαυτῇ καθίστησιν. Ὧν ἑκάστῳ καὶ προοίμιον τῆς διοικήσεως, καὶ μέσα, καὶ τελευταῖα τὸ τί προσθεῖναι τῇ πόλει. Id est: *Non itaque mirandum, si urbs quæ aliis quidem in rebus reliquas vincit, in studio vero atque exercitatione sapientiæ, non aliarum solum, verum etiam sua ipsius decora superat, rectores provinciæ in sui amorem rapit. Quorum singulis et initium administrationis et medium et exitus hic est, adjicere aliquid civitati.* Idem Libanius paulo ante in eadem pagina tria fuisse dicit tribunalia in urbe Antiochia, ac totidem advocatorum scholas, pro numero scilicet tribunalium. Primum tribunal fuisse videtur præfecti prætorio Orientis, cujus sedes erat Antiochiæ. Secundum tribunal fuit comitis Orientis. Tertia fuit jurisdictio consularis Syriæ Cœles. Verba Libanii sunt hæc: Ἄνευ γὰρ τῆς ἐν τοῖς πολιτευομένοις παιδείας, τρεῖς χοροὶ ῥητόρων, ἰσάριθμοι τοῖς δικαστηρίοις ἀγείρονται. Quæ sic vertenda sunt: *Nam præter eruditionem quæ est in decurionibus, tres advocatorum scholæ illic congregantur, totidem numero quot sunt fora.*

(78) *Τὴν ἡμετέραν θρησκείαν.* Scribendum puto τῇ ἡμετέρᾳ θρησκείᾳ διαπρέποντες. Id enim postulant leges grammaticæ.

VARIORUM.

(υ) *Ψηφίον.* Forte, inquit Ducangius, sic dictum est hoc ædificium, quod in eo lapilli pretiosiores, vel certe ψηφίδες, ad opus musivum distraherentur. *Glossar. med. et inf. Græc.*

Digitized by Google

regiam porticum ædificavit, quæ ad meridianum latus porticus Rufini sita, ad nostram usque ætatem vocabulum ejus retinuit, licet ob varias calamitates sæpius mutata fuerint ædificia. At Callistus magnificum et illustre opus construxit, quod tam veteres, quam nostræ ætatis homines Callisti porticum appellarunt : ante basilicam in qua jus redditur : e regione fori in quo ædes est magnificentissima, prætorium magistrorum militiæ. Post hos Anatolius magister militum in Orientem missus, porticum illam quæ Anatolii dicitur ædificavit, et omnis generis materia eam exornavit. Sunt hæc quidem aliena a proposito nostro : studiosis tamen non invenusta videbuntur.

A

274 CAP. XIX.

De variis bellis quæ tum in Italia, tum in Perside gesta sunt, regnante Theodosio.

Ejusdem Theodosii temporibus crebræ in Europa tyrannorum rebelliones exstiterunt, dum Valentinianus Romæ imperium administraret. Quas Theodosius oppressit missis ingentibus auxiliis, tam pedestris, quam navalis exercitus. Persas quoque insolentia elatos, quorum tunc rex erat Isdigerdes, pater Vararanis, sive, ut Socrati placet, Vararanes ipse ; usque adeo superavit, ut pacem ipsis per legatos poscentibus concederet, quæ ad duodecimum annum imperatoris Anastasii permansit. Quæ res tum ab iis scriptoribus proditæ sunt : tum ab Eustathio Epiphaniensi Syro admodum eleganter in compendium sunt redactæ. Qui quidem Amidæ quoque urbis expugnationem scripsit. Eodem tem-

B

C

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Περὶ πολέμων διαφόρων Ἰταλικῶν, καὶ Περσικῶν, οἳ ἐπὶ Θεοδοσίου γεγόνασι.

Ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις Θεοδοσίου, ἐπαναστάσεις συχναὶ, κατὰ τὴν Εὐρώπην γεγόνασιν, Οὐαλεντινιανοῦ Ῥώμης βασιλεύοντος · ἃς καὶ καθεῖλε Θεοδόσιος, μεγάλας δυνάμεις ἐκπέμψας ; κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν, πεζικῷ τε καὶ νηΐτῃ στρατῷ (81). Οὕτω δὲ καὶ Περσῶν παροινησάντων κεκράτηκε, βασιλεύοντος αὐτῶν Ἰσδιγέρδου (x) πατρὸς τοῦ Οὐαραράνου, ἢ ὡς Σωκράτει δοκεῖ, αὐτοῦ Οὐαραράνου βασιλεύοντος · ὡς καὶ πρεσβευσαμένοις αὐτοῖς εἰρήνην χαρίσασθαι, ἣ καὶ διήρκεσε μέχρις δύο καὶ δέκα ἐτῶν τῆς Ἀναστασίου βασιλείας. Ἅπερ ἱστόρηται μὲν καὶ ἄλλοις · ἐπιτέτμηται δὲ εὖ μάλα κομψῶς καὶ Εὐσταθίῳ (y) τῷ ἐξ Ἐπιφανείας τῷ Σύρῳ, ὃς καὶ τὴν ἅλωσιν Ἀμίδης συνεγράψατο. Τότε φασὶ

VALESII ANNOTATIONES.

(79) *Τῆς τοῦ παλατίου Ῥουφίνου.* Sic ediderunt Genevenses typographi ex libro Christophorsoni. Savilius quoque in suo codice qui penes me est, expuncta voce Ῥουφίνου, ejus loco substituit hæc verba τοῦ παλατίου ὄροφον. Atque ita legisse Christophorsonum, ex versione ejus apparet. Sic enim vertit : *Qui ad australe latus tecti Palatii, quod Rufini nomen obtinet, spectat.* Sed cum hæc verba nec in regio codice, nec in optimo exemplari Florentino et Telleriano legantur, merito expungenda esse existimavi.

(80) *Τῶν στρατηγῶν τὰ καταγώγια.* Mansionem ducum interpretatur Musculus. Nec aliter Christophorsonus, qui sic vertit, *E regione fori, in quo pulcherrima domus est, quam præfecti præsidiorum incolere solent.* Ego vero στρατηγοὺς hoc loco intelligendos esse arbitror, non duces aut magistros militum, sed magistratus seu duumviros qui Græce στρατηγοὶ dicebantur, ut jam pridem observavi, tum in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum, tum ad Eusebium. Cur autem ita potius hanc vocem hic accipiendam esse existimem, causa hæc est, quod ædes illa fuisse dicitur in foro, e regione Basilicæ in qua jus reddebatur. Hujusmodi porro domicilium melius convenire videtur magistratui municipali, quam rectori militiæ. Ædes porro istæ στρατήγια Græce dicebantur. Tale fuit strategium Constantinopoli, ut notavi ad librum primum Socratis. Quanquam auctor *Chronici Alexandrini* in gestis imp. Severi, aliam affert rationem hujus vocabuli. Sed nunc re attentius examinata, στρατηγοὺς hic intelligo magistros militum per Orientem, qui prætorium habebant insigne in foro urbis Antiochiæ. Hujus prætorii mentionem facit Theoph. in *Chronico*, pag. 147 : Ἀνήφθη γὰρ τὸ πῦρ ἀπὸ τοῦ μαρτυρίου τοῦ ἁγίου Στεφάνου, καὶ ἕως τοῦ πραιτωρίου τοῦ στρατηλάτου ἔφθασεν.

D

(81) *Πεζικῶν τε καὶ νηΐτῃ στρατῷ.* Si leges grammaticæ sequi volumus, scribendum erit νηϊτῶν. Sed quoniam νῆϊται στρατοὶ in plurali non dicitur, malim equidem scribere πεζικῷ τε καὶ νηΐτῃ στρατῷ, ut legitur in manuscripto codice Telleriano. Certe in optimo codice Florentino diserte scriptum est πεζικῷ. Paulo post scribendum est διήρκεσε, non ut vulgo editum est διήρκησε.

VARIORUM.

(x) *Ἰσδιγέρδου.* Hic mortuus erat anno 414; neque unquam bellum movit contra Romanos, sed tantum persecutionem contra Christianos ; quam a filio Vararane excitatam perperam scripsit Socrates, lib. VII cap. 18, Vid. Pagi ad ann. 408, n. III, 408. n. 3, et ad ann. 420, n. 14. W. Lowth.

(y) *Εὐσταθίῳ.* Claruit sub Anastasio imp. circa ann. 496. Scripsit compendium Chronicum, inquit Suidas, rerum ab Ænea usque ad Anastasium, libris IX. Amidæ, urbis præcipuæ Mesopotamiæ, expugnationem descripsit, quæ contigit anno 503.

Digitized by Google

καὶ (82) Κλαυδιανὸν καὶ Κῦρον (83) τοὺς ποιητὰς ἀναδειχθῆναι. Κῦρον δὲ καὶ πρὸς τὸν μέγιστον τῶν ὑπάρχων ἀναβῆναι θρόνον, ὃν ὕπαρχον τῆς αὐλῆς οἱ πρὸ ἡμῶν κεκλήκασι· καὶ τῶν ἑσπερίων ἐξηγήσασθαι δυνάμεων, Καρχηδόνος ὑπὸ Βανδίλων κρατηθείσης, Γιζερίχου (z) τε τῶν βαρβάρων ἡγουμένου.

pore Claudianum ac Cyrum poetas floruisse perhibent. Ex quibus Cyrus quidem ad supremum præfectorum culmen pervenit, quam dignitatem majores nostri præfecturam prætorii appellarunt. Fuit etiam magister militum in Occidente, quo tempore Carthago capta est a Vandalis, quibus præerat Genserico.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Περὶ τῆς βασιλίσσης Εὐδοκίας, καὶ Εὐδοξίας τῆς θυγατρὸς, καὶ ὅπως εἰς Ἀντιόχειαν καὶ Ἱεροσόλυμα ἀφίκετο.

Οὗτος τοίνυν ὁ Θεοδόσιος τὴν Εὐδοκίαν ἐποικίζεται, τοῦ σωτηριώδους μεταλαβοῦσαν βαπτίσματος, γένει μὲν Ἀθηναίαν, καλλιεπῆ δὲ καὶ τὴν ὥραν εὐπρεπῆ, μέσης οἱ γενομένης Πουλχερίας τῆς βασιλίδος τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς. Ἐκ ταύτης αὐτῷ γίνεται παῖς ἡ Εὐδοξία, ἣν ὕστερον ἐπειδὴ καιρὸν ἦγαγε γάμων, Οὐαλεντινιανὸς ὁ αὐτοκράτωρ ἄγεται, ἀπάρας μὲν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, κατάρας δὲ πρὸς τὴν Κωνσταντίνου. Ἡ χρόνοις ὕστερον (84) ἐπὶ τὴν ἁγίαν ἐπειγομένη Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλιν, ἐνταῦθά τε γίνεται (85), καὶ δημηγορήσασα πρὸς τὸν

275 CAP. XX.

De Eudocia Augusta, deque ejus filia Eudoxia; et quomodo Eudocia Antiochiam venerit, et Hierosolymam ingressa sit.

Porro Theodosius Eudociam [5], domo Atheniensem, forma elegantem, nec ignaram artis poeticæ, interventu Pulcheriæ Augustæ sororis suæ, uxorem duxit, cum illa salutari lavacro prius tincta fuisset. Ex ea Theodosius filiam suscepit, Eudoxiam nomine. Quæ postea cum nubilis evasisset, nupsit Valentiniano imperatori, qui Roma profectus, Constantinopolim uxoris ducendæ causa venerat [6]. Eudocia vero diu postea, dum ad sanctam Christi Dei ac Domini nostri civitatem pergeret, venit Antiochiam. Ibi cum publice verba fecisset ad po-

[5] Socr. l. VII, cap. 21. [6] ibid. cap. 44.

VALESII ANNOTATIONES

(82) *Κλαυδιανὸν καὶ Κῦρον τοὺς ποιητάς.* Hic est Claudianus cujus hodie præclara exstant carmina. Verum hoc loco duplex occurrit difficultas: quomodo poeta Latinus hic commemoratur ab Evagrio, et cur ab eodem Evagrio confertur in tempora Theodosii Junioris, cum Claudianus cujus carmina nunc habemus, Arcadio et Honorio regnantibus floruerit, ut docent ejus scripta? Quod ad primam quæstionem attinet, facilis est responsio. Claudianus enim non Latina solum, verum etiam Græca scripsit poemata; unde in veteri epigrammate quod in basi ejus statuæ erat inscriptum, Virgilii simul et Homeri animam in se transfusam habuisse dicitur. Latinum quidem carmen primum scribere aggressus est anno Christi 395, quo consules fuerunt Olybrius et Probinus. De quorum consulatu elegans carmen conscripsit, quod etiamnum exstat. Hic conatus cum feliciter successisset Claudiano, animos ei addidit ad Latina deinceps carmina conscribenda; cum antea Græcos duntaxat versus edidisset, ut ipse testatur in elegia ad Probinum, his versibus:

Romanos bibimus primum, te consule, fontes,
Et Latiæ cessit Graia Thalia togæ.
Incipiensque tuis a fascibus omina cepi,
Fataque debebo posteriora tibi.

Fuit certe Claudianus natione Græcus, ortus ex urbe Alexandria, ut docet Suidas in voce Κλαυδιανός. Idem quoque testatur Claudianus ipse in carmine ad Adrianum præfectum prætorio, qui et ipse Alexandrinus fuit. Nam de Alexandro Macedone ita scribit,

Conditor hic patriæ. Sic hostibus ille pepercit.

Et in fine ejusdem carminis hæc habet,

Sæviet in miseros cognata potentia cives.
Audiat hæc commune solum, longeque carinis
Nota Pharos, etc.

(83) *Κῦρον.* Cyrus poeta fuit natione Ægyptius, ortus ex oppido Panopoli. Qui cum ob poeticæ artis facultatem gratus esset in primis Eudociæ Augustæ, conjugi Theodosii Junioris: erat enim hæc mulier φιλοεπής, id est carminum studiosissima; promotus est ab imperatore Theodosio præfectus prætorio et urbi. Fuit etiam exconsul et patricius, ut scribit Suidas. Postea vero cum Eudocia regina ob quasdam occultas causas relicto palatio Hierosolymam urbem petiisset, Cyrus adempta potestate factus est episcopus Cotyæi urbis Phrygiæ, seu potius Smyrnæ, ut tradit auctor *Chronici Alexandrini* et Theophanes. Vixit autem usque ad tempora Leonis Augusti, ut testatur Suidas. Ejusdem Cyri consulis ac poetæ mentionem facit Theophylactus in lib. VIII *Historiæ*, cap. 8, ubi ecclesiam Deiparæ Virginis Constantinopoli ab eo ædificatam esse scribit Theodosii Augusti temporibus.

(84) *Ἡ χρόνοις ὕστερον.* Addenda videtur particula hoc modo, Ἡ δὲ χρόνοις, etc. Nisi enim hanc particulam addideris, hæc de Eudoxia Eudociæ filia intelligentur, de qua proxime locutus est Evagrius. Verum adjectio particulæ δὲ non jam de Eudoxia, sed de Eudocia matre sermonem instituit designat.

(85) *Ἐνταῦθά γίνεται.* Pessime Musculus et Christophorsonus hunc locum intellexerunt. Putarunt enim per vocem ἐνταῦθα significari urbem Hierosolymam, cum intelligatur urbs Antiochia. Etenim Evagrius Historiam suam scripsit Antiochiæ, qua in urbe fortunarum suarum domicilium fixerat, ut in Prolegomenis ostendimus. Sed et Nicephorus in eumdem errorem prolapsus est. Nam in cap. 1, libri XIV, ubi hunc Evagrii locum describit, vocem ἐνταῦθα de urbe Hierosolymitana intelligit. Atqui ex sequentibus Evagrii verbis facile erat animadvertere, hæc de urbe Hierosolymitana dici non potuisse. Neque enim Hierosolyma Græcorum fuit colonia, sed potius Judæorum, et postea Romanorum. Nec Ulpianus, Libanius et reliqui ab Evagrio laudati scriptores, de Hierosolyma urbe scripserunt. Nec Eudocia Augusta quæ domo erat Athe-

VARIORUM.

(z) *Γιζερίχου.* Gensericus irrupit in Africam anno 429, juxta calculum Antonii Pagi ad ann. 428, n. 3.

Digitized by Google

pulum, orationem suam hoc versu clausit, A

Et cupio, et lætor, vestro me ex sanguine natam,

colonias scilicet significans, quæ illuc deductæ fuerant ex Græcia. Quas si quis accuratius cognoscere desiderat, scripserunt de iis diligenter Strabo geographus, Phlego, Diodorus Siculus, Arrianus, et Pisander poeta : Ulpianus præterea, et Libanius ac Julianus, Sophistarum omnium præstantissimi. Quam ob causam Antiochenses statua ex ære fabrefacta eam honorarunt, **276** quæ integra etiamnum manet. Ejus itaque hortatu, Theodosius maximam accessionem fecit civitati, productis muris usque ad portam quæ ducit ad suburbanum Daphnense : id quod rerum istarum studiosi possunt cernere. Etenim nostra quoque ætate veteris muri vestigia remanent, quæ spectantium oculos quasi manu ducunt. Sunt tamen qui dicant, Theodosium seniorem muros urbis amplificasse, et Valentis lavacro, cujus pars incendio consumpta fuerat, ducentas auri libras donasse. B

ἐνταῦθα λεὼν, ἐπιτελεύτιον ἔπος ἐφθέγξατο·

Ὑμετέρης γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι,

τὰς ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐνταῦθα σταλείσας ἀποικίας αἰνιττομένη. Εἰ δέ τῳ περισπούδαστον ταύτας εἰδέναι, ἱστόρηται περιέργως Στράβωνι (86) τῷ γεωγράφῳ, Φλέγοντί τε καὶ Διοδώρῳ τῷ ἐκ Σικελίας, Ἀρριανῷ τε αὖ καὶ (87) Πεισάνδρῳ τῷ ποιητῇ, καὶ πρός γε Οὐλπιανῷ (88), Λιβανίῳ τε (89) καὶ Ἰουλιανῷ (90) τοῖς παναρίστοις σοφισταῖς. Ὅτε καὶ εἰκόνι ἐκ χαλκοῦ τεχνικῶς ἠσκημένῃ, παῖδες Ἀντιοχέων αὐτὴν τετιμήκασιν, ἣ καὶ μέχρις ἡμῶν σώζεται. Ἐξ ἧς προτραπεὶς Θεοδόσιος, μεγίστην μοῖραν τῇ πόλει προστίθησι, τὸ τεῖχος εὐρύνας μέχρι τῆς πύλης τῆς ἐπὶ Δάφνην ἀγούσης τὸ προάστειον, ὡς ὁρᾶν τοῖς ἐθέλουσι πάρεστι· μέχρι γὰρ ἡμῶν τὸ παλαιὸν ἐχνηλατεῖται τεῖχος, τῶν λειψάνων ξεναγούντων τὰς ὄψεις. Εἰσὶ δὲ οἳ φασι τὸν πρεσβύτερον Θεοδόσιον τὸ τεῖχος εὑρῦναι. Καὶ χρυσίου δὲ διακοσίας ἕλκον λίτρας τῷ Οὐάλεντος ἐδωρήσατο λουτρῷ (91) κατά τι μέρος ἐμπρησθέντι.

CAP. XXI.

Quod Eudocia Augusta Hierosolymis multa præclare gessit : et de discrepante vita et conversatione monachorum Palæstinæ.

Ex hac igitur urbe Eudocia bis venit Hierosolymam, cives Hierosolymitanos compellare potuit C hoc versu,

Ὑμετέρης γενεῆς καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

Certe Auctor Chronici Alexandrini ait Eudociam ex aureo curru verba fecisse ad Antiochenos.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Ὅτι καλῶς τὰ περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἡ Εὐδοκία διέθηκε· καὶ περὶ διαφόρου βιοτῆς καὶ διαίτης τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μοναχῶν.

Ἐντεῦθεν (a) τοίνυν ἡ Εὐδοκία ἐν Ἱεροσολύμοις

VALESII ANNOTATIONES.

(86) *Στράβωνι.* Locus Strabonis quem indicat Evagrius, exstat in lib. decimo sexto pag. 750, editionis Parisiensis.

(87) *Πεισάνδρῳ τῷ ποιητῇ.* Duo fuere Pisandri poetæ. Alter Rhodius, qui Heracleam carmen duobus libris scripsit, quod est *De Herculis rebus gestis.* Hunc quidam Hesiodo antiquiorem faciunt. Alii vero in Olympiadem tricesimam tertiam eum conferunt, ut scribit Suidas. Alter fuit Pisander Lycaonius, ortus Larandis oppido Lycaoniæ, Netoris poetæ filius. Suidas eum floruisse scribit, regnante Alexandro Mammææ filio. Hic libros sex ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν heroico carmine conscripsit, varia omnis generis historia refertos, ut testatur Suidas. Ejusdem operis meminit etiam Zosimus in lib. v, ubi de Hemonæ urbis conditu loquitur : Ὡς ὁ ποιητὴς ἱστορεῖ Πείσανδρος, ὁ τῇ τῶν Ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν ἐπιγραφῇ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, ἱστορίαν περιλαβών· quæ Zosimi verba ita vertit Leunclavius : *Sicuti Pisander poeta memoriæ prodidit, qui Heroicarum divarumque nuptiarum titulo totam hanc propemodum historiam complexus est.* Non est hic sensus Zosimi verborum. Ait enim Zosimus Pisandrum poetam in carmine illo *De heroum ac dearum nuptiis*, universam propemodum Historiam complexum fuisse. Idem etiam testatur Suidas, cum ait de Pisandro : Ἔγραψεν ἱστορίαν ποικίλην δι' ἐπῶν· ἣν ἐπιγράφει, Ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν, ἐν βιβλίοις ξξ. In hoc igitur opere Pisander de Triptolemo Argivo deque Io scripserat, qui primi Antiochiam urbem Syriæ condiderunt Porro id opus sexdecim libris comprehensum fuisse videtur, non autem sex, ut perperam legitur apud Suidam. Nam Stephanus in libro de urbibus decimum et quartum decimum Pisandri librum citat.

(88) *Οὐλπιανῷ.* Hic est Ulpianus Antiochenus sophista, qui primum quidem Emesæ, postea vero Antiochiæ rhetoricam docuit principatu Constantini ut testatur Suidas. Ejusdem meminit Eunapius in Vita Proæresii sophistæ. Hic igitur inter reliquas orationes quas ab illo scriptas fuisse refert Suidas, peculiarem orationem in laudem patriæ suæ conscripserat, in qua de coloniis vario tempore in eam deductis loquebatur.

(89) *Λιβανίῳ.* Libanius Antiochensis sophista scripsit orationem quæ Ἀντιοχικὸς inscribitur, quæ etiamnum exstat in secundo ejus operum tomo edita. Nec dubium est quin Evagrius hoc loco eam orationem designet. Porro Libanius in supradicta oratione cunctas Græcorum colonias quæ Antiochiam variis temporibus deductæ sunt accurate recenset. In his etiam Athenienses commemorat, quos Seleucus, eversa urbe Antigonia, traduxit Antiochiam.

(90) *Καὶ Ἰουλιανῷ.* Quis sit hic Julianus sophista, nondum comperi. Fuit quidam Julianus Cappadox, omnium sui temporis Sophistarum qui Athenis rhetoricam docebant, facile princeps. De quo multa refert Eunapius in libro *De vitis Sophistarum.* Eum Suidas floruisse scribit Constantini Magni temporibus. Sed quod eumdem Callinici sophistæ temporibus æqualem fuisse dicit, in eo secum ipse pugnat, cum Callinicus sophista Philippi et Gallieni principatu vixerit. Duos igitur Julianos Athenis sophistas fuisse crediderim. Quorum prior iisdem temporibus vixit quibus Callinicus sophista; alter vero principatu Constantini Magni.

(91) *Τῷ Οὐάλεντος λουτρῷ.* Hujus lavacri meminit Ammianus Marcellinus in lib. xxxi, haud procul ab initio, ita scribens. *Vocesque præconum audiebantur assidue, mandantium congeri ligna ad Valentini lavacri succensionem, studio ipsius principis conditi.*

VARIORUM.

(a) *Ἐντεῦθεν.* Antiochia scilicet, de qua locutus est Evagrius capite superiori. Secunda Eudociæ Hie-

Digitized by Google

δ' ὡς ἀφικνεῖται (92). Καὶ ὅτου μὲν χάριν, ἢ τί πρωτοτύπως, ὥς φασι, βουλομένη, τοῖς ἱστορήσασι καταλῃπτέον [28], εἰ καὶ μὴ ἀληθίζεσθαί μοι δοκοῦσιν. Ὅμως δ' οὖν ἀνὰ τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ πόλιν γενομένη, πολλὰ πρὸς τιμῆς τοῦ Σωτῆρος πέπραχε Θεοῦ. Ὥστε καὶ εὐαγῆ δείμασθαι φροντιστήρια, καὶ τὰς καλουμένας λαύρας (93). Ἐν οἷς ἡ μὲν δίαιτα, διάφορος· ἡ δέ γε πολιτεία, ἐς ἕνα τελευτᾷ θεοφιλῆ σκοπόν. Οἱ μὲν γὰρ ἀγεληδὸν ζῶντες, οὐδενὶ τῶν ἐς γῆν βριθόντων κρατοῦνται· οὐ χρυσὸς γὰρ αὐτοῖς ἐστιν. Τί δ' ἂν φαίην γρυσὸς, ὅτε οὔτε ἰδική τις ἐσθὴς, οὐδέ τι τῶν ἐδωδίμων; Ὃ γὰρ νῦν τις ἀμπέχεται τριβώνιον ἢ ἐξωμίδα, τοῦτο μετὰ σμικρὸν ἕτερος ἀμφιέννυται· ὡς καὶ τὴν πάντων ἐσθῆτα ἑνὸς εἶναι δοκεῖν, καὶ τὴν ἑνὸς ἁπάντων. Καὶ κοινὴ τράπεζα παρατίθεται, οὐκ ὄψοις κεκαρυκευμένη, οὐδέ τινι τῶν ἄλλων ἐδεσμάτων· λαχάνοις δὲ καὶ ὀσπρίοις μόνοις δεξιουμένη, ἐς τοσοῦτον χορηγουμένοις ὅσον ἀποζῆν καὶ μόνον. Κοινὰς δὲ τὰς πρὸς τὸν Θεὸν λιτὰς διημερεύουσί τε καὶ διανυκτερεύουσιν· οὕτω σφᾶς ἐκθλίβοντες, οὕτω τοῖς πόνοις πιέζοντες, ὡς τάφων ἄνευ νεκροὺς αὐτοὺς δοκεῖν ὑπὸ γῆν ὁρᾶν (94). Οἱ πολλάκις μὲν καὶ τὰς καλουμένας ὑπερθεσίμους (95)

mam [f]. Et cujus quidem rei causa id fecerit, et quidnam præcipue illa spectaverit, Historiæ scriptoribus relinquendum puto : qui tamen haudquaquam mihi videntur verum dicere. Cæterum cum ad sacram Christi urbem venisset, multa in honorem Dei Servatoris nostri gessit. Nam et religiosa ædificavit monasteria, et lauras quas vocant construxit. In quibus discrepans quidem est vivendi ratio : ad unum tamen eumdemque pietatis scopum conversatio dirigitur. Alii enim gregatim degentes, nullius rei quæ ad terram vergit, desiderio capiuntur : quippe nec aurum habent. Et quid dico aurum, quando nec propriam vestem, nec ullum esculentum quisquam proprium habet. Etenim pallio vel tunica quibus quis hodie indutus est, paulo post alius induitur : **277** adeo ut quæ est omnium vestis, ea unius esse videatur, et quæ est unius, omnium. Mensa item communis apponitur, non delicatis obsoniis aut aliis ullis cibis referta : sed solis oleribus ac leguminibus instructa, quæ hactenus tantum præbentur, quantum satis est ad vitam sustentandam. Communes item preces ad Deum fundunt, diu noctuque continuatas, ita se

[f] Socr. l. VII, cap. 47.

VARIÆ LECTIONES

[28] καταλειπτέον.

VALESII ANNOTATIONES.

(92) *Διαφικνεῖται* Nicephorus in lib. XIV, cap. 50, legit ὃς ἀφικνεῖται. Sic enim habet, καὶ ὃς δὲ λόγος ἔχει ταύτην ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀφικέσθαι. Quam scripturam secutus est Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet. Ita enim vertit hunc locum. *Eudocia vero Constantinopoli Hierosolymam bis profecta est.* Atque ita in Telleriano codice diserte scriptum inveni. Prior quidem Eudociæ profectio ad urbem Hierosolymam contigit Theodosio XVI, et Fausto consulibus, anno Christi 438. ut ex Socrate et ex Marcellini *Chronico* recte observavit Baronius. Sequente autem anno Hierosolymis Constantinopolim reversa est, B. Stephani reliquias secum deferens, ut tradit idem Marcellinus in *Chronico*. Secunda vero ejus Hierosolymitana profectio, quo anno acciderit, non convenit inter scriptores. Baronius quidem principatu Marciani Augusti eam consignat. Ego vero diu ante imperium Marciani, superstite adhuc Theodosio, secundam hanc peregrinationem ab Eudocia Augusta susceptam esse contendo. Nam Marcellinus in *Chronico*, Theodosio Aug. XVIII et Albino Coss. qui fuit annus Christi 444, ita scribit : *Severum presbyterum et Joannem diaconum Eudociæ reginæ apud Æliam urbem ministrantes, missus ab imp. Theodosio Saturninus comes domesticorum occidit. Eudocia nescio quo excita dolore, Saturninum protinus obtruncavit : statimque mariti Imp. nutu regiis spoliata ministris apud Æliam civitatem moritura remansit.* Idem confirmat auctor *Chronici Alexandrini*. Iisdem enim consulibus Paulinum Magistrum Officiorum jussu Theodosii necatum esse scribit : atque idcirco Eudociam dolore affectam, quippe quæ Paulinum sua causa interfectum fuisse sciret; petiisse a Theodosio ut Hierosolyma proficiscendi facultas ipsi concederetur. Marcellinus tamen in *Chronico* Paulini cædem refert anno Christi 440, Valentiniano V et Anatolio coss. Proinde si ob Paulini cædem Eudocia iterum profecta est Hierosolyma, juxta Marcellini sententiam, id contigit anno Christi 440. Porro de Saturnino comite quem Eudocia Aug. Hierosolymæ occidi præcepit, locus exstat in *Historia* Prisci rhetoris pag. 54, quem hic apponam καὶ πρὸς τοῦτο ἐπένευσε βασιλεὺς, καὶ Σατορνίλου περιουσίᾳ καὶ γένει κοσμουμένου, θυγατέρα εἰρήκει σώσειν· τὸν δὲ Σατορνίλον ἀνῃρήκει Ἀθηναΐς, ἣ καὶ Εὐδοκία, ἀμφοτέροις γὰρ ἐκαλεῖτο τοῖς ὀνόμασιν.

(93) *Καὶ τὰς καλουμένας Λαύρας.* Laura differt a cœnobio, eo quod laura quidem constat multis cellis longe a se invicem disjunctis, cœnobium vero uno clauditur muro. Et in laura quidem degebant anachoretæ : in cœnobio autem monachi simul vivebant. Docet id Cyrillus Scythopolitanus in vita Euthymii, his verbis : *Te autem oportet venire ad meam Lauram, et fratrum quidem cellas diruere ab ipsis fundamentis, cœnobium vero ædificare illic, ubi meum ædificasti cœmeterium. Non enim lauram, sed cœnobium potius esse locum, Deo placet.* Idem Cyrillus in *Vita S. Sabæ*, discrimen istud inter lauram ac cœnobium sæpius designat. Hanc etiam differentiam inter phrontisteria et lauras observat Evagrius noster hoc loco. Nam in phrontisteriis quidem monachos ait gregatim vixisse, et communi mensa usos esse, et diurnas ac nocturnas precationes simul celebrasse. In lauris autem separatim vixisse anachoretas, exiguis cellis inclusos.

(94) *Αὐτοὺς ὑπὸ γῆν ὁρᾶν.* Assentior Christophorsono qui ὑπὲρ γῆν legit, quemadmodum etiam legitur apud Nicephorum in cap. 50, lib. XIV. Sed et verbum δοκεῖν hic decrat, quod nos ex ms. codice Florentino supplevimus. In Telleriano autem codice scriptum inveni ὑπὲρ γῆν.

(95) *Τὰς καλουμένας ὑπερθέσμους.* Pessime hunc locum interpretati sunt Musculus et Christophorsonus. Nicephorus vero optime exposuit hoc

VARIORUM.

rosolymam profectio contigit anno Chr. 448, ut scribit Ant. Pagi ad ann. 450, n. 4, etc.

Digitized by Google

atterentes laboribus atque afflictantes, ut sine sepulcris mortui quidam sub terra esse videantur. Crebras quoque superpositiones faciunt, biduum ac triduum integrum jejunantes. Nec desunt qui per dies quinque et amplius jejunia continuent, ac tum ægre admodum necessarium cibum capiunt. Alii vero contrariam viam ingressi, solos sese includunt domiciliis, quæ ejusmodi latitudinis sunt atque altitudinis, ut in iis nec corpore erecto consistere, nec accumbere commode possint; in speluncis et cavernis ac foraminibus terræ, juxta dictum Apostoli [8], philosophantes. Alii simul cum bestiis degentes, in ignotis quibusdam terræ latibulis preces ad Deum fundunt. Aliud quoque vivendi genus excogitarunt, quod omnem fortitudinis ac tolerantiæ modum transcendit. In solitudinem enim a sole perustam penetrantes, tam viri, quam mulieres, iis duntaxat partibus quas pudor nominari vetat, contectis, reliquum corpus algoribus atque ardoribus immensis nudum exponunt, æstum ac frigus pari modo despicientes. Ac cibos quidem hominibus usitatos aspernantur. Terram autem depascuntur, unde et pabulatores cognominati sunt : tantum carpentes, quantum ad vitam sufficit; adeo ut bestiis tandem similes evadant, specie videlicet corporis immutata, et sensu animi nequaquam convenienti cum reliquorum hominum sensu. Quos ubi viderint, fugam arripiunt : et si quis forte eos insequatur, aut pedum velocitate, aut inaccessi cujuspiam loci latebris se subducunt. Aliud insuper commemorabo, quod pene mihi e memoria exciderat, tametsi præ reliquis omnibus primas ferat. Sunt apud eos quidam, licet oppido pauci, qui postquam assidua virtutis exercitatione, vacui ab animi perturbationibus

A πράττουσι, διήμεροι καὶ τριήμεροι τὰς νηστείας ἐκτελοῦντες. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ πεμπταῖοι, ἢ καὶ πρὸς, καὶ μόλις τῆς ἀναγκαίας μεταλαμβάνουσι τροφῆς. Ἕτεροι δ' αὖ πάλιν ἀπεναντίας ἰόντες, μόνους ἑαυτοὺς καθειργνύουσιν ἐν οἰκίσκοις, τοσοῦτον εὖρος, τοσοῦτον ὕψος ἔχουσιν, ὡς μηδὲ τὰ σώματα ἀνορθοῦν, μηδὲ μὴν ἐπ' ἀδείας τὰς κλίσεις ποιεῖσθαι· σπηλαίοις προσκαρτεροῦντες, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου φωνήν. Ἄλλοι σύνοικοι θηρίοις γινόμενοι, καί τισι τῆς γῆς ἀτεκμάρτοις [9] ἐνδομύχοις τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἐντεύξεις ποιοῦνται. Ἀτὰρ καὶ ἕτερον εἶδος αὐτοῖς ἐπενοήθη, πάσης ἀνδρείας τε καὶ καρτερίας δύναμιν ἐκβαῖνον. Ἐς ἔρημον γὰρ κεκαυμένην σφᾶς αὐτοὺς ἀφέντες, καὶ μόνα τὰ τῆς φύσεως ἀναγκαῖα περιστείλαντες, ἄνδρες τε καὶ γύναια, τὸ λοιπὸν σῶμα γυμνὸν, κρυμοῖς τε ἐξαισίοις, ἀέρων τε πυρακτώσεσιν ἐπιτρέπουσιν, ἐπίσης θάλπους τε καὶ ψύχους περιορῶντες. Καὶ τὰς μὲν τῶν ἀνθρώπων τροφὰς τέλεον ἀποσείονται. Νέμονται δὲ τὴν γῆν, βοσκοὺς καλοῦσι (96), μόνον τὸ ζῆν ἐντεῦθεν πριζόμενοι· ὥστε τῷ χρόνῳ καὶ θηρίοις συναφομοιοῦσθαι, τῆς τε ἰδέας αὐτῶν παρατραπείσης, τῆς τε γνώμης λοιπὸν οὐ συμβαινούσης ἀνθρώποις, οὓς καὶ διδράσκουσιν ἰδόντες, καὶ διωκόμενοι, ἢ τῇ ὠκύτητι τῶν ποδῶν, ἢ τινι τῶν ἐπὶ γῆς δυσόδων χωρίων τὸ λαθεῖν ἑαυτοὺς πορίζονται (97). Λέξω δὲ καὶ ἕτερον, ὃ μικροῦ μὲν διέλαθε, καίτοι τὰ πρόσθεῖα κατὰ πάντων ἔχον. Εἰσὶ μὲν ἐλάχιστοι· εἰσὶ δ' οὖν ὅμως, οἳ ἐπὰν διὰ τῆς ἀρετῆς τοῦ ἀπαθεῖς εἶναι τύχωσιν (98), ἐς κόσμον ἐπανίασι, ἐν μέσοις τοῖς θορύβοις. Καὶ περιφόρους σφᾶς ἐπαγγέλλοντες, οὕτως τὴν κενοδοξίαν καταπατοῦσιν, ὃν τελευταῖον χιτῶνα κατὰ Πλάτωνα τὸν σοφὸν ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀποτίθεσθαι· οὕτως τὸ ἀπαθῶς ἐσθίειν (99) φιλοσοφοῦσι, κἂν παρὰ καπήλοις ἢ παλιγκαπήλοις (1)

B

C

D

[8] Hebr. XI, 38.

VARIÆ LECTIONES.

[9] ἀτεκμάρτου.

VALESII ANNOTATIONES.

modo, Οὗτοι δὲ πολλάκις καὶ δύο καὶ τρεῖς ὑπερθέμενοι τῶν ἡμερῶν· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ πεμπταῖοι καὶ πρὸς, διατελοῦσιν ἄγευστοι. Id est : *Ii sæpius in biduum et triduum jejunium proferunt. Sunt qui diebus quinque et longius, cibum non attingunt.* Dionysius quoque Petavius in cap. 5. *Miscellanearum Exercitationum adversus Salmasium*, hunc Evagrii nostri locum recte exponit de superpositione, quod exquisitissimum fuit genus jejunii apud Christianos. Sed quod ὑπερθέσεις scribendum esse suspicatur pro ὑπερθέσμους, in hoc ei assentiri non possum, cum hæc emendatio a vulgatæ scripturæ vestigiis longius recedat. Equidem ὑπερθεσίμους hoc loco mallem scribere. Subaudire autem oportet ἡμέρας, vel νηστείας. Latini superpositionem dixerunt pro jejunio, ut videre est in concilio Eliberitano et in Canonibus pœnitentialibus. Vide si placet quæ notavi ad librum v *Hist. ecclesiasticæ* Eusebii. In optimo codice Telleriano ὑπερθεσίμους scriptum inveni, prout conjeceram.

(96) *Βοσκοὺς καλοῦσι.* Sozomenus in lib. VI, cap. 33, monachos quosdam Mesopotamiæ ita dictos esse scribit eo quod primi hoc strictioris abstinentiæ genus excogitassent.

(97) *Τὸ λαθεῖν ἑαυτοὺς πορίζοντες.* Rectius in ms. codice Florentino legitur πορίζονται. Sed præterea corrigendum videtur ἑαυτοῖς.

(98) *Τὸ εὐπαθεῖς εἶναι τύχωσιν.* Hunc locum ex ms. codice Florentino restitui. Sed pro εὐπαθεῖς, omnino scribendum est ἀπαθεῖς, ut habet Nicephorus et codex Teller. Et paulo post pro περιφόρους, procul dubio corrigendum est περιφόρους ex eodem Nicephoro.

(99) *Οὕτως τὸ ἀπαθῶς ἐσθίειν.* Addenda videtur particula hoc modo, οὕτως δὲ τὸ ἀπαθῶς ἐσθίειν φιλοσοφοῦσι. Sic enim oratio recte connectitur cum superioribus.

(1) *Κἂν παρὰ καπηλεῖα ἢ παλιγκαπηλεῖα.* Hunc locum ita vertit Christophorsonus. *Adeo etiam sine delectatione cibum capiunt, inque ea re tam austeram exercent disciplinam, ut sive ad cauponam, sive ad lupanar eos divertere cogat necessitas, nec locum refugiant*, etc. Secutus est sine dubio Christophorsonus expositionem Nicephori qui hæc Evagrii verba ita reddidit, κἂν ἐν καπηλείῳ ἢ μαστρωπείῳ, εἰ τοῦτο δεήσοι δρᾶν, etc. Ego vero ex optimo codice Florentino hunc locum ita restitui, κἂν παρὰ καπήλοις ἢ παλιγκαπήλοις δεήσοι, etc. Quid sint παλιγκάπηλοι, et quid distent a καπήλοις, cunctis notum esse existimo. Quantum κάπηλος distat a mercatore,

Digitized by Google

(*j*) *Ἀέτιος. Mortem Aetii* [anno Chr. 454] *mors Valentiniani non longo post tempore* [scil. anno 455] *consecuta est, tam imprudenter non declinata, ut interfector Aetii amicos armigerosque ejus sibimet consociaret, qui concepti facinoris opportunitatem dissimulanter occupantes, egressum extra urbem principem, et ludo gestationis intentum inopinatis ictibus confoderunt. Heraclio simul, ut erat proximus, interempto, et nullo ex multitudine regia ad ultionem tanti sceleris accenso. Ut autem hoc parricidium per-*

Digitized by Google

ται· Οὐαλεντινιανός τε ὁ τῶν Ἑσπερίων μερῶν βασι- A
λεὺς, σὺν αὐτῷ τε Ἡράκλειος, πρός τινων Ἀετίου
δορυφόρων, ἐπιβουλῆς καττυθείσης κατ' αὐτῶν παρὰ
Μαξίμου τοῦ καὶ τὴν ἀρχὴν περιζωσαμένου, διότι ἐς
τὴν Μαξίμου γαμετὴν Οὐαλεντινιανὸς ὕβρισε, πρὸς
βίας αὐτῇ συμφθαρείς. Οὗτος ὁ Μάξιμος τὴν Εὐδο-
ξίαν τὴν Οὐαλεντινιανοῦ γαμετὴν συμπάσῃ ἀνάγκῃ
ἐσοικίζεται. Ἡ δέ γε ὕβριν καὶ πᾶσαν ἀτοπίαν εἰκό-
τως τὸ πρᾶγμα λογισαμένη, καὶ πάντα κύβον, τὸ δὴ
λεγόμενον, ῥίπτειν αἱρετισαμένη, ὑπὲρ ὧν ἔς τε τὸν
γαμέτην ἐπεπόνθει, καὶ ἐς τὴν ἐλευθερίαν ἐξύβριστο·
δεινὴ γὰρ γυνὴ καὶ ἀδυσώπητος λύπης, σωφροσύνης
ἀντεχομένη, εἰ ταύτην ἀφαιρεθείη, καὶ μάλιστα παρ'
οὗ τὸν ἄνδρα ἔτυχεν ἀπολέσασα· κατὰ τὴν Λιβύην
ἐκπέμπει, καὶ δῶρα πλεῖστα παραυτίκα δοῦσα, τό B
τε εὔελπι κάν τοῖς ἐξῆς ὑποσχομένη, πείθει Γιζέρι-
χον ἐπανελθεῖν ἀδοκήτως τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ,
πάντα οἱ προδώσειν ὑποσχομένη· οὗ δὴ γεγονότος,
ἡ Ῥώμη ἁλίσκεται. Ὁ δὲ Γιζέριχος, οἷα βάρβαρος
καὶ τὸν τρόπον ἀσταθής τε καὶ παλίμβολος, οὐδὲ
ταύτῃ τὸ πιστὸν ἐφύλαξεν. Ἀλλὰ τὴν πόλιν πυρπολή-
σας (*k*), πάντα τε ληϊσάμενος, λαβὼν τὴν Εὐδοξίαν
σὺν καὶ ταῖς δύο θυγατράσιν, ἐς τοὐπίσω τὴν ἔλασιν
ποιεῖται· καὶ κατὰ τὴν Λιβύην ἀπιὼν ᾤχετο· καὶ
τὴν μὲν πρεσβυτέραν τῶν Εὐδοξίας θυγατέρων Εὐ-
δοκίαν, Ὀνωρίχῳ συνάπτει τῷ οἰκείῳ παιδί· Πλακι-
δίαν δὲ τὴν νεωτέραν, ἅμα Εὐδοξίᾳ τῇ μητρὶ σὺν
θεραπείαις ὕστερον βασιλικαῖς ἐς Βυζάντιον ἐκπέμ-
πει, Μαρκιανὸν ἡμερούμενος (*l*). Ἐνῆγε γὰρ αὐτὸν
ἐς ὀργήν, τό τε τὴν Ῥώμην ἐμπεπρῆσθαι, τό τε τὰς C
βασιλίδας οὕτω περιυβρίσθαι. Ἡ μὲν οὖν Πλακιδία
γάμοις ὁμιλεῖ κελεύσμασι Μαρκιανοῦ Ὀλυβρίῳ ταύ-
την ἐσοικισαμένῳ· ὃς ἐπίσημος τῆς γερουσίας ἐτύγ-
χανεν ὤν, ἐκ τῆς Ῥώμης ἁλούσης ἀνὰ τὴν Κωνστα-
τινούπολιν ἀφικόμενος. Μετὰ δὲ αὖ Μάξιμον, βασι-
λεύει Ῥωμαίων Ἄβιτος μῆνας (*m*) ὀκτώ (53). Τού-

quoque Occidentalium partium imperator, et cum eo Heraclius a quibusdam Aetii satellitibus occiduntur, insidiis a Maximo qui postea imperium arripuit, adversus eos structis, eo quod Valentinianus conjugem Maximi per vim constuprasset. Porro hic Maximus Eudoxiam Valentiniani uxorem, invitam sibi nubere coegit. Quæ cum id factum, contumeliæ loco et extremæ nequitiæ merito esse duceret, jacta, ut dicitur, alea quodvis periculum subire constituit, ut cædem viri sui, et contumeliam libertati suæ illatam ulcisceretur. Acris enim **296** est femina, et implacabilis iracundiæ, quoties pudicitia quam inviolatam servare vult, per vim ipsi erepta fuerit, ac præcipue ab illo qui maritum ipsius interfecerit. Mittit ergo in Africam ad Gizericum : donisque illi quam plurimis illico datis, et de reliquo bene sperare eum jubens, persuadet ut ex improviso Romanum imperium invadat, cuncta se illi prodituram pollicita. Quibus ita perpetratis, capta est urbs Roma. At Gizericus, utpote barbarus et ingenio inconstans atque mutabilis, ne illi quidem fidem servavit. Sed, urbe incensa, et cunctis opibus direptis, in Africam reversus est, Eudoxiam una cum duabus filiabus secum abducens. Ex his majorem natu, Eudociam nomine, Hunerico filio suo conjugem dedit. Juniorem vero, Placidiam nomine, una cum matre Eudoxia, aliquanto post cum regio cultu ac satellitio Byzantium misit, ut Marcianum imperatorem placaret. Indignabatur enim Marcianus, tum quod urbs Roma incendio consumpta esset, tum quod Augustæ tanta contumelia affectæ fuissent. Cæterum Placidia jussu Marciani nupsit Olybrio, qui inter senatores Romanos nobilissimus habebatur, et capta urbe Roma Constantinopolim se receperat. Post Maximum Avitus Romæ imperavit menses octo. Qui

VALESII ANNOTATIONES.

(53) *Ἄβιτος μῆνας ὀκτώ.* Post Valentiniani Placidi interitum, et post cædem Maximi, Avitus primum Tolosæ ac deinde Arelate imperator levatus est consulatu Valentiniani VIII et Anthemii, anno Christi 455, die VI Idus Julias, ut habet vetus *Chronicum* quod primus edidit Cuspinianus in *Fastis*. Sequenti autem anno idem Avitus consul fuit, ut legitur in *Fastis* quos sub Idatii nomine publicavit Jacobus Sirmondus : eodemque anno depositus est Placentiæ, ut tradunt Marius et Cassiodorus in *Fastis*, et vetus ille Chronographus a Cuspiniano editus. Verum quo die et quo mense Avitus imperium deposuerit, ab antiquis proditum non invenio. Sigonius quidem in libro CLXI *De Occidentali imperio*, Avitum die decimo sexto Kalendas Junias imperium deposuisse scribit. Verum Sigonius nullum hujus rei laudat auctorem. Vetus quidem ille Chronographus Cuspiniani ita scribit : *Joanne et Varane coss. captus est imp. Avitus Placentiæ a magistro militum Ricimere. Et occisus est Messianus patri-*

VARIORUM.

petratum est, Maximus, vir gemini consulatus, et patriciæ dignitatis, sumpsit imperium, qui cum periclitanti reipublicæ per omnia profuturus crederetur, non sero documento quid animi haberet, probavit : siquidem interfectores Valentiniani non solum non plecterit, sed etiam in amicitiam receperit, uxoremque ejus Augustam, amissionem viri lugere prohibitam, intra paucissimos dies in conjugium suum transire coegerit. Sed hac incontinentia non diu potitus est : nam post alterum mensem nuntiatur ex Africa Genserici regis adventus ; multisque nobilibus ac popularibus ex urbe fugientibus, cum ipse quoque data cunctis abeundi licentia, trepide vellet recedere, septuagesimo septimo adepti imperii die a famulis regiis dilaniatus est, et membratim dejectus in Ti- D *berim, sepultura quoque caruit.* Prosper in *Chronico* sub consulibus anni 455.

(*k*) *Τὴν πόλιν πυρπολήσας.* Ait Prosper *Genserico occurrisse extra portas Leonem episcopum, cujus supplicatio ita eum Deo agente lenivit, ut cum omnia potestatis ipsius essent, tradita sibi civitate, ab igne tamen et cæde atque suppliciis abstineretur.*

(*l*) *Μαρκιανὸν ἡμερούμενος.* Theophanes ad ann. 457 ait : *Hoc anno Eudoxia, Theodosii imperatoris filia, Valentiniani vero tertii conjux, cum Placidia filiarum altera, Olybrii uxore, ex Africa remeavit.* Hoc vero anno Majorianus imperium adeptus est, ut Priscus etiam notavit, p. 74.

(*m*) *Μῆνας ὀκτώ.* Regnavit menses 10 et dies 8. juxta Pagium ad ann. 456, n. 6. W. Lowth.

Digitized by Google

cum peste vitam finiisset, Majorianus biennio imperium obtinuit. Hic cum a Recimere magistro militum per fraudem interfectus esset, Severus imperium occupavit annis tribus.

A του δὲ τὸν βίον λιμῷ μεταλλάξαντος (54) Μαϊουρῖνος δεύτερον ἔτος (55) τὴν βασιλείαν κατέσχεν· Μαϊουρίνου πρὸς Ῥεκιμέρου τῶν Ῥωμαίων στρατηγοῦ δολοφονηθέντος, κατέσχε τὴν ἀρχὴν Σέβηρος ἔτεσι τρισίν.

297 CAP. VIII.

De obitu Marciani, et de imperio Leonis; et quomodo hæretici Alexandriæ Proterium quidem occiderunt; Timotheum autem Ælurum archiepiscopum elegerunt.

Porro dum Severus Romæ imperium administraret, Marcianus ex terrestri regno ad meliorem sortem translatus est, cum septem duntaxat annis imperasset, monumentum autem prorsus regium cunctis mortalibus reliquisset. Morte ejus audita, cives Alexandrini iram adversus Proterium conceptam acrius ac violentius renovarunt. Plebs quidem omnis suopte ingenio prona est ad iracundiam, et ex levissimis causis ansam tumultuandi

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Περὶ τοῦ θανάτου Μαρκιανοῦ, καὶ τῆς βασιλείας Λέοντος· καὶ ὡς οἱ τῶν Ἀλεξανδρέων αἱρεσιῶται τὸν Προτέριον ἀποσφάττουσι, Τιμοθέῳ δὲ τῷ Αἰλούρῳ τὴν ἀρχιερωσύνην παραδιδόασι.

Ἔτι δὲ βασιλεύοντος Ῥωμαίων Σεβήρου (56), Μαρκιανὸς τὴν βασιλείαν ἐναλλάττει (*n*), πρὸς τὴν κρείττονα μεταχωρήσας λῆξιν, ἑπτὰ μὲν μόνοις ἔτεσι (57) τὴν βασιλείαν διακυβερνήσας, μνημεῖον δὲ ὄντως βασιλικὸν (58) καταλελοιπὼς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις. Ὅπερ οἱ τῆς Ἀλεξανδρέων πυθόμενοι, τὴν κατὰ Προτερίου μετὰ μείζονος θυμοῦ καὶ πλείστης θερμότητος ἀνενεοῦντο μῆνιν. Εὐέξαπτον γάρ τι χρῆμα πρὸς ὀργὴν ὁ δῆμος, καὶ τὰς τυχούσας ἀφορ-

B

C

D

VALESII ANNOTATIONES.

tius ejus decima sexta Kalendas Junias. Ex hoc igitur loco conjectura adductus Sigonius, uno eodemque die Avitum purpuram deposuisse et Messianum necatum esse existimavit, licet vetus Chronographus id non dicat. Dies enim ille decimus sextus Kalendas Junias ad cædem Messiani refertur, non ad Aviti depositionem. Certe si verum est quod hic scribit Evagrius, octo mensium spatio Avitum regnasse, ejus exauctoratio in mensem Martium anni 456 cadat necesse est. Idatius in *Chronico* tres annos imperii Avito tribuere videtur. Sic enim scribit: *Avitus tertio anno posteaquam a Gallis et a Gothis factus fuerat imperator, caret imperio, Gothorum promisso destitutus auxilio, caret et vita.* Verum in ms. codice quo usus est Jacobus Sirmundus, hic locus ita legitur: *Tertio anno Avitus, septimo mense posteaquam a Gallis et a Gothis factus fuerat imperator*, etc. Jacobus Sirmundus cum hæc duo simul stare non posse intelligeret, has duas voces *septimo mense*, in editione sua omisit, melius facturus si duas illas *tertio anno*, expunxisset. Neque enim Avitus tres annos imperavit, sed septem duntaxat aut octo mensibus, qui sub duobus consulatibus cucurrerunt. Unde a quibusdam scriptoribus biennium regnasse dicitur. Certe Cedrenus in *Chronico* ita scribit.

(54) *Λιμῷ μεταλλάξαντος.* Musculus et Christophorsonus λοιμῷ legerunt. Quam scripturam veriorem puto. Neque enim probabile est Avitum, qui post depositum imperium episcopus Placentiæ factus est, ut scribit Victor Tunonensis et Marius in *Chronico*, fame interiisse. Vulgatam tamen lectionem retinuit Nicephorus.

55) *Μαϊουρῖνος δεύτερον ἔτος.* Majorianus quatuor annos ac totidem menses imperium Romanum administravit, ut docet vetus Chronographus editus a Cuspiniano, cui suscribit Idatius et Marcellinus in *Chronico*. Huic succedens Severus, pari fere annorum spatio imperavit, ut iidem scriptores tradunt. Verum hæc post mortem imperatoris Marciani contigerunt, Leone Aug. Orientis imperium administrante.

(56) *Βασιλεύοντος Σενήρου.* Errat Evagrius. Mortuus est Marcianus Augustus Constantino et Rufo coss. anno Christi 457, mense Februario. Majorianus vero Ravennæ imperator levatus est eodem anno, Kalendis Aprilibus, id est duobus fere mensibus post obitum Marciani. Cui deinde *successit* Severus anno Christi 461, Severino et *Dagalaifo* coss. quinque fere annis post obitum *imperatoris* Marciani. Porro hic Severus alio nomine Serpentius dictus est, ut docet Theophanes in *Chronico*, pag. 97, his verbis: Καὶ ἐπήρθη Σεῦῆρος, ὁ καὶ Σερπέντιος. Sic enim legendum est, ut recte conjecit vir doctissimus Franciscus Combefisius. Certe in *Chronico Alexandrino* ita dicitur. Indictione enim decima quinta, Leo Augustus consul iterum ponitur cum Serpentio. Constat autem hoc anno consulem fuisse Severum Augustum cum Leone. Sic enim scribit Cassiodorus in *Fastis*, et vetus auctor a Cuspiniano editus.

(57) *Ἑπτὰ μὲν μόνοις ἔτεσι.* Marcianus imperavit annis sex ac totidem mensibus, ut scribit Marcellinus et Victor Tunonensis in *Chronico*. Imperium iniit anno Christi 450, die octavo Kalendas Septembris, feria 5, ut scribitur in *Chronico Alexandrino*. Obiit autem anno Christi 457, sub exitum mensis Januarii, ut scribit Theodorus Lector, cui consentit auctor *Chronici Alexandrini*. Hic enim Leonem qui successit Marciano, levatum esse scribit mense Peritio, die septimo Idus Februarias. Ita Marcianus imperavit sex annos menses quinque et dies aliquot.

(58) *Μνημεῖον δὲ ὄντως βασιλικόν.* Hunc locum interpolavit Nicephorus hoc modo, καὶ μνημεῖον πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν βασιλείαν καταλελοιπώς. Eumdem sensum secutus est Christophorsonus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit hunc locum. *Exemplari vere regio omnibus ad intuendum relicto.* Musculus vero sic interpretatus est. *Et memoriam sui vere imperialem apud cunctos mortales reliquisset.* Verum id non dicit Evagrius, sed monumentum plane regium a Marciano relictum esse apud cunctos mortales. Id autem monumentum aliud esse non potest, quam aut vita ipsius religiose acta, aut certe synodus Chalcedonensis, quam ille ad tollendas Ecclesiæ dissensiones congregari jussit, et cui ipse, exemplo Constantini Maximi, interesse voluit. Cum igitur ejus potissimum opera ac studio collecta atque perfecta fuerit hæc synodus, jure merito opus ac monumentum Marciani imp. vocari potest.

VARIORUM.

(*n*) *Μαρκιανὸς τὴν βασιλείαν ἐναλλάττει.* De tempore obitus Marciani vide plura in adnotationibus ad Theodorum Lectorem, lib. I, initio.

Digitized by Google

μὰς ὑπέκκαυμα τῶν θορύβων ἔχων · οὐχ ἥκιστα δὲ πάντων ὁ τῆς Ἀλεξάνδρου (o), πλήθει τε πολλῷ κομῶν [40], καὶ μάλιστα ἀφανεῖ τε καὶ συγκλύδῳ (59), καὶ παραλόγῳ θράσει τὰς ὁρμὰς γαυρούμενος (60). Ὅθεν ἀμέλει, φασὶν, ἐξὸν τῷ βουλομένῳ τὸ προστυχὸν καταῤῥήξαντι (61), πρὸς δημοτικὴν στάσιν τὴν πόλιν ἐκβακχεύειν, ἄγειν τε καὶ φέρειν ὅπη καὶ καθ' οὗ βούλεται. Τὰ πολλὰ δὲ καὶ παιγνιήμονα καθεστάναι, καθὼς Ἡρόδοτος περὶ Ἀμάσιδος (62) ἱστορεῖ. Καὶ τοιαῦτα μὲν ὁ δῆμος ἐκεῖνος· οὐ μὴν τάγε ἄλλα οἷου ἂν τις καὶ κατεφρόνησεν. Ἐπιτηρήσαντες δ' οὖν καιρὸν οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου, καθ' ὃν Διονύσιος τῶν στρατιωτικῶν ταγμάτων ἡγούμενος, ἀμφὶ τὴν ἄνω διέτριβεν Αἴγυπτον, ψηφίζονται Τιμόθεον τὸν ἐπίκλην Αἴλουρον ἐς τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης ἀναβῆναι βαθμὸν, πρώην μὲν τὸν μοναδικὸν ἐπιτηδεύσαντα βίον, ὕστερον δὲ τοῖς πρεσβυτέροις ἐναριθμηθέντα τῆς Ἀλεξανδρέων · καὶ πρὸς τὴν μεγάλην ἀγαγόντες Ἐκκλησίαν, ἣ Καίσαρος (63) προσαγορεύεται, ἐπίσκοπον σφίσιν προχειρίζονται, ἔτι Προτερίου περιόντος τε καὶ τὰ τῆς ἱερατείας αὐτουργοῦντος. Παρῆσαν δὲ τῇ χειροτονίᾳ Εὐσέβιος, ὁ τοῦ Πηλουσίου πρόεδρος, Πέτρος τε, ὁ ἐξ Ἰβηρίας Μαϊουμᾶ τοῦ πολιχνίου, ὡς τὰ περὶ τούτων ἱστόρηται τῷ τὸν βίον συγγράψαντι Πέτρου · ὃς φησι τὸν Προτέριον μὴ τὸν δῆμον, ἀλλά τινα τῶν στρατιωτῶν διαχειρίσασθαι. Κατειλη-

A arripit. Sed præ reliquis omnibus, hujusmodi est populus Alexandrinus, quippe qui maxima multitudine abundat, eaque obscura et promiscua hominum convenarum, et præcipiti quadam audacia atque impetu effertur. Itaque aiunt licere illic cuivis, si voluerit, levissima occasione arrepta, populum ad publicam seditionem concitare, et quo voluerit et contra quem voluerit ducere. Sed et jocis ac ludicris ut plurimum delectantur, quemadmodum de Amasi scribit Herodotus. Et populus quidem Alexandrinus **298** istiusmodi est. In aliis autem rebus haudquaquam spernendus. Igitur Alexandrini, captato tempore quo Dionysius, dux rei militaris, in superiore Ægypto morabatur, Timotheum quemdam cognomento Ælurum, Alexan-
B drinæ urbis episcopum eligunt, qui prius quidem monasticam vitam excoluerat, postea vero in numerum presbyterorum Alexandrinæ Ecclesiæ fuerat ascriptus. Hunc ergo ad majorem Ecclesiam, quæ Cæsaris dicitur, cum duxissent, episcopum sibi constituunt, Proterio adhuc superstite et episcopale munus obeunte. Interfuerunt autem ordinationi Eusebius episcopus Pelusii, et Petrus ex Hiberia oriundus, episcopus Majumæ, quemadmodum commemorat is qui vitam Petri litteris mandavit. Qui quidem scribit Proterium non a plebe

VARIÆ LECTIONES.

[40] C. C. κωμῶν.

VALESII ANNOTATIONES.

(59) *Ἀφανεῖ τε καὶ συγκλύσας.* In ms. codice Florentino legitur καὶ συγκλύδῳ. Leges tamen grammaticæ postulant ut scribamus σύγκλυδι, quemadmodum Savilius ad oram sui codicis adnotarat. C Suidas in Lexico συγκλύδων ἀνθρώπων, inquit, συμμίκτων, ἐπηλύδων, παρεισάκτων. Subjicit deinde locum antiqui scriptoris qui ea voce usus fuerat. Τοῦ δὲ ἀσήμου καὶ σύγκλυδος ὄχλου ταχέως πρὸς αὐτὸν συνισταμένου, δισμυρίων οὐ πολὺ ἀποδέοντας ἔσχε. Nicephorus hanc vocem eleganter exposuit hoc modo : Μυρίῳ πλήθει καὶ ὅθεν δή ποτε ἥκοντι.

(60) *Τὰς ὁρμὰς γαυρούμενος.* Deesse videtur hic aliquid, quod fortasse suppleri potest unica præpositione adjecta in hunc modum, κατὰ τὰς ὁρμάς.

(61) *Τὸ προστυχὸν κατορύξαντι.* In optimo codice Florentino et in Tell. hic locus ita scribitur, τὸ προστυχὸν καταῤῥήξαντι. Nicephorus vero optime hunc locum exposuit hoc modo : Καὶ φασιν ἐξὸν εἶναι βουλομένῳ παντὶ τὸ προστυχὸν αἰτίαν ποιησαμένῳ θᾶττον εἰς στάσιν ἀναβακχεύειν τὸν δῆμον. Id est : *Aiunt quippe, cuivis liberum ibi esse, quæcunque temere arrepta causa et occasione, populum celeriter ad seditionem inflammare.* Christophorsonus autem legit κατάρξαντι. Sic enim vertit : *Aiunt plebeium quemque, modo ipse voluerit principium dare, civitatem illam ad popularem ac civilem seditionem posse incendere.* Verum hæc emendatio mihi quidem non probatur. Quid enim fiet his verbis, τὸ προστυχόν. Amplector itaque scripturam codicis Florentini et Telleriani, τὸ προστυχὸν καταῤῥήξαντι. Id est : *Aiunt licere illic cuilibet, vile aliquid factum conquerenti, puta vas vitreum aut ollam aut quid simile, quod ipse bajulet, populum ad seditionem concitare.* Idem confirmat Pollio in Æmiliano, ubi de Ægyptiis generaliter ita loquitur. *Et hoc familiare est populo Ægyptiorum, ut velut furiosi ac dementes de levibus quibusque ad summæ reipublicæ pericula perducantur. Sæpe illi ob neglectus salutationes, locum in balneis non concessum, carnem et olera sequestrata, calceamenta servilia, et cætera talia, usque ad summum reip. periculum seditionis* (*) *pervenerunt.*

(62) *Καθὼς Ἡρόδοτος περὶ Ἀμάσιδος.* Locus Herodoti quem hic designat Evagrius habetur in lib. II ejus *Historiæ*, pag. 157 : Καὶ ἦν μάταιός τε καὶ παιγνιήμων, id est, *Ludicris ac jocis deditus erat.*

(63) *Τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν, ἣ Καίσαρος.* Magna ecclesia urbis Alexandrinæ Cæsaria dicebatur, ut docet Epiphanius in *Hæresi Arianorum*, et Liberatus in *Breviario*, cap. 18; Socrates vero in lib. D VII *Hist. ecclesiasticæ*, cap. 15; eam ecclesiam Καισάριον cognominatam esse dicit. Causam autem hujus appellationis docet Athanasius, in Epist. ad solitarios, eo quod scilicet ecclesia illa constructa fuisset in loco qui Cæsarium antea dicebatur, id est Cæsarium templum. Ibidem etiam gymnasium fuerat ac palatium imperatoris Adriani, ac postea Licinii nomine appellatum, ut testatur Epiphanius.

VARIORUM.

(o) *Ὁ τῆς Ἀλεξάνδρου.* Vocat Ammianus Alexandriam, *civitatem quæ suopte motu, et ubi causæ non suppetunt, seditionibus crebris agitatur.* Amm. Marc. lib XXII, cap. 11, citante Matthæo Shorting. Vide etiam Euseb. *Hist.* lib. VII, cap. 21; Socr. lib. IV, cap. 16; et lib. VII, cap. 15.

(*) Sic quidem edit. Paris. Conjicio scribendum esse *Seditiosi.*

Digitized by Google

Alexandrina, sed a milite quopiam interfectum fuisse. Porro cum Dionysius celerrime advenisset Alexandriam, urgente scilicet atrocitate rerum quæ illic perpetrabantur, quidam ex Alexandrinis incitati a Timotheo, sicut scriptum est in litteris ad Leonem Augustum, Proterium interficiunt, gladio in ejus viscera adacto, cum is ad sacrum baptisterium confugisset. Eumque fune circumligatum ac suspensum, in loco qui Tetrapylum dicitur cunctis ostentant, irridentes ac vociferantes Proterium esse eum qui occisus fuisset. Post hæc cadaver ejus per universam urbem raptatum incenderunt, viscera quoque ejus ferarum more degustare non veriti : sicut continet libellus precum, quem episcopi Ægypti, et universus clerus urbis Alexandrinæ miserunt ad Leonem, qui, mortuo Marciano, ut jam dixi, Romanum imperium administrabat. Libellus autem sic habet : Pio et Christi amantissimo, et a Deo designato, Victori ac Triumphatori et Augusto Leoni, preces oblatæ ab universis episcopis Ægyptiacæ diœcesis vestræ, et a clericis maximæ et sanctissimæ Ecclesiæ Alexandrinorum vestrorum. Cum cœlesti gratia tanquam eximium quoddam munus orbi terrarum concessus fueris, jure merito quotidie post Deum reipublicæ providere non cessas, omnium imperatorum sanctissime Auguste. *Et post alia :* Dumque tranquilla pax orthodoxæ plebis, tum apud nos, tum in urbe Alexandria esset, rursus turbæ excitatæ sunt, cum Timotheus statim post sanctum **299** Chalcedonense concilium, quo tempore duntaxat presbyter erat, ab Ecclesiæ catholicæ communione et pace separasset se ac præcisisset, una cum quatuor aut quinque quondam episcopis et paucis monachis, qui pestifero Apollinaris et Eutychis errore perinde ac ipse impliciti tenebantur. Quam ob causam tunc canonice depositi a beatæ memoriæ Proterio, et ab universo concilio episcoporum Ægypti, imperialem quoque merito vindictam exsilio experti sunt. *Et paulo post :* Cumque tempus captasset obitus divæ recordationis Marciani Augusti, impiis vocibus ac maledictis nomen illius impudenter incessens, tanquam nullis legibus subjectus : sanctum præterea et universale Chalcedonense concilium perfricta fronte anathematizans, multitudinem hominum venalium ac seditiosorum post se trahens, quos contra divinas regulas et ecclesiasticam disciplinam, contra leges et rempublicam armaverat, in sanctam Dei Ecclesiam irrupit, quæ pastorem et doctorem tunc temporis habebat sanctissimum nostrum Patrem et archiepiscopum Proterium, qui tum solemnes collectas celebrabat, et Servatori omnium nostrum Christo preces ac vota faciebat pro religioso imperio vestro et pro Christi amantissimo palatio. *Et post pauca* : Deinde, unico die elapso, cum Proterius Deo charissimus juxta morem in episcopali domo

A φότος δὲ Διονυσίου τὴν πόλιν μετὰ πλείστου τάχους, τῶν γενομένων ἀτοπημάτων συνωθούντων αὐτὸν, σπεύδοντός τε τὴν διαναστᾶσαν τῆς στάσεως πυρὰν σβέσαι, ἔνιοι τῶν Ἀλεξανδρέων παροτρύνοντος Τιμοθέου, ὡς ἐγράφη τῷ Λέοντι, ἐπελθόντα τὸν Πρωτέριον διαχειρίζονται (p), ξίφους κατὰ τῶν σπλάγχνων ὠσθέντος, κατὰ τὸ πανάγιον βαπτιστήριον καταπεφευγότα· ὃν καὶ καλωδίῳ περιαρτήσαντες, ἀνὰ τὸ καλούμενον Τετράπυλον τοῖς πᾶσιν ἐπεδείκνυον, ἐπιτωθάζοντές τε καὶ κραυγάζοντες, Προτέριον εἶναι τὸν ἀνῃρημένον. Καὶ κατὰ ταῦτα τὸ σῶμα διὰ πάσης τῆς πόλεως περιελκύσαντες, πυρὶ παρέδοσαν· οὐδὲ τῶν σπλάγχνων αὐτῶν ἧσα θηρίοις ἀπογεύσασθαι ναρκήσαντες, ὥς που ταῦτα πάντα ἡ δέησις περιέχει τῶν ἐπισκόπων τῶν ἀνὰ τὴν Αἴγυπτον, καὶ τοῦ σύ-
B παντος κλήρου τῆς Ἀλεξάνδρου, πρὸς Λέοντα τὸν μετὰ Μαρκιανὸν, ὡς εἴρηται, τὴν ἐπικρατίαν τῶν Ῥωμαίων περιθέμενον γεγενημένη, ἥπερ γέγραπται ὀνόμασι τούτοις· Τῷ Εὐσεβεῖ καὶ Φιλοχρίστῳ καὶ παρὰ Θεοῦ ἀναδειχθέντι, Νικητῇ, Τροπαιούχῳ καὶ Αὐγούστῳ Λέοντι, δέησις παρὰ τῶν ἐπισκόπων πάντων τῆς ὑμετέρας Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, καὶ κληρικῶν τῶν κατὰ τὴν μεγίστην ὑμετέραν Ἀλεξανδρέων ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν. Ἐκ τῆς ἄνωθεν χάριτος δῶρον τῷ βίῳ παρασχεθεὶς, εἰκότως οὐ λέγεις ὀσημέραι τοῦ κοινοῦ μετὰ τὸν Θεὸν προμηθούμενος, εὐαγέστατε πάντων αὐτοκρατόρων Αὔγουστε. *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Ἀστασιάστου τε εἰρήνης τῶν ὀρθοδόξων λαῶν παρ' ἡμῖν τε καὶ κατὰ τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων ὑπαρχούσης, πάλιν Τιμοθέου ἀποσχοινίσαντος ἑαυτὸν
C τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας καὶ πίστεως, καὶ ἀποτεμόντος εὐθὺς μετὰ τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν σύνοδον, τὸ τηνικαῦτα δῆθεν πρεσβυτέρου τυγχάνοντος, ἅμα τέταρσιν ἢ πέντε μόνοις ποτὲ ἐπισκόποις, καὶ ὀλίγοις μονάζουσι, σὺν αὐτῷ τὴν αἱρετικὴν Ἀπολιναρίου καὶ τὴν κατ' ἐκεῖνον νοσούντων κακοδοξίαν· δι' ἣν καθαιρεθέντες τότε κανονικῶς ὑπὸ τοῦ τῆς θείας μνήμης Προτερίου καὶ πάσης Αἰγυπτιακῆς συνόδου, βασιλικῆς εἰκότως σὺν ἐξορίᾳ κινήσεως ἐπειράθησαν. *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Ἐπιτηρήσας τε τὴν ἐντεῦθεν πρὸς Θεὸν ἐκδημίαν τοῦ τῆς εὐαγοῦς λήξεως Μαρκιανοῦ τοῦ γενομένου βασιλέως, βλασφήμοις τε φωναῖς, ὡς
D αὐτόνομος, ἀναιδῶς κατ' αὐτοῦ θρασυνόμενος, καὶ τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον ἀναθεματίζων ἀπερυθριασμένως, πλῆθος δήμου ὠνητῶν τε καὶ ἀτάκτων ἐπισυρόμενος, καὶ στρατεύσας κατά τε τῶν θείων κανόνων καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως καὶ τῆς κοινῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων, ἐπεσέφρησεν ἑαυτὸν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, ἐχούσῃ ποιμένα τε καὶ διδάσκαλον, τὸν ἁγιώτατον ἡμῶν τὸν τηνικαῦτα Πατέρα καὶ ἀρχιεπίσκοπον Προτέριον, τάς τε συνήθεις συνάξεις ἐπιτελοῦντα, καὶ λιτὰς ἀναπέμποντα τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ ὑπὲρ τῆς εὐσεβοῦς ὑμῶν βασιλείας, καὶ τοῦ φιλοχρίστου ὑμῶν παλατίου. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Καὶ μόνης διαγενομένης ἡμέρας, ἐν τῷ

VARIORUM.

(p) *Τὸν Προτέριον διαχειρίζονται.* Sanctum Proterium patriarcham Alexandrinum, ab Eutychianis occisum anno 457, commemorat Ant. Pagi, n. 4.

Digitized by Google

ἐπισκοπίῳ κατὰ τὸ ἔθος διάγοντος τοῦ θεοφιλεστάτου Προτερίου, λαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ ὁ Τιμόθεος τοὺς καθαιρεθέντας ἐνδίκως δύο ἐπισκόπους, καὶ κληρικοὺς ὁμοίως τὴν ἐξορίαν, ὡς ἔφημεν, οἰκεῖν κατακριθέντας, ὡς δὴ χειροτονίαν παρὰ τῶν δύο δεξάμενος (64), μηδενὸς τὸ σύνολον τῶν κατὰ τὴν Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων παρόντος κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐπὶ ταῖς τοιαύταις τῆς Ἀλεξανδρέων τοῦ ἐπισκόπου χειροτονίαις, ἐπιλαμβάνεται, ὡς ἐνόμισε, τῆς ἀρχιερατικῆς καθέδρας, μοιχείαν προδήλως τολμήσας κατὰ τῆς ἐχούσης Ἐκκλησίας τὸν ἑαυτῆς νυμφίον, καὶ ἐνεργοῦντος [61] ἐν αὐτῇ τὰ θεῖα, καὶ κανονικῶς τὸν οἰκεῖον διέποντος (q) θρόνον. *Καὶ μεθ' ἕτερα* · Οὐδὲν ἕτερον ἦν ποιεῖν τὸν μακάριον ἐκεῖνον, ἢ τόπον δοῦναι τῇ ὀργῇ κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τὸ σεπτὸν καταλαβεῖν βαπτιστήριον, φεύγοντα τῶν ἐπ' αὐτῷ [62] τρεχόντων πρὸς φόνον τὴν ἔφοδον · ἐν ᾧ μάλιστα τόπῳ καὶ βαρβάροις καὶ πᾶσιν ἀγρίοις ἀνθρώποις ἐγγίνεται δέος, τρὶς καὶ μὴ εἰδόσι τὸ σέβας τοῦ τόπου, καὶ τὴν ἐκεῖθεν βρύουσαν χάριν. Ὅμως οἱ τὸν ἐξ ἀρχῆς Τιμοθέου σκοπὸν εἰς ἔργον προαγαγεῖν σπουδάζοντες, οἱ μηδὲ ἐν τοῖς ἀχράντοις ἐκείνοις σηκοῖς αὐτὸν ἀνεχόμενοι σώζεσθαι, οὔτε τὸ σέβας αἰδεσθέντες τοῦ τόπου, οὔτε τὸν καιρόν · ἦν γὰρ τοῦ σωτηρίου Πάσχα πανήγυρις (65) · οὔτε τὴν ἱερωσύνην αὐτὴν φρίξαντες μεσιτεύουσαν Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ἀποκτείνουσι τὸν ἀνεύθυνον, σφάττουσιν· αὐτὸν ἀπηνῶς μετὰ καὶ ἄλλων ἕξ. Καὶ παραγαγόντες τούτου τὸ λείψανον πανταχοῦ κατατετρωμένον, ὁμῶς [63] τε περισύραντες κατὰ πάντα σχεδὸν τόπον τῆς πόλεως, καὶ καταπομπεύσαντες σχετλίως, ἠκίζοντο ἀνηλεῶς τὸ τῶν πληγῶν οὐκ αἰσθανόμενον σῶμα, διατομόν τε καταμέλος (66) · καὶ οὐδὲ τῶν ἐντὸς ἀπογεύεσθαι κατὰ τοὺς θῆρας φειδόμενοι ἐκείνου, ὃν ἔχειν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐναγχος ἐνομίσθησαν. Πυρί τε παραδόντες τὸ ὑπολειφθὲν αὐτοῦ σῶμα, τὴν ἐκ τούτου κόνιν τοῖς ἀνέμοις παρέπεμπον, θηρίων πᾶσαν ὑπερακοντίσαντες ἀγριότητα. Ὧν ἁπάντων αἴτιος καὶ τῶν κακῶν σοφὸς οἰκοδόμος καθειστήκει Τιμόθεος. Τῷ μέντοι γε Ζαχαρίᾳ τὰ περὶ τούτων διηγουμένῳ

A moraretur, Timotheus, assumptis secum duobus episcopis qui legitime fuerant destituti, et clericis qui similiter, ut jam diximus, exsilio damnati fuerant; perinde ac si ordinari posset a duobus episcopis : nemine omnino ex orthodoxis episcopis Ægyptiacæ diœcesis præsente, quemadmodum in hujusmodi ordinationibus episcopi Alexandrini fieri solet, archiepiscopalem sedem, sicut ipse quidem putavit, occupat : adulterium palam inferre ausus Ecclesiæ, suum ipsius sponsum habenti, qui sacra in ipsa faciebat, et qui sedem suam juxta canonum præcepta administrabat. *Et aliquanto post :* Nihil aliud facere potuit beatus Proterius, quam, sicut scriptum est, dare locum iræ, et ad venerandum baptisterium confugere, ut eorum qui ad cædem B faciendam irruebant, impetum declinaret : quo maxime in loco, ipsis etiam Barbaris, et universis feris hominibus, qui sanctitatem ejus loci et promanantem inde gratiam ignorant, terror quidam oboriri solet. Nihilominus tamen hi qui consilium quod Timotheus ab initio habuerat, ad effectum perducere studebant, qui ne in immaculatis quidem illis septis Proterium servari sustinebant; nec loci sanctitatem reveriti, nec tempus ipsum : **300** erat enim tum dies festus Paschæ salutaris : nec sacerdotii dignitatem reformidantes, quæ inter Deum atque homines sequestra est; insontem occidunt, cumque eo sex alios crudeliter mactant. Et cadaver illius undequaque vulneratum circumducentes, per cuncta fere civitatis loca raptant atro- C citer, miserandum in modum ei insultantes, et corpus sensus omnis expers absque ulla misericordia verberantes, ac membratim secantes. Ac ne quidem veriti sunt ferarum more viscera illius degustare, quem paulo ante inter Deum atque homines interpretem ac sequestrum habere videbantur. Postremo quod reliquum erat corporis cum in rogum conjecissent, cinerem in ventos sparserunt, quasvis bestias crudelitate longe superantes. Quorum omnium malorum auctor atque architectus fuit Timo-

VARIÆ LECTIONES.

[61] C. C. ἐνεργοῦντα. [62] C. C. αὐτόν. [63] C. C. ὡμῶς.

VALESII ANNOTATIONES.

(64) *Καὶ δὴ χειροτονίαν παρὰ τῶν δύο δεξάμενος.* Hunc locum emendavi ex codice Florentino in hunc modum : ὡς δὴ χειροτονίαν, etc. Id est: *Perinde ac si ordinari potuisset a duobus episcopis.* Certe D in canone quarto concilii Nicæni diserte sancitum est, ut episcopus a tribus ut minimum provinciæ suæ episcopis ordinetur. Atque ita legit vetus interpres hujus epistolæ, qui exstat in parte III synodi Chalcedonensis. Sic enim vertit : *Tanquam manus impositionem suscepturus a duobus*, etc.

(65) Ἦν γὰρ τοῦ σωτηρίου Πάσχα πανήγυρις. Liberatus in *Breviario*, cap. 15, non die festo Paschæ, sed ante triduum, occisum esse Proterium scribit. Sic enim ait : *Et ante triduum Paschæ, quo cœna Domini celebratur, ab ipsis turbis concluditur in ecclesia S. Memoriæ Proterius, quo se præ timore contulerat. Ibique eadem die in baptisterio occiditur, laniatur, ejicitur, et funus ejus incenditur, sparguntur et cineres ejus in ventos.* Quæ omnia Liberatus pæne ad verbum descripsit ex gestis de nomine Acacii, quæ Jacobo Sirmondo debemus.

(66) Διατομόν τε καταμέλει. Scribendum est procul dubio διατεμόντες κατὰ μέλη, ut ipsa orationis series demonstrat. Pro μέλη in codice Florentino legitur μέλος levi discrimine. Emendationem nostram confirmat Nicephorus in capite 17, lib. 15, qui ita diserte scriptum habet, ut conjeceram. Porro hic libellus precum episcoporum Ægyptiacæ diœcesis ad Leonem imp., si quis eum integrum legere desiderat, habetur Latine in parte III synodi Chalcedonensis, cap. 11.

VARIORUM.

(q) Ἐνεργοῦντος — διέποντος. Legendum ἐνεργοῦντα — διέποντα. W. Lowth.

Digitized by Google

theus. Porro Zacharias hæc in historia sua narrans, horum pleraque ita ut dixi gesta esse fatetur; sed Proterii culpa, qui gravissimos tumultus in urbe Alexandria excitaverat. Nec a populo, verum a quibusdam militaribus ea perpetrata esse contendit, nisus auctoritate epistolæ quam Timotheus ad Leonem imperatorem scripsit. Cæterum ad hæc vindicanda Leo imperator Stilam misit.

δοκεῖ, πεπρᾶχθαι μὲν τὰ τούτων πλείω, ἐξ αἰτίας δὲ Προτερίου, μεγίστας ταραχὰς τῇ Ἀλεξάνδρου ἐμποιήσαντος· οὐκ ἐκ τοῦ δήμου ταῦτα τετολμῆσθαι, ἀλλ' ἔκ τινων στρατιωτικῶν, ἐξ ἐπιστολῆς Τιμοθέου πιστούμενος πρὸς Λέοντα γεγενημένης. Τούτοις μὲν οὖν ἐπιθήσων δίκην Στίλας πρὸς τοῦ βασιλέως Λέοντος ἐκπέμπεται.

CAP. IX.

De circularibus litteris Leonis Augusti.

Scripsit etiam circulares litteras ad omnes orbis Romani episcopos, et ad eos qui in vita monastica excellebant, interrogans eos tum de Chalcedonensi synodo, tum de ordinatione Timothei cognomento Æluri. Simul etiam misit ad eos exemplaria libellorum precum, qui ipsi oblati fuerant tam ex parte Proterii, quam ex parte Timothei Æluri. Porro circulares Leonis litteræ sic habent: Exemplar epistolæ sacræ piissimi imperatoris Leonis, missæ ad Anatolium Constantinopolis episcopum, et ad metropolitanos, et reliquos totius orbis episcopos.

Imperator Cæsar Leo, Pius, Victor, Triumphator, Maximus, semper Augustus, Anatolio episcopo. Erat hoc quidem in votis pietati meæ, ut omnes orthodoxæ et sanctissimæ Ecclesiæ, cunctæ **301** item urbes imperii Romani, maxima quiete fruerentur, nec quidquam accideret, quod earum statum tranquillitatemque turbaret. Quæ vero nuper Alexandriæ contigerint, ea sanctitati tuæ nota jam esse equidem non dubito. Sed tamen ut rem omnem accuratius possis cognoscere, quæ causa tanti tumultus, tantæque perturbationis exstiterit, exemplaria libellorum precum quos religiosissimi episcopi et clerici ex supra dicta urbe Alexandria e. ex Ægyptiaca diœcesi ad urbem regiam Constantinopolim venientes, adversus Timotheum pietati meæ obtulerunt: exemplaria item libellorum precum, quos quidam ex parte Timothei ad sacrum nostrum comitatum ab eadem urbe Alexandria venientes, tranquillitati nostræ porrexerunt, ad sanctitatem tuam misimus. Ita ut quid factum sit a Timotheo, quem populus et honorati ac decuriones et navicularii urbis Alexandrinæ sibi epi-

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Περὶ τῶν ἐγκυκλίων Λέοντος βασιλέως.

Ἐγκυκλίοις δὲ χρῆται γράμμασιν ὁ Λέων, τῶν ἀνὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν πολιτείαν ἐπισκόπων πυνθανόμενος, καὶ τῶν ἐν τῷ μοναδικῷ διαπρεπόντων βίῳ, περὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, καὶ τῆς Τιμοθέου τὸ ἐπίκλην Αἰλούρου χειροτονίας, διαπεμψάμενος, καὶ τὰ ἴσα τῶν ἐπιδεδομένων αὐτῷ δεήσεων ἔκ τε τῆς μοίρας Προτερίου, ἔκ τε τῆς Τιμοθέου τοῦ Αἰλούρου. Σύγκειται δὲ τὰ ἐγκύκλια τούτοις τοῖς ῥήμασιν· Ἴσον θείου γράμματος τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Λέοντος, πεμφθέντος Ἀνατολίῳ (r) ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν μητροπολίταις, καὶ λοιποῖς ἐπισκόποις.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λέων, Εὐσεβής, Νικητής, Τροπαιοῦχος, Μέγιστος, Ἀεισέβαστος, Αὔγουστος, Ἀνατολίῳ ἐπισκόπῳ. Δι' εὐχῆς μὲν ἦν τῇ ἐμῇ εὐσεβείᾳ, ἁπάσας τὰς ὀρθοδόξους ἁγιωτάτας Ἐκκλησίας, ἔτι γε μὴν καὶ τὰς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν πόλεις, μεγίστης ἡσυχίας ἀπολαύειν, μηδὲν δὲ συμβαίνειν τὴν αὐτῶν κατάστασιν καὶ γαλήνην διαράττον. Οἷα δὲ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων ἐναγχος συνέβη, εἰδέναι μὲν ἤδη πεπείσμεθα τὴν σὴν ὁσιότητα. Ἵνα δὲ τελεώτερον περὶ πάντων διδαχθῇς, ποῖα αἰτια τοῦ τοσούτου θορύβου καὶ τῆς συγχύσεως γέγονε, τὰ ἴσα τῶν δεήσεων ἃς οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι καὶ κληρικοὶ ἀπὸ τῆς προλεχθείσης πόλεως καὶ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως εἰς τὴν βασιλίδα Κωνσταντίνου πόλιν παραγενόμενοι κατὰ Τιμοθέου τῇ ἐμῇ εὐσεβείᾳ ἐκόμισαν· οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἴσα τῶν δεήσεων, ἃς εἰς τὸ θεῖον ἡμῶν στρατόπεδον ὑπὸ Τιμοθέου ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρέων παραγενόμενοι, τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιδεδώκασι γαληνότητι, πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν ἀπεστείλαμεν. Ὥστε τί πέπρακται παρὰ τοῦ εἰρημένου Τιμοθέου, ὃν ὅ τε τῆς Ἀλεξανδρέων δῆμος, καὶ ἀξιωματικοὶ, καὶ πολιτευόμενοι (67), καὶ

VALESII ANNOTATIONES.

(67) *Καὶ ἀξιωματικοὶ καὶ πολιτευόμενοι.* Quinam sint ἀξιωματικοὶ, et quinam dicantur πολιτευόμενοι, jam pridem observavi in Adnotationibus ad Ammianum Marcellinum, p. 14, et pag. 225. Utrosque similiter jungit Gregorius Nazianzenus in epistola 49, ad Olympium ita scribens, *πάντας* πολίτας τε καὶ πολιτευτὰς καὶ ἀξιωματικούς, id est, *universos cives et decuriones et honoratos.* Idem Gregorius in epist. 22 ad Cæsarienses, eosdem simul jungit his verbis, τοῖς ἐκ τοῦ ἀξιωματικοῦ καὶ βουλευτικοῦ τάγματος, id est, his qui sunt ex Honoratorum aut ex Decurionum ordine. Recte ergo vetus interpres hujus epistolæ vertit, *honorati, et curiales et naucleri.* Naucleri sunt navicularii Niliaci, qui annonam ex Ægypto Constantinopolim convehebant. Eorum corpus instituisse videtur Aurelianus, ut ipsemet indicat in epistola ad Arabianum quam citat Vopiscus. In veteribus Glossis ναύκληρος exponitur Navicularis. Hesychius vero, dominum navis ita dici scribit. Hi navicularii Alexan-

VARIORUM.

(r) *Ἀνατολίῳ.* Anatolius, Dioscuri Alexandrini apud Constantinopolim apocrisiarius, ab eo in latrocinio Ephesino, Flaviano patriarchæ CP. deposito, nondum autem defuncto, suffectus anno 449, episcopus CP. factus; quo tutius sedem suam retineret, ac Theodosii imp. et Leonis papæ favorem captaret, anno 450, collecta Constantinopoli synodo, Eutychis et Nestorii errores damnavit, et Leonis epistolam ad Flavianum subscriptione sua comprobavit. Obiit anno 458. Guil. Cave.

Digitized by Google

ναύκληροι, ἐπίσκοπον ἑαυτοῖς αἰτοῦσι, καὶ περὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων τῶν τῷ ὕφει τῶν δεήσεων παρεχομένων (68), καὶ πρὸς τούτοις, περὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, ἥτινι οὐδαμῶς συναινοῦσι, καθὰ αἱ ὑποτεταγμέναι δεήσεις αὐτῶν σημαίνουσι, φανερῶς δυνηθῆναι μαθεῖν τὴν σὴν ὁσιότητα. Ἡ σὴ τοιγαροῦν εὐλάβεια ἅπαντας τοὺς ὀρθοδόξους ὁσίους ἐπισκόπους τοὺς ἐπὶ τοῦ παρόντος κατὰ τήνδε τὴν βασιλίδα πόλιν διάγοντας, ἔτι γε μὴν καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους κληρικοὺς πρὸς ἑαυτὸν παραχρῆμα ποιησάτω συνελθεῖν. Καὶ πάντων ἐπιμελῶς τρακτευθέντων καὶ δοκιμασθέντων, ἐπειδὴ νῦν ἡ Ἀλεξάνδρου πόλις τετάρακται, ἧστινος τῆς καταστάσεως καὶ τῆς ἡσυχίας μεγίστη ἐστὶν ἡμῖν φροντὶς, εἴπατε τὸ δοκοῦν περὶ τοῦ προειρημένου Τιμοθέου καὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, ἄνευ τινὸς ἀνθρωπίνου φόβου, καὶ δίχα χάριτος καὶ ἀπεχθείας, μόνον τὸν τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενοι, ἐπειδὴ ἴστε ὡς περὶ τοῦ πράγματος τούτου τῇ ἀχράντῳ θεότητι λόγον δώσετε. Ἵνα περὶ πάντων δι' ὑμετέρων γραμμάτων τελείως διδαχθέντες, τὸν ἁρμόζοντα τύπον δοῦναι δυνηθῶμεν. Καὶ αὐτὴ μὲν [62]πρὸς Ἀνατόλιον. Τὰ παραπλήσια δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους γέγραφε, καὶ πρὸς τοὺς ἐπισήμους, ὡς λέλεκταί μοι, τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὸν ἄσκευον καὶ ἄϋλον διαθλευόντων βίον. Ὧν ἦν καὶ Συμεώνης, ἐπὶ [63]κίονος πρῶτος τὴν στάσιν ἐξευρηκὼς, οὗ καὶ κατὰ τὴν προτεραίαν ἱστορίαν ἐμνήσθημεν, ἐς οὓς καθειστήκεισαν Βαράδατος καὶ Ἰάκωβος (69) οἱ Σύροι.

A scopum postulant : de aliis item rebus quæ in precum textu continentur : præterea de Chalcedonensi synodo, cui supra memorati neutiquam consentiunt, sicut preces eorumdem subjectæ demonstrant : sanctitas tua aperte possit cognoscere. Tua igitur reverentia omnes sanctos episcopos orthodoxos, qui nunc in hac urbe regia commorantur, sed et reverendissimos clericos quamprimum ad se faciat convenire. Et cunctis accurate tractatis atque examinatis, quando quidem Alexandrina civitas jam perturbata est, de cujus statu ac tranquillitate plurimum solliciti sumus, certiores nos facite quidnam de supra memorato Timotheo et de Chalcedonensi synodo sentiatis : idque omni humano timore procul amandato, sine odio cujus- B quam aut gratia : solum omnipotentis Dei timorem præ oculis habentes : quippe qui probe sciatis vos rationem hujus rei intemeratæ Divinitati esse reddituros. Quo nos per litteras vestras perfecte de omnibus edocti, competentem formam edere valeamus. Et hæc quidem epistola missa est ad Anatolium. Similia vero Imperator scripsit, tum ad reliquos episcopos, tum ad celeberrimum quemque eorum qui tunc temporis, ut jam dixi, vitam a materia remotam, omnique apparatu destitutam **302** agebant. Ex quorum numero fuit Symeones, qui primus stationem in columna excogitavit, de quo in superiore libro mentionem fecimus. Inter illos fuerunt etiam Baradatus et Jacobus Syri [18].

[18] *Lib.* I, *cap.* 13.

VARIÆ LECTIONES.

[62] C. C. καὶ αὐτὰ μέν. [63] ὁ ἐπί.

VALESII ANNOTATIONES.

drini, fiscales species, ac præcipue onus frumentarii commeatus ex Ægypto et ex urbe Alexandria Constantinopolim suo periculo transportabant, ut docet lex 32 cod. Theod. de navicul ariis, et lex sexta Cod. Justiniani, de navicul ariis et naucleris. Porro eorum prædia obnoxia erant navicul ariæ functioni, ita ut quisquis ea quolibet modo comparasset, eidem functioni seu translationi teneretur obnoxius, pro ea parte quam possidebat, ut docet titulus *De prædiis navicul ariorum*. Ex quo intelligendus est Augustini locus in sermone primo de vita clericorum suorum, ubi dicit : *Bonifacii hæreditatem suscipere noluit : non misericordia, sed timore. Navicul arium noluit esse Ecclesiam Christi. Multi sunt quidem qui de navibus acquirunt. Tamen una tentatio est, si iret navis et naufragaret. Homines ad tormenta daturi eramus, ut de submersione navis secundum consuetudinem quæreretur, et torquerentur a judice qui essent de fluctibus liberati. Sed non eos daremus. Nullo enim pacto hoc facere deceret Ecclesiam. Onus ergo fiscale persolveret.* Id est, fiscales species quas navis transferebat ex Africa in portum urbis Romæ. Id enim diserte jubet impe- D rator in lege 32 citata, his verbis : *Ita ut super naufragiorum quæ contigerint casibus, usitato more habita quæstione, si qui calculus modiationis dicatur tempestate maris deperisse, sub tuæ sedis auditione nequaquam feratur acceptus : sed hæc dispendii lacuna in omne navicul ariorum concilium, pro rata scilicet contingentis muneris deferatur.* Vide legem 2, in codice Theodosiano, de naufragiis.

(68) *Τῷ ὕφει τῶν δεήσεων παρεχομένων.* Assentior Henrico Savilio, qui in margine sui codicis adnotavit legendum sibi videri περιεχομένων, quemadmodum legit etiam Christophorsonus. Atque ita scriptum habet Niceph. in c. 18, l. xv. C

(69) *Βαράδατος καὶ Ἰάκωβος.* Nicephorus Callistus Jacobum hunc Nisibenum nominat, additque, tam ejus, quam Varadati mentionem fieri a Theodorito in historia *Philotheo*. Theodoritus tamen in capite 21 *Philothei*, Jacobum Nisibenum fuisse non dicit, nequaquam id omissurus, si revera Nisibenus fuisset. Nam cum posteriorem hunc Jacobum priori illi Jacobo Nisibeno similem fuisse notet, non solum nomine, verum etiam moribus ac dignitate ; uterque enim sacerdos fuit ; si Nisibenus etiam fuisset, nequaquam id omisisset eo loco Theodoritus. Sed neque Theodorus Lector in lib. primo *Collectaneorum*, Jacobum hunc posteriorem qui Leonis Ang. circularibus litteris rescripsit, Nisibenum facit, nec Theophanes in *Chronico*, pag. 96. Exstat etiam epistola Theodoriti ad hunc Jacobum scripta, in qua illum presbyterum ac monachum appellat. Pro Baradato Theophanes Bardam dicit, corrupte, ut opinor. In III parte synodi Chalcedonensis, pag. 375, inter monachos quibus Leo imp. scripsit litteras, primus nominatur Jacobus monachus Nisibenus, deinde Symeones et Baradatus. Eorum meminit etiam Ephremius Antiochenus episcopus in epist. ad monachos ἀποσχιστάς, id est Severianos, et in oratione tertia quam scripsit ad Domnum et Joannem monachos, ut legitur apud Photium.

Digitized by Google

CAP. X.

De his quæ episcopi et Symeones Stylita rescripserunt.

Primum igitur Leo episcopus senioris Romæ scripsit pro defensione synodi Chalcedonensis, et ordinationem Timothei, utpote illegitimè factam, improbavit. Quam Leonis epistolam imperator Leo ad Timotheum Alexandrinum episcopum misit per Diomedem silentiarium, regalium bajulum præceptorum. Cui rescripsit Timotheus, Chalcedonensem synodum et Leonis epistolam reprehendens. Harum Epistolarum exemplaria exstant in collectione Epistolarum quæ vocantur *Encyclicæ*. A me autem consulto prætermissa sunt, ne hoc opus multitudine epistolarum oneraretur. Aliarum quoque civitatum episcopi decretis Chalcedonensis synodi firmiter adhæserunt, et ordinationem Timothei uno consensu omnes condemnarunt. Solus Amphilochius, episcopus Sidæ, in epistola quam scripsit ad imperatorem, Timothei quidem ordinationem graviter reprehendit : Chalcedonensem autem synodum non admisit. **303** Scripsit de istis rebus Zacharias rhetor, qui epistolam quoque Amphilochii Historiæ suæ intexuit. Sed et sanctæ memoriæ Symeones duas epistolas de hoc argumento scripsit : alteram ad Leonem imperatorem, alteram ad Basilium, episcopum urbis Antiochiæ. Ex quibus eam quæ ad Basilium scripta est, utpote breviorem, hic apponam. Sic autem habet :

ΚΕΦΑΛ. Ρ.

Περὶ ὧν οἱ ἐπίσκοποι καὶ Συμεὼν ὁ κιονίτης ἀντέγραψεν.

Τοιγαροῦν πρῶτον ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπίσκοπος Λέων ὑπέρ τε τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου γέγραφε, τήν τε Τιμοθέου χειροτονίαν ἀπεδοκίμασεν, καὶ ἀθέσμως (70) γενομένην. Ἥντινα τοῦ Λέοντος ἐπιστολήν, Λέων αὐτοκράτωρ Τιμοθέῳ διαπέμπεται τῷ τῆς Ἀλεξανδρέων προέδρῳ, Διομήδους σιλεντιαρίου (71) (s) τοῖς βασιλικοῖς κελεύσμασι διακονησαμένου. Πρὸς ὃν καὶ ἀντέγραψε Τιμόθεος, μεμφόμενος τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον, καὶ τὴν Λέοντος ἐπιστολήν. Ὧν τὰ ἀντίγραφα σώζεται ἐν τοῖς καλουμένοις *Ἐγκυκλίοις* (72). Ἐμοὶ δὲ παρεῖται, ἵνα μὴ πλῆθος ἐπαγάγω τῷ παρόντι πόνῳ. Καὶ οἱ τῶν ἄλλων δὲ πόλεων ἐπίσκοποι, τοῖς ἐν Καλχηδόνι τυπωθεῖσιν ἐνέμειναν, καὶ τὴν Τιμοθέου χειροτονίαν ἁπάσαις κατέκριναν ψήφοις Ἀμφιλόχιος (37) δὲ μόνος ὁ Σίδης, ἐπιστολὴν γέγραφε πρὸς τὸν βασιλέα, καταδοῶσαν μὲν τῆς Τιμοθέου χειροτονίας, οὐκ ἀποδεχομένην δὲ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον. Ἅπερ καὶ ταῦτα Ζαχαρίᾳ τῷ ῥήτορι πεπόνηται, τῷ καὶ τὴν ἐπιστολὴν αὐτὴν Ἀμφιλοχίου ἐντεταχότι ἐν τῷ αὐτοῦ συγγράμματι. Γράφει δὲ καὶ Συμεών ὁ τῆς ὁσίας λήξεως περὶ τούτων ἐπιστολὰς δύο, πρός τε Λέοντα τὸν αὐτοκράτορα, πρός τε Βασίλειον, ἐπισκοποῦντα τὴν Ἀντιόχου. Ὧν τὴν πρὸς Βασίλειον βραχυλογοῦσαν, ἐντίθημι τῇδέ μου τῇ συγγραφῇ, ὧδέ πως ἔχουσαν·

VALESII ANNOTATIONES.

(70) *Καὶ ἀθέσμως.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui pro καὶ, emendarunt ὡς. Sensus enim prorsus ita postulat. Certe in his Evagrii libris, καὶ pro ὡς frequentissime positum erat, quod nos manuscripti exemplaris auctoritatem secuti emendavimus. Hic vero cum ms. codex ab editis exemplaribus nihil discreparet religio nobis fuit quidquam immutare.

(71) *Σιλεντιαρίου.* Hujus silentiarii nomen in vulgatis editionibus et apud Nicephorum desiderabatur. Nos vero ex optimo codice Florentino illud restituimus, in quo diserte scriptum habetur Διομήδους σιλεντιαρίου. De silentiariis nonnihil observavi jampridem in Adnotationibus ad Ammianum Marcellinum.

(72) *Ἐν τοῖς καλουμένοις Ἐγκυκλίοις.* Pessime hunc locum intellexit Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet : sic enim vertit : *Istarum epistolarum exemplaria exstant in litteris Leonis imperatoris, generatim ad omnes scriptis*, etc. Verum Liberatus diaconus in *Breviario*, cap. 15, quænam sint Encyclicæ istæ optime declarat his verbis. Imperator scripsit singularum civitatum episcopis de utroque negotio, consulens quid fieri oporteret, etc. Qui rescribunt, Chalcedonensem synodum usque ad sanguinem vindicandam; Timotheum vero non solum inter episcopos non haberi, sed etiam Christiana appellatione privari. Et hæ epistolæ vel relationes episcoporum omnium, in uno codicis corpore vocantur Encyclicæ. Cæterum hæ Encyclicæ pæne omnes in Latinum sermonem conversæ, habentur in parte III synodi Chalcedonensis, p. 372, editionis Coloniensis et sequentibus deinceps paginis, opus eximium ecclesiasticæ antiquitatis, quod utinam Græce quoque exstaret. Earum mentio fit apud Victorem Tunonensem in *Chronico*.

(73) *Ἀμφιλόχιος.* Hujus Amphilochii Sidæ episcopi mentio fit apud Photium in *Bibliotheca*, cap. 52. Ubi Attici et Sisinnii episcoporum Constantinopolis, epistolæ ad eum scriptæ referuntur. Interfuit idem Amphilochius synodo Ephesinæ et synodo Chalcedonensi, ut ex Actis synodicis apparet. Cæterum Eulogius Alexandrinus episcopus, in libro IX testatur Amphilochium hunc episcopum Sidæ, quamvis initio affirmasset in litteris suis ad Leonem imp. se Chalcedonensi synodo minime assentiri, paulo post tamen eidem synodo consensisse ac subscripsisse. Eulogii verba refert Photius in *Bibliotheca*, pag. 879.

VARIORUM.

(s) *Σιλεντιαρίου.* Silentiarius, circa silentium occupatus; qui in palatio vel alibi silentium indicit. Est et nomen dignitatis. Horum duo ordines : prior vilior, atque idem cum eo qui in patriarchalibus secretis ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων dicebatur, et silentium ac quietem populo indicebat. Hinc est in Glossis vett. Græco-Latinis ἡσυχοποιός, *Silentiarius*. Alter ordo erat longe honoratior, præratque secretis imperatoris, et inter clarissimos recensetur, l. *Jubemus*, S. C. de silent. et decur. Sic Meursius in *Gloss. Græco-arab.* Videtur ergo prior dici, quod silentium jubeat : at alter, quod silentium præstet, nempe silendis et arcanis præfectus. (Matinius et Suicerus in *Lexicis*.) Nicolaus Alemannus Notis in Procopii *Historiam arcanam*, pag. 103, ait : Cubiculum anterius ex quo statim in ipsum imperatoris ibatur cubiculum, ob silentium quod principis reverentia servabatur, vocatum fuisse *silentium ;* et intimi illi cubicularii *silentiarii*.

Digitized by Google

Τῷ Δεσπότῃ μου τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ φιλοθέῳ Βασιλείῳ ἀρχιεπισκόπῳ, ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ ταπεινὸς Συμεώνης ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Νῦν εὔκαιρον εἰπεῖν, Δέσποτα, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἀπέστησε τὴν προσευχὴν ἡμῶν, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀφ' ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν. Δεξάμενος γὰρ τὰ γράμματα τῆς ὑμετέρας ἀξιότητος, ἐθαύμασα τὸν ζῆλον καὶ τὴν εὐσέβειαν τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως, τὴν πρὸς τοὺς ἁγίους Πατέρας καὶ τὴν τούτων βεβαίαν πίστιν, ἣν ἐπέδειξε καὶ ἐπιδείκνυται. Καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν τὸ δῶρον, καθὼς καὶ ὁ ἅγιος Ἀπόστολος λέγει, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ, τοῦ ταύτην δεδωκότος τὴν προθυμίαν διὰ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Διὸ κἀγὼ ὁ ταπεινὸς καὶ εὐτελὴς, τὸ ἔκτρωμα τῶν μοναχῶν, ἐγνώρισα τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ τὴν ἐμὴν πρόθεσιν, τὴν περὶ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων ἑξακοσίων τριάκοντα, ἐμμένων καὶ ὑποστηριζόμενος ὑπ' αὐτῆς τῆς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φανερωθείσης. Εἰ γὰρ μεταξὺ δύο ἢ τριῶν συνελθόντων διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, πάρεστιν ὁ Σωτὴρ, πῶς μεταξὺ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἁγίων Πατέρων ἐνεχώρει, εἰ μὴ ἦν ἀπ' ἀρχῆς μετ' αὐτῶν τὸ ἅγιον Πνεῦμα; *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Διὸ ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου ὑπὸ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας, καθάπερ καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ ὁ δοῦλος Κυρίου ὑπὲρ τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ. Πάντα τὸν ὑπὸ τὴν σὴν ὁσιότητα εὐλαβῆ κλῆρον, καὶ τὸν εὐλογημένον καὶ πιστότατον λαὸν, ἐξ ἐμοῦ προσειπεῖν παρακλήθητι.

A Domino meo religiosissimo et sanctissimo, Dei amantissimo Basilio archiepiscopo, peccator et humilis Symeones, in Domino salutem. Nunc merito dicere possumus, Domine: Benedictus Deus qui non amovit precationem nostram, nec misericordiam suam avertit a nobis peccatoribus. Acceptis enim litteris amplitudinis vestræ, admiratus sum zelum ac pietatem Deo charissimi imperatoris nostri, quam erga sanctos Patres et erga illorum firmissimam fidem, cum antea semper, tum nunc quoque ostendit. Atque hoc donum non ex nobis, sicut sanctus Apostolus dicit, sed ex Deo qui hoc illi studium per vestras preces largitus est. *Et paulo post:* Quapropter ego quoque humilis et exiguus, abortus monachorum, animi mei sententiam B imperiali ejus majestati significavi, de fide sexcentorum triginta sanctorum Patrum qui Chalcedone congregati sunt, persistens et fundatus in ea fide quæ a sancto Spiritu revelata est. Etenim si Servator noster, ubi duo tresve in nomine ipsius congregati sunt, adest in medio illorum, quomodo fieri posset inter tot ac tantos sanctos Patres, ut Spiritus sanctus prorsus cum illis non esset? *Et aliquanto post:* Quamobrem fortis esto, et viriliter age, quemadmodum Jesus Nave, servus Domini, pro populo Israelitarum. Universum religiosum clerum qui sub tua est sanctitate, et benedictam ac fidelissimam plebem, meo nomine salutes velim.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Περὶ τῆς ἐξορίας Τιμοθέου τοῦ Αἰλούρου, καὶ τῆς χειροτονίας Τιμοθέου τοῦ Σαλοφακιάλου. Καὶ περὶ Γεννάδιου καὶ Ἀκακίου, τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν.

Ἐπὶ τούτοις Τιμόθεος ἐξορίαν κατακρίνεται (*ι*), κελευσθεὶς καὶ αὐτὸς τὴν Γαγγρηνῶν οἰκεῖν. Οἱ δ' οὖν τῆς Ἀλεξανδρέων, διάδοχον Προτερίου Τιμόθεον ἐπίσκοπον ἕτερον προχειρίζονται· ὃν οἱ μὲν ἐκάλουν Βασιλικὸν (74), οἱ δὲ Σαλοφακίαλον. Ἀνατολίου δὲ τελευτήσαντος, τὸν θρόνον τῆς βασιλευούσης διαδέχεται Γεννάδιος (*ια*)· καὶ μετ' αὐτὸν Ἀκάκιος, ὃς τοῦ καταγωγίου τῶν ὀρφανῶν προειστήκει κατὰ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν.

CAP. XI.

C *De exsilio Timothei Æluri, et de ordinatione Timothei Salofacioli. Item de Gennadio et Acacio, Constantinopolitanis episcopis.*

Post hæc Timotheus damnatur exsilio, et in Gangrensium civitate perinde, ac Dioscorus, jussus est degere. Igitur Alexandrini alterum Timotheum Proterii successorem elegerunt: quem alii quidem Basilicum, alii vero Salofaciolum nominabant. Interim mortuo Anatolio, episcopatum urbis regiæ sortitus **304** est Gennadius; cui successit Acacius, qui orphanorum hospitio præfectus fuerat.

VALESII ANNOTATIONES.

(74) *Οἱ μὲν βασιλικόν.* Sic etiam scriptum habet Nicephorus. Verum in *Breviario* Liberati, cap. 16, id cognomentum Timothei longe aliter scribi- D tur. Sic ait Liberatus: *Et exsilio relegatur Timotheus Ælurus Chersonam arcta custodia, et fit pro Proterio Timotheus cognomento Salophaciolus sive Albus.* Verum in Liberato scribendum est *Albus*, quemadmodum docet Theophanes in *Chronico* iis verbis: Τιμόθεος δὲ ἄλλος ἐπίκλην Λευκὸς, ὁ καὶ Σαλοφακίαλος ἐχειροτονήθη. Idem scribit Cedrenus. Quid ergo dicendum est? Utrum in Evagrio λευκός scribendum esse dicemus pro βασιλικός? An fortasse Salofaciolus regium significat? Certe φακίολον Græcis est fascia, quod pro diademate regio accipi potest. Verum nihil certi ex hoc cognomento elici potest, cum varie scribatur apud veteres scriptores.

VARIORUM.

(*ι*) *Ἐξορίαν κατακρίνεται.* Gangram, Paphlagoniæ urbem, ac deinde Chersonesum relegatus est Timotheus, et in exsilio octodecim annos exegit, ut testatur Evagrius libro III, cap. 4; exsilium ejus cœpisse anno 457, Caveus; anno 459, Pagius scribit.

(*ια*) *Γεννάδιος.* Gennadius, primum Ecclesiæ CP. presbyter, anno 458 Anatolio in episcopatum ejusdem Ecclesiæ successit. Collapsam Ecclesiæ suæ disciplinam omni mox studio redintegrare cœpit; vir erat lingua nitidus et ingenio acer. Plura de eo apud Theodorum Lect. lib. I. E vita excessit anno 471. CAVEUS, PAGIUS.

Digitized by Google

CAP. XII.

De terræ motu qui contigit Antiochiæ, trecentis et quadraginta septem annis post illum qui temporibus Trajani contigerat.

Porro anno secundo imperii Leonis, ingens terræ motus ac succussio contigit Antiochiæ, cum quædam a populo civitatis illius facta essent, plena furoris ac dementiæ, ipsamque bestiarum feritatem longe superantia. Quæ quidem tantæ cladis velut procœmium quoddam exstiterunt. Accidit autem ingens hæc calamitas, anno quingentesimo sexto a conditu urbis Antiochiæ, circa horam noctis quartam, die quartodecimo mensis Gorpiæi, quem Romani Septembrem vocant; imminente die Dominica, indictione undecima. Sextus hic terræ motus accidisse dicitur, trecentis quadraginta et septem annis elapsis ab illo terræ motu qui Trajani temporibus contigerat. Nam ille quidem terræ motus sub Trajano, accidit anno centesimo et quinquagesimo nono, ex quo civitas libera et sui juris fuerat ap-

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Περὶ τοῦ γεγονότος ἐν Ἀντιοχείᾳ σεισμοῦ, μετὰ ἔτη τριακόσια μζ' τοῦ κατὰ Τραϊανόν.

Ἀνὰ δὲ τὸ δεύτερον ἔτος Λέοντος (υ) τῆς βασιλείας, κλόνος τῆς γῆς ἐξαίσιος καὶ βρασμὸς ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου γίνεται, τινῶν μὲν παρὰ τοῦ κατ' αὐτὴν δήμου προγεγενημένων, πρὸς πᾶσαν ἐκβακχευθέντων μανίαν, πάσης τε θηριώδους ἐπέκεινα γενομένων γνώμης, ὥσπερ δὲ προοίμιον τοῖς τοιούτοις κακοῖς παρασχομένων. Γίνεται γοῦν χαλεπώτατος ἕκτον καὶ πεντακοσιοστὸν ἔτος χρηματιζούσης τῆς πόλεως (x), περὶ τετάρτην ὥραν τῆς νυκτὸς, τετάρτην καὶ δεκάτην ἄγοντος ἡμέραν τοῦ Γορπιαίου μηνὸς, ὃν Σεπτέμβριον Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι, Κυρίας ἐπικαταλαβούσης ἡμέρας, ἀνὰ τὴν ἐνδεκάτην ἐπινέμησιν τοῦ κύκλου. Ἕκτος (75) τυγχάνειν ἱστορούμενος (y) ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα καὶ τριακοσίων (76) (z) διῳχηκότων ἐνιαυτῶν, ἐξότου ὁ κατὰ Τραϊανὸν γέγονεν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἔννατον καὶ πεντηκοστὸν (77) καὶ

VALESII ANNOTATIONES.

(75) *Τοῦ κύκλου ἐκτός.* Pessime hunc locum interpretatus est Musculus. Christophorsonus vero, cum hæc verba non intelligeret, in versione sua prætermisit. Me quidem diu multumque torsit hic locus. Tandem tamen hunc ejus sensum esse deprehendi. Postquam Evagrius tempus quo terræ motus contigit Antiochiæ, principatu Leonis Augusti, certis notis designavit, anni scilicet, mensis, hebdomadis, ac diei, et indictionis: addit postremo τοῦ κύκλου ἐκτός. Id est, sine ulla cyclorum ambage terræ motum illum contigisse, exactis trecentis quadraginta ac septem annis post terræ motum illum qui temporibus Trajani acciderat. Quippe hæc temporis nota nullum habet cyclum. Priores vero temporis notæ ab Evagrio assignatæ, cyclorum sunt seu periodorum. Nam et indictio cyclus est quindecim annorum, et hebdomas ac mensis et annus circuli sunt ac periodi perpetuo recurrentes. Hæc igitur est mea de hujus loci expositione sententia. Si quis tamen certiora attulerit, eam mutare non detrectabo. Vide cap. 33. lib. III. Potest etiam aliter accipi hic locus, mutato tantum accentu hoc modo: Ἕκτος τυγχάνειν ἱστορούμενος. Ut si sensus est: *Sextus hic esse dicitur terræ motus qui Antiochiam concussit.* Nec jam dubito quin hæc vera sit interpretatio hujus loci. Certe in ms. codice Telleriano ἕκτος diserte scribitur cum aspiratione, et accentu *in prima* syllaba.

(76) *Μ' καὶ τριακοσίων.* Hunc locum restitui ex optimo codice Florentino, in quo diserte ita scribitur, ζ' καὶ μ', id est ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα. Atque ita prorsus legitur apud Nicephorum in capite vicesimo libri XV. — Atqui ζ' καὶ μ' exhibet etiam codex Roberti Stephani, quod observavit Matth. Shorting.

(77) *Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἔννατον καὶ πεντηκοστόν.* Baronius in *Annalibus ecclesiasticis* ad annum Christi 111 Evagrium falli dicit, qui terræ motum illum qui regnante Trajano factus est Antiochiæ, accidisse scribat anno juxta Antiochenos 159, Nam terræ motus ille contigit Messala et Pedone consulibus, ut ex Dione constat, qui Pedonem consulem in illo terræ motu periisse asserit. Porro Messalæ ac Pedonis consulatus incidit in annum Christi 115, ut convenit inter omnes chronologos. Erat tunc annus juxta Antiochenos centesimus sexagesimus tertius, non autem quinquagesimus nonus, ait Evagrius. Anni enim Antiochenorum, quadraginta et octo annis natalem Christi antevertunt. Porro de his Antiochenorum, ex antiquis quidem auctor *Chronici Alexandrini* optime locutus est in

VARIORUM.

(υ) *Ἀνὰ τὸ δεύτερον ἔτος Λέοντος.* Hunc terræ motum ad annum primum Leonis imp. annumque Christi 457 retrahit Pagius: quo anno 14 dies Septembris in Sabbatum incidit. Vid. ipsum ad ann. 458, n. 6. W. Lowth.

(x) *Χρηματιζούσης τῆς πόλεως.* Cum Romani gentem devictam in formam provinciæ redegerant, mos erat ut imperator illico edictum scriberet et publicaret, quo primum renuntiatus erat ipse imperator gentis subactæ dominus et triumphator; deinde statutum erat ut provinciales novis quibusdam privilegiis uterentur. Hujus rei exemplum, quod ad hanc ipsam Antiochiæ civitatem spectat, citatur a Joanne Gregorio Oxoniensi, ex Joannis Antiocheni Geographia ms. lib. IX, his verbis: Προετέθη ἐν Ἀντιοχείᾳ ἡ ἐλευθερία αὐτῆς, ὅτε ἐγένετο ὑπὸ Ῥωμαίους, τῇ εἰκάδι τοῦ Ἀρτεμησίου μηνὸς, πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ αὐτοῦ Καίσαρος Ἰουλίου. Τὸ οὖν ἡδικτον προετέθη, περιέχον οὕτως· Ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μητροπόλει ἱερᾷ καὶ ἀσύλῳ αὐτονόμῳ, καὶ ἀρχούσῃ καὶ προκαθημένῃ τῆς Ἀνατολῆς, Ἰούλιος Γάϊος Καῖσαρ, κ. τ. λ. Provinciales autem, ut hanc imperatoris benevolentiam æterna memoria conservarent, publica sua negotia a tempore hujus Edicti censebant, χρηματίζει οὖν (ut pergit idem Joannes Antiochenus) ἡ μεγάλη Ἀντιόχεια κατὰ τιμὴν ἔτος πρῶτον ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Καίσαρος Γαΐου Ἰουλίου. Ob hanc rationem hæc Antiochensium æra, quæ annum nativitatis Dominicæ spatio quadraginta et octo annorum præcedit, peculiari modo dicitur χρηματισμὸς τῶν Ἀντιοχέων. (*Vide* inter opera Joannis Gregorii. pag. 161, ed. London. an. 1684, citante Matthæo Shorting.)

(y) *Ἕκτος τυγχάνειν ἱστορούμενος.* Quartus erat hic terræ motus juxta Malalam a Pagio citatum. W. Lowth.

(z) *Ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα καὶ τριακοσίων.* Revera elapsi sunt tantum 343 anni, scilicet ab anno Chr. 115 ad annum 457. Sed et lapsus est Evagrius, cum terræ motum qui sub Trajano contigit, in annum Antiochenum 159 conjicit, adeoque cum anno Christi centesimo undecimo copulat, qui revera ad annum æræ Antiochenæ 163 referendum erat, ut observavit hic Valesius. W. Lowth.

Digitized by Google

ἑκατοστὸν ἀγούσης τῆς πόλεως ἔτος τῆς αὐτονομίας γέγονεν· ὁ δέ γε ἐπὶ Λέοντος, ἕκτον καὶ πεντακοσιοστὸν, ὡς τοῖς φιλοπονήσασιν ἐκτίθεται. Οὕτως τοίνυν ὁ σεισμὸς τῆς Καινῆς τὰς οἰκίας ἁπάσας σχεδὸν καταβέβληκε, πολυανθρώπου ταύτης γεγενημένης, καὶ οὐδὲν ἐχούσης ἔρημον, ἢ ὅλως ἠμελημένον, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐξησκημένης τῇ φιλοτιμίᾳ τῶν βασιλέων πρὸς ἀλλήλους ἁμιλλωμένων. Τῶν τε βασιλείων ὁ πρῶτος καὶ δεύτερος οἶκος κατεβλήθησαν, τῶν ἄλλων σὺν τῷ παρακειμένῳ βαλανείῳ μεινάντων, τῷ γε καὶ λούσαντι τὴν πόλιν παρὰ τὴν συμφορὰν ἐκ τῆς πρότερον ἀχρηστίας, ἀνάγκη τῶν ταῖς ἄλλοις βαλανείοις συμβεβηκότων. Κατέβρίψε δὲ καὶ τὰς στοὰς τὰς πρὸ τῶν βασιλείων, καὶ τὸ ἐπ' αὐταῖς Τετράπυλον, καὶ τοῦ ἱπποδρόμου δὲ τοὺς παρὰ τὰς θύρας πύργους, καί τινας τῶν ἐπ' αὐτοὺς στοῶν (78). Κατὰ δὲ τὴν Παλαιὰν, τῶν μὲν στοῶν ἢ οἰκημάτων πτῶσις ὅλως οὐκ ἔψαυσε. Τῶν δὲ Τραϊανοῦ καὶ Σεβήρου καὶ Ἀδριανοῦ βαλανείων, μικρὰ κατασείσας, ἀνέτρεψε· καὶ τῆς γε Ὀστρακίνης (79) οὕτω καλουμένης γειτονίας, τινὰ συγκατέβαλε σὺν ταῖς στοαῖς, καὶ τὸ καλούμενον Νυμφαῖον (80) ῥίψας. Ὧν τὸ καθέκαστον περιέργως Ἰωάννῃ ἱστόρηται τῷ ῥήτορι. Φησὶ δ' οὖν ὡς χίλια χρυσίου τάλαντα πρὸς τοῦ βασιλέως ἐκ τῶν φόρων ἀφείθη τῇ πόλει, καὶ τοῖς πολίταις δὲ τῶν ἠφανισμένων (81) τῷ πάθει

pellata. Hic 365 autem Leonis Augusti temporibus, contigit anno sexto et quingentesimo, ut produnt scriptores diligentissimi. Porro hic terræ motus universas propemodum ædes subvertit urbis Novæ, quæ quidem incolarum multitudine abundabat, nec ullam partem vacuam habebat aut neglectam: sed magnopere exculta erat atque ornata, ob superiorum imperatorum magnificentiam, qui se invicem ea in re superare contenderant. Palatii quoque prima et secunda ædes corruit. Reliquæ vero incolumes mansere una cum vicino balneo: quod cum antea inutile fuisset, hujus calamitatis tempore abluendæ civitati necessario inserviit, ob ruinam videlicet reliquorum balneorum. Eversæ sunt etiam porticus quæ erant ante palatium, et quod post illas erat Tetrapylum. Ceciderunt etiam turres circi quæ erant juxta portas, et quædam porticus quæ ad turres illas ducebant. In veteri autem urbe, domus quidem et porticus ruinæ prorsus expertes fuerunt. Balneorum vero Trajani, Severi et Adriani, exigua pars concussa ac subversa est. Ostracinæ quoque regionis ita dictæ vicinias quasdam idem terræmotus prostravit, et Nymphæum una cum porticibus evertit. Quæ quidem singula a Joanne rhetore diligenter commemorata sunt. Scribit igitur ille, mille auri talenta ab imperatore

VALESII ANNOTATIONES.

rebus gestis Julii Cæsaris : ex recentioribus vero, Dionysius Petavius in libris *De doctrina temporum*, et in secunda parte *Rationarii*, cap. 14. Cui tamen in eo assentior, quod dicit horum annorum initium ab Octobri mense deduci, quod apud Antiochenos populare anni fuit initium. Ego vero in Annotationibus Eusebianis abunde, ut opinor, demonstravi, Antiochenos a Dio seu Novembri mense annum inchoasse. Sed neque illud verum est quod ibidem scribit Petavius, auctorem *Chronici Alexandrini* horum annorum initium a Maio mense deducere videri. Non enim id dicit auctor *Alexandrini Chronici;* sed tantum ait senatusconsultum quo civitas Antiochia libera ac sui juris pronuntiata est, mense Maio acceptum fuisse ab Antiochensibus, ac publice propositum.

(78) *Τινὰς τῶν ἀπ' αὐτῶν στοῶν.* In optimo codice Florentino totus hic locus ita scribitur, καὶ τοῦ ἱπποδρόμου δὲ τοὺς περὶ τὰς θύρας πύργους, καί τινας τῶν ἐπ' αὐτοὺς στοῶν. Melius procul dubio. Portæ circi binis utrimque turribus munitæ erant. Erant et porticus quædam quæ ad turres illas ducebant, a portis circi, ut opinor. In codice Tell. scriptum inveni τινὰς τῶν ἐπ' αὐτὰς στοῶν.

(79) *Καὶ τῆς Ὀστρακιτίας.* Rectius in codice Florent. et Telleriano et apud Nicephorum scribitur Ὀστρακίνης. Hujus loci iterum mentio fit ab Evagrio nostro in cap. 8, lib. VI. Quid autem fuerit Ostracine, difficile est dicere. Evagrius quidem hoc loco ait γειτονίαν ita appellatam fuisse, sitam in urbe veteri. Est autem γειτονία ædium continuatio, quæ porticus publicas excipiebant. Quod confirmat etiam Libanius in *Antiochico*, pag. 372. Dicta porro est Ostracine eo quod figlinæ ibi essent. Glossæ veteres *fictile* reddunt Ὀστράκινον.

(80) *Τὸ καλούμενον Νυμφαῖον.* Sic Græci vocabant templum Nympharum, quod describit Libanius in *Antiochico* pag. 372. Νυμφῶν ἱερὸν οὐρανόμηκες, etc.

(81) *Τῶν ἠφανισμένων τῷ πάθει τὰ τέλη.* In hujus loci versione lapsi sunt ambo interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit : *Dicit etiam mille auri talenta civitati illi ab imperatore de tributis esse remissa : et ex tributis quoque constitutum esse, ut civibus illis qui ea calamitate affecti erant, ædes ipsorum simulque publica ædificia restaurarentur.* Christophorsonus vero sic interpretatur : *Ait porro, tum civitati de tributis mille auri talenta ab imperatore esse condonata, tum civibus etiam vectigalia, qui ea clade afflicti erant.* Ubi vides, utrumque interpretem hæc verba, τῶν ἠφανισμένων, ad cives retulisse : quod ferri nullo modo potest. Neque enim dixisset Evagrius τοῖς πολίταις τῶν ἠφανισμένων, sed potius τοῖς ἠφανισμένοις. Rectius ergo Nicephorus ea verba de privatorum ædificiis intellexit, quorum vectigalia imperator Antiochenis civibus remisit. Nec tamen ille Evagrii sensum penitus assecutus est. Sic tamen hunc Evagrii locum expressit : Καί γε διὰ τὸν σεισμὸν τοῦτον χίλια χρυσοῦ τάλαντα βασιλέα φασὶν ἀφεῖναι τῇ πόλει τῶν ἐτησίων φόρων τὰ τέλη, τῶν ἠφανισμένων χάριν κτισμάτων. Id est, ut Langus vertit: *Terræ motus istius gratia, et propter ædificia diruta, imperatorem ferunt urbi ei mille auri talenta tributi annui remisisse.* Verum Evagrius, seu potius Joannes rhetor plus dicit. Ait enim imperatorem ex functione quidem tributaria mille auri talenta Antiochensibus remisisse : singulis vero civibus indulsisse vectigalia ædium quæ terræ motu subversæ fuerant. Hæc autem vectigalia dupliciter intelligi possunt, aut de pensione annua quæ dominis ædium a conductoribus solvebatur ; aut de pecunia quæ fisco pendebatur, eo quod ædes illæ in solo publico constructæ essent. Quemadmodum apud nos ab ædium possessoribus tam in urbe, quam in agris, census annuus dominis soli præstari solet. Atque hoc posteriore sensu τὰ τέλη hic accipi malim. Hæc enim vox frequentius sumitur pro vectigalibus quæ publico penduntur. Quod si pro pretio ædium quod a conductore præstari solet, hic sumeretur, nulla in eo fuisset imperatoris liberalitas. Nihil enim de suo dedisset civibus, sed de alieno.

Digitized by Google

civitati remissa esse ex functione tributaria; civibus vero remissas esse pensiones earum ædium quæ terræmotu prostratæ fuerant. Imperatorem præterea publicorum operum reficiendorum curam suscepisse.

A τὰ τέλη[43]· ἐπιμελήσασθαι δὲ τούτων[44] (82) καὶ τῶν δημοσίων οἰκοδομιῶν.

306 CAP. XIII.

De incendio quod accidit Constantinopoli.

Huic non dissimilis, imo longe gravior calamitas contigit Constantinopoli, initio mali orto in maritima civitatis parte, quam Bosporum vocant. Aiunt autem dæmonem quemdam exitiosum, mulieris speciem mentitum, aut certe pauperculam quamdam mulierem a dæmone impulsam; utrumque enim dicitur; circa id tempus quo lucernæ accendi solent, lucernam ad forum rerum venalium detulisse, tanquam salsamenta sibi emptura esset, depositaque B ibi lucerna, protinus abscessisse. Ignem vero, cum stuppam corripuisset, maximum incendium excitasse, et momento temporis totam domum combussisse: post hæc adjacentia quæque facilius consumpta esse, cum ignis non ea solum quæ facile incenduntur, sed ædificia quoque ex lapidibus constructa depasceretur, et usque in quartum diem perseverasset, nec ulla ratione exstingui potuisset. Totum igitur civitatis meditullium, a septentrionali latere ad meridianam partem, longitudine quidem stadiorum quinque, quatuordecim vero latitudine, ita consumptum est, ut tam ex publicis, quam ex privatis ædibus nihil omnino remanserit; non columnæ, non lapidei fornices: sed prædura omnis materia, perinde ac stipula, concremata sit. Porro C hæc clades in septentrionali quidem parte, in qua sunt urbis navalia, grassata est, a Bosporo usque ad vetus Apollinis fanum. In meridiana autem re-

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'

Περὶ τοῦ ἐμπρησμοῦ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει.

Συνηνέχθη (*a*) δὲ (83) τούτοις ὅμοια ἢ καὶ δεινότερα ἀνὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἀρχῆς τοῦ κακοῦ γενομένης ἐν τῷ παραθαλασσίῳ τῆς πόλεως μέρει, ὅπερ Βοὸς καλοῦσι πόρον (84). Ἱστόρηται δὲ ὡς κατὰ τὰς ἐπιλυχνίους ὥρας δαίμων τις κακοῦργος παλαμναῖος γυναικὶ εἰκασθείς, εἴτε καὶ ταῖς ἀληθείαις γυνὴ χερνῆτις ὑπὸ δαίμονος οἰστρουμένη (λέγεται γὰρ ἑπαμφότερα), λύχνον πρὸς παντοπώλιον ἐνεγκεῖν, ὠνησομένη τι τῶν τεταριχευμένων· τεθέντος δ' αὖ τοῦ λύχνου τὸ γύναιον ὑπαναχωρῆσαι. Τὸ δὲ πῦρ, στυπίου[45] λαβόμενον, φλόγα μεγίστην ἐξᾶραι, λόγου τε θᾶττον ἐμπρῆσαι τὸ οἴκημα· ἐκ τούτου δὲ τὰ παρακείμενα ῥᾳδίον ἀφανισθῆναι, τοῦ πυρὸς ἀμφινεμομένου, οὐ μόνον τὰ εὐέξαπτα, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκ λίθων οἰκοδομὰς, καὶ ἄχρι τετάρτης ἡμέρας διαμείναντος, καὶ πᾶσαν ἄμυναν ὑπερβεβηκότος, τὸ μεσαίτατον ἅπαν τῆς πόλεως ἀπὸ τοῦ ἀρκτῴου μέχρι τοῦ νοτίου κλίματος διαπανηθῆναι, ἐπὶ πέντε μὲν σταδίους τὸ μῆκος, δεκατέσσαρας δὲ τὸ πλάτος· ὡς μηδὲν μεταξὺ καταλειφθῆναι, μὴ δημοσίων, μὴ ἰδιωτικῶν οἰκοδομιῶν, μὴ κίονας, μὴ τὰς ἐκ λίθων ψαλίδας· ἀλλὰ πᾶσαν ἀπεσκληκυῖαν ὕλην, ὥσπερ τι τῶν εὐεξάπτων κατακαυσθῆναι. Τοῦτο δὲ τὸ κακὸν γενέσθαι ἐν μὲν τῷ βορείῳ κλίματι, ἐν ᾧ καὶ νεώρια τῆς πόλεως καθεστᾶσιν, ἀπὸ τοῦ καλουμένου Βοὸς πόρου, μέχρι τοῦ παλαιοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροῦ. Ἐν δὲ τῷ νοτίῳ, ἀπὸ τοῦ Ἰουλιανοῦ λιμένος (*b*) μέχρι οἰκιῶν οὐ πολὺ κειμένων

VARIÆ LECTIONES.

[43] μέλη. [44] C. C. τοῦτον. [45] C. C. στυππίου.

VALESII ANNOTATIONES.

(82) *Ἐπιμελήσασθαι δὲ τούτων.* Procul dubio scribendum τοῦτον τὸν βασιλέα. Atque ita legisse videtur Christophorsonus. Porro de hoc terræmotu elegiam scripserat Isaac Syrus, ut testatur Marcellinus in *Chronico*, his verbis: *Patricio et Ricimere coss. Isaac Antiochenæ Ecclesiæ presbyter scripsit Syro sermone multa, præcipueque adversus Nestorianos et Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiæ elego carmine planxit, quemadmodum Evhrem Diaconus Nicomediæ lapsum.*

(83) *Συνηνέχθη δέ.* De anno quo incendium istud contigit Constantinopoli, non convenit inter auctores. Nam Theophanes quidem et Cedrenus anno quinto Leonis, indictione 15, illud referunt, Leone Augusto iterum et Severo coss. qui fuit annus Christi 462. Marcellinus autem Comes, et auctor *Alexandrini Chronici*, incendium illud Constantinopolitanum conferunt Basilisco et Hermenerico consulibus, hoc est anno Christi 465. Priorem sententiam secutus videtur Evagrius noster. Verbum enim συνηνέχθη, quo utitur hoc loco, indicat id quod dixi, conflagrationem scilicet illam urbis Constantinopolitanæ non longo tempore post terræmotum Antiochenum contigisse. Cæterum D de incendio illo quo urbs Constantinopolis Leonis Aug. temporibus conflagravit, scribit etiam Candidus Isaurus in libro primo *Historiæ*, multaque in eo ab Aspare patricio utiliter ordinata esse refert.

(84) *Ὅπερ Βοὸς καλοῦσι πόρον.* Portum Phosphorianum intelligit, qui erat in regione quinta urbis, ut docet vetus descriptio urbis Constantinopolitanæ. Græci Φωσφόριον et Βοσπόριον dicebant, ut docet Constantinus Porphyrogennetus, in lib. II, *De thematibus*, sub finem; et Georgius Codinus in lib. *De originibus Constantinoplitanis*, p. 57.

VARIORUM.

(*a*) *Συνηνέχθη.* Valesius putat hoc verbum indicare, conflagrationem hanc CP. non longo tempore post terræmotum Antiochenum anni 457 accidisse. Verum in his loquendi modis tempus exprimentibus, explicandis tam hic quam alibi, non raro vir doctissimus aliique passim hallucinantur, non animadvertentes similes loquendi formulas magnam latitudinem habere, et quandoque non tantum decem aut duodecim, sed etiam plures annos designare, inquit Ant. Pagi ad ann. 465, n. 2, qui probat ibidem ex *Chronico Alexandrino*, incendium CP. hoc anno accidisse.

(*b*) *Ἀπὸ τοῦ Ἰουλιανοῦ λιμένος.* Julianus imp. portum maximum Constantinopoli ædificavit, qui D. Juliani portus dicitur in leg. ult. cod. Th. de calc. coct. ut observavit Valesius noster in notis ad Amm. Marcel. lib. XXII, cap. 9. M. SHORTING.

Digitized by Google

τοῦ εὐκτηρίου τῆς ἐπίκλην Ὁμονοίας (85) ἐκκλησίας. Ἐν δὲ τῷ μεσαιτάτῳ τῆς πόλεως μέρει, ἀπὸ τοῦ Κωνσταντίνου προσαγορευομένου φόρου μέχρι τῆς τοῦ Ταύρου καλουμένης ἀγορᾶς, οἰκτρὸν πᾶσι θέαμα καὶ εἰδεχθέστατον. Ὅσα γὰρ ἐπῃώρητο τῇ πόλει κάλλη, ἢ πρὸς τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἀπαράβλητον ἐξησκημένα, ἢ πρὸς κοινὰς ἢ ἰδιωτικὰς καλοῦντα χρείας, ὑφ' ἓν ἐς ὄρη τε καὶ βουνοὺς ἀπεσχεδιάσθη δυσβάτους τε καὶ δυσδιαπορεύτους, καὶ παντοίων ὑλῶν πλήρεις, τὴν προτέραν συγχέοντας ὄψιν· ὡς μηδὲ τοῖς οἰκήτορσι τῶν τόπων ἐπιτρέπειν εἰδέναι, τί τε ἢ ὅπη τῶν προτέρων ἐτύγχανεν ὤν[b6].

gione, a portu Juliani usque ad domos quæ haud procul absunt ab ecclesia quæ dicitur Homonœæ. In media autem urbis parte, a Constantini foro usque ad forum Tauri, miserabile et horrendum cunctis spectaculum reliquit. Nam quæcunque ornamenta **307** urbis eminebant, aut incomparabili quadam magnificentia exculta, aut publicis et privatis usibus accommodata, in montes coacervata sunt ac tumulos inaccessos, atque impervios, omnique materiæ genere refertos, ac priorem urbis speciem deformantes. Adeo ut ne ipsis quidem locorum incolis facile esset dignoscere quid et quo in loco unumquodque ex prioribus illis ædificiis exstitisset.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Περὶ καθολικῶν παθημάτων.

Ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις (86), τοῦ Σκυθικοῦ πολέμου (87) συνισταμένου πρὸς τοὺς ἑῴους Ῥωμαίους, ἥ τε Θρᾳκία γῆ καὶ ὁ Ἑλλήσποντος ἐσείσθη, καὶ Ἰωνία, καὶ αἱ καλούμεναι Κυκλάδες νῆσοι· ὡς Κνίδου, καὶ τῆς Κῶ τῶν νήσων τὰ πολλὰ κατενεχθῆναι. Καὶ ὄμβρους δὲ ἐξαισίους ὁ Πρίσκος ἱστορεῖ γενέσθαι ἀνὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ τὴν Βιθυνῶν χώραν, ἐπὶ τρεῖς καὶ τέσσαρας ἡμέρας ποταμηδὸν τῶν ὑδάτων ἐξ οὐρανοῦ φερομένων. Καὶ ὄρη μὲν ἐς πεδία κατενεχθῆναι· κατακλυσθείσας δὲ κώμας παραπολέσθαι· γενέσθαι δὲ καὶ νήσους ἐν τῇ Βοάνῃ λίμνῃ, οὐ μακρὰν τῆς Νικομηδείας ἀφεστώσης (c), ἐκ τῶν συνενεχθέντων ἐς αὐτὴν παμπόλλων φορυτῶν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐπράχθη.

CAP. XIV.

De universalibus calamitatibus.

Sub idem tempus cum bellum Scythicum contra Orientales Romanos motum esset, Thracia et Hellespontus terræmotu concussæ sunt. Ionia quoque et insulæ Cyclades eamdem calamitatem sunt expertæ; ita ut in Cnido et Co insulis, pleraque ædificia corruerint. Præterea immensos imbres Constantinopoli et in Bithyniæ partibus accidisse refert Priscus, cum trium aut quatuor dierum spatio aqua e cœlo, fluviorum instar decidisset. Ac montes quidem in planitiem depressos esse: vicos vero complures aquis obrutos periisse. Insulas quoque in Boanensi lacu qui est juxta Nicomediam, exortas esse ex quisquiliis quamplurimis quæ alluvione illuc dilatæ fuerant. Verum hæc quidem aliquanto post contigerunt.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Περὶ τοῦ γάμου Ζήνωνος καὶ Ἀριάδνης.

Λέων δὲ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ προσλαμβάνεται Ζήνωνα, Ἀρικμήσιον (88) μὲν ἐκ σπαργάνων καλούμενον, μετὰ δὲ τοῦ γάμου καὶ τὴν προσηγορίαν

CAP. XV.

De nuptiis Zenonis et Ariadnæ.

Porro Leo Zenonem sibi generum ascivit, data ei in conjugium Ariadne filia. Qui cum ab incunabulis Aricmesius dictus esset, simul cum

VARIÆ LECTIONES.

[b6] C. C. δν.

VALESII ANNOTATIONES.

(85) *Τῆς ἐπίκλην Ὁμονοίας.* Ecclesia Homonœæ erat in regione nona urbis Constantinopolitanæ, ut docet vetus descriptio ejus urbis. Cur autem ita dicta sit hæc ecclesia, docet Theodorus lector, in libro IV *Historiæ ecclesiasticæ;* cujus verba citantur a Joanne Damasceno in libro III *De imaginibus.* Dicta est enim ὁμόνοια, eo quod centum et quinquaginta Patres synodi Constantinopolitanæ, principatu Theodosii Senioris, illuc convenientes, in unam eamdem sententiam de Trinitate consubstantiali conspiraverint. Verba Theodori habentur versus finem ultimi fragmenti. Utrum autem synodus Constantinopolitana in Homonœæ templo habita fuerit, amplius quærendum censeo. Certe auctor *Vitæ S. Stephani Junioris* scribit eam synodum celebratam fuisse in ecclesia Irenes. Sic enim ait Stephanus: Οὐχὶ πᾶσαι, ἔφη, αἱ ἓξ ἅγιαι σύνοδοι ἐν ἱεροῖς ναοῖς συνηθροίσθησαν; ἡ πρώτη μὲν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν μητροπόλει, ἐν τῷ ἐκεῖσε μεγίστῳ ναῷ· ἡ δευτέρα δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῷ τῆς ἁγίας Εἰρήνης σηκῷ.

(86) *Ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις.* Melius scriberetur, τοὺς αὐτοὺς χρόνους, etc.

(87) *Σκυθικοῦ πολέμου.* Intelligit Evagrius bellum quod Hunni gessere adversus Romanos Orientales duce Dengizich Attilæ filio, Zenone et Marciano coss. anno Christi 469, ut tradit Marcellinus Comes in *Chronico.* Auctor tamen *Alexandrini Chronici* id refert superiore anno, quo consul fuit Anthemius Aug.: Ἐπὶ τούτου τοῦ ὑπάτου Γινζέριχος υἱὸς Ἀττιλᾶ ἐσφάγη ὑπὸ Ἀναγάστου τοῦ στρατηλάτου Θρᾴκης, etc. Lego Δεγγίζιχος (*b*') ex Prisco Rhetore, qui bellum istud describit, pag. 44, 45 editionis regiæ. Porro hic Anagastus magister militum per Thracias, qui Dengizichum Hunnorum regem in prælio occidit, Arnegisclo magistro militum successerat.

(88) *Ἀρικμῆσον.* In optimo codice Florentino et apud Nicephorum scribitur Ἀρικμήσιον. Porro Ariadne Zenoni nupsit anno Leonis Aug. tertio, ut scribit Theophanes in *Chronico.*

VARIORUM.

(*b*') Filius hic Attilæ a Prisco vocatur *Dengisich*, a Marcellino *Densices*; a Jornande, *De reb. Get.* cap. 53, *Dinsic.* Inde per corruptionem Genscericus in *Chronico Alexandrino.*

(*c*) Ἀφεστώσης. Legendum ἀφεστώσῃ. W. Lowth.

Digitized by Google

nuptiis nobilem Zenodi, ex quodam viro ita appellato, qui apud Isauros ad summam gloriam pervenerat. Undenam vero hic Zeno ad tantum fastigium processerit et qua de causa Leo cunctis cum prætulerit, ab Eustathio Syro relatum est.

308 CAP. XVI.

De Anthemio imperatore urbis Romæ, et de iis qui post illum imperarunt.

Per idem tempus cum Romani occidentales legationem ad Leonem misissent, Anthemius a Leone missus est ut Romanis imperaret, cui Marcianus imperator propriam filiam desponderat. Nec multo post Basiliscus frater Verinæ, conjugis Leonis Augusti, magister militum adversus Gizericum mittitur cum lectissimis copiis. Quæ omnia a Prisco Rhetore diligentissime conscripta sunt : ac præterea quemadmodum idem imperator Leo Asparem qui imperium ipsi tradiderat, fraude circumventum interfecerit, hanc ei mercedem reddens promotionis suæ : filios quoque Asparis sustulerit,

προστατήσαντος ἐκ τινος παρὰ τοῖς Ἰσαύροις (89) ἐς μέγα κλέος ἐληλυθότος, οὕτω προσαγορευομένου. Ὅθεν δὲ προήχθη οὗτος ὁ Ζήνων, τίνος τε χάριν πάντων παρὰ τοῦ Λέοντος προὐχρίθη, Εὐσταθίῳ ἐκτέθειται τῷ Σύρῳ.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Περὶ Ἀνθεμίου βασιλέως Ῥώμης, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ βασιλέων.

Ἐκ πρεσβείας δὲ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων Ἀνθέμιος (*d*) βασιλεὺς τῆς Ῥώμης ἐκπέμπεται· ᾧ Μαρκιανὸς ὁ πρώην βεβασιλευκὼς τὴν οἰκείαν κατενεγγύησε παῖδα. Ἐκπέμπεται δὲ στρατηγὸς κατὰ Γιζερίχου Βασιλίσκος (90), ὁ τῆς Λέοντος γυναικὸς Βερίνης ἀδελφός, μετὰ στρατευμάτων ἀριστίνδην συνειλεγμένων. Ἀπερἀκριβέστατα Πρίσκῳ τῷ Ῥήτορι (91) πεπόνηται· ὅπως τε ὅλῳ περιελθὼν ὁ Λέων, μισθὸν ὥσπερ ἀποδιδοὺς τῆς ἐς αὐτὸν προαγωγῆς, ἀναιρεῖ Ἄσπαρα, τὴν ἀρχὴν αὐτῷ περιθέντα, παῖδάς τε αὐτοῦ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον, ὃν Καίσαρα πεποίητο πρότερον, ἵνα τὴν Ἄσπαρος ἄνοιαν (92) κτήσηται. Μετὰ

VARIÆ LECTIONES.

[47] κατακτησάμενον.

VALESII ANNOTATIONES.

(89) *Ἔκ τινος παρὰ τοῖς Ἰσαύροις.* Flavium Zenonem intelligit, qui consul fuit principatu Theodosii Augusti, anno Christi 448, et magister militum per Orientem. De cujus singulari potentia vide quæ scripsi in adnotationibus ad Excerpta legationum Prisci Rhetoris, pag. 207 editionis regiæ.

(90) *Κατὰ Γιζερίχου Βασιλίσκος.* De ingenti exercitu quem Leo imperator contra Vandalos in Africam misit, consulendi sunt Theophanes, Cedrenus et Idatius in *Chronico*. De ejusdem belli apparatu scribit etiam Candidus Isaurus in libro primo historiæ, cujus locum, quia nondum editus est, hic apponam : Κανδιδὸς ἱστοριογράφος φησὶν ὅτι ὁ Λέων ὁ Μακέλλης, ὁ μετὰ Μαρκιανὸν βασιλεύσας, περὶ τὴν ἐκστρατείαν τὴν κατὰ Βανδίλων ἄπειρα χρήματα διεδαπάνησε. Ἦσαν γὰρ, ὡς οἱ ταῦτα ἐφανέρωσαν κεχειρικότες, διὰ μὲν τῶν ὑπάρχων χρυσίου λίτραι τετρακισμύριαι πρὸς ἑπτακισχιλίαις. Διὰ δὲ τοῦ κόμητος τῶν θησαυρῶν, ἑπτακισχίλιαι πρὸς μυρίαις, καὶ ἀργυρίου λίτραι ἑπτακόσιαι χιλιάδες. Ἅτε τῶν ἀνηλωμένων ἀρχόντων ἐκ τῶν δημευσίμων καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως Ἀνθεμίου. Id est, *Candidus historicus ait, Leonem qui Macelles cognominatus est, qui post Marcianum imperavit, innumerabilem vim pecuniæ in expeditione adversus Vandalos consumpsisse. Nam ut testantur ii qui pecuniam illam administrarunt, per præfectos quidem prætorio impensa sunt auri librarum quadraginta septem millia ; per comitem vero largitionum impensa sunt auri librarum septemdecim millia, et argenti librarum septingenta millia : cum sumptus abunde suppeterent, partim ex bonis proscriptorum, partim ex ærario imperatoris Anthemii.* Exstat hic illustris locus apud Suidam in voce χειρίζω, sed corrupto auctoris nomine. In eodem Suidæ loco scribendum est, τῶν ἀνηλωμένων ἀρκούντων, etc. Porro hæc expeditio Vandalica contigit anno Christi 468, ut recte Baronius observat, *quod confirmant* Cedrenus, Idatius et Marcellinus. Biennio post, altera expeditio adversus Vandalos suscepta est a duce Heraclio, et Marso, ut scribit Theophanes in *Chronico*, qui solus, quod sciam, hujus expeditionis mentionem facit. Nam Procopius in *Vandalicis* secundam hanc expeditionem cum priore illa confudit. Porro hæc secunda expeditio exitum satis felicem sortita est. Gizerichus enim, metu perculsus, pacem cum Romanis orientalibus facere compulsus est.

(91) *Πρίσκῳ τῷ Ῥήτορι.* Hoc bellum Vandalicum fuse descripserat Priscus in ultimo libro *Historiarum*, ut præter Evagrium docet Theophanes in *Chronico*, pag. 100. Sed locus corruptus est, quem hic apponam : Ὕστερον δὲ δώροις ὑπὸ Γιζερίχου καὶ πλείστοις χρήμασι δελεασθεὶς ἐνέδωκεν καὶ ἡττήθη ἐκών, ὡς Περσικὸς ἱστόρησεν ὁ Θρᾴξ. Scribendum est procul dubio ὡς Πρίσκος, etc. Priscus enim historicus id bellum descripsit teste Evagrio. Fuit autem Priscus Thrax, ex Panio Thraciæ oppido, cujus meminit Hierocles : *Provincia Europa sub consulari urbes quatuordecim. Eudoxia, Heraclia, Arcadiopolis, Bisue, Panion, Orni*, etc. Certe et Suidas Priscum historiarum scriptorem Panitem fuisse dicit.

(92) *Ἵνα τὴν Ἄσπαρος ἄνοιαν.* Hunc locum non infeliciter mihi videor restituisse hoc modo: Ἵνα τὴν Ἄσπαρος εὔνοιαν κτήσηται. Id est, *ut Asparis benevolentiam sibi conciliaret.* Emendationem nostram confirmat Cedrenus his verbis, anno duodecimo Leonis Aug. Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ ὁ Ἄσπαρος υἱὸς Πατρίκιος, Καῖσαρ παρὰ τοῦ Λέοντος γίνεται, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πέμπεται διὰ τὸ ἑλκύσαι τὸν Ἄσπαρα ἐκ τῆς Ἀρειανικῆς δόξης, καὶ εὐνοεῖν ποιῆσαι τῷ βασιλεῖ. Theophanes vero sic habet : Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Πατρίκιος υἱὸς Ἄσπαρος, ὃν Καίσαρα ὁ βασιλεὺς Λέων πεποίηκεν, διὰ τὸ ἑλ-

VARICRUM.

(*d*) *Ἀνθέμιος.* Anthemius creatus est Romæ imperator prid. Idus Aprilis anni 467. Romanorum infausta adversus Vandalos expeditio, duce Basilisco, accidit anno 468; Aspar cum filiis occisus est anno 471 ; Olybrius Anthemium in imperio excepit anno 472 ; Glycerius Olybrium anno 473; Nepos Glycerium anno 474 ; Augustulus Nepotem anno 475 ; Augustulum deposuit Odoacer Gothus anno 476. (Pagius, ad dictos annos.)

Digitized by Google

δὲ τὴν τοῦ Ἀνθεμίου ἀρχήν, πέμπτον ἔτος τῆς Ῥώ- A
μης βασιλεύσαντος, ὑπὸ Ῥεκίμερος βασιλεὺς Ὀλύ-
βριος ἀναγορεύεται, καὶ μετ' αὐτὸν βασιλεὺς προ-
χειρίζεται Γλυκέριος. Ὃν ἐκβαλὼν Νέπως μετὰ
πέμπτον ἔτος (93) τῆς ἀρχῆς κρατεῖ, ἐπίσκοπόν τε
Ῥωμαίων τὸν Γλυκέριον (94) ἐς Σάλωνας[48] πόλιν τῆς
Δαλματίας χειροτονεῖ· ἐκβάλλεταί τε ὑπὸ Ὀρέστου
καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ τούτου παῖς Ῥωμύλλος, ὁ ἐπίκλην
Αὐγουστοῦλος, ὃς ἔσχατος τῆς Ῥώμης αὐτοκράτωρ
κατέστη, μετὰ τρεῖς καὶ τριακοσίους καὶ χιλίους (95)
ἐνιαυτοὺς τῆς Ῥωμύλλου βασιλείας. Μεθ' ὃν Ὀδόα-
κρος τὰ Ῥωμαίων μεταχειρίζεται πράγματα (96),
τῆς μὲν βασιλέως προσηγορίας ἑαυτὸν ἀφελών, ῥᾳγα
δὲ προσειπών.

Ardaburium ac Patricium : quem quidem Leo paulo ante Cæsarem creaverat, ut Asparis benevolentiam sibi conciliaret. Post eædem vero Anthemii qui imperium Romanum per annos quinque administraverat, Olybrius a Recimere imperator renuntiatus est. Post quem imperator factus est Glycerius. Quo expulso, Nepos quinque annis imperium obtinuit Romanorum : et Glycerium apud Salonas Dalmatiæ episcopum **309** ordinavit. Nepotem deinde Orestes imperio expulit. Cujus filius Romulus, cognomento Augustulus, postremus Romæ factus est imperator, mille et trecentis ac tribus annis elapsis a regno Romuli. Post quem Odoacer, rejecto imperatoris nomine, regis vocabulum assumens, res Romanas gubernavit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς Λέοντος, καὶ βασιλείας τοῦ μικροῦ Λέοντος, καὶ αὖθις Ζήνωνος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Λέων (e) ὁ βασιλεὺς ἐν Βυζαντίῳ τὴν βασιλείαν ἀποτίθεται, ἑπτακαίδεκα ταύτην ἔτη ἰθύνας, Λέοντα τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς Ἀριάδνης καὶ Ζήνωνος υἱὸν ὄντα νήπιον, βασιλέα χειροτονήσας. Μεθ' ὃν Ζήνων ὁ πατὴρ, τὸ ἁλουργὲς

CAP. XVII.

De morte Leonis, et de imperio Leonis junioris et Zenonis patris ejusdem.

Eodem tempore imperator Leo Constantinopoli imperium deposuit, cum per annos septemdecim regnavisset, et Leonem Ariadnæ filiæ suæ ac Zenonis filium, imperatorem renuntiasset. Post quem Zeno purpuram sumpsit, Verina Leonis conjuge

VARIÆ LECTIONES.

[48] C. C. Ἄλωνας.

VALESII ANNOTATIONES.

κῦσαι τὸν Ἄσπαρα ἐκ τῆς Ἀρειανικῆς δόξης, καὶ εὐνοεῖν τῷ βασιλεῖ, παρεγένετο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. etc. Supplendum est ex Cedreno verbum hoc modo, καὶ εὐνοεῖν ποιῆσαι τῷ βασιλεῖ. Id est : *Hoc anno Patricius Asparis filius, quem Leo Augustus Cæsarem nuncupaverat, eo consilio ut Asparem ab Arianorum secta revocaret, et imperatori fidum efficeret ac benevolum*, etc.

(93) *Νέπως μετὰ πέμπτον ἔτος.* Delenda est præpositio μετὰ, quæ interpretes in errorem induxit. Neque enim anno quinto post depositionem Glycerii, Nepos factus est imperator, sed eodem anno quo abdicatus fuerat Glycerius, ut legitur in veteribus Fastis quos edidit Cuspinianus, hoc est anno Christi 474. Nepos deinde quinque annis imperium obtinuit. Occisus est enim Basilio solo consule, anno Christi 480, ut testatur Marcellinus in *Chronico*, et vetus auctor Fastorum quem primus edidit Cuspinianus. Ex quo discimus Julium Nepotem imperatoris nomen usque ad exitum retinuisse.

(94) *Ἐπίσκοπόν τε Ῥωμαίων τὸν Γλυκέριον.* Falsum est Glycerium ex imperatore episcopum urbis Romæ factum esse. Sed neque verum est Portuensem episcopum factum esse, quod quidam scripserunt, Marcellinum auctorem secuti. Marcellinus tamen id non dicit. Sic enim habet : *Leone solo cos. Glycerius Cæsar Romæ imperium tenens a Nepote, Marcellini quondam patricii sororis filio, imperio expulsus, in portu urbis Romæ ex Cæsare episcopus ordinatus est.* Verum in Marcellino est distinctio in hunc modum. *Imperio expulsus in portu urbis Romæ, ex Cæsare episcopus ordinatus est.* Emendationem nostram confirmat vetus ille auctor *Fastorum* quem superius laudavi. *Domino Leone Juniore August. cos. dejectus de imperio Glycerius in portu urbis Romæ.* Certe Jordanes in libro *De successione regnorum*, Glycerium Salonæ episcopum factum esse scribit. Verba Jordanis hæc sunt : *Occisoque Romæ Anthemio Nepotem filium Nepotiani, copulata nepte sua in matrimonio, apud Ravennam per Domitianum clientem suum Cæsarem ordinavit. Qui Nepos regno potitus legitime, Glycerium, qui sibi tyrannico more regnum imposuisset, ab imperio expellens, in Salona Dalmatiæ episcopum fecit.* Delenda igitur est hoc loco vox Ῥωμαίων, vel potius transponenda in hunc modum, τῆς ἀρχῆς Ῥωμαίων κρατεῖ, ἐπίσκοπόν τε τὸν Γλυκέριον, etc.

(95) *Μετὰ τρεῖς καὶ τριακοσίους καὶ χιλίους.* Verior est computatio Marcellini Comitis, qui de hoc Romulo ita scribit in *Chronico*, Basilisco et Armato consulibus : *Hesperium Romanæ gentis imperium, quod septingentesimo nono Urbis conditæ anno primus Augustorum Octavianus Augustus tenere cœpit, cum hoc Augustulo periit, anno decessorum regni imperatorum* 522. Eadem verba habet Jordanes in libro *De successione regnorum*. Hæc autem summa annos efficit mille ducentos triginta et unum. Corrigendus igitur est Cedrenus, qui a Romulo urbis conditore ad hunc usque Romulum Augustulum, annos tantum numerat mille et octoginta.

(96) *Ἐπιχειρίζεται πράγματα.* Scribendum est procul dubio ἐγχειρίζεται, ut habet Nicephorus in libro xv, cap. 11. In codice Telleriano scriptum inveni μεταχειρίζεται, quod magis placet.

VARIORUM.

(e) *Λέων.* Photius in Excerptis Candidi hæc ex historico refert : *Leonem multa volentem molientemque, quo Zenonem generum imperatorem renuntiaret, subditis repugnantibus, minime id quidem efficere potuisse : sed paulo ante obitum nepotem ex Zenone et Ariadna natum creasse : ita post Leonis excessum, a Leone filio Zenonem patrem, assentiente senatu, esse imperatorem coronatum.* Imperavit Leo Junior non ultra decem menses post avum : uterque enim obiit anno 474. (Ant. Pagi, ad eum annum, n. 2.)

Digitized by Google

eum tanquam generum adjuvante. Nec multo post mortuo Leone filio, Zeno solus imperium obtinuit. Quæ autem ab illo vel adversus illum gesta sunt, et quæcunque ejus temporibus evenerunt, sequens liber, Deo juvante, explicabit.

Finis libri secundi.

Gesta Chalcedonensis concilii, in compendium redacta, sunt hujusmodi.

CAP. XVIII.

Compendium actorum synodi Chalcedonensis, positum in fine libri secundi.

Leonis Romani Pontificis vices agebant Paschasinus et Lucentius episcopi, et Bonifatius presbyter. Anatolius vero Constantinopolitanæ sedis antistes, et Dioscorus Alexandrinæ : Maximus item Antiochiæ, **310** et Juvenalis Hierosolymorum archiepiscopi residebant, una cum episcopis quos secum adduxerant. Aderant etiam ex senatoribus urbis regiæ nobilissimi quique. Quibus Leonis papæ vicarii dixerunt, non debere Dioscorum una cum ipsis in concilio residere. Id enim sibi mandatum esse ab episcopo suo. Quod nisi fieret, se protinus ecclesia excessuros. Cumque senatores interrogassent, quænam essent crimina quæ objiciebantur Dioscoro, responderunt debere illum judicii sui rationem reddere, qui contra fas personam judicis suscepisset, absque permissu Romani pontificis. Quibus dictis, cum Dioscorus ex decreto senatus in medio constitisset, Eusebius episcopus Dorylæi postulavit, ut libellus precum quem imperatori obtulerat, recitaretur, his verbis usus : Injuria affectus sum a Dioscoro. Fides injuria affecta est. Occisus est Flavianus episcopus, et mecum injuste depositus ab illo. Jubete ut preces meæ recitentur.

σχῆμα περιτίθεται, Βερίνης τῆς Λέοντος γυναικὸς ὡς γαμβρῷ συνεπιλαβούσης. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ παιδὸς μετὰ χρόνον βραχὺν, ὁ Ζήνων μόνος διέμεινε κρατῶν τῆς ἡγεμονίας. Ἃ δὲ πρὸς [49] αὐτοῦ ἢ κατ' αὐτοῦ πέπρακται, καὶ ὅσα ἕτερα ξυνηνέχθη, τὰ ἑξῆς παραστήσει, τοῦ κρείττονος ἐπινεύοντος.

(97) *Τέλος τοῦ β' λόγου.*

Εἰσὶν ὡς ἐν ἐπιτομῇ τὰ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καλχηδόνι συλλεγείσῃ κεκινημένα ἐν τούτοις.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Ἐπιτομὴ τῶν κινηθέντων ἐν τῇ εἰς Καλχηδόνα συνόδῳ, ἐν τῷ τέλει τοῦ δευτέρου τόμου τεθειμένη.

Τὸν τόπον Λέοντος ἀρχιερέως τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπλήρουν Πασκασῖνος καὶ Λουκέντιος ἐπίσκοποι, καὶ Βονιφάτιος πρεσβύτερος· Ἀνατολίου τῆς Κωνσταντίνου προεδρεύοντος, καὶ τῆς Ἀλεξανδρέων Διοσκόρου ἐπισκοποῦντος, Μαξίμου τε αὖ Ἀντιοχείας, καὶ Ἰουβεναλίου (*f*) Ἱεροσολύμων, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτοὺς ἐπισκόπων. Οἷς παρῆσαν οἱ τὰ κορυφαῖα τῆς ὑπερφυοῦς γερουσίας ἔχοντες. Πρὸς οὓς οἱ τὸν τόπον πληροῦντες Λέοντος ἔφασκον, μὴ δεῖν Διόσκορον συγκάθεδρον σφίσι γενέσθαι· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἐπιτρέψαι τὸν Λέοντα· ἢ εἰ τοῦτο γένηται, αὐτοὺς ἔξω τῆς ἐκκλησίας γενέσθαι. Καὶ πυθομένης τῆς γερουσίας, τίνα τὰ ἐπαγόμενα τῷ Διοσκόρῳ εἴη, διεξῆλθον λόγον ὀφείλειν τὸν Διόσκορον δοῦναι τῆς ἰδίας κρίσεως, πρόσωπον κριτοῦ παρὰ τὸ εἰκὸς ἀνειληφότα, τῆς ἐπιτροπῆς ἄνευ τοῦ τὴν ἐπισκοπὴν Ῥώμης πρυτανεύοντος. Ὧν εἰρημένων, καὶ Διοσκόρου κρίσει τῆς συγκλήτου ἀνὰ τὸν μέσον στάντος χῶρον, Εὐσέβιος (*g*) ὁ τοῦ Δορυλαίου ἐπίσκοπος ἐξῆτει τὰς ἐπιδεδομένας παρ' αὐτοῦ τῇ βασιλείᾳ δεήσεις ἀναγνωσθῆναι, φήσας ἐπὶ λέξεως ταῦτα· Ἠδίκημαι παρὰ Διοσκόρου, ἠδίκηται ἡ πίστις. Ἐφονεύθη Φλαβιανὸς (*h*) ὁ ἐπίσκοπος, ἅμα ἐμοὶ ἀδίκως καθ-

VARIÆ LECTIONES.

[49] πρό.

VALESII ANNOTATIONES.

(97) Ante hoc caput in optimo codice Florentino hæc scripta sunt, τέλος τοῦ β' λόγου. Deinde a capite hæc habentur : Εἰσὶν ὡς ἐν ἐπιτομῇ τὰ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καλχηδόνι, συλλεγείσῃ κεκινημένα ἐν τούτοις.

VARIORUM

(*f*) *Ἰουβεναλίου.* Juvenalis, episcopus primo Ephesinus, deinde Hierosol., concilio Ephesino interfuit, et pro Cyrillo contra Nestorium stetit, ut illius ope ambitionem suam contra Joannem Antiochenum tueretur. Patriarchatus enim jura sibi injuste vindicarat; nec eo contentus, Arabiam et duas Phœnicias ab Ecclesiæ Antiochenæ regimine subtractas, suæ ditioni subjicere molitus est. Unde factum est etiam, ut in latrocinio Ephesino anno 449, et concilio Chalcedonensi anno 451, pro Eutyche et Dioscoro contra Flavianum CP. pugnaret. (Guil. Cave.)

(*g*) *Εὐσέβιος.* Eusebius hic, laicus adhuc et scholasticus, Nestorio in Ecclesia CP. concionanti, et blasphemias suas effutienti, palam se opposuerat, Evagr. lib. I. c. 9. Tandem in clerum cooptatus, Ecclesiæ Dorylæensis in Phrygia Salutari episcopus factus est. Anno 448, libellum accusationis adversus Eutychem, quem amice sæpius antea erroris admonuerat, synodo CP. exhibuit. Vid. Evagr. loc. cit. Anno 449, ad synodum Ephesinam profectus, a Dioscoro summa injuria exclusus est, damnatus, depositus, demum verberibus male multatus. (Guil. Cave).

(*h*) *Ἐφονεύθη Φλαβιανός.* Zonaras, *Annal.* tom. III, pag. 36, et Nicephorus, lib. IV, cap. 47, tradunt Flavianum episc. CP. a Dioscoro, Chrysaphio, aliisque pietatis ac veritatis hostibus, pugnis et calcibus pectus et ora adeo graviter cæsum, ut tertio post die vitam finierit. Subdit Nicephorus Dioscorum calcibus in demortui Flaviani ventrem insiluisse. Diogenes episc. Cyzici Barsumam monachum infra accusat, ut qui Flaviani cædem vociferatione procurasset. Alii tamen Flavianum a latrocinali synodo Ephesina in exsilium pulsum Hypæpas Lydiæ urbem pervenisse, ibique die 18 Februarii anni 450 calamitatibus et miseriis fractum obiisse tradunt. Qua de re videsis Cl. Garnerium, accurate, ut solet, disputantem, *Dissert. de libris Theodoriti*, pag. 208.

Digitized by Google

ηρέθη παρ' αὐτοῦ· κελεύσατε τὰς δεήσεις μου ἀναγνωσθῆναι. Οὗ δὴ διαλαληθέντος γενέσθαι, ἡ δέησις ἀναγνώσεως ἔτυχε, ταυτὶ φθεγγομένη τὰ ῥήματα· Παρὰ Εὐσεβίου τοῦ ἐλαχίστου ἐπισκόπου Δορυλαίου, ποιουμένου τὸν λόγον ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἐν ἁγίοις Φλαβιανοῦ τοῦ γενομένου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως. Σκοπὸς τῷ ὑμετέρῳ κράτει, ἁπάντων μὲν τῶν ὑπηκόων προνοεῖν, καὶ χεῖρα ὀρέγειν ἅπασι τοῖς ἀδικουμένοις, μάλιστα δὲ τοῖς ἐς ἱερωσύνην τελοῦσι. Καὶ ἐν τούτῳ τὸ Θεῖον θεραπεύοντες, παρ' οὗ τὸ βασιλεύειν ὑμῖν καὶ κρατεῖν τῶν ὑφ' ἥλιον δεδώρηται. Ἐπεὶ οὖν πολλὰ καὶ δεινὰ παρὰ πᾶσαν ἀκολουθίαν ἡ ἐς Χριστὸν πίστις καὶ ἡμεῖς πεπόνθαμεν παρὰ Διοσκόρου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, πρόσιμεν τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ τῶν δικαίων ἀξιοῦντες τυχεῖν. Τὰ δὲ τοῦ πράγματος ἐν τούτοις. Ἐπὶ τῆς ἔναγχος γενομένης συνόδου ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, ἦν ὄφελόν γε ἦν μὴ γενέσθαι, ἵνα μὴ κακῶν καὶ ταραχῆς τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσῃ, ὁ χρηστὸς Διόσκορος, παρ' οὐδὲν θέμενος τὸν τοῦ δικαίου λόγον καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, ὁμόδοξος ὢν καὶ ὁμόφρων Εὐτυχοῦς τοῦ ματαιόφρονος καὶ αἱρετικοῦ, λανθάνων δὲ τοὺς πολλούς, ὡς ἐς ὕστερον ἑαυτὸν ἐφανέρωσεν, εὑρὼν καιρὸν, τὴν [80] γεγενημένην παρ' ἐμοῦ κατὰ Εὐτυχοῦς ὁμοδόξου αὐτοῦ κατηγορίαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ ἐξενεχθεῖσαν ψῆφον παρὰ τοῦ τῆς ὁσίας λήξεως Φλαβιανοῦ ἐπισκόπου, πλῆθος ἀτάκτων ὄχλων συναγαγὼν, καὶ δυναστείαν ἑαυτῷ διὰ χρημάτων πορισάμενος, τὴν εὐσεβῆ θρησκείαν τῶν ὀρθοδόξων, τό γε ἧκον ἐς αὐτὸν ἐλυμήνατο, καὶ τὴν κακοδοξίαν Εὐτυχοῦς τοῦ μονάζοντος, ἥτις ἄνωθεν καὶ ἐξαρχῆς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἀπεκηρύχθη, ἐβεβαίωσεν.

Ἐπεὶ οὖν οὐ μικρὰ τὰ τετολμημένα αὐτῷ κατά τε τῆς ἐς Χριστὸν πίστεως, καὶ καθ' ἡμῶν, δεόμεθα καὶ προσπίπτομεν τῷ ὑμετέρῳ κράτει, θεσπίσαι τὸν αὐτὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Διόσκορον ἀπολογήσασθαι τοῖς παρ' ἡμῶν αὐτῷ ἐπαγομένοις, δηλαδὴ τῶν παρ' αὐτοῦ καθ' ἡμῶν πεπραγμένων ὑπομνημάτων ἀναγινωσκομένων ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου. Δι' ὧν δυνάμεθα ἀποδεῖξαι αὐτὸν καὶ ἀλλότριον τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ αἵρεσιν ἀσεβείας πεπληρωμένην κρατύναντα, καὶ ἀδίκως ἡμᾶς καθελόντα, καὶ τὰ δεινὰ ἡμᾶς κατειργασμένον· θείων καὶ προσκυνουμένων ὑμῶν μανδάτων καταπεμπομένων τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ἐφ' ᾧ τε ἡμῶν (98) καὶ τοῦ προειρημένου Διοσκόρου διακοῦσαι, καὶ ἀνενεγκεῖν ἐς γνῶσιν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας πάντα τὰ πραττόμενα πρὸς τὸ παριστάμενον τῇ ἀθανάτῳ ὑμῶν κορυφῇ. Καὶ τούτου

A Cumque judices interlocuti essent, recitatus est libellus precum qui sic habet : Libellus oblatus ab Eusebio humillimo episcopo Dorylæi, verba faciente pro seipso, et pro orthodoxa fide, et pro sanctæ memoriæ Flaviano qui fuit episcopus Constantinopoleos. Propositum est majestati vestræ, omnibus quidem subditis providere, et cunctis qui injuria affecti sunt, manum porrigere : præcipue vero iis qui sacerdotio funguntur. In hoc enim Deum colitis, a quo imperium ac dominium orbis terrarum vobis concessum est. Igitur quoniam fides Christi, et nosmetipsi multa gravia contra jus fasque perpessi sumus a Dioscoro reverendissimo episcopo magnæ civitatis Alexandriæ, adimus pietatem vestram, postulantes ut jus nobis reddatur.
B Causa autem est hujusmodi. In concilio quod paulo ante celebratum est in metropoli Ephesiorum, quod utinam celebratum nunquam fuisset, ne orbis terrarum malis ac tumultibus impleretur; bonus ille Dioscorus, nullam justitiæ rationem habens, nec Dei timorem ante oculos statuens, cum ejusdem opinionis ac sententiæ esset cum Eutyche insano atque hæretico, occultus autem adhuc esset, sicut postea apertissime declaravit : occasione arrepta ex accusatione quam ego adversus Eutychem erroris ipsius consortem instituera m, et ex sententia a piæ memoriæ Flaviano episcopo contra eumdem Eutychem prolata, turbam **311** incompositam seditiosorum hominum collegit. Cumque tyrannicam dominationem pecunia sibi
C comparasset, piam quidem religionem orthodoxorum, quantum in ipso fuit, labefactavit : pravam autem opinionem Eutychis monachi, quæ jam pridem et ab exordio a sanctis Patribus condemnata fuerat, confirmavit.

Cum igitur non levia sint, quæ adversus fidem Christi, et contra nos facere tentavit, provoluti ad pedes majestatis vestræ rogamus, ut eumdem religiosissimum episcopum Dioscorum respondere jubeatis iis quæ a nobis illi objiciuntur : lectis scilicet coram sanctissima synodo monumentis actorum quæ ille contra nos confecit. Ex quibus demonstrare possumus, illum et a recta fide alienum esse, et hæresim plenam impietatis confirmasse, et
D nos injuste deposuisse et gravissimis malis affecisse : missis videlicet sacris et adorandis mandatis vestris ad sanctam et universalem synodum Deo charissimorum episcoporum, ut causam quæ est inter nos et supra memoratum Dioscorum, cognoscat, et ad notitiam pietatis vestræ cuncta referat quæ geruntur, juxta id quod placuerit immortali culmini vestro. Hoc si consecuti fuerimus, continuas ad

VARIÆ LECTIONES.

[80] τήν τε.

VALESII ANNOTATIONES.

(98) Ὧν τε ἡμῶν. In optimo codice Florentino hic locus ita legitur : ἐφ' ᾧ τε ἡμῶν καὶ τοῦ προειρημένου Διοσκόρου διακοῦσαι. Quemadmodum etiam legitur in Actis Chalcedonensis concilii. Christophorsonus quidem ac Savilius ad oram sui codicis emendavit, ἐφ' ᾧ ἡμῶν καὶ τὰ, etc. Malim tamen scribere ἐφ' ᾧ ἡμῶν τε τοῦ πρ.

Digitized by Google

Deum preces fundemus pro sempiterno imperio vestro, sacratissimi imperatores. Post hæc juxta petitionem tam Dioscori, quam Eusebii, acta secundæ synodi Ephesinæ publice recitata sunt. Ex quibus ostensum est epistolam Leonis lectam non fuisse, idque tametsi semel atque iterum ea de re interlocutio exstitisset. Et cum Dioscorus ejus rei causam exponere juberetur, respondit ille se semel atque iterum jussisse ut id fieret : postulavitque ut Juvenalis Hierosolymorum et Thalassius Cæsareæ Cappadocum episcopus rem istam manifestius edocerent : istos enim una cum ipso, synodo præfuisse. Ac Juvenalis quidem testatus est, cum sacræ imperatoris litteræ prælvissent, jussisse se ut recitarentur : postea vero neminem Leonis epistolæ mentionem fecisse. Thalassius vero dixit se non obstitisse quo minus ea legeretur : sed neque tantum in se auctoritatis fuisse, ut solus ipse posset decernere ut legeretur. Cumque actorum lectio ulterius progrederetur, et quidam episcopi voces aliquas, tanquam falsas reprehenderent, Stephanus Ephesiorum episcopus interrogatus quinam ipsius notarii **312** eo tempore illas excepissent, respondit notarios ipsius fuisse Julianum qui postea Lebedi fuit episcopus, et Crispinum. Verum notarios Dioscori non permisisse suis ut exciperent, sed digitos eorum dum scriberent apprehendisse : ita ut parum abfuerit quin turpissima paterentur. Idem porro Stephanus testatus est se et reliquos episcopos uno eodemque die depositioni Flaviani subscripsisse. Ilis adjecit Acacius episcopus Ariarathiæ, in charta pura omnes subscripsisse, vi ac necessitate compulsos, et innumeris malis affectos, cum milites tela et gladios gestantes, ipsos circumdedissent. Deinde cum aliæ voces rursus lectæ essent, Theodorus Claudiopolis episcopus dixit neminem ista acclamasse. Cumque actorum lectio ulterius processisset, ubi ventum est ad locum in quo Eutyches dixerat damnare se eos qui dicerent carnem Dei ac Domini et Servatoris nostri Jesu Christi

τυχόντες, ἀδιαλείπτους εὐχὰς ἀναπέμψομεν ὑπὲρ τοῦ αἰωνίου ὑμῶν κράτους, θειότατοι βασιλεῖς. Ἐκ κοινῆς τοίνυν δεήσεως Διοσκόρου τε καὶ Εὐσεβίου, τὰ ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ πεπραγμένα διὰ τῆς ἀναγνώσεως ἐδηλοῦντο. Δι' ὧν ἐδείκνυτο, τὴν ἐπιστολὴν Λέοντος μὴ ἀναγνωσθῆναι, καὶ ταῦτα διαλαλιᾶς ἐξενεχθείσης ἅπαξ καὶ δὶς περὶ τούτου. Ἐφ' οἷς Διόσκορος τὴν αἰτίαν ἀπαιτηθεὶς εἰπεῖν, διεξῆλθεν αὐτὸν ἅπαξ καὶ δὶς τοῦτο διαλαλῆσαι γενέσθαι, ἠτησέ τε καὶ Ἰουβενάλιον τὸν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον καὶ Θαλάσσιον τῆς πρώτης Καππαδοκῶν Καισαρείας, τὰ περὶ τούτων διασαφῆσαι· σὺν αὐτῷ γὰρ καὶ τούτους τὴν αὐθεντείαν λαβεῖν. Ἰουβενάλιος μὲν οὖν ἔφησεν, ὡς θείου γράμματος ἠγησαμένου διελάλησεν, ἐκεῖνο (99) τῇ ἀναγνώσει καθυποβληθῆναι· ὕστερον δὲ μηδένα τῆς ἐπιστολῆς μνημονεῦσαι. Θαλάσσιος δὲ, μὴ κωλῦσαι ταύτην ἀναγνωσθῆναι, μηδὲ τοσαύτην ἐσχηκέναι παῤῥησίαν, ὥστε καὶ μόνον οἷόν τε γενέσθαι τυπῶσαι τὴν ἀνάγνωσιν προελθεῖν. Τῆς τοίνυν τῶν πεπραγμένων ἀναγνώσεως προϊούσης, καί τινων ῥήσεων ὡς πλαστῶν ἐπιλαβομένων ἐνίων τῶν ἐπισκόπων, ἐρωτηθεὶς Στέφανος ὁ τῆς Ἐφεσίων πρόεδρος, τίνες τῶν ὑπογραφόντων αὐτῷ τηνικαῦτα συνεξελάμβανον, διεξῆλθεν Ἰουλιανὸν ὑπογράψαι αὐτῷ ἐπίσκοπον ὕστερον γενόμενον Λεβίδου, καὶ Κρισπῖνον· τοὺς δέ γε ὑπογράφοντας Διοσκόρῳ τοῦτο μὴ συγχωρῆσαι γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ τῶν δακτύλων ἐπιλαβέσθαι τῶν ὑπογραφόντων, ὡς καὶ τὰ αἴσχιστα αὐτοὺς κινδυνεῦσαι παθεῖν. Ὁ αὐτὸς τοίνυν Στέφανος κατέθετο, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῇ καθαιρέσει Φλαβιανοῦ ὑποσημήνασθαι. Τούτοις ἐπῆγεν Ἀχάκιος Ἀριαραθείας ἐπίσκοπος, ἀγράφῳ χάρτῃ πάντας [51] ὑπογράψαι, πρὸς βίας τε καὶ ἀνάγκης, μυρίοις κακοῖς περιβληθέντας, στρατιωτῶν αὐτοῖς μετὰ φονικῶν ὀργάνων περιστοιχισάντων. Εἶτα πάλιν ἑτέρας φάσεως ἀνεγνωσμένης, Θεόδωρος ἐπίσκοπος Κλαυδιουπόλεως ἔφη, μηδένα ταῦτα φθέγξασθαι. Προκοπτούσης δὲ καὶ οὕτω τῆς ἀναγνώσεως, ἐπειδή τι χωρίον (1) περιεῖχεν Εὐτυχῆ διεξελθεῖν, καὶ τοὺς λέγοντας (*i*) τὴν

VARIÆ LECTIONES.

[51] ταύτας.

VALESII ANNOTATIONES.

(99) *Διελάλησεν ἐκεῖνο.* Procul dubio scribendum est, ἐκεῖνο, supple τὸ θεῖον γράμμα. Quam emendationem confirmant acta Chalcedonensis concilii pag. 52 et 53 editionis Binii, ubi ita legitur : *Gloriosissimi judices et amplissimus senatus dixerunt : Dicat beatissimus episcopus Juvenalis, cur interloquente reverendissimo episcopo Dioscoro ob recitandam epistolam sanctissimi Rom. archiep.. lectio ejus non est facta. Juvenalis rever. episc. Hierosol. dixit : Statim respondit presbyter et primicerius notariorum Joannes habere se præ manibus sacras litteras religiosissimorum et piissimorum imp. et respondi imperiales litteras relegi.* Porro verba ipsa quibus usus fuerat Juvenalis in secunda illa synodo Ephesina, habentur in superiore pag. 52, ubi acta secundæ synodi Ephesinæ referuntur. Sed et Niceph. emendationem nostram confirmat in cap. ultimo lib. xv, ubi compendium Actorum Chalcedonensis concilii refert, magna parte transcriptum ex Evagrio. Hæc ideo fusius mandavi, quia Christophorsonus in hujus loci interpretatione longe a vero aberravit. Notabis autem obiter fraudem quæ facta est in secundo illo Ephesino concilio. Nam cum Hilarius diaconus, legatus sedis apostolicæ, renuntiasset episcopis qui aderant, habere se epistolam Leonis papæ, et postulasset ut legeretur in concilio : Joannes presbyter et primicerius notariorum, surgens dixit habere se præ manibus alias litteras ab imperatore scriptas ad Dioscorum. Tum Juvenalis præcepit ut litteræ illæ imp. legerentur, nulla epistolæ Leonis mentione facta. Vides igitur lectionem epistolæ Leonis de industria impeditam esse per fraudem Dioscori, qui pro epistola Leonis epistolam imp. Theodosii recitari fecit in synodo. Porro emendationem nostram confirmat Codex Tellerianus, in quo ita scriptum inveni ut conjeceram.

(1) *Ἐκεῖνο τι χωρίον.* Locus iste quem indicat Evagrius, exstat in actione prima synodi Chalcedonensis, pag. 58.

VARIORUM.

(*i*) *Καὶ τοὺς λέγοντας.* Supplenda est vox ἀναθεματίζων ex insignis Actis. W. Lowth.

Digitized by Google

σάρκα τοῦ Θεοῦ καὶ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξ οὐρανῶν κατεληλυθέναι, Εὐσέβιον ἔλεγε τὰ γράμματα πρὸς ταῦτα διεξελθεῖν, ὡς εἰρήκει μὲν τὸ ἐξ οὐρανῶν, οὐ προστεθείκει δὲ πόθεν. Ἐπεῖξαι (2) δὲ Διογένην ἐπίσκοπον Κυζίκου. Πόθεν οὖν εἶπε (3); καὶ μὴ συγχωρηθῆναι αὐτοὺς περαιτέρω τούτων ἐπιζητῆσαι. Εἶτα δηλοῦσι τὰ αὐτὰ πεπραγμένα, Βασίλειον (*j*) ἐπίσκοπον Σελευκείας Ἰσαυρίας, εἰπεῖν· Προσκυνῶ τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν μόνον Θεὸν Λόγον μετὰ τὴν σάρκωσιν καὶ τὴν ἕνωσιν, ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον. Καὶ πρὸς ταῦτα τοὺς Αἰγυπτίους ἀναβοῆσαι· Τὸν ἀμέριστον μηδεὶς χωριζέτω, τὸν ἕνα Υἱὸν οὐ δεῖ λέγειν δύο. Τοὺς δὲ Ἀνατολικοὺς κραυγάσαι, Ἀνάθεμα τῷ μερίζοντι, ἀνάθεμα τῷ διαιροῦντι. Ἐρωτηθῆναι δὲ τὸν Εὐτυχῆ τὰ αὐτὰ πεπραγμένα λέγει, εἰ φησι δύο φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ· εἰπεῖν τε ἐκεῖνον, ἐκ δύο μὲν φύσεων εἰδέναι τὸν Χριστὸν πρὸ τῆς ἑνώσεως· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μίαν (*k*)· εἰπεῖν τε Βασίλειον, ὡς εἰ μὴ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀχωρίστους καὶ ἀσυγχύτους λέγει δύο φύσεις, σύγχυσιν λέγει καὶ σύγκρασιν· εἰ μέντοι προσθήσει σεσαρκωμένην καὶ ἐνανθρωπήσασαν, καὶ νοήσει παραπλησίως Κυρίλλῳ τὴν σάρκωσιν καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν, τὰ αὐτὰ λέγειν αὐτοῖς. Ἄλλο μὲν γάρ τι εἶναι τὴν θεότητα τὴν ἐκ τοῦ Πατρός· ἄλλο δέ τι, τὴν ἀνθρωπότητα τὴν ἐκ τῆς Μητρός. Ὧν (4) ἐρωτηθέντων[83] ὅτου χάριν τῇ καθαιρέσει τῇ κατὰ Φλαβιανοῦ ὑπέγραψαν, τοὺς Ἀνατολικοὺς δηλοῦσι τὰ γράμματα βοῆσαι, Πάντες ἡμάρτομεν, πάντες συγγνώμην αἰτοῦμεν. Εἶτα πάλιν ἡ ἀνάγνωσις προκόπτουσα, δηλοῖ τοὺς ἐπισκόπους ἐρωτηθῆναι, τίνος χάριν τὸν Εὐσέβιον ἐσελθεῖν βουληθέντα, οὐκ εἶασαν. Πρὸς ἃ Διόσκορος ἔφη, κομμονητόριον τὸν Ἐλπίδιον ἐπιφέρεσθαι· κἀκεῖνον διαβεβαιώσασθαι, Θεοδόσιον κελεῦσαι τὸν βασιλέα, τὸν Εὐσέβιον παρόδου μὴ τυχεῖν. Τὰ αὐτὰ καὶ Ἰουβενάλιον εἰπεῖν δηλοῦσι τὰ πεπραγμένα.

A e cœlo descendisse; indicabant acta Eusebium adversus hæc dixisse, damnatos quidem esse ab Eutyche eos qui dicerent carnem Christi e cœlo descendisse, sed non additum esse ab illo, undenam esset caro. Addebant etiam eadem acta, Diogenem episcopum Cyzici hæc verba subjunxisse: Dic igitur unde? nec tamen permissum illis fuisse ut amplius inquirerent. Deinde eadem acta indicabant Basilium Seleuciæ in Isauria episcopum hæc dixisse: Adoro unum Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, Deum Verbum, qui post incarnationem et unitionem, in duabus naturis cognoscitur. Et adversus ista Ægyptios exclamasse: Eum qui impartibilis est, nemo dividat. Unum Filium non oportet dicere duo. Orientales vero clamasse: Anathema ei qui partitur; anathema ei qui dividit. In iisdem actis continetur Eutychem interrogatum esse utrum duas in Christo naturas diceret. Respondisse autem illum, se ante unitionem quidem, Christum ex duabus naturis constantem asserere: post unitionem vero, unicam in eo naturam agnoscere. Basilium vero hæc dixisse: Nisi post unitionem duas naturas indivisas et inconfusas dixeris, confusionem dicis et commistionem. Quod si addideris, incarnatam et inhumanatam, et perinde ac Cyrillus, intellexeris incarnationem et inhumanationem, eadem dicis quæ nos dicimus. Aliud enim est divinitas quæ **313** est a Patre: aliud humanitas quæ est a matre. Cumque interrogatus esset cujusnam rei gratia depositioni Flaviani subscripsisset, testantur eadem acta Orientales episcopos exclamasse: Omnes peccavimus, omnes veniam deprecamur. Sequens deinde eorumdem actorum lectio docet, episcopos interrogatos esse, qua de causa Eusebium introire cupientem non admisissent. Dioscorum vero ad hæc ita respondisse: Allatum esse commonitorium ab Elpidio, cumque affirmasse imperatorem Theodosium jussisse ut Eusebio aditus intercluderetur. Idem quoque a Juvenale dictum esse, eadem acta testantur. Thalassius vero dixit, se auctoritatem non habuisse.

B

C

VARIÆ LECTIONES.

[83] ὧν καὶ ἐρωτ.

VALESII ANNOTATIONES.

(2) *Ἐπεῖξαι.* Lego ἐπᾶξαι.

(3) *Πόθεν οὖν εἶπε.* Melius in actis Chalcedonensis concilii, pag. 58, εἰπὲ, in imperativo.

(4) *Ὧν ἐρωτηθέντων.* In Actis Chalcedonensis concilii solus Basilius a judicibus et senatoribus interrogatus fuisse dicitur; et quidnam interrogationi illorum responderit, ibidem subjicitur. Vulgatam tamen scripturam confirmat Niceph.; quam si retinere voluerimus, dicendum erit Basilium et eos qui cum illo erant, interrogatos esse a judicibus.

VARIORUM.

(*j*) *Βασίλειον.* Basilius Seleuciæ in Isauria metropolita anno 448 synodo CP. interfuit; ubi de Christi naturis orthodoxam admodum sententiam tulit, et Eutychis damnationi non invitus subscripsit. Anno autem sequente in latrocinio Ephesino, sive a Dioscoro vi compulsus, sive insita animi levitate motus, priorem sententiam palam revocavit, Flavianum suffragio suo damnavit, et duas in Christo naturas confessos anathematizavit. Quo nomine cum synodo Chalcedonensi anno 451 interesset, a concilii Patribus, sessione prima, una cum primariis latrocinii ducibus muneris episcopali submotus est, vim sibi a Dioscoro illatam frustra causatus. Sessione tamen quarta, cum catholice sensisse et nunc et olim compertus fuerit, in concilium admissus ac dignitati pristinæ restitutus fuit. (Guil. Cave, vol. I, pag. 354.)

D

(*k*) *Μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μίαν.* Eutychiani asserebant humanam Christi naturam, virtute unitionis, a divina adeo absorptam esse, ut humanitas in eo non amplius exstiterit. Sic Eranistes apud Theodoritum in *Dialogo*: Ἐγὼ τὴν θεότητα λέγω μεμενηκέναι· καταποθῆναι δὲ ὑπὸ ταύτης τὴν ἀνθρωπότητα. Quando autem hæc absorptio facta fuerit, inter eos haud convenit. Alii enim tempore Conceptionis Dominicæ, alii Resurrectionis, alii Ascensionis effectam fuisse opinantur.

Digitized by Google

Quæ responsa a judicibus improbata sunt. Neque enim hanc excusationem valere, ubi agitur de fide. Post hæc Dioscorum conquestum esse indicant eadem acta, ita dicentem : Quales nunc observantur regulæ, cum Theodoritus ingressus sit? Senatores vero respondisse, Theodoritum ut accusatorem ingressum esse. Cumque Dioscorus subjecisset illum inter episcopos residere : rursus senatores dixerunt Eusebium ac Theodoritum accusatorum locum obtinere, perinde ac Dioscorus locum rei obtineret. Cum igitur universa acta secundæ synodi Ephesinæ perlecta essent, et sententia damnationis contra Flavianum et Eusebium similiter recitaretur, ubi ventum est ad locum in quo scriptum est, Hilarius diaconus dixit, Contradicitur : Orientales episcopi et qui cum illis erant, exclamarunt : Anathema Dioscoro. Eodem tempore Christus Dioscorum deposuit. Flavianus depositus est a Dioscoro : sancte Domine, tu illum vindica. Catholice imperator, tu illum vindica. Leoni multos annos. Patriarchæ multos annos. Post hæc cum sequentia perlecta essent, ex quibus apparebat universos episcopos qui tunc congregati erant, depositioni Flaviani atque Eusebii **314** consensisse, gloriosissimi judices interlocuti sunt his verbis : De recta quidem et catholica fide, crastino die perfectius conveniente concilio diligentiorem inquisitionem fieri oportere perspicimus. Quoniam vero piæ memoriæ Flavianus, et Eusebius reverendissimus episcopus Dorylæi, ex scrutatione Actorum ac decretorum, et ex ipsis vocibus eorum qui in synodo quæ tunc facta est præsederunt : qui quidem confessi sunt errasse se, et frustra illos deposuisse, cum nullatenus errassent

Ὁ μέντοι γε Θαλάσσιος ἔφη τὴν αὐθεντίαν μὴ ἔχειν (5)· ἅπερ πρὸς τῶν ἀρχόντων καταγνώσεως ἔτυχε· μηδὲ γὰρ ἀπολογίαν εἶναι ταύτην πίστεως προκειμένης. Ἐφ' οἷς τὸν Διόσκορον πέμψασθαι (6) δηλοῦσι τὰ κενινημένα διεξελθόντα· Νῦν ποῖοι κανόνες σώζονται, ὅτε ἐσῆλθε Θεοδώριτος; Τήν τε σύγκλητον ἀποφήνασθαι ὡς κατήγορον Θεοδώριτον ἐπελθεῖν. Ἐπισημήνασθαί τε τὸν Διόσκορον ὡς ἐν τάξει ἐπισκόπου καθέζεται· καὶ τὴν σύγκλητον πάλιν εἰπεῖν, ὡς καὶ Εὐσέβιος καὶ Θεοδώριτος κατηγόρων τάξιν ἐπέχουσιν, ὥσπερ οὖν καὶ Διόσκορος κατηγορουμένου τάξιν ἐκληρώσατο. Πάντων τοίνυν τῶν κατὰ τὴν δευτέραν σύνοδον ἐν Ἐφέσῳ ἀνεγνωσμένων, καὶ τῆς ἀποφάσεως αὐτῆς κατὰ Φλαβιανοῦ καὶ Εὐσεβίου ὡσαύτως ἀναγινωσκομένης πρὸς τῇ ῥήσει, ἔνθα γε Ἱλάριος ἐπίσκοπος εἶπεν (7)· Οἱ τῆς Ἀνατολῆς ἐπίσκοποι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, ἐβόησαν, Ἀνάθεμα Διοσκόρῳ. Ταύτῃ τῇ ὥρᾳ Διόσκορον ὁ Χριστὸς καθεῖλε (8). Φλαβιανὸς παρὰ Διοσκόρου καθῃρέθη. Ἅγιε Κύριε, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. Ὀρθόδοξε βασιλεῦ, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. Λέοντος πολλὰ τὰ ἔτη. Τοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη (9). Εἶτα καὶ τῶν ἑξῆς ἀνεγνωσμένων, τῶν δηλούντων πάντας τοὺς συνειλεγμένους ἐπισκόπους συναινέσαι τῇ καθαιρέσει Φλαβιανοῦ καὶ Εὐσεβίου, οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες διελάλησαν ἐπὶ λέξεως οὕτως· Περὶ μὲν τῆς ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς πίστεως, τελειότερον συνόδου γενομένης τῇ ὑστεραίᾳ, ἀκριβεστέραν ἐξέτασιν δεῖν γενέσθαι συνορῶμεν. Ἐπειδὴ δὲ Φλαβιανὸς ὁ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης, καὶ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλαίου εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, ἐκ τῆς τῶν πεπραγμένων καὶ διαγνωσθέντων ἐρεύνης, καὶ αὐτῆς τῆς φωνῆς τῶν γενομένων ἐξάρχων τῆς τότε συνόδου, ὁμολογη-

VALESII ANNOTATIONES.

(5) *Τὴν αὐθεντίαν μὴ ἔχειν.* In hujus loci interpretatione lapsi sunt ambo interpretes. Sic enim vertit Musculus : *Thalassius vero dixit non habere auctoritatem ea quæ a principibus in hujusmodi causis judicantur.* Eumdem quoque sensum secutus est Christophorsonus. Sed et Langus interpres Nicephori in eumdem errorem incidit. Atqui ex Actis Chalcedonensis concilii facile est hanc interpretationem confutare. Thalassius enim interrogatus a judicibus, hoc tantum respondit : Ἐγὼ οὐκ ἦμην αὐθέντης. Id est, Omnis auctoritas ac potestas penes me non erat. Etsi enim Juvenalis ac Thalassius una cum Dioscoro Ephesinæ secundæ synodo præsidere jussi erant ab imperatore Theodosio, revera tamen omnis potestas penes Dioscorum erat. Porro judices responsionem Dioscori et Juvenalis ac Thalassii condemnarunt his verbis : « In causa fidei, hæc defensio non admittenda est. »

(6) *Τὸν Διόσκορον πέμψασθαι.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui pro πέμψασθαι emendarunt μέμψασθαι. Quod quidem mendum in manuscriptis codicibus sæpius admissum deprehendi.

(7) *Ἱλάριος ἐπίσκοπος εἶπεν.* Hic locus corrigendus est ex actione prima synodi Chalced., pag. 142, ubi post pronuntiatam a Dioscoro adversus Flavianum et Eusebium damnationis sententiam, cum Flavianus dixisset, Παραιτοῦμαί σε, id est, Recuso te, Hilarius diaconus Ecclesiæ Romanæ dixit, *Contradicitur.* Quæ verba descripta sunt ex actis secundæ synodi Ephesinæ.

(8) *Διόσκορον ὁ Χριστὸς καθεῖλε.* Sic etiam scribitur apud Nicephorum. Verum in actis concilii Chalced. longe aliter scribitur, hoc scilicet modo, ταύτῃ τῇ ὥρᾳ καθεῖλε. Ταύτῃ τῇ ὥρᾳ καθαιρεθῇ. Id est, *hac hora Dioscorus deposuit. Hac hora deponatur.* Quam scripturam equidem magis probo. Verum ut ex actis Chalced. concilii corrigendus est hic Evagrii locus, sic vicissim acta Chalced. concilii emendanda sunt ex Evagrio nostro. Nam pro his verbis quæ sequuntur, ἅγιε Κύριε, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον, scribendum est, Φλαβιανὸς παρὰ Διοσκόρου καθῃρέθη· ἅγιε Κύριε, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. Ὀρθόδοξε βασιλεῦ, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον, ut habet Evagrius ac Niceph., atque ita legisse videtur vetus interpres concilii Chalced., sic enim vertit : *Sancte Domine, tu illum vindica. Domine, Domine, tu illum vindica. Catholice imperator, tu illum vindica.* Ex qua versione colligimus necessario præcedere debere verba quæ diximus, Φλαβιανὸς παρὰ Διοσκόρου καθῃρέθη. Alioqui quo referentur hæc verba, *tu illum vindica?*

(9) *Πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη.* Quæret hic aliquis, quisnam hoc loco intelligatur patriarcha. Ego Anatolium Constantinop. episcopum intelligi affirmo. Porro duo hic notanda sunt. Primo quod Orientales episcopi multos annos precantur, non suo patriarchæ sed alteri. Deinde quod episcopum Constantinopolitanum simpliciter et absolute vocant patriarcham, ob sedis scilicet prærogativam hunc illi honorem deferentes. Etenim in synodo Constantinopolitana secundus locus sedi Constantinop. assignatus fuerat.

Digitized by Google

σάντων ἐσφάλθαι, καὶ μάτην αὐτοὺς καθῃρηκέναι, οὐδὲν περὶ τὴν πίστιν σφαλέντες δείκνυνται, ἀδίκως δὲ καθαιρεθέντες· φαίνεται ἡμῖν κατὰ τὸ Θεῷ ἀρέσκον δίκαιον εἶναι, εἰ παρασταίη τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ ἡμῶν Δεσπότῃ, τῷ· αὐτῷ ἐπιτιμίῳ, Διόσκορον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβενάλιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων, καὶ Θαλάσσιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Καισαρείας, καὶ Εὐσέβιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἀρμενίας (10), καὶ Εὐστάθιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Βηρυτοῦ, καὶ Βασίλειον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Σελευκείας τῆς Ἰσαυρίας, τοὺς ἐξουσίαν ἐσχηκότας καὶ ἐξάρχοντας τῆς τότε συνόδου, ἐκπεσεῖν (11) διὰ τῆς ἱερᾶς ταύτης συνόδου κατὰ τοὺς κανόνας τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος ἀλλοτρίους γινομένους, πάντων τῶν παρακολουθησάντων τῇ θείᾳ κορυφῇ γνωριζομένων. Ἐφ' οἷς ἐπεβόησαν οἱ Ἀνατολικοί· Αὕτη δικαία κρίσις. Οἱ δὲ τῶν Ἰλλυριῶν ἐπίσκοποι ἐπεκραύγασαν· Πάντες ἐσφάλημεν, πάντες συγγνώμης ἀξιωθῶμεν. Καὶ πάλιν τῶν Ἀνατολικῶν ἐπιβοησάντων· Αὕτη δικαίως ἔψηφος· τὸν φονέα ὁ Χριστὸς καθεῖλε, τοὺς μάρτυρας ὁ Χριστὸς ἐξεδίκησεν· οἱ συγκλητικοὶ διελάλησαν, ὥστε ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων τῶν συνειλεγμένων ἰδιαζόντως τὴν οἰκείαν ἐκθέσθαι πίστιν, γινώσκοντα ὡς θειότατος βασιλεὺς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων ιη', καὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ρν' (12) Πατέρων, καὶ τὰς ἐπιστολὰς τῶν ἁγίων Πατέρων, Γρηγορίου, Βασιλείου, Ἱλαρίου, Ἀθανασίου, Ἀμβροσίου, καὶ τὰς δύο τὰς Κυρίλλου, τὰς ἐπὶ τῇ πρώτῃ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ δημοσιευθείσας πιστεύειν (*l*). Καὶ γὰρ καὶ τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέοντα, Εὐτυχῇ ἐπὶ τούτοις καθελεῖν. Οὕτω τοίνυν καὶ ταύτης τῆς συνελεύσεως καταπαυθείσης, ἐς ἑτέραν συνελθόντων μόνων (13) τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων, λιβέλλους ἐπέδωκεν Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλαίου ἐπίσκοπος ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ Φλαβιανοῦ, δι' οὗ ἐπεμέμψατο Διοσκόρῳ ὡς τὰ αὐτὰ Εὐτυχεῖ φρονήσαντι, καὶ ὅτι γε αὐτοὺς τῆς ἱερωσύνης ἀφείλετο. Προστέθεικε δὲ ὅτι καὶ φω-

A in fide, injuste depositi esse noscuntur: videtur nobis juxta id quod Deo placet, justum esse, modo id placuerit sacratissimo ac piissimo Domino nostro, ut Dioscorus reverendissimus episcopus Alexandriæ, et Juvenalis reverendissimus episcopus Hierosolymorum, et Thalassius reverendissimus episcopus Cæsareæ Cappadociæ, et Eusebius reverendissimus episcopus Ancyræ, et Eustathius reverendissimus episcopus Beryti, et Basilius reverendissimus episcopus Seleuciæ Isauriæ, qui tunc auctoritate prædíti concilio præfuerunt, eidem pœnæ subjaceant, sacrosancti concilii sententia, juxta sacros canones alieni ab episcopali dignitate judicati: cunctis quæ consequenter gesta fuerint ad sacratissimi principis notitiam perferendis. Post hanc

B interlocutionem acclamatum est ab Orientalibus episcopis: Justum est hoc judicium. Illyriciani vero exclamarunt: Universi peccavimus; universi veniam consequamur. Cumque Orientales iterum acclamassent: Hæc sententia justa est: homicidam Christus deposuit: Christus martyres vindicavit: senatores interloquentes pronuntiarunt, ut episcoporum qui convenerant unusquisque seorsum fidem suam exponeret: pro certo habens, sacratissimum imperatorem juxta expositionem fidei trecentorum et octodecim Patrum qui Nicææ congregati sunt, et centum ac quinquaginta illorum qui Constantinopolim convenere; item juxta epistolas sanctorum Patrum Gregorii, Basilii, Hilarii, Athana-

C nasii, Ambrosii, et juxta duas Cyrilli epistolas quæ in prima synodo Ephesina recitatæ sunt, credere. Nam et reverendissimum senioris Romæ episcopum Leonem, juxta eamdem fidem Eutychem deposuisse. Hunc in modum finita hac actione, cum religiosissimi episcopi ad alteram actionem soli **315** convenissent, Eusebius episcopus Dorylæi libellos porrexit pro se et pro Flaviano, quibus Dioscorum accusabat, quod eadem cum Eutyche sentiret, et quod sacerdotium ipsis ademisset. Adjecit etiam

VALESII ANNOTATIONES.

(10) *Ἐπίσκοπον Ἀρμενίας.* Scribendum est Ἀγκύρας ex Actis Chalced. concilii, pag. 132, ubi hæc judicum interlocutio refertur.

(11) *Ἐκπεσεῖν.* Rectius in actione prima Chalcedonensis concilii, pag. 152, scribitur ὑποπεσεῖν. Refertur enim ad id quod præcessit, τῷ αὐτῷ ἐπιτιμίῳ, atque ita etiam legitur supra in cap. 4 hujus libri, ubi hæc judicum interlocutio integra refertur. In 4 autem actione synodi Chalced. pag. 217, ἐκπεσεῖν quidem legitur; sed verbum additum est in superioribus hoc modo, τῷ αὐτῷ ὑπαχθῆναι ἐπιτιμίῳ. Quod si verbum ἐκπεσεῖν retineamus, tum superfluæ erunt duæ voces quæ sequuntur, ἀλλοτρίους γενομένους. Certe hæ duæ postremæ voces desunt in nostris codicibus, Flor. et Tell., nec habentur apud Nicephorum.

(12) *Τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ρν'.* In optimo codice Florentino desunt hæc verba, ἐν Κωνσταντινουπόλει· quæ quidem nec in actis Chalc. concilii habentur, ut videre est pag. 152 editionis Binii.

(13) *Συνελθόντων μόνων.* In actione tertia Chalced. concilii soli convenerunt episcopi, nec ulli ex sæcularibus judicibus ac senatoribus concilio interfuerunt. Nam in ea sessione agendum erat de fide: quam ut exponerent, invitati prius fuerant episcopi a gloriosissimis judicibus. Episcopi vero diu quidem id præstare recusaverant, cum dicerent sufficere formulam fidei Nicenæ, quæ in Con-

D stantinopolitana et in prima Ephesina synodo fuerat confirmata. Tandem tamen postulationi judicum cesserant, seque id facturos promiserant. Porro ubi de fide agitur, nullæ sunt partes judicum sæcularium. In tertia igitur actione in qua agendum erat de fide, nulli adfuerunt judices sæculares. Cæterum notandum est Evagrium hoc loco prætermisisse gesta actionis secundæ. Tertiam igitur actionem pro secunda cepisse videtur Evagrius. Idque confirmant acta ipsius synodi, pag. 177, ubi secunda congregatio sive actio videtur quæ nunc est tertia.

VARIORUM.

(*l*) *Ἐν Ἐφέσῳ δημοσιευθείσας πιστεύειν.* Legendum πιστεύει. W. Lowth.

Digitized by Google

voces quasdam quæ in synodo tunc congregata minime dictæ essent, a Dioscoro actis insertas fuisse: curasse præterea eumdem Dioscorum, ut episcopi in charta pura subscriberent. Postulavitque ut acta omnia secundæ synodi Ephesinæ, episcoporum qui congregati erant judicio infirmarentur, utque ipsi dignitatem sacerdotii recuperarent, utque nefarium illud dogma anathemate damnaretur. Petiit etiam post recitationem libelli sui, ut adversarius adesset. Cumque episcopi jussissent ut fieret, Aetius archidiaconus et primicerius notariorum dixit profectum se esse ad Dioscorum, itidemque ad reliquos: Dioscorum vero respondisse, prohiberi se a custodibus ne ad concilium veniat.

Facta iterum interlocutione jussum est, ut Dioscorus pro foribus concilii quæreretur. Et cum repertus non esset, Anatolius Constantinopolis episcopus interloquens dixit, debere illum evocari et concilio interesse. Quod cum executioni mandatum fuisset, redeuntes ii qui missi fuerant ad Dioscorum, renuntiarunt eum dixisse: Sub custodia sum. Dicant custodes, velint ne mihi permittere ut ad concilium pergam. Cumque legati concilii respondissent se ad illum missos esse, non vero ad magistrianos: retulerunt Dioscorum hæc dixisse: Paratus sum venire ad sacrum et universale concilium: sed prohibeor. Quibus adjecit Himerius, redeuntibus ipsis a Dioscoro occurrisse adjutorem magistri sacrorum officiorum, et episcopos una cum illo reversos esse ad Dioscorum, deque illis quædam se habere quæ notis excepisset. Ea perlecta indicabant Dioscorum hæc ad verbum dixisse: Postquam me ipse recollegi, et quid mihi expediret consideravi, ita respondeo. Quandoquidem in superiore concessu, magnificentissimi judices post multas cujusque interlocutiones multa decreverunt; nunc vero ad secundum consessum vocor, ut prædicta infirmentur, rogo ut magnificentissimi judices et amplissimi senatores, qui priori conventui interfuerunt, nunc quoque intersint quo eadem iterum examinentur: Cui Acacius, ut in iisdem actis refertur, respondit his verbis: Sancta et magna synodus non ideo sanctitatem tuam adesse jussit, ut ea quæ coram magnificentissimis judicibus et sacro senatu gesta sunt, infirmentur: sed nos misit ad te, mandans ut ad consessum venias, nec absit ab eo sanctitas tua. Cui Dioscorus ita respondit, ut in iisdem actis habetur: Modo dixistis mihi Eusebium libellos porrexisse. Iterum postulo ut coram judicibus ac senatu mea causa examinetur. Et post alia ejusdem modi

A νὰς μὴ εἰρημένας τῇ τὸ τηνικαῦτα ἁλισθείσῃ συνόδῳ προστέθεικεν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, καὶ ὡς ἀγράφους χάρτας παρεσκεύασεν αὐτοὺς ὑποσημήνασθαι. Καὶ ἐδεήθη ὥστε ἐκ ψήφου τῶν συνειλεγμένων ἀκυρωθῆναι πάντα τὰ ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ πεπραγμένα, καὶ ἔχειν αὐτοὺς τὴν ἱερωσύνην, καὶ ἀναθεματισθῆναι τὸ μιαρὸν ἐκεῖνο δόγμα. Καὶ ἠξίωσε μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν, καὶ τὸν ἀντίδικον παρεῖναι. Οὗ δὴ διαλαληθέντος γενέσθαι, εἴρηκεν Ἀέτιος ἀρχιδιάκονος καὶ πριμικήριος νοταρίων, ὡς διέβη πρὸς Διόσκορον, ὥσπερ οὖν καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους, καὶ εἶπε [53], μὴ συγχωρεῖσθαι ὑπὸ τῶν φυλαττόντων αὐτὸν παραγενέσθαι.

B Καὶ διελαλήθη ζητηθῆναι τὸν Διόσκορον περὶ τοῦ συνεδρίου. Καὶ μὴ εὑρεθέντος αὐτοῦ, Ἀνατόλιος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως διελάλησεν, ὀφείλειν αὐτὸν μετακληθῆναι, καὶ ἐν τῇ συνόδῳ παραγενέσθαι. Καὶ τούτου γενομένου, παραγενόμενοι οἱ ἀποσταλέντες, εἰρήκασι εἰπεῖν αὐτὸν, Φυλάττομαι ἐγώ. Εἰ δὲ συγχωροῦσί μοι κατελθεῖν, εἰπάτωσαν. Καὶ εἰπόντων αὐτῷ τῶν ἀπεσταλμένων, ὡς πρὸς αὐτὸν, οὐ πρὸς τοὺς μαγιστριανούς ἀπεστάλησαν, διεξῆλθον εἰπεῖν αὐτὸν, Ἕτοιμός εἰμι παραγενέσθαι εἰς τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον· ἀλλὰ κωλύομαι. Οἷς προστέθεικεν Ἱμέριος, ὡς κατελθόντων αὐτῶν παρὰ Διοσκόρου, ὑπήντησεν ὁ βοηθὸς τοῦ μαγίστρου (14) τῶν θείων ὀφφικίων, καὶ μετ' αὐτοῦ πάλιν γεγόνασι πρὸς Διόσκορον οἱ ἐπίσκοποι, καὶ περὶ C τούτων ἐν σημείοις τινὰ ἔχειν. Ἅπερ ἀναγνωσθέντα, ἐδήλωσεν ἐπὶ λέξεως τὸν Διόσκορον εἰπεῖν ταῦτα· Συναγαγὼν ἐμαυτὸν, καὶ γνοὺς τὸ συμφέρον, τάδε ἀποκρίνομαι· Ἐπειδὴ ἐν τῇ πρὸ ταύτης συνόδῳ καθεζόμενοι οἱ μεγαλοπρεπέστατοι ἄρχοντες, ὥρισαν πολλὰ μετὰ πολλὴν ἑκάστου διαλαλιὰν, νῦν δὲ εἰς δευτέραν καλοῦμαι σύνοδον, εἰς τὸν τῶν προειρημένων ἀνασκευὴν, παρακαλῶ τοὺς πρώην ἐν τῇ συνόδῳ παραγενομένους μεγαλοπρεπεστάτους ἄρχοντας, καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον, καὶ νῦν παρεῖναι ἵνα πάλιν τὰ αὐτὰ γυμνασθῇ. Πρὸς ὃν Ἀκάκιον δηλοῖ τὰ πεπραγμένα διεξελθεῖν ἐπὶ λέξεως ταῦτα· Οὐχ οὕτως ἐκέλευσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος τὴν ὑμετέραν ἁγιότητα παρεῖναι, ὥστε ἀνασκευασθῆναι τὰ ἐπὶ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἀρχόντων D καὶ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου πραχθέντα· ἀλλ' ἡμᾶς ἀπέστειλεν, ὥστε καταλαβεῖν σε τὸ συνέδριον, καὶ μὴ ἀπολειφθῆναι σοῦ τὴν σὴν ὁσιότητα. Πρὸς ὃν Διόσκορος εἶρηκεν, ὡς τὰ ὑπομνήματα λέγουσιν· Εἰρήκατέ μοι νῦν ὅτι λιβέλλους ἐπιδέδωκεν Εὐσέβιος. Παρακαλῶ πάλιν παρόντων ἀρχόντων [54] καὶ τῆς συγ-

VARIÆ LECTIONES.

[53] C. C. εἶπον. [54] παρὰ τοῦ τῶν ἀρχόντων.

VALESII ANNOTATIONES.

(14) *Βοηθὸς τῷ μαγίστρῳ.* Langus et Christophorsonus *Boethum* interpretati sunt, quasi id nomen proprium esset. Atqui βοηθὸς nomen est officii. Sic enim dicebatur princeps officii magistri officiorum, qui erat ex scholis agentium in rebus, ut docet *Notitia imperii Romani*. Porro adjutor iste magistri officiorum, Eleusinius proprio nomine dicebatur, ut scribitur in actione tertia concilii Chalced.

Digitized by Google

κλήτου δοκιμασθῆναι τὰ κατ' ἐμέ. Εἶτα ἑτέρων τοιούτων ἐγκειμένων, αὖθις ἀπεστάλησαν οἱ ὀφείλοντες τὸν αὐτὸν προτρέψασθαι Διόσκορον τοῖς πραττομένοις παρεῖναι. Καὶ τούτου γενομένου, ἐπαναζεύξαντες οἱ πεμφθέντες εἰρήκασιν ἔχειν ἐν σημείοις (15) τὴν αὐτοῦ φωνὴν, ἃ ὑηλοῦσιν αὐτὸν εἰπεῖν·

Ἤδη φθάσας δεδήλωκα τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ ὡς ὅτι καὶ ἀῤῥωστίᾳ συνέχομαι, καὶ ἐξαιτῶ ὥστε καὶ τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους ἄρχοντας, καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον καὶ νῦν παρεῖναι τῇ τῶν ἐξετασθησομένων κρίσει. Ἐπειδὴ δέ μοι τὰ τῆς ἀῤῥωστίας ἐπετάθη, τούτου χάριν τὴν ὑπέρθεσιν πεποίημαι. Καὶ Κεκρόπιον φέρειν τὰ ὑπομνήματα δηλοῖ πρὸς τὸν Διόσκορον, πρώην μηδὲν περὶ ἀῤῥωστίας εἰπεῖν· ὀφείλειν οὖν αὐτὸν τοῖς κανόσι τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι. Πρὸς ὃν ὁ Διόσκορος ἀπεφήνατο, Ἅπαξ εἶπον ὀφείλειν παρεῖναι τοὺς ἄρχοντας. Εἶτα τὸν Ῥουφῖνον εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπίσκοπον Σαμοσάτων, κανονικὰ τὰ κινούμενα καθεστάναι, καὶ δύνασθαι αὐτὸν παραγενόμενον ἃ βούλεται διεξελθεῖν. Πυθομένου δὲ τοῦ Διοσκόρου εἰ Ἰουβενάλιος καὶ Θαλάσσιος παρεγένοντο καὶ Εὐστάθιος, ἀπεκρίνατο, ὡς οὐδὲν πρὸς ἔπος. Πρὸς ἃ Διόσκορον εἰπεῖν τὰ πεπραγμένα δηλοῦσι παρακαλέσαι[55] τὸν φιλόχριστον βασιλέα, ὥστε καὶ τοὺς ἄρχοντας παρεῖναι, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δεδικακότας. Καὶ πρὸς ταῦτα τοὺς πεμφθέντας εἰπεῖν, μόνου κατηγορεῖν αὐτοῦ τὸν Εὐσέβιον, καὶ οὐ πάντας ὀφείλειν παραγενέσθαι. Καὶ πρὸς ταῦτα τὸν Διόσκορον εἰπεῖν, ὀφείλειν καὶ τοὺς ἄλλους παρεῖναι τοὺς σὺν αὐτῷ δεδικακότας. Μηδὲ γὰρ ἰδικὸν ἔχειν πρᾶγμα πρὸς αὐτὸν τὸν Εὐσέβιον· ἀλλ' εἰ ἄρα (*m*) περὶ ὧν πάντες δεδικάκασι. Καὶ πάλιν ἐπιμεινάντων τῶν πεμφθέντων περὶ τούτου, ἀπέφησεν ὁ Διόσκορος εἰπών· Ἅπαξ εἶπον ἃ εἶπον· καὶ περαιτέρω τούτων εἰπεῖν οὐκ ἔχω. Πρὸς ἃ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλαίου διεξῆλθε, πρὸς μόνον Διόσκορον ἔχειν, καὶ πρὸς μηδένα ἕτερον· καὶ ἠξίωσε τρίτῃ κλήσει κληθῆναι τὸν Διόσκορον. Καὶ ὑπολαβὼν Ἀέτιος, ἐδίδασκε, πρώην τινὰς λέγοντας ἑαυτοὺς κληρικοὺς μετὰ καὶ ἑτέρων λαϊκῶν τῆς Ἀλεξανδρέων ὁρμωμένους, ἐπιδοῦναι λιβέλλους κατὰ Διοσκόρου, καὶ τούτους πρὸ τοῦ συνεδρίου ἑστῶτας ἐκβοήσεσι κεχρῆσθαι. Καὶ πρῶτα μὲν ἐπιδεδωκότος Θεοδώρου (*n*) διακόνου γενομένου

A quæ actis inserta leguntur, rursus **316** missi sunt qui Dioscorum hortarentur ut gestis interesset. Quod ubi factum est, hi qui missi erant, reversi dixerunt se responsionem Dioscori notis exceptam habere, quæ est hujusmodi :

Jam antea pietati vestræ significavi, me morbo laborare, et postulare ut magnificentissimi judices et sacer senatus nunc quoque intersint judicio eorum quæ examinanda sunt. Sed quoniam morbus meus increvit, ideirco adesse non potui. Tum vero Cecropius, ut in iisdem actis legitur, Dioscoro dixit, paulo ante nullam mentionem morbi ab illo factam fuisse; proinde sacris regulis satisfacere eum debere. Cui Dioscorus respondit his verbis : Semel B dixi judices adesse oportere. Ad hæc Rufinus Samosatensis episcopus Dioscoro dixit, canonicum constitutum esse judicium, et posse Dioscorum, si adesset, cuncta quæ vellet libere dicere. Cumque Dioscorus interrogasset utrum Juvenalis et Thalassius atque Eustathius ad concilium venissent, respondit Pergamius nihil istud ad rem pertinere. Quibus verbis Dioscorum hæc subjecisse, eadem acta testantur : postulasse se a Christi amantissimo imperatore, ut juberet magnificentissimos judices interesse concilio, et eos qui una cum ipso judicaverant. Quibus legati a concilio missi responderunt, cum solum ab Eusebio accusatum esse, nec reliquos adesse debere. Tum vero Dioscorum intulisse, C alios quoque adesse oportere qui una cum ipso judicavissent. Neque enim Eusebium privatam adversus ipsum causam habere, sed communem ob ea quæ omnes simul judicavissent. Et cum legati in iisdem perstarent, Dioscorus respondit : Quæ dixi, semel dixi, nec amplius habeo quod dicam. Quibus renuntiatis, Eusebius episcopus Dorylæi dixit se adversus unum Dioscorum causam habere, adversus alium præterea neminem. Postulavitque ut tertia vocatione Dioscorus citaretur. Post hæc Actius retulit, quosdam qui se clericos esse dicerent, una cum aliis laicis ab urbe Alexandria venientes, nuper libellos porrexisse adversus Dioscorum, et nunc pro foribus concilii stantes vociferari. Cum

VARIÆ LECTIONES.

[55] παρακαλέσας.

VALESII ANNOTATIONES.

(15) *Ἐν σημείοις.* In Actis concilii Chalcedonensis pro his verbis scriptum est ἐν ἐκλήψει, quod vetus interpres ita vertit : *Et certa locuti sunt quæ in exceptis habeo.* Certe Ilimerius erat notarius et lector, missus a concilio una cum episcopis ad Dioscorum, ut notis exciperet ea quæ ab utraque parte dicerentur, id enim erat officium notariorum. Solebant autem episcopi quoties ad synodum proficiscerentur, notarium suum secum D deducere, qui gesta synodalia notis exciperet : quo scilicet finita synodo codicem actorum singuli referrent in patriam. Cæterum quod vetus ille interpres σημεῖα vertit excepta, equidem valde probo. Unde et σημειώσεις Origenis, Latine excepta dici debere existimo. Scio quidem Origenis σημειώσεις a Rufino et Hieronymo excerpta vulgo appellari, sed vitiose ita scribi existimo, cum excepta potius debeant nominari.

VARIORUM.

(*m*) Ἀλλ' *εἰ ἄρα.* Videtur legendum ἀλλ' ἢ ἄρα. W. Lowth.

(*n*) *Θεοδώρου.* Theodorus et Ischyrion, Ecclesiæ Alexandrinæ diaconi, Athanasius ibidem presbyter, et Sophronius Laicus, mala quæ a Dioscoro passi sunt, exposuerunt libellis qui exstant *Concil.* tom. IV, pag. 396, 460, 405, 411, edit. Labbe.

Digitized by Google

ergo libellos obtulisset primum quidem Theodorus qui sanctæ Alexandrinorum Ecclesiæ diaconus fuerat, deinde Ischyrio similiter, et ipse diaconus : tum Athanasius presbyter et Cyrilli sororis filius : ac postremo Sophronius ; quibus Dioscorum partim ob blasphemias, partim ob corporalia quædam damna et violentas pecuniæ exactiones accusabant : **317** tertia vocatione citatus est Dioscorus, monitusque est ut ad concilium accederet. Regressi igitur qui ad hoc missi fuerant, nuntiarunt Dioscorum ista dixisse : Satis superque docui pietatem vestram : nec iis aliud quidquam adjicere possum. Rursus instantibus legatis, eumque ut veniret hortantibus, cum idem semper respondisset Dioscorus, Paschasinus episcopus : dixit Jam ter vocatus Dioscorus haudquaquam comparuit, torquente ipsum conscientia. Et interrogavit episcopos qui aderant, quam pœnam commeruisset. Cumque episcopi ad hæc respondissent illum in canones commisisse, et Proterius episcopus Smyrnæ dixisset : Quando sanctus Flavianus occisus est, nihil recte neque ordine factum est super illo : vicarii Leonis episcopi senioris Romæ ita decreverunt ad verbum :

Quæ Dioscorus, antehac episcopus magnæ civitatis Alexandriæ, contra ordinem canonum et contra disciplinam ecclesiasticam attentavit, manifesta sunt, tam ex his quæ jam sunt examinata in primo concessu, quam ex his quæ hodierno die sunt gesta. Hic enim, ut plurima alia prætermittamus, Eutychem eadem cum ipso sentientem, regulariter a proprio depositum episcopo, sanctissimo scilicet Patre nostro et archiepiscopo Flaviano, propria auctoritate contra sacros canones in communionem suscepit, priusquam Ephesi consedisset una cum reliquis Deo charissimis episcopis. Verum episcopis quidem apostolica sedes veniam concessit ob ea quæ illic ab iisdem non sponte gesta fuerant. Qui quidem hactenus permanserunt, sanctissimo archiepiscopo Leoni et sanctæ universali synodo obsequentes. Qua de causa eos, utpote ejusdem cum ipso fidei cultores, in communionem suam recepit. Hic vero, in hodiernum usque diem ob ea gloriari non desinit, quorum causa gemere et ad terram usque sese inclinare debuerat. Præterea epistolam beatissimi papæ Leonis, quam ille ad sanctæ memoriæ Flavianum conscripserat, legi minime permisit : idque quamvis sæpissime rogatus esset ab iis qui epistolam attulerant, et quamvis

A τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἁγίας Ἐκκλησίας, εἶτα δὲ καὶ Ἰσχυρίωνος διακόνου [86], καὶ Ἀθανασίου πρεσβυτέρου καὶ ἀδελφιδοῦ Κυρίλλου, καὶ πρός τε Σωφρονίου, δι' ὧν περί γε βλασφημιῶν ἐνεκάλεσαν Διοσκόρῳ, περί τε σωματικῶν καὶ βιαίας ἁφαιρέσεως (16) χρημάτων, τρίτη κλῆσις γέγονε προτρέπουσα τὸν Διόσκορον παραγενέσθαι. Τοιγαροῦν ἐπαναζεύξαντες οἱ ἐπὶ τούτῳ ἀφωρισμένοι, εἰρήκασιν εἰπεῖν τὸν Διόσκορον· Αὐτάρκως ἐδίδαξα τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν, οἷς προσθεῖναί τι οὐ δύναμαι. Καὶ αὖθις δὲ τὰ αὐτὰ εἰρηκότος τοῦ αὐτοῦ Διοσκόρου, ἐπιμεινάντων τῇ προτροπῇ τῶν ἐπὶ τοῦτο σταλέντων, Πασκασῖνος ἐπίσκοπος εἶπεν· Καὶ ἤδη τρίτον κληθεὶς Διόσκορος, οὐ παρεγένετο, ὑπὸ συνειδήσεως βαλλόμενος, ἐπυνθάνετο (17) τίνος ἄξιος εἴη· πρὸς δ τῶν ἐπισκόπων B ἀποκριναμένων, ὑποπεπτωκέναι αὐτὸν τοῖς κανόσι, Προτερίου δὲ ἐπισκόπου Σμύρνης (ο) εἰπόντος, Ὅτε ἐφονεύετο ἅγιος Φλαβιανός, οὐδὲν ἀκόλουθον ἐπράχθη ἐπ' αὐτῷ· οἱ τὸν τόπον ἐπέχοντες Λέοντος ἐπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ἀπεφήναντο ἐπὶ λέξεως ταῦτα·

Δῆλα γεγένηται τὰ τετολμημένα Διοσκόρῳ τῷ γενομένῳ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἐπισκόπῳ κατὰ τῆς τῶν κανόνων τάξεως, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ἐκ τῶν ἤδη ἐξετασθέντων ἐν τῷ πρώτῳ συνεδρίῳ, καὶ ἀπὸ τῶν σήμερον πεπραγμένων. Οὗτος γὰρ, ἵνα τὰ πολλὰ παραλίπωμεν, Εὐτυχῆ τὸν ὁμόδοξον αὐτῷ, καθαιρεθέντα κανονικῶς C παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τοῦ ἐν ἁγίοις φαμὲν Πατρὸς ἡμῶν καὶ ἀρχιεπισκόπου Φλαβιανοῦ, αὐθεντήσας ἀκανονίστως εἰς κοινωνίαν ἀνεδέξατο, πρὶν ἢ συνεδρεῦσαι ἐν τῇ Ἐφεσίων μετὰ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ὁ ἀποστολικὸς θρόνος συγγνώμην ἀπένειμεν ἐπὶ τοῖς ἐκεῖσε μὴ κατὰ γνώμην ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένοις· οἳ καὶ διετέλεσαν μέχρι τοῦ παρόντος ἑπόμενοι τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Λέοντι, καὶ πάσῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ. Οὗ δὴ χάριν καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ κοινωνίᾳ αὐτοὺς ὁμοπίστους ἐδέξατο. Οὗτος δὲ καὶ μέχρι τοῦ παρόντος διέμεινε σεμνυνόμενος ἐν ἐκείνοις, ἐφ' οἷς ἔδει στένειν, καὶ ἐς γῆν κεκυφέναι ὀφείλει. Πρὸς τούτοις δὲ, οὐδὲ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνωσθῆναι συνεχώρησε D τοῦ μακαριωτάτου πάπα Λέοντος, τὴν γραφεῖσαν παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις τὴν μνήμην Φλαβιανόν, καὶ ταῦτα πολλάκις παρακληθεὶς ἀναγνῶναι ταύτην ὑπὸ τῶν κεκομικότων, καὶ μεθ' ὅρκων ποιή-

VARIÆ LECTIONES.

[86] Valesius et C. C. Ἰσχυρίωνος καὶ αὐτοῦ διακόνου.

VALESII ANNOTATIONES.

(16) *Καὶ βίας ἁφαιρέσεως.* Assentior viris doctis qui βιαίας emendarunt ex conjectura, ut opinor. Nam libri nostri nihil mutant. Codex tamen Tellerianus, quem dum editio nostra sub prelo esset, opportune nactus sum, diserte scriptum habet βιαίας ἁφαιρέσεως.

(17) *Ἐπυνθάνετο.* Niceph. hic aliquot verba inseruit hoc modo : καὶ τῶν ἐπισκόπων ἀνεπυνθάνετο, etc.

VARIORUM.

(ο) *Προτερίου ἐπισκόπου Σμύρνης.* Loco Προτερίου legendum Αἰθερικοῦ, ut recte monet Pagius ad annum 446, n. 6, quo nomine in Actis concilii appellatur. W. Lowth.

Digitized by Google

σασθαι τὴν ἀνάγνωσιν ὑποσχόμενος· ἧς μὴ ἀναγνωσθείσης, σκανδάλων καὶ βλάβης [al] ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἀγιώταται ἐπληρώθησαν Ἐκκλησίαι. Ἀλλ' ὅμως τοιούτων παρ' αὐτοῦ τολμηθέντων, ἐπισκοποῦμεν περὶ τῆς (18) προτέρας ἀνοσίας αὐτοῦ πράξεως, φιλανθρωπίας τινὸς αὐτὸν ἀξιῶσαι, ὡς καὶ τοὺς λοιποὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, καίτοι μηδὲ τὴν αὐθεντίαν παραπλησίως αὐτῷ τῆς κρίσεως ἐσχηκότας. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς δευτέροις τὴν προτέραν παρανομίαν ὑπερηκόντισεν, ἐτόλμησε δὲ καὶ ἀκοινωνισίαν[87] ὑπαγορεῦσαι κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντος· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ λιβέλλων παρανομιῶν μεστῶν κατ' αὐτοῦ προσενεχθέντων τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς διὰ θεοφιλῶν ἐπισκόπων κανονικῶς κληθεὶς οὐχ ὑπήκουσεν, ὑπὸ τοῦ ἰδίου συνειδότος δηλονότι κεντούμενος, καὶ τοὺς παρὰ συνόδων διαφόρων ἐνθέσμως καθαιρεθέντας, παρανόμως ἐδέξατο, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκε, διαφόρως τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς πατήσας θεσμούς. Ὅθεν ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς μεγάλης καὶ πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέων δι' ἡμῶν καὶ τῆς παρούσης συνόδου, μετὰ τοῦ τρισμακαρίου καὶ πανευφήμου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, ὅς ἐστιν πέτρα καὶ κρηπὶς τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως θεμέλιος τυγχάνει, ἐγύμνωσεν αὐτὸν τοῦ τε ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἠλλοτρίωσεν ἐνεργείας.

Τοιγαροῦν ἡ ἁγία αὐτὴ καὶ μεγάλη σύνοδος, τὰ δόξαντα τοῖς κανόσιν ἐπὶ τῷ μνημονευθέντι Διοσκόρῳ ψηφίσηται. Ὧν δὴ κυρωθέντων παρὰ Ἀνατολίου, Μαξίμου τε αὖ καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων ἄνευ ἐκείνων τῶν ἅμα Διοσκόρῳ παρὰ τῆς συγκλήτου καθαιρεθέντων, ἀναφορὰ περὶ τούτων πρὸς Μαρκιανὸν ἐγράφετο παρὰ τῆς συνόδου, καὶ ἡ καθαίρεσις ἐπέμπετο Διοσκόρῳ παρὰ τῆς αὐτῆς συνόδου, ἔχουσα ὧδε· Γίνωσκε σαυτὸν διὰ τὴν κατὰ τῶν θείων κανόνων ὑπερηφίαν (p), καὶ διὰ τὴν ἀπείθειάν σου τὴν περὶ τὴν ἁγίαν ταύτην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, ὑπὲρ ὧν πρὸς τοῖς ἄλλοις πλημμελήμασιν οἷς ἐάλως, καὶ τρίτον κληθεὶς παρὰ τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μεγάλης συνόδου, κατὰ τοὺς θείους κανόνας ἐπὶ τὸ ἀποκρίνασθαι τοῖς ἐπαγομένοις, οὐκ ἀπήντησας μηνὶ ὀκτωβρίῳ τῷ ἐνεστῶτι τρισκαιδεκάτῃ, παρὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου καθῃρῆσθαι τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ θεσμοῦ (19) ὑπάρχειν ἀλλότριον.

ipsemet adjecto jurejurando pollicitus esset se eam recitari jussurum. Qua minime perlecta, sanctissimas per universum orbem terrarum Ecclesias scandalis ac detrimentis complevit. Sed tamen, quamvis tot ac tanta ab eo præsumpta sint, propositum nobis erat, quod quidem ad prius ejus impium facinus pertinet, clementer illum ac benigne tractare, sicut et reliquos Deo dilectos episcopos, licet isti non eamdem ac ille judicandi potestatem habuissent. Sed quoniam priorem injustitiam posterioribus factis **318** longe superavit: ausus quippe est excommunicationem dictare adversus sanctissimum ac religiosissimum magnæ Romæ archiepiscopum Leonem: præterea cum libelli pleni criminum ac flagitiorum sancto et magno concilio contra illum oblati essent, semel, iterum, ac tertio vocatus juxta canonum præscripta per Dei amantissimos episcopos, minime obtemperavit, propria videlicet conscientia ipsum lancinante. Eos denique qui a diversis synodis juste depositi fuerant, illegitime in communionem suscepit: contra semetipsum sententiam protulit, ecclesiasticis legibus sæpius proculcatis. Idcirco sanctissimus ac beatissimus magnæ et senioris Romæ archiepiscopus Leo, per nos, et per præsentem synodum, una cum beatissimo et omni laude dignissimo apostolo Petro, qui petra et basis est Ecclesiæ catholicæ, rectæque fidei fundamentum; episcopali eum dignitate exuit, et ab omni sacerdotali officio alienum pronuntiavit.

Sancta igitur et magna hæc synodus, super memorato Dioscoro ea quæ canonibus placita sunt decernat. Quæ cum ab Anatolio et Maximo, et a reliquis episcopis confirmata essent, exceptis iis qui una cum Dioscoro a senatu fuerant depositi, relatio de his rebus ad Marcianum principem scripta est a concilio, et libellus depositionis ab eodem concilio missus est ad Dioscorum in hæc verba: Scias te ob despectum sacrorum canonum, et ob contumaciam qua usus es erga hanc sanctam et universalem synodum: eo quod præter alia crimina de quibus convictus es, tertio vocatus ab hoc sancto et universali concilio juxta sacros canones, ut accusationibus responderes, minime occurristi, octobris mensis præsentis die tertio decimo a sancta et universali synodo depositum esse, et ab episcopatu omnique ecclesiastico munere submotum. Post hæc cum de his rebus ad religiosissimos etiam

VARIÆ LECTIONES.

[87] ἀκοινωνησίαν.

VALESII ANNOTATIONES.

(18) *Ἐπισκοποῦμεν περὶ τῆς.* Ita legitur etiam apud Nicephorum. Verum in actis Chalced. concilii et in c. 4 lib. II, ubi hæc damnationis sententia refertur, rectius scriptum est ἐσκοποῦμεν, *etc.* Ego vero transpositis præpositionibus mallem scribere περιεσκοποῦμεν ἐπὶ τῆς, etc. Quæ scriptura longe est elegantior.

(19) *Παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ θεσμοῦ.* Hoc vocabulum varie exponunt interpretes. Nam Langus consuetudinem vertit. Musculus vero et Christo-

VARIORUM.

(p) *Διὰ τὴν κατὰ τῶν θείων κανόνων ὑπερηφίαν.* Pagius aliique observarunt ex Anatolii verbis paulo infra, Dioscorum depositum non fuisse quod hæresin propugnasset (quanquam revera Eutychianista fuit et hæreticus pertinacissimus), sed ob contumaciam, violationem canonum, et contemptum legum ecclesiasticarum.

Digitized by Google

clericos sanctissimæ Alexandrinorum Ecclesiæ scriptæ essent litteræ, et edictum contra Dioscorum propositum fuisset, consessus **319** iste finem accepit.

Hunc in modum finito superiore consessu, episcopi denuo congregati, ad interrogationem judicum qui rectam fidem exponi postulaverant, responderunt nihil amplius esse statuendum, cum causa Eutychis finem accepisset, et episcopi Romani judicio esset terminata, cui universi acquievissent. Rursus vero cum omnes episcopi clamarent se cunctos eadem dicere, et judices facta interlocutione pronuntiassent, ut singuli patriarchæ cum uno aut altero episcopo quem ex sua diœcesi elegissent, in medium prodirent, quo uniuscujusque sententia palam fieret; Florentius Sardianus episcopus inducias postulavit, ut cum deliberatione ad veritatis notitiam pervenirent. Tum Cecropius episcopus Sebastopoleos dixit: Fides recte exposita est a trecentis et octodecim sanctis Patribus, et confirmata a sanctis Patribus, Athanasio, Cyrillo, Cœlestino, Hilario, Basilio, Gregorio, et nunc denuo per sanctissimum Leonem. Petimus igitur ut verba trecentorum et octodecim sanctorum Patrum, et sanctissimi Leonis scripta recitentur. Quibus perlectis, universa synodus exclamavit in hæc verba: Hæc fides orthodoxorum; sic omnes credimus; Leo papa ita credit. Cyrillus ita credidit; papa sic exposuit.

Postea vero cum alia interlocutio prolata fuisset, ut expositio fidei centum et quinquaginta Patrum recitaretur, statim recitata est: et completa lectione, universa synodus exclamavit: Hæc est

A Εἶτα τῶν περὶ τούτων γραφέντων καὶ πρὸς θεοφιλεῖς ἐπισκόπους τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ (20) ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας, καὶ προθέματος (21) κατὰ τοῦ Διοσκόρου γενομένου, τὰ τῆς τοιαύτης συνελεύσεως πέρας ἐδέχετο.

Οὕτω μὲν οὖν τὰ τῆς φθασάσης συνελεύσεως ἐπερατώθη· μετὰ ταύτην δὲ καὶ αὖθις συναλισθέντες ἔφασκον πρὸς πεῦσιν τῶν ἀρχόντων, διδαχθῆναι βουλομένων τὰ τῆς ὀρθῆς θρησκείας, καὶ ὡς οὐ δέοι (22) τι περαιτέρω τυπωθῆναι ἅπαξ τῶν κατ' Εὐτυχῆ πέρας δεξαμένων, καὶ διατυπωθέντων παρὰ τοῦ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπου, οἷς καὶ πάντες ἐστοίχησαν· βοώντων τε αὖ πάντων τῶν ἐπισκόπων πάντας τὰ αὐτὰ λέγειν, καὶ τῶν ἀρχόντων διαλαλησάντων ἕκαστον πατριάρχην ἐκλεγόμενον· ἐν ᾗ δεύτερον τῆς ἰδίας διοικήσεως πρόσωπον, ἐς μέσον παρελθεῖν, ὡς τὴν ἑκάστου B φανερωθῆναι γνώμην, Φλωρέντιος ἐπίσκοπος (23) Σαρδέων ᾔτησεν, ἐφ' ᾧ μετὰ σκέμματος προσελθεῖν αὐτοὺς τῇ ἀληθείᾳ. Καὶ Κεκρόπιος ἐπίσκοπος Σεβαστοπόλεως ἔφη ταῦτα· Ἡ πίστις καλῶς εἴρηται τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων Πατέρων, καὶ ἐβεβαιώθη παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, Ἀθανασίου, Κυρίλλου, Κελεστίνου, Ἱλαρίου, Βασιλείου, Γρηγορίου, καὶ νῦν πάλιν διὰ τοῦ ἁγιωτάτου Λέοντος. Καὶ ἀξιοῦμεν καὶ τὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τιή' καὶ τὰ τοῦ ὁσιωτάτου Λέοντος ἐναγνωσθῆναι. Ὧν ἀνεγνωσμένων ἡ πᾶσα σύνοδος ἀνεκραύγασε ταῦτα· Αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων· οὕτως πάντες πιστεύομεν· ὁ πάπας Λέων οὕτω πιστεύει. Κύριλλος οὕτως ἐπίστευσεν· ὁ πάπας οὕτως ἡρμήνευσεν.

C Ἑτέρας τε διαλαλιᾶς ἐνεχθείσης, ὥστε καὶ τὰ ἐκτεθειμένα παρὰ τῶν ἁγίων ρν' τυχεῖν ἀναγνώσεως, ἀνεγνώσθη καὶ ταῦτα. Πρὸς ἃ πάλιν οἱ τῆς συνόδου βοήσαντες, ἔφησαν· Αὕτη ἡ πάντων πίστις· αὕτη

VALESII ANNOTATIONES.

phorsonus ita interpretati sunt: *et ab omni ecclesiastico jure esse abalienatum.* Vetus autem interpres Chalcedonensis concilii, pag. 214, functionem vertit, rectius meo quidem judicio. In libello autem depositionis ejusdem Dioscori, quem Chalced. synodus iisdem fere verbis misit ad clericos Alexandrinæ Ecclesiæ qui tum erant Chalcedone, pro θεσμοῦ scriptum est βαθμοῦ hoc modo: καθαιρεῖσθαι τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ βαθμοῦ γενέσθαι ἀλλότριον. In sententia vero damnationis quam legati sedis apostolicæ contra eumdem Diosc. D pronuntiarunt, pro eodem ponitur ἐνέργεια. Sic enim ibi legitur· Ἐγύμνωσεν αὐτὸν τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἠλλοτρίωσεν ἐνεργείας. Idcirco autem hæc verba adjecta sunt a synodo, ut significarent Dioscorum ad laicam communionem redactum esse. Non enim solum episcopali dignitate exutus esse dicitur, verum etiam ab omni ecclesiastico officio submotus: ne quis forte existimaret eum ab actu episcopali remotum in presbyterii gradum detrusum esse. Id enim facere, sacrilegium est, ut dicitur in act. 4 synodi Chalcedonensis, pag. 247.

(20) *Ἐπισκόπους τῆς Ἀλεξανδρείας.* Scribendum videtur κληρικούς. Libellus enim depositionis Dioscori missus est ad clericos Alexandrinæ Ecclesiæ qui tunc erant Chalcedone, ut videre est in actis Chalced. concilii, pag. 214. Ordo quidem legitimus postulabat, ut Dioscori depositio episcopis quoque Ægypti a synodo indicaretur. Verum id postea præstituri erant episcopi Chalced. concilii in sua Synodica. Tunc vero satis habuerunt, depositionem Dioscori Alexandrinis clericis qui tum erant Chalcedone, significare, Eleemosyno scilicet presbytero et œconomo, et Euthalio archidiacono, ac reliquis clericis. Certe hic de episcopis Ægypti sermonem non esse, satis declarant Evagrii verba. Episcopos enim Alexandrinæ Ecclesiæ eos appellat: quæ appellatio non convenit episcopis Ægypti.

(21) *Προθέσματος.* In Niceph. scriptum est προθέματος. In actis tamen Chalced. concilii scribitur πρόθεσμα. In Telleriano codice scriptum inveni προθέματος.

(22) *Καὶ ὡς οὐ δέοι.* Procul dubio delenda est particula καὶ, quippe quæ hoc loco prorsus superflua est. Porro locus quem designat Evag. exstat in actione secunda concilii Chalced. pag. 159 editionis Binii. Cæterum notandum est id quod jam monui, exemplaria synodi Chalced. quibus usus est Evagrius, diversa fuisse ab iis quæ nunc habemus. Nam quæ nobis est actio tertia, secunda est Evagrio, ut jam vidimus. Quæ vero in nostris exemplaribus inscribitur secunda actio, tertia est Evagrio, ut ex hoc loco et sequentibus fiet.

(23) *Φλωρέντιος ἐπίσκοπος.* Locus quem hic designat Evagrius, legitur in actione secunda Chalced. concilii p. 159. Verba item Cecropii episcopi Sebastopoleos habentur in eadem pagina.

Digitized by Google

ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων· Οὕτως πάντες πιστεύομεν. Μεθ' οὓς Ἀέτιος (24) ὁ ἀρχιδιάκονος ἔφη ἔχειν μετὰ χεῖρας τὴν πρὸς Νεστόριον ἐπιστολὴν Κυρίλλου τοῦ θεσπεσίου, ἣν πάντες οἱ ἐν Ἐφέσῳ συλλεγέντες ἐκύρωσαν οἰκείαις ὑποσημειώσεσιν· ἔχειν τε καὶ τὴν ἑτέραν ἐπιστολὴν αὐτοῦ Κυρίλλου, γεγραμμένην πρὸς Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας, καὶ αὐτὴν βεβαιωθεῖσαν, ἃς ἐξῆτει ἀναγνώσεως τυχεῖν. Διαλαλιᾶς τε πρὸς ταῦτα γεγενημένης, ἄμφω ἀνεγνώσθησαν.

si in unum convenerant. Cujus libelli pars sic habet : Piissimis per omnia, Christique amantissimis dominis nostris, Basilisco et Marco, perpetuis victoribus Augustis. *Et post pauca :* Perpetuo visi estis imperatores piissimi omnino Christique amantissimi, una cum fide quæ odio habebatur et oppugnabatur, diversis modis oppugnari. *Et aliquanto post :* Terribilis quædam exspectatio **339** judicii, et divini ignis ardor, et serenitatis vestræ justa indignatio, adversarios brevi corripiet, qui præpotentem Deum et imperium vestrum recta fide roboratum, superba quadam dementia, quasi jaculis impetere conantur, nec tenuitati nostræ ullo modo parcunt : sed calumniis ac mendaciis assidue nos insectantur, quasi vi quadam ac necessitate compulsi, sacris vestris et apostolicis encyclicis litteris subscripserimus : quibus tamen cum omni gaudio et alacritate animi subscripsimus. *Et post alia :* Nihil igitur aliud præter sacras vestras encyclicas litteras proponi sinatis : pro certo habentes id quod jam dixi, universum orbem rursus eversum iri, et quod mala quæ a Chalcedonensi synodo importata sunt, levia esse videbuntur, quæ tamen innumerabiles hominum cædes pepererunt, et orthodoxorum sanguinem injuste et illegitime effuderunt. *Et iterum paucis interjectis :* Protestamur coram Servatore nostro Jesu Christo; liberam esse

VARIÆ LECTIONES.

[68] C. C. ὑμετέραν.

VALESII ANNOTATIONES.

encyclicas litteras promulgavit, ut scribit Theodorus Lector in lib. I. Eutychiani igitur cum viderent Acacium pro confirmatione Chalcedonensis synodi tam acriter decertare, nec monasteria solum, verum etiam plebem urbis regiæ, aliosque passim sacerdotes ab eo adversus Basiliscum concitari, episcoporum partis suæ concilium in urbe Epheso congregarunt : in quo tum Acacium et alios quosdam episcopos idem cum illo sentientes damnarunt ac deposuerunt : tum Basiliscum imperatorem rogarunt ut in pristina sententia maneret, nec contrariam encyclicis suis constitutionem promulgaret. In eadem synodo Paulus Ephesiorum episcopus a comprovincialibus episcopis est ordinatus; et jus patriarchicum Ephesinæ sedi restitutum, ut scribit Evagrius in cap. 6 hujus libri. Porro celebratum est hoc concilium Ephesinum anno Christi 477, post consulatum Basilisci et Armati. Id autem ex eo colligo, quod hæc synodus congregata est paulo antequam Basiliscus litteras suas antencyclicas promulgaret. Eas autem Basiliscus eo quem dixi anno publicavit, cum Zenonem ex Isauria reverti cum exercitu didicisset, ut ex Theodoro Lectore superius observavi. Certe hoc innuunt episcopi Asiani in epistola ad Basiliscum his verbis : Μηδὲν οὖν ἕτερον παρὰ τὰ θεῖα ὑμῶν Ἐγκύκλια προβληθῆναι θελήσατε. Id est, *Nihil igitur contrarium divinis encyclicis vestris proponi jubeatis.* Cæterum huic concilio præfuisse videtur Timotheus Ælurus. Hic enim regnante Basilisco Ephesum venit, et Paulum in sede episcopali collocavit, ut ex Zacharia scribit Evagrius. Nec est verisimile Acacium patriarcham CP. ab alio depositum fuisse quam ab Alexandrino episcopo, qui æqualem Acacio dignitatem patriarchæ obtinebat. Quis enim credat CP. episcopum depositum esse ab episcopis Asiæ, qui jam inde a temporibus Joannis Chrysostomi, CP. episcopo subjacebant ?

(65) *Αὐγούστοις.* Marcus a Basilisco patre primum Cæsar creatus est, ut scribit Marcellinus in *Chronico* et Theoph. ac reliqui. Certe in encyclicis Basilisci litteris nobilissimus Cæsar tantummodo appellatur. Postea vero Augustus a patre appellatus est, ut docet hæc epistola episcoporum Ephesini concilii. In antencyclica quoque Basilisci epistola idem Marcus imperator cum patre nominatur. Fallitur ergo auctor *Chronici Alexandrini*, qui Basiliscum, simul atque imperator renuntiatus est, Marcum filium suum imperatorem coronasse scribit. Rectius Candidus in lib. II *Historiæ*, apud Photium. — At non auctor *Chronici Alex.*, sed Valesius hallucinatur. Præterquam enim quod *Chronicon Alex.* rem gestam compendio narrat, nomen *regis* quo utitur, et *imperatoris* quod usurpat Raderus in sua versione, ex usu illorum temporum tam Cæsarem quam imperatorem ac Augustum significat. (Ant. Pagi ad ann. 476, n. 6.)

(66) *Ἀλαζονικῇ τιμωρίᾳ.* Sic etiam legitur apud Nicephorum. Ubi Joannes Langus τιμωρίαν vindictam interpretatus est. Ego vero minima mutatione locum hunc ita restituendum esse existimo : *ἀλαζονικῇ τινι μωρίᾳ*, id est, *superba quadam dementia.*

(67) *Ἐλευθέραν τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν.* Christophorsonus ἡμετέραν legit, contra fidem atque auctoritatem omnium exemplarium, et absque ullo sensu. Sed et sequentia pessime interpretatus est. Quo fit ut Baronius qui interpretationem ejus passim sequitur, hujus Ephesini concilii gesta perspicere haudquaquam potuerit. Tantum obest perversa interpretatio. Sed nec Joannes Langus felicius hanc clausulam interpretatus est. Sic enim vertit : *Attestamur coram Salvatore nostro Jesu Christo, liberam esse et innocentem pietatem vestram. A qua justam et canonicam et ecclesiasticam adversus illos,*

Digitized by Google

pietatem vestram rogamus ab ea quæ illis irrogata est, justa et canonica et ecclesiastica condemnatione ac depositione : præsertim vero ab ea quæ irrogata est ei, qui per multa facinora deprehensus est regiæ urbis episcopatum non rite administrare. Cæterum idem Zacharias hæc etiam scribit ad verbum. Simul atque editæ sunt encyclicæ atque imperiales litteræ, eos qui Eutychis phantasiam in urbe regia sectabantur, et monasticum vitæ genus profitebantur, cum insperatum quoddam lucrum sibi obvenisse in Timotheo, et per encyclicas litteras maximam se utilitatem percepturos esse sperarent, celeri cursu ad Timotheum se contulisse. Cumque a Timotheo convicti essent, Verbum Dei nobis quidem consubstantiale esse secundum carnem : Patri vero consubstantiale quoad divinitatem, eos ad sua rediisse.

A ἐπενεχθείσης αὐτοῖς δικαίας καὶ κανονικῆς καὶ ἐκκλησιαστικῆς κατακρίσεως καὶ καθαιρέσεως, καὶ μάλιστα τῷ τὴν βασιλεύουσαν οὐχ ὁσίως ἐπισκοπεῖν διὰ πολλὰ φωραθέντι. Ὁ αὐτὸς Ζαχαρίας καὶ τάδε πρὸς ῥῆμα γράφει, ὡς τῶν Ἐγκυκλίων καὶ βασιλικῶν γραμμάτων ἐκδοθέντων, οἱ τὴν Εὐτυχοῦς φαντασίαν νοσοῦντες (68) ἀνὰ τὴν βασιλεύουσαν, καὶ τὸν μονήρη διώκοντες βίον, ὥσπερ ἑρμαίῳ τινὶ περιτυχεῖν οἰηθέντες Τιμοθέῳ, καὶ τοῖς Ἐγκυκλίοις τὸ ἴδιον θηρᾶσαι ἐλπίσαντες, δρομαῖοι παρ' αὐτὸν ἀφ' κνοῦνται· καὶ ὡς διελεγχθέντες πρὸς Τιμοθέου ὁμοούσιον ἡμῖν εἶναι κατὰ σάρκα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον κατὰ τὴν θεότητα, ἐς τοὐπίσω ἀνεχώρουν.

340 CAP. VI.

Quomodo Timotheus Ælurus Alexandrino episcopatu recuperato, Ephesiorum Ecclesiæ jus patriarchicum restituit, et Chalcedonensem synodum anathematizavit.

Idem Zacharias ait Timotheum Constantinopoli digressum, in Ephesiorum urbem venisse, atque illic Paulum in archiepiscopali sede collocasse. Qui cum jam prius ab episcopis illius provinciæ juxta antiquiorem consuetudinem ordinatus fuisset,

B

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Ὡς τοῦ Αἰλούρου Τιμοθέου τὴν Ἀλεξανδρέων ἀπολαβόντος, καὶ τῇ Ἐφεσίων τὸ πατριαρχικὸν δίκαιον ἀποδόντος, ἀναθέματι τὴν ἐν Χαλχηδόνι σύνοδον καθυπέβαλεν.

Ὁ αὐτός φησι τὸν Τιμόθεον ἐξορμήσαντα τῆς βασιλίδος, τὴν Ἐφεσίων καταλαβεῖν, ἐνθρονίσαι τε τὸν Παῦλον (69) ἀρχιερέα τῇ Ἐφεσίων· ὃς ἤδη κεχειροτόνητο μὲν ἀνὰ τὴν ἀρχαιοτέραν συνήθειαν (70) ὑπὸ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων, ἐκπεπτώκει [49] δὲ τοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[49] ἐκπεπτωκώς.

VALESII ANNOTATIONES.

et maxime contra eum qui impie episcopatum in urbe imperante gerere multis modis deprehensus est, condemnationis et exauctorationis sententiam ferri petimus. Atqui non hoc dicunt episcopi Asiæ : sed petunt ab impp. Basilisco et Marco, ne amplius communicare velint Acacio et aliis episcopis, quos ipsi ecclesiastico judicio damnaverant ac deposuerant: id enim sonant verba illa : Ἐλευθέραν τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν εἶναι δεόμεθα τῆς, etc. Quæ uno tenore scribenda sunt, absque ulla distinctione. Interpretes vero, Nicephorum, et Roberti Stephani editionem secuti, post verbum εἶναι subdistinctionem apposuerunt, quæ illos in errorem induxit.

(68) *Οἱ τὴν Εὐτυχοῦς φαντασίαν νοσοῦντες.* Hæc Zachariæ rhetoris verba non intellexerunt interpretes. Sed neque Nicephorus ea videtur intellexisse. Pro his enim verbis hæc substituit : Οἱ τὰ Εὐτυχοῦς φανταζόμενοι. Per phantasiam autem intelligit Zacharias opinionem Eutychis, qui carnem Christi non veram nec consubstantialem nobis, sed phantasticam asserebat, ut videre est in Actis concilii Chalcedonensis. Hinc epistolæ Aviti Viennensis episcopi, quibus errorem Eutychis refutat, inscribuntur *contra phantasma*, ut testatur Sirmundus. Cæterum ex hoc loco colligitur Zachariam rhetorem non fuisse Eutychianum, sicut Baronius existimavit ad annum Christi 476. Nunquam enim ita locutus esset, si Eutychetis sectam secutus fuisset. Aut igitur dicendum est hæc non esse Zachariæ rhetoris verba; quod tamen affirmat Evagrius : aut illum Eutychianistam non fuisse. Vide infra, cap. 14. Porro hic Zachariæ locus in primis notandus est. Ex eo enim colligitur Timotheum Ælurum, licet Chalcedonensem synodum publice anathematizaret, Eutychis tamen dogma minime approbasse. Idem de Timotheo Æluro scribit Leontius Scholasticus, p. 464 : Οὗτος δὲ ὁ Τιμόθεος ἀνεθεμάτιζε καὶ τὴν σύνοδον καὶ τὸν Εὐτυχῆ· τὸν μὲν Εὐτυχῆ, ἐπειδὴ μὴ ἔλεγεν ὁμοούσιον ἡμῖν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· τὴν δὲ ἐν Καλχηδόνι σύνοδον, ὅτι δύο φύσεις ἔλεγε τοῦ Χριστοῦ. Id est : *Hic Timotheus synodum simul et Eutychem anathematizabat. Hunc quidem, propterea quod corpus Christi ejusdem negaret esse substantiæ cum nostris. Synodum vero, quod duas Christi naturas esse diceret.*

(69) *Ἐνθρονίσαι τε τὸν Παῦλον.* Paulo ante Timotheus Ælurus et Petrus Fullo una cum aliis episcopis Constantinopoli congregati, decreverant ut Paulus iste Ephesinam sedem ex qua ejectus fuerat, recuperaret. Sic enim scribit Evagrius in cap. 5 hujus libri, ψηφίζονται καὶ Παῦλον τὸν τῆς Ἐφεσίων ἀρχιερατικὸν ὑπελθεῖν θρόνον. Quem locum non recte vertit Christophorsonus hoc modo: *His rebus ita constitutis, Paulus ad sedem archiepiscopatus Ephesiani capessendam deligitur.* Non enim Paulus ab Æluro et Petro Fullone Constantinopoli electus est, ut Ephesinam sedem capesseret; sed cum ex Ephesina sede expulsus fuisset, Constantinopolim venit : ubi collecto Eutychianistarum istorum concilio, decretum est ut archiepiscopatum Ephesinæ urbis reciperet. In cap. 5 hujus libri, vulgatæ editiones habebant ἐπελθεῖν θρόνον. Ego vero ex ms. codice Florentino et Telleriano ὑπελθεῖν emendavi. Mallem tamen scribere ἐπανελθεῖν, adjecta præpositione. Illic Paulus postea damnatus est ab Acacio et a Simplicio papa, ut docet Epistola Simplicii in collectione Romana, p. 197.

(70) *Ἀνὰ τὴν ἀρχαιοτέραν συνήθειαν.* Mallem scribere κατὰ τήν, etc. Porro verissimum est id quod hoc loco ait Zacharias, vetustiorem scilicet consuetudinem fuisse, ut episcopus Ephesi ab episcopis provinciæ suæ ordinaretur. A beato enim Timotheo qui primus fuit Ephesiorum episcopus, usque ad Castinum et Heraclidem quem Joannes Chrysostomus ordinavit, omnes Ephesiorum episcopi in eadem civitate ordinati sunt ab episcopis ejus provinciæ, ut patet ex actione undecima concilii Chalcedonensis.

Digitized by Google

θρόνου. Ἀποδίδωσι δὲ τῇ Ἐφεσίων καὶ τὸ πατριαρχικὸν δίκαιον (71), ὅπερ αὐτὴν ἀφεῖλεν (b) ἡ ἐν Καλχηδόνι σύνοδος, ὡς μοι λέλεκται. Ἐκεῖθεν δὲ ἀπάρας, ἀνὰ τὴν Ἀλεξανδρέων ἀφικνεῖται, καὶ τοὺς προσιόντας ἀπαιτῶν ἀναθεματίζειν τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον, οὕτω διετέλει. Ἀποπηδῶσι δ' οὖν παρ' αὐτοῦ ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν μοίρας, ὡς τῷ αὐτῷ Ζαχαρίᾳ ἱστόρηται, ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Θεόδοτος εἷς τῶν ὑπὸ Θεοδοσίου ἀνὰ τὴν Ἰόππην κεχειροτονημένων, τοῦ τῆς Ἱεροσολύμων ἐπισκόπου πρός τινων γεγονότος, ὅτε πρὸς τὸ Βυζάντιον Ἰουβενάλιος ἀνέδραμεν.

A sede sua exciderat. Reddidit etiam Timotheus Ephesinæ Ecclesiæ jus patriarchicum, quod illi ademptum fuerat a Chalcedonensi synodo, uti supra commemoravi. Illinc profectus Alexandriam venit, et a cunctis ipsum adeuntibus, ut Chalcedonensem synodum sub anathemate damnarent, exigere perseveravit. Recesserunt tamen ab eo, tum alii complures ejusdem factionis, sicut a Zacharia proditum est, tum Theodotus episcopus Joppæ, unus ex eorum numero qui ordinati fuerant a Theodosio illo, qui Hierosolymorum episcopus a quibusdam factus fuerat, cum Juvenalis Constantinopolim profectus esset.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Ὡς τῶν μοναχῶν Ἀκακίου γνώμῃ στασιασάντων, φοβηθεὶς ὁ Βασιλίσκος, ἐναντία τῷ πρότερον γράψας ἐξαπέστειλεν ἀντεγκύκλια.

Ἀκάκιον δέ (c) φησι τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πρόεδρον ἐπὶ τούτοις περιπατήσαντα (72), συγκινῆσαι τὸ μοναδικὸν καὶ τὸν δῆμον τῆς βασιλευούσης, ὡς αἱρετικοῦ τοῦ Βασιλίσκου τυγχάνοντος· ἐκεῖνόν τ' αὖ ἐξαρνήσασθαι τὰ Ἐγκύκλια, καὶ διάταξιν γράψαι τὰ ἐκ συναρπαγῆς γεγονότα τέλεον ἀργεῖν, ἀντεγκύκλιά τε διαπέμπεσθαι συνιστῶντα τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον. Καὶ ταῦτα μὲν ἃ φησιν ἀντεγκύκλια, παρῆκεν, ἐμπαθῶς τὴν ὅλην πραγματείαν συγγράψας. Ἔστι δὲ ἐπὶ λέξεως ταῦτα·

CAP. VII.

Quomodo Basiliscus, cum monachi impulsu Acacii seditionem movissent, timore perculsus, contrarias prioribus encyclicis litteras promulgavit.

Scribit etiam idem Zacharias, Acacium Constantinopolitanum episcopum ob eas res dolore perculsum, monachos et populum urbis regiæ adversus Basiliscum, ut qui hæreticus esset, concitasse: Basiliscum vero litteras suas encyclicas tandem abnegasse, et lege **341** lata constituisse, ut ea quæ per subreptionem facta fuerant, irrita essent: litteras denique prioribus encyclicis contrarias misisse, quibus Chalcedonensis synodus confirmabatur. Et has quidem antencyclicas, ut vocat, litteras prætermisit Zacharias, qui partibus suis nimium favens, universam historiam conscripsit. Sunt autem hujusmodi.

Ἀντεγκύκλιον Βασιλίσκου.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες Βασιλίσκος καὶ Μάρκος. Τὴν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐν ταῖς καθολικαῖς Ἐκκλησίαις κρατήσασαν ἀποστολικὴν καὶ ὀρθόδοξον πίστιν, τὴν καὶ μέχρι τῆς ἡμετέρας βασιλείας κρατήσασαν, καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας βασιλείας κρατοῦσαν, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς κρατεῖν ὀφείλουσαν, εἰς ἣν καὶ ἐβαπτίσθημεν καὶ πιστεύομεν, αὐτὴν μόνην ἄτρωτον καὶ ἀσάλευτον κρατεῖν καὶ διηνεκῶς πολιτεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς καθολικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς τῶν ὀρθοδόξων Ἐκκλησίαις θεσπίζομεν, καὶ μηδὲν ἕτερον ζητεῖσθαι. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας βασιλείας γεγενημένα, εἴτε Ἐγκύκλια, εἴτε καὶ

Antencyclicæ litteræ Basilisci.

Imperatores Cæsares Basiliscus et Marcus Apostolicam et orthodoxam fidem et quæ ab initio in catholicis Ecclesiis viguit, et quæ ad nostrum usque imperium obtinuit, quæ et nunc sub imperio nostro obtinet, et in perpetuum deinceps prævalitura est, in quam nos et baptizati sumus et credimus: solam illæsam et inconcussam prævalere, et in omnibus catholicis atque apostolicis orthodoxorum Ecclesiis perpetuo manere decernimus, nec quidquam aliud præterea requiri. Hanc igitur ob causam, cuncta quæ fidei vel disciplinæ ecclesiasticæ causa, sub principatu nostro facta sunt, sive

VALESII ANNOTATIONES.

(71) *Τὸ πατριαρχικὸν δίκαιον.* Patriarchicum jus hic appellat Zacharias jus primatus, seu jus ordinandi metropolitanos. In hoc enim proprie consistit jus patriarchicum, ut notavi in libello de interpretatione sexti canonis concilii Nicæni, qui editus est ad calcem Socratis nostri. Quod autem addit Zacharias sive Evagrius, hoc jus ademptum fuisse sedi Ephesinæ a concilio Chalcedonensi, intelligit actionem decimam sextam synodi Chalcedonensis, in qua decretum est ut Constantinopolitanus episcopus in Asiana diœcesi metropolitanos ordinaret.

(72) *Περιπατήσαντα.* Jampridem conjeceram scribendum esse περιπαθήσαντα. Conjecturam meam Tellerianus codex tandem confirmavit, in quo scriptum inveni παραταθήσαντα.

VARIORUM.

(b) *Ὅπερ αὐτὴν ἀφεῖλεν.* Sedi Constantinopolitanæ a synodo Chalcedonensi tres diœceses in unam compactæ subjiciebantur, scilicet Pontica, Asiana et Thracica. Erat autem Ephesus Asianæ diœceseos metropolis. Vid. can. 28 concilii Chalcedonensis.

(c) *Ἀκάκιον δέ.* Theophanes ait: *Acacium territum cleri monachorumque CP. agmine, pro Chalcedonensi synodo decertante, et in unam cum eis ire sententiam dissimulantem: ea de causa adversus Basiliscum et Zenonem ex Ecclesiæ suggestu perorasse. Quo comperto, populi furorem Basiliscus metuens excessit civitate.* Gesta sunt hæc anno 477. Regnavit Basiliscus menses 20. (Ant. Pagi, ad ann. 477, n. 3, etc.) De Acacio vero meliora refert Evagrius, cui Caveus noster suffragatur.

Digitized by Google

encyclicas sive alias epistolas, sive aliud quodlibet, irrita et cassa esse præcipimus; Nestorio simul et Eutyche, et cunctis aliis hæresibus, nec non et iis qui idem cum illis sentiunt, anathemate damnatis. Ac de hoc argumento nec synodum fieri, nec amplius quæstionem ullam moveri volumus, sed ea firma atque inconcussa remanere. Provincias quoque quarum ordinationem sedes hujus regiæ et gloriosæ urbis habuerat, reverendissimo ac sanctissimo patriarchæ et archiepiscopo Acacio restitui jubemus : manentibus scilicet in suis sedibus, his qui nunc sunt Dei amantissimis episcopis : ita ut post illorum obitum, nullum ex ea re præjudicium fiat juri ordinationis quod competit sedi regiæ hujus atque inclytæ civitatis. Hoc autem divale præceptum nostrum, vim constitutionis habere nemini dubium est. Atque hæc quidem gesta sunt in hunc modum.

ἕτερα, ἢ εἴ τι δηποτοῦν πίστεως ἕνεκεν, ἢ καταστάσεως ἐκκλησιαστικῆς, ἀργεῖν καὶ πεπαῦσθαι προστάττομεν· ἀναθεματιζομένων Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ πάσης ἑτέρας αἱρέσεως, καὶ πάντων τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων· καὶ περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως μὴ σύνοδον γίνεσθαι ἢ ἑτέραν ζήτησιν· ἀλλὰ ταῦτα μένειν ἀβράγη καὶ ἀσάλευτα. Ἀποδοθῆναι δὲ καὶ τὰς ἐπαρχίας (73) τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ καὶ ἀρχιεπισκόπῳ Ἀκακίῳ, ὧν τὴν χειροτονίαν εἶχεν ὁ θρόνος ταύτης τῆς βασιλίδος καὶ ἐνδόξου πόλεως· δηλαδὴ τῶν νῦν ὄντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων μενόντων ἐπὶ τῶν οἰκείων θρόνων, μηδενὸς ἐκ τούτου προκρίματος γινομένου μετὰ τὴν τούτων τελευτὴν τῷ δικαίῳ τῆς χειροτονίας τοῦ εὐαγοῦς θρόνου ταύτης τῆς βασιλίδος καὶ ἐνδόξου πόλεως. Τοῦτο δὲ τὸ θεῖον ἡμῶν θέσπισμα δύναμιν ἐπέχειν θείας διατάξεως, οὐδενὶ ἀμφίβολον καθέστηκε. Καὶ ταῦτα μὲν ὧδε προῆλθε.

CAP. VIII.

De reditu Zenonis.

At Zeno, cum sanctam ac multis certaminibus illustrem protomartyrem Theclam vidisset in somnis, ut perhibent, ipsum incitantem, et restitutionem imperii ipsi pollicentem; Byzantium versus castra movit. **342** Cumque eos a quibus obsidebatur, muneribus corrupisset, Basiliscum qui jam biennio regnaverat, imperio expulit; et ad sacrarium ecclesiæ confugientem, hostibus dedidit. Quamobrem Zeno amplissimum templum, opibus ac venustate eximium, protomartyri Theclæ in urbe Isauriæ Seleucia dedicavit, multisque imperialibus donariis illud exornavit, quæ ad nostram usque ætatem illic servantur. Et Basiliscus quidem in Cappadociam abductus est. In statione vero quæ Acusus dicitur, una cum uxore et liberis est interfectus. Zeno autem lege lata, cuncta quæ a Basilisco tyranno

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Περὶ τῆς ἐπανόδου Ζήνωνος.

Ζήνων δὲ παροτρύνουσαν, ὥς φασι, θεασάμενος τὴν ἁγίαν καὶ πολύαθλον πρωτομάρτυρα Θέκλαν (74), καὶ τὴν τῆς βασιλείας ἀποκατάστασιν ὑπισχνουμένην, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον στρατεύει· δώροις τε τοὺς πολιορκοῦντας ὑπελθών, καὶ δεύτερον ἔτος τῆς ἀρχῆς κρατήσαντα τὸν Βασιλίσκον ἐξωθεῖται· ἁγίοις τε προσπελάσαντα σηκοῖς, τοῖς ἐχθροῖς ἐκδίδωσιν. Οὕτως ὁ Ζήνων μέγιστον τέμενος, ἐξοχῇ τε καὶ κάλλει πρόσχον, ἀνατέθεικε τῇ πρωτομάρτυρι Θέκλῃ ἀνὰ τὴν Σελευκέων τὴν πρὸς τῇ Ἰσαύρῳ χώρᾳ κειμένην, πλείστοις καὶ βασιλικοῖς ἀναθήμασι διακοσμήσας, τοῖς καὶ μέχρις ἡμῶν σωζομένοις. Πέμπεται μὲν οὖν ἀνὰ τὴν Καππαδοκῶν τεθνηξόμενος χώραν ὁ Βασιλίσκος· ἐν Ἀκουσῷ (75) δὲ τῷ σταθμῷ ἅμα γυναικὶ καὶ τέκνοις ἀποσφάττεται (76). Καὶ νόμον ὁ Ζήνων τίθησιν ἀναιροῦντα τὰ ἐπὶ τοῖς Ἐγκυκλίοις συντεθειμένα

VALESII ANNOTATIONES.

(73) *Ἀποδοθῆναι δὲ καὶ τὰς ἐπαρχίας.* Cum per encyclicas litteras imp. Basilisci, Chalcedonensis synodus penitus abrogata fuisset, privilegia Constantinopolitanæ sedis quæ in illo concilio sancita fuerant, sublata per eamdem sanctionem videbantur. Qua re præcipue impulsus Acacius omni ope elaboravit ut Basiliscus imperator constitutionem suam revocaret. Præterea in Ephesina synodo jus patriarchicum Ephesinæ sedi restitutum fuerat a Timotheo Æluro, uti supra vidimus. Quo facto Asiana diœcesis, cujus ordinationes decreto Chalcedonensis synodi attributæ fuerant episcopo Constantinopolitano, eidem sedi adempta fuerat. Itaque opus fuit nova Constitutione, qua sedi Constantinopolitanæ jura sua ac privilegia redderentur. Id ergo nunc præstat Basiliscus imp. datis antencyclicis litteris. Idem quoque testatur Theodorus Lector in lib. I *Collectaneorum*, sub finem.

(74) *Πρωτομάρτυρα Θέκλαν.* Græci qui epithetis gaudent, propriis ac peculiaribus titulis singulos sanctos insignire solent. Sic Theclam apostolum et protomartyrem vulgo appellant. Apostolum quidem, eo quod fidem Christi instar apostoli multis locis prædicaverit; protomartyrem vero, propterea quod, ut Stephanus inter viros primus, sic ipsa inter mulieres prima, Christi martyr extiterit, ut testatur Basilius Seleuciensis in lib. I, *De vita et miraculis beatæ Theclæ*. Dicta est autem Thecla per syncopen pro Theoclia. Ita enim non raro eam appellat idem Basilius.

(75) *Ἐν Ἀκουσῷ.* Sic etiam scribitur hujus stationis nomen apud Nicephorum. Cedrenus vero ac Theophanes Cucusum nominant. Marcellinus vero et auctor *Chronici Alexandrini* Limnas castrum Cappadociæ appellant, quo trusus est Basiliscus una cum uxore et liberis : portaque unius turris qua inclusus fuerat, obstructa, fame ibidem ac frigore interiit.

(76) *Ἀποσφάττεται.* Cum Evagrio consentit Malchus in lib. I *Historiæ Byzantinæ*, et Candidus Isaurus in lib. II *Historiarum*, qui Basiliscum gladio peremptum esse scribunt. Reliqui tamen tradunt eum una cum uxore et liberis fame ac frigore contabuisse. Hanc scriptorum discrepantiam in morte Basilisci referenda, notat Theophanes in *Chronico*, pag. 107.

Digitized by Google

Βασιλίσκῳ τῷ τυράννῳ. Καὶ Πέτρος μὲν ὁ ἐπίκλην Κναφεὺς, τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας ἀπελαύνεται· Παῦλος δὲ, τῆς Ἐφεσίων.

A in encyclicis litteris constituta fuerant, abrogavit. Tunc etiam Petrus cognomento Fullo ex Antiochena Ecclesia, et Paulus ex Ephesina sede exturbati sunt.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ὡς μετὰ τὸν θάνατον Βασιλίσκου, οἱ τῆς Ἀσίας ἐπίσκοποι τὸν Ἀκάκιον ἡμερούμενοι, μετανοίας βιβλίον ἐπιδεδώκασιν, οἷς ἐξήμαρτον τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον ἀθετήσαντες.

Οἱ δὲ τῆς Ἀσίας ἐπίσκοποι τὸν Ἀκάκιον ἡμερούμενοι, παρῃτοῦντο, καὶ συγγνώμην ᾔτουν, βιβλία μετανοίας διαπεμπόμενοι, δι' ὧν ἔφασκον, πρὸς ἀνάγκης τοῖς Ἐγκυκλίοις, οὐ μὴν ἑκουσίως ὑποσημήνασθαι, καὶ διώμνυντο ἢ μὴν οὕτως ἔχειν, καὶ μὴ ἑτέρως, ἢ κατὰ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον πεπιστευκέναι τε καὶ πιστεύειν. Ἡ δὲ τῶν γραμμάτων δύναμίς ἐστιν ἐν τούτοις· Ἐπιστολὴ, ἤτοι δέησις, ἀποσταλεῖσα Ἀκακίῳ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως παρὰ τῶν τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων· Ἀκακίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ πατριάρχῃ τῆς κατὰ τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν νέαν Ῥώμην ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας. *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Ἔφθασεν ἐφ' ἡμᾶς (77) πρεπόντως ποιῶν ὁ καὶ τὸν ἡμέτερον ἀναπληρώσων τόπον. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Διὰ τῶνδε τῶν λιβέλλων γνωρίζομεν, ὑπογεγραφηκέναι οὐ κατὰ πρόθεσιν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης, γράμμασιν, καὶ ῥήμασιν, ἀλλ' οὐ καρδίᾳ συνθέμενοι τούτοις· ταῖς γὰρ ἡμῶν εὐπροσδέκτοις πρεσβείαις (78), σὺν ἐπινεύσει τοῦ κρείττονος, ὡς παρειλήφαμεν παρὰ τῶν τῆς οἰκουμένης φωστήρων τιν', καὶ τῶν ρν' ἁγίων Πατέρων, πιστεύομεν· πρὸς τούτοις δὲ, καὶ τοῖς ἐν Καλχηδόνι εὐσεβῶς καὶ ὀρθῶς τυπωθεῖσι παρὰ τῶν ἐν αὐτῇ συναχθέντων ἁγίων Πατέρων. Εἴτε οὖν Ζαχαρίας ὁ Ῥήτωρ ἐσυκοφάντησε τούτους, εἴτε αὐτοὶ διεψεύσαντο, φήσαντες, ὡς οὐκ ἠβούλοντο ὑπογράψαι, λέγειν οὐκ ἔχω.

B

CAP. IX.

Quomodo post mortem Basilisci, episcopi Asiæ ut Acacium placarent, libellum pœnitentiæ ei porrexerunt, veniam petentes quod Chalcedonensem synodum damnassent.

Interim vero episcopi Asiæ, ut Acacium placarent, excusatione apud eum usi sunt, veniamque petierunt missis ad illum pœnitentiæ libellis: quibus asseverabant se necessitate adactos, non autem sua sponte, encyclicis litteris subscripsisse: jurabantque rem ita se habere, nec se aliter quam juxta Chalcedonensis synodi formulam credere nunc, et antea credidisse. Harum autem litterarum sensus est hujusmodi: Epistola seu petitio missa ab episcopis Asiæ ad Acacium Constantinopolitanum episcopum. Acacio sanctissimo ac religiosissimo patriarchæ sanctissimæ Ecclesiæ regiæ urbis Constantinopoleos junioris Romæ. *Et post alia:* Venit ad vos, recte atque ordine faciens, qui nostram quoque vicem impleturus est. *Et paulo post:* His libellis significamus, non ex animi sententia, sed necessitate adductos nos subscripsisse: verbis quidem ac litteris, sed non ex animo consensum iis accommodantes. Adjuvantibus enim precationibus vestris Deo acceptis, et divino numine, ita credimus sicut a luminaribus orbis terrarum trecentis illis et octodecim, et a centum et quinquaginta sanctis Patribus accepimus. Credimus præterea iis **343** quæ Chalcedone pie ac recte definita sunt a sanctis Patribus illic congregatis. Utrum porro Zacharias Rhetor istos calumniatus sit, an ipsi mentiti fuerint, cum dicerent se invitos subscripsisse, equidem affirmare non possum.

C

D

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Περὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπισκοπησάντων.

Μετὰ γοῦν Πέτρον, Στέφανος (79) τὸν Ἀντιοχείας θρόνον παραλαμβάνει (*d*)· ὃν παῖδες Ἀντιοχέων (*e*)

CAP. X.

De iis qui Antiochæ episcopatum gessere.

Ejecto autem Petro, Stephanus Antiochensis Ecclesiæ episcopatum sortitus est; quem Antio-

VALESII ANNOTATIONES.

(77) *Ἔφθασεν ἐφ' ἡμᾶς.* Christophorsonus et Savilius emendarunt ὑμᾶς, absque ullo sensu. Certe Nicephorus vulgatam scripturam confirmat. Verum in verbis proxime sequentibus, ὑμέτερον restitui debet pro ἡμέτερον. Vidit hoc ante nos Joannes Langus, qui Nicephori locum ex Evagrio transcriptum ita interpretatus est: *Recte sane ad nos venit, qui locum etiam vestrum obtinebit.* Quibus verbis episcopi Asiæ designant legatum quem ad ipsos miserat Acacius Constantinopolitanus episcopus, presbyterum scilicet aut diaconum Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Quod si quis cum Christophorsono legere maluerit ἐφ' ὑμᾶς, de legato id intelligemus quem episcopi Asiæ ad Acacium miserant, ut libellum satisfactionis ei offerret. Atque id verius puto.

(78) *Ταῖς γὰρ ἡμῶν πρεσβείαις.* Procul dubio scribendum est ὑμῶν, ut legitur apud Nicephorum. Ex quo etiam corrigendum est paulo post σὺν ἐπινεύσει, divisis vocabulis quæ perperam inter se cohærebant. Utramque emendationem confirmat codex Tellerianus.

(79) *Μετὰ Πέτρον, Στέφανος.* Post Petrum Fullonem episcopus Antiochiæ fuit Joannes Apamenus. Quo post tres menses pulso, subrogatus est Stephanus, ut scribit Theophanes in *Chronico*, pag. 107, cui consentit Gelasius in gestis de nomine Acacii, et Liberatus in *Breviario*, cap. 18. Ejusdem Joannis meminit Felix papa in sententia damnationis quam dictavit in Acacium, et in epistola quam nomine synodi Romanæ scripsit universis presbyteris et archimandritis Constantinopoli et Bithyniæ consistentibus.

VARIORUM.

(*d*) *Στέφανος τὸν Ἀντιοχείας θρόνον παραλαμβάνει.* Duo erant Stephani, episcopi Antiocheni: alter qui successit Joanni Apameno; cui, cum circiter tres annos sedisset, successit alter Stephanus calamis acutis interfectus. Vid. PAGI ad ann. 482, n. 3, etc. W. LOWTH.

(*e*) *Ὃν παῖδες Ἀντιοχέων.* *Hunc Stephanum fidei perduelles, pro sua in Petrum Fullonem pro-*

Digitized by Google

chensium pueri calamis instar telorum præacutis interfecerunt, ut scribit Joannes Rhetor. Post Stephanum vero, ejusdem sedis administratio Calendioni commissa est. Hic omnibus qui ipsum adibant, persuasit ut Timotheum una cum encyclicis Basilisci litteris sub anathemate damnarent.

A καλάμοις διεχειρίσαντο, ἴσα δόρασιν ὀξυνθεῖσιν, ὡς Ἰωάννῃ τῷ Ῥήτορι γέγραπται. Μετὰ Στέφανον δὲ Καλανδίων τοὺς τῆς αὐτῆς καθέδρας οἴακας ἐπιτρέπεται· ὃς τοὺς προσιόντας παρεσκεύαζε τὸν Τιμόθεον ἀναθεματίζειν, σὺν καὶ τοῖς Ἐγκυκλίοις Βασιλίσκου.

CAP. XI.

Quomodo Zeno cum Ælurum prosequi voluisset, ob senectutem eum miseratus dimisit. Et ut post mortem ejusdem Æluri, Petrus Mongus ab Alexandrinis ordinatus est; Timotheus vero successor Proterii, jussu imperatoris sedem Alexandrinam obtinuit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς Ζήνων ἐβουλήθη τὸν Αἴλουρον διῶξαι· διὰ δὲ τὸ γῆρας αὐτὸν κατελήσας εἴασε. Καὶ ὡς αὐτοῦ τελευτήσαντος, Πέτρος ὁ Μογγὸς πρὸς τῶν Ἀλεξανδρέων κεχειροτόνηται· Τιμόθεος δὲ ὁ μετὰ Πρωτέριον, νεύματι τοῦ βασιλέως τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων θρόνον κατέσχε.

At Zeno, in animo quidem habebat Timotheum Alexandria expellere. Sed cum a quibusdam admonitus esset, eum jam grandævum esse et prope diem fatali sorte periturum, sententiam mutavit. Nec multo post, cum Timotheus naturæ debitum persolvisset, episcopi Alexandrinæ sedi subjecti, Petrum quemdam cognomento Mongum sua sibi auctoritate episcopum eligunt. Quod ubi Zenoni nuntiatum est, vehementer eum conturbavit. Ac Petrum quidem Zeno morte multandum censuit. Timotheum **344** vero successorem Proterii, qui ob seditionem populi tunc Canopi degebat, revocavit. Timotheus igitur imperatoris jussu sedem suam recuperavit.

B Ὁ δέ γε Ζήνων ἐβουλήθη μὲν τὸν Τιμόθεον ἀπελάσαι τῆς Ἀλεξανδρέων. Πρός τινων δὲ μαθὼν ἤδη πρεσβύτην εἶναι, καὶ ὅσον οὔπω τὸ πάντων ὑπελθεῖν καταγώγιον, τὸ βούλευμα διεκώλυσε· καὶ δὴ μετ' οὐ πολὺ τὸ κοινὸν ἀπέτισε χρέος (*f*)· καὶ Πέτρον αὐθεντίᾳ προχειρίζονται σφῶν οἱ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοποι (80), τὸ ἐπίκλην Μογγόν (*g*). Ὅπερ ἐς Ζήνωνα διαβάν, ἐξετάραξε. Καὶ τὸν μὲν ὁ Ζήνων θανάτου ζημίαν προετίμησε (81)· Τιμόθεον δὲ τὸν μετὰ Προτέριον ἀνακαλεῖται, ἐν τῷ Κανόβῳ διά τινα στάσιν τοῦ δήμου διάγοντα· καὶ ὁ μὲν Τιμόθεος τοῖς τοῦ βασιλέως κελεύμασι, τὸν οἰκεῖον κατειλήφει θρόνον.

VALESII ANNOTATIONES.

(80) *Οἱ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοποι.* Mallem scribere ἐπίσκοπον, atque ita Evagrium scripsisse existimo: certe οἱ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοποι de suffraganeis dici nequeunt. Adde quod Petrus Mongus ab uno duntaxat episcopo ordinatus est, ut scribitur in gestis de nomine Acacii, et in epistola Acacii ad Simplicium papam.

(81) *Ζημίαν προετίμησε.* Non dubito quin scribendum sit προσετίμησε. Nam προστιμᾶν est *multare*. Unde πρόστιμον pœnam significat, teste Suida. Προτιμᾶν vero, prorsus contrarium significat. Hoc mendum cum in exemplari suo deprehendisset Nicephorus, præpositionem expunxit, et Evagrii locum ita expressit: Τοὺς μὲν ψηφισαμένους θανάτου ζημίᾳ ἐτίμα· id est, *eos quidem qui Mongum episcopum elegerant, capitali supplicio damnavit.* Evagrius tamen id non dicit. Non enim episcopos qui Mongum elegerant, sed Mongum ipsum a Zenone damnatum esse scribit. Apparet igitur Nicephorum in Evagrio nostro legisse, καὶ τοὺς μὲν ὁ Ζήνων θανάτου ζημίαν προσετίμησε· et de episcopis hæreticis qui Mongum elegerant, id intellexisse. Certe graviore supplicio digni erant episcopi qui Mongum elegerant, quam Mongus ab iis electus. Ipsi enim sua autoritate, inconsulto imperatore id fecerant: cum moris esset ob magnitudinem urbis Alexandriæ, ut episcopus Alexandrinus non nisi consulto prius imperatore, eligeretur. Præterea sede non vacante, sed superstite adhuc Timotheo Salophaciolo, ipsi alium episcopum ordinare præsumpserant. Quo facto seditiones et dissidia quæ morte Timothei Æluri sopita esse videbantur, denuo recrudescebant. Has ob causas, episcopi illi capitali supplicio potius afficiendi erant quam Mongus. Neutrum tamen verum esse existimo. Mongus enim exsilio duntaxat multatus est. Episcopi vero qui illum ordinaverant, ab Anthemio Augustali puniri jussi sunt, ut scribit Liberatus in *Breviario*, capite 16.

VARIORUM.

pensione, in amentiæ subsidium furorem armantes, in sancti martyris Barlaam baptisterio acutis calamis perfossum et necatum in Orontem fluvium projecerunt. Zeno porro facinus attentatum ulturus, Acacio Constantinopoli præsuli, ut Antiochiæ crearet episcopum, mandavit, qui consecravit Calandionem. Antiochenses ordinationis factæ nescii, Joannem nomine Codonatum sibi præfecerunt, quem episcopum Calandion postmodum in Tyri sedem, quæ post Antiochiam prima est, transtulit. Hæc scribit Theophanes in *Chronico*. ad ann. secundum Alex. 473, vulg. ær. 480. Valesius, in lib. 1 *Observat.* D *eccles.* arbitratur Stephanum, Seniorem ad hæreticis interemptum, anno 479. Vid. etiam Not. ejus in cap. 16 hujus lib.

(*f*) *Κοινὸν ἀπέτισε χρέος.* Liberatus in *Breviario*, cap. 16, ait Timotheum Ælurum, præ metu Zenonis, veneno mortem sibi conscivisse. W. Lowth.

(*g*) *Μογγός.* Diaconus fuit Ecclesiæ Alexandrinæ, Eutychianus, Timothei Æluri assiduus sectator. Vir nequam, et olim depositus, ab uno episcopo hæretico deposito consecratur anno 477. (Cavens, Pagius.) Vid. Val. not. ult. cap. 20 hujus lib.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Περὶ Ἰωάννου τοῦ μετὰ Τιμόθεον τῆς Ἀλεξανδρέων τοὺς ἐλαχας κατασχόντος, ὅπως τε τοῦτον ὁ Ζήνων ὡς ἐπιορκήσαντα ἀπελαύνει, Πέτρῳ δὲ τῷ Μογγῷ τὴν Ἀλεξανδρέων ἐγχειρίζει.

Ἐκ βουλῆς δὲ ἐνίων (82), Ἰωάννης (*h*) πρεσβύτερος οἰκονομεῖν τεταγμένος τὸν σεβάσμιον νεὼν τοῦ ἁγίου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου (83), τὴν βασιλέως καταλαμβάνει, πρεσβεύσων ὑπὲρ τοῦ ἐπισκοπον ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν, ἐξὸν ἦ τοῖς τὴν Ἀλεξάνδρου οἰκοῦσι (84) προβάλλεσθαι πρόεδρον ὃν ἂν ἐθέλοιεν. Ὃς ἑαυτῷ μνώμενος τὴν ἐπισκοπὴν, ὡς Ζαχαρίας φησὶν, ἐφωράθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως. Καὶ ὅρκους ὑποσχὼν μή ποτε τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπιζητήσειν θρόνον, ἀνὰ τὴν οἰκίαν ἐπαναζεῦξαι. Καὶ θεσπίζει γε βασιλεὺς, μετὰ τελευτὴν Τιμοθέου, ἐκεῖνον ἐπίσκοπον γενέσθαι ὃν ἂν ὁ κλῆρος καὶ τὸ κοινὸν ψηφίσοιντο. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ τελευτήσαντος τοῦ Τιμοθέου, ὁ Ἰωάννης (*h*) χρήματα δοὺς, ὡς τῷ αὐτῷ Ζαχαρίᾳ γέγραπται, καὶ ἐς τὰ ὠμοσμένα τῷ βασιλεῖ ἀλογήσας (85), ἐς ἐπίσκοπον τῶν Ἀλεξανδρέων προ-

A

CAP. XII.

De Joanne qui episcopatum Alexandriæ post Timotheum gubernavit. Quomodo cum Zeno tanquam perjurum ejecit, et Petro Mongo eamdem sedem restituit.

Joannes vero presbyter et œconomus venerabilis Ecclesiæ sancti Joannis Præcursoris et Baptistæ, consilio quorumdam Alexandrinorum, legatus missus est Constantinopolim, petiturus a principe, ut si forte episcopus ipsorum e vivis abiisset, liceret civibus Alexandrinis eum quem vellent episcopum eligere. Hic tamen, sicuti Zacharias scribit, episcopatum sibimet ipsi ambire ab imperatore deprehensus est. Cumque se jurejurando obstrinxisset, nunquam se Alexandrinam sedem affectaturum esse, in patriam reversus est. Imperator vero lege lata sanxit, ut post mortem Timothei is esset episcopus, quem clerus et populus suffragiis suis elegissent. Haud multo post mortuo Timotheo, idem Joannes data pecunia, ut ab eodem Zacharia relatum est, et jurejurando quo se apud principem

B

VALESII ANNOTATIONES.

(82) *Ἐκβολῆς δὲ ἐνίων.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui ἐκ βουλῆς emendarunt: quam emendationem confirmat etiam Nicephorus et codex Teller. Cæterum Liberatus in *Breviario*, cap. 16, longe alia de causa Joannem œconomum missum fuisse dicit Constantinopolim. Ait enim Timotheum Salofaciolum, cum episcopalem sedem decreto Zenonis Aug. recuperasset, misisse clericos quosdam Constantinopolim, inter quos erat Joannes œconomus, qui gratias agerent imperatori ob ipsius restitutionem. Simul autem petierunt ab imperatore, ut si quid Timotheo humanitus contigisset, non alius quam catholicus in ejus locum subrogaretur a clero et populo Alexandrino, ut habetur in gestis de nomine Acacii. Quod quidem Zeno consultis Salofacioli respondens, scripta ad clerum Alexandrinum epistola fieri mandavit, ut testatur Felix, in epistola prima ad Acacium; et Gelasius in *Gestis de nomine Acacii*. Porro in manuscripto codice Florentino ad marginem leguntur hæc verba: Περὶ Ἰωάννου τοῦ Ταβεννησιώτου. Certe Joannes hic Tabennesiota dicitur etiam a Theophane in *Chronico*, eo quod monachus fuisset in cœnobio Tabennensium apud Canopum, ubi etiam Timotheus Salofaciolus olim monasticam vitam ac disciplinam excoluerat, ut scribit Theophanes.

C

(83) *Οἰκονομεῖν τεταγμένος τὸν νεὼν Ἰωάννου.* Victor Tunonensis in *Chronico*, et Liberatus in *Breviario*, Joannem hunc simpliciter œconomum appellant. In *Gestis* autem de nomine Acacii, œconomus Timothei catholici dicitur. Cur ergo Evagrius hoc loco, seu potius Zacharias (ex eo enim desumpsit Evagrius) Joannem œconomum fuisse dicit ecclesiæ sancti Joannis? Neque enim hujus tantum ecclesiæ erat œconomus: sed omnium ecclesiarum quæ erant sub episcopo urbis Alexandriæ, reditus ac pecunias administrabat, ut docet Liberatus in capite decimo sexto his verbis: *Porro Joannes ex œconomo amicus factus est Illo magistro; qui cum reliquis descendit Alexandriam. Factusque est iterum œconomus habens causas omnium ecclesiarum.* Scribendum puto, *habens gazas omnium ecclesiarum.* Quam emendationem confirmant sequentia Liberati verba, quæ sic habent: *Qui multa et pretiosa xenia direxit Illo magistro*, etc. An dicendum est ecclesiam S. Joannis Baptistæ fuisse tunc maximam ecclesiam Alexandriæ? Olim quidem major ecclesia Alexandriæ Cæsarea dicebatur, ut ad Socratem observavi. Fieri tamen potest ut ecclesia sancti Joannis, quæ post destructionem Serapei illic a Theodosio ædificata est, major ecclesia exstiterit, translata illuc episcopali sede. De hac sancti Joannis Baptistæ ecclesia loquitur Ruf. in libro XI *Historiæ ecclesiasticæ*, cap 27. *Nam et in Serapis sepulcro, profanis ædibus complanatis, ex uno latere martyrium, ex altero consurgit ecclesia. Occasio autem martyrii construendi unde data sit, dignum arbitror memorare.* Subjicit deinde de reliquiis beati Joannis Baptistæ, tempore sancti Athanasii Alexandriam allatis. Quibus postea, everso Serapeo, aurea tecta, ut Ruffini verbis utar, imperante Theodosio, constructa sunt. Certe in hac ecclesia Sancti Joannis, patriarcha Alexand. Collectas agebat, ut de Dioscoro docet Theophanes, pag. 139.

D

(84) *Ἐξὸν ἦ τοῖς τὴν Ἀλεξάνδρου οἰκοῦσι.* Electio igitur episcoporum adempta fuerat clero ac populo urbis Alexandrinæ, et imperator jus nominandi Alexandriæ episcopi ad se transtulerat, ut ex hoc loco apparet. Quod per vim quidem et contra leges ecclesiasticas factum fuisse non diffitemur. Non sine causa tamen principes Romani id juris sibi vindicaverant post cædem Proterii episcopi Alexandrini, cum urbs Alexandrina suopte nutu ad seditiones propensa, in eligendis episcopis gravissimos subinde motus excitaret.

(85) *Καὶ ὃς τὰ ὠμοσμένα τῷ βασιλεῖ ἀλογήσας.* In optimo codice Florentino scriptum inveni καὶ ἐς τὰ ὠμοσμένα, etc. Porro de hoc Sacramento quo Joannes Tabennesiota sese olim obstrinxerat apud imperatorem, nunquam sedem Alexandrinam conscensurum se esse, loquitur Simplicius papa in epistola 17 ad Acacium, ita scribens: *Cum ecce secundum consuetudinem mihi talia disponenti tranquillissimi principis scripta sunt reddita, quibus memoratum Joannem tanquam perjurii reum, quod fraternitati quoque tuæ non esse diceretur incogni-*

VARIORUM.

(*h*) *Ἰωάννης. Talaia*, sive *Talaiua* dictus, Salofaciolo a catholicis suffectus anno 481. Ei tamen inter alia objecit Acacius episc. CP. quod Salofaciolo suasisset ut nomen Dioscori sacris diptychis insereret.

Digitized by Google

obstrinxerat contempto, **345** episcopus Alexandriæ constituitur. Quod ubi comperit imperator, illum quidem ejici præcepit. Quorumdam autem suasu, allocutionem scripsit ad Alexandrinos, quam Henoticum appellavit. Jussitque ut Alexandrina sedes Petro restitueretur, dummodo ille Henotico suo subscribere, et Proterianos in communionem suscipere voluisset.

A

CAP. XIII.

Quomodo Petrus Mongus Henoticum Zenonis amplexus est, et Proterianis se conjunxit.

Hanc dispositionem, concilio Acacii regiæ urbis episcopi factam, Pergamius qui præfectus Ægypti constitutus fuerat, secum detulit. Is cum Alexandriam appulisset, Joannemque fuga elapsum esse didicisset, in colloquium venit cum Petro : suasitque ei, ut Zenonis allocutionem, et eos qui ab ipso dissentiebant, susciperet. Petrus itaque supra memoratam allocutionem suscepit, eique subscripsit. Eos vero qui ab ipso dissidebant, suscepturum se in communionem pollicitus est. Nec multo post, cum publica festivitas ageretur Alexandriæ, et Zenonis Henoticum omnes communi consensu amplecterentur, Petrus Proterianos quoque in communionem recepit. Cumque ipse in ecclesia allocutionem fecisset ad populum, Zenonis quoque allocutionem recitavit, quæ sic habet :

B

CAP. XIV.

Zenonis Henoticum sive unitivum edictum.

Imperator Cæsar Flavius Zeno, pius, victor, triumphator, maximus, semper Augustus, reverendissimis episcopis et clericis ac monachis et populis, per Alexandriam et per Ægyptum et Libyam ac Pentapolim constitutis. Cum initium et confirmationem, **346** vim et scutum inexpugnabile imperii nostri esse intelligamus solam rectam

C

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Ὡς Πέτρος ὁ Μογγὸς δέχεται τὸ Ἑνωτικὸν Ζήνωνος, καὶ τοῖς ἀπὸ Προτερίου συνάπτεται.

Ταύτην τὴν οἰκονομίαν (86) γνώμῃ συντεθειμένην Ἀκακίου τοῦ τῆς βασιλίδος ἐπισκόπου, Περγάμιος ἀποκομίζει, ὕπαρχος τῆς Αἰγύπτου (87) χειροτονηθείς. Ὅστις προσσχὼν τῇ Ἀλεξάνδρου, πεφευγότα τὸν Ἰωάννην εὑρηκὼς, ἐντυγχάνει τῷ Πέτρῳ, καὶ πείθει δέξασθαι τὴν προσφώνησιν Ζήνωνος, πρεσβέτι δὲ καὶ τοὺς διεστῶτας. Δέχεται τοίνυν τὴν εἰρημένην προσφώνησιν, ὑπογράφει τε ταύτῃ· ὑπισχνεῖται δὲ καὶ τοὺς ἀπ' ἐναντίας δέχεσθαι. Μετὰ δ' οὖν πανηγύρεως δημοτελοῦς ἀνὰ τὴν Ἀλεξανδρέων οὔσης, πάντων τε τὸ καλούμενον Ἑνωτικὸν Ζήνωνος προσιεμένων, δέχεται Πέτρος καὶ τοὺς ἐκ τῆς Προτερίου μοίρας· καί τινα προσφώνησιν πρὸς τὸν λεὼν συντάξας ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, ἀναγινώσκει τὴν Ζήνωνος προσφώνησιν, ἔχουσαν ὧδε·

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Τὸ Ἑνωτικὸν τοῦ Ζήνωνος.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ζήνων, εὐσεβὴς, νικητὴς, τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀεισέβαστος, Αὔγουστος, τοῖς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν καὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις (88) καὶ κληρικοῖς, καὶ μοναχοῖς καὶ λαοῖς. Ἀρχὴν καὶ σύστασιν, δύναμίν τε καὶ ὅπλον ἀκαταμάχητον τῆς ἡμετέρας εἰδότες βασιλείας τὴν μόνην ὀρθὴν καὶ ἀλη-

VALESII ANNOTATIONES.

tum, sacerdotio perhiberet indignum. Idem quoque testatur Liberatus in cap. 17.

(86) *Ταύτην τὴν οἰκονομίαν.* Unitivum scilicet edictum Zenonis, quod paulo ante προσφώνησιν vocavit Evagrius. Et προτοφώνησις quidem ideo vocatur ab Evagrio hic et infra, propterea quod imperator in eo edicto alloquitur omnes clericos et laicos, eosque quasi concionando ad unitatem amplectendam hortatur instar sacerdotis. Οἰκονομία vero ideo dicitur, quod salubri quadam, ut prima fronte apparet, dispensatione universos catholicos ad unam eamdemque communicationem invitat, suppressa Chalcedonensis synodi mentione. Porro hoc Zenonis edictum datum est anno Christi 482, Trocondo et Severino coss. ut scribit Baronius. Idque plane confirmat Victor Tunonensis in Chronico Trocundio viro C. coss. *Zenon imp. Eutychiani poculo erroris sopitus, Acacium Constantinop. episc. damnatoribus concilii Chalced. Petro Alexandrino et Petro Antiocheno episcopis per henoticon socians, eorum communione polluitur, et cum eis a catholica fide recedit.*

(87) *Περγάμιος ὕπαρχος τῆς Αἰγύπτου.* Pergamium non præfectum Ægypti, sed ducem fuisse scribit Liberatus in cap. 17 Breviarii : *Acacius,* inquit, *persuasit Zenoni, ut scriberet Apollonio Augustali, et Pergamio duci, ut Joannem ab Alexandrina sede, quasi eam contra suum jusjurandum quod in regia civitate dedit, arripuisset, expellerent, et cooperarentur Petro Mongo ut remaneret in sede.*

(88) *Εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις.* Facundus Hermianensis in lib. XII, hoc Zenonis edictum citans ὀρθοδόξοις legit. Sic enim habet. *Flavius Zeno Pius, victor, triumphator, maximus, semper Augustus, orthodoxis episcopis, archimandritis et populis, per Alexandriam, et per Ægyptum et per Pentapolim et Libyam constitutis.* Arguit deinde Facundus vocem illam *orthodoxis,* eamque pluribus verbis exagitat, quod imperator Acephalos hæreticos orthodoxorum nomine afficere veritus non esset. Porro hoc Zenonis edictum promulgatum est anno Christi 482, ut scribit Baronius.

VARIORUM.

(i) *Τοὺς τῆς μοίρας Προτερίου.* Proterius Petrum, dum Ecclesiæ Alexandrinæ diaconus fuit, anno 453, ob Eutychianismi studium damnaverat et deposuerat.

Digitized by Google

θεὶην πίστιν, ἥντινα διὰ τῆς θείας ἐπιφοιτήσεως ἐξέθεντο μὲν οἱ ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντες τιη' ἅγιοι Πατέρες, ἐβεβαίωσαν δὲ καὶ οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει ρν' ὁμοίως ἅγιοι Πατέρες συνελθόντες, νύκτωρ τε καὶ καθ' ἡμέραν, πάσῃ προσευχῇ καὶ σπουδῇ (89) καὶ νόμοις κεχρήμεθα, πληθύνεσθαι δι' αὐτῆς τὴν ἁπανταχόσε ἁγίαν τοῦ Θεοῦ καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ἄφθαρτον καὶ ἀτελεύτητον μητέρα τῶν ἡμετέρων σκήπτρων, εἰρήνῃ τε καὶ τῇ περὶ Θεοῦ ὁμονοίᾳ τοὺς εὐσεβεῖς λαοὺς διαμένοντας, εὐπροσδέκτους τὰς ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἱκετείας προσφέρειν, σὺν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις καὶ θεοσεβεστάτοις κληρικοῖς, καὶ ἀρχιμανδρίταις καὶ μονάζουσι. Τοῦ γὰρ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας σαρκωθέντος, καὶ τεχθέντος, τὴν ἐκ συμφωνίας δοξολογίαν τε καὶ λατρείαν ἡμῶν ἐπαινοῦντος, καὶ ἑτοίμως δεχομένου, τὰ μὲν τῶν πολεμίων ἐκτριβήσεται καὶ ἐξαλειφθήσεται γένη· πάντες δὲ τὸν οἰκεῖον ὑποκλινοῦσιν αὐχένα τῷ ἡμετέρῳ μετὰ Θεὸν κράτει· εἰρήνη δὲ, καὶ τὰ ἐκ ταύτης ἀγαθὰ, ἀέρων τε εὐκρασία, καὶ τῶν καρπῶν εὐφορία, καὶ τὰ ἄλλα δὲ τὰ λυσιτελοῦντα τοῖς ἀνθρώποις φιλοτιμηθήσεται. Οὕτως οὖν τῆς ἀμωμήτου πίστεως ἡμᾶς τε καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ περισωζούσης πράγματα, δεήσεις ἡμῖν προσεκομίσθησαν παρὰ θεοσεβῶν ἀρχιμανδριτῶν καὶ ἐρημιτῶν, καὶ ἑτέρων αἰδεσίμων ἀνδρῶν, μετὰ δακρύων ἱκετευόντων, ἕνωσιν γενέσθαι ταῖς ἁγιωτάταις Ἐκκλησίαις, συναφθῆναί τε τὰ μέλη τοῖς μέλεσιν, ἅπερ ὁ μισόκαλος ἀπὸ πλείστων χρόνων χωρίσαι κατηπείχθη· γινώσκων ὡς εἰ ὁλοκλήρῳ τῷ τῆς Ἐκκλησίας σώματι πολεμήῳ (90), ἡττηθήσεται. Συμβαίνει γὰρ ἐκ τούτου καὶ γενεὰς ἀναριθμήτους εἶναι, ὅσας ὁ χρόνος ἐν τοσούτοις ἔτεσι τῆς ζωῆς ὑπεξήγαγεν· καὶ τὰς μὲν τοῦ λουτροῦ (91) τῆς παλιγγενεσίας ἐστερημένας ἀπελθεῖν, τὰς δὲ τῆς θείας κοινωνίας μὴ μετασχούσας, πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀπαραίτητον ἐκδημίαν ἀπαχθῆναι· φόνους τε τολμηθῆναι μυρίους, καὶ αἱμάτων πλήθει μολυνθῆναι μὴ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ἀέρα. Ταῦτα τίς οὐκ ἂν εἰς τὸ ἀγαθὸν μετασκευασθῆναι προσεύξοιτο; Διά τοι τοῦτο, γινώσκειν ὑμᾶς ἐσπουδάσαμεν, ὅτι καὶ ἡμεῖς καὶ αἱ πανταχοῦ Ἐκκλησίαι ἕτερον σύμβολον ἢ μάθημα, ἢ ὅρον πίστεως, ἢ πίστιν πλὴν τοῦ εἰρημένου ἁγίου Συμβόλου τῶν τιη' ἁγίων Πατέρων, ὅπερ ἐβεβαίωσαν οἱ μνημονευθέντες ρν' ἅγιοι Πατέρες, οὔτε ἐσχήκαμεν, οὔτε ἔχομεν, οὔτε ἕξομεν, οὔτε ἔχοντας ἐπιστάμεθα. Εἰ δὲ καὶ ἔχοι τις, ἀλλότριον αὐτὸν ἡγούμεθα. Τοῦτο γὰρ

A ac veram fidem, quam trecenti quidem et octodecim sancti Patres Nicææ congregati, divina inspiratione exposuerunt: centum vero et quinquaginta itidem sancti Patres Constantinopoli collecti confirmarunt, diu noctuque, omni studio ac diligentia et legibus nostris id agimus, ut ubique locorum sancta catholica et apostolica Dei Ecclesia, quæ incorrupta atque immortalis est mater sceptrorum nostrorum, per illam quam dixi fidem multiplicetur: utque pii populi, in pace et in ea quæ circa Deum est concordia perseverantes, una cum Deo charissimis episcopis, et religiosissimis clericis, et archimandritis et monachis, acceptas Deo preces offerant pro imperio nostro. Quandiu enim magnus Deus et Servator noster Jesus Christus, qui ex sancta Virgine ac Dei Genitrice Maria incarnatus et B natus est, concinentem omnium nostrum glorificationem cultumque approbaverit et benigne susceperit, omnes quidem hostes conterentur ac delebuntur: universæ autem gentes nostræ quæ secundum Deum est potestati colla submittent: Pax denique, et quæ ex pace proveniunt bona, cœli temperies, frugum ubertas, et quæcunque alia commoda, hominibus donabuntur. Cum ergo irreprehensibilis fides, et nos, et rempublicam Romanam ita conservet, preces nobis oblatæ sunt a religiosissimis archimandritis et eremitis et aliis reverendis hominibus, qui cum lacrymis supplicabant, ut unitas fieret sanctissimis Ecclesiis, et membra membris conjungerentur, quæ boni totius C inimicus jamdudum a se invicem disjungere conatus est: sciens se, si integrum Ecclesiæ corpus impugnaverit, facile esse superandum. Ex hoc enim contigit, ut innumerabilis hominum multitudo, quam tot annorum spatio temporis longinquitas ex hac luce subtraxit, partim regenerationis lavacro fraudata interierit, partim absque divinæ communionis perceptione ex hac vita migraverit: utque innumeræ cædes perpetratæ sint, et effusi sanguinis copia non terra solum, sed etiam aer ipse sit contaminatus. Quæ quidem, quotusquisque est qui non optaverit in meliorem statum commutari? Quapropter scire vos volumus, nec nos, nec eas quæ ubique sunt Ecclesias, aliud symbolum aut mathema, aliamve definitionem fidei aut fidem, D præter supra memoratum sanctum Symbolum trecentorum et octodecim sanctorum Patrum, quod a jam dictis centum et quinquaginta sanctis Patribus confirmatum est, habuisse, vel habere, vel

VALESII ANNOTATIONES.

(89) *Πάσῃ προσευχῇ καὶ σπουδῇ.* Sic etiam legitur apud Nicephorum. Nec aliter legerat vetus interpres ejus edicti apud Liberatum in cap. 18. Ita enim vertit: *Noctibus ac diebus oratione et studio et legibus nitimur multiplicari per eam sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam.* Mihi tamen potius videtur scribendum esse πάσῃ προσοχῇ. Quid sit προσοχὴ docet Suidas, qui veteris scriptoris locum affert. Certe hæc emendatio magnopere mihi arridet.

(90) *Σώματι πολεμῶν.* Scribendum est procul dubio πολεμήῃ, ut habet Nicephorus et codex Tellerianus. Savilius quoque ad oram sui codicis adnotarat, forte πολεμοίη.

(91) *Καὶ τὰς μὲν τοῦ λουτροῦ.* Ad hunc locum edicti Zenonis alludit Felix papa, in epistola ad Zenonem August. ita scribens: *Dolet certe pietas tua, quod per diuturnos partis alternæ gravesque conflictus, multis ex hoc sæculo videantur ablati aut baptismatis aut communionis expertes.*

Digitized by Google

habituros esse, nec scire quosquam 347 qui habeant. Quod si quis habeat, hunc extraneum esse judicamus. Hoc enim symbolo solo, ut jam dictum est, imperium nostrum servari confidimus. Sed et omnes populi qui salutarem baptismum percipiunt, hoc solo accepto symbolo baptizantur. Idem etiam secuti sunt sancti Patres qui Ephesi convenerunt, et qui impium Nestorium una cum iis qui ejus sententiam postea amplexi sunt, deposuerunt. Quem quidem nos simul cum Eutyche, utpote contraria memoratis Patribus sentientes, anathematizamus, suscipientes etiam duodecim capitula, quæ a sanctæ memoriæ Cyrillo, sanctæ catholicæ Alexandrinorum Ecclesiæ quondam archiepiscopo, dictata sunt. Confitemur autem unigenitum Dei Filium et Deum, vere hominem factum, Dominum nostrum Jesum Christum, consubstantialem Patri secundum Deitatem, eumdemque nobis consubstantialem quoad humanitatem : qui descendit et incarnatus est ex Spiritu sancto de Maria Virgine ac Dei Genitrice, unum esse, non duos. Unius enim esse dicimus, tum miracula, tum passiones quas sponte sua in carne sustinuit. Eos vero qui dividunt aut confundunt, aut phantasiam introducunt, nullatenus suscipimus. Si quidem vera illa et peccati expers incarnatio ex Dei Genitrice, accessionem alterius Filii non effecit. Trinitas enim semper mansit Trinitas, etiamsi unus ex Trinitate, Deus scilicet Verbum incarnatus sit. Scientes itaque, sanctas et orthodoxas quæ ubique sunt, Ecclesias Dei, et qui illis præsunt Dei amantissimos episcopos, nostrum denique imperium, nullum aliud Symbolum aut definitionem fidei præter supra memoratum sanctum mathema admisisse vel admittere, absque ulla cunctatione nos adunavimus. Hæc autem scripsimus vobis, non innovantes fidem, sed ut vobis satisfaceremus. Quicunque vero aliter sentit aut sensit, vel nunc vel quandocunque alias, sive Chalcedone, sive in alia qualibet synodo, cum anathematizamus : præcipue tamen Nestorium et Eutychem, et eos qui idem cum illis sentiunt. Conjungimini igitur matri spiritali Ecclesiæ, ut in ea, una eademque nobiscum divina communione fruamini, juxta memoratam fidei definitionem trecentorum et octodecim san-

A καὶ μόνον, ὡς ἔφαμεν, τὴν ἡμετέραν περισώζειν τεθαρρήκαμεν βασιλείαν. Καὶ πάντες δὲ οἱ λαοὶ τοῦ σωτηριώδους ἀξιούμενοι φωτίσματος, αὐτὸ καὶ μόνον παραλαμβάνοντες βαπτίζονται. Ὃ καὶ ἐξηκολούθησαν οἱ ἅγιοι Πατέρες οἱ ἐν τῇ Ἐφεσίων συνελθόντες, οἱ καὶ καθελόντες τὸν ἀσεβῆ Νεστόριον, καὶ τοὺς τὰ ἐκείνου μετὰ ταῦτα φρονοῦντας. Ὅντινα καὶ ἡμεῖς Νεστόριον ἅμα Εὐτυχεῖ τἀναντία τοῖς εἰρημένοις φρονοῦντας, ἀναθεματίζομεν, δεχόμενοι καὶ τὰ ιβ' κεφάλαια τὰ εἰρημένα παρὰ τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Κυρίλλου γενομένου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων ἁγίας καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ὁμολογοῦμεν δὲ τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν καὶ Θεὸν, τὸν κατὰ ἀλήθειαν ἐνανθρωπήσαντα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα,
B καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου καὶ Θεοτόκου, ἕνα τυγχάνειν, καὶ οὐ δύο. Ἑνὸς γὰρ εἶναί φαμεν, τά τε θαύματα, καὶ τὰ πάθη ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκί. Τοὺς γὰρ διαιροῦντας ἢ συγχέοντας, ἢ φαντασίαν εἰσάγοντας, οὐδὲ ὅλως δεχόμεθα· ἐπείπερ ἡ ἀναμόρτητος κατὰ ἀλήθειαν σάρκωσις ἐκ τῆς Θεοτόκου, προσθήκην Υἱοῦ οὐ πεποίηκε. Μεμένηκε γὰρ Τριὰς ἡ Τριάς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου.
C Εἰδότες οὖν ὡς οὔτε αἱ ἅγιαι πανταχοῦ τοῦ Θεοῦ ὀρθόδοξοι Ἐκκλησίαι, οὔτε οἱ τούτων προϊστάμενοι θεοφιλέστατοι ἱερεῖς, οὔτε ἡ ἡμετέρα βασιλεία ἑτέρου συμβόλου ἢ ὅρου πίστεως παρὰ τὸ εἰρημένον ἅγιον μάθημα ἠνέσχοντο, ἢ ἀνέχονται, ἠνώσαμεν ἑαυτοὺς (92), μηδὲν ἐνδοιάζοντες. Ταῦτα δὲ γεγράφαμεν οὐ καινίζοντες πίστιν, ἀλλ' ὑμᾶς πληροφοροῦντες. Πάντα δὲ τὸν ἕτερόν τι φρονήσαντα, ἢ φρονοῦντα, ἢ νῦν, ἢ πώποτε, ἢ ἐν Καλχηδόνι, ἢ οἵᾳ δήποτε συνόδῳ, ἀναθεματίζομεν· ἐξαιρέτως δὲ τοὺς εἰρημένους Νεστόριον, καὶ Εὐτυχῆ, καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονοῦντας. Συνάφθητε τοίνυν τῇ πνευματικῇ μητέρι τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῆς αὐτῆς ἡμῖν ἐν αὐτῇ θείας ἀπολαύοντες κοινωνίας κατὰ τὸν εἰρημένον ἕνα καὶ μόνον ὅρον τῆς πίστεως τῶν τιη' ἁγίων Πατέρων. Ἡ γὰρ παναγία μήτηρ ὑμῶν ἡ Ἐκκλησία, καὶ γνησίους ὑμᾶς υἱοὺς (93) ἀπεκδέχεται περιπτύξασθαι, καὶ τῆς χρονίας καὶ γλυκείας ὑμῶν ἐπιθυμεῖ φωνῆς ἀκροάσασθαι. Ἐπείξατε οὖν ἑαυτούς. Ταῦτα γὰρ ποιοῦν-
D τες, καὶ τὴν τοῦ Δεσπότου καὶ Σωτῆρος καὶ Θεοῦ

VALESII ANNOTATIONES.

(92) *Ἠνώσαμεν ἑαυτούς.* Ita etiam scribitur apud Nicephorum. Aliter tamen legisse videntur Facundus et Liberatus. Nam Facundus quidem, pag. 551, hunc locum ita vertit : *Adunate ergo vos in nullo dubitantes. Hæc enim scripsimus vobis, non innovantes fidem, sed ut vobis satisfaceremus*, etc. Liberatus autem sic interpretatur : *Unite vosmetipsos, nihil dubitantes. Hæc enim scripsimus non innovantes fidem, sed vobis satisfacientes.* Ex quibus apparet eos legisse ἑνώσατε μὲν ἑαυτούς, etc. Melior tamen est nostrorum codicum scriptura. Sequitur enim paulo post ἀναθεματίζομεν.

(93) *Καὶ γνησίους ὑμᾶς υἱούς.* Quod in his Evagrii libris sæpius accidit, id hoc quoque loco factum est, ut καὶ pro ὡς poneretur. Certe Liberatus hic legit ὡς, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Sanctissima namque mater nostra Ecclesia, tanquam quæ genuit vos, filios exspectat amplecti ex longo post tempore, dulcemque vocem vestram concupiscit audire.* Nec aliter legit Facundus in lib. XII. Ita enim habet ejus versio : *Sancta enim mater nostra Ecclesia, sicut proprios filios suos suscipit. Amplectimini eam. Desiderat enim post longum tempus dulcem vestram vocem audire.* Sed et Niceph. scriptum habet καὶ ὡς γνησίους. Porro ex supradictis apparet Liberatum et Facundum in Zenonis edicto legisse μήτηρ ἡμῶν, quod quidem magis placet. Præterea Facundus legit περιπτύξασθε, non ut vulgo legitur περιπτύξασθαι. Quæ tamen scriptura nullo modo tolerari potest. Denique Liberatus legisse videtur ἐκ τῆς χρονίας, non autem καὶ τῆς χρονίας.

Digitized by Google

ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐμένειαν πρὸς ἑαυτοὺς ἐφελκύσετε, καὶ παρὰ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἐπαινεθήσεσθε. Τούτων ἀνεγνωσμένων (*j*), ἠνοῦντο μὲν πάντες οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ.

A ctorum Patrum, quæ una ac sola est fidei definitio. Sanctissima enim mater nostra Ecclesia, vos tanquam proprios filios exspectat ut amplectatur, et post diuturnum tempus, suavem vocis vestræ concentum audire desiderat. Festinate igitur concito cursu. Quod si feceritis, **348** tum Domini et Servatoris ac Dei nostri Jesu Christi benevolentiam vobis conciliabitis, tum a nostra majestate maximam laudem referetis. His perlectis, Alexandrini omnes sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ sese adunarunt.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Ὡς Ἰωάννης ὁ Ἀλεξανδρείας κατελθὼν ἐν Ῥώμῃ, πείθει Σιμπλίκιον πρὸς Ζήνωνα περὶ τῶν συμβάντων γράψαι· καὶ τί Ζήνων ἀντιγέγραφε.

Ὁ δέ γε Ἰωάννης, οὗ πρότερον ἐμνήσθημεν, τὴν Ἀλεξάνδρου πεφευγὼς, τὴν ἀρχαιοτέραν καταλαμβάνει Ῥώμην (94)· καὶ διετάραττε, φάσκων ὑπὲρ τῶν Λέοντος δογμάτων καὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, τοῦ οἰκείου ἐκπεπτωκέναι θρόνου· ἕτερον δὲ ἀντεισελθεῖν, ἀντίπαλον τούτοις καθεστῶτα. Πρὸς τοῦτο παραχθέντος Σιμπλικίου (*k*) τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπου, καὶ πρὸς βασιλέα Ζήνωνα γράψαντος, ἀντιγράφει ὁ Ζήνων, ἐπιορκίαν τῷ Ἰωάννῃ ἐγκαλῶν, καὶ ὡς τούτου χάριν τῆς ἐπισκοπῆς, οὐ δι' ἕτερον ἀπηλάθη.

CAP. XV.

Quomodo Joannes Alexandriæ episcopus Romam veniens, persuasit Simplicio ut ad Zenonem scriberet de iis quæ acciderant : et quid Zeno rescripserit.

Joannes vero, cujus supra mentionem fecimus, cum fugisset ex urbe Alexandria, Romam se contulit, et ibi maximas excitavit turbas, asserens quidem se ob Leonis decretorum et Chalcedonensis synodi defensionem sua sede exturbatum esse; alium vero substitutum, qui iisdem decretis adversaretur. Quibus commotus cum esset Simplicius episcopus senioris Romæ, et his de rebus ad Zenonem imperatorem scripsisset, rescripsit Zeno, Joannem accusans perjurii, nec ullam aliam ob causam eum episcopatu expulsum fuisse.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Περὶ Καλανδίωνος τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ ὅτι ἐξορίᾳ κατεδικάσθη διὰ τὴν πρὸς Ἴλλουν καὶ Λεόντιον ὑποτοηθεῖσαν φιλίαν, καὶ ὡς Πέτρος ὁ Κναφεὺς ἠνώθη τῷ Μογγῷ, καὶ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῷ Ἱεροσολύμων.

Καλανδίων δὲ ὁ Ἀντιοχείας πρόεδρος, γράφων τῷ βασιλεῖ Ζήνωνι, Ἀκακίῳ τε τῷ Κωνσταντινουπόλεως προέδρῳ, μοιχὸν τὸν Πέτρον ἀπεκάλει (95), λέγων· ὡς τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον ἀνατεθεμάτικεν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρέων γενόμενος. Ὃς ὕστερον τὴν ἐς

CAP. XVI.

De Calendione Antiochiæ episcopo, utque exsilio damnatus sit ob amicitiam quam cum Illo et Leontio habuisse credebatur. Item quomodo Petrus Fullo Petro Mongo et episcopis Constantinopolis ac Hierosolymorum sociatus fuerit.

Sed et Calendio episcopus Antiochiæ, litteras scripsit ad Zenonem imperatorem, et ad Acacium Constantinopolitanum episcopum, quibus Petrum adulterum vocabat : asserens eum, cum esset Alexandriæ, Chalcedonensem synodum publice

VALESII ANNOTATIONES.

(94) *Καταλαμβάνει Ῥώμην.* Liberatus in *Breviario*, c. 18, ait Joannem pulsum Alexandrina sede, primum quidem Antiochiam venisse : postea vero acceptis a Calendione Antiocheno patriarcha intercessionis litteris, Romam venisse, et Romanum pontificem Simplicium appellasse, sicut et beatus fecerat Athanasius. In gestis autem de nomine Acacii quæ a Gelasio papa conscripta esse existimo, suffugium duntaxat Romanæ Ecclesiæ, quemadmodum prædecessores ejus fecerant, dicitur expetisse. Quod quidem verius puto. Nec enim ab ullo ecclesiastico judicio ad Simplicium provocavit Joannes, quippe qui non synodali sententia, sed per vim ex propria sede expulsus fuisset : nec libellum obtulit Simplicio papæ, sed Felici ejus successori, ut postea videbimus.

(95) *Μοιχὸν τὸν Πέτρον ἀπεκάλει.* Sic etiam Simplicius papa in epistola ad Acacium, appellat Petrum Moggum, ut testis est Liberatus in *Breviario*, cap. 18. Eo quod scilicet superstite Timotheo Salofaciolo, qui legitime fuerat ordinatus, Alexandrinam Ecclesiam invasisset.

VARIORUM.

(*j*) *Τούτων ἀνεγνωσμένων.* Ecclesia catholica Zenonis Henoticum non diserte damnavit, tum ne ipsius animum exacerbaret, et graviora inde schismata et mala orirentur, quorum difficilior esset sanatio : tum quia Zeno synodum Chalcedonensem diserte non damnavit, nec hæresin ullam astruxit Henotico suo : imo damnavit Eutychianum dogma, et aliunde privatis litteris ad pontifices Romanos datis synodum Chalcedonensem professus est. Natalis quidem Alexander in parte prima sæculi v, cap. 3, et in dissert. 18, tam ex ipsius Henotici verbis, quam ex epistola Zenonis ad Felicem papam, cujus fragmentum refert Evagrius, cap. 20 hujus lib., illud nullam hæresin continere ostendit. Causæ tamen fidei occuit, fovitque hæresin, silendo tum de sancti Leonis epistola, tum de synodi Chalcedonensis definitione, tum denique de his vocabulis, *ex duabus* et *in duabus naturis* ; quæ catholicæ fidei contra Eutychianam perfidiam nota singularis erat. Hinc Facundus Hermianensis in Henoticum prolixe invehitur, lib. XII, cap. 4.

(*k*) *Σιμπλικίου.* Simplicius successor erat Hilari P. Rom. Hilarus quidem successit S. Leoni die duodecima mensis Novembris anni 461, die septimo post Leonis mortem. Sedit que Hilarus annos sex, menses tres, dies decem. Obiit die 21 mensis Februarii anni 468, cessavitque sedes dies quatuor. Tum vere ordinatus est sanctus Simplicius die vicesima quinta ejusdem mensis Februarii; juxta calculum Ant. Pagi, seditque usque ad diem secundum mensis Martii anni 483.

Digitized by Google

anathematizasse. Verum Calendio aliquanto post Oasim in exsilium relegatus est, eo quod Illi et Leontii ac Pamprepii qui adversus Zenonem tyrannidem sumpserant, partes fovisse existimaretur. Petrus autem cognomento Fullo, qui ante Calendionem ac Stephanum, ut jam dixi, episcopus fuerat Antiochiæ, sedem suam recuperavit. Qui quidem et Zenonis Henotico subscripsit, et synodicas litteras dedit ad Petrum Alexandrinæ urbis episcopum. Cum eodem Petro Alexandriæ episcopo Acacius quoque Constantinopolitanus episcopus communionem iniit. Sed et Martyrius episcopus

349 A Ὅασιν οἴκησιν κατακρίνεται, ἀμῦναι νομισθεὶς; Ἴλλου (*l*) (96) καὶ Λεοντίῳ καὶ Παμπρεπίῳ περὶ τὴν κατὰ Ζήνωνος τυραννίδα. Πέτρος δὲ ὁ Κναφεύς, ὁ πρὸ Καλανδίωνος καὶ Στεφάνου (97-98), ὡς μοι λέλεκται, τὸν ἴδιον ἀπειλήφει θρόνον· ὃς καὶ τῷ Ἑνωτικῷ Ζήνωνος καθυπεσημήνατο, καὶ συνοδικοῖς δὲ πρότερον (99) τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων ἐχρήσατο· ἠνώθη δὲ τούτῳ (1) ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως πρόεδρος Ἀκάκιος. Καὶ Μαρτύριος δὲ ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, συνοδικαῖς πρὸς τὸν Πέτρον ἐχρήσατο συλλαβαῖς. Μετὰ ταῦτά τινες τῆς Πέτρου κοινωνίας ἑαυτοὺς ἀπέκριναν (2)· ὡς ἐντεῦθεν τὸν Πέτρον τὴν ἐν

VALESII ANNOTATIONES.

(96) Ἀμῦναι νομισθεὶς Ἴλλου. Hunc prætextum B esse scribit Constantinopoli, jussu Zenonis imperatoris. Theophanis sententiam confirmare videtur Candidus in libro tertio historiæ ita scribens: Ὡς Πέτρου τοῦ δυσσεβοῦς τὰς τῆς Ἀνατολῆς ταράσσοντος ἐκκλησίας, Καλανδίωνα Ζήνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱερᾶσθαι Ἀντιοχείας ἀπέσταλκε. Id est, *Quemadmodum Zeno, dum Petrus ille impius Orientis turbaret Ecclesias, misit Calendionem ut episcopus esset Antiochiæ.* Sed et in gestis de nomine Acacii diserte scribitur Calendionem ab Acacio Constantinop. episcopo ordinatum fuisse. Simplicius quoque *idem* dicit in epistola citata, si verba attentius expandamus. Quid enim aliud sonant hæc verba: *Antiocheni exordium sacerdotis qua ratione serius fuerit indicatum, quamvis minime nos latere potuerit, tamen et ipse vel synodus ejus indicavit. Quod sicut non optavimus fieri, ita facilcs excusationi quam necessitas fecit exstitimus; quia quod voluntarium non est, non potest vocari in reatum*, etc. Quis enim reatus, quæ necessitas excusanda fuit apud Simplicium, nisi quod Calendionem contra leges ecclesiasticas Constantinopoli ordinarat Acacius. Jam vero quod de Joanne Codonato subjicit idem Theophanes, qui ab Antiochensibus ordinationis apud Constantinopolim factæ ignaris, episcopus est ordinatus, et quem Calendio postmodum ad sedem Tyriorum transtulit; vereor ne in eo hallucinatus sit. Non enim Calendio, sed Acacius Joannem ad Tyriorum Ecclesiam transtulit, uti testatur Felix papa in libello damnationis Acacii, et Gelasius ac Liberatus.

Ἴλλου. In manuscripto codice Florentino et Telleriano scriptum inveni Ἴλλου. Hic est Hillus, natione Isaurus, dignitate magister officiorum, ut ait Marcellinus in *Chronico*: qui cum apud imperatorem plurimum valuisset, tandem nescio quas ob causas ei infensus, tyrannidem in Oriente arripuit una cum Leontio, anno Christi 484, ut scribit Marcellinus, seu potius 483, C ut recte Baronius observavit. Porro hic Hillus a Candido Isauro et a Damascio in *Vita Isidori philosophi* Ἰλλοῦς, semper vocatur cum accentu in ultima. Ita etiam scribitur apud Suidam. Ἴλλος, inquit, ὄνομα κύριον, ὃς ἦν μάγιστρος Ζήνωνος, ὁ καὶ Ἰλλούς. Εὑρὼν δὲ Ἰλλοῦς τὸν φθορέα ἐκρέμασεν ἐπὶ διδύμου ξύλου. Sic legendus est ille Suidæ locus.

(97-98) *Πρὸ Καλανδίωνος καὶ Στεφάνου.* Petrus Fullo paulo post reditum Zenonis Augusti, ex Antiochena sede dejectus est anno post consulatum Basilisci et Armati. Ejus sedem Joannes quidam quem Petrus Apamiæ ordinarat episcopum, invasit, ut supra notavi. Quo dejecto, Orientalis synodus Stephanum ordinavit, ut scribit Theophanes in *Chronico*. Hic cum Antiochenam sedem anni circiter spatio gubernasset, ab hæreticis in ecclesia crudelissime necatus est anno Christi 479, post consulatum Illi viri clarissimi, ut ex epistolis Simplicii papæ recte observavit Baronius. Quam ob cædem D graviter commotus Zeno, misit Antiochiam qui hoc facinus vindicarent, et in auctores seditionis animadverterent. Quin etiam ad vitandos tumultus, mandavit Acacio Constantinopolitano episcopo, ut Antiochenum antistitem in urbe regia ordinaret. Idque factum pacis ecclesiasticæ causa, tam imperator, quam Acacius apud Simplicium papam excusavit, polliciti ordinationem Antiocheni antistitis juxta canonum præcepta a comprovincialibus episcopis posthac esse faciendam. Ordinatus est igitur ab Acacio Stephanus Junior, qui cum tres annos sedisset, in ejus locum Calendio ab Orientali synodo creatus est episcopus, Trocundo et Severino coss. anno Christi 482, ut ex epistola Simplicii papæ docte observavit Baronius. Theophanes quidem Calendionem ab Acacio ordinatum

(99) *Καὶ συνοδικοῖς δὲ πρότερον.* Scribendum est procul dubio καὶ συνοδικοῖς δὲ πρὸς Πέτρον τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων ἐχρήσατο, quemadmodum legit Nicephorus. Christophorsonus tamen et Savilius ad marginem sui codicis emendant πρὸς Πρωτέριον, ineptissime. Jam pridem enim Proterius e vivis excesserat. Certe Petrum Fullonem Petro Mongo communicasse constat ex epistolis Gelasii papæ.

(1) *Ἠνώθη δὲ τούτῳ.* Petro scilicet Mongo. Huic enim, pulso Joanne Tabennesiota, communicavit Acacius, et synodicas ab eo litteras accepit et vicissim ad eum misit, ut docet Liberatus. Cum Petro autem Fullone nunquam communicavit Acacius; imo gloriari solebat quod ejus communioni nunquam sociatus fuisset: cum tamen per hoc quod Petro Mongo communicabat, qui communicator erat Petri Fullonis, ipse quoque Fulloni communicaret, ut scribit Gelasius papa in epistola ad Orientales, quam primus edidit Jacobus Sirmundus.

(2) *Τινὲς τῆς Πέτρου κοινωνίας ἑαυτοὺς ἀπέκριναν.* Cur se isti a communione Petri Mongi sejunxerint, causam non affert Evagrius. Sed et Liberatus in *Breviario*, cap. 18, admodum obscure id refert his verbis: *Igitur Petrus Mongus ab abbate*

VARIORUM.

(*l*) Ἴλλου. Legendum Ἴλλῳ. W. Lowth.

Digitized by Google

Καλχηδόνι σύνοδον ἀναφανδὸν ἀναθεματίσαι. Ὅπερ ἐς Ἀκάκιον ἐλθὸν τὸν Κωνσταντινουπόλεως συνετάραξε. Πέμψαι τε πεποίηκέ τινας τὰ περὶ τούτων εἰσομένους· οὓς δὴ Πέτρος πληροφορεῖν βουλόμενος ὡς οὐδὲν τοιοῦτο πεπραχὼς εἴη, ὑπομνήματα γέγραφεν, ἐν οἷς τινες εἰρήκασι μηδὲν τοιοῦτο συνειδέναι γεγραφότι τῷ Πέτρῳ (3).

A Hierosolymorum ad eumdem Petrum synodicas suas misit. Postea tamen quidam a communione Petri sese abjunxerunt : atque exinde Petrus Chalcedonensem synodum publice anathematizavit. Quæ res cum nuntiata esset Acacio Constantinopoleos episcopo, non mediocriter eum conturbavit. Missi sunt igitur ab Acacio, **350** qui rei veritatem inquirerent. Quibus cum Petrus persuadere vellet, nihil hujusmodi a se factum esse, acta confici curavit, in quibus quidam testati sunt, nihil hujusmodi quod quidem scirent, a Petro factum fuisse.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Περὶ ὧν ἔγραψε Πέτρος Ἀκακίῳ δεξαμένῳ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον.

Οὗτος ὁ Πέτρος, ὡς κόθορνος (4) καὶ παλίμβολος καὶ τοῖς καιροῖς συνδιατιθέμενος, ἥκιστα πρὸς μίαν ἔστη γνώμην· νῦν μὲν ἀναθεματίζων τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον· νῦν δὲ, παλινῳδίαν λέγων, καὶ ταύτην ψήφοις ἁπάσαις δεχόμενος. Γέγραφε τοίνυν ἐπιστολὴν ὁ αὐτὸς Πέτρος πρὸς Ἀκάκιον τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πρόεδρον, ἐπὶ λέξεως ἔχουσαν οὕτως· Ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἀμείψηται, ὑπό τε πόνων (5) καὶ καμάτων τοσούτων, ὧν περιόδοις χρόνων ἐφύλαξας τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων πίστιν, ἣν ἀκαταπαύστως κηρύττων ἐβεβαίωσας. Ἐν ᾗ καὶ τὸ σύμβολον κείμενον τῶν τιη' ἁγίων Πατέρων εὑρόντες ἀκολούθως, ἐν ᾧ βαπτισθέντες ἐπιστεύσαμεν καὶ πιστεύομεν· ὅπερ καὶ ἐβεβαίωσαν οἱ συνελθόντες ἐν Κωνσταντινουπόλει ἅγιοι Πατέρες ρν'. Ἀκαταπαύστως τοίνυν πάντας ὁδηγῶν, ἥνωσας τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, πείσας ἡμᾶς διὰ μεγίστων ὑποδειγμάτων ὡς οὐδέν ἐστι παρὰ ταῦτα πεπραγμένον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καλχηδόνι γενομένῃ, συμφωνούσης καὶ βεβαιούσης (*m*) τὰ τοῖς ἐν Νικαίᾳ ἁγίοις Πατράσιν. Οὐδὲν γὰρ εὑρόντες καινὸν αὐτοτελῶς συνεστήσαμεν καὶ πεπιστεύκαμεν. Μεμαθήκαμεν δὲ, ὡς τινὲς μονάζοντες φθονοῦντες τῇ ἡμῶν ἀδελφότητι, εἰς τὰς ὑμῶν ὁσίας ἀκοὰς εἰσήνεγκαν λοιδορίας τινὰς, οὐκ εὐχερῶς μεταγούσας εἰς λύπην τὴν ἡμῶν ὁσιότητα. Καὶ πρῶτον μὲν ὡς τὰ λείψανα τοῦ ἐν ἁγίοις (6) ἡμῶν

CAP. XVII.

De his quæ Petrus scripsit ad Acacium, qui Chalcedonensem synodum susceperat.

B Hic enim Petrus, veluti cothurnus quidam ac veterator, et qui temporibus sese accommodaret, in eadem sententia minime perseveravit. Sed nunc Chalcedonensem synodum sub anathemate damnabat : nunc palinodiam canens, eamdem omnibus suffragiis amplectebatur. Itaque epistolam scripsit ad Acacium Constantinopolitanum antistitem, quæ ad verbum sic habet : Deus altissimus sanctitati tuæ mercedem rependet pro tantis laboribus ac molestiis, quas per tot annorum curricula sustinuisti, sanctorum Patrum fidem conservans : quam quidem assidue prædicans confirmasti. Qua in fide symbolum quoque trecentorum et octodecim sanctorum Patrum recte atque ordine positum invenimus : in quo olim baptizati credidimus, et nunc C credimus : quod quidem etiam confirmatum est a centum et quinquaginta sanctis Patribus qui Constantinopoli convenerunt. Tu ergo sine intermissione viam omnibus monstrans, sanctam Dei Ecclesiam adunasti ; quippe qui certissimis argumentis nobis persuaseris, nihil contra hæc actum esse in sanctissima et universali synodo quæ Chalcedone congregata est : utpote quæ cum sanctis Patribus olim Nicææ collectis consentiat, eorumque decreta confirmet. Cum igitur nihil in ea novatum deprehenderimus, ultro ac sponte consensum ac fidem ei accommodavimus. Cognovimus autem monachos

VALESII ANNOTATIONES.

Ammone et Joanne episcopo Magileos, et ab abbatibus monachorum inferioris Ægypti bella passus, et seditione ei in Cæsarea basilica ut dicitur facta, anathematizavit synodum Chalcedonensem et tomum D *papæ Leonis. Et hæc fecit, cum jam scripsisset Acacio et Simplicio, quia communicator eorum esset et sanctæ synodi. Et his ita gestis, abscesserunt quidam a Petri communione, et Romam nuntiaverunt papæ Romano.* Quæ cum sint satis obscura, ita exponenda esse mihi videntur. Petrus Mongus, cum in sedem Alexandrinam pulso Joanne restitutus esset, primo quidem simulate egit, et synodicas litteras ad Acacium et ad Simplicium misit, quibus se communicatorem esse Chalced. synodi affirmabat. Eos quoque qui erant ex parte Timothei Salofacioli, in communionem suam admisit, uti testatur Liberatus. Postea vero cum ob hanc simulationem exagitatus esset ab Eutychianis monachis, publice in Ecclesia synodum Chalcedonensem anathematizavit.

(3) *Γεγραφότι τῷ Πέτρῳ.* Scribendum mihi videtur πεπραχότι. Atque ita legit Nicephorus in cap. 13, lib. XVI.

(4) *Πέτρος ὁ κόθορνος.* Hunc locum partim ex Nicephoro, partim auctoritate Florentini codicis et Telleriani emendavi. Porro de Petri ingenio mobili ac fraudulento, idem testatur Liberatus his verbis : *Sed permansit Petrus in episcopatu, scribens Acacio quia esset synodi communicator, et fallens Alexandrinos quia non communicaret synodo : ita ut quidam communicatorum ejus clerici, monachi et laici, cognoscentes ejus fallaciam, separaverint se ab ejus communione. Et extra collectas facientes non passi sunt nomini ejus communicare.*

(5) *Ὑπό τε πόνων.* Scribendum est procul dubio ὑπέρ τε πόνων. Pro ἀμείψηται legendum est ἀμείψεται, ut habet codex Tellerianus et Niceph.

(6) *Ὡς τὰ λείψανα τοῦ ἐν ἁγίοις.* Objectum qui-

VARIORUM.

(*m*) *Συμφωνούσης καὶ βεβαιούσης.* Legendum συμφωνούσῃ καὶ βεβαιούσῃ. W. Lowth.

Digitized by Google

quosdam fraternitati nostræ invidentes, ad sanctissimas aures vestras quædam detulisse convicia, quæ sanctitatem tuam haud facile adversum nos concitare potuerunt. Primum quidem quod sancti Patris nostri et archiepiscopi, beati Timothei reliquias alium in locum transtulerimus. Quod quidem facinus, nec Deo acceptum nec legibus consentaneum **351** est. Deinde ad alterum crimen transiliunt, quod nec verisimile est, et priore illo longe deterius videtur. Quo enim modo sanctam Chalcedonensem synodum anathematizare potuimus, cui credidimus, et quam confirmavimus? Neque vero ignoras, ut arbitror, nec tuam latet sanctitatem quanta sit æmulatio ac levitas populorum nostrorum, et monachorum novis rebus studentium. Qui conjuratione facta cum quibusdam malevolis hominibus qui ab Ecclesia recesserunt, populum secum avellere conantur. At nos precationibus vestris adjuti, rationem excogitavimus quæ huic malo mederetur; nec sanctam Chalcedonensem synodum ullatenus offenderet; quippe qui sciamus, nihil in ea novi gestum esse. Atque ut persuade-

A Πατρὸς τοῦ μακαρίου ἀρχιεπισκόπου Τιμοθέου μετηνέγκαμεν εἰς ἕτερον τόπον. Ὅπερ πρᾶγμα οὔτε Θεῷ, οὔτε νόμοις πρέπον ἐστί. Καὶ ἐπὶ τούτοις εἰς ἕτερον μετεπήδησαν ἀσύστατον καὶ τοῦ προτέρου χεῖρον. Πῶς γὰρ ἀναθεματίζειν εἴχομεν τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν σύνοδον ᾗ πιστεύσαντες ἐβεβαιώσαμεν: Οὐκ ἀγνοεῖται δὲ, οὐδὲ λέληθε τὴν ὑμῶν θεοφίλειαν τῶν παρ' ἡμῖν λαῶν ὁ ζῆλος, καὶ ἡ ἐλαφρία, καὶ τῶν νεωτερίζειν ἐθελόντων μοναζόντων, οἵτινες μελετήσαντες ἅμα τισὶν ἐθελοκάκοις τῆς Ἐκκλησίας ἀποσκιρτήσασι, τοὺς λαοὺς ἀποσπᾶν ἐπιχειροῦσι. Καὶ διὰ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν ἐσκεψάμεθα λόγον (7) θεραπείας ἐχόμενον, μηδὲν βλάπτοντα τὴν ἁγίαν σύνοδον τὴν ἐν Καλχηδόνι, εἰδότες οὐδὲν καινὸν ἔχειν αὐτῇ πεπραγμένον. Καὶ πρὸς πεισμοσύνην τῶν ἀκεραίων καὶ ἀπολογίαν, τοὺς ἐπισυνελθόντας ἡμῖν (8) τοῦτο λέγειν πεποιήκαμεν. Καὶ τοῦτο μὲν (9) πολὺς γενόμενος, ταχέως ἐκώλυσα. Γνωρίζω δὲ τῇ ὑμῶν ἁγιωσύνῃ, ὡς καὶ μέχρι νῦν οὐ παύονται οἱ τὰ ζιζάνια σπείροντες ἀεὶ μονάζοντες, ὄργανα ἑαυτοῖς ἐγκαταμίξαντές τινων μοναστηρίων (10) ποτὲ μὴ οἰκησάντων, καὶ περιέρχονται φήμας θρυλοῦντες διαφό-

B

VALESII ANNOTATIONES.

dem sibi dicit hoc crimen Mongus, quod reliquias Timothei Salofacioli in alium locum transtulisset. Sed id factum nec excusat, nec negat; hoc solum dicere contentus, istud facinus coram Deo et coram hominibus impium esse. Quippe humanæ leges sepulcrorum violatores graviter puniunt. Certe Victor Tunonensis in *Chronico* de Mongo ita scribit: « Post consulatum Zenonis tertium, qui confestim favore Zenonis principis, synodum Chalcedonensem de pulpito coram populis damnat. Nomina Proterii et Timothei Salafatiatii de ecclesiasticis diptychis tollit; et Dioscori et Æluri, qui Proterium interfecit, scribit: corpusque Timothei Salafatiatii de ecclesia ejiciens, in loco deserto foras civitatem projecit. » Idem quoque testatur Liberatus in *Breviario*, cap. 18, his verbis: « Sed et Petrum Alexandrinum anathematizantem synodum Chalcedonensem et tomum papæ Leonis, qui sublato nomine Proterii et Timothei catholici de diptychis, Dioscori et Timothei Æluri nomina scripsit: qui ejusdem Timothei catholici corpus de terra levavit, et foras projecit, qui inter episcopos catholicos sepultus fuerat, miris eum laudibus prosecutus est Acacius, de quo se tanta crimina antea meminerat retulisse. » Denique Felix papa, in sententia damnationis adversus Acacium, idipsum diserte confirmat: ut jam de hujus facinoris veritate dubitari non possit.

C

(7) *Ἐσκεψάμεθα λόγον.* Varie hunc locum exposuerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit: *Libellum considerate concinnavimus, mali hujus medelam habentem;* Christophorsonus autem hoc modo: *Litteras hasce excogitavimus, quæ huic malo remedio sint.* Joannes vero Langus, Nicephori interpres ita transtulit. *Re deliberata, rationem quæ mederi malo imminenti posset, invenimus.* Ex his tribus interpretationibus, secunda quidem penitus respuenda est: prima autem ac tertia ferri possunt. Commodius tamen mihi videtur, λόγον orationem interpretari, seu sermonem ad populum, quem Petrus habuit in Ecclesia tunc cum acta ecclesiastica confici jussit coram legatis Acacii, de quibus supra locutus est Evagrius.

(8) *Τοὺς ἐπισυνελθόντας ἡμῖν.* Joannes Langus hunc locum ita vertit: *Fecimus ut ab iis qui nobiscum convenerunt agunt, ista dicerentur.* Musculus vero sic interpretatur. *Eos qui ad nos venerunt, hoc idem dicere fecimus.* Christophorsoni autem interpretatio sic habet: *Tum ut illi qui nobiscum una accersebantur* [sic quidem edit. Paris. puto tamen Valesium scripsisse *accensebantur*. Christophorsoni quidem interpretatio juxta editionem Coloss., anno 1612, exhibet *versabantur*], *pro defensione idem ipsum dicerent, effecimus.* Verbum igitur ἐπισυνελθόντας nihil aliud significare existimarunt, quam συνελθόντας. Ego vero per vocem ἐπισυνελθόντας intelligi puto clericos et laicos partis Timothei Salofacioli, qui aggregati erant Pero Mongo jussu Zenonis Augusti. Nam imperator Zeno suasu et consilio Acacii, scripserat Apollonio Augustali et Pergamio duci, ut pellerent quidem Joannem Talaiam, inthronizarent autem Petrum, suscipientem Henoticon et clericos Timothei catholici, ut scribit Liberatus in *Breviario*, cap. 18. Scripserat etiam Zeno litteras ad Petrum Mongum, quibus ei mandabat, ut clericos partis Timothei ipsi consentientes susciperet, quemadmodum idem Liberatus affirmat his verbis: *Et quidem Petrus inthronizatur ab omnibus. Scriptum est ab imperatore, ut consentientes susciperet eos qui erunt a parte Timothei catholici.* Id est, tam clericos, quam laicos, qui Zenonis edicto consentire voluissent. Hos igitur, cum ecclesiastica acta conficeret Petrus Mongus, quibus Acacio probaret se Chalcedonensem synodum nunquam damnasse, testes adhibuit, fecitque ut testimonio suo confirmarent, Chalcedonensem synodum nunquam a Petro fuisse damnatam. Eorum porro testimonium fide dignum videbatur, eo quod fuissent ex parte Timothei catholici, qui synodum Chalcedonensem perpetuo defenderat. Vide caput 16, in fine, ex quo hæc intelligenda sunt. De iisdem loquitur Felix papa in sententia damnationis adversus Acacium, ubi ait: *Quid enim sunt aliud, qui post obitum sanctæ memoriæ Timothei, ad Ecclesiam sub Petro redeunt*, etc.

D

(9) *Καὶ τοῦτο μέν.* Id est, crimen illud quod a malevolis quibusdam mihi objiciebatur: Chalcedonensem scilicet synodum a me rejici atque damnari.

(10) *Τινῶν μοναστηρίων.* Jampridem viri docti μοναστήρια emendarunt, quomodo etiam legitur apud Nicephorum.

Digitized by Google

ρους καὶ ἡμῶν, καὶ κατὰ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς τοῦ Χριστοῦ εἰρήνης, καὶ μηδὲν ἡμᾶς συγχωροῦντες κανονικῶς καὶ πρεπόντως τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ πράττειν· παρασκευάζοντες τοὺς παρ' ἡμῖν λαοὺς μᾶλλον ἄρχειν ἡμῶν ἢπερ πείθεσθαι ἡμῖν, καὶ θέλουσι ποιεῖν ὅσα μὴ πρέπει Θεῷ. Πιστεύομεν δὲ ὡς ἡ ὑμῶν ἁγιωσύνη διδάξει πάντα τὸν θειότατον δεσπότην τῆς οἰκουμένης, καὶ παρασκευάσει, ὥστε τύπον αὐτοῖς παρασχεθῆναι παρὰ τῆς αὐτοῦ γαληνότητος, τὸν δέοντα περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, πρεπούσης Θεῷ τε καὶ βασιλεῖ· ὥστε πάντας ἐν τούτοις κατευνάζειν.

A remus et satisfaceremus simplicioribus, curavimus ut idem diceretur ab iis qui una nobiscum conventus agunt. Atque id quidem, cum totus eo incubuissem, celeriter compressi. Cæterum sanctitatem tuam certiorem facio, ne nunc quidem cessare monachos, qui zizania serunt, sibique quosdam, qui nunquam monasteria incoluerunt, tanquam seditionis instrumenta adjungunt: et hac illac discursantes, varios rumores contra nos et contra pacem Ecclesiæ Christi disseminare. Nec permittunt ut quidquam regulariter, et prout decet, in sancta Dei Ecclesia geramus: id agentes, ut populus qui nobis commissus est, imperet potius quam obediat nobis. Omnia denique moliuntur quæ Deo indigna sunt. Verum sanctitatem vestram sacratissimo imperatori cuncta suggesturam esse confidimus, perfecturamque, ut ab illius clementia competens forma istis tribuatur, pro ecclesiastica pace, quæ Deo et imperatore digna est: adeo ut omnes iis quæ statuta fuerint, acquiescant.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Ὅπως Ἰωάννης ὁ Ἀλεξανδρείας πείθει Φήλικι τῷ πάπᾳ Ῥώμης καθαίρεσιν Ἀκακίῳ τῷ Κωνσταντινουπόλεως πέμψαι.

B

352 CAP. XVIII.

Quomodo Joannes Alexandrinus episcopus Felici papæ persuaserit, ut depositionis libellum mitteret Acacio Constantinopolitano.

Ὁ δὲ Ἰωάννης ὁ ἐν Ῥώμῃ πεφευγὼς, Φήλικα τὸν μετὰ Σιμπλίκιον (*n*) τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον παρηνώχλει περὶ τῶν παρὰ Πέτρου γενομένων, καὶ πείθει, ὡς Ζαχαρίας λέγει, καθαιρετικὸν Ἀκακίῳ διαπεμφθῆναι παρὰ τοῦ αὐτοῦ Φήλικος τῆς πρὸς Πέτρον ἕνεκα κοινωνίας. Ὅπερ ὡς ἀκανονίστως γενόμενον (11), καθὼς ἱστόρηται τῷ αὐτῷ Ζαχαρίᾳ (ἐπιδε-

Interea Joannes qui Romam confugerat, Felicem Romanæ urbis episcopum qui Simplicio successerat, de rebus a Petro gestis assidue interpellare non cessabat. Tandemque ei persuasit, sicut a Zacharia proditum est, ut sententiam depositionis mitteret ad Acacium, eo quod Petro communicaret. Cui quidem sententiæ, ut quæ non ex præscripto cano-

VALESII ANNOTATIONES.

(11) *Ὡς ἀκανονίστως γενόμενον.* In damnatione ac depositione Acacii, duo maxime reprehendebant Græci. Primum quod in synodo damnatus ac depositus non fuisset: sed solus Felix papa nomen suum sententiæ depositionis præfixisset. Alterum, quod nec convictus, nec discussus juxta ecclesiasticas regulas, damnationis sententiam excepisset. Priori quidem objectioni ita respondebant Romani: non opus fuisse nova synodo ad condemnandum Acacium. Omnes enim sectatores et communicatores hæreticorum, qui speciali sententia olim condemnati sunt, simul cum eisdem hæreticis damnatos intelligi. Ita Gelasius papa in epistola ad Orientales, quam primus edidit Jacobus Sirmundus, in *Gestis de nomine Acacii*. Scio quid respondeat Baronius ad annum Christi 484, cap. 21, Gelasium scilicet loqui de œcumenica synodo. Sed pace ejus dixerim, hæc responsio non satisfacit. Neque enim Græci in hoc negotio discrimen ullum faciebant inter generale ac particulare concilium. Sed generaliter affirmabant Acacium nulla in synodo specialiter ob ipsum congregata fuisse damnatum. Sic enim scribit Gelasius papa in epistola supra memorata, Orientales alloquens his verbis: *An de uno dolet Acacio, quod speciali synodo non fuerit confutatus; cum proprium crimen suis litteris ipse detexerit, nec audiri debuerit jam sponte confessus; et de tantis pontificibus catholicis non dolet sine ulla discussione seclusis.* Fatetur ingenue Gelasius papa Acacium in nulla speciali synodo convictum atque auditum fuisse. Certe ex duabus synodis Romanis, in quibus damnatus est Acacius, neutra ipsius causa congregata est. Sed prior quidem ob Vitalem ac Misenum legatos sedis apostolicæ collecta est: in qua Vitalis quidem ac Misenus damnati: Petrus vero Alexandrinus et Acacius, perstricti tantum obiter ac notati, ut docet Evagrius paulo infra. Posterior vero, causa Antiochenæ Ecclesiæ collecta est eodem anno, ut docet Felix papa in Epistola synodica ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam consistentes. Qua in synodo Petrus quidem Antiochenus præcipue, ac προηγούμενος damnatus est; qui pulso Calendione sedem Antiochenam invaserat. Petrus vero Alexandrinus, et Acacius Constantinopolitanus, ut socii et communicatores ejusdem Petri damnati sunt, ut subscriptio eidem epistolæ subjecta declarat: *Candidus Tiburtinæ civitatis episcopus, Petro Alexandrinæ Ecclesiæ pervasori, et Acacio quondam Ecclesiæ Constantinop. necnon etiam Petro Antiocheno, ab episcopali et Christianorum numero olim jure et merito segregatis, omnibusque sequacibus eorum, sequens auctoritatem sedis apostolicæ, omnium nostrum, juxta Ecclesiæ statum, catholica deliberatione prolatam, anathema dicens subscripsi*, etc. Quod vero Felicem papam, solum ei sententiæ nomen suum præfixisse querebantur Græci, huic objectioni ita respondet Felix in epistola supra citata, his verbis: *Unde nunc causa Antiochenæ Ecclesiæ apud B. Petrum apostolum collecti, rursum dilectioni vestræ morem qui semper apud nos obtinuit, properavimus indicare. Quoties intra Italiam propter ecclesiasticas causas præcipue fidei colliguntur Domini sacerdotes, consuetudo retinetur, ut successor præsulum sedis apostolicæ, ex persona cunctorum totius Italiæ sacerdotum, juxta sollicitudinem sibi Ecclesiarum om-*

VARIORUM.

(*n*) *Φήλικα τὸν μετὰ Σιμπλίκιον.* Post Simplicii mortem Anastasius ait sedem vacasse dies VI, quod et in variis catalogis nostris legitur: sed interpontificium fuisse tantum dierum quinque recte scripsit auctor *Chron. Vit. pontif.* Sanctum enim Felicem hujus nominis III natione Romanum, die sexta mensis Martii ordinatum esse, ex ejus sedis duratione constabit. (Ant. Pagi, ad ann. 485, n. 3.)

Digitized by Google

num lata esset; tradita enim est Acacio a quibusdam monachis Acœmitensis ut vocant monasterii; non acquievit Acacius. Atque hæc quidem scripta sunt a Zacharia in hunc modum. Porro Zacharias nihil eorum quæ tunc gesta sunt, explorate cognitum habuisse mihi videtur, sed ea duntaxat quæ auditione acceperat, mutila atque imperfecta nobis retulisse. Ego vero totius rei seriem accurate exponam. Cum libelli a Joanne Felici porrecti essent adversus **353** Acacium; ut qui illicite Petro communicaret et alia quædam gereret contra sacrorum canonum præscriptum, Felix Vitalem ac Misenum episcopos ad Zenonem misit, poscens ut Chalcedonensis synodus firmaretur, et Petrus tanquam hæreticus expelleretur: utque Acacius Romam mitteretur, rationem redditurus eorum quæ Joannes, cujus toties mentionem fecimus, ei objiciebat.

A δώκασι γὰρ ἔνιοι τῶν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ἀκοιμήτων καλουμένων τὸν μοναδικὸν μετιόντες βίον), ὁ Ἀκάκιος οὐ προσήκατο. Καὶ ταῦτα μὲν Ζαχαρίᾳ γέγραπται. Δοκεῖ δέ μοι μηδὲν τῶν ἐπὶ τοῦτο πραχθέντων εἰδέναι· μόνην δὲ ἀκοὴν ἠκρωτηριασμένην ἀφῆγήσατθαι. Ἐγὼ δὲ τῶν γεγενημένων τὴν ἀκρίβειαν ἔρχομαι λέξων. Λιβέλλων ἐπιδεδομένων πρὸς Ἰωάννου τῷ Φήλικι (12) κατὰ Ἀκακίου, ὡς ἀθέσμως Πέτρῳ κοινωνοῦντος, καὶ περὶ ἑτέρων ἀκανονίστως παρ' αὐτοῦ γινομένων, στέλλονται πρὸς τοῦ Φήλικος παρὰ τὸν Ζήνωνα (13) Βιτάλιος καὶ Μισῆνος ἐπίσκοποι, ἐφ' ᾧ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον κρατεῖν, ἀπελαθῆναί τε τὸν Πέτρον ὡς αἱρετικὸν, καὶ Ἀκάκιον πεμφθῆναι πρὸς τὸν Φήλικα, περὶ ὧν Ἰωάννης οὐ πολλάκις ἐμνήσθημεν ἐνάγοι, τὰς εὐθύνας παρ- B ἔξοντα.

CAP. XIX.

De Cyrillo præposito monasterii Acœmitensium, quomodo Romam ad Felicem quosdam direxerat, incitans illum ut ea quæ adversus fidem commissa erant, ulciscereturr.

Sed priusquam isti ad urbem regiam venissent, Cyrillus Acœmitensium monachorum præpositus, quosdam cum litteris ad Felicem misit, de ejus cunctatione conquerens, cum tam gravia adversus rectam fidem committerentur. Felix itaque ad Mi-

ΚΕΦΑΛ. ιθ'.

Περὶ Κυριλλου ἡγουμένου μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων, ὅπως πρὸς Ῥώμην ἀπέστειλε πρὸς Φήλικά τινας, ἐνάγων αὐτὸν πρὸς ἐκδίκησιν τῶν τολμωμένων κατὰ τῆς πίστεως.

Πρὶν ἢ δὲ τούτοις [70] φθῆναι τὴν βασιλείαν (14), Κύριλλος ὁ τῶν Ἀκοιμήτων (15) καλουμένων ἡγούμενος, στέλλει πρὸς Φήλικα, καταμεμφόμενος τὴν βραδυτῆτα, τηλικούτων κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἁμαρτανομένων· καὶ γράφει Φῆλιξ τοῖς περὶ Μισῆ-

VARIÆ LECTIONES.

[70] τούτοις. Sic etiam Stephanus: lege tamen, τούτους.

VALESII ANNOTATIONES.

nium competentem, cuncta constituat. Idem ante Felicem dixerat Julius papa in epistola ad Orientales, quam refert Athanasius in *Apologetico*. Jam vero quod spectat ad secundam objectionem Orientalium, de Acacio sine ulla discussione damnato, satis responsum est a Gelasio papa in epistola ad Orientales, cujus verba supra protulimus.

(12) *Λιβέλλων ἐπιδεδομένων τῷ Φήλικι.* Jam quidem antea Joannes Tabennesiota, cum ex sede sua dejectus fuisset, Romam veniens, Simplicium papam appellaverat. Libellum tamen ei non obtulit; sed tantum suasit, ut pro sua causa ad Acacium scriberet. Quod quidem prompto ac libenti animo fecit Simplicius papa. Acacius vero, acceptis Simplicii litteris, respondit se Joannem quidem episcopum Alexandriæ minime agnoscere. Petrum vero Mongum in communionem suscepisse jussu Zenonis Augusti. Quibus litteris graviter commotus Simplicius rescripsit Acacium non recte neque ordine egisse, qui Petrum communi amborum sententia damnatum, in communionem recepisset. Eumque Joannes Simplicio papæ libellum pararet offerre varia in Acacium crimina continentem, Simplicius interim morte præventus est, antequam Acacius postremis ejus litteris respondisset, ut scribit Liberatus in *Breviario*. Sed cum Felix in locum Simplicii subrogatus fuisset, Joannes libellum, quem Simplicio ante paraverat porrigendum, obtulit Felici papæ. Qui mox per Vitalem ac Misenum episcopos, libellum citationis misit ad Acacium, mandans ut quamprimum Romam veniret, coram apostolica sede libello Joannis episcopi responsurus, ut legitur in *Gestis de nomine Acacii*, et in libello citationis ad Acacium transmisso. Libellus quidem citationis sic incipit: *Episcopali diligentia commonente debuerat dilectio tua, eccle-* C *siasticum morem secuta, quid responsio sanctæ memoriæ prædecessoris mei per virum devotum Uranium subdiaconum apud clementissimum principem: quid apud te quoque litteræ ipsius in causa Alexandrinæ Ecclesiæ profuerint, indicare.* Ubi obiter scribendum esse moneo, *Uranium subadjuvam.* Sic enim dicitur in *Gestis de nomine Acacii*: *Joannes œconomus catholicus a catholicis ordinatur episcopus. Qui cum de consuetudine majorum ad apostolicam sedem synodica per Isidorum presbyterum et Petrum diaconum scripta misisset, superveniente Uranio subadjuva, et contra Joannem jam episcopum sacra principis deferente, ab episcopatus illius confirmatione papa suspensus est*, etc.

(13) *Πρὸς τοῦ Φήλικος παρὰ τὸν Ζήνωνα.* Transposita sunt vocabula; quæ sic restituo: Στέλλονται παρὰ τοῦ Φήλικος πρὸς τὸν Ζήνωνα.

(14) *Πρὶν ἢ δὲ τούτοις φθῆναι τὴν βασιλείαν.* Hunc Evagrii locum optime exposuit Nicephorus, his verbis: Πρινὴ δὲ Βιτάλιον καὶ Μισῆνον τοὺς ἐκ Ῥώμης ἥκοντας φθάσαι τὴν βασιλεύουσαν, etc. Id est, *Priusquam Vitalis ac Misenus Roma missi, in urbem regiam adventassent*, etc. Scribendum igitur est in Evagrio, πρινὴ δὲ τούτους φθῆναι τὴν βασίλειον. Sic enim Evagrius vocare solet Constantinopolim: ut infra, cap. 25.

(15) *Ὁ τῶν Ἀκοιμήτων.* Duo erant monasteria Constantinopoli, quæ Ἀκοιμήτων vocabantur, Bassiani scilicet ac Dii. Et Bassiani quidem ac Dii vocabulum a conditoribus suis sumpserant, Acœmitarum vero nomen illis inditum est, propterea quod noctu atque interdiu divinas laudes celebrarent, alternis vicibus sibi succedentes; adeo ut insomnes esse viderentur. Sic olim in Galliis jugis laus in quibusdam monasteriis viguisse dicitur.

Digitized by Google

νον, μηδὲν πρᾶξαι πρὶν τῷ Κυρίλλῳ συντύχοιεν, καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ πρακτέον μάθοιεν. A

senum et collegas ejus scripsit, ne quidquam agerent, priusquam cum Cyrillo essent collocuti, et ab eo quid agendum esset didicissent.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Περὶ ὧν ἔγραψε Φῆλιξ πρὸς Ζήνωνα, καὶ αὖ πάλιν Ζήνων πρὸς Φήλικα.

Γεγόνασι πρὸς αὐτοὺς καὶ ἕτερα πρὸς τοῦ Φήλικος ὑπομνήσεις (16), καὶ πρὸς τὸν Ζήνωνα γράμματα περί τε τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, καὶ τοῦ ἐν Ἀφρικῇ διωγμοῦ (*o*) τοῦ κατὰ Ὀνώριχον. Ἐπέστειλε δὲ καὶ πρὸς Ἀκάκιον. Πρὸς ὃν ὁ Ζήνων ἀντέγραψε, μάτην τὸν Ἰωάννην αὐτὸν διαταράξαι, διομοσάμενον μὲν μηδαμῇ μηδαμῶς παρειέναι διὰ τοῦ θρόνου τῆς Ἀλεξανδρέων, παραβάντα δὲ, καὶ τὰ ὠμοσμένα ἀλογήσαντα, πᾶσαν ἱεροσυλίαν ἐργάσασθαι· καὶ Πέτρον δὲ μὴ ἀδιασταλτως προχειρισθῆναι, ἀλλ' αὐτοχειρίᾳ ὑπογράψαντα δέχεσθαι τὴν πίστιν τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, ᾗτινι καὶ ἡ ἐν Καλχηδόνι ἁγία σύνοδος ἠκολούθησε, καὶ ταῦτα γέγραπται ἐπὶ ῥήματος· Ὀφείλειν ἀσφαλῶς ἔχειν (17), καὶ τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν, καὶ τὸν προλεχθέντα ἁγιώτατον Πέτρον, καὶ πάσας τὰς ἁγωτάτας Ἐκκλησίας, τὴν Καλχηδονέων (18) ἁγιωτάτην σύνοδον δέχεσθαι καὶ σέβειν, ἥτις συνέστη τῇ πίστει τῇ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ. Ἐμφέρονται τοίς τε πεπραγμένοις (19) ἐπιστολαὶ παρά τε Κυρίλλου τοῦ λεχθέντος, καὶ ἑτέρων ἀρχιμανδριτῶν τῆς βασιλίδος, καὶ παρὰ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν τοῦ Αἰγυπτιακοῦ κλίματος πρὸς Φήλικα, κατὰ Πέτρου ὡς αἱρετικοῦ, καὶ τῶν κοινωνούντων αὐτῷ. Οἳ καὶ διήλεγξαν (20) οἱ ἐκ τῆς μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων ἀφιγμένοι πρὸς Φήλικα, τοὺς περὶ Μισῖνον, ὡς μέχρι τῆς αὐτῶν παρουσίας τῆς ἀνὰ τὸ Βυζάντιον, ἐν παραβύστῳ Πέτρος ἐν ταῖς ἱεραῖς δέλτοις ἀνεγινώσκετο, καὶ ἐξ ἐκείνου ἕως νῦν ἀναφανδόν· καὶ οὕτως τοὺς περὶ Μισῖνον κοινωνῆσαι. Καὶ ἡ ἐπιστολὴ δὲ τῶν Αἰγυπτίων, τὰ αὐτὰ περὶ Πέτρου ἔλεγε· καὶ ὡς Ἰωάννης μὲν ὀρθόδοξος ὢν, ἐνθέσμως κεχειροτόνητο· Πέτρος δὲ ὑπὸ δύο καὶ μό-

CAP. XX.

De iis quæ Felix ad Zenonem, et Zeno ad Felicem scripsit.

Scripsit etiam Felix alias ad eosdem commonitorias. Litteras quoque dedit ad Zenonem, quibus eum commonebat, tum de Chalcedonensi synodo, tum de persecutione quæ in Africa excitata fuerat ab Hunerico. Scripsit item ad Acacium. Imperator autem Zeno rescripsit Felici, frustra illum perturbatum esse verbis Joannis, quippe qui olim quidem jurasset se Alexandrinam sedem nullo unquam modo ambiturum esse : postea vero neglecto B jurejurando, nullum non sacrilegii genus admisisset. Petrum porro non absque diligenti examine promotum fuisse : quippe qui propria manu subscripsisset, amplecti se fidem trecentorum atque octodecim sanctorum Patrum qui Nicæam **354** olim convenerunt : quam fidem Chalcedonensis quoque synodus comprobavit. Verba epistolæ Zenonis hæc sunt : Pro certo habere debes, et pietatem nostram, et supra memoratum sanctissimum Petrum, et universas sacrosanctas Ecclesias, sanctissimum Chalcedonense concilium amplecti atque venerari, quod cum fide concilii Nicæni prorsus consentit. In iisdem actis leguntur epistolæ tum Cyrilli supra memorati, et aliorum archimandritarum urbis regiæ, tum episcoporum et clericorum C Ægyptiacæ diœcesis, ad Felicem scriptæ, de Petro tanquam hæretico, et de iis qui Petro communicabant. Porro monachi Acœmitensis monasterii, cum ad Felicem venissent, Misenum ac Vitalem accusarunt, quod ante adventum quidem illorum in urbem regiam, Petri nomen in sacris diptychis occulte recitaretur : exinde vero publice recitari cœpisset ; atque ita Misenus ac Vitalis ei communicassent. Ægyptii vero in suis litteris tum ista

VALESII ANNOTATIONES.

(16) *Ὑπομνηστικά.* Nicephorus hæc commonitoria (sic enim Latini vocant, quæ Græcis dicuntur ὑπομνηστικὰ) ad Zenonem imperatorem scripta esse existimavit. Verum Evagrius ad Vitalem ac Misenum sedis apostolicæ legatos ea scripta fuisse dicit. Certe commonitoria ad legatos et hujusmodi personas mitti solebant, non autem ad imperatorem Romanum. Erant enim quasi mandata et instructiones, quas studiose observare debebant legati.

(17) *Ὀφείλειν ἀσφαλῶς ἔχειν.* Rectius apud Nicephorum scribitur ὀφείλει, id est, *pro certo habere debes.*

(18) *Καλχηδονέων.* In optimo codice Florentino scriptum inveni, Καλχηδοναίων· quomodo etiam alibi scriptum habet idem codex, ut supra notavi. Sane veteres nummi eam scripturam confirmant, et auctor *etymologici* in voce Καλχηδών.

(19) *Ἐμφέρονται τοῖς τε πεπραγμένοις.* Assentior Henrico Savilio, qui in codice suo emendavit, ἐμφέρονταί τε τοῖς πεπραγμένοις. Sed probare non possum interpretationem Christophorsoni, qui hunc locum ita vertit : *Exstant præterea in actis ejusdem concilii*, etc. Neque enim Evagrius ullius concilii mentionem facit, sed collectionem duntaxat epistolarum recenset, quæ ad causam Acacii pertinebant. Putavit scilicet Christophorsonus, ex eo quod actorum mentionem ab Evagrio fieri viderat, statim consequi, ut hæc in concilio acta fuerint. Verum non ita perpetuo se res habet. Acta enim simpliciter vocari possunt quæcunque in aliquo negotio gesta sunt, etiamsi nullum concilium aut judicium intervenerit.

(20) *Οἳ καὶ διήλεγξαν.* Delendus est articulus postpositivus, quem nec Nicephorus agnoscit.

VARIORUM.

(*o*) *Τοῦ ἐν Ἀφρικῇ διωγμοῦ.* Cœpta est persecutio Africana anno 483. Duo illic edicta emisit Hunnericus adversus catholicos : primum die Ascensionis Dominicæ anni 483 ; secundum VI Kal. Martias anni 484. (Ant. Pagi.)

Digitized by Google

quæ dixi, de Petro referebant : tum quod Joannes quidem qui erat orthodoxus, legitime ordinatus fuisset : Petrus autem a duobus solum episcopis, eamdem cum illo hæresim profitentibus, creatus esset : et quod post Joannis fugam, omni supplicio-rum genere vexati fuissent orthodoxi. Atque hæc omnia Acacium didicisse per quosdam, qui ab urbe Alexandrina Constantinopolim venissent. Denique eumdem Acacium, Petri administrum atque adjutorem in omnibus deprehendi.

A νων ἐπισκόπων (21) παραπλησίων αὐτῷ τὴν κακοδοξίαν ἐχειροτονήθη· καὶ ὡς ἄρτι μετὰ τὴν φυγὴν Ἰωάννου, πάσης αἰκίας ἰδέα κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπηνέχθη. Ταῦτά τε πάντα γνῶναι τὸν Ἀκάκιον δι' ἑνίων αὐτῷ κατὰ τὴν βασιλέως ἀφιγμένων, καὶ συνεργὸν ἐν πᾶσιν εὑρεῖν Πέτρῳ τὸν Ἀκάκιον.

CAP. XXI.

Quomodo Symeones monachus Acœmitensis, Romam veniens, legatos Ecclesiæ Rom. qui Constantinopolim venerant, coarguit, quod cum hæreticis communicassent; et quomodo legati et omnes communicatores Petri, a Romanis depositi sint.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Συμεὼνης μοναχὸς μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων, εἰς Ῥώμην κατελθὼν, τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀποσταλέντας ἐπισκόπους παρὰ Ῥωμαίων διήλεγξε κοινωνήσαντας τοῖς αἱρετικοῖς· καὶ ὡς αὐτοί τε καὶ οἱ κοινωνήσαντες Πέτρῳ, παρὰ Ῥωμαίων καθηρέθησαν.

Auxit ista non mediocriter Symeones monachus Acœmitensis, Romam a Cyrillo missus. Hic enim Misenum ac Vitalem coarguit, quod hæreticis communicassent, Petri nomine in sacris Diptychis publice recitato : atque ita multos ex simplicioribus in fraudem inductos esse ab hæreticis, cum dicerent Petrum a Romana etiam sede susceptum esse in communionem. Adjecit etiam Symeones Misenum ac Vitalem, cum variæ quæstiones propositæ essent, **355** noluisse unquam colloqui cum ullo orthodoxorum, aut litteras eis tradere, nec quidquam eorum quæ contra rectam fidem tentabantur, examinare. Inductus est etiam Sylvanus presbyter, qui una cum Miseno ac Vitale versatus fuerat Constantinopoli, qui monachorum dicta suo testimonio confirmavit. Lecta est præterea Acacii ad Simplicium epistola, in qua Acacius Petrum jampridem depositum fuisse dicebat, eumque noctis filium esse. His de causis, Misenus ac Vitalis sacerdotio pulsi, et a mystica communione remoti sunt, cum universa synodus ita ad verbum pronuntiasset. Petrum hæreticum, qui olim sacræ sedis decreto damnatus, excommunicatus et anathematizatus est, Ecclesia Romana non recipit. Cui etiamsi nihil aliud objiceretur, vel hoc unum sufficeret, quod ab hæreticis ordinatus, orthodoxis præesse non potuit. Istud quoque complectebatur

Ἐπηύξησε δὲ ταῦτα Συμεὼνης μοναχὸς τῶν Ἀκοιμήτων ὁ παρὰ Κυρίλλου σταλείς. Διήλεγξε γὰρ τοὺς περὶ Μισῖνον καὶ Βιτάλιον κοινωνήσαντας τοῖς αἱρετικοῖς, διαῤῥήδην ἐκφωνηθέντος τοῦ ὀνόματος Πέτρου ἐν τοῖς ἱεροῖς Διπτύχοις, καὶ ταύτῃ ὑπαρχθῆναι πολλοὺς τῶν ἁπλουστέρων ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν, λεγόντων δεχθῆναι τὸν Πέτρον καὶ πρὸς τοῦ τῆς Ῥώμης θρόνου. Καὶ πρὸς πεύσεις δὲ διαφόρους ἔλεγεν ὁ Συμεώνης, μὴ ἀνασχέσθαι τοὺς περὶ Μισῖνον ἐντυχεῖν ὀρθοδόξῳ τινὶ, ἢ γραμμάτων ἀπόδοσιν ποιήσασθαι, ἢ τι τῶν τολμωμένων κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀκριβῶσαι. Παρῆχθη καὶ Σιλβανὸς πρεσβύτερος, συνὼν Μισίνῳ καὶ Βιταλίῳ ἀνὰ τὴν Κωνσταντίνου, ὃς τὴν τῶν μοναχῶν φωνὴν ἐπεβεβαίωσεν. Ἀνεγνώσθη καὶ Ἀκακίου ἐπιστολὴ πρὸς Σιμπλίκιον (22), λέγουσα πάλαι καθῃρῆσθαι Πέτρον, καὶ υἱὸν νυκτὸς καθεστάναι. Καὶ ἐπὶ τούτοις τῆς ἱερωσύνης ἀπεκινήθησαν, καὶ τῆς ἀχράντου κοινωνίας ἐχωρίσθησαν Μισῖνός τε καὶ Βιτάλιος, πάσης τῆς συνόδου ψηφισαμένης ἐπὶ λέξεως ταῦτα· Πέτρον τὸν αἱρετικὸν τὸν καὶ πάλαι τῇ ψήφῳ τῆς ἱερᾶς καθέδρας κατακριθέντα (p), ἀποκηρυχθέντα τε καὶ ἀναθεματισθέντα, ἡ Ῥωμαίων Ἐκκλησία οὐ δέχεται. Ὅτινι εἰ καὶ μὴ ἄλλο τι ἀντετίθετο, τοῦτο ἤρκεσεν [71], ὅτι ἀπὸ αἱρετικῶν χειροτονηθεὶς, τῶν ὀρθοδόξων ἡγεῖσθαι οὐκ ἠδύνατο. Περιέχει δὲ καὶ τοῦτο· Ἀκάκιον δὲ τὸν τῆς (23) Κωνσταντινουπόλεως

B

C

VARIÆ LECTIONES.

[71] C. C. ἤρκεσεν ἄν.

VALESII ANNOTATIONES.

(21) *Ὑπὸ δύο μόνων ἐπισκόπων.* Ab uno episcopo, eoque hæretico Mongum ordinatum esse reliqui omnes scribunt. Ita Acacius in epistola ad Simplicium papam, et Felix in epistola synodica ad omnes monachos et archimandritas Constantinopoli et in Bithynia consistentes. Idem etiam testatur Theophanes in *Chronico*, pag. 207 ; et Gelasius in *Gestis de nomine Acacii*. Liberatus tamen a pluribus ordinatum dicit Petrum, licet numerum eorum non exprimat.

(22) *Ἀκακίου ἐπιστολὴ πρὸς Σιμπλίκιον.* Exstat hæc epistola Acacii, Latine edita inter epistolas Simplicii papæ. Ejusdem epistolæ mentio fit in epistola Felicis papæ, quæ sententiam depositionis Acacii continet.

(23) *Ἀκάκιον δὲ τὸν τῆς.* Particulam δὲ addidimus ex codice Florentino, quæ multum lucis affert huic loco. In eodem codice Florentino ad marginem horum verborum, hoc scholium ascriptum est. Οὐ λέγει οὗτος ἐνταῦθα τέως τρανῶς τὸν Ἀκά-

VARIORUM.

(p) *Πάλαι τῇ ψήφῳ τῆς ἱερᾶς καθέδρας κατακριθέντα.* Petrum Fullonem a Simplicio papa damnatum fuisse ostendit Valesius in *Dissert.* de Petro Antiocheno ad finem notarum edita, cap. 2. Vide etiam Pagi ad ann. 478, n. 4, ubi contendit epistolam Petro Fulloni inscriptam, quæ inter epistolas Felicis PP. recensetur, et incipit ; *Quis dabit capiti meo aquam*, etc., revera a Simplicio Petro conscriptam fuisse. Vide plura hac de re in Adnotationibus ad Dissertationem Valesii de Petro Fullone, Notis ejus subjunctam. W. Lowth.

Digitized by Google

μεγίστης εὐθύνης ἄξιον τὸ πρᾶγμα ἀπέδειξε, διότι πρὸς Σιμπλίκιον γράφων, καὶ αἱρετικὸν καλέσας τὸν Πέτρον, νῦν τῷ βασιλεῖ οὐ πεφανέρωκε· δέον εἴπερ ἠγάπα τὸν Ζήνωνα, τοῦτο πρᾶξαι. Ἀλλὰ μᾶλλον τῷ πόθῳ ἀγαπᾷ τὸν βασιλέα, οὐ τὴν πίστιν ἀγαπᾷ (24). Ἀλλ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς (25) τὸν λόγον ἐπανάγωμεν. Φέρεται Ἀκακίου ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ προέδρους, κληρικούς τε καὶ μοναχοὺς καὶ πρὸς ἅπαντα τὸν λεών, δι' ἧς ἐπειράθη τὸ γενόμενον ἀνακαλέσασθαι σχίσμα. Περὶ ὧν καὶ πρὸς Πέτρον τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον γέγραφε.

A sententia, Acacium vero Constantinopoleos episcopum, gravissima reprehensione dignum res ipsa indicavit. Quippe qui cum ad Simplicium scribens, Petrum hæreticum vocasset, idipsum Zenoni haudquaquam significaverit : cum tamen, si quidem Zenonem amabat, id præstare debuisset. Verum ille, ut apparet, Zenonem **356** magis amat quam fidem. Sed redeamus ad ordinem gestorum. Exstat epistola ejusdem Acacii ad episcopos, et ad clericos ac monachos Ægypti, et ad universam plebem: qua schisma quod factum fuerat, resarcire conatus est. Qua de re litteras etiam scripsit ad Petrum episcopum Alexandriæ.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κινηθέντων, καὶ ἐν διαφόροις τόποις, χάριν τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου.

Ἀκμάζοντος τοίνυν τοῦ σχίσματος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, Πέτρος ἑνίους τῶν ἐπισκόπων καὶ ἀρχιμανδριτῶν κοινωνεῖν αὐτῷ πέπεικε, τὸν Λέοντος αὖθις ἀναθεματίσας (26) τόμον, καὶ τὰ ἐν Καλχηδόνι πε-

CAP. XXII.

De turbis quæ Alexandriæ et variis in locis excitatæ sunt ob Chalcedonense concilium.

Porro invalescente schismate Alexandriæ, Petrus, cum Leonis epistolam, et acta Chalcedonensis synodi, eosque qui Dioscori ac Timothei scripta minime susciperent, iterum sub anathemate

VALESII ANNOTATIONES.

κιον ὑπὸ τοῦ Ῥώμης καθαιρεθῆναι. Θεόδωρος δὲ μέντοι καὶ ὁ Κίλιξ Βασίλειος τρανῶς αὐτό φασι. Id est. *Evagrius quidem hoc loco aperte non dicit, Acacium ab episcopo Romano depositum fuisse. Verum Theodorus lector, et Basilius Cilix diserte id affirmant.* De Basilio Cilice idem testatur Nicephorus, in cap. 17, libri XVI. Porro Evagrius noster immerito reprehenditur ab illo scholiaste, quod Acacii depositionem hoc loco reticuerit. Refert hic Evagrius cuncta quæ gesta sunt in synodo Romana, quæ collecta est anno Christi 484 adversus Vitalem et Misenum sedis apostolicæ legatos. In ea synodo Vitalis quidem ac Misenus sacerdotii honore privati sunt. Acacius vero tantum notatus ac perstrictus est, ut ex decreto synodi apparet, quod hic refertur ab Evagrio. Post hæc Felix litteras synodicas misit ad Acacium, in quibus ita scriptum erat : *Peccasti, ne adjicias, et de prioribus supplica.* Quibus acceptis, cum Acacius adhuc recalcitraret, et prioribus deteriora committeret, Felix papa congregatis iterum episcopis apud sanctum Petrum, depositionis sententiam in Acacium promulgavit, eamque per Tutum defensorem Ecclesiæ Romanæ direxit Acacio, quæ sic incipit : *Multarum transgressionum reperiris obnoxius.* Hæc ita gesta esse docet Felix papa, in epistola synodica ad presbyteros et Archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam consistentes. Postquam enim de Vitale ac Miseno, et de Acacio damnatis in synodo Romana scripsit, hæc addit : *Post illam sententiam quæ in Acacium perturbatorem totius Orientis Ecclesiæ dicta est, his quoque nunc congregati adjecimus litteris,* etc. Et paulo post : *Unde nunc causa Antiochenæ Ecclesiæ apud beatum Petrum apostolum collecti, rursum dilectioni vestræ morem qui apud nos semper obtinuit, properamus indicare.* Ex quibus verbis apparet hanc epistolam scriptam esse a Felice, nomine synodi tertiæ Romanæ, quæ collecta erat causa Antiochenæ Ecclesiæ, quam pulso Calendione Petrus Fullo invaserat. In hac igitur synodo Felix sententiam adversus Acacium, quæ incipit, *Multarum transgressionum*, etc., dictavit, et per Tutum defensorem ad Acacium transmisit. Nec est quod quis dicat, eam sententiam jam antea latam fuisse in secunda synodo Romana, tunc cum Vitalis ac Misenus damnati sunt : sed aliquanto post missam fuisse a Felice, ex præcepto synodi tertiæ Romanæ. Id enim refutat Evagrius, qui in synodo Romana qua Vitalis ac Misenus damnati sunt, sententiam depositionis in Acacium latam esse non dicit. Præterea Liberatus in *Breviario*, cap. 18, manifeste docet sententiam illam depositionis adversus Acacium diu post damnationem Vitalis ac Miseni prolatam fuisse. Audi enim quid dicat Liberatus : *Redeunt aliquando legati. Sed præcesserant monachi, qui eos graviter de proditione arguebant. Auditi cominus et convicti ex ipsis litteris quas detulerunt, a locis propriis sunt remoti.* Et paulo post : *Ubi ergo ad plenum detectus est Acacius hæreticus, papa Felix in litteris suis synodicis sic posuit : Peccasti, ne adjicias, et de prioribus supplica. Susceptis his Acacius litteris perseverat, neque recedens a communione Petri, neque suadens ei palam suscipere synodum Chalcedonensem, et tomum papæ Leonis. Hæc cognoscens papa Felix, damnationis scripturam misit Acacio per Tutum defensorem, cujus est principium : Multarum transgressionum reperiris obnoxius.*

(24) *Καὶ τὴν πίστιν ἀγαπᾷ.* In mss. codicibus Florentino ac Telleriano, et apud Nicephorum scribitur οὐ τὴν πίστιν ἀγαπᾷ. Melius tamen scriberetur, ἢ τήν. Quo modo etiam legisse videtur Christophorsonus. Sed et in superiori linea libentius ita legerem, εἴπερ ἠγάπα τὴν πίστιν μᾶλλον ἢ τὸν Ζήνωνα, etc. Id est, *Cum tamen, siquidem fidem magis quam Zenonem amabat, id præstare debuisset.*

(25) *Ἀλλ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς.* Post synodum Romanam quæ ob causam Vitalis ac Miseni collecta fuerat, et in qua Vitalis quidem ac Misenus damnati sunt; Petrus vero et Acacius notati ac perstricti, consequens erat ut Evagrius de sententia depositionis in Acacium lata, et per Tutum defensorem Constantinopolim missa loqueretur. Nec tamen id hoc loco fecit Evagrius. Cujus rei duæ possunt afferri rationes. Aut enim ob reverentiam sedis Constantinopolitanæ id factum est ab Evagrio : aut propterea quod id jam supra retulerat Evagrius ex Zacharia rhetore, ut videre est in cap. 18. Quod igitur illic retulerat, id hoc loco repetere superfluum duxit.

(26) *Λέοντος ἀναθεματίσας.* Hunc locum supplevi ex codice Florentino, in hunc modum. Λέοντος αὖθις ἀναθεματίσας. Non enim semel, sed sæpius Petrus Mongus Chalcedonensem synodum cum Leonis epistola damnavit.

Digitized by Google

damnavisset, episcopis quibusdam et archimandritis persuasit, ut sibi communicarent. Et quoniam aliis idem persuadere non potuerat, plurimos monasteriis suis exegit. Quas ob causas Nephalius ad urbem regiam profectus, rem omnem Zenoni nuntiavit. Ille graviter commotus, Cosmam, unum ex suis protectoribus, Alexandriam misit, qui unitatis causa gravissimas minas Petro intentaret, utpote qui maximam dissensionem asperitate sua excitasset. Verum Cosmas, cum nihil ipsi ex voto successisset, Constantinopolim revertitur, monachis qui expulsi fuerant, in sua domicilia restitutis. Rursus itaque imperator Arsenium mittit, quem præfectum Ægypti et ducem rei militaris simul promoverat. Qui una cum Nephalio Alexandriam ingressus, verba fecit de concordia. Sed cum persuadere eis non potuisset, nonnullos eorum misit Constantinopolim. Ac multa quidem de concilio Chalcedonensi disputata sunt coram Zenone. Nihil tamen perfectum est, propterea quod Zeno Chalcedonensi concilio minime assentiebatur.

A πραγμένα, καὶ τοὺς μὴ δεχομένους τὰ συγγράμματα Διοσκόρου καὶ Τιμοθέου. Καὶ ὡς τοὺς ἄλλους πείθειν οὐκ ἴσχυε, τοὺς πλείστους ἐκ τῶν οἰκείων ἀπήλαυνε μοναστηρίων· ἐφ' οἷς Νηφάλιος ἀνὰ τὴν βασιλέως (27) γενόμενος, τὰ περὶ τούτων ἀνήγγειλε τῷ Ζήνωνι. Ὃς συνταραχθείς, Κοσμᾶν ἐκπέμπει ἕνα τῶν ὑπασπιζόντων αὐτῷ, μυρίας κατὰ Πέτρου τῆς ἑνώσεως χάριν ἐπιφερόμενον ἀπειλάς, ὡς δὴ διὰ τῆς οἰκείας τραχύτητος διάστασιν μεγάλην εἰργασμένου. Καὶ μηδενὸς τοῦ [72] κατὰ σκοπὸν οἱ προχωρήσαντος, ἀνεχώρει πρὸς τὴν βασιλέως ὁ Κοσμᾶς, μόνοις τοῖς ἀπελαθεῖσιν ἀποδοὺς οἰκεῖα καταγώνια· καὶ πέμπεται αὖθις πρὸς τοῦ βασιλέως Ἀρσένιος ἡγεμὼν Αἰγύπτου τε καὶ τῶν στρατιωτικῶν ταγμάτων προβεβλημένος· ὃς σὺν Νηφαλίῳ τὴν Ἀλεξάνδρου κατειληφὼς, λόγους περὶ τῆς ἑνώσεως ἐκίνει· καὶ μὴ πείσας, ἑνίους τούτων ἐκπέμπει ἀνὰ τὴν βασιλίδα πόλιν. Πλεῖστοι μὲν οὖν παρὰ τῷ Ζήνωνι περὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου κεκίνηντο λόγοι· ἐκβέβηκε δὲ πρὸς ἔργον οὐδέν, παντελῶς οὐ συνθεμένου Ζήνωνος τῇ ἐν Καλχηδόνι συνόδῳ.

CAP. XXIII.

De Fravita et Euphemio Constantinopolitanis episcopis; et de Athanasio ac Joanne Alexandrinis; et de Palladio ac Flaviano Antiochenis, item de aliis quibusdam.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Περὶ τοῦ Φραυΐτου καὶ Εὐφημίου τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν, καὶ Ἀθανασίου καὶ Ἰωάννου τῶν Ἀλεξανδρέων, καὶ Παλλαδίου καὶ Φλαβιανοῦ τῶν Ἀντιοχέων, καὶ ἑτέρων τινῶν.

Inter hæc Acacio Constantinopolitano fatali sorte B

Ἐν τοσούτῳ δὲ (28) Ἀκακίου (*q*) τοῦ Κωνσταντινου-

VARIÆ LECTIONES.

[72] C. C. μηδενός του.

VALESII ANNOTATIONES.

(27) *Ἐφ' οἷς Νηφάλιος ἀνὰ τὴν βασιλέως.* Illius abbatis Nephalii meminit Liberatus in *Breviario* cap. 18. ita scribens: *Porro Petrus de propriis civitatibus catholicos expulit sacerdotes, ex quibus nonnulli apud Constantinopolim persecutionem gravissimam pertulerunt. Scandalizabat autem imperator et illos, qui a parte abbatis Nephalii erant, et qui circa Joannem episcopum, Egumenum monasterii Diolchon. Et agens contra ipsum Joannem præpositurum ei abstulit, et eam tradidit monasterio abbatis Amonis.*

(28) *Ἐν τοσούτῳ δὲ Ἀκακίου.* Malim scribere, ἐν τούτῳ δέ, etc. Porro notandum est Evagrium primo loco referre mortem Acacii. Ex tribus enim illis schismaticis qui Orientis Ecclesiam laceraverunt; Acacio scilicet Constantinopolitano, Petro Alexandrino, et Petro Antiocheno, primum ait Acacium ex hac vita migrasse: Petrum deinde Alexandrinum, qui Mongus dictus est: postremum vero Petrum Fullonem ex hac luce sublatum. Verum Victor Tunonensis in *Chronico*, ex tribus illis quos dixi, primum obiisse scribit Petrum Antiochenum. Sic enim scribit: *Post consulatum secundum Longini, Petrus Antiochenus sub damnatione moritur, et in ejus loco Calendion ordinatur. Orientales autem episcopi tanquam nescientes, Joannem cognomento Codonatum eidem Antiochenæ Ecclesiæ consecrant episcopum, cui Petrus successit hæreticus.* Hic erat annus Christi 488, Dynamio et Sifidio consulibus. Sequente vero anno, quo consules fuerunt Probinus et Eusebius, idem Victor Tunonensis Acacii obitum commemorat his verbis: *Eusebio V. C. cos. Acacius Constantinopolitanus episcopus sub damnatione moritur, et pro eo Flavita episcopus ordinatur, cui tertio promotionis suæ mense mortuo, Euphemius synodi Chalcedonensis decretorum custos in episcopatu succedit.* Anno autem sequenti, Longino iterum et Fausto consulibus, Petrum Alexandrinum sub damnatione mortuum esse idem Victor scribit. At Baronius in *Annalibus ecclesiasticis*, horum trium schismaticorum interitum, eodem quidem ordine refert quo Victor Tunonensis, sed non eodem anno. Petrum enim Fullonem obiisse scribit anno natalis Dominici 486, Acacium vero biennio post, id est anno Christi 488. In Mongi autem interitu prorsus consentit cum Victore. Ego vero Victoris sententiam sequi malim, qui Fullonis interitum refert anno Christi 488. Nam Calendio episcopus Antiochiæ creatus est anno natalis Dominici 482, ut constat ex Epistola Simplicii papæ, qui cum episcopatum illum quatuor annis obtinuerit, sicut testatur Theophanes, necessario dicendum est Petrum Fullonem, qui pulso Calendione, in ejus locum subrogatus est, anno Christi 486 Antiochenam sedem occupasse. Quis autem credat Petrum Fullonem, qui tot ac tanta facinora episcopatus sui tempore perpetravit, paucis post promotionem suam mensibus interiisse? Non igitur anno Christi 486 obiit Petrus Fullo, ut putavit Baronius. Sed hoc argumentum facile refellitur: sola enim Theophanis auctoritate nititur, qui quatuor annos episcopatus tribuit Calendioni. Atqui Calendio anni duntaxat spatio sacerdotium gessit. Dejectus enim est per insidias ordinatoris sui Aca-

VARIORUM.

(*q*) *Ἀκακίου.* Acacio in sede CP. defuncto anno Chr. 489. post annorum 17, et mensium 9 episcopatum, successit Phravita seu Flavita. Cui post tres menses et dies septemdecim demortuo, successit Euphemius eodem anno. (Ant. Pagi, ad dictum annum.)

Digitized by Google

πόλεως τὴν κοινὴν στειλαμένου πορείαν, Φραυΐτας τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. Καὶ συνοδικοῖς χρησαμένου τοῦ Φραυΐτου (29) πρὸς τὸν Ἀλεξανδρείας Πέτρον, ἀμοιβαίοις ὁ Πέτρος ἐχρήσατο γράμμασι τὰ αὐτὰ περὶ τῶν ἐν Καλχηδόνι πεπραγμένων διεξελθών. Ἐπειδὴ δὲ καὶ Φραυΐτας τῶν ἐντεῦθεν ἐξεδήμησε, τέτταρας καὶ μόνους ἐπισκοπήσας μῆνας, Εὐφήμιος μετ' αὐτὸν ἐπίσκοπος κεχειροτόνητο. Οὗτος τὰς συνοδικὰς ἐπιστολὰς δέχεται Πέτρου, τὰς πρὸς Φραυΐταν γεγενημένας. Καὶ εὑρηκὼς τὸ κατὰ τῶν ἐν Καλχηδόνι πεπραγμένων ἀνάθεμα, λίαν ἐταράττετο, καὶ ἑαυτὸν τῆς πρὸς Πέτρον κοινωνίας ἀπέρρηξε. Καὶ φέρεται τούτων ἑκατέρα ἐπιστολή, ἥ τε παρὰ Φραυΐτου πρὸς Πέτρον, ἥ τε παρὰ Πέτρου πρὸς Φραυΐταν, ἃς διὰ τὸ μακρὸν τῆς λέξεως, παρίημι. Μελλόντων τοιγαροῦν Εὐφημίου καὶ Πέτρου πρὸς ἀλλήλους ἀντιφέρεσθαι, καὶ συνόδους ἐφ' ἑαυτοὺς καλεῖν, φθάνει τελευτήσας ὁ Πέτρος (r), καὶ διαδέχεται τούτου τὸν θρόνον Ἀθανάσιος. Ὃς ἐπειράθη τοὺς διαστάντας συνάψαι, οὐκ ἴσχυσε δὲ, πρὸς διαφόρους γνώμας τῶν μερῶν (30) ἀποχριθέντων. Ὅστις Ἀθανάσιος μετὰ ταῦτα συνοδικὰς ἐπιστολὰς διαπεμπόμενος Παλλαδίῳ τῷ μετὰ Πέτρον (31) (s) ἐπισκοπήσαντι τὴν Ἀντιόχου, τὰ παραπλήσια πέπραχε περὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου. Ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ Ἰωάννης ὁ μετὰ Ἀθανάσιον τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ θρόνον διαδεξάμενος. Καὶ Παλλαδίου τελευτήσαντος τοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ προέδρου, καὶ Φλαβιανοῦ τὸν ἐκείνου

A sublato, Fravita in ejus locum **357** succedit. Qui cum synodicas suas ad Petrum misisset, rescripsit ei vicissim Petrus, de Chalcedonensi synodo eadem dicens quæ supra commemoravi. Mortuo deinde Fravita, qui quatuor duntaxat menses episcopatum gessit, Euphemius ejus loco episcopus est ordinatus. Hic accepit synodicas epistolas, quas Petrus ad Fravitam scripserat. Cumque in illis anathematizari gesta Chalcedonensis synodi deprehendisset, magnopere conturbatus est, seque a Petri communione sejunxit. Exstant etiamnum utriusque epistolæ, tam Fravitæ ad Petrum, quam Petri ad Fravitam. Quas ob nimiam prolixitatem prætermisi. Cum igitur Euphemius ac Petrus adversus se invicem contendere, et synodos alter contra alterum convocare jam pararent, Petrus fatali morte præripitur; B eique succedit Athanasius. Qui cum diu multumque laborasset ut eos qui inter se dissidebant reconciliaret, id tamen perficere non potuit, partibus in varias sententias discissis. Postea idem Athanasius, cum synodicas litteras mitteret ad Palladium Antiochensem episcopum qui Petro successerat, de **358** Chalcedonensi synodo idem fecit quod Petrus. Idem quoque factum est a Joanne, qui post Athanasium Alexandrinam sedem obtinuit. Mortuo posthæc Palladio Antiochensis Ecclesiæ antistite, Flavianus, cum in ejus locum successisset, Salomonem Antiochenum presbyterum misit Alexan-

VALESII ANNOTATIONES.

cii, paulo post synodum Romanam, anno Christi C 483, ut docet epistola Felicis papæ ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam consistentes, et auctor *Gestorum de nomine Acacii*. Gravissime autem falluntur Theophanes ac Cedrenus, qui Petrum Fullonem post Petrum Mongum e vivis abiisse scribunt. Quos refellit Gelasius papa in epistola ad Orientales, qui Fullonem priorem obiisse testatur his verbis : *Docete igitur Petrum Alexandrinum ab Antiocheni Petri unquam communione desiisse, et non usque ad diem, cum Antiochenus Petrus in hac luce versatus est, individuum utrisque fuisse consortium*, Et iterum, pag. 215 : *Sed donec advixit Antiochenus Petrus, qui utique post Acacianum cum Petro Alexandrino fœdus initum defunctus ostenditur, nunquam Antiocheno Petro Alexandrinus Petrus communicare desiit, quod Catholicorum continet relatio sacerdotum.*

(29) *Συνοδικοῖς χρησαμένου τοῦ Φραυΐτου.* Scribit Theophanes Fravitam synodicas litteras scripsisse ad Petrum Alexandrinum, quibus negabat D se Felici episcopo Romano communicare. Rursus vero synodicis ad Felicem missis, ei significasse, nullam se communionis societatem habere cum Petro Alexandrino. Eidem Fravitæ tres duntaxat menses episcopatus assignat Theophanes, sicut et Victor Tunonensis; non autem quatuor, ut Evagrius.

(30) *Πρὸς διαφόρους γνώμας τῶν μερῶν.* Erant Alexandriæ tunc duo genera hæreticorum; Dioscoritæ scilicet, et Esaiani : de quibus Liberatus in *Breviario*. Ex his Dioscoritæ quidem Chalcedonensem synodum prorsus damnabant et anathematizabant. Esaiani vero, Zenonis edictum sequentes, eam quidem synodum haudquaquam admittebant: non tamen anathema ei dicebant.

(31) *Παλλαδίῳ τῷ μετὰ Πέτρον.* Quo anno mortuus sit Petrus Antiochenus, Evagrius diserte non dicit : nec ex ejus verbis colligi potest eum obiisse post Petrum Alexandrinum. Imo contrarium potius ex Evagrii verbis elicitur. Nam si Petrus Antiochenus superstes fuisset Alexandrino Petro, certe Athanasius qui Alexandrino Petro successit, synodicas suas Antiocheno Petro misisset. Ilæ enim litteræ in ipso episcopatus exordio a Patriarchis mitti consueverant. Cum igitur synodicas suas ad Palladium Antiochenum miserit Athanasius, ex eo apparet Antiochenum Petrum diu ante Alexandrinum obiisse. Porro de synodicis Athanasii litteris ita scribit Liberatus in *Breviario* : *Non post multum tempus moritur et Petrus Mongus Alexandriæ, et post eum in ea sede ordinatur Athanasius : qui et ipse in edicto Constantinopolitanæ et Antiochenæ et Hierosolymitanæ communicavit Ecclesiæ.*

VARIORUM.

(r) *Φθάνει τελευτήσας ὁ Πέτρος.* Petrus Mongus Alexandriæ decessit e vivis anno Chr. 490 et Athanasius II, cognomento Celites (hæreticus), in ejus locum promotus est, die nona Februarii. Post annos VI, et dies 223, obiit Athanasius, anno 496, et in ejus locum suffectus est Joannes Mela, sive Hemula. Sedit hic annos 8, et dies 224, quem fato functum anno 505, excepit alter Joannes cognomento Nicæota. Pagius ad eos annos.

(s) *Παλλαδίῳ τῷ μετὰ Πέτρον.* Petrus Fullo, favore Zenonis Aug. episcopatum Antiochenum tenuit usque ad mortem, quæ contigit anno 488 et Palladium hæreticum successorem habuit. Huic, postquam decem annos sederat, demortuo successit Flavianus orthodoxus, anno 498. (Ant. Pagi ad annos 486 et 496.)

Digitized by Google

diam, qui synodicas ipsius perferret, et Joannis vicissim litteras flagitaret. Post hunc autem Joannem alter ejusdem nominis Joannes episcopatum Alexandriæ sortitus est. Et hæc quidem ad eum quem dixi modum evenerunt, usque ad primordia imperatoris Anastasii. Hic enim Euphemio episcopatum abrogavit. Quæ quidem continua serie commemorare necessarium duxi, tum perspicuitatis causa, tum ut facilius memoriæ mandarentur.

A Θρόνου διαδεξαμένου, πέμπεται πρὸς αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν Σολομὼν Ἀντιοχείας πρεσβύτερος, συνοδικά τε κομίζων, καὶ ἀμοιβαίους συλλαβὰς ζητῶν Ἰωάννου πρὸς Φλαβιανόν. Καὶ μετὰ Ἰωάννην δὲ, ἕτερος Ἰωάννης τὸν Ἀλεξανδρείας διαδέχεται Θρόνον. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω προυχεχωρήκει μέχρι τινῶν τῶν Ἀναστασίου χρόνων. Εὐφήμιον γὰρ αὐτὸς ἐκβεβλήκει· ἅπερ ἠνάγκασμαι καθ' εἱρμὸν συνάψαι σαφηνείας τε καὶ εὐμαθείας ἕνεκα.

CAP. XXIV.

De cæde Armati qui cognatus fuit Verinæ Augustæ.

Cæterum Zeno suasu Illi, Armatum quoque interfecit, cognatum Verinæ Augustæ : quem quidem antea donis corruperat, cum adversus ipsum a Basilisco missus fuisset, et pro hoste socium atque amicum reddiderat; filium quoque ejus Basiliscum, in urbe Nicæa Cæsarem renuntiaverat. Sed cum Constantinopolim venisset, Armatum quidem per fraudem interemit, Basiliscum vero ejus filium, ex Cæsare presbyterum fecit. Qui postea ad episcopalem dignitatem pervenit.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Ἀρμάτου συγγενοῦς Βερίνης τῆς βασιλίδος.

Ὁ δὲ Ζήνων Ἰλλοῦ γνώμῃ καὶ τὸν Ἁρμάτον ἀναιρεῖ (*t*), συγγενῆ Βερίνης τῆς βασιλίδος· ὃν καὶ καταπεμφθέντα πρὸς Βασιλίσκου, δώροις ὁ Ζήνων ἁλίσκει (32), καὶ σύμμαχον αὐτὸν ἀντὶ πολεμίου ποιεῖται, καὶ Βασιλίσκον τὸν αὐτοῦ παῖδα Καίσαρα χειροτονεῖ ἐν Νικαίᾳ τῇ πόλει. Παρελθὼν δὲ ἐς Βυζάντιον, τὸν μὲν Ἁρμάτον δολοφονεῖ· Βασιλίσκον δὲ τὸν αὐτοῦ παῖδα, ἀντὶ Καίσαρος ἱερέα δείκνυσιν· ὃς ὕστερον καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἠξίωτο.

CAP. XXV.

De Theoderici Scythæ rebellione, deque ejusdem interitu.

Insurrexit quoque adversus Zenonem Theodericus, natione Gothus : collectisque in Thracia suis copiis, expeditionem suscepit adversus Zenonem. Et cum cuncta quæ obvia erant, usque ad fauces Ponti late vastasset, parum abfuit quin ipsam urbem regiam caperet, cepissetque omnino, nisi quidam ex ejus familiaribus, donis corrupti, ipsum interficere moliti essent. Itaque ille, cognita suorum malevolentia, retro abscessit. **359** Nec multo post vitam cum morte commutavit. Mortis autem genus quale fuerit, exponam. Hasta amentata ante illius

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Περὶ τῆς ἐπαναστάσεως Θευδερίχου τοῦ Σκύθου, καὶ τῆς τούτου τελευτῆς.

Ἐπανίσταται δὲ τῷ Ζήνωνι καὶ Θευδέριχος Σκύθης ὢν γένος· καὶ τὰς οἰκείας δυνάμεις ἀνὰ τὴν Θρᾳκῶν ἀθροίσας, ἐπιστρατεύει κατὰ τοῦ Ζήνωνος. Καὶ μέχρι στόματος τοῦ Πόντου ἐλθὼν τὰ ἐν ποσὶ χωρία, μικροῦ τὴν βασίλειον εἶλε πόλιν, εἴ γε μή τινες τῶν ἐς τὰ μάλιστα αὐτῷ ἐπιτηδείων ὑπαχθέντες, ἐβουλεύσαντο αὐτὸν ἀνελεῖν. Ὃς ἐθελοκακοῦντας τοὺς οἰκείους ἐγνωκὼς, ἐς τοὐπίσω μὲν ἀποχωρεῖ. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον τοῖς ἀπελθοῦσι συναριθμεῖται. Λέξω δὲ καὶ τὸν τῆς τελευτῆς τρόπον, ὧδε γενόμενον· Δόρυ διηγκυλημένον (33) πρὸ τῆς σκη-

VALESII ANNOTATIONES.

(32) *Δώροις ὁ Ζήνων ἁλίσκει.* Zeno non solum muneribus ac donis, sed etiam pollicitationibus Armatum ad suas partes traduxit. Pollicitus enim est se simul ac imperium recuperasset, Armatum quidem magistrum præsentis militiæ perpetuum; Basiliscum vero ejus filium, Cæsarem et assessorem sibi esse facturum, ut scribit Theophanes in *Chron.* pag. 107; cujus verba, quia corrupta sunt, nec ab interprete intelligi potuerunt, hic apponam : Ἀλλὰ δώροις τοῖς παρὰ Ζήνωνος καὶ οὗτος ὡς ἐπὶ πολὺ τυφλωθείς, καὶ ὑποσχέσει διαδόχου στρατηλατείας, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βασιλίσκον Καίσαρα ποιῆται καὶ συγκάθεδρον αὐτοῦ, σὺν αὐτῷ κατὰ Βασιλίσκου ἐπανῆλθεν. Id est : *Verum donis a Zenone missis ipse quoque obcæcatus, et pollicitatione perpetuæ magisteriæ potestatis, et quod Zeno Basiliscum ipsius filium Cæsarem atque assessorem suum facturus esset, una cum Zenone reversus est contra Basiliscum.* Scribo igitur, καὶ ὑποσχέσει διαδόχου στρατηλατείας. Ἀδιάδοχον στρατηλατείαν vocat Theophanes perpetuam magistri militum potestatem. Auctor *Chronici Alexandrini* emendationem nostram prorsus confirmat. Scribit enim Zenonem Armato promisisse, se magisteriam præsentis militiæ potestatem ei concessurum quoad viveret, Ἐπαγγειλάμενος αὐτῷ πολλὰ, καὶ τὴν στρατηλασίαν τοῦ πραισέντου ἕως τῆς αὐτοῦ ζωῆς. De hoc Armato Suidas multa refert in voce Ἁρμάτος, quæ desumpta videntur ex Damascio in *Vita Isidori philosophi.*

(33) *Δόρυ διηγκυλημένον.* In hujus verbi expositione hallucinati sunt interpretes. Langus quidem *hastam expeditam* vertit. Musculus vero suo more, cum Latinum vocabulum ipsi non suppeteret, Græcam vocem retinuit. At Christophorsonus omnium pessime interpretatur *hastam cuspide bifida*, Ego *amentatam* verti. Ἀγκύλη enim idem est quod *amentum* : eorum scilicet quo vinciebantur jacula seu lanceæ, ut in hostem emitti possint. Glossæ veteres ex *Bibliotheca* Petri Danielis a Turnebo citatæ ita exponunt : *Amentum, corrigia lanceæ, quæ etiam ansula est ad jactum.* Ubi ansula est ἀγκύλη, qua scilicet comprehenditur te-

VARIORUM.

(*t*) *Ἀρμάτον ἀναιρεῖ.* Auctor *Chronici Alexandrini* ait Armatum Basilisco supra memorato jurasse super baptismatis sacramento, quod illium et res suas Zenoni nequaquam proderet : quod postea tamen fecit. Suidas Armatum depingit ut dissolutum, Zenonidis Basilisci uxoris adulterum, in puniendo crudelissimum, adeo ut cives cæso illo maxime lætati fuerint.

Digitized by Google

νῆς αὐτῷ μετηώρητο σχῆμα βαρβαρικόν. Εἶτα διακινῆσαι τὸ σῶμα βουληθείς, ἵππον ἀχθῆναι προστέταχεν· ἀναβολεῖ δὲ οὐκ εἰωθὼς χρῆσθαι (34), τῷ ἵππῳ προσήλατο. Ὁ δὲ, ἀγελαῖός τις ὢν καὶ ὑβριστὴς, οὔπω περιβάδην Θευδερίχου καθίσαντος, μετεωρίζει τὼ πρόσθε πόδε, τῷ ὀπισθίῳ μόνῳ ἀκροβατῶν. Ὡς διαφιλονεικοῦντα τὸν Θευδέριχον, καὶ μήτε τῷ χαλινῷ ἀνασειράζειν (35) [73] τὸν ἵππον τολμῶντα, ὡς ἂν μὴ ἐμπέσοι γε αὐτῷ, μηδὲ τῆς ἕδρας βεβαίως ἀντεχόμενον, τῇδε κἀκεῖσε περιδονεῖσθαι, διασεῖσαι τὴν αἰχμήν. Ταύτην τε ἐπ' αὐτὸν ἐνεχθῆναι πλαγίαν, καὶ τὴν πλευρὰν κατατρῶσαι. Ἔνθεν τε κλινήρη γενόμενον, καὶ βραχείας ἡμέρας ἀρκέσαντα, τὸν βίον ἐκ τοῦδε τοῦ τραύματος καταπρέψαι.

A tabernaculum suspensa erat, more barbarico. Forte igitur cum corpus exercere vellet, equum sibi adduci jussit. Cumque stratoris auxilio haudquaquam uti soleret, ipse in equum insiliit. Equus vero, utpote indomitus ac ferox, cum Theodericus ipsum ambabus tibiis nondum amplexus esset, anterioribus pedibus in sublime elatis, posterioribus duntaxat insistere atque ingredi cœpit. Adeo ut Theodericus cum equo suo certans, ac neque illum freno retrahere ausus, ne retractus supra ipsum caderet, neque in sella firmiter inhærens, hac et illac circum ageretur, hastæque cuspidem impelleret. Quæ in eum oblique impacta, latus ejus vulneravit. Inde igitur in lectum delatus, cum paucos dies supervixisset, ex eo vulnere decessit.

B

ΚΕΦΑΛ. Κϛ'.

Περὶ τῆς Μαρκιανοῦ ἐπαναστάσεως, καὶ εἴ τι περὶ τοῦτον συνέβη.

Μετὰ ταῦτα διενεχθεὶς πρὸς Ζήνωνα Μαρκιανὸς (36), παῖς μὲν Ἀνθεμίου τοῦ Ῥώμης βασιλεύσαντος, κῆδος δὲ πρὸς Λέοντα τὸν βασιλευκότα πρότερον ἐσχηκὼς, ἐπεὶ τὴν νεωτέραν αὐτοῦ θυγατέρα Λεοντίαν ἐσῳκίσατο, τυραννεῖν ἐπειρᾶτο. Καὶ μάχης ἰσχυρᾶς περὶ τὰ βασίλεια συῤῥαγείσης, καὶ πολλῶν ἑκατέρωθεν πεπτωκότων, τρέπει τοὺς ἐναντίους ὁ Μαρκιανὸς· καὶ τῶν βασιλείων ἐγκρατὴς γέγονεν ἄν, εἰ μὴ τὸν καιρὸν παρῆκεν, (*u*) ἐξαύριον τὴν πρᾶξιν ἀναβαλλόμενος. Ὀξυπετὴς γὰρ ὁ καιρὸς, καὶ παραπίδας μὲν ἰὼν, ἴσως ἁλίσκεται· ἐπὰν δὲ τὴν λαβὴν διαδράτοι, μετεωροπορεῖ, γελᾷ τε τοὺς C διώκοντας, ἔφικτὸς αὐτοῖς λοιπὸν οὐκ ἀνεχόμενος εἶναι. Ὅθεν ἀμέλει οἱ πλᾶσται καὶ ζωγράφοι, κόμην

CAP. XXVI.

De rebellione Marciani, et quid eidem acciderit.

Post hæc Marcianus, filius Anthemii ejus qui Romæ imperavit, affinis autem Leonis qui ante Zenonem imperium rexerat (ejus enim filiam natu minorem, Leontiam nomine, uxorem duxerat), a Zenone dissidens, tyrannidem abripere conatus est. Commissaque gravi pugna circa palatium, et plurimis ex utraque parte cæsis, Marcianus adversarios in fugam vertit, eodemque impetu palatium occupavisset, nisi re in crastinum diem dilata, opportunitatem **360** e manibus elabi sivisset. Volucris enim est occasio, et dum ad pedes quidem advolat, forsitan apprehendi potest: ubi vero manus effugerit, in sublime avolat, ridetque eos qui ipsam insequuntur, nec amplius ad eos advolare sustinet.

VARIÆ LECTIONES.

[73] C. C. ἀνασειροΐζειν.

VALESII ANNOTATIONES.

lum ut jaciatur. Hesychius διηγκυλίσθαι exponit, τὸ ἐνεῖραι τοὺς δακτύλους τῇ ἀγκύ η τοῦ ἀκοντίου· τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἕτοιμον εἶναι. Sic ἀγκυλητοὺς κοττάβους dixit Æschylus, metaphora sumpta ἀπὸ τῶν δοράτων, ἅπερ ἀγκυλητὰ καὶ μεσάγκυλα ἐκάλουν, ut scribit Eustathius ad librum secundum *Iliadis*. Duplex autem erat usus amenti. Nam et ad apprehendendum jaculum conducebat, et ut majore impetu ferretur in hostem.

(34) *Ἀναβολῇ δὲ οὐκ εἰωθὼς χρῆσθαι.* In optimo codice Florentino diserte scriptum inveni ἀναβολεῖ, quemadmodum viri docti legendum esse conjecerant. Est autem ἀναβολεύς, quem Latini stratorem vocant, qui dominum in equum levare solet, ut testatur Suidas: apud quem exstat locus veteris scriptoris, qui de rege Masinissa ita scribit, Ὁ δὲ Μασσανίσσας γηράσας ἵππου χωρὶς ἀναβολέως ἐπέβαινεν. Ubi Suidas vocabulum ἀναβολέα sumpsisse videtur pro scala quam vulgo stapedam vocamus.

(35) *Ἀνασειρίζειν.* Scribendum puto ἀνασειράζειν, ut legitur in codice Telleriano. Ita enim postulat analogia, ut a πεῖρα fit πειράζειν. Suidas ἀνασειράζειν exponit, ἀνθέλκειν, ἀναχαλινοῦν Nicephorus autem pro hac voce posuit ἀναστέλλειν. Porro mors Theoderici contigit anno Christi 481, ut testatur Marcellinus in *Chronico*, his verbis; *Placidio solo cos. Theodericus Triarii filius rex Gothorum, ascitis suis usque ad Anaplum, quarto urbis milliario advenit; nulli tamen Romanorum noxius continuo reversus est. Porro in Illyricum properans, dum inter suorum moventia plaustra progreditur, jacentis super carpentum teli acumine, et pavescentis equi sui impulsione fixus transverberatusque interiit.*

(36) *Μετὰ ταῦτα Μαρκιανός.* Theophanes motum hunc Marciani, perinde ac Evagrius noster, refert statim post obitum Theoderici Triarii filii. Dissentit tamen Malchus in Historia Byzantina. Scribit enim Theodericum Triarium audita seditione Marciani, illico contractis ingentibus copiis, Constantinopolim versus profectum esse: specie quidem ut imperatori suppetias ferret: revera tamen ut urbem regiam occuparet. Verba Malchi, si quis legere desiderat, habentur pag. 86 editionis Regiæ. Adde quod Procopius Marciani frater, capto Marciano et profligata ejus tyrannide, ad Theodericum in Græciam profugit. Cumque Zeno missa legatione eum sibi dedi postularet, nunquam id a Theoderico impetravit, ut scribit Candidus in libro secundo, et Malchus in libro jam citato.

VARIORUM.

(*u*) *Εἰ μὴ τὸν καιρὸν παρῆκεν.* Ad eamne epulas somnumque capiendum, rebus nondum peractis, se convertit ut testatur Theophanes. Porro hunc motum Antonius Pagi contigisse putat anno Chr. 478, aut 479. (Vid. eum ad ann. 482, n. 17.)

Digitized by Google

Itaque pictores et statuarii comam ei a fronte demittunt, et occipitium ad cutem usque radunt : prudenter admodum subindicantes occasionem, quandiu quidem a tergo imminet, coma demissa facile apprehendi posse : quando autem præcedit, penitus effugere, nullam ansam qua capiatur, præbentem insequentibus. Quod quidem tunc accidit Marciano : qui cum occasionem ipsi oblatam elabi sivisset, eamdem postea recuperare non potuit. Postero enim die a suis proditus, et solus reiictus, confugit ad Basilicam sanctorum apostolorum. Unde per vim extractus, Cæsaream Cappadociæ relegatur. Ibi cum se monachis quibusdam aggregavisset, postea fugam meditari deprehensus est. Quam ob causam ab imperatore Tarsum Ciliciæ deportatus, detonsa coma presbyter est ordinatus. Atque hæc quidem ab Eustathio Syro scripta sunt eleganter.

A ἔμπροσθεν καθέντες αὐτῷ, τὴν κεφαλὴν ὄπισθεν ἐν χρῷ ξυρῶσιν· εὖ μάλα σοφῶς αἰνιττόμενοι, ὡς ὀπισθόπους μὲν τυγχάνων, τῷ καθειμένῳ τῆς κόμης ἴσως κρατεῖται· ἐμπροσθόπους δὲ γενόμενος, τέλεον διαφεύγει, οὐκ ἔχων ὅτῳ κρατηθείη τῷ διώκοντι. Ὅπερ καὶ ἐπὶ Μαρκιανῷ γέγονε, τὸν μὲν εὔθετον αὐτῷ καιρὸν ἀπολέσαντι, ἐξευρεῖν δὲ τοῦτον λοιπὸν οὐ δυνηθέντι. Ἀνὰ γὰρ τὴν ἑξῆς πρὸς τῶν οἰκείων καταπροδοθεὶς, καὶ μόνος ἀπολιφθεὶς, πέφευγεν ἀνὰ τὸ τέμενος τῶν θεσπεσίων Ἀποστόλων· ἐκεῖθέν τε πρὸς βίας ἀφελκυσθεὶς, εἰς Καισάρειαν πόλιν τῆς Καππαδοκῶν ἐξοικίζεται. Καί τισι μοναχοῖς συναγελαζόμενος, ὕστερον ἐφωράθη λαθεῖν ἐθέλων· καὶ πρὸς τοῦ βασιλέως ἐς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας ἐκπεμφθεὶς, καὶ τὴν κόμην ἀποθέμενος, πρεσβύτερος B χειροτονεῖται. Γέγραπται ταῦτα κομψῶς Εὐσταθίῳ τῷ Σύρῳ.

CAP. XXVII.

De tyrannide Illi ac Leontii.

Idem Eustathius scribit Zenonem innumeras insidias adversus Verinam socrum suam struxisse, tandemque eam in Ciliciam relegasse. Postea vero, cum Illus tyrannidem occupasset, Verina in Papirium castrum migravit, ibique excessit e vita. Res præterea Illi ab eodem scriptore elegantissime exponuntur : quedmadmodum cum a Zenone insidiis appetitus fuisset, effugerit : utque Zeno eum quem ad interficiendum Illum submiserat, Illo necandum tradiderit; capitis amputationem mercedis C loco ei rependens, eo quod conatu excidisset. Illum quoque magistrum Orientalis militiæ renuntiavit, studens ut occultæ essent insidiæ quas ei comparavit. Illus vero, ascito in societatem Leontio, et Marso viro egregio, ac Pamprepio, ad Orientis partes perrexit. Refert deinde idem Eustathius, quomodo Leontius apud Tarsum Ciliciæ imperator nuncupatus sit : et quem isti tyrannidis suæ fructum perceperint. Cum Theodericus vir natione Gothus, et qui apud Romanos erat illustris, adversus eos missus esset cum exercitu Romanorum simul ac barbarorum. Idem Eustathius eleganti admodum stylo cædem eorum describit, quos Zeno crudeliter necari jussit, hanc eis mercedem rependens benevolentiæ qua ipsum complexi fuerant : et D

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Περὶ τῆς τυραννίδος Ἰλλοῦ καὶ Λεοντίου.

Ὁ αὐτὸς γράφει τὸν Ζήνωνα καὶ Βερίνῃ τῇ πενθερᾷ μυρίας ἐπιβουλὰς ῥάψαι· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ πρὸς τὴν Κιλίκων ἐκπέμψαι χώραν. Ὕστερον δὲ μεταβῆναι ταύτην πρὸς τὸ Παπιρίου λεγόμενον φρούριον, Ἰλλοῦ τυραννήσαντος, αὐτόθι τε τὸν βίον ἐκλιπεῖν. Καὶ τὰ κατὰ Ἰλλοῦν δὲ γράφει μάλα λογίως ὁ Εὐστάθιος, ὅπως πρὸς τοῦ Ζήνωνος ἐπιβουλευθεὶς διέφυγε, καὶ ὅπως ὁ Ζήνων τὸν ἀποστάξαι τοῦτον προσταχθέντα, ἐς θάνατον ἐκδέδωκε, μισθὸν τῆς ἀποτυχίας τὴν τῆς κεφαλῆς ἐκτομὴν αὐτῷ παρασχών. Ὃν καὶ στρατηγὸν ὁ Ζήνων τῶν Ἑῴων ἀποδείκνυσι δυνάμεων, τὸ λαθεῖν πραγματευόμενος. Ὁ δὲ, Λεόντιον προσεταιρισάμενος, Μάρσον τε οὖν[76] ἄνδρα δόκιμον, καὶ Παμπρέπιον ἀνὰ τὰ τῆς Ἑῴας γέγονε μέρη. Εἶτα τὴν Λεοντίου ἀνάρρησιν τὴν ἐς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας γενομένην· ὅπως τε καὶ οὗτοι τῆς τυραννίδος ἀπώναντο, Θευδερίχου κατ' αὐτῶν ἐκπεμφθέντος, ἀνδρὸς Γότθου τὸ γένος ὑπάρχοντος, παρὰ Ῥωμαίοις τε αὖ ἐπισήμου, μετά ἡμεδαπῆς τε καὶ ἀλλοδαπῆς δυνάμεως. Ἀναγράφει δὲ μάλα σοφῶς ὁ αὐτὸς Εὐστάθιος, καὶ τοὺς δειλαίως ἀνῃρημένους (v) πρὸς Ζήνωνος ἀντὶ τῆς ἐς αὐτὸν εὐνοίας, καὶ ὅτι γε ὁ Θευδέριχος τῆς ἐπιβουλῆς Ζήνωνος αἰσθόμενος (37), ἐπὶ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ἀναχωρεῖ. Τινὲς δέ φασιν, ὡς καὶ ὑποθήκῃ Ζήνωνος (38)· καὶ Ὀδόακρον

VARIÆ LECTIONES.

[76] C. C. αὖ.

VALESII ANNOTATIONES.

(37) *Τῆς βουλῆς αἰσθόμενος.* Rectius in ms. codice Florentino scribitur, τῆς ἐπιβουλῆς αἰσθόμενος.

(38) *Ὡς καὶ ὑποθήκῃ Ζήνωνος.* Hujus loci sensum non viderunt Interpretes quibus prava interpunctio fraudi fuit. Ego vero media distinctione post hæc verba apposita, lucem huic loco attuli. Ait enim Evagrius duas causas afferri, quæ Theodoricum impulissent, ut ad Italiam proficisceretur. Prima est, quod Zeno ei insidiaretur. Alii autem

VARIORUM.

(v) *Τοὺς δειλαίως ἀνῃρημένους.* Marcellinus in *Chronico* sub coss anni 488, hæc habet : *Leontius interea rex et Illus tyrannus* (qui tyrannidem abripuerant anno 482) *in Dapyrio Isauriæ castello capti decollatique sunt. Capita eorum Constantinopolim allata, præfixa hastilibus tabuere. Eodem anno Theodericus rex omnium suorum multitudine Gothorum in Italiam tendit.* Theodericus hic, cognomine Amalus, Italiam ingressus est anno 489, bellum ibi gessit cum Odoacre Italiæ rege anno 491 Odoacrem occidit, et regnum Italiæ sibi asseruit anno 493. juxta rationes Ant. Pagi ad eos annos.

Digitized by Google

μάχῃ κρατήσας, ὑφ' ἑαυτὸν τὴν Ῥώμην ποιεῖται, ῥῆγα προσονομάσας ἑαυτόν.

A quomodo Theodericus, cum Zenonis adversus 359 ipsum insidias comperisset, Romam se contulit. Alii dicunt Zenonis suasu id a Theoderico factum fuisse. Qui conserto prælio, cum Odoacrum superasset, Romam sub potestatem suam redegit, regis duntaxat nomine sibi assumpto.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Περὶ Μαμμιανοῦ, καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ.

Ὑπὸ τοῖς χρόνοις Ζήνωνος, ἱστορεῖ Ἰωάννης ὁ Ῥήτωρ Μαμμιανὸν ἐξ ἐπιδιφρίων ἐπίσημον ἄνδρα γενέσθαι, καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς μετασχεῖν, καὶ ἐν Δάφνῃ τῷ προαστείῳ τὸν καλούμενον ἀντίφορον 39) οἰκοδομήσασθαι, πρώην ἀμπέλους δεδεγμένον, καὶ πρὸς γεωργίαν ἐπιτήδειον καθεστῶτα, εὐθὺ τοῦ δημοσίου βαλανείου· οὗ Μαμμιανὸς ὁ φιλόπολις, ἡ χαλκῇ ἀνάκειται εἰκών. Ἀνὰ δὲ τὴν πόλιν δύο βασιλείους ἐργάσασθαι στοὰς, τῇ τε οἰκοδομίᾳ λίαν εὐπρεπεῖς, καὶ ταῖς ἐκ λίθων περιφανείαις τε καὶ διαυγείαις κεκοσμημένας· ὥσπερ δέ τι μεθόριον μέσον τῶν δύο βασιλείων στοῶν, τετράπυλον (*x*) ἀναστῆσαι, κίοσί τε καὶ τῇ ἐκ χαλκοῦ ὕλῃ μάλα κομψῶς ἠσκημένον. Καὶ τὰς μὲν βασιλείους κατειλήφαμεν στοὰς, μετὰ τῆς προσηγορίας ἔτι λείψανα τῆς πρώην εὐκοσμίας φερούσας, τῶν ἐκ Προκοννήσου λίθων τῷ ἐδάφει συγκειμένων· οὐ μὴν τὴν οἰκοδομίαν ἔχουσάν τι τῶν ἐπισήμων. Ἐκ τῶν γεγενημένων γὰρ παθημάτων ἔναγχος τὴν οἰκοδομίαν ἐδέξαντο, οὐδὲν ἐς κόσμον (40) ταύταις προστεθέντος. Τοῦ δὲ τετραπύλου τοῦ ὑπὸ Μαμμιανοῦ γεγενημένου οὐδὲ ψιλὸν ἴχνος κατειλήφαμεν.

B

C

CAP. XXVIII.

De Mammiano, et de operibus ab eo constructis.

Ejusdem Zenonis principatu Mammianum quemdam vixisse scribit Joannes rhetor, qui ex sellulario opifice vir insignis evaserit, et ad senatorium ordinem pervenerit. Ab hoc Mammiano, ait Joannes, in Daphnensi quidem suburbano ædificatum esse antiforum, qui locus prius vites habuerat et arva, e regione balnei publici; in quo statua ænea posita est cum hac inscriptione : Mammianus amator urbis. In urbe vero duas regias porticus ab eodem structas esse refert, tum fabricæ venustate insignes, tum lapidum splendore ac nitore decoratas. Inter duas autem porticus, quasi confinium quoddam ab eo ædificatum esse tetrapylum, columnis et ære admodum eleganter excultum. Et ipsas quidem regias porticus vidimus, quæ et nomen pristinum et reliquias vetusti splendoris adhuc servant, cum solum earum Proconnesio marmore stratum sit. Reliqua vero structura nihil habet eximium. Nam post superiores ruinas, nuper instauratæ sunt, nulla re ad earum ornamentum adjecta. Tetrapyli vero ejus quod a Mammiano constructum est, ne vestigium quidem deprehendimus.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς Ζήνωνος, καὶ τῆς ἀναῤῥήσεως Ἀναστασίου.

Τοῦ Ζήνωνος (*y*) τοίνυν ἄπαιδος τελευτήσαντος ἐπιληψίᾳ νόσῳ μετὰ ἓβδομον καὶ δέκατον ἔτος τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἤλπισε μὲν Λογγῖνος ὁ τούτου ἀδελφὸς ἐς μέγα δυνάμεως προκεχωρηκὼς, τὴν βασιλείαν ἑαυτῷ περιθήσειν· οὐ μὴν τῶν δοκηθέντων ἔτυχεν. Ἡ γὰρ Ἀριάδνη Ἀναστασίῳ τὸν στέφανον περιτίθησιν, οὔπω μὲν ἥκοντι ἐς γερουσίαν, ἐν δὲ τῇ λεγομένῃ τῶν Σιλεντιαρίων σχολῇ (*z*) καταλεγομένῳ.

CAP. XXIX.

De Zenonis obitu, et de Anastasii imperatoris nuncupatione.

Cæterum cum Zeno post septimum decimum imperii sui annum, ex comitiali morbo absque liberis decessisset, Longinus quidem, ejus frater, qui ad magnam potentiam pervenerat, in spem venit 360 se imperium facile occupaturum esse. Sed tamen voti sui haudquaquam compos factus est. Etenim Ariadne coronam imposuit Anastasio, qui nondum in senatorium ordinem allectus, in silentiariorum

VALESII ANNOTATIONES.

dicebant Theodericum Zenonis consilio impulsum in Italiam se contulisse. Certe in excerptis veteris auctoris, quæ ad calcem Ammiani Marcellini jam pridem edidi, Theodericus consensu Zenonis in Italiam profectus esse dicitur. Sic enim illic scribitur : *Zeno recompensans beneficiis Theodericum, quem fecit patricium et consulem, donans ei multum, et mittens eum ad Italiam, pactuatus est, ut si victus fuisset Odoachar, pro merito laborum suorum loco ejus, dum adviveret, tantum, præregnaret.* Idem quoque testatur Jordanes in *Geticis*, et in lib. *De successione regnorum.*

(39) *Ἀντίφορον.* Sic dictum videtur ædificium quoddam quod fori usum præstabat. Hoc ædificium ait Evagrius fuisse in suburbano Daphnensi, e regione publici balnei. Id enim sonant hæc verba, εὐθὺ τοῦ δημοσίου βαλανείου· Musculus quidem εὐθύ vertit : *Recta ad publicum balneum*, Quod non probo. Nam εὐθύ idem est quod κατεναντίον, teste Suida. In antiforo autem ait Evagrius erectam fuisse statuam Mammiani. Ex quo apparet antiforum fuisse id quod supra dixi. Nam statuæ in foro erigi solebant.

(40) *Οὐδὲν ἐς κόσμον.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui οὐδενός emendarunt.

VARIORUM.

(*x*) *Τετράπυλον. Ædificium quatuor portis pervium*, inquit Ducangius, in *Glossar. med. et inf. Græc.*

(*y*) *Τοῦ Ζήνωνος* — Marcellinus in *Chronico* ad. ann. 491 (quo mortuus est Zeno) scribit : *Zeno Aug. vita decessit, tam sui imperii annis quam Basilisci tyrannidis computatis anno* XVII, *mense* VI. Die nona mensis Aprilis emortuali, inquit Pagius ; qui sex menses erratum esse librariorum contendit pro tribus mensibus. Anastasius imp. coronatus est die undecima ejusdem Aprilis.

(*z*) *Ἐν τῇ λεγομένῃ τῶν Σιλεντιαρίων σχολῇ.* Non solum loca ubi pueri ac juvenes liberalibus studiis vacare debent ; sed et ea quæ ad alia exer-

Digitized by Google

schola adhuc militabat. Porro Eustathius scribit, ab exordio imperii Diocletiani ad Zenonis obitum et nuncupationem Anastasii, annos fluxisse septem supra ducentos : a principatu autem Augusti, annos quingentos triginta duos, ac præterea menses septem : ab Alexandri autem Macedonis regno octingentos et triginta duos, similiter cum mensibus septem : a Romanorum et Romuli regno, mille et quinquaginta duos, ac præterea menses septem : a Trojæ denique expugnatione, annos mille sexcentos octoginta sex, cum mensibus septem. Hic Anastasius ortus ex urbe Epidamno quæ nunc Dyrrachium dicitur, imperium simul et uxorem Zenonis Ariadnem accepit. Ac primum quidem Longinum Zenonis fratrem, qui magistri dignitatem gerebat, quem antiqui præfectum officiorum palatii appellabant, in patriam amandavit. Multis item aliis Isauris qui id ab ipso petierant, ad suos redeundi copiam fecit.

A Ἱστορεῖ δ' οὖν ὁ Εὐστάθιος, μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας ἐς τὴν Ζήνωνος τελευτὴν καὶ τὴν ἀνάῤῥησιν Ἀναστασίου, ἔτη διελθεῖν ἑπτὰ καὶ διακόσια · ἀπὸ δὲ τῆς Αὐγούστου μοναρχίας, ἔτη δύο καὶ λ', καὶ πεντακόσια πρὸς μησὶν ἑπτά · ἀπὸ δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἀρχῆς, ἔτη δύο καὶ τριάκοντα, καὶ ὀκτακόσια, ὁμοίως πρὸς μησὶν ἑπτά · ἐκ δὲ τῆς τῶν Ῥωμαίων καὶ Ῥωμύλου βασιλείας, ἔτη δύο καὶ πεντήκοντα καὶ χίλια καὶ πρός γε μῆνας ἑπτά · ἀπὸ δὲ ἁλώσεως Τροίας, ἔτη ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα, καὶ ἑξακόσια καὶ χίλια πρὸς μησὶν ἑπτά. Οὗτος ὁ Ἀναστάσιος πατρίδα τὴν Ἐπίδαμνον ἔχων (Δυῤῥάχιον νῦν προσηγόρευται), τήν τε Ζήνωνος βασιλείαν καὶ γαμετὴν τοῦ αὐτοῦ Ζήνωνος τὴν Ἀριάδνην ἐσοικίζεται. Καὶ πρῶτα μὲν Λογγῖνον Ζήνωνος ἀδελφὸν (*a*), τὴν τοῦ μαγίστρου ἀρχὴν διέποντα, ὃν ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων οἱ πρόσθεν ἐκάλουν, ἀνὰ τὴν ἐνεγκαμένην ἐκπέμπει, εἶτα δὲ καὶ πολλοὺς ἑτέρους Ἰσαύρους, τοῦτο δῆθεν αἰτήσαντας. B

CAP. XXX.

De Anastasio imperatore : et quomodo, cum nihil in ecclesiastico statu innovari sineret, totius orbis Ecclesiæ innumeris perturbationibus repletæ sunt, multique episcopi eam ob causam expulsi.

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Περὶ Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως, καὶ ὡς διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τοῦτον καινοτομεῖν τι περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, μυρίων ταραχῶν αἱ ἁπὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαι ἐνεπλήσθησαν · πολλοί τε τῶν ἐπισκόπων διὰ τοῦτο ἐξεβλήθησαν.

Idem porro Anastasius, utpote pacis studiosissimus, nihil omnino innovari voluit, præcipue vero in Ecclesiæ statu ; modisque omnibus elaboravit, ut et sanctissimæ Ecclesiæ absque ulla perturbatione remanerent, et cuncti qui ipsius imperio parebant, altissima pace fruerentur, omni rixa et contentione, tum ab Ecclesiæ statu, tum a rebus publicis procul amandata. Et Chalcedonensis quidem synodus iis temporibus, nec **361** palam prædicabatur in sanctissimis Ecclesiis, nec omnino rejiciebatur. Singuli enim earum præsides, prout ipsis visum fuerat, agebant. Et nonnulli quidem

Οὗτος ὁ Ἀναστάσιος εἰρηναῖός τις ὢν (41), οὐδὲν καινουργεῖσθαι παντελῶς ἠβούλετο, διαφερόντως περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν. Καὶ διὰ παντὸς ἦει τρόπου, τάς τε ἁγιωτάτας Ἐκκλησίας ἀταράχους μεῖναι, ἅπαν τε τὸ ὑπήκοον βαθείας γαλήνης ἀπολαύειν, πάσης ἔριδος καὶ φιλονεικίας ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τε καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἐκποδὼν γινομένων. Ἡ μὲν οὖν ἐν Καλχηδόνι σύνοδος ἀνὰ τούτους τοὺς χρόνους, οὔτε ἀναφανδὸν ἐν ταῖς ἁγιωτάταις Ἐκκλησίαις ἐκηρύττετο, οὔτε μὴν ἐκ πάντων ἀπεκηρύττετο. Ἕκαστοι δὲ τῶν προεδρευόντων ὡς εἶχον νομίσεως, διεπράττοντο. Κἂν ἔνιοι μὲν (42) τῶν C

VALESII ANNOTATIONES.

(41) Ἀναστάσιος εἰρηναῖός τις ὤν. Qualiter affectus fuerit Anastasius erga res ecclesiasticas, et qua ratione se gesserit in earum administratione, docet Liberatus in *Breviario*, cap. 18, his verbis : *Ascenderunt quidam et adversantium et communicantium ei ad Anastasium. Et dum haberent contra principem contentionem aliisquidem proponentibus anathematizari synodum, et ita communicare ; aliis vero pacatis in unitivo edicto adjici ea quæ satisfacerent his qui communicaverant Petro ; considerans imperator, quod si adjectionem edicto faceret, tumultum moveret Ecclesiæ, et anathematizare synodum esset impossibile ; persuasit eis sufficere unitivum edictum, ut communicarent adinvicem sibi, sicut et cæteri Ecclesiarum episcopi. Et cum non obedirent hæc agere, nihil impetrantes dimisit* Ex quibus vides Anastasium imperatorem Zenonis edictum prorsus secutum esse, nec præterea quidquam innovari voluisse. D

(42) Κἂν ἔνιοι μέν. Scribendum est καὶ ἔνιοι.

VARIORUM.

citia destinata sunt, item ad officia ac ministeria principis, *scholæ* vocantur : unde in cod. schola equitum, peditum, scriniariorum domesticorum, silentiariorum, sacrarum largitionum, etc. De Silentiariis egimus notis ad cap. 10, lib. III Evagrii.

(*a*) Λογγῖνον Ζήνωνος ἀδελφόν. Confundit Evagrius Longinum magistrum militum cum Longino Zenonis fratre : qui tamen diversi erant, ut apparet tam ex historia rei gestæ, quam auctoritate Zonaræ et Theophanis. Posterior ait in *Chronico*, ann. 484, juxta Alexandrinos, id est, A. C. 491, Longinum Zenonis fratrem, propter seditionem, exsulem ab Anastasio Alexandriam missum, ibique presbyterum ordinatum : septennio post, mortem obiisse. Proinde neque in patriam fuisse amandatum, neque posthac tumultus excitare potuisse. Ergo alius erat Longinus magister militum, quem magistratu abrogavit Anastasius, et in patriam amandavit, ubi postea adversus imperatorem bellum suscepit, uti narrat Evagrius, infra, cap. 35. Erant omnino tres Longini, unus Zenonis frater, alter magister militum, tertius Selinuntius, ab Evagrio in eodem capite memoratus. Vide Pagium ad ann. 498, n. 3, 4, 5. W. Lowth.

Digitized by Google

ἐκτεθειμένων, αὐτῇ μάλα γεννικῶς ἀντείχοντο, καὶ πρὸς οὐδεμίαν ἐνεδίδοσαν συλλαβὴν τῶν ὁριστθέντων παρ' αὐτῆς, οὐ μὴν γράμματος ἐναλλαγὴν παρεδέχοντο. Ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς ἀπεπήδων τῆς παῤῥησίας, καὶ κοινωνεῖν παντελῶς οὐκ ἠνείχοντο τοῖς μὴ δεχομένοις παρ' αὐτῆς τὰ ἐκτιθέμενα. Ἕτεροι δὲ, οὐ μόνον οὐκ ἐδέχοντο τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον, καὶ τὰ παρ' αὐτῆς ὁρισθέντα· ἀλλὰ καὶ ἀναθέματι περιέβαλον αὐτήν τε καὶ τὸν Λέοντος τόμον. Ἄλλοι τοῖς Ἑνωτικοῖς Ζήνωνος ἐνισχυρίζοντο, καὶ ταῦτα πρὸς ἀλλήλους διερῥωγότες τῇ τε μιᾷ καὶ ταῖς δύο φύσεσιν· οἱ μὲν, τῇ συνθήκῃ τῶν γραμμάτων (43) κλαπέντες· οἱ δὲ, καὶ πρὸς τὸ εἰρηνικώτερον μᾶλλον ἀποκλίναντες· ὡς πάσας τὰς Ἐκκλησίας ἐς ἰδίας ἀποχρι- θῆναι μοίρας, καὶ μηδὲ κοινωνεῖν ἀλλήλοις τοὺς προεδρεύοντας. Ἐντεῦθεν πλεῖστα χρήματα κατά τε τὴν Ἑῴαν, ἀνά τε τὰ Ἑσπέρια μέρη καὶ κατὰ τὴν Λιβύην ἐτύγχανον ὄντα, οὔτε τῶν Ἑῴων ἐπισκόπων τοῖς Ἑσπερίοις ἢ τοῖς Λίβυσι σπενδομένων, οὔτε αὖ τούτων τοῖς Ἑῴοις. Τὸ δὲ μεῖζον ἐς ἀτοπίαν προῆει. Οὐδὲ γὰρ σφίσιν αὐτοῖς ἐκοινώνουν οἱ τῆς Ἑῴας πρόεδροι, οὐδὲ μὴν οἱ τῆς Εὐρώπης ἢ τῆς Λιβύης τοὺς θρόνους διέποντες, μήτι γε δὴ καὶ ὑπερορίοις. Ἅπερ ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος θεώμενος, τοὺς νεωτερίζοντας τῶν ἐπισκόπων ἐξωθεῖτο, εἴπου κατειλήφει, ἢ παρὰ τὸ εἰωθὸς τοῖς τόποις τινὰ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον κηρύττοντα, ἢ ταύτην ἀναθέματι περιτιθέντα. Ἐκβέβληκε μὲν οὖν ἐκ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, πρῶτον μὲν Εὐφήμιον (*b*), ὡς προγέγραπται, εἶτα Μακεδόνιον, μεθ' ὃν Τιμόθεος ἐγεγόνει· ἐκ δὲ τῆς Ἀντιόχου Φλαβιανόν.

eorum, cuncta quæ in illo concilio exposita fuerant, pertinacissime defendebant, nec in ejus decretis vel unam syllabam remittere, ac ne unius quidem litteræ mutationem admittere sustinebant : sed magna cum fiducia recedebant ab iis qui decreta illius concilii minime susciperent, nec illis communicare ullo modo sustinebant. Alii vero, Chalcedonensem synodum ejusque decreta non modo non suscipiebant; verum etiam illam una cum Leonis epistola sub anathemate damnabant. Alii Zenonis Henotico mordicus inhærebant : idque tametsi inter se dissiderent de una aut de duabus naturis : hi quidem compositione imperialium litterarum decepti : illi vero paci et concordiæ magis studentes. Adeo ut totius orbis Ecclesiæ in varias factiones divisæ essent, ac ne antistites quidem sibi mutuo communicarent. Hinc multa dissidia in Orientis et in Occidentis partibus, et per Africam exstiterunt, cum nec Orientales episcopi Occidentalibus et Afris sociarentur, nec isti vicissim coirent cum Orientalibus. Quin etiam ad majorem absurditatem res progressa est. Nam nec Orientales antistites inter se ipsi communicabant : nec Occidentales item nec Afri inter semetipsos communionem fovebant, nedum cum peregrinis et extrancis. Quæ cum imperator Anastasius videret, episcopos qui aliquid innovarent, Ecclesiis exturbabat, si quem forte deprehendisset aut concilium Chalcedonense prædicantem contra inolitam locorum consuetudinem, aut idem sub anathemate damnantem. Et ex regia quidem urbe, uti supra diximus ; primum ejecit Euphemium, deinde Macedonium, cui successit Timotheus; Antiochia vero Flavianum expulit.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Ἐπιστολὴ τῶν μοναχῶν Παλαιστινῶν πρὸς Ἀλκίσωνα περὶ Ξεναίου καὶ ἑτέρων τινῶν.

Περὶ τοίνυν Μακεδονίου καὶ Φλαβιανοῦ γράφων τὸ ἐν Παλαιστίνῃ μοναδικὸν πρὸς Ἀλκίσωνα (44) ἐπιλέξεως λέγει ταῦτα· Πέτρου δὲ κεκοιμημένου (45), πάλιν

CAP. XXXI.

Epistola monachorum Palæstinæ ad Alcisonem, de Xenaia et de aliis quibusdam.

De Macedonio quidem et Flaviano monachi Palæstinæ in litteris ad Alcisonem datis ita scribunt. Mortuo autem Petro, **362** inter se ipsos iterum

VALESII ANNOTATIONES.

(43) *Τῇ συνθήκῃ τῶν γραμμάτων.* Joannes Langus litteras Zenonis imperatoris de Ecclesiarum adunatione videtur intelligere. Sic enim vertit : *Ii quidem litteris insidiose compositis per fraudem decepti.* Quem sensum secutus est etiam Christophorsonus. Certe hic Evagrii locus aliter exponi non potest. Duas enim causas affert, cur nonnulli edicto Zenonis acquiescerent. Quosdam igitur ait fuisse deceptos blanda illa, et ad persuadendum composita principis oratione. Alios vero studio pacis et quietis Ecclesiarum illectos, huic edicto acquievisse.

(44) *Πρὸς Ἀλκίσωνα.* Hic Alcison episcopus erat Nicopolis quæ metropolis est veteris Epiri : inter præcipuos defensores synodi Chalcedonensis. Mortuus est anno Christi 516, Petro solo consule. Ejus meminit Marcellinus in *Chronico*, qui eum Alcissum vocat. Vide Baronium ad annum Christi 516.

(45) *Πέτρου δὲ κεκοιμημένου.* Cum duo fuerint Petri uno eodemque tempore, alter Alexandrinus episcopus, alter Antiochenus, incertum est uter illorum hic intelligatur. Probabilius tamen videtur Alexandrinum Petrum hic designari ; eo quod monachi Palæstinæ statim loquuntur de Alexandria, et de Ægypto ac Libya. Obstat tamen quod subjicitur ab iisdem monachis ; post mortem scilicet Petri Ægyptum separatim communicasse, et Orientales ab eorum communione disjunctos fuisse. Petro enim Alexandrino successit Athanasius, qui synodicas scripsit ad Palladium episcopum Antiochiæ, ejusque communioni sociatus fuit, ut superius observavi ex Evagrio et Liberato *. Rursus vero

VARIORUM.

(*b*) *Ἐκβέβληκε Εὐφήμιον.* Euphemium episc. C. P. falso ab Anastasio imp. accusatum atque damnatum, in exsilium ductum esse, et in ejus locum Macedonium subrogatum anno Chr. 496, scribit Pagius ad ann. 495, n. 3. Ipse autem Macedonius ab eodem imp. pulsus est anno 511. Vid. infra cap. 44 hujus lib.

* De Petro Mongo episcopo Alexandrino omnino intelligendus locus. Schisma enim de quo hic

Digitized by Google

discissi sunt. Et Alexandria quidem et Ægyptus ac Libya intra suam communionem permansit. Reliquus item Oriens seorsum ab aliis communicavit, propterea quod Occidentales prorsus communicare illis recusabant, nisi Nestorium, Eutychem ac Dioscorum sub anathemate damnantes, Petrum quoque Mongum et Acacium iis adjicerent. In hoc igitur rerum statu cum essent totius orbis Ecclesiæ, Eutychiani et Dioscoriani ad exiguum prorsus numerum redacti sunt. Cumque brevi defecturi essent ita ut amplius in terris non exstarent, Xenaias quidam, vere nominis sui, id est, alienus a Deo : nescio quo consilio, nec qua de causa susceptas adversus Flavianum inimicitias exercens : prætextu tamen fidei, ut plerique narrant, adversus eum commoveri, eumque tanquam Nestorianum calumniari cœpit. Sed cum ille Nestorium simul ejusque opinionem sub anathemate damnasset, Xenaias, relicto Nestorio, ad Dioscorum transgressus est, et ad Theodorum ac Theodoritum, et Ibam, ac Cyrum, et Eleutherium, ac Joannem, aliosque nescio quos nec unde collectos : ex quibus quidam Nestorii dogma re vera sectati fuerant; quidam vero cum in suspicionem ejus rei venissent, postea idem dogma sub anathemate damnaverant, et in Ecclesiæ communione extremum diem clauserant. Hos, inquit, omnes Nestoriani dogmatis assertores nisi anathematizaveris, Nestorianus es, licet Nestorium millies cum doctrina ipsius anathematizes. Scriptis etiam litteris ad fautores Dioscori et Eutychis, eos concitavit, suadens eis, ut sibi adversus Flavianum auxilio essent, exigerentque ab eo, non quidem ut ipsam synodum, sed ut eas duntaxat

A εἰς αὐτοὺς ἀπεσχίσθησαν, Ἀλεξάνδρειά τε καὶ Αἴγυπτος καὶ Λιβύη καθ' ἑαυτὰς διετέλεσαν· καὶ ἡ λοιπὴ πᾶσα Ἀνατολὴ πάλιν καθ' ἑαυτήν, τῶν Δυτικῶν μὴ ἀνεχομένων (46) ἄλλως αὐταῖς κοινωνεῖν ἢ πρὸς τὸ ἀναθεματίζειν Νεστόριόν τε καὶ Εὐτυχῆ, καὶ Διόσκορον, προστιθέναι καὶ Πέτρον τὸν Μογγὸν καὶ Ἀκάκιον. Ἐν τούτοις οὖν τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην αὐτῶν Ἐκκλησιῶν, οἱ γνήσιοι τῶν ἀπὸ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς εἰς πάντη ἐλάχιστον περιέστησαν τὸν ἀριθμόν. Καὶ μελλόντων ὅσον οὐδέπω ἐκλιπεῖν ἀπὸ τῆς γῆς, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτούς, Ξεναΐας (47) ὁ τοῦ Θεοῦ ξένος ἀληθῶς, οὐκ οἶδαμεν τί σκοπῶν, ἢ ποίαν ἔχθραν πρὸς Φλαβιανὸν ἐκδικῶν, προφάσει δὲ τῆς πίστεως, ὡς οἱ πολλοὶ διηγοῦνται, κινεῖν [75] μὲν πρὸς αὐτὸν καὶ διαβάλλειν ἄρχεται ὡς Νεστοριανόν.

B Ἐκείνου δὲ Νεστόριον σὺν τῷ φρονήματι ἀναθεματίσαντος, μετέβαινε πάλιν ἐξ ἐκείνου ἐπὶ Διόσκορον καὶ Θεόδωρον (48) καὶ Θεοδώριτον, καὶ Ἴβαν, καὶ Κύρον, καὶ Ἐλευθέριον (49), καὶ Ἰωάννην, καὶ οὐκ ἴσμεν οὕστινας καὶ ὅθεν συλλεξάμενος· ὧν οἱ μὲν, τὰ Νεστορίου ἀληθῶς ἐπρέσβευσαν· οἱ δὲ, ὑπονηθέντες ἀνεθεμάτισαν, καὶ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς Ἐκκλησίας κεκοίμηνται. Τούτους πάντας τὰ Νεστορίου, φησὶ, νοήσαντας, εἰ μὴ ἀναθεματίσειας, τὰ Νεστορίου φρονεῖς, κἂν μυριάκις αὐτὸν μετὰ τοῦ φρονήματος ἀναθεματίζῃς. Ἀνεκίνει δὲ διὰ γραμμάτων καὶ τοὺς ἀπὸ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς συνηγόρους πείθων συνάρασθαι μὲν αὐτῷ κατὰ Φλαβιανοῦ, μὴ μέντοι ἀναθεματισμὸν ἀπαιτεῖν τῆς συνόδου, ἀλλὰ τῶν

C προειρημένων προσώπων. Τοῦ δὲ ἐπισκόπου Φλαβιανοῦ τούτοις ἐπὶ πολὺ ἀντιτείναντος, ἑτέρων τε μετὰ Ξεναΐου συμπλεκομένων κατ' αὐτοῦ, Ἐλευσίνου μὲν ἐπισκόπου (50) τινὸς τῆς δευτέρας Καππαδοκίας,

VARIÆ LECTIONES.

[75] κινεῖ.

VALESII ANNOTATIONES.

si Petrum Antiochenum hoc loco designari dixerimus, eadem erit difficultas. Verum responderi potest monachos hic loqui non de ipsis patriarchis, sed de integra diœcesi, et de maxima parte episcoporum. Certe post mortem Petri Alexandrini, Orientales episcopos communionem Ecclesiæ Romanæ expetiisse apparet ex epistola Gelasii papæ ad Orientales.

(46) *Τῶν Δυτικῶν ἀνεχομένων.* Addenda est procul dubio particula negativa, hoc modo, τῶν Δυτικῶν μὴ ἀνεχομένων, quemadmodum legitur apud Niceph. et in codice Telleriano.

(47) *Ξεναΐας.* Erat hic episcopus Hierapolitanus, a Petro Fullone ordinatus, qui alio nomine Philoxenus dicebatur. De hoc pestifero homine multa habent Theoph., Cedren., Niceph. et alii.

(48) *Ἐπὶ Διόσκορον καὶ Θεόδωρον.* Non dubito quin Dioscori nomen hoc loco perperam positum sit pro Diodori nomine. Neque enim Dioscorum anathemati subjici volebat Xenaias inimicus Chalcedonensis synodi : sed Diodorum Tarsensem et reliquos. Ita certe Victor Tunonensis in *Chronico*. « Joanne Gibbo cos. Anastasius imp. Flaviano Antiocheno, et Philoxeno Hierapolitano præsulibus Constantinopolim synodum congregat : et contra Diodorum Tarsensem et Theodorum Mopsuestenum cum scriptis, Theodoritum Cyri, Ibam Edessenum, Andream, Eucherium, Cyrum et Joannem episcopos, cæterosque alios qui in Christo duas prædicabant naturas, duasque formas, et qui non confitentur unum de Trinitate crucifixum, una cum Leone episcopo Rom. et ejus tomo, atque Chalced. synodo inferre anathema persuasit. Idem confirmat Theophanes in *Chronico*, pag. 131.

(49) *Καὶ Κύρον καὶ Εὐθέριον.* Victor Tunonensis in *Chronico* Quirum et Eucherium nominat, ut supra vidimus, ubi Quirus ponitur pro Cyro, quemadmodum in epistolis B. Ambrosii Quinegius pro Cinegio. Porro Niceph. hoc loco pro Eutherio substituit Eleutherium.

(50) *Ἐλευσίνου μὲν ἐπισκόπου.* Hujus Eleusini meminit Liberatus in *Breviario*. cap. 19, his verbis, de Severo loquens : *Ita ut ob hoc scriberet et ipsi Flaviano, sicut ipsius significatur epistolis, et ad Maronam lectorem, et Eleusinum et Euthretium episcopos, et ad Œcumenium scholasticum Isauriæ.* Ejusdem meminit Theophanes in *Chronico*, p. 128 editionis Regiæ ; cujus verba Anastasius Bibliothe-

VARIORUM.

loquitur Evagrius, de separatione Dioscoritarum, ut eos vocat Liberatus, ab Ecclesia intelligendum : quæ mansit usque ad tempora Dioscori junioris, qui anno 517 sedem Alexandrinam adeptus est. Vide Liberati *Breviarium*, ad finem, cap. 13. W. Lowth.

Digitized by Google

Νικίου δὲ Λαοδικείας τῆς Συρίας, καὶ ἄλλων ἄλλοθεν· A personas quas supra nominavi, sub anathemate
ὧν τὰς αἰτίας τῆς πρὸς Φλαβιανὸν μικροψυχίας ἑτέ damnaret. Quibus cum Flavianus episcopus diu
ρων, ἀλλ' οὐχ ἡμῶν διηγήσασθαι· τέλος νομίσας διὰ multumque restitisset, aliique rursus cum Xenaia
τούτους εἰρηνεύειν (51) αὐτούς, εἶξεν αὐτῶν τῇ φι adversus illum insurrexissent, Eleusinus scilicet
λονεικίᾳ. Καὶ ἐγγράφως τὰ πρόσωπα ἀναθεματίσας, quidam Cappadociæ secundæ episcopus, **363** Ni-
ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ· καὶ αὐτὸν γὰρ κατ' αὐτοῦ κε cias Laodiceæ quæ est in Syria, et ex aliis locis
κινήκασιν ὡς τὰ Νεστορίου πρεσβεύοντος. Μηδὲ alii : quorum odii adversus Flavianum quænam
τούτῳ οὖν ἀρκεσθεὶς ὁ Ξεναΐας, τῆς συνόδου αὐτῆς causæ fuerint, haud nostrum est, sed aliorum ex-
πάλιν ἀναθεματισμὸν, καὶ τῶν δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ ponere : tandem illos hoc facto quieturos esse ar-
Κυρίου εἰρηκότων, τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος, bitratus, cessit illorum contentioni Cumque supra-
ἀπῄτει τὸν Φλαβιανόν. Μὴ ὑπακούσαντος δὲ, ὥσπερ dictas personas scripto anathematizasset, libellum
Νεστοριανοῦ πάλιν κατηγόρει. Πολλῶν δὲ ἐπὶ τούτῳ suum ad imperatorem misit : nam et hunc adversus
κεκινημένων, καὶ τοῦ πατριάρχου (52) ἔκθεσιν περὶ Flavianum, tanquam Nestoriani dogmatis propugna-
πίστεως πεποιημένου, ἐν ᾗ πρὸς καθαίρεσιν μὲν torem, commoverant. Sed neque hac re contentus
Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς τὴν σύνοδον δέχεσθαι ὡμο Xenaias, exegit iterum a Flaviano, ut et synodum
λόγει, μὴ μέντοι εἰς ὅρον καὶ διδασκαλίαν πίστεως, B ipsam, et eos qui duas naturas in Christo prædica-
πάλιν ὡς τὰ Νεστορίου ὑπούλως φρονοῦντος ἐπελαμ verant, alteram carnis, alteram deitatis, anathemati
βάνοντο, εἰ μὴ καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν αὐτῆς προσ subjiceret. Qui cum id facere recusasset, rursus
θείη τῆς συνόδου, καὶ τῶν δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Κυρίου Xenaias eum ut Nestorianum accusavit. Multis
εἰρηκότων σαρκὸς καὶ θεότητος. Προσυπάγονται δὲ deinde agitatis, cum patriarcha expositionem fidei
πολλαῖς λόγων ἀπάταις καὶ τοὺς Ἰσαυρίους (53)· καὶ edidisset, in qua synodum in eo quidem quod spe-
ποιήσαντες γραμματεῖον περὶ πίστεως, ἐν ᾧ τὴν ctat ad depositionem Nestorii atque Eutychis, susci-
σύνοδον μετὰ τῶν δύο φύσεις εἰρηκότων, ἢ ἰδιότητας pere se profitebatur : quantum vero ad definitio-
ἀναθεματίσαντες, Φλαβιανοῦ μὲν ἀφίστανται καὶ nem et doctrinam fidei, nequaquam : rursus illum
Μακεδονίου· ἄλλοις δὲ σπένδονται ὑπογράψασι τῷ tanquam Nestoriano dogmati occulte faventem in-
γραμματείῳ. Ἐν τούτοις καὶ τὸν Ἱεροσολύμων ἀπῄ simularunt, nisi ipsam quoque synodum, et eos qui
τουν ἔγγραφον περὶ πίστεως· ὃς ἐκθέμενος ἀπέστειλε duas in Christo naturas dixerunt, alteram carnis,
τῷ βασιλεῖ, δι' αὐτῶν τῶν ἀπὸ Διοσκόρου. Ὅπερ alteram deitatis, anathemati subjiceret. Isauros
αὐτοὶ μὲν προφέρουσιν (54), ἀναθεματισμὸν περιέχον præterea multiplici verborum fraude deceptos, in
τῶν δύο φύσεις εἰρηκότων. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἱεροσολύμων sententiam suam pertraxerunt. Et conscriptione
νενοθεῦσθαι παρ' αὐτῶν διαβεβαιούμενος, ἄλλο προ C fidei edita, in qua synodum una cum iis qui duas
φέρει δίχα τοιούτου ἀναθεματισμοῦ. Καὶ οὐ θαῦμα· in Christo naturas ac proprietates esse dixerunt,
καὶ γὰρ καὶ λόγους Πατέρων πολλάκις νενοθεύκασι· sub anathemate damnabant, a Flaviani quidem et
πολλοὺς δὲ Ἀπολιναρίου λόγους, Ἀθανασίῳ καὶ Γρη Macedonii communione sese abrumpunt : cum
γορίῳ τῷ Θαυματουργῷ, καὶ Ἰουλίῳ (55), διὰ τῶν aliis vero qui conscriptioni ipsorum subscripsissent,
ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασιν· οἷς μάλιστα τοὺς πολ fœderis societatem ineunt. Inter hæc postulant
λοὺς πρὸς τὰς ἰδίας ἀσεβείας σφετερίζονται. Ἀπῄ etiam ab episcopo Hierosolymorum, ut formulam
τουν δὲ καὶ Μακεδόνιον ἔγγραφον περὶ πίστεως· ὃς fidei suæ conscribat. Quam ille cum edidisset, per
καὶ ἐξέθετο τὴν τῶν τιη' καὶ τῶν ρν' μόνον εἰδέναι sectatores Dioscori misit ad imperatorem. Et ea
πίστιν διαβεβαιούμενος, ἀναθεματίζων δὲ Νεστόριον, quidem quam ipsi proferunt, anathematismum con-
καὶ Εὐτυχῆ, καὶ τοὺς δύο υἱοὺς ἢ Χριστοὺς δογματί tinet eorum qui duas in Christo naturas prædica-
ζοντας, ἢ τὰς φύσεις διαιροῦντας· μήτε δὲ τῆς ἐν runt. Ipse vero Hierosolymorum episcopus, eam ab

VALESII ANNOTATIONES.

carius ita vertit. *Anastasius quiete potitus a prœliis, Macedonium patriarcham avertere ab orthodoxa fide satagebat. Multi autem episcoporum Anastasio gratiam præstantes, Chalcedonensi resistebant concilio, quorum primus erat Eleusinus Sasimensis.* Græca Theophanis sic habent, ὧν πρῶτος ἦν Ἐλεύσιος ὁ ἀσήμων. Sed scribendum est, Ἐλευσίνιος ὁ Σασίμων, quemadmodum scribitur in codice Vaticano. Certe monachi Palæstinæ affirmant Eleusinum hunc episcopum fuisse secundæ Cappadociæ. Est autem Sasima urbs Cappadociæ secundæ, cujus olim episcopus fuit Gregorius Nazianzenus, quemadmodum docent Notitiæ veteres, et imprimis Hierocles.

(51) *Διὰ τούτους εἰρηνεύειν.* Scribendum videtur εἰρηνεύσειν, aut potius addenda est particula negativa hoc modo νομίσας διὰ τούτους μὴ εἰρηνεύειν αὐτούς. Id est, *illorum gratia ipsos non quiescere arbitratus.* Nec dubito quin Evagrius ita scripserit. Verum Antiquarii dum in scribendo properarent, iterum hoc loco particulam negativam omiserunt. Porro per vocem διὰ τούτους, intelligit Diodorum Tarsensem, Theodorum Mopsuestenum, Theodoritum et cæteros supra memoratos. Vide Theophanem, p. 131.

(52) *Καὶ τοῦ πατριάρχου.* Flavianum Antiochensem episcopum intelligit. Quod non monerem, nisi in versione Christophorsoni mendum subesset.

(53) *Καὶ τοὺς Ἰσαυρίους.* Rectius in Nicephoro scribitur Ἰσαύρους.

(54) *Ὅπερ αὐτοὶ μὲν προφέρουσιν.* Supplenda videtur conjunctio in hunc modum, καὶ ὅπερ μὲν αὐτοὶ προφέρουσιν, etc.

(55) *Καὶ Ἰουλίῳ.* Vide Leontium de sectis in actione octava. Ubi docet Acephalos epistolas quasdam Julio episcop. Rom. tribuisse, quæ re vera erant Apollinaris.

Digitized by Google

illis falso confictam esse dicens, alham profert absque hujusmodi anathematismo. Neque id mirum : nam et libros sanctorum Patrum sæpenumero corruperunt. Multos quoque Apollinaris libros Athanasio et Gregorio Thaumaturgo, et Julio falso ascripserunt. Quibus præcipue libris multitudinem in erroris sui societatem inducunt. Sed et a Macedonio chirographum fidei suæ postularunt. Qui quidem eam exposuit, affirmans se trecentorum et octodecim sanctorum Patrum, et centum ac quinquaginta fidem solam nosse : Nestorium vero et Eutychem anathemati subjiciens, **364** eosque qui duos Filios et duos Christos asserunt, aut qui naturas dividunt : nulla tamen mentione facta nec Ephesinæ synodi quæ Nestorium deposuit, nec Chalcedonensis in qua depositus est Eutyches. Quod cum ægre ferrent monasteria quæ erant circa Constantinopolim, a communione Macedonii episcopi desciverunt. Interea Xenaias et Dioscorus, multis episcopis sibi adjunctis, intolerabiles erant, dum tumultus concitarent adversus eos qui synodum anathemati subjicere recusabant. Ex quibus eos qui ad finem usque ipsis non cesserant, multis machinationibus in exsilium ejici curarunt. Hoc igitur modo Macedonium, et Joannem episcopum Palti, et Flavianum in exsilium trudunt. Atque hæc sunt quæ in supradicta epistola commemorantur.

A Ἐφέσῳ (55') Νεστόριον καθελούσης μνησθείς, μήτε τῆς ἐν Καλχηδόνι καθελούσης τὸν Εὐτυχῆ. Ἐφ' ᾧ ἀγανακτήσαντα τὰ περὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν μοναστήρια, ἀφίστανται (56) τοῦ ἐπισκόπου Μακεδονίου. Ἐν τούτοις ὅ τε Ξεναΐας καὶ Διόσκορος (57) πολλοὺς προσλαμβανόμενοι τῶν ἐπισκόπων, ἀφόρητοι ἦσαν, κινοῦντες κατὰ τῶν μὴ ἀνεχομένων ἀναθεματίζειν. Ὧν τοὺς εἰς τέλος μὴ ὑπείκοντας, ἐξορίαι ὑποβάλλεσθαι πολλαῖς μηχαναῖς παρεσκεύαζον. Οὗτοι οὖν καὶ Μακεδόνιον ἐξορίζουσι, καὶ Ἰωάννην τὸν Παλτοῦ (58) ἐπίσκοπον, καὶ Φλαβιανόν. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ γράμματα λέγει.

CAP. XXXII.

De expulsione Macedonii Constantinopolitani episcopi, et Flaviani Antiocheni.

Verum alia erant quæ animum Anastasii occulte pungerent. Nam cum Ariadna Anastasium imperiali purpura vestire vellet, Euphemius regiæ urbis episcopus consensum suum accommodare renuit, priusquam Anastasius cautionem propria manu scriptam et jurejurando firmatam ipsi dedisset, qua pollicebatur, fidem se illibatam servaturum, nec quidquam novi in sanctam Dei Ecclesiam invectu-

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

Περὶ τῆς ἐκβολῆς Μακεδονίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Φλαβιανοῦ Ἀντιοχείας.

Τὰ δὲ συμμάχοντα (59) ἐν παραβύστῳ τὸν Ἀναστάσιον, ἕτερα ἦν. Ἤνίκα γὰρ ἡ Ἀριάδνη τῷ Ἀναστασίῳ τὸ ἀλουργὲς ἐβούλετο περιβαλεῖν σχῆμα, οὐκ ἄλλως ὁ Εὐφήμιος τὴν ἀρχιερατικὴν διέπων καθέδραν συνετίθετο, μέχρις ὅτου τὴν δι' ἐγγράφων καὶ ὅρκων δεινῶν ὁμολογίαν αὐτόγραπτον ὁ Ἀναστάσιος ἐς Εὐφήμιον ἔθετο, ἣ μὲν ἀκέραιον (60) φυλάξαι τὴν πίστιν, καὶ μηδὲν καινουργὲς εἰσαγαγεῖν τῇ ἁγίᾳ τοῦ

VALESII ANNOTATIONES.

(55') *Μήτε δὲ τῆς ἐν Ἐφέσῳ.* Ita quidem in exordio episcopatus sui se gessit Macedonius, dum principi Anastasio a quo ad pontificatum promotus fuerat, gratificari vellet. Itaque multi ex antiquis scriptoribus prodiderunt Macedonium initio quidem Zenonis Henotico subscripsisse. Ita certe Theodorus lector affirmat, quem immerito Baronius eo nomine reprehendit. Idem enim scribit Liberatus in *Breviario*, cap. 18. Ubi de Joanne Hemula Alexandrino episcopo hæc habet : *Qui et ipse Petrum et Athanasium prædecessores suos secutus, in edicto unitivo communicavit aliis sedibus, id est Constantinopolitanæ, Antiochenæ et Hierosolymitanæ.* Et paulo post de Joanne Niceota loquens qui Hemulæ successerat, ita dicit : *Denique cum ei imperator scripsisset, ut uniretur Constantinopolitano episcopo, hæc rescripsit, quia non sufficeret ei ad perfectam unitatem ; eo quod non anathematizaret synodum.* Victor autem Tunonensis in *Chronico* de Macedonio ita scribit : *Anastasio Aug. cos. Macedonius Constantinopolitanus episcopus, synodo facta, condemnat eos qui Chalcedonensis decreta synodi suscipiunt, et eos qui Nestorii et Eutychis defendunt.* Denique Theophanes in *Chronico*, p. 120. Theodoro lectori prorsus assentitur.

(56) *Μοναστήρια ἀφίστανται.* Monasteria Dii et Bassiani, et Insomnium ac Matronæ intelligit, quæ separaverant se a communione Macedonii et eorum qui Zenonis Henotico subscripserant, ut tradit Theophanes in *Chronico*, p. 122.

(57) *Ξεναΐας καὶ Διόσκορος.* Hic est, ut existimo, Dioscorus junior qui Joanni Niceotæ successit in episcopatu Alexandrino. Baronius quidem ordinationem ejus refert anno Christi 516, quinquennio post relegationem Macedonii. Cui consentit Theophanes in *Chronico*. Sed adversatur Liberatus, qui ordinationem Dioscori refert ante Macedonii depositionem. Idque confirmat Evagrius hoc loco. Verum re accuratius examinata, Dioscorus junior hic intelligi non potest. Nam Macedonius episcopatu dejectus est anno Christi 511, ut constat ex Marcellino : eique subrogatus est Timotheus, qui statim synodicas litteras scripsit ad Joannem Nicæctam episcopum Alexandriæ, ut testantur Liberatus ac Theophanes. Cum igitur Dioscorus junior Nicæotæ successerit, necessario sedere cœpit post depositionem Macedonii. Alius igitur hoc loco intelligitur Dioscorus. Ac fortasse pro Dioscoro scribendum est Sotericus. — De Soterico vide Valesii notas infra, ad cap. 44 hujus libri. W. Lowth.

(58) *Καὶ Ἰωάννην τὸν Παλτοῦ.* De hoc Joanne Victor Tunonensis in *Chronico* ita scribit. *Theodoro viro C. cos. Julianus Bostrenus, et Joannes Paltensis episcopi ab Ecclesiis propriis ultro recedunt. Et alii eis subrogantur.* Marcellinus vero in *Chronico* id refert, Paulo et Mussiano coss. anno Christi 512.

(59) *Τὰ δὲ συμμάχοντα.* Mendum est in voce συμμάχοντα. Nicephorus quidem in c. 26 libri xvi. Hunc Evagrii locum describens, πλήττοντα posuit. Ego vero vulgatæ Scriptaræ vestigiis insistens, restituendum puto συνάγχοντα, quemadmodum legisse videtur Christophorsonus. In codice Telleriano legitur, τὰ δέ γε συμμάχοντα, etc.

(60) *Ἢ μὲν ἀκέραιον.* Rectius Nicephorus scriptum habet ἢ μὴν, etc. Sic enim Græci loqui solent.

Digitized by Google

Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, εἰ τῶν σκήπτρων ἐπιλάθοιτο· ἦν καὶ παρέθετο Μακεδονίῳ τὴν τῶν σεπτῶν κειμηλίων παραφυλακὴν ἐμπεπιστευμένῳ. Ἐδεδράκει δὲ ταῦτα, διότι γε ὁ Ἀναστάσιος δόξαν Μανιχαϊκῆς νομίσεως παρὰ τοῖς πολλοῖς εἶχεν. Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Μακεδόνιος ἐς τὸν ἱερατικὸν ἀνέβη θρόνον, ἤθελε τὴν οἰκείαν ὁμολογίαν ἀναλαβεῖν ὁ Ἀναστάσιος, καθυβρίζεσθαι τὴν βασιλείαν λέγων, εἰ τὸ ῥηθὲν αὐτόγραπτον ἐναπομείνοι. Καὶ πρὸς τοῦτο μάλα γενναίως ἐνισταμένου τοῦ Μακεδονίου, καὶ μὴ προδώσειν τὴν πίστιν ἐνισχυριζομένου, πᾶσαν ἐπιβουλὴν ἐθήρευσεν βασιλεύς; [18] οἱ, ἐξῶσαι τῆς καθέδρας ἐθέλων. Ἀμέλει τοιγαροῦν καὶ παῖδες συκοφάνται παρήγοντο, καὶ σφῶν αὐτῶν καὶ Μακεδονίου αἰσχρουργίαν κατεψεύδοντο. Ὡς δὲ τῶν ἀνδρείων ἐψιλωμένος ὁ Μακεδόνιος ὤφθη, πρὸς ἕτερα ἐχώρουν τεχνάσματα, μέχρις ὅτε συμβουλεύμασι Κέλερος ἡγεμόνος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων, ὁ Μακεδόνιος λαθραίως τῶν οἰκείων ἐξέστη θρόνων. Τῇ δὲ ἐκβολῇ Φλαβιανοῦ ἕτερα προστιθέασι. Κατειλήφαμεν γὰρ ἐνίους ἐσχατογέροντας, τοὺς ὅσα συμβέβηκεν ἐπὶ Φλαβιανοῦ τῇ μνήμῃ διασώζοντας· οἳ λέγουσιν ὡς ὑπὸ Ξεναΐᾳ ἀνδρὶ (61), ἦν δὲ Ξεναΐας τῆς γείτονος Ἱερᾶς πόλεως πρόεδρος, Ἑλλάδι φωνῇ Φιλόξενος προσαγορευόμενος, πεισθέντες οἵ τε τῆς καλουμένης κυνηγικῆς μοναχοὶ (62) καὶ ὅσοι τοῦ πρώτου τῶν Σύρων ἔθνους καθεστήκεσαν, ἀθρόοι μετὰ ταραχῆς καὶ τῆς ἐς ἄγαν ἀταξίας ἐσπεπηδήκασι τῇ πόλει, βιαζόμενοι Φλαβιανὸν ἀναθεματίσαι τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον καὶ τὸν τόμον Λέοντος. Πρὸς ὃ δυσανασχετοῦντος Φλαβιανοῦ, καὶ τῶν μοναχῶν μετὰ πολλῆς τῆς ῥύμης ἐνισταμένων, ἀναστὰς ὁ λεὼς τῆς πόλεως φόνον πολὺν τῶν μοναχῶν κατειργάζετο· ὡς καὶ πολλοὺς καὶ ἀναριθμήτους αὐτῶν τάφον τὸν Ὀρόντην κληρώσασθαι, τῶν σωμάτων τοῖς κύμασι κηδευθέντων. Συνέπεσε δὲ καὶ ἕτερον τούτῳ οὐκ ἐλαττούμενον. Τὸ γὰρ τῆς Κοίλης Συρίας, νῦν δὲ δευτέρας προσαγορευομένης μοναδικὸν, προσπάσχον τῷ Φλαβιανῷ, ἐπειδὴ τὸν μονήρη μετῆλθε βίον ἔν τινι φρονστιστηρίῳ ἐπὶ ἀγροῦ, Τιλμογνῶν ὄνομα τούτῳ διακειμένῳ, ἔπεισι τῇ Ἀντιόχου, ἀμύνειν τῷ Φλαβιανῷ βουλόμενον, ὡς κάνταῦθα οὐ μικρά τινα συμβῆναι. Εἴτε οὖν ἐκ τῶν προτέρων, εἴτε καὶ ἐκ τῶν δευτέρων, ἢ καὶ ἐξ ἀμφοῖν, ὁ Φλαβιανὸς ἐκβάλλεται (c), κατακριθεὶς Πέτρας οἰκεῖν πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τῶν Παλαιστίνων κειμένας.

rum esse, si imperii compos fieret. Hæc ille chartam Macedonio sacrorum vasorum custodi commendaverat. Hæc autem idcirco egerat Euphemius, quod Anastasius Manichæorum sectæ addictus esse a plerisque crederetur. Postquam igitur Macedonius episcopalem sedem adeptus esset, Anastasius **365** cautionem suam reddi sibi voluit, asserens contumeliam fieri imperio, si supra memoratum chirographum in Ecclesia reconditum servaretur. Sed cum Macedonius strenue admodum resisteret, seque fidem proditurum negaret, omni insidiarum genere eum appetiit Anastasius, ut episcopatum ei adimeret. Inducti sunt igitur in judicium pueri quidam calumniatores, qui tum se, tum Macedonium, turpis flagitii falso accusarent. Verum ubi deprehensum est, Macedonio abscissa esse genitalia, ad alias artes conversi sunt: donec tandem consilio Celeris magistri officiorum, clam ex episcopali sede abscessit. In ejectione autem Flaviani, alia quoque adjecerunt. Incidimus enim in senes quosdam decrepitos, qui cuncta quæ Flaviani pontificatu acciderant, memoria tenebant. Hi affirmabant, monachos regionis quæ Cynegica dicitur, et quotquot in prima Syriarum provincia sedes habebant, inductos a Xenaia: erat autem Xenaias episcopus Hierapolis quæ vicina est Antiochiæ, et Græco vocabulo Philoxenus dicebatur: in unum collectos, subito in urbem irrupisse cum maximo tumultu et contumacia, compellentes Flavianum, ut Chalcedonensem synodum, et Leonis epistolam, sub anathemate damnaret. Quod cum Flavianus ægre admodum ferret, et monachi maximo impetu instarent, plebs civitatis insurgens adversus monachos, plurimos eorum interfecit, adeo ut ingens eorum numerus Orontem fluvium pro tumulo sortitus sit, cadaveribus in gurgite sepultis. Accidit et aliud quidpiam, priore illo nequaquam levius. Monachi enim Syriæ Cœles quæ nunc secunda Syria appellatur; cum impense faverent Flaviano, propterea quod is in monasterio quodam quod situm erat in agro qui Tilmognus dicitur, monasticam egisset vitam, subito Antiochiam advolarunt, ut Flavianum defenderent: ita ut tum quoque et non exigua evenerint mala. Sive igitur ob priora illa, sive ob ea quæ posteriore loco retulimus, sive ob utraque simul, Flavianus sede sua expellitur, et Petras, quod oppidum est in finibus Palæstinæ situm, relegatur.

VARIÆ LECTIONES.

[18] C. C. ἐθήρευσεν ὁ βασ.

VALESII ADNOTATIONES.

(61) *Ὑπὸ Ξεναΐᾳ ἀνδρί.* Ultima vox delenda est, utpote superflua, et quæ nescio unde in hunc locum irrepsit. Quod si eam hic retinere vellemus, scribendum esset ἀνδρὸς Πέρσου. Refertur enim ad verbum πεισθέντες. Erat certe Xenaias iste natione Persa, ut testantur Theophanes, Nicephorus et alii.

(62) *Κυνηγικῆς μοναχοί.* Nicephorus in cap. 27 libri XVI, monasterium esse existimavit ita dictum a Cynegio quodam ejus conditore. Mihi tamen verisimilius videtur regionem esse Syriæ ita dictam, in qua plura essent monasteria. Hujus regionis meminit Theophanes in *Chronico*, pag. 151, ubi de Alamundari in Syriam irruptione scribit, καὶ ἔκαυσε τὰ ἔξω Χαλκίδος, καὶ τὴν Κυνηγίαν χώραν.

VARIORUM.

(c) *Φλαβιανὸς ἐκβάλλεται.* Flavianus anno 512 in exsilium missus est in Castellum quod *Petra* dicitur, ubi *confessor Christi in Domino requievit*, inquit Marcellinus in *Chronico*.

Digitized by Google

366 CAP. XXXIII.

De Severo episcopo Antiochiæ.

Ejecto igitur Flaviano, Severus ad episcopatum Antiochensis Ecclesiæ promotus est, anno urbis Antiochiæ quingentesimo sexagesimo primo, mense Dio, indictione sexta currentis tunc circuli. Quo tempore vero hæc scribimus, annus est Antiochenorum sexcentesimus quadragesimus primus. Hic Severus patriam habuit Sozopolim, unam ex urbibus provinciæ Pisidiæ. Ac primum quidem Beryti causidicinæ operam dederat. Postea vero, relicto jurisprudentiæ studio, cum sacrum baptismum susceepisset in ecclesia admirandi martyris Leontii, qui in urbe Phœnices maritimæ Tripoli, summo honore colitur, illico monasticam vitam amplexus est in quodam monasterio quod inter civitatem Gazam et oppidum Majumam in medio itineris po-

A

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

Περὶ Σεβήρου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.

Ἐκβεβλημένου τοίνυν Φλαβιανοῦ, Σεβῆρος ἐπὶ τὸν ἱερατικὸν τῆς Ἀντιοχείας θρόνον ἄνεισι, χρηματιζούσης τῆς πόλεως ἔτος πρῶτον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ πενταχοσιοστόν (62'), ἀνὰ τὸν Δῖον μῆνα, τῆς ἕκτης ἐπινεμήσεως (*d*) τοῦ τηνικάδε κύκλου (63)· κατὰ τήνδε τὴν γραφὴν χρηματιζούσης πρῶτον τεσσαρακοστὸν καὶ ἑξακοσιοστὸν ἔτος. Ὃς πατρίδα τὴν Σωζοπολιτῶν κληρωσάμενος, ἡ μία τοῦ Πισιδῶν ἐστιν ἐθνους, δικανικοῖς πρώην ἐσχολάκει λόγοις ἀνὰ τὴν Βηρυτίων· ἐκ δὲ τῆς τῶν νόμων ἀσκήσεως εὐθὺ τοῦ ἁγίου μεταλαδὼν βαπτίσματος ἀνὰ τὸ ἱερὸν τέμενος Λεοντίου τοῦ θεσπεσίου μάρτυρος, τοῦ ἐπὶ τῆς Τριπολιτῶν Φοινίκης παράλου (64) τιμωμένου, ἐπὶ τὸν μονήρη βίον μετῆλθεν ἔν τινι φροντιστηρίῳ (65), ἀνὰ τὸν μέσον χῶρον κειμένῳ Γάζης τοῦ πολίσματος καὶ τοῦ λεγο-

B

C

D

VALESII ANNOTATIONES.

(62') *Ἔτος πρῶτον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ πενταχοσιοστόν.* Fuit hic annus Christi 513. Primus enim annus Antiochenorum, vulgarem Christi natalem præcedit annis 48 Severus igitur Antiochensem episcopatum occupavit anno natalis Dominici 513 mense Novembri, indictione sexta. Ita Marcellinus Comes in *Chronico* indict. 6, Clementino et Probo coss. *Severus Eutychetis perfidiæ cultor, Anastasio Cæsare volente, sedem Flaviani antistitis ex monacho factus episcopus occupavit.* Operæ pretium est Severi doctrinam ex Abulpharagio referre, sub Dynast. VII, pag. 118, in versione Lat. Pocockii, pag. 95, ubi de Severo sic scribit. « Severus patriarcha Antiochenus libros multos composuit ad astruendam scientiam de natura una e naturis duabus divina et humana, sine mistione, confusione, aut corruptione; verum ita ut eo modo, quo fuerunt, manerent; sicut natura hominis duabus naturis animæ et corporis constat, et corpus duabus naturis materiæ et formæ; ita ut nec anima in corpus mutetur, nec materia in formam, vel e contra. »

Quæ ipsissima est hodiernorum Jacobitarum sententia [Habessini se Jacobitas, de Jacobo quodam Dioscori sectatore denominant] quæ ceu eadem cum Eutychianismo a veteribus et recentioribus *Historiæ ecclesiasticæ* scriptoribus proponitur: quod stare nequit, si Eutyches naturas in Christo confudit et commiscuit. Hoc enim supposito, sequitur Severum Eutychetis hæresin ex parte correxisse, et una natura concessa, confusionem tamen et commistionem divinitatis atque humanitatis negavisse: quod mihi verisimillimum videtur; quia, ut antehac monuimus, *Æthiopes Eutychetem propter confusionem naturarum damnant;* quod non fieret, si idem cum illo sentirent. (Job. Ludolfus, *Comment. in Hist. Æthiop.*, p. 461.)

(63) *Τοῦ τηνικάδε κύκλου.* Hæc verba in interpretatione sua omisit Christophorsonus. Est autem hic sensus horum verborum: Anno sexto indictionalis circuli qui tunc erat. Etenim indictio circulus est annorum quindecim, quibus finitis alter circulus incipit annorum totidem. Ἐπινέμησιν τοῦ κύκλου, vocat Evagrius partitionem circuli quindecennalis, quam Latini indictionem vocant. Sed cum Evagrius mense Dio, id est Novembri, Severum ordinatum esse dicat, indictione septima id factum sit oportet. Nova enim indictio cœperat a mense Septembri. Eodem modo locutus est Evagrius supra in capite 12, libri II, ubi de terræ motu qui Antiochiæ contigit Leonis Augusti temporibus, ita dicit. Ἀνὰ τὴν ἐνδεκάτην ἐπινέμησιν τοῦ κύκλου, id est, *anno undecimo partitionis circuli.* Sic *in edicto* decimo tertio Justiniani: Μέχρι τῆς δευτέρας ἐπινεμήσεως τοῦ παρωχηκότος κύκλου.

(64) *Φοινίκης παράλου.* Duplex erat Phœnice: altera maritima, Græcis πάραλος seu παραλία dicta: cujus metropolis fuit Tyrus. Altera Libanensis nominata, cujus caput fuit Emesa, ut docent Notitiæ veteres. In Phœnice maritima urbs fuit Tripolis notissima. In ea urbe cultum fuisse Leontium martyrem testatur Evagrius. Is est Leontius, cujus mentio fit in *Menologio*, die 18 mensis Julii. In hujus martyris æde baptizatum esse Severum testantur monachi in libello oblato Menæ patriarchæ, qui refertur in act 5 synodi Constantinopolitanæ sub Mena.

(65) *Ἐν τινὶ φροντιστηρίῳ.* Liberatus in *Breviario*, cap. 19, de Severo ita scribit: *Is enim Severus cum sederet prius in monasterio, non suscipiebat Zenonis edictum, nec Petrum Moggum. Deinde sedens in abbatis Romani et Mamæ qui post eum præfuit monasterio, exinde missus est permanere Constantinopoli apocrisarius; et fit inter eos qui Petri Moggi erant.* Hæc Liberati narratio longe dissentit ab Evagrio. Nam Evagrius ait Severum primo quidem fuisse monachum in monasterio quod erat inter Majumam et Gazam. Idque confirmat etiam Theophanes. Postea vero sedisse in monasterio Nephalii abbatis, quod erat in Ægypto, ut docet Evagrius in capite 22 hujus libri. Ex quo monasterio pulsum Severum, ait venisse Constantinopolim. Liberatus vero in duobus quidem monasteriis Severum sedisse scribit. Non tamen ejectum esse ex monasterio, sed apocrisiarium factum fuisse testatur. Cujus autem apocrisiarius fuerit, non dicit. Ego apocrisiarium monachorum Orientis, qui ejusdem cum ipso sectæ erant, fuisse existimo. Sic Theonas apocrisiarius dicitur monasteriorum Palæstinæ in actione prima synodi Constantinopolitanæ sub Mena. Idque confirmat Evagrius hoc loco.

VARIORUM.

(*d*) *Ἔτος πρῶτον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ πενταχοσιοστὸν — ἕκτης ἐπινεμ. . .* Valesius in notis Marcellini *Chronicon* secutus, hunc annum Antiochenum cum an. Chr. 513, copulat, et loco indictionis sextæ, indict. septimam substituit. Verum juxta rationes Cl. Pagii, annus Antiochenus DLXI Kalendis Septembribus anni Chr. 512 inchoatur; adeoque numerus indictionis ab Evagrio positus recte se habet. Vid. ipsum Pagium ad ann. 513, n. 2 et 4. W. Lowth.

Digitized by Google

μένου Μαιουμᾶ τοῦ πολιχνίου· ἔνθα καὶ Πέτρος ὁ Ἴβηρ (66) τῆς αὐτῆς Γάζης προεδρεύσας, καὶ σὺν Τιμοθέῳ τῷ Αἰλούρῳ πεφευγὼς, διὰ τῶν αὐτῶν ἦλθε σκαμμάτων, πολὺν λόγον ἑαυτῷ καταλελοιπώς. Καὶ Νηφαλίῳ μὲν ὁ Σεβῆρος διαλογικῶς συμπλέκεται, τῆς αὐτῆς αὐτῷ πρότερον κάθεστῶτι μοίρας περὶ τὴν μίαν φύσιν· ὕστερον δὲ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου καὶ τῶν δύο πρεσβευόντων φύσεις ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, γενομένῳ. Ἐξελαύνεται δὲ πρὸς αὐτοῦ Νηφαλίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τοῦ οἰκείου φροντιστηρίου, μεθ' ἑτέρων πολλῶν τὰ παραπλήσια δοξαζόντων αὐτῷ. Ἔνθεν ἐπὶ τὴν βασιλέως ἄνεισι πόλιν, ὑπέρ τε αὐτοῦ καὶ τῶν ἅμα αὐτῷ ἐξεληλαμένων πρεσβεύσων· καὶ Ἀναστασίῳ τῷ βασιλεῖ γνώριμος καθίσταται, ὡς τὰ περὶ τούτων τῷ συγγράψαντι τὸν Σεβήρου βίον ἀνείληπται. Συνοδικὰς τοίνυν ἐπιστολὰς (67) γράφων ὁ Σεβῆρος, ῥητῶς τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον ἀνατεθεμάτικε· περὶ οὗ τὰ Πρὸς Ἀλκίσωνά φησι γράμματα ταυτὰ τὰ ῥήματα· τὰ μὲν συνοδικὰ Τιμοθέου (68) τοῦ νῦν Κωνσταντινουπόλεως ἐδέχθη ἐνταῦθα ἐν Παλαιστίνῃ· ἡ δὲ καθαίρεσις Μακεδονίου καὶ Φλαβιανοῦ οὐκ ἐδέχθη· ἀλλ' οὐδὲ τὰ συνοδικὰ Σεβήρου. Ἀλλὰ καὶ οἰκοδομήσαντες (69) ἐνταῦθα, ἀτιμασθέντες καὶ ὑβρισθέντες ἀξίως ἔφυγον, τῆς πόλεως ἐπ' αὐτοὺς (70) τοῦ δήμου τε καὶ τῶν μοναχῶν κινηθέντων. Καὶ ἡ μὲν Παλαιστίνη ἐν τούτοις ἦν. Τῶν δὲ ὑπ' Ἀντιοχείᾳ (71), οἱ μὲν συναπαχθέντες ὑπήχθησαν, ἐξ ὧν ἐστὶ καὶ Μαρῖνος ὁ Βηρυτοῦ ἐπίσκοπος· οἱ δὲ, βίᾳ καὶ ἀνάγκῃ συνέθεντο τοῖς συνοδικοῖς Σεβήρου, ἀναθεματισμὸν ἔχουσιν ἅμα τῆς συνόδου καὶ τῶν λοιπῶν τῶν εἰρηκότων δύο φύσεις ἢ ἰδιότητας ἐπὶ τοῦ Κυρίου, τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος· οἱ δὲ, μετὰ τὸ ἐξ ἀνάγκης συνθέσθαι μεταβαλλόμενοι ἀνεκαλέσαντο. Ὧν εἰσὶν οἱ ὑπὸ Ἀπάμειαν ἐπίσκοποι. Ἄλλοι δὲ καθόλου οὐκ ἠνέσχοντο συνθέσθαι. Ὧν εἰσὶν Ἰουλιανὸς ὁ Βοστρῶν καὶ Ἐπιφάνιος ὁ Τύρου, καὶ ἄλλοι τινὲς, ὡς φασι, τῶν ἐπισκόπων. Οἱ δὲ Ἴσαυροι νῦν ἀνανήψαντες,

situm est. Quo in loco Petrus quoque Iberus, qui ejusdem Gazæ episcopus fuit, et qui cum Timotheo Æluro in exsilium missus est, monasticum vivendi genus excoluit, crebrisque hominum sermonibus celebratus est. Porro Severus quodam die, disputatione habita congressus est cum Nephalio : qui prius quidem idem cum ipso senserat de unica Christi natura : postea vero defensoribus Chalcedonensis synodi et iis qui duas in Domino nostro Jesu Christo naturas prædicabant, sese adjunxerat. Ab hoc igitur Nephalio et a monachis qui cum illo erant, Severus una cum illis qui opinioni ejus adhærebant, ejectus est ex monasterio. Qui mox ad regiam urbem perrexit, tam pro se, quam pro illis qui una cum ipso expulsi fuerant, legationem obiturus. **367** Hoc modo ad notitiam et familiaritatem imperatoris Anastasii pervenit, ut pluribus refert is qui vitam Severi conscripsit. Porro Severus in epistolis suis synodicis, Chalcedonensem synodum diserte anathematizavit. Qua de re monachi Palæstinæ in litteris ad Alcisonem ita scribunt. Synodicæ quidem epistolæ Timothei Constantinopolitani hic in Palæstina susceptæ sunt. Macedonii vero et Flaviani depositio haudquaquam suscepta est. Sed neque Severi synodicæ susceptæ sunt litteræ. Verum hi qui eas attulerant, contumelia et probris affecti, sicut merebantur, fugam abripuerunt, cum populus civitatis et monachi adversus eos insurrexissent. Et Palæstina quidem hoc in statu erat. Eorum vero qui Antiochiæ subjacent, alii quidem per fraudem inducti sunt. Ex quorum numero est Marinus episcopus Beryti. Alii vero vi ac necessitate compulsi, consenserunt Severi synodicis, quibus anathema continebatur, tam adversus synodum Chalcedonensem, quam adversus reliquos qui duas in Domino nostro naturas aut proprietates dixerant, alterum carnis, alterum deitatis. Quidam cum necessitate adacti consensissent, postea

VALESII ANNOTATIONES.

(66) *Πέτρος ὁ Ἴβηρ.* De hoc Petro Ibero jam locutus est Evagrius in lib. II, cap. 8. Ejusdem Petri mentio fit in libello monachorum ad Menam patriarcham qui refertur in actione 5 synodi Constantinopol. sub Mena, ubi de Severo ita scribunt, τοιγαροῦν καὶ τὸν Ἴβηρα Πέτρον κατὰ ταὐτὸν δέχεται, κοινωνεῖ δὲ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀκεφάλοις.

(67) *Συνοδικὰς τοίνυν ἐπιστολάς.* Intelligit synodicas quas scripsit Severus ad Timotheum Constantinopolitanum episcopum et ad Joannem Nicæotam episcopum Alexandriæ. His enim communicasse Severum docet Liberatus in *Breviario*, c. 19. Certe Theophanes in *Chronico*, pag. 135, scribit Timotheum, cum Severi nomen diptychis inserere voluisset, prohibitum esse a populo Constantinopolitano.

(68) *Τὰ μὲν συνοδικὰ Τιμοθέου.* Maximam huic loco lucem affert Theophanes. Is, pag. 135, scribit Timotheum synodicas litteras et depositionem Macedonii ad universos episcopos misisse ut iis subscriberent : et infirmiores quidem, imp. metu utrique libello subscripsisse. Eos vero qui fortiori animo præditi essent, neutri subscribere voluisse. Quosdam autem mediam viam insistentes, Timothei quidem synodicis subscripsisse, Macedonii vero depositioni nequaquam subscripsisse. Ex his igitur mediis fuerunt episcopi Palæstinæ, ut testantur hic monachi in epistola ad Alcisonem.

(69) *Ἀλλὰ καὶ οἰκοδομήσαντες.* Procul dubio scribendum est οἱ κομίσαντες, quemadmodum legitur in Nicephoro. Qui etiam una voce auctior est hoc modo, οἱ κομίσαντες ἐνταῦθα, sed et in codice Telleriano plane scriptum inveni οἱ κομίσαντες, etc.

(70) *Τῆς πόλεως ἐπ' αὐτούς.* Apud Nicephorum hic locus aliter distinguitur, hoc scilicet modo. Ἔφυγον τῆς πόλεως· ἐπ' αὐτοὺς τοῦ δήμου τε καὶ τῶν μοναχῶν κινηθέντων. Quam quidem distinctionem magis probo.

(71) *Τῶν δὲ ὑπ' Ἀντιοχείᾳ.* Nicephorus scriptum habet ἐν Ἀντιοχείᾳ, quod non probo. Neque enim de Antiochia loquuntur monachi Palæstinæ, sed de episcopis qui subjacebant sedi Antiochenæ. Nam cum antea locuti essent de rebus Palæstinæ, quæ subjacebat patriarchæ Hierosolymitano, transeunt jam ad episcopos Orientis qui subjacebant patriarchæ Antiocheno ; ac primum quidem nominant Marinum episcopum Beryti, quæ urbs est Phœnices. Erat autem Phœnice sub dispositione patriarchæ Antiocheni, quemadmodum convenerat in Chalcedonensi synodo inter Maximum Antiochenum et Juvenalem Hierosolymitanum.

Digitized by Google

mutati sententiam revocarunt : inter quos sunt episcopi qui subjacent Apameæ. Nonnulli consentire penitus recusarunt. Ex quorum numero est Julianus episcopus Bostræ, et Epiphanius Tyri, et alii quidam, ut aiunt, episcopi. Isauri vero tandem ad sanam mentem reversi, pristinum quidem errorem suum jam damnant. Severum autem cum sectatoribus suis anathematizant. Quidam etiam ex iis qui sub Severo sunt episcopi et clerici, relictis propriis Ecclesiis, aufugerunt. Ex quibus est Julianus episcopus Bostræ et Petrus Damasci, qui apud nos degunt. Mamas item : hic autem unus fuisse videbatur ex duobus antesignanis Dioscorianorum, a quibus Severus ipse fuerat institutus : cum eorum arrogantiam improbasset. *Et paulo post.* Monasteria plurimæ civitates una cum **368** suis episcopis in

A ἑαυτῶν μὲν καταγινώσκουσιν ἐπὶ τῇ προτέρᾳ ἐξαπάτῃ · Σεβῆρον δὲ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἀναθεματίζουσιν. Ἕτεροι δὲ τῶν ὑπὸ Σεβῆρον ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν, τὰς Ἐκκλησίας ἀφέντες, ἔφυγον. Ὧν ἐστι καὶ ὁ Βοστρῶν Ἰουλιανὸς καὶ Πέτρος ὁ Δαμασκοῦ, ἐνταῦθα διάγοντες · ἀλλὰ καὶ Μάμας (72). εἷς δὲ οὗτος τῶν δοξάντων δύο ἐξάρχων εἶναι τῶν Διοσκορianῶν, ὑφ' ὧν καὶ Σεβῆρος κατήχθη (73), καταγνὼς αὐτῶν τῆς αὐθαδείας. *Καὶ μεθ' ἕτερα.* Τὰ δὲ ἐνταῦθα μοναστήρια, καὶ αὐτὰ τὰ Ἱεροσόλυμα ὁμονοοῦσι σὺν Θεῷ περὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν, καὶ ἄλλαι δὲ πλεῖσται πόλεις μετὰ τῶν ἐπισκόπων. Περὶ ὧν ἁπάντων καὶ ἡμῶν προσεύχου μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν, δέσποτα ἁγιώτατε καὶ τιμιώτατε ἡμῶν Πάτερ.

vero quæ hic sunt, et ipsa Hierosolyma, aliæ item recta fide consentiunt. Pro quibus universis, et pro nobis, ora ne intremus in tentationem, domine sanctissime et maxime honorande Pater noster.

CAP. XXXIV.

De libello depositionis ad eumdem Severum misso a Cosma et Severiano.

Sed quoniam supradictæ litteræ testantur, episcopos qui subjacebant Ecclesiæ Apamenorum, a Severi communione recessisse : adjiciamus hic, si placet, ea quæ a Patribus accepimus, licet nullis adhuc historiarum monumentis sint prodita. Cosmas episcopus nostræ Epiphaniæ quam Orontes fluvius alluit, et Severianus episcopus vicinæ urbis Arethusæ, synodicis Severi litteris commoti, cum ab ejus communione sese abrupissent, libellum depositionis ad eum mittunt, Antiochenæ Ecclesiæ etiamtum præsidentem. Porro hunc libellum Aureliano cuidam tradiderunt, archidiacono Epiphaniensis Ecclesiæ. Qui quoniam Severum ipsum, tantique episcopatus fastum reformidabat : simul atque Antiochiam venit, amictus muliebri veste ad Severum accessit, jocans ac lasciviens, modisque omnibus similans se mulierem esse. Velo denique quo caput contexerat, ad pectus usque demisso, lamentans atque altum suspirans, et obtestans, specie supplicis libelli Severo procedenti depositionem tradit. Cumque omnes latuisset, ex turba quæ Severum sequebatur, se subduxit : fugaque arrepta, salutem sibi quæsivit, priusquam Severus ea quæ in libello scripta erant, cognovisset. Severus tamen, quamvis libellum suscepisset, et quæ in illo continebantur didicisset, nihilominus in sede sua permansit ad obitum usque Anastasii. Porro cum Anastasius ea quæ Severo acciderant comperisset : neque enim silendum est Anastasii factum

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

Περὶ τῆς περιῳθείσης αὐτῷ καθαιρέσεως ὑπὸ Κοσμᾶ καὶ Σεβηριανοῦ.

Ἐπειδὴ τοίνυν ταῦτα τὰ γράμματα λέγει τοὺς ὑπὸ Ἀπάμειαν ἱερέας (74) ἀποπηδῆσαι ἀπὸ Σεβήρου, φέρε τι προσθῶμεν ὅπερ ἐς ἡμᾶς πατρόθεν διέβη, εἰ καὶ ἱστορίᾳ μέχρι νῦν οὐκ ἀνείληπται. Κοσμᾶς τὴν ἡμετέραν ἐπισκοπῶν Ἐπιφάνειαν, ἣ τὸν Ὀρόντην σύνοικον ἔχει, καὶ Σεβηριανὸς Ἀρέθουσαν τὴν ἀστυγείτονα, πρὸς τὰ συνοδικὰ Σευήρου ταραχθέντες, καὶ τῆς ἐκείνου κοινωνίας ἑαυτοὺς ἀπορρήξαντες, βιβλίον καθαιρέσεως αὐτῷ διαπέμπονται ἐς ἔτι τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἐπισκοποῦντι. Ἐγχειρίζουσι δὲ τὸ βιβλίον Αὐρηλιανῷ, τῷ τῶν διακόνων πρώτῳ τῆς Ἐπιφανέων. Ὃς ἐπειδὴ τὸν Σευῆρον ἐδεδοίκει, καὶ τὸν τῆς τοσαύτης ἐπισκοπῆς ὄγκον, ὅτε τὴν Ἀντιόχου κατειλήφει, ἐσθῆτα γυναικείαν ἑαυτῷ περιθεὶς, προσῄει τῷ Σευήρῳ, αἰκιζόμενός τε καὶ θρυπτόμενος καὶ διὰ πάντων τὸ εἶναι γυνὴ σχηματιζόμενος, καὶ τὸ κατὰ τῆς κεφαλῆς φάρος μέχρι τῶν στέρνων καθεὶς, ὀλοφυρόμενός τε καὶ μύχιον ποτνιώμενος, ἱκετηρίας τινὸς προσχήματι προϊόντι τῷ Σευήρῳ τὴν καθαίρεσιν ἐπιδίδωσι. Καὶ πάντας διαλαθὼν, τοῦ ἑπομένου ἔξεισιν ὁμίλου, καὶ δρασμῷ τὴν σωτηρίαν ὠνεῖται, πρὶν τὸν Σευῆρον τὰ ἐν τῷ βιβλίῳ κείμενα γνῶναι. Ὅμως δ' οὖν ὁ Σευῆρος καὶ τὸ βιβλίον δεξάμενος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ συνεὶς, τῷ οἰκείῳ προσεκαρτέρησε θρόνῳ, μέχρι τῆς Ἀναστασίου τελευτῆς. Ὡς οὖν Ἀναστάσιος τὰ ἐπὶ Σευήρῳ γεγενημένα διέγνω, ἱστορητέον γὰρ τὴν πρᾶξιν φιλανθρώπως τῷ Ἀναστασίῳ διεσκευασμένην, προστάττει Ἀσιατικῷ τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν (75) τῆς ἐν Φοινίκῃ Λιβανησίας

VALESII ANNOTATIONES.

(72) Ἀλλὰ καὶ *Μάμας.* Hujus Mamæ mentionem facit Liberatus in cap. 19 *Breviarii*, ita scribens de Severo. *Deinde sedens in abbatis Romani et Mamæ qui post eum præfuit, monasterio, deinde missus est permanere Constantinopoli apocrisiarius.* Duo igitur illi Dioscoritarum antesignani a quibus institutus fuerat Severus, sunt Romanus et Mamas, abbates monasterii illius quod erat inter Majumam et Gazam. Certe Theophanes, in *Chronico*, monasterium illud τῶν ἀποστατῶν μοναχῶν appellat, id est, schismaticorum monachorum.

(73) Ὑφ' ὧν καὶ Σεβῆρος κατήχθη. Malim scribere κατηχήθη. Mamas enim et Romanus abbates Severum instituerant, ut supra diximus ex Liberato.

(74) *Τοὺς ὑπὸ Ἀπάμειαν ἱερέας.* Apamia metropolis erat Syriæ Cœles, seu secundæ, cui subjectæ erant Epiphania et Arethusa, ut docent Notitiæ veteres.

(75) *Τὴν Ἀσιατικὴν ἀρχήν.* Hunc locum restituimus ex optimis codicibus Florentino et Tellerиano, in quibus ita scribitur, τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν

Digitized by Google

ἐπιτραπέντι, Κοσμᾶν καὶ Σευηριανὸν τῶν οἰκείων ἐξελάσαι θρόνων, διότι τῷ Σευήρῳ τῆς καθαιρέσεως τὸ βιβλίον πεπόμφασιν. Ὃς ἐπειδὴ τὰ τῆς ἑῴας κατειλήφει μέρη, πολλούς τε τῶν Κοσμᾶ καὶ Σευηριανοῦ δογμάτων ἀντεχομένους εὗρε, μάλα τε γενικῶς αὐτῶν ἀντιποιουμένας τὰς σφῶν πόλεις, ἀνήγαγε τῷ Ἀναστασίῳ, ἀναιμωτὶ μὴ δύνασθαι τούτους τῶν οἰκείων φυγαδεύειν θρόνων. Τοσοῦτον τοιγαροῦν περιῆν φιλανθρωπίας τῷ Ἀναστασίῳ, ὡς διαῤῥήδην γράψαι τῷ Ἀσιατικῷ, μηδὲν βούλεσθαι, παρελθεῖν (76), μηδ' ἂν εἰ μέγα τε καὶ ἀξιόλογον ᾖ, εἴπερ αἵματος ῥανὶς ἐχχέοιτο. Ἐν τούτοις μὲν οὖν τὰ κατὰ τὰς Ἐκκλησίας πανταχοῦ γῆς καθειστήκει, μέχρι τῆς Ἀναστασίου βασιλείας· ὃν καὶ ὡς ἐναντίον τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου τινὲς κρίναντες, τῶν ἱερῶν περιεῖλον δέλτων· ἐν δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις καὶ ζῶν ἀνεθεματίσθη.

A plenum clementiæ atque humanitatis; mandavit Asiatico duci Phœnices Libanensis, ut Cosmam ac Severianum sedibus suis expelleret, eo quod depositionis libellum ad Severum mittere ausi essent. Qui eum ad Orientis partes venisset, et doctrinam Cosmæ ac Severiani a multis defendi reperisset, urbesque illorum admodum strenue pro suis episcopis propugnare, retulit ad Anastasium, episcopos istos propriis sedibus exturbari citra cædem non posse. Tantum porro humanitatis inerat in Anastasio, ut diserte ad Asiaticum rescripserit, nolle se quidquam ad exitum perduci, quamvis magnum atque eximium, si vel gutta sanguinis effundenda esset. Res igitur ecclesiasticæ per universum terrarum orbem hoc in statu erant usque ad principatum Anastasii. Quem nonnulli cum synodi **369** Chalcedonensis inimicum esse judicassent, nomen ejus ex sacris tabulis expunxerunt; Hierosolymis vero etiam vivus ac spirans anathematizatus est.

B

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Περὶ τῆς τῶν τυράννων Ἰσαύρων καθαιρέσεως.

Οὐκ ἀπὸ δὲ τρόπου καθ' ἣν ἐτύχομεν προκαταβεβληκότες ὑπόσχεσιν, καὶ τὰ ἕτερα λόγου ἄξια ὑπὸ τοῖς Ἀναστασίου χρόνοις γενομένοις (77) συνάψαι τῇ ἱστορίᾳ. Λογγῖνος ὁ Ζήνωνος ὅμαιμος (*e*), τὴν ἐνεγκαμένην ὡς προδεδιῄγηται κατειληφὼς, τὸν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα πόλεμον ἀναφανδὸν ἀναζώννυται. Καὶ πολλῶν ἔνθεν τε κἀκεῖθεν συναθροισθεισῶν δυνάμεων, μεθ' ὧν καὶ Κόνων ἐτύγχανεν ὤν, ἐπίσκοπος τῆς ἐν Ἀπαμείᾳ τῆς Σύρων ἐπαρχίας γεγονώς, τοῖς Ἰσαύροις ὡς Ἴσαυρος συνεστράτευσε. Τέλος ἐπιτίθεται τῷ πολέμῳ. Τῶν μὲν Ἰσαύρων τῶν συστρατευσάντων τῷ Λογγίνῳ πανωλεθρίᾳ φθαρέντων· τῶν δὲ κεφαλῶν Λογγίνου καὶ Θεοδώρου (78) πρὸς Ἰωάννου [τοῦ] τοῦ Σκύθου σταλεισῶν ἀνὰ τὴν βασιλέως πόλιν. Ἃς καὶ ἐν κοντοῖς περιαρτήσας ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς καλουμέναις Συκαῖς ἀντιπέραν τῆς Κωνσταντίνου κειμένης ἐπῃώρησεν· ἡδὺ θέαμα τοῖς Βυζαντίοις, ἀνθ' ὧν κακῶς πρὸς Ζήνωνος καὶ τῶν Ἰσαύρων ἐπεπόνθεσαν. Καὶ ὁ ἕτερος δὲ Λογγῖνος, τὸ πολὺ τῆς τυραννίδος συνέχων, ὁ ἐπίκλην Σελινούντιος, καὶ Ἴνδης σὺν αὐτῷ, πρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Κυρτοῦ στέλλονται τῷ Ἀναστασίῳ ζωγρίαι· ὃ μάλιστα τόν

CAP. XXXV.

De exstincta Isaurorum tyrannide.

Porro non absurdum fuerit hoc loco, si res quoque alias memoratu dignas quæ Anastasii temporibus acciderunt, juxta id quod antea polliciti sumus, huic historiæ attexamus. Longinus Zenonis consanguineus, cum in patriam suam, sicut antea commemoratum est, advenisset, palam adversus imperatorem bellum suscepit. Plurimis igitur collectis utrinque copiis, in quibus erat etiam C Conon, Apamiæ in Syria olim episcopus, qui una cum Isauris, utpote Isaurus militabat, bellum tandem hujusmodi exitu terminatum est. Isauri quidem qui una cum Longino militaverant, omnes ad internecionem cæsi; Longini vero ac Theodori capita, ab Joanne Scytha Constantinopolim missa sunt. Quæ imperator contis suffixa circumferri, et in suburbano Sycensi, quod ex adverso Byzantii situm est, suspendi jussit : quod spectaculum Constantinopolitanis gratissimum fuit, ob mala quæ a Zenone et ab Isauris perpessi fuerant. Alter vero Longinus, cognomento Selinuntius, præcipuum robur tyrannicæ factionis, et cum illo Indes ab Joanne, cognomento Gibbo, vivi capti

VARIÆ LECTIONES.

[τοῦ] καὶ Ἰωάννου.

VALESII ANNOTATIONES.

τῆς ἐν Φοινίκῃ Λιβανησίας. Duplex erat Phœnice, ut jam supra notavi : altera maritima, altera Libanensis dicta. Præerat huic provinciæ dux Phœnices, de quo vide *Notitiam imperii Rom.*

(76) *Μηδὲν βούλεσθαι παρελθεῖν.* Melius, ni fallor, scriberetur προελθεῖν.

(77) *Χρόνοις γενομένοις.* Assentior Henrico Savilio, qui ad oram sui codicis emendavit γενόμεν. etc. Idem initium capitis ita corrigit, οὐκ ἀπὸ τρόπου δὲ, etc., posset etiam scribi οὐκ ἀπὸ τόπου δέ. ac fortasse commodius. Idem est enim ac si diceres οὐκ ἄτοπον. Pro γενομένοις, codex Tellerianus scriptum habet γεγενημένοις.

(78) *Καὶ Θεοδώρου.* Athenodorum hunc vocat Marcellinus comes in *Chronico*, Anastasio Aug. solo cos., et Theophanes in *Chronico*, p. 118.

VARIORUM.

(*e*) *Λογγῖνος ὁ Ζήνωνος ὅμαιμος.* Vertit Valesius *Longinus Zenonis consanguineus;* qui tamen supra, cap. 29, Longinum cum Evagrio Zenonis fratrem in sua versione appellarat. Et quidem recte ; cum Græcum ibi habeat Λογγῖνον Ζήνωνος ἀδελφόν; neque enim vox hæc ἀδελφός eo in loco aliud quam *frater* significare potest. (Pagius, ad annum 498.) Profligatum est autem hoc bellum Isauricum anno 497, ut idem testatur ibid.

Digitized by Google

sunt, et ad imperatorem Anastasium missi. Quæ res et imperatorem et populum Constantinopolitanum magnopere recreavit, cum Longinus et Indes, tanquam in triumphali pompa, per vicos urbis et in circo traducerentur, catenas ferreas collo ac manibus circumjectas gestantes. Ex eo tempore munera quæ vocabantur Isaurica, in principis ærarium inferri cœpere. Id erat aurum quod Barbaris quotannis pendebatur, librarum scilicet quinque millia.

A

370 CAP. XXXVI.

Quomodo Saraceni pacem cum Romanis fecerunt.

Sed et barbari, quos Scenitas vocant, non sine suo ipsorum damno insultarunt imperio Romano, Mesopotamiam et utramque Phœnicem et Palæstinam provincias depopulati. Verum a ducibus Romanis qui in singulis provinciis erant, gravi clade affecti, postmodum quievere, cum universa gens pacem cum Romanis fecisset.

B

CAP. XXXVII.

De expugnatione Amidæ, et de conditu urbis Daras.

Persæ quoque, regnante apud ipsos Cavade, fœdus rupere : et relictis propriis sedibus, primum quidem in Armenias cum exercitu invaserunt. Cumque oppidulum Theodosiopolim cepissent, Amidam versus, quæ urbs Mesopotamiæ est satis munita, iter fecere. Hanc quoque diuturna obsidione cinctam tandem ceperunt. Sed imperator Romanorum, non sine ingenti labore, eam postea instauravit. Quod si quis singula accurate cupit cognoscere, et diligentem cunctorum quæ gesta sunt narrationem perlegere, is Eustathium legat, qui luculentissime et summo cum labore maximaque elegantia, harum rerum historiam conscripsit. Qui cum ad hæc usque tempora historiam suam perduxisset, excessit e vita, res gestas anno imperii Anastasii duodecimo persecutus. Finito hoc bello, Anastasius

C

ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

Περὶ τῶν Σκηνητῶν βαρβάρων, ὡς ἐσπείσαντο πρὸς Ῥωμαίους.

Ἐπεκώμασαν οὐκ εἰς τὸ συνοῖσον σφίσι κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας καὶ οἱ Σκηνῆται βάρβαροι, τότε τῆς μέσης τῶν ποταμῶν τότε τῆς Φοινίκεως ἑκατέρας (80) καὶ τὰ Παλαιστίνων λῃσάμενοι πράγματα. Οἵπερ κακῶς παρὰ τῶν ἑκασταχοῦ στρατηγούντων παθόντες, ὕστερον τὴν ἡσυχίαν ἦγαγον, πρὸς Ῥωμαίους πασσυδεὶ σπεισάμενοι.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀμίδῃ πολιορκήσεως, καὶ κτίσεως τοῦ Δάρας.

Ἀλλὰ καὶ Πέρσαι παρασπονδήσαντες (*f*) ὑπὸ Καβάδῃ τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ οἰκεῖα καταλελοιπότες ἦθη, πρῶτα μὲν Ἀρμενίαις ἐπεστράτευσαν, καὶ πολίχνιον ἐπίκλην Θεοδοσιούπολιν ἑλόντες, ἐς Ἀμίδαν πόλιν (81) ὀχυρὰν τῆς μέσης τῶν ποταμῶν ἀφικνοῦνται. Καὶ ταύτην ἐκπολιορκήσαντες εἷλον. Ἦν αὖθις ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς πολλοῖς ἀνενεώσατο πόνοις. Εἴ τῳ δὲ φίλον λεπτῶς τὰ περὶ τούτων εἰδέναι, καὶ τῇ ἀκριβείᾳ πάντων ἐπεξελθεῖν, Εὐσταθίῳ εὖ μάλα σοφῶς μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου καὶ τῆς ἐς ἄγαν κομψείας, ἱστόρηταί τε καὶ συγγέγραπται. Ὅς μέχρι τῆς γραφῆς ταύτης ἱστορήσας, τοῖς ἀπελθοῦσι συναριθμεῖται, δωδέκατον ἔτος τῆς Ἀναστασίου καταλελοιπὼς βασιλείας. Μετὰ γοῦν τὸν πόλεμον (*g*) τοῦτον, ὁ Ἀναστάσιος Δάρας χωρίον τῆς μέσης τῶν ποταμῶν πρὸς ταῖς ἑσχατιαῖς τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας

D

VARIÆ LECTIONES.

[76] ἐπηνέχθη.

VALESII ANNOTATIONES.

(79) *Τὰ καλούμενα Ἰσαυρικά.* Donativum intelligit quod Hillus tyrannus Isaurus adjecerat, et imp. Zeno invitus, reconciliationis gratia, iisdem largitus fuerat. Quod donativum Anastasius imperator Isauris pendere cum recusasset. Isauri Romanis bellum intulerunt, ut scribit Jord. in lib. *De success. regnorum.*

(80) *Φοινίκεως ἑκατέρας.* Scribendum est Φοινίκης, ut legitur apud Nicephorum in cap. 35, lib. XVII. Porro jam supra notavimus duplicem fuisse Phœnicen : alteram Libanensem, alteram Maritimam dictam. Nec illud omittendum est, eam provinciam a Latinis interdum dici Phœnicem a nominativo Phœnix. Certe in tabula itineraria Peutingerorum, Syria Phœnix dicitur, et in *Notitia imperii Rom.* Dux Phœnicis scribitur in mss. codicibus. Nec aliter scriptum inveni apud Hegesippum in lib. III, cap. 20.

(81) *Ἀμίδαν πόλιν.* Marcellinus comes in *Chronico* hanc urbem a Persis captam esse dicit indictione decima, Probo et Avieno coss. id est anno Christi 502, Anastasii autem imp. undecimo. Vide Procopium in libro primo Persicorum.

VARIORUM.

(*f*) *Πέρσαι παρασπονδήσαντες.* Persæ anno 422, pacem cum Romanis ad annos centum pepigerant : ideoque juxta pacta, ad annum 522, vigere debuerat : rupta est tamen anno 502, id est, duodecimo imp. Anastasii; quod testatur Evagrius noster, lib. III, c. 39.

(*g*) *Μετὰ γοῦν τὸν πόλεμον.* Finitum est hoc bellum Persicum anno Chr. 505, constructa Anastasiopolis eo loci ubi Daras castrum antea stetit anno 507, Anastasio ter consule. Vid. Procop. *De bello Persico*, lib. I, c. 10.

Digitized by Google

κείμενον, καὶ μεθόριον ὥσπερ ἑκατέρας πολιτείας καθεστὼς, ἐξ ἀγροῦ πόλιν εἶναι ποιεῖ· καρτερῷ τε τειχίσας περιβόλῳ, οἰκοδομίας τε διαφόρους ἐκπρεπεῖς περιθεὶς, ἐκκλησιῶν τε, καὶ μὴν καὶ ἑτέρων εὐαγῶν οἴκων, βασιλείων τε στοῶν, καὶ δημοσίων βαλανείων, καὶ ἄλλων αἷς αἱ ἐπίσημοι τῶν πόλεων ἐγκαλλωπίζονται. Λέγεται δὲ πρός τινων Δάρας τὸ χωρίον προσηγορίαν λαχεῖν, διότι Δαρεῖον αὐτόθι κατηγωνίσατο παντάπασιν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ὁ Φιλίππου.

A locum quemdam Mesopotamiæ Daras dictum, situm in finibus imperii Romani, ac veluti confinium quoddam Romanæ ac Persicæ ditionis, ex agro urbem fecit : cum et firmissimis mœnibus eum cinxisset, et variis ædificiis miræ venustatis exornasset, ecclesiarum scilicet et aliarum ædium sacrarum, porticuum item et publicarum balnearum, reliquorum denique operum quibus illustriores urbes gloriari solent. Porro aiunt nonnulli, locum istum Daras idcirco esse nominatum, quod Alexander Macedo Philippi filius, illic Darium funditus devicerit.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Περὶ τοῦ μακροῦ τείχους.

Μέγιστον δὲ τῷ [77] αὐτῷ βασιλεῖ κατείργασται, καὶ μνήμης ἄξιον, καὶ τὸ μακρὸν καλούμενον τεῖχος (82), καλῶς τῆς Θρᾴκης κείμενον· ὅπερ διίσταται μὲν τῆς Κωνσταντινουπόλεως σταδίοις ὀγδοήκοντα μάλιστα καὶ διακοσίοις· ἑκατέραν δὲ θάλατταν περιλαμβάνει ἐπὶ σταδίους εἴκοσι καὶ τετρακοσίους, δίκην πορθμοῦ τινος· τήν τε πόλιν μικροῦ νῆσον ἀντὶ χερρονήσου ποιῆσαν, τούς τε βουλομένους διαπορθμεύων ἀσφαλέστατα ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πόντου ἐς τὴν Προποντίδα καὶ τὴν Θρᾴκιον θάλατταν· εἶργον τούς τε ἐκθέοντας Βαρβάρους, ἐκ τοῦ καλουμένου Εὐξείνου Πόντου, Κόλχων τε τῆς Μαιώτιδος λίμνης καὶ τῶν ὑπὲρ τὸν Καύκασον, καὶ τοὺς κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐκχεομένους.

B

CAP. XXXVIII.

De longo muro.

Idem Anastasius opus maximum et memoratu dignissimum perfecit, quod longum murum vulgo appellant, in Thracia loco admodum opportuno situm. Distat autem Constantinopoli stadiis plus minus ducentis octoginta, et utrumque complectitur mare, ad quadringenta ac viginti stadia instar freti cujusdam excurrens, et urbem regiam ex peninsula fere insulam efficiens, eosque qui trajicere voluerint, a Ponto ad Propontidem et ad mare Thracium commodissime transportans. Barbaros quoque qui ex Ponto Euxino et ex Colchide ac Mæotide palude, et ex locis supra Caucasum sitis excursiones faciunt, eos item qui ex Europa effundi solent, objectu suo repellit.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Περὶ τοῦ λεγομένου χρυσαργύρου, καὶ ὡς ἀνεῖλεν αὐτὸν Ἀναστάσιος.

C

Ὑπερμέγεθες δὲ κατεπράχθη αὐτῷ θεῖόν τι χρῆμα, ἡ τοῦ καλουμένου χρυσαργύρου (*h*) ἐς τέλεον κωλύμη· ἦν καὶ λεκτέον, τῆς Θουκυδίδου γλώσσης, ἢ καὶ μείζονός τε καὶ κομψοτέρας ἐπιδεομένην. Λέξω δὲ κἀγὼ, οὐ λόγῳ [78] πεποιθὼς, τῇ δὲ πράξει πίσυνος. Ἐπέκειτό τι τῇ τοσαύτῃ καὶ τηλικαύτῃ τῶν Ῥωμαίων πολιτείᾳ τέλος ἐλεεινόν τε καὶ θεομισὲς, καὶ βαρβάρων αὐτῶν ἀνάξιον, μήτι γε δὴ τῆς Ῥωμαίων Χριστιανικωτάτης βασιλείας· ὃ μέχρις αὐτοῦ, ἀνθ' ὁτου λέγειν οὐκ ἔχω παροφθὲν, αὐτὸς ἀνεῖλε βασιλικώτατα. Ἐπέκειτο δὲ ἑτέροις τε πολλοῖς ἐξ ἐράνου τὴν τροφὴν πορίζουσι, καὶ ταῖς ἀπεμπολούσαις τὴν

D

CAP. XXXIX.

De vectigali quod chrysargyrum vocant, et quomodo sublatum sit ab Anastasio.

Res præterea eximia ac plane divina, ab eodem imperatore gesta est, vectigalis scilicet quod chrysargyrum dicebatur, abolitio. Qua de re nunc dicendum est, quamvis Thucydidis eloquentia, aut etiam præstantiore ac disertiore lingua ad eam rem opus esset. Ego vero non eloquentia, sed facti magnitudine confisus, rem narrabo. Romanorum reipublicæ tam longe lateque diffusæ, impositum erat vectigal miserabile prorsus Deoque invisum, et Barbaris ipsis indignum, nedum christianissimo Romanorum imperio conveniens. Quod ad Anastasii usque tempora nescio quamobrem

VARIÆ LECTIONES.

[77] C. C. μέγιστον δέ τι τῷ. [78] οὐ τῷ λόγῳ.

VALESII ANNOTATIONES.

(82) *Καὶ τὸ μακρὸν καλούμενον τεῖχος.* Delenda est particula καὶ, utpote inutilis et superflua. Porro hic murus ex conditoris nomine dictus est Anastasianus : conditus est autem Anastasio Aug. ter cos. anno Christi 507, ut scribit auctor *Chronici Alexandrini*. De hoc muro Suidas ita scribit in voce τεῖχος· Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς κτίζει τὸ μακρὸν τεῖχος πρὸ ξ' μιλίων τῆς πόλεως, διατείνας ἐκ τῆς κατὰ ἄρκτον θαλάσσης εἰς μεσημβρίαν. Id est: *Anastasius imp. longum murum exstruxit, sexagesimo milliario ab urbe Constantinopoli. Protenditur autem a mari quod est ad septentrionem usque ad mare quod est ad meridiem. Et longitudo quidem ejus continet quadraginta millia, latitudo vero pedes viginti.* Plura vide apud Petrum Gillium in libro. I *De topographia urbis Constantinop.* cap. 21.

VARIORUM.

(*h*) *Χρυσαργύρου.* Sustulit Anastasius chrysargyrum tributum et venationes sive pugnas cum bestiis publicas, imperii sui decennalibus, hoc est anno Ch. 500, ut testatur Theophanes in *Chronico*.

Digitized by Google

neglectum atque toleratum, ipse regali magnificentia sustulit. Impositum autem erat tum aliis compluribus qui stipe collaticia victitabant, tum mulierculis quæ corpore quæstum faciebant, et per abdita atque obscura urbis loca in cellis meritoriis ad stuprum prostabant : masculis præterea qui muliebria passi fuerant, nec naturam solum ipsam, verum etiam rempublicam ignominia afficiebant. Adeo ut collatio ista vice legis proclamaret, licere cuivis incestam illam libidinem perpetrare. Porro impium illum ac detestandum quæstum qui ex hoc vectigali percipiebatur, exactores qui illud **372** ubique colligebant, quarto quoque anno deferebant ad summum magistratum imperii Romani : ita ut non minima pars hæc esset magistratus, et propria, ut vocant, scrinia haberet, et numerarios qui ratiocinibus hujusmodi præerant, viros non obscuros, qui istud munus, perinde ac reliqua, militiam esse censerent[a]. Quod cum didicisset Anastasius, et ad senatum retulisset, scelus hoc esse, et novum quoddam atque insolens piaculum jure merito pronuntians, lege lata sanxit ut penitus aboleretur : et

[a] *Vide* Euseb. p. 489, n 2.

A ὥραν τοῦ σώματος, καὶ χύδην πορνείαις ἐπὶ τοῖς κεκρυμμένοις καὶ λανθάνουσι τῆς πόλεως τόποις ἐπὶ χαμαιτυπείοις ἐκδεδομέναις, καὶ πρός γε, τοῖς ἡταιρηκόσι, καὶ μὴ μόνον τὴν φύσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ πολίτευμα καθυβρίζουσιν· ὡς ἀντὶ νόμου τινὸς τὴν ἐκκομιδὴν βοᾷν, ἐπ' ἀδείας [19] εἶναι· τὴν τοιαύτην ἀθεμιτουργίαν τοῖς βουλομένοις· καὶ τὸν ἐντεῦθεν ἀθροιζόμενον ἀνάσιόν τε καὶ ἀναγῆ πόρον, ἐπὶ τὴν πρώτην καὶ κορυφαίαν ἐσῆγον τῶν ἀρχῶν (82) ἀνὰ τετραετηρίδα οἱ τοῦτον ἑκασταχοῦ συλλέγοντες, ὡς καὶ μέρος οὐκ ἐλάχιστον τῆς ἀρχῆς καθεστάναι, καὶ τῶν καλουμένων εἰδικῶν σκρινίων (83) τυχεῖν, καὶ τῶν τὰ τοιαῦτα διαψηφιζόντων (84), οὐκ ἀφανῶν ἀνδρῶν στρατείαν, ὥσπερ καὶ τὰς λοιπὰς ἡγουμένων τὸ πρᾶγμα. Ὁ μεμαθηκὼς ὁ Ἀναστάσιος, ἐπί τε τὴν B γερουσίαν προσθεὶς (85), καὶ μῦσος εἶναι καὶ καινοπρεπὲς ἄγος τὸ πρᾶγμα δικαίως ἀποφηνάμενος, τεθέσπικε καθάπαξ ἀναιρεθῆναι, καὶ τοὺς τὴν εἰσπραξιν δηλοῦντας χάρτας πυρὶ παραδέδωκε. Καὶ τέλεον τὴν πρᾶξιν ἱερουργῆσαι τῷ Θεῷ βουληθεὶς, ἵνα μή τινι τῶν μετ' αὐτὸν ἐξῇ τὰ ἀρχαῖα αὖθις ὀνείδη ἀνακαλέσασθαι, προσποιεῖται μὲν τὸν ἀτχάλλοντα.

VARIÆ LECTIONES.

[19] C. C. ἐς πάσας.

VALESII ANNOTATIONES.

(82) Ἐπὶ τὴν πρώτην καὶ κορυφαίαν τῶν ἀρχῶν. His verbis præfecturam prætorianam designare videtur Evagrius. Hæc enim vertex erat omnium dignitatum, ut loquitur Ammianus Marcellinus. Ad hanc igitur tributum chrysargyrum quarto quoque anno deferebatur. Certe tributa in arcam præfecturæ prætorianæ inferri solebant. Hinc est quod in lib. XII Codicis Theodosiani, titulo *De lustrali collatione*, legum maxima pars data est ad præfectos prætorio. Quippe lustralis collatio nihil aliud est quam chrysargyrum : aurum scilicet atque argentum negotiatoribus indictum, seu lustralis auri collatio, et auraria functio. Sic enim vocatur in eodem titulo. Utrum porro tributum, an potius vectigal dici debeat, incertum est. Τέλος quidem vocat Evagrius, quod est *vectigal*. Dicitur etiam *vectigal* in lege penultima de lustrali collatione. Aurum pœnosum id vulgo vocatum fuisse docet vetus auctor *Quæstionum Veteris ac Novi Testamenti*, in quæstione 75 : *Didrachma*, inquit, *capitum, vel tributi exactio intelligitur, non prædiorum : quod nunc pœnosum aurum appellatur, quia et pauperes exiguntur.* De hoc tributo elegans est locus Libanii in *Oratione contra Florentium*, pag. 427, quem hic ascribam : Λεγέσθω τοίνυν καὶ τὸτ ἄλλα πάντα νενικηκός· τοῦτο δέ ἐστιν ὁ ἀφόρητος φόρος, καὶ χρυσὸς, φρίττειν προτιούσας ποιῶν τὰς δεινὰς πεντετηρίδας. Ὄνομα μὲν γὰρ εὐπρεπὲς ἀπὸ τῶν ἐμπόρων τῷ πόρῳ τούτῳ· τῇ θαλάττῃ δὲ ἐκείνων εἰς διάδοσιν χρωμένων, οἷς μόλις ἄρτου [Sic edit. Paris, lege ἄρτον] προσφέρουσιν αἱ χεῖρες, ἀπόλλυνται· διαφεύγει δὲ οὐδὲ νευροῤῥάφος. Οὓς ἐγὼ πολλάκις εἶδον τὴν σμίλην εἰς οὐρανὸν αἴροντας, ὀμνύντας μὲν ἐν αὐτῇ τὰ πάντα εἶναι σφίσιν. Οὐ μὴν τοῦτό γε αὐτοὺς ἀπαλλάττει τῶν ἐγκωμίων, καὶ ὑλακτούντων, καὶ μόνον οὐ δακνόντων· οὗτος ὁ καιρὸς, ὦ βασιλεῦ, πλείω τὴν δουλείαν καθίστησιν, ἐκβάλλων ἐλευθερίας τοὺς ὑπὸ τῶν γονέων πωλουμένους, οὐχ ἵνα αὐτοῖς δέξηται τὴν τιμὴν τὸ κιβώτιον, ἀλλ' ἵνα αὐτὴν ἴδωσιν εἰς τὴν τοῦ κατεπείγοντος ὄψιὰν ἐρχομένην. Quæ sic interpretor. *Jam vero dicimus etiam malum illud quod reliqua cuncta longe superat. Id autem est tributum intolerabile, chrysargyrum scilicet, quo fit ut singula lustra quoties jam propinqua sunt, terrorem animis injiciant. Et nomen quidem huic collationi speciosum est ex mercatoribus. Sed cum isti mari utantur ad merces suas dividendas, ii quibus manus ægre panem suppeditant, funditus pereunt. Nec immunis ab hoc malo sutor. Quos quidem ego sæpius vidi, scalpro ad cœlum sublato, jurantes in eo sua omnia reposita esse. Nec tamen istud eos liberat a vexatione eorum qui ipsis incumbunt, et qui latrant, ac tantum non mordent. Hoc tempus, imperator, servorum numerum augel, spoliat enim libertate eos qui a parentibus venundantur, non ut ipsi pretium venditionis in arcam suam referant; sed ut illud in manum compulsoris transire videant.* In Græco textu Libanii pro διάδοσιν emendavi διάθεσιν, et pro voce ἐγκωμίων substitui ἐγκειμένων.

(83) *Εἰδικῶν σκρινίων.* Inter officiales præfecti prætorio, quatuor numerarii recensentur in *Notitia imperii Romani*, quorum unus erat auri numerarius, id est auri lustralis seu chrysargyri. Erat enim inter officiales comitis sacrarum largitionum, primicerius scrinii aureæ massæ, et primicerius scrinii auri : ideo fortasse quod portio quædam hujus vectigalis ad arcam sacrarum largitionum deferebatur. Certe in titulo *De lustrali collatione*, exstat lex Valentiniani ad Florentium comitem sacrarum largitionum. Unde apparet aliquam partem hujus functionis auratiæ ad largitionales titulos pertinuisse.

(84) *Καὶ τῶν τὰ τοιαῦτα διαψηφιζόντων.* Numerarios intelligit auri lustralis, qui erant in officio præfectorum prætorio, ut supra dixi. Διαψηφισταὶ enim sunt numerarii, ut jampridem notavi ad Ammianum Marcellinum, qui alio nomine etiam rationarii dicebantur.

(85) Ἐπὶ τὴν γερουσίαν προσθείς. Scribe meo periculo προθείς. Nam προτιθέναι idem est quod referre, proponere. Emendationem nostram confirmat codex Fellerianus, in quo diserte scriptum inveni προθείς, ut conjeceram.

Digitized by Google

Ἀβουλίας δὲ (86) ἑαυτοῦ κατηγόρει, καὶ τῆς ἐς ἄγαν ἀνοίας, λέγων· ὡς τῇ καινοδοξίᾳ τὸ πλέον δόὺς, τοῦ συνοίσοντος τῇ πολιτείᾳ παρημέληκε, καὶ τὸν τοσοῦτον πόρον ἀνέκαθεν ἐφευρημένον, καὶ τοσούτοις χρόνοις βεβαιωθέντα, εἰκῇ τε ἀπερισκέπτως ἀνήρτησεν, οὐ συνεὶς τὰ ἐπαρτώμενα κινδυνεύματα, ἢ τὰς στρατιωτικὰς δαπάνας, τὸ ζῶν τοῦ πολιτεύματος τεῖχος, οὐ τὰς ἐς θεραπείαν τοῦ Θεοῦ· καὶ μηδὲν τῶν ἔνδοθεν δεικνὺς, ἀπαγγέλλει βούλεσθαι τὸν εἰρημένον ἀνασώσασθαι πόρον. Καὶ δὴ τοὺς ἐφεστηκότας προσκαλεσάμενος, ἔφασκε μεταμελεῖσθαι μὲν, οὐκ ἔχειν δὲ ὅτι καὶ πράξει, ἢ ὅπως τὴν οἰκείαν ἁμαρτίαν διορθώσαιτο, καθάπαξ τῶν χαρτῶν καυθέντων, τῶν δυναμένων τὴν εἴσπραξιν δηλοῦν. Κἀκείνων δὲ οὔτινι προσποιήσει, ταῖς δὲ ἀληθείαις τὴν πρᾶξιν ὁδυρομένων διὰ τὸν ἐντεῦθεν αὐτοῖς περιποιούμενον ἄδικον μισθὸν, καὶ τὴν παραπλησίαν ἀπορίαν προϊσχομένων, προὔτρεπέ τε καὶ παρεκάλει, διὰ πάσης ἰόντας ζητήσεως ἐξερευνῆσαι, εἴπερ εὑρεῖν δυνηθεῖεν διὰ τῶν ἑκασταχοῦ συγκειμένων πτυχίων τὴν τοῦ παντὸς εἴσπραξιν. Καὶ πέμψας ἑκάστῳ δαπάνας, ἐς τὴν περὶ ταῦτα συλλογὴν ἔπεμπεν, ἐπιτρέψας ἑκάστον χάρτην ταῦτα σαφηνίζειν δυνάμενον, ὅποι ἂν εὑρεθείη, πρὸς αὐτὸν ἀποκομισθῆναι, ἵνα μετὰ πολλῆς τῆς περισκέψεως καὶ τῆς ἐς ἄγαν ἀκριβείας, τὰ περὶ τούτων αὖθις συνταχθείη. Ὡς δ' οὖν μετὰ καιρὸν ἦκον οἱ τούτοις διακονούμενοι, χαρίεις τις ἐδόκει καὶ φαιδρότητι γαννύμενος ὁ Ἀναστάσιος. Ἔχαιρε δὲ καὶ ταῖς ἀληθείας (87) τῶν ἐσπουδασμένων τετυχηκὼς, καὶ ἀνηρώτα τὸν τρόπον, ὅπως τε εὑρηνται, καὶ παρὰ τίσι, καὶ εἴ τι τοιουτῷδε (i) καταλέλειπται. Τῶν δὲ πολλοὺς καταβεβληκέναι πόνους ἐπὶ τῇ τούτων συναγωγῇ διϊσχυριζομένων, ὀμνυόντων τε πρὸς τοῦ βασιλέως ὡς οὐδεὶς ἕτερος χάρτης ταῦτα δηλοῦν δυνάμενος ἀνὰ πᾶν ἀπόκειται τὸ πολίτευμα, αὖθις πυρὰν ἐξῆψε μεγάλην ἐκ τῶν ἀποκομισθέντων χαρτίων, καὶ τὴν σποδιὰν ὕδασιν ἐπέκλυσεν, ἀφανίσαι τέλεον τὴν πρᾶξιν βουλόμενος· ὥστε μὴ χόνιν, μὴ τέφραν, μήτε μήν τι λείψανον τοῦ πράγματος ἧττον ἀποκαυθέντων φανῆναι. Ὡς ἂν δὲ μὴ τὸ κῴλυμα τῆς πράξεως τοσοῦτον ἐξάραντες, δόξαιμεν ἀγνοεῖν, τί τε, καὶ ὅσα τοῖς ἀρχαιοτέροις περὶ ταύτης ἐμπαθῶς ἱστόρηται, φέρε καὶ ταῦτα παράθωμαι, καὶ δείξω ψευδῆ, καὶ διαφερόντως ἐξ ὧν αὐτοὶ διεξῆλθον.

A chartas quæ exactionis hujus notitiam continebant incendio consumpsit. Cumque hoc vectigal, tanquam holocaustum quoddam, Deo integre immolare vellet, ne quis forte ex imperatoribus qui post ipsum regnaturi erant, vetus exactionis istius probrum renovare iterum posset, dolere se simulavit. Et imprudentiæ se ipsum accusans atque extremæ dementiæ, aiebat se inani gloriæ nimium tribuentem, reipublicæ commoda neglexisse, tantumque vectigal a majoribus institutum, et tam diuturni temporis spatio confirmatum, temere et inconsiderate sustulisse: ac neque imminentia pericula, neque sumptus rei militaris, qui sunt quasi viva quædam propugnacula reipublicæ, nec eos qui ad cultum Dei necessarii sunt, animo perpendisse.
B Nihil igitur eorum quæ in animo habebat declarans, velle se dixit supra memoratum vectigal restituere. Cumque eos qui vectigali præpositi erant, ad se evocasset, se quidem facti pœnitere fassus est · sed quid agendum sit nescire, nec qua ratione erratum suum emendare possit, chartis omnibus ex quibus vectigalis notitia percipi poterat, igne consumptis. Illis vero, non quidem simulate, sed reipsa atque ex animo vectigal deplorantibus, ob illicitum quæstum quem ex **373** illo percipere consueverant; et maximam perinde difficultatem prætendentibus: hortatus est eos Anastasius, ut omnibus modis scrutarentur ac pervestigarent, num forte ex tabulis quæ singulis in locis coacervatæ essent,
C totius vectigalis exigendi rationem possent reperire. Constituto itaque singulis salario, ad conquirendas chartas eos misit, jubens ut quæcunque chartæ vectigalis illius notitiam suppeditare possent, ubicunque locorum repertæ essent, ad ipsum destinarentur, ut singulari solertia ac diligentia, totius vectigalis ratio iterum componeretur. Reversis autem aliquanto post iis quibus id negotii mandatum fuerat, hilaris et singulari gaudio perfusus videbatur Anastasius. Et gaudebat re vera, quippe qui id quod optabat consecutus esset. Percontabatur itaque quanam ratione, et apud quos repertæ fuissent chartæ, et num ex hujusmodi monumentis quidquam superesset. Illis vero affirmantibus, multum se laborasse ut chartas istas conquirerent, et
D per principem ipsum jurantibus nullam aliam chartam ex qua vectigalis hujus notitia percipi possit, in universo imperio Romano reperiri, rursus chartis quæ allatæ fuerant, in rogum conjectis, magnum excitavit incendium, et cinerem aquis mergi jussit, quo hujusmodi exactio penitus aboleretur: adeo ut nec cinis, nec favilla, nec ullum omnino hujus rei, aut combustarum chartarum vestigium relinqueretur. Sed ne, dum vectigalis hujus abolitionem tantis laudibus efferimus, ignorasse videamur quæ et qualia de hac exactione

VALESII ANNOTATIONES.

(86) *Ἀβουλίας δέ.* Malim scribere, Ἀβουλίας τε ἑαυτοῦ κατηγόρει. Paulo post scribendum, Εἰκῇ τε καὶ ἀπερισκέπτως ἀνῆρηκεν.

(87) *Καὶ ταῖς ἀληθείας.* Nemo non videt scribendum esse ταῖς ἀληθείαις. Quod idem est ac si diceret ὡς ἀληθῶς. Porro hoc adverbium refertur ad vocem quæ præcedit, ἔχαιρε scilicet. Quod cum certissimum sit, mirum est tamen utrumque interpretem adverbium istud retŭlisse ad sequentem vocem τετυχηκώς.

VARIORUM.

(i) *Τοιουτῷδε.* Legendum τοιουτόδε. W. Lowth.

Digitized by Google

veteres scripserint affectibus suis nimium indulgentes; ea nunc in medium adducamus, et falsa esse, ex iis cum maxime quæ ipsi scripserunt convincamus.

CAP. XL.

De iis quæ Zosimus scripsit de chrysargyro, et de Constantino imperatore.

Zosimus, unus ex eorum numero qui impiam ac detestandam gentilium superstitionem secuti sunt, Constantino ob id infensus, quod primus ex imperatoribus relicta exsecrabili Græcorum superstitione Christianam religionem amplexus esset, narrat vectigal quod Chrysargyrum dicitur, ab illo primum institutum fuisse, et ut quarto quoque anno inferretur, lege lata sancitum. Aliis præterea innumeris probris, pium et magnificentissimum Constantinum idem Zosimus proscindit. Nam et alia prorsus intoleranda ab illo excogitata esse dicit adversus cujuscunque sortis homines, et Crispum filium miserabili exitu interemptum; Faustam denique uxorem in balneo supra modum calefacto inclusam ac necatam fuisse. **374** Cumque tantorum scelerum expiationem apud suos sacerdotes quæsivisset, nec invenisset: illi enim aperte responderunt tantas cædes nullo lustrationis genere expiari posse: in Ægyptium quemdam qui ex Iberia venerat, incidisse. Ex quo cum didicisset, Christianorum religione omnia prorsus scelera aboleri, ea quæ Ægyptius ipsi tradiderat, amplexum fuisse. Atque ex eo tempore relicta majorum religione, impietatis, sicut ipse dicit, fecisse principium. Et hæc quidem falsa esse illico ostensurus sum. Prius vero dicam de chrysargyro.

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Περὶ ὧν ἱστόρησε Ζώσιμος χάριν τοῦ χρυσαργύρου, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως.

Εἴρηται Ζωσίμῳ (*j*), ἐνὶ τῶν τῆς ἐξαγίστου καὶ μιαρᾶς τῶν Ἑλλήνων θρησκείας, μηνίσαντι τῷ Κωνσταντίνῳ, ὅτι περ πρῶτος βασιλέων τὰ Χριστιανῶν εἵλετο, τὴν βδελυρὰν τῶν Ἑλλήνων καταλιπὼν δεισιδαιμονίαν, ὡς αὐτὸς πρῶτος τὸ καλούμενον Χρυσάργυρον ἐπινοήσας, ἀνὰ τετραετηρίδα τὸ τοιοῦτο τέθεικε τέλος ἐσάγεσθαι· μυρίοις τε καὶ ἄλλοις τὸν εὐσεβῆ καὶ μεγαλόδωρον βλασφημήσας Κωνσταντῖνον. Φησὶ γὰρ καὶ ἕτερα ἄττα λίαν ἀνύποιστα κατὰ πάσης ἐξευρεῖν τύχης, καὶ Κρίσπον τὸν παῖδα δειλαίως ἀφανίσαι, καὶ Φαῦσταν τὴν αὐτοῦ γαμετὴν ἐν βαλανείῳ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐκπυρωθέντι καθείρξαντα, ἐξ ἀνθρώπων μεταγαγεῖν· καθάρσιά τε παρὰ τοῖς σφῶν ἱερεῦσι ζητοῦντα τῶν τοιούτων ἐναγῶν φόνων, καὶ μὴ τυχόντα· μηδὲ γὰρ εἶναι τούτους ἀναφανδὸν εἰπεῖν· περιτυχεῖν Αἰγυπτίῳ ἐξ Ἰβηρίας ἀφιγμένῳ· καὶ πρὸς αὐτοῦ πιστωθέντα πάσης ἁμαρτάδος ἀναιρετικὴν εἶναι τὴν Χριστιανῶν πίστιν, μεταλαβεῖν ὧν ὁ Αἰγύπτιος αὐτῷ μεταδέδωκε· κἀντεῦθεν τὴν πατρῴαν καταλελοιπότα νόμισιν, τῆς ἀσεβείας, ὡς αὐτὸς ἔφη, τὴν ἀρχὴν ποιήσασθαι. Καὶ ὡς μὲν καὶ ταῦτα ψευδῆ, παρὰ πόδας δείξω. Τέως δὲ τὰ περὶ τοῦ Χρυσαργύρου λελέξεται.

CAP. XLI.

Invectiva in Zosimum ob ejus in Constantinum et Christianos maledicta.

Ais igitur, o scelerate atque exitiose dæmon, Constantinum, cum urbem Romæ æmulam ædificare vellet, primum quidem inter Troadem et Ilium tantæ civitatis fundamenta jecisse, et muros in sublime erexisse: postea vero cum Byzantii situm longe commodiorem reperisset, eum locum mœnibus cinxisse, et veterem urbem adeo amplificasse, et ædificiorum splendore tantopere exornasse, ut urbe Roma quæ tot annorum spatio paulatim in eam magnitudinem excreverat, non multo inferior videretur. Scribis præterea, eum annonam ex publico civibus Byzantinis tribuisse, et iis qui cum ipso Byzantium migraverant, magnam vim auri largitum esse ad privatarum ædium constructionem. Narras etiam, ut tuis verbis utar, Constantino mortuo, summam imperii ad solum Constantium ejusdem filium pervenisse, post mortem scilicet amborum ejus fratrum. Cumque Magnentius et Vetranio tyrannidem arripuissent, Constantium blanda

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

Ἀπόστασις πρὸς Ζώσιμον ἐφ' οἷς ἐβλασφήμησε Κωνσταντῖνον καὶ Χριστιανούς.

Σὺ φῄς, ὦ ἀλιτήριε καὶ παλαμναῖε δαῖμον, ὡς αὐτὸς ἴσην τῇ Ῥώμῃ πόλιν ἀνταναστῆσαι βουλόμενος, πρῶτα μὲν ἀνὰ μέσον Τρωάδος καὶ τοῦ Ἰλίου πρὸς κατασκευὴν πόλεως τοσαύτης ἐξώρμησε, καὶ θεμελίους πηξάμενος καὶ τεῖχος ἐς ὕψος ἄρας, ἐπειδή γε τόπον ἐπιτηδειότερον εὗρε τὸ Βυζάντιον, οὕτω τείχεσιν αὐτὸ περιέβαλεν, οὕτω τὴν πρότεραν εὔρυνε πόλιν, τοσούτοις τε κάλλεσιν οἰκοδομιῶν ἐφαίδρυνεν, ὡς μὴ πολλῷ τῆς Ῥώμης λείπεσθαι, τοσούτοις ἔτεσι κατὰ σμικρὸν τὴν αὔξην προσλαβοῦσα (*k*). Φῄς δὲ ὡς καὶ τῷ δήμῳ τῶν Βυζαντίων σίτισιν δημοσίαν ἀπένειμε, καὶ ὡς χρυσίου πάμπολυ χρῆμα τοῖς ἅμα οἱ ἀφικομένοις ἀνὰ τὸ Βυζάντιον ἐπιδέδωκεν ἐς κατασκευὴν ἰδιωτικῶν οἴκων. Αὐτὸς πάλιν γράφεις ἐπὶ ῥήματος, Κωνσταντίνου τελευτήσαντος, ἐς Κωνστάντιον τὸν αὐτοῦ παῖδα μόνον τὰ πράγματα περιελθεῖν μετὰ θάνατον τοῖν αὐτοῦ ἀδελφοῖν, καὶ ὡς Μαγνεντίου καὶ Βρετανίωνος τυραννησάντοιν, πειθοῖ τὸν Βρετανίωνα μετῆλθε, καὶ ἀμφοῖν τοῖν

VARIORUM ANNOTATIONES.

(*j*) *Εἴρηται Ζωσίμῳ.* Ait Zosimus, lib. II, Constantinum chrysargyrum lustrale singulis lustris solvendum imposuisse negotiatoribus ad vilissimos usque, imo et meretricibus. Quod utrumque falsum esse demonstrat Baronius, et post eum Gothofredus in Commentario legis 1 Cod. Theod. *De lustrali collatione.*

(*k*) *Προσλαβοῦσα.* Legendum προσλαβούσης, si ad Romam vox referatur. W. Lowth.

Digitized by Google

στρατοπέδοιν ἀλισθέντοιν πρῶτος ὁ Κωνστάντιος (88) δημηγορήσας, τῆς τοῦ πατρὸς ἀνεμίμνησκε τοὺς στρατιώτας φιλατιμίας, μεθ' οὗ πολλοὺς πολεμίους διεπόνησαν, καὶ μεγίσταις ἐτιμήθησαν δωρεαῖς· καὶ ὡς τούτων ἀκούσαντες οἱ στρατιῶται, τὸν Βρετανίωνα τῆς ἐσθῆτος γυμνώσαντες, κατήγαγον τοῦ βήματος ἰδιώτην· καὶ ὡς οὐδὲν ἄχαρι πρὸς Κωνσταντίου πέπονθε, τοῦ παρὰ σοῦ τοσαῦτα μετὰ τοῦ πατρὸς βλασφημηθέντος. Πῶς τοίνυν ἀξιοῖς τὸν αὐτὸν οὕτω φιλότιμον, οὕτω μεγαλόδωρον γενέσθαι, καὶ οὕτω σμικρολόγον καὶ φειδωλὸν, ὡς τοιοῦτον ἐναγῆ πόρον ἐπιθεῖναι, τέλεον ἀγνοῶ. Ὅτι δὲ οὐδὲ Φαύστην ἢ Κρίσπον ἀνεῖλεν, οὐδὲ παρά τινος Αἰγυπτίου διὰ ταῦτα τῶν ἡμετέρων μυστηρίων μετέσχεν, ἄκουε συγγράφοντος Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, συνακμάσαντος Κωνσταντίνῳ καὶ Κρίσπῳ, καὶ συγγενομένου τούτοις. Σὺ γὰρ οὐδὲ ἀκοὴν γράφεις, μήτι γε δὴ ἀλήθειαν, πολλοῖς ὕστερον χρόνοις ἐπὶ Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου μέχρι σοῦ γέγραφας (89), ἢ καὶ μετ' αὐτοὺς γεγονώς. Γράφει δὲ ἐπὶ λέξεως ταῦτα, ἐν τῷ ὀγδόῳ λόγῳ (90) τῆς αὐτοῦ *Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας*· Χρόνου δὲ οὐ πλείστου μεταξὺ γενομένου, βασιλεὺς Κωνστάντιος τὸν πάντα βίον πραότατα, καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐνοϊκώτατα, τῷ τε θείῳ λόγῳ προσφιλέστατα διαθέμενος, παῖδα γνήσιον Κωνσταντῖνον αὐτοκράτορα σεβαστὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ καταλιπὼν, κοινῷ φύσεως νόμῳ τελευτᾷ τὸν βίον. *Καὶ μεθ' ἕτερα.* Τούτου παῖς Κωνστάντιος εὐθὺς ἀρχόμενος, βασιλεὺς τελεώτατος καὶ σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατοπέδων, καὶ ἔτι πολὺ τούτων πρότερον πρὸς αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ ἀναγορευθείς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο. Καὶ πρὸς τῷ τέλει δὲ τῆς *Ἱστορίας*, τούτοις φησὶ τοῖς ὀνόμασιν· Ὁ δὲ, ἀρετῇ πάσῃ θεοσεβείας ἐκπρέπων, μέγιστος, νικητὴς Κωνσταντῖνος σὺν παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ, καὶ κατὰ πάντα τοῦ πατρὸς ὁμοίῳ τὴν οἰκείαν ἔφαν ἀπελάμβανον. Οὐκ ἂν δὲ ὁ Εὐσέβιος Κρίσπον οὕτως ἐπῄνεσεν, εἰ πρὸς τοῦ πατρὸς ἀνῄρητο, ἐπιβιώσας τῷ Κωνσταντίνῳ. Ὁ δὲ Θεοδώριτος ἱστορῶν

A verborum persuasione Vetranioni imperium ademisse. Nam cum utriusque partis exercitus in unum convenisset, priorem Constantium verba fecisse ad milites, eisque in memoriam revocasse liberalitatem parentis sui, quocum multa bella confecissent, et a quo maximis donis affecti essent. Milites vero, his auditis, Vetranioni purpuram ademisse, et privato habitu indutum ex tribunali abstraxisse. Eumdem tamen nihil gravius passum esse a Constantio, quem tu una cum patre tot maledictis lacerasti. Quonam igitur modo eumdem hominem simul adeo magnificum ac liberalem fuisse affirmes, et adeo parcum ac sordidum, ut tam dirum vectigal subditis imponeret, equidem non video. Quod autem nec Faustam nec Crispum idem Constantinus occiderit, nec ob eam causam ab homine Ægyptio sacramentum nostræ religionis acceperit, audi, si placet, testantem Eusebium Pamphili. **375** qui iisdem temporibus floruit quibus Constantinus et Crispus vixere, et qui cum iisdem sæpe versatus est. Tu enim ne auditione quidem abs te accepta scribis, nedum vera. Quippe qui principatu Arcadii et Honorii, ad quorum usque tempora historiam tuam perduxisti, aut etiam post illos vixeris. Is igitur in octavo *Ecclesiasticæ Historiæ* suæ libro ad verbum ita scribit: Haud multo post imperator Constantius, vir in omni vita placidissimus; qui et clementia in subditos, et singulari erga fidem nostram benevolentia perpetuo præditus fuerat, Constantinum proprium filium vice sua imperatorem atque Augustum relinquens, fatali morte defunctus est. *Et paulo post:* Hujus filius Constantinus, ab ipso statim exordio supremus imperator, et Augustus, a militibus, diuque antea ab omnium imperatorum Deo renuntiatus, paternæ erga fidem nostram pietatis æmulatorem se præstitit. Idem Eusebius in fine *Historiæ* [a] his utitur verbis: Constantinus vero omnibus religionis virtutibus ornatus, et victor maximus, una cum filio Crispo Cæsare, Deo charissimo et patri undequaque simillimo, Orientem

[a] Euseb. pag. 492.

VALESII ANNOTATIONES.

(88) *Πρῶτος ὁ Κωνστατῖνος.* Scribendum est Κωνστάντιος, ut legitur in codice Telleriano, et apud Nicephorum in libro XVI, cap. 41. Et paulo post ubi legitur πολλοὺς πολεμίους διεπόνησαν, scribendum est πολέμους, ut habet idem Nicephorus.

(89) *Μέχρι σοῦ γέγραφας.* Procul dubio scribendum est μέχρις οὗ disjunctis vocibus. Atque ita legit Nicephorus, qui hæc Evagrii verba sic expressit: Οἷς καὶ τὴν συγγραφὴν ἔστησας. Quem Nicephori locum Joannes Langus non intellexit. Sic enim vertit: *Tu namque solum rumorem mutilatum mandas litteris, non veritatem ipsum, qui longo post tempore sub Honorio et Arcadio quibus historiam tuam dedicasti, et fortasse post eorum etiam tempora longius vixeris.* Sed vertendum erat: *Quibus historiam tuam terminasti.* Etenim Zosimus usque ad expugnationem urbis Romæ ab Alarico factam, opus suum perduxit, ut ex Photii *Bibliotheca* constat. Cæterum ex hoc Evagrii ac Nicephori loco, Vossius, in libro *De Historicis Græcis*, affirmat Zosimum vixisse temporibus Theodosii Junioris. Neuter tamen id de Zosimo dixit. Sed tantum aiunt illum sub Honorio et Arcadio quibus *Historiam* suam terminavit, aut etiam diu post illos, vixisse. Certe Zosimum hunc, circa Anastasii imperatoris tempora vixisse existimo. Nam et Olympiodorum Thebæum citat, qui sub Theodosio Juniore *historiam* suam scripsit, ut testatur Photius; et Syrianum philosophum nominat, qui Procli Diadochi magister fuit. Vixit autem Proclus temporibus Anastasii. Denique Suidas Zosimum sophistam vixisse scribit regnante Anastasio. Quem quidem existimo eumdem esse cum Zosimo historiarum scriptore. Plurimi enim rhetores ac sophistæ, ad scribendam historiam se contulerunt, ut tum ex Dionysio Halicarnasseo, tum ex aliis innumeris constat. Et advocati fisci dignitas qua ornatur Zosimus, non multum abhorret a Sophistica.

(90) *Ἐν τῷ ὀγδόῳ λόγῳ.* Hic Eusebii locus legitur in cap. 28 libri VIII, ex quo corrigendus est Evagrius noster.

Digitized by Google

suum recepit. Certe Eusebius, qui Constantino superstes vixit, nunquam Crispum adeo laudasset, si is a patre interfectus fuisset. Theodoritus vero in historia sua narrat, Constantinum sub exitum vitæ, salutari lavacro initiatum fuisse Nicomediæ: cum ad id usque temporis baptismum suum distulisset, eo quod in Jordane fluvio tingi cupiebat. Ais præterea, o sceleratissime atque impurissime omnium mortalium, imperium Romanum ex quo Christiana religio caput efferre cœpit, in pejus dilapsum esse, ac funditus interiisse: seu quod eorum quæ priscis temporibus contigerunt, nihil legisti: seu quod adversus veritatem voluntaria malitia ferris. Contrarium enim manifeste ostenditur, imperium scilicet Romanum simul cum fide nostra crevisse. Considera enim, quomodo circa adventum Christi Dei nostri in terras, plurimæ Macedonum urbes a Romanis eversæ sint: Albania item et Iberia cum Colchis et Arabia, in potestatem populi Romani venerint. Quomodo etiam Caius Cæsar olympiade centesima octogesima tertia, Gallos, Germanos ac Britannos qui **376** quingentas urbes habitabant, magnis præliis devicerit, et Romanorum ditioni adjunxerit, quemadmodum ab historiarum scriptoribus relatum est. Hic autem est Cæsar, qui primus post consules singulare imperium obtinuit: ex plurium deorum cultu et ex turbulentæ plebis dominatione viam sternens, ac prævium inducens monarchiæ cultum, ob eam quæ mox adventura erat monarchiam Christi. Mox universa Judæa, et finitimæ regiones imperio Romano adjunctæ sunt[p]: adeo ut prima tunc facta sit descriptio, in qua Christus quoque una cum aliis census est: ut Bethleem oraculi quod de ipsa editum fuerat, eventum omnibus prædicaret. Nam Michæas propheta de illa ita prædixerat. « Et tu Bethleem terra Judæ, nequaquam minima es inter principes Judæ. Ex te enim egredietur mihi dux, qui regat populum meum Israel[q]. » Ægyptus quoque post Nativitatem Christi Dei nostri, Romanorum ditioni accessit, cum Augustus Cæsar, cujus principatu natus est Christus, Antonium et Cleopatram devicisset, qui se ipsos interfecere. Post hos Cornelius Gallus, præfectus Ægypti ab Augusto Cæsare constituitur: primusque post Ptolemæos

A φησιν ἐν Νικομηδείᾳ τὸν Κωνσταντῖνον πρὸς αὐτῷ τῷ τέρματι τῆς βιοτῆς, τοῦ σωτηριώδους μεταλαβεῖν βαπτίσματος· ἀναβαλέσθαι δὲ μέχρι τούτου τοῦ χρόνου, ἐν Ἰορδάνῃ τῷ ποταμῷ τούτου τυχεῖν ἱμειρόμενον. Φῄς δὲ, ἐξάγιστε καὶ παμμίαρε σὺ, ὡς καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα, ἐξοῦ τὰ Χριστιανῶν ἐδείχθη, διερρύη τε καὶ παντάπασιν ἀπώλετο, ἢ οὐδὲν τῶν παλαιοτέρων ἀνεγνωκὼς (*l*) εἶ, ἢ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐθελοκακῶν. Τοὐναντίον γὰρ διαφανῶς δείκνυται, τῇ ἡμετέρᾳ πίστει συναυξῆσαι τὰ Ῥωμαίων πράγματα. Θέα τοίνυν ὡς παρ' αὐτὴν τὴν ἐν ἀνθρώποις ἐπιδημίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, Μακεδόνων οἱ πλείους (91) ὑπὸ Ῥωμαίων καθηρέθησαν· Ἀλβανία τε καὶ Ἰβηρία, καὶ Κόλχοι, καὶ Ἄραβες, Ῥωμαίοις ὑπετάγησαν. Καὶ Γάϊος Καῖσαρ κατὰ τὴν τρίτην

B καὶ εἰκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα (92) Γάλλους, καὶ Γερμανοὺς, καὶ Βρεττανοὺς, μεγάλοις ἀγῶσιν ὑπηγάγετο, καὶ τῇ Ῥωμαίων προσεποίησεν ἀρχῇ, πόλεις πεντακοσίας οἰκοῦντας, ὡς τοῖς ἱστορήσασιν ἀναγέγραπται. Ὃς καὶ πρῶτος μετὰ τοὺς ὑπάτους ἐμονάρχησε, προοδοποιῶν καὶ προεσάγων ἐκ πολυθείας, καὶ ὀχλοκρατίας, τῆς μοναρχίας τὸ σέβας, διὰ τὴν Χριστοῦ μέλλουσαν ὅσον οὔπω μοναρχίαν. Εὐθὺς καὶ ἡ Ἰουδαία ἅπασα, καὶ τὰ πρόσχωρα προσεκτήθη· ὡς καὶ πρώτην τηνικάδε ἀπογραφὴν γενέσθαι, ἐν ᾗ καὶ Χριστὸς συνανεγράφη, ἵνα Βηθλεὲμ τὸ πέρας τῆς περὶ αὐτὴν προφητείας δημοσιεύσῃ. Λέλεκται γὰρ τῷ προφήτῃ Μιχαίᾳ περὶ

C αὐτῆς ὧδέ πως· « Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. » Καὶ μετὰ τὴν ἀπότεξιν (93) Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, Αἴγυπτος Ῥωμαίοις προσετέθη, Αὐγούστου Καίσαρος, ἐφ' οὗ Χριστὸς ἐγεννήθη, καταγωνισαμένου παντελῶς Ἀντώνιον καὶ Κλεοπάτραν, οἳ καὶ ἑαυτοὺς διεχρήσαντο. Μεθ' οὓς Κορνήλιος Γάλλος ἡγεμὼν Αἰγύπτου πρὸς τοῦ Αὐγούστου Καίσαρος καθίσταται, μετὰ τοὺς Πτολεμαίους πρῶτος ἄρξας Αἰγύπτου, ὡς τοῖς ἱστοριογράφοις πεπόνηται. Πόσα δὲ Πέρσαι περιεκόπησαν

D ὑπὸ Βεντιδίου, Κουρβούλωνός τε τοῦ Νέρωνος στρατηγοῦ, καὶ Σευήρου, Τραϊανοῦ (94) καὶ Κάρου, Κασσίου τε καὶ Ὀδαινάθου τοῦ ἐκ Παλμύρας, καὶ Ἀπολλωνίου (95), καὶ ἑτέρων· ὁσάκις τε Σελεύκεια καὶ Κτησιφῶν ἥλω, Νίσιβίς τε ἐπ' ἀμφότερα τρο-

[p] Euseb. pag. XVII, in notis. [q] Mich. v, 2.

VALESII ANNOTATIONES.

(91) *Μακεδόνων οἱ πλείους.* Diu ante adventum Christi subacta fuerat a Romanis Macedonia. Sed et Albani et Iberi ac Colchi, diu ante Natalem Christi ab iisdem Romanis superati fuerant. Proinde quæ hic dicit Evagrius, nihil ad rem faciunt. Sed de tota hac invectiva Evagrii in Zosimum, vide, si placet, *Apologiam* Joannis Leunclavii, quam ille editioni Zosimi præfixit.

(92) *Καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα.* Sic etiam legitur in Nicephori Græcis exemplaribus. Sed scribendum est δευτέραν καὶ ὀγδοηκοστήν, ex Eusebio et auctore *Chronici Alexandrini.*

(93) *Καὶ μετὰ τὴν ἀπότεξιν.* Fallitur Evagrius. Nam viginti plus minus annis ante Natalem Christi, Ægyptus in provinciæ formam redacta est.

(94) *Σευήρου, Τραϊανοῦ.* Melius scriberetur Τραϊανοῦ, Σευήρου τε καὶ Κάρου. Sic enim ordo temporum postulat. Pro Severo posset etiam scribi Verus. Hic enim de Persis insignem victoriam reportavit, ut tradunt *Historiæ Augustæ* scriptores.

(95) *Καὶ Ἀπολλωνίου.* De hoc Apollonio nihil uspiam legi.

VARIORUM.

(*l*) *Ἀνεγνωκὼς εἶ.* Delenda vox posterior. W. Lowth.

Digitized by Google

πομένη, Ἀρμένειά τε καὶ τὰ πλησιάζοντα ἔθνη Ῥωμαίοις προσετέθη, μεθ' ἑτέρων ἱστορεῖς. Μικροῦ δέ με διέλαθεν ἃ σὺ γράφεις τὸν Κωνσταντῖνον κατα- πράξασθαι, μάλα γεννικῶς καὶ ἀνδρείως τῆς Ῥωμαίων ἐξηγησάμενον ἀρχῆς μετὰ τῆς ἡμετέρας θρησκείας, καὶ οἷα πέπονθεν Ἰουλιανὸς ὁ σὸς καὶ τῶν σῶν ὀργίων θιασώτης, τηλικαῦτα τραύματα τῇ πολιτείᾳ καταλελοιπώς. Εἰ δέ τι τῶν προφητευθέν- των περὶ τῆς τοῦ κόσμου τελευτῆς ἢ προοίμιον εἴληφεν, ἢ καὶ τὸ πέρας δέξεται, μείζονός ἐστιν οἰκονομίας, ἢ κατὰ σέ. Ἐξετάσωμεν δὲ εἰ δοκεῖ, ὅπως οἱ τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύσαντες βασιλεῖς, καὶ ὅπως οἱ τὰ τοῦ Χριστοῦ ζηλώσαντες, τὴν βασι- λείαν ἀπέθεντο. Οὐ πρῶτος Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ μοναρχήσας, δολοφονηθεὶς τὸν βίον κατέστρεψεν; οὐ δεύτερον τὸν ἔκγονον Τιβερίου Γάϊον τῶν ἐν τοῖς στρατεύμασιν ἑνιοι ξίφεσι διεχρήσαντο; οὐ Νέρων πρός τινος τῶν οἰκείων ἀνῃρέθη; οὐ Γάλβας τὰ παραπλήσια πέπονθεν; Ὄθων τε καὶ Βιτέλλιος οἱ τρεῖς βασιλεύσαντες μόνους ἐκκαίδεκα μῆνας. Τίτον δὲ βασιλεύσαντα, οὐ Δομετιανὸς φαρμάκοις ἀδελφὸν ὄντα γε αὐτοῦ, ἀνεῖλεν; οὐ Δομετιανὸς πρὸς τοῦ Στεφάνου δεικαίως τῶν ἐντεῦθεν μετέστη; Τί δὲ καὶ περὶ Κομόδου φῄς; Οὐχ οὗτος ὑπὸ Ναρκίσσου τὸν βίον ἀπέλιπεν; Περτίναξ [80], καὶ Ἰουλιανός, οὐ τῶν αὐτῶν ἔτυχον; Ἀντωνῖνος δὲ ὁ Σευήρου, οὐ Γέταν τὸν ἀδελ- φὸν διέφθειρε, τὰ παραπλήσια καὶ αὐτὸς παθὼν ὑπὸ Μαρτιαλίου; Τί δὲ καὶ Μακρῖνος, οὐ περὶ Βυ- ζάντιον αἰχμαλώτου δίκην περιαχθείς, πρὸς τῶν σφετέρων στρατιωτῶν ἐμιαιφονήθη; Καὶ Αὐρήλιος δὲ Ἀντωνῖνος ὁ ἐξ Ἐμέσης, οὐ μετὰ τῆς μητρὸς κατεσφάγη; Ὁ δέ γε μετ' αὐτὸν Ἀλέξανδρος, οὐ τῷ αὐτῷ σὺν τῇ μητρὶ περιπέπτωκε δράματι; Τί ἂν εἴποιμεν καὶ περὶ Μαξιμίνου, πρὸς τῆς οἰκείας στρατιᾶς ἀναιρεθέντος, ἢ Γορδιανοῦ ἐπιβουλεύμασι [81] Φιλίππου ὑπὸ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν τὴν τέλειον ὑπελθόντος ἡμέραν; Λέγε δὲ σύ, ὅπως τε Φίλιππος, καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Δέκιος, οὐχ ὑπὸ τῶν πολεμίων διεφθάρησαν; καὶ Γάλλος δὲ καὶ Βουλουσιανός, οὐχ ὑπὸ τῶν οἰκείων δυνάμεων τῆς σφῶν ζωῆς ἐξώσθη- σαν; Τί δαί, καὶ Αἰμιλιανός, οὐ τοῖς αὐτοῖς περιπέ- πτωκεν; Οὐαλεριανὸς δὲ, οὐ δορυάλωτος γενόμενος, ὑπὸ Περσῶν περιήγετο; Γαλλιήνου δὲ δολοφονηθέν- τος, καὶ Καρίνου σφαγιασθέντος, εἰς Διοκλητιανὸν τὰ πράγματα περιέστη, καὶ οἷς αὐτὸς εἵλετο συνάρχειν αὐτῷ· ἐξ ὧν Ἐρκούλιος Μαξιμιανὸς καὶ Μαξέντιος ὁ τούτου παῖς, καὶ Λικίννιος δὲ, εἰς ἔσχατα διεφθάρη- σαν. Ἑξότου δὲ Κωνσταντῖνος ὁ πανσεβέστατος παρει- λήφει τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν ἐπώνυμον αὐτῷ πόλιν δειμάμενος τῷ Χριστῷ ἀνατέθεικεν, ἄθρει δή μοι εἴ τις τῶν ἐν αὐτῇ βασιλέων, Ἰουλιανοῦ δίχα τοῦ ἱεροφάντου σου καὶ βασιλέως, ἢ πρὸς τῶν οἰκείων ἢ τῶν ἐναντίων διεφθάρη, ἢ ὅλως τύραννος βασιλέως κατ- εδυνάστευσεν, ἢ μόνον Βασιλίσκου (96) ἐξώσαντος

Ægyptum rexit, ut ab historiarum scriptoribus traditum est. Jam vero quot regiones ademptæ sint Persis a Ventidio et a Corbulone Neronis duce: a Severo item ac Trajano et Caro; a Cassio quoque et Odænatho Palmyreno et Apollonio et ab aliis: quoties præterea Seleucia et Ctesiphon urbes captæ sint; quotics Nisibis, nunc ad Romanos, nunc ad Persas transiens; Armenia denique ac finitimæ gentes Romano imperio adjunctæ fuerint; tu una cum reliquis scriptoribus refers. Sed pene omiscram ea quæ tu scribis confecta esse a Constantino, qui cum nostram religionem profiteretur, imperium Romanum strenue ac fortiter administravit: et quanta perpessus sit Julianus tuus, eorumdem tecum mysteriorum particeps, qui tot ac tantas clades intulit reipublicæ. Utrum vero eorum quæ de mundi exitu prædicta sunt, aut aliquod jam proludium acceperit, aut finem sortiturus sit, altioris est dispensationis, quam ut tu capere possis. Expendamus autem, si placet, quonam modo imperatores qui gentilium superstitionem profitebantur, et quonam modo qui religionem Christi amplexi sunt, regnandi simul ac vivendi finem fecerint. Annon Caius Julius Cæsar, qui primus singulare imperium obtinuit, per fraudem atque insidias interfectus, ex hac luce migravit? Annon alterum Caium Tiberii nepotem, quidam milites gladiis obtruncarunt? Nunquid Nero a quodam ex domesticis trucidatus est? Annon Galba similem exitum vitæ habuit: Otho item ac Vitellius: qui tres, sedecim duntaxat mensium spatio imperarunt. Titum quoque imperatorem nunquid Domitianus ejus frater veneno interfecit? Ipse vero Domitianus nunquid a Stephano necatus, miserabili exitu periit? Quid de Commodo dices? Annon illi **377** Narcissus violentas manus intulit? Pertinax quoque et Julianus, nunquid similia passi sunt? Jam vero Antoninus Severi filius, nonne Getam fratrem interfecit, et ipse postea simili mortis genere sublatus est a Martiale? Quid Macrinus, nonne circa Byzantium captivi instar circumductus, a suis militibus nefarie trucidatus est? Aurelius item Antoninus ortus ex urbe Emesa, nonne una cum matre confossus interiit? Et qui illi successit Alexander, nonne simili exitu una cum matre interiit? Quid dicam de Maximino, qui a propriis militibus interemptus est? Quid de Gordiano, qui insidiis Philippi a militibus suis necatus ultimum diem clausit? Jam vero Philippus et Decius, dic mihi, quæso, annon ab hostibus interfecti sunt? Gallus autem et Volusianus nonne a suis exercitibus sunt necati? Æmilianus quoque nonne simili exitu interiit? Jam Valerianus, nonne in prælio captus, a Persis circumductus est? Denique Gallieno per fraudem

VARIÆ LECTIONES.

[80] C. C. Περτίναξ τε. [81] C. C. ἐπιβουλεύματι.

VALESII ANNOTATIONES.

(96) Ἢ μόνον Βασιλίσκου. In manuscripto codice Telleriano scriptum inveni, ἢ μόνου Βασιλίσκου. Mallem tamen dicere, πλὴν μόνου etc.

Digitized by Google

interfecto, et Carino obtruncato, rerum summa ad Diocletianum pervenit, et ad eos quos Diocletianus collegas imperii sibi adjunxit. Ex quibus Maximianus Herculius et filius ejus Maxentius ac Licinius, funditus deleti interierunt. Verum ex quo Constantinus omni laude dignissimus imperium suscepit, et urbem sui nominis a se conditam Christo dedicavit; circumspice, quæso, utrum quisquam eorum qui in ea civitate imperarunt, excepto Juliano, pontifice tuo atque imperatore, vel a suis civibus, vel ab hostibus sit occisus: et an tyrannus aliquis imperatorem unquam superaverit, excepto duntaxat Basilisco, qui Zenonem imperio expulit: ab eodem tamen Zenone postea profligatus, vitam simul cum imperio amisit. De Valente quoque assentior iis quæ scribis, quippe qui Christianos tot ac tantis malis vexavit. Alium enim imperatorem præter istos, ne tu quidem potes dicere. Porro nemo existimet, hæc ab instituto historiæ ecclesiasticæ aliena esse: quin potius utilissima ac prorsus necessaria, propterea quod gentiles historiæ scriptores accuratam rerum cognitionem de industria obscurare nituntur. Verum ad reliqua Anastasii gesta jam redeamus.

A Ζήνωνα, πρὸς οὗ καὶ κατελύθη, καὶ τὸν βίον ἀπέθετο. Πείθομαι καὶ περὶ Οὐάλεντος λέγοντί σοι, τοσαῦτα κατεργασαμένου Χριστιανοῖς κακά. Περὶ γὰρ ἑτέρου, οὐδὲ σὺ αὐτός φῄς. Ταῦτα μηδεὶς οἰέσθω πάρεργα τῆς ἱστορίας τυγχάνειν τῆς ἐκκλησιαστικῆς, πάνυ μὲν οὖν χρειώδη καὶ συνεκτικά, διὰ τὸ τοὺς Ἑλλήνων ἱστοριογράφους, ἐθελοκακεῖν[88] πρὸς τὴν ἀκρίβειαν. Ἴωμεν δὲ καὶ ἐπὶ τὰ λειπόμενα τῶν Ἀναστασίου πράξεων.

CAP. XLII.

De auraria pensione.

Ea quidem quæ superius commemoravi, præclare et pro imperatoria majestate ab Anastasio gesta sunt. Idem tamen quædam egit, prioribus illis minime respondentia. Nam et chrysoteliam, id est, auri collationem excogitavit, et militarem sumptum **378** gravissimo pretio taxavit in damnum provin-

ΚΕΦΑΛ. ΜΒ'.

Περὶ τῆς χρυσοτελείας.

Τὰ μὲν οὖν λελεγμένα, βασιλικῶς τῷ Ἀναστασίῳ κατώρθωτο. Ἐπράχθη δὴ τούτων οὐκ ἄξια, τήν τε καλουμένην χρυσοτέλειαν (97) ἐπινοήσας, καὶ ἀπεμπολήσας τὴν στρατιωτικὴν δαπάνην (98) κατὰ τῶν συντελῶν (99) ἐς τὸ βαρύτατον. Περιεῖλε δὲ καὶ τὴν τῶν φόρων ἔσπραξιν ἐκ τῶν βουλευτηρίων (1), τοὺς

VARIÆ LECTIONES.

[88] C. C. ἐθελοκακοῦν.

VALESII ANNOTATIONES.

(97) *Τήν τε καλουμένην χρυσοτέλειαν.* Quid sit χρυσοτέλεια, difficile est divinare, cum Evagrius noster nudum nomen posuisse contentus, rem ipsam exponere supersederit, nec alius, quod sciam, ex antiquis scriptoribus, hujus rei fecerit mentionem. Ego vero, quantum conjectura assequi possum, χρυσοτέλειαν nihil aliud fuisse existimo quam præstationem auri, quod pro tributaria functione a provincialibus exigi primus instituit Anastasius. Veteres enim Romani tributa in ipsis speciebus inferre consueverant, puta in tritico, hordeo, vino et oleo: ex quibus in horrea publica convectis, annona militaris et civica erogabatur. Quinetiam imperatorum sanctionibus vetitum erat ne pro speciebus exactores aurum a provincialibus exigerent, ut videre est in lege 4 et 5 Codicis Theodosiani *Tributa in ipsis speciebus inferri.* Anastasius vero primus instituit, ut pro speciebus pecunia a provincialibus exigeretur. Id autem colligo, partim ex vocabulo ipso χρυσοτέλεια, quo significatur auri collatio pro tributo: partim ex eo quod Evagrius toto hoc capite de tributaria functione loquitur, ut postea videbimus.

(98) *Ἀπεμπολήσας τὴν στρατιωτικὴν δαπάνην.* Hunc locum recte vertit Joannes Langus hoc modo: *Et populos suos vectigales bellicis impensis per nundinationem divenditis supra modum gravavit.* Musculus vero interpretatur: *Et militares sumptus onerosissime contra consuetas contributiones divendidit.* Christophorsonus autem omnium pessime vertit hoc modo: *Et stipendia militaria, una cum exactionibus, non sine gravissimo reipublicæ detrimento divendidit.* Sed nos ut rem ipsam penitus intelligamus, singula verba diligenter expendemus. Ait igitur Evagrius καὶ ἀπεμπολήσας. Id verbum Latine significat eum qui vendidit. Suidas etiam observat fraudulentam venditionem eo verbo intelligi. Duplici autem modo hæc militaris sumptus venditio intelligi potest. Nam aut Anastasius militarem sumptum locavit publicanis, quemadmodum reges nostri facere solent, qui annonæ militaris ac vestium præbitionem et alia id genus, locare soliti sunt publicanis ac redemptoribus. Aut venditio illa nihil aliud fuit quam adæratio: ita ut Anastasius militarem sumptum, vestes scilicet, arma, ac pabula quæ a provincialibus conferri solebant, gravissimo pretio taxaverit; quæ res cedebat in damnum provincialium, qui pro speciebus ipsis pretium pendere cogebantur. Atque hunc posteriorem sensum in interpretatione mea secutus sum. Per στρατιωτικὴν autem δαπάνην, intelligit Evagrius non solum stipendia militum, ut putavit Christophorsonus; sed omnem militarem sumptum, vestem scilicet arma, et cibaria. Utitur hac voce sæpius Justinianus in edicto decimo tertio, ubi etiam δαπάνας et σιτήσεις distinguit. Et σιτήσεις quidem docet fuisse annonas et capita quæ in auro solvebantur magistratibus. Δαπάναι vero cujusmodi fuerint, non explicat; sed tantum earum quoque pretia a provincialibus exacta fuisse innuit, ubi loquitur de duce Libyæ.

(99) *Κατὰ τῶν συντελῶν.* Quid essent συντελεῖς Musculus et Christophorsonus non intellexerunt. Sic autem dicuntur provinciales qui tributa pendebant. Glossæ veteres συντελεστὴς, *tributarius;* συντέλεια τὸ ἐπίταγμα, *tributum.* Sic Evagrius in lib. v, c. 13, τοὺς συντελοῦντας vocat *tributarios.*

(1) *Περιεῖλε τὴν τῶν φόρων εἴσπραξιν ἐκ τῶν βουλευτηρίων.* Inter onera decurionum, non postremum fuit tributorum exactio. Hi enim ex corpore suo creabant susceptores annonarum, et præpositos mansionum atque horreorum, ut patet ex Codice Theodosiano in titulo *De decurionibus*, et in titulis *De susceptoribus.* Quod tamen non ita intelligendum est, quasi soli decuriones tributa fiscalia exegerint. Nam et officiales præfecti prætorio, et officiales præsidum, tributa a provincialibus exigere consueverant, ut docet Ammianus Marcellinus, in

Digitized by Google

καλουμένους βίνδικας (2) ἐφ' ἑκάστῃ πόλει προβαλλόμενος, ἐσηγήσει φασὶ Μαρίνου τοῦ Σύρου (3), τὴν κορυφαίαν διέποντος τῶν ἀρχῶν, ὃν οἱ πάλαι ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἐκάλουν. Ὅθεν κατὰ [83] πολὺ οἵ τε φόροι διερρύησαν, τά τε ἄνθη τῶν πόλεων διέπεσεν [84]. Ἐν τοῖς λευκώμασι γὰρ τῶν πόλεων, οἱ εὐπατρίδαι πρόσθεν ἐνεγράφοντο, ἑκάστης πόλεως τοὺς ἐν τοῖς βουλευτηρίοις ἀντὶ συγκλήτου τινὸς ἐχούσης τε καὶ ὁριζομένης.

A cialium. Præterea tributorum exactionem ademit curiis civitatum, institutis per singulas urbes vindicibus quos vocant, impulsu, ut aiunt, Marini Syri, qui supremam omnium dignitatem gerebat, quam antiqui præfecturam prætorii appellabant. Ex quo factum est ut maxima ex parte, tum tributa intercidirent, tum civitatum decus imminueretur. Nam antiquitus in albo singularum urbium nobilissimi quique ascripti erant, cum unaquæque civitas eos qui in curiam erant relati, instar senatus cujusdam haberet.

VARIÆ LECTIONES.

[83] C. C. μετά. [84] διέπεν.

VALESII ANNOTATIONES.

lib. XVII, his verbis: *Denique inusitato exemplo, id petendo Cæsar impetraverat a præfecto, ut Belgicæ secundæ multiformibus malis oppressæ dispositio sibi committeretur; ea videlicet lege, ut nec præfectianus, nec præsidialis apparitor ad solvendum quemquam urgeret.* Anastasius igitur imperator exactionem tributorum quam ex parte curabant decuriones, penitus illis ademit. Hinc est quod in edicto decimo tertio Justiniani, ubi agit de exactione tributorum Ægypti, nullam prorsus mentionem facit decurionum: sed solos scriniarios et tractatores præfecturæ prætorianæ nominat, qui tributa fiscalia a collatoribus exigebant, eaque ad duplicem mensam, sive arcam præfecturæ prætorianæ, alteram privatam, alteram generalem inferebant. Quod quidem institutum esse arbitror ab Anastasio, qui tributa non in ipsis speciebus, sed in auro inferri decreverat, ut superius observavi. Cur autem Anastasius id instituerit, hæc ratio afferri potest. Anastasius imperator, cum esset in republ. gerenda providentissimus, ut testatur Procopius, auro pacem a barbaris redimere malebat, quam ancipiti marte cum iis confligere. Quod cum ei ex voto succederet, militares numeros imminuit, quippe quibus opus non haberet, cum barbari auro deliniti pacem servarent. Itaque Suidas in voce Ἀναστάσιος, ait provincias imperii Romani, ejus temporibus propemodum vacuas militibus fuisse. Cum ergo legiones Romanæ ad tam exiguum numerum redactæ essent, nihil necesse erat tot species annonarias in horrea publica congerere. Satius ergo judicabat Anastasius pecunias a provincialibus exigere, quibus pacem a Barbaris redimeret.

B Porro ex ea pecunia quam exegerat vindex, ligna ad calefaciendas thermas publicas præbere et alia solemnia munera implere cogebatur, ut docet idem Justinianus in edicto supra memorato his verbis. Ἀναγκάσεις δὲ καὶ τὸν κατὰ καιρὸν βίνδικα τοῖς Ἀλεξανδρέων πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ γενόμενα δαπανήματα ποιῆσαι, ἐπί τε τῆς ἐκπυρώσεως τῶν δημοσίων βαλανείων, etc. Ex quibus locis quidam colligere possent, unicum fuisse vindicem in unaquaque civitate. Porro notandum est Constitutionem illam Anastasii, qua tributorum exactio curialibus adempta esse dicitur, a sequentibus imperatoribus minime observatam fuisse. Certe Justinianus in *Novellis* supra memoratis, inter eos qui tributa suo periculo exigebant ac suscipiebant, curiales diserte nominat.

(1) *Τοὺς καλουμένους βίνδικας.* Horum vindicum mentio fit in *Novellis* Justiniani, et in edicto decimo tertio. Auctor *Chronici Alexandrini*, pag. 785: Ἐν οἷς ἐσφάγη Ἀντίπατρος ὁ βίνδιξ Ἀντιοχείας. Interpres hæc verba ita vertit: *Inter quos Antipater Antiochiæ vindex seu judex occubuit.* At vindices non erant judices, sed exactioni tributorum præpositi; ut docet Justinianus in novella 124 et 125, ubi eos cum curialibus et officialibus et canonicariis atque exactoribus tributorum conjungit. Idque confirmat hic Evagrii locus. Ait enim Anastasium imperatorem exactionem tributorum ademisse curialibus, et ad vindices quos ipse instituerat transtulisse. Tributa igitur exigebant vindices a provincialibus. Idem Justinianus in edicto 13, ait Potamonem quemdam Anastasii temporibus sub specie vindicis Alexandriæ, præpositum fuisse tributorum exactioni. Sic enim interpretor hæc verba: Ποτάμωνος τηνικαῦτα τῶν δημοσίων τῆς Ἀλεξανδρέων προεστῶτος κατὰ τὸ τοῦ βίνδικος σχῆμα. Unde etiam discimus vindicem Alexandriæ præpositum fuisse exactioni τοῦ ἐξαγωγίου: id erat vectigal pro exportatione tegularum et aliarum mercium quæ ex Alexandrina urbe exportabantur.

(3) *Ἐσηγήσει φασὶ Μαρίνου τοῦ Σύρου.* Hunc Marianum vocat imperator Justinianus in edicto decimo tertio, his verbis: Ἡ σὴ ἐνδοξότης εὗρεν ἐν τῇ πυκτῇ τῇ ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀναστασίου τοῦ C τῆς εὐσεβοῦς λήξεως. ἡνίκα Μαριανὸς, ὁ τῆς ἐνδόξου ἐπὶ αὐτῷ τὰ πράγματα ἔπραττε, *etc.* Id est: *Tua gloriosa magnificentia invenit in charta quadam temporibus Anastasii piæ memoriæ imperatoris, tunc cum Marianus gloriosæ memoriæ sub illo publica negotia administrabat.* Marcellinus tamen in *Chronico* Marinum vocat, indictione 5. Paulo et Musciano coss. *Die Dominico, dum jubente Anastasio Cæsare, per Marinum perque Platonem in ecclesiæ pulpito consistentes, in hymnum Trinitatis Deipassianorum quaternitas additur*, etc. Et Plato quidem erat præfectus urbis Constantinopolitanæ, ut docet Victor Tunonensis, in *Chronico*; Marinus vero præfectus prætorio: quamobrem Platoni præponitur a Marcellino. Porro Cedrenus ac Zonaras, dum eamdem rem narrant quam Marcellinus et Victor, Marini quidem ac Platonis nomina reticent: utriusque tamen dignitatem exprimunt; alterum λογοθέτην, alterum ἔπαρχον, nominantes. Ubi per vocem D λογοθέτην, præfectum prætorio designant, eo quod præfectus prætorio tributorum ratiocinia tractaret. Cæterum non omittendum est quod refert Zonaras, ab hoc Mariano præfecto (sic enim vocat) navali pugna superatum esse Vitalianum tyrannum ope speculorum quorumdam incendiariorum, quæ a Proclo philosopho erant fabricata. Ex quibus verbis quidam suscipari possent, hunc esse Marinum Syrum discipulum Procli philosophi. Certe Nicephorus quoque in cap. ultimo libri XV, hunc Marinum Syrum appellat. Ego tamen Marinum illum Syrum qui præfectus Prætorio fuit temporibus Anastasii, distinguendum esse existimo a Marino Syro philosopho qui vitam Procli conscripsit. Hic enim religione gentilis fuit, ut discimus ex veteri Epigrammate quod legitur in *Anthologia*. Ille vero Christianus fuit, ut constat ex Marcellino.

Digitized by Google

379 CAP. XLIII.

De Vitaliani tyrannide.

Porro adversus Anastasium Vitalianus insurrexit, ortus ex Thracia. Qui cum Thraciam ac Mœsiam usque ad Odessum atque Anchialum urbes vastasset, ad regiam urbem contendit, innumerabilem ducens multitudinem gentium Hunnicarum. Contra hunc missus est ab imperatore Hypatius. Qui cum a suis proditus, vivus in potestatem hostium venisset, et ingenti pretio post modum redemptus esset, totius belli administratio Cyrillo commissa est. Ac primum quidem, prælio ancipiti pugnatum. Deinde cum varias vicissitudines habuisset pugna, tam in persequendo, quam pedem referendo, et Cyrillus superior fuisset, repente impetu facto hostes irruere cœperunt, militibus Romanis sponte terga vertentibus. Hoc modo Vitalianus Cyrillum in urbe Odesso cepit : et cuncta igni ac ferro devastans, usque ad Sycas pervenit, nihil aliud meditans quam ut urbem regiam caperet, et imperium occuparet. Sycis ergo cum Vitalianus tabernaculum suum fixisset, Marinus Syrus cujus supra mentionem feci, cum navalibus copiis ab imperatore missus est contra illum pugnaturus. Ambo igitur exercitus sibi invicem oppositi steterunt : alter a tergo Sycas habens, alter Constantinopolim. Ac primo quidem quasi pactis induciis quievere. Deinde post aliquot excursus et missilium utrinque jactus, navali pugna acriter commissa circa loca quæ dicuntur Bytharia, Vitalianus conversa puppe, fugam arripuit, cum multos e suo exercitu amisisset. Idem factum est ab iis qui partes illius sequebantur, tanta cum celeritate, ut postridie nemo ex hostibus circa Anaplum aut ad ipsam urbem regiam repertus sit. Posthæc Vitalianus, ut aiunt, aliquanto temporis spatio in urbe Anchialo commora-

A

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'.

Περὶ τῆς τυραννίδος Βιταλιανοῦ.

Τυραννεῖ τὸν Ἀναστάσιον Βιταλιανὸς (*m*) Θρᾷξ γένος, ὃς τήν τε Θράκην καὶ Μυσίαν μέχρις Ὀδυσσοῦ (4) καὶ Ἀγχιάλου θηώσας, ἐπὶ τὴν βασίλειον ἠπείγετο, πλῆθος ἀστάθμητον ἔχον Οὐννικῶν ἐθνῶν. Ὅπερ Ὑπάτιον ὑπαντήσοντα[88], πέπομφεν ὁ βασιλεύς. Καὶ ἐπειδὴ πρὸς τῶν οἰκείων προδοθεὶς ὁ Ὑπάτιος ζωγρίας ἥλω, λύτρων τε μεγάλων ἀφείθη, Κύριλλος τὰς ἐπιστρατεύσεις ἐγχειρίζεται, καὶ πρῶτα μὲν τῆς μάχης ἀγχωμάλου γενομένης, εἶτα καὶ πολλὰς τροπὰς δεξαμένης, ἔν τε ταῖς ὑπαγωγαῖς καὶ τοῦ Κυρίλλου τὸ πλέον ἐσχηκότος ἐπιστροφάδην πάλιν δίωξις (5) γέγονεν, ἐθελοκακησάντων τῶν στρατιωτῶν. Καὶ οὕτω τὸν Κύριλλον ἐκ τῆς B Ὀδυσσοῦ παρείλησεν ὁ Βιταλιανὸς, καὶ μέχρι τῶν καλουμένων Συκῶν τὴν ἔλασιν ἐποιήσατο, πάντα δῃῶν, πάντα πυρπολῶν· οὐδὲν ἕτερον ταῖς φαντασίαις ἔχων, ἢ καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν ἑξελεῖν, καὶ τῆς βασιλείας κρατῆσαι. Ἐν Συκαῖς δὲ αὐτοῦ σκηνησαμένου, στέλλεται πρὸς τοῦ βασιλέως Μαρῖνος ὁ Σύρος, οὗ πρόσθεν ἐμνήσθημεν, μετὰ νηίτου στρατοῦ πολεμήσων τῷ Βιταλιανῷ. Συνήπτην οὖν ἀμφω τὼ στρατὼ, ὁ μὲν ἐπὶ πρύμναν τὰς Συκᾶς, ὁ δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἔχων. Καὶ πρῶτον μὲν ἀνεκώχευον· εἶτα μετὰ τοὺς ἔκπλους καὶ τοὺς ἀκροβολισμοὺς μεταξὺ τοῖν δυοῖν στρατοπέδοιν, ναυμαχίας καρτερᾶς συστάσης περὶ τὰ καλούμενα Βυθάρια, φεύγει μὲν προτροπάδην πρύμναν κρουσάμενος ὁ Βιταλιανὸς, τὰ πολλὰ τῆς δυνάμεως ἀποβαλών. Φεύγουσι δὲ καὶ οἱ C ἀμφ' αὐτὸν οὕτω τάχιστα, ὡς μηδένα πολέμιον ἀνὰ τὴν ἑξῆς περὶ τὸν Ἀνάπλουν (6), ἢ περὶ τὴν πόλιν αὐτὴν εὑρεθῆναι. Φασὶ δ' οὖν τὸν Βιταλιανὸν ἐν Ἀγχιάλῳ τινὰ χρόνον διατρῖψαι, τὴν ἡσυχίαν ἄγοντα. Ἐπέδραμε δὲ καὶ ἕτερον γένος Οὐννικὸν, περαιωθὲν τὰς Καππαδοκῶν πύλας (7). Πέπονθε δὲ

VARIÆ LECTIONES.

[88] C. C. ὅπερ ὑπαντήσαντα. *al.* ὑπατήσαντα.

VALESII ANNOTATIONES.

(4) *Μέχρις Ὀδυσσοῦ.* Scribendum est Ὀδησσοῦ. Sic enim vocatur a Diodoro Siculo et a Strabone ac Stephano. Nummi quoque veteres ita scribunt, ut jampridem notavi ad lib. XXVII Ammiani Marcellini, pag. 334. Plerique tamen Scriptores, tam Græci quam Latini, *Ulyssum* eam vocant, quasi ab Ulysse dicta esset. Certe Joannes Langus *Ulyssopolim* interpretatus est, quam Nicephorus Ὀδυσσὸν dixerat in cap. 38, lib. XVI.

(5) *Ἐπιστροφάδην πάλιν δίωξις.* Scribendum puto unica voce παλινδίωξις. Idem error exstat apud Nicephorum in cap. 38 libri XVI : Ἀγχωμάλου δὲ τῆς μάχης γεγενημένης, καὶ πολλὰς τὰς τροπὰς, καὶ πάλιν διώξεις λαβούσης. Quid sit autem ἐπιστροφάδην optime docet Suidas in ea voce. Certe in codice Telleriano diserte scriptum inveni παλινδίωξις.

(6) *Περὶ τὸν Ἀνάπλουν.* Locus erat ita dictus, ut testatur Marcellinus in *Chronico*, indictione 4, Placido solo cos. *Theodoricus Triarii filius rex Gothorum, ascitis suis usque ad Anaplum quarto urbis milliario advenit.* Ejusdem mentio fit a Stephano in voce γυναικόπολις. Ἔστι καὶ γυναικῶν λιμὴν περὶ τὴν λεγομένην Φιδάλειαν τὴν μεταξὺ Ἀνάπλου καὶ τοῦ Λεωσθενείου.

(7) *Περαιωθὲν τὰς Καππαδοκῶν πύλας.* Hunni Caspias portas transgressi, in Armeniam, Cappadociam et Pontum irruperunt, Anthemio et Florentio coss. anno Christi 515, ut scribunt Marcellinus et Victor Thunonensis in *Chronico*. Dicebantur autem Sabiri, teste Gedreno, vel Saber : sic enim legendum est apud Theophanem. Ex quibus scribendum videtur hoc loco περαιωθὲν τὰς Κασπίας πύλας. Certe Nicephorus in cap. 38, hunc Evagrii locum ita expressit : Καὶ ἄλλο δὲ γένος Οὐννικὸν τὴν Ῥωμαίων ἐπέδραμε· περαιωσάμενον γὰρ τὰς Κασπίας πύλας τὴν ἔω διῆλθεν. Per has Caspias portas Hunni in Romanorum provincias erumpere solebant, ut docet Procopius in lib. I *Persicorum*. Ubi angustias illas egregie describit, et ab Alexan-

VARIORUM.

(*m*) *Βιταλιανός.* Vitalianus Patricioli filius, rebellionem contra Anastasium orsus est anno 510, quæ exstincta est anno 516

Digitized by Google

ὑπὸ σεισμῶν ἐξαισίων ἀνὰ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις καὶ ἡ Ῥόδος, τρίτον ἐκεῖνο πάθος, ἀωρὶ τῶν νυκτῶν. imperii Romani incursionem fecit. Per idem motu jam tersium concussa est.

A tus, quiete se continuit. Alia præterea Hunnorum gens Caspias portas transgressa, in provincias empus **380** Rhodus nocte intempesta, ingenti terræ

ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

Ὡς. Ἀναστάσιος ἐν τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, βουληθεὶς προσθεῖναι, στάσις ἐν τῷ δήμῳ καὶ ταραχὴ γέγονεν· ὅπερ φοβηθεὶς, ὑποκρινάμενος ταπείνωσιν, ταχὺ τὰς γνώμας τοῦ δήμου μετέβαλε. Καὶ περὶ τοῦ θανάτου Ἀναστασίου.

Ἀνὰ δὲ τὸ Βυζάντιον, προσθήκην τοῦ βασιλέως ἐν τῷ Τρισαγίῳ (*n*) βουληθέντος ποιήσασθαι τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, μεγίστη στάσις γέγονεν, ὡς τὰ μάλιστα τῆς Χριστιανῆς θρησκείας ἀθετουμένης· ἧς ἀρχηγὸν καὶ προστάτην γενέσθαι τὸν Μακεδόνιον, καὶ τὸν ὑπ' αὐτὸν κλῆρον, Σευῆρός φησι πρὸς Σωτήριχον γράφων (8), οὕπω μὲν ἱερατικοῦ τετυχηκὼς (*o*) θρόνου, ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας (9) διατρίβων, οὔτε τοῦ κατ' αὐτὸν (10), ὥς μοι λέλεκται, σὺν ἑτέροις ἀπηλάθη μοναστηρίου· πρὸς τοῖς λεχθεῖσι, καὶ ἐκ τούτων οἶμαι τῶν διαβολῶν τὸν Μακεδόνιον ἐκβεβλῆσθαι. Ἐντεῦθεν ἀκάθεκτα τοῦ δήμου φερομένου, οἵ τε ἐν ἀξιώσει τελοῦντες περὶ τῶν ἐσχάτων κεκινδυνεύκασι, καὶ πολλοὶ τῶν ἐπισήμων ἐφλέχθησαν

CAP. XLIV.

Quomodo ingens seditio in populo excitata sit, cum Anastasius in hymno Trisagio has voces addere voluisset : Qui crucifixus es pro nobis. Quod metuens Anastasius, simulatione usus, statim plebis animos commutavit. Item de obitu ejusdem Anastasii.

Constantinopoli vero, cum imperator in hymno Trisagio has voces adjicere voluisset : Qui crucifixus es pro nobis : gravissima seditio exorta est, perinde quasi Christiana religio funditus everteretur. Hujus seditionis principem atque auctorem fuisse Macedonium et clerum urbis Constantinopolitanæ, scribit Severus in epistola ad Sotericum. Quam quidem epistolam scripsit, cum nondum episcopatum adeptus esset, sed in urbe Regia adhuc moraretur; eo scilicet tempore, quo una cum aliis pluribus, ut supra retulimus, ex suo monasterio ejectus est. Ob hanc autem calumniam, præter alias causas quas antea commemoravi, Macedonium sede sua expulsum fuisse existimo. Hanc

B

VALESII ANNOTATIONES.

dro Macedone olim munitas fuisse testatur. Unde lucem accipit locus Hieronymi in Epitaphio Fabiolæ qui sic habet : *Ecce subito discurrentibus nuntiis, Oriens totus intremuit : ab ultima Mœotide inter glacialem Tanaim, et Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina.*

(8) *Σευῆρος πρὸς Σωτήριχον γράφων.* Hic Sotericus episcopus erat Cæsareæ Cappadociæ, a Macedonio Constantinopolitano episcopo ordinatus. Qui postmodum ad partes Eutychianorum transgressus, impio Xenaiæ sese adjunxit, ut scribit Theophanes in *Chronico*. Proinde non mirum est Severum Eutychianorum antesignanum ad Sotericum sui similem litteras scripsisse, et in iis Macedonium catholicum episcopum insimulasse, tanquam seditionis auctorem. Ipse potius Severus seditionis hujus auctor fuit, qui Anastasio principi persuaserat, ut Trisagio hymno hanc clausulam adjiceret : *Qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis*, quemadmodum scribit Cedrenus in *Chronico*. Porro hunc Trisagium hymnum Proclus Constantinopolitanus episcopus ab angelis edoctus fuerat. Quem simul atque sacerdos ad altare accesserat, hieropsaltes e pulpito canere incipiebat hoc modo, ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ut scribit Jovius Monachus in lib. VI, apud Photium, in *Bibliotheca*. Ob hunc hymnum graves postea tumultus in Ecclesia exorti sunt, cum Orientales quidem huic hymno subjicerent hanc clausulam, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ad Jesum Christum eam referentes : Constantinopolitani vero et Occidentales additamentum illud rejicerent, ne qua passio Trinitati consubstantiali tribueretur : ejusque loco accinerent ἁγία Τριὰς, ἐλέησον ἡμᾶς, ut docet Ephræmius patriarcha Antiochenus apud Photium in *Bibliotheca*. Recte ergo faciebat Macedonius, qui morem a Proclo traditum retinens, additamentum illud respuebat.

C

D

(9) *Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας.* Male Christophorsonus hunc locum ita vertit, *vitam in aula imperatoria degebat*. Eumdem quoque errorem admisit Nicephorus, qui hæc Evagrii verba sic exposuit, ἔτι δὲ τοῖς ἀνακτόροις ἐνδιαιτώμενος. Verum in Evagrio scribendum est, ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείου, id est, *in urbe Regia*. Sic enim Evagrius Constantinopolim vocare solet, ut supra notavi. Sed et in superiori capite ita eam appellat.

(10) *Οὔτε τοῦ κατ' αὐτόν.* Procul dubio scribendum est ὅτε τοῦ κατ' αὐτόν, etc., quemadmodum etiam legit Nicephorus. Sic enim hæc Evagrii verba expressit : Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ὁπηνίκα τοῦ κατ' αὐτὸν ἀπηλάθη μοναστηρίου. Miror tamen id ab interpretibus, Musculo scilicet et Christophorsono, animadversum non fuisse.

VARIORUM.

(*n*) *Ἐν τῷ τρισαγίῳ.* Τρισάγιος is appellatur hymnus, quo vox ἅγιος ter repetitur, his verbis : Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Quem quidem hymnum Græci multis retro sæculis, vel de lecto surgentes, vel Deo adorando se accingentes, vel mentes suas ad superna attollere volentes, recitare consueti sunt : quo etiam singulas in sacrosancta Trinitate personas adorant. Nam ἅγιος ὁ Θεός ad Patrem, ἅγιος ἰσχυρός ad Filium, ἅγιος ἀθάνατος ad Spiritum sanctum refertur; ut docet Joan. Damascenus in epistola de Trisagio; et *De orthod. fid.* lib. III, cap. 10. Petrum Fullonem hæc verba, Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, Trisagio inseruisse, cum Balsamone plures alii consentiunt. (Guil. Beveregius *Annot. ad canonem* 81 *concilii Trullani.*)

(*o*) *Οὔπω μὲν θρόνου ἱερατικοῦ τετυχηκώς.* Ergo hæc ad priores tumultus anno 511 CPoli excitatos referenda sunt, cum nondum adeptus esset sedem Antiochenam Severus, quam anno sequente invasit. Utroque enim anno graves tumultus exorti sunt ob clausulam, *Qui crucifixus es pro nobis, miserere nostri*, hymno Trisagio adjectam. Vid. Pagium ad ann. 51, n. a, etc.; 512, n. 8, 9. (W. Lowth.)

Digitized by Google

igitur ob causam commota plebs, cum amplius cohiberi non posset, multi nobilium atque honoratorum in extremum discrimen venerunt, et multa insignia urbis loca igni consumpta sunt. Cumque populus rusticum quemdam qui monasticam excolebat vitam, in ædibus Marini **381** Syri reperisset, caput ei amputavit, voces illas ejus suasu hymno adjectas esse dicens. Caput quoque illius conto præfixum circumferens, illudendo clamabat, hostem Trinitatis illum esse. Porro seditio, universa devastans, omnique robore opposito superior, tantopere crevit, ut imperator necessitate compulsus, miserandum in modum absque imperiali corona ad certamen equestre, quod in circo edendum erat, accesserit, et præcones ad populum miserit qui proclamarent, se quidem libentissime imperio cedere, verum fieri non posse ut omnes simul imperium obtinerent, quod multos consortes haudquaquam patitur : unumque omnino esse qui post ipsum imperio potiturus sit. Quæ cum populus animadvertisset, repente quasi divino quodam impulsu actus, consilium mutavit, hortatusque est Anastasium, ut coronam capiti imponeret, pollicitus se deinceps quieturum. Post hæc Anastasius cum brevi admodum tempore superstes vixisset, ad alteram vitam migravit : cum per annos viginti septem ac menses tres diesque totidem, imperium Romanum administrasset.

A τόποι· καί τινα δὲ χωρίτην, μοναδικὸν μετιόντα βίον εὑρὼν ὁ λεὼς ἀνὰ τοὺς οἴκους Μαρίνου τοῦ Σύρου, τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμε· λέγων· Ὑποθήκαις τούτου τὴν ῥῆσιν προστεθῆναι· καὶ κοντῷ περιαρτήσας ἀνέκραγεν ἐπιτωθάζων, ὡς σύτος ἄρα τῆς Τριάδος ἐπίβουλος εἴη. Καὶ οὕτω τὰ τῆς στάσεως ἤρθη. πάντα λητζομένης καὶ πᾶσαν ἰσχὺν ὑπερβάσης, ὡς τὸν βασιλέα πρὸς ἀνάγκης[86] οἰκτιζόμενον, στεφάνου ἄνευ πρὸς τὴν ἱπποδρομίαν ἀφικέσθαι, κήρυκάς τε τῷ δήμῳ διαπέμψασθαι βοῶντας, ὡς καὶ τὴν βασιλείαν ἑτοιμότατα μὲν ἀποτίθεται· τῶν ἀδυνάτων δὲ καθεστάναι πάντας ἐπὶ ταύτην ἀναβῆναι, ἥκιστα πολλῶν (p) ἀνεχομένων. Ἕνα δὲ πάντως τυγχάνειν τὸν μετ' αὐτὸν ταύτην διακυβερνήσοντα. Ἅπερ θεασάμενος ὁ λεὼς, ὥσπερ ἔκ τινος B θείας ροπῆς μετετίθετο, καὶ παρεκάλει τὸν Ἀναστάσιον τὸν στέφανον περιθέσθαι, ὑποσχόμενος τὴν ἡσυχίαν ἄγειν. Οἷς ἐλάχιστον ἐπιβιώσας (11) χρόνον ὁ Ἀναστάσιος, ἐπὶ τὴν ἑτέραν μετεχώρησε βιοτὴν, ἔτεσιν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι πρὸς τρισὶ μησὶ (q) καὶ ἡμέραις ἴσαις, τὴν Ῥωμαίων διιθύνας βασιλείαν.

Finis Libri tertii Ecclesiasticæ Historiæ Evagrii.

Τέλος τοῦ γ' Τόμου τῆ Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Εὐαγρίου.

ΤΟΜΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

LIBER QUARTUS.

In quarto libro ecclesiasticæ Historiæ Evagrii Scholastici hæc continentur.

382 Cap. I. De imperio Justini Senioris.

II. De Amantio eunucho, et de Theocrito; et quomodo a Justino interfecti sunt.

III. Quomodo Justinus Vitalianum per fraudem interemit.

IV. Qualiter Justinus, pulso Severo, Paulum in ejus locum substituit : et quomodo Euphrasius paulo post Antiochenam sedem obtinuit.

V. De incendiis et terræ motibus qui Antiochiæ contigerunt : quibus obrutus Euphrasius interiit.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ τετάρτῳ τόμῳ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Εὐαγρίου Σχολαστικοῦ.

Α'. Περὶ τῆς Ἰουστίνου τοῦ πρώτου βασιλείας.

Β'. Περὶ Ἀμαντίου τοῦ εὐνούχου καὶ Θεοκρίτου, ὅπως τε τούτους ὁ Ἰουστῖνος ἀνεῖλεν.

Γ'. Ὡς Βιταλιανὸν ἀνεῖλε δόλῳ ὁ Ἰουστῖνος.

Δ'. Ὅπως καὶ Σεῦῆρον ἐξελάσας, Παῦλον ἀντεισήγαγεν· μετολίγον δὲ καὶ Εὐφράσιος τὸν Ἀντιοχείας θρόνον κατέσχεν.

Ε'. Περὶ τῶν γεγονότων ἐμπρησμῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ σεισμῶν, ὅτε καὶ Εὐφράσιος συγχωσθεὶς ἐτελεύτησε.

VARIÆ LECTIONES.

[86] C. C. ἀνάγκην.

VALESII ANNOTATIONES.

(11) *Ἐλάχιστον ἐπιβιώσας.* Imo septem integros annos post hanc seditionem vixit Anastasius.

VARIORUM.

(p) Ἀνεχομένων. Legendum ἀνεχομένην. (W. Lowth.)

(q) *Καὶ ἡμέραις ἴσαις.* Juxta rationes Ant. Pagii Anastasius regnavit annos 27 et menses tres, demptis totidem diebus. Vide ipsum ad ann. 518, quo mortuus est Anastasius, n. 2. Hæresim Eutychianam amplexus, inter præcipuos Ecclesiæ hostes a quibusdam numeratur. Eodem anno, et eadem die qua obiit Anastasius, sc. nona mensis Julii, suffectus est Justinus in ejus locum. (W. Lowth.)

Digitized by Google

Ϛ'. Περὶ Ἐφραιμίου τοῦ μετὰ Εὐφράσιον.

Ζ'. Περὶ Ζωσιμᾶ καὶ Ἰωάννου τῶν θαυματουργῶν.

Η'. Περὶ καθολικῶν παθημάτων.

Θ'. Ὡς Ἰουστῖνος ἔτι ζῶν συμβασιλεύειν αὐτῷ τὸν Ἰουστινιανὸν εἵλετο.

Ι'. Ὅτι Ἰουστινιανὸς μὲν, τοὺς τὴν Χαλκηδόνων σύνοδον ἀποδεχομένους ἠγάπα· Θεοδώρα δὲ τοὺς ἐναντίου; ἔστεργεν.

ΙΑ'. Ὡς Ἄνθιμον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ὁ Σεῦῆρος; διέστρεψε, καὶ Θευδόσιον τὸν Ἀλεξανδρείας οὓς ὁ βασιλεὺς ἐξελάσας, ἑτέρους κατέστησεν.

ΙΒ'. Ἐκ τῆς ἱστορίας Προκοπίου Καισαρέως περὶ Καβάδου τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ Χοσρόου υἱοῦ αὐτοῦ.

ΙΓ'. Περὶ Ἀλαμουνδάρου, καὶ Ἀζαρέτου, καὶ τῆς ἐν Βυζαντίῳ στάσεως, τῆς ἐπίκλην λαβούσης τὸ Νίκα.

ΙΔ'. Περὶ Ὀνωρίχου τοῦ Βανδίλων ἄρχοντος, καὶ τῶν γλωσσοτομηθέντων Χριστιανῶν παρ' αὐτοῦ.

ΙΕ'. Περὶ Καβαώνου τοῦ Μαυρουσίου.

ΙϚ'. Περὶ τῆς Βελισσαρίου κατὰ Βανδίλων ἐκστρατείας, καὶ τῆς τούτων ἐξολοθρεύσεως.

ΙΖ'. Περὶ τῶν ἀπὸ Ἀφρικῆς ἐλθόντων λαφύρων.

ΙΗ'. Περὶ τῶν ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ ἀποφυγόντων Φοινίκων.

ΙΘ'. Περὶ Θευδερίχου τοῦ Γότθου καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ συμβάντων ὑπ' αὐτοῦ ἄχρι τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ, καὶ ὡς πάλιν ἡ Ῥώμη ὑπὸ Ῥωμαίοις γέγονεν, Οὐϊτίγιδος φυγόντος ὑπὸ αὐτοῦ.

Κ'. Ὡς οἱ λεγόμενοι Ἔρουλοι, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ ἐχριστιάνισαν.

ΚΑ'. Ὡς πάλιν ὑπὸ Γότθοις γεγονυῖαν τὴν Ῥώμην, αὖθις ὁ Βελισάριος ἀνεσώσατο.

ΚΒ'. Ὡς καὶ Ἀβασγοὶ τηνικαῦτα ἐχριστιάνισαν.

ΚΓ'. Ὡς καὶ οἱ τὸν Τάναϊν οἰκοῦντες, τηνικαῦτα ἐχριστιάνισαν· καὶ περὶ σεισμῶν ἐν Ἑλλάδι καὶ Ἀχαΐᾳ γεγονότων.

ΚΔ'. Περὶ Ναρσοῦ τοῦ στρατηγοῦ καὶ θεοφιλείας αὐτοῦ.

ΚΕ'. Ὡς ὁ Χοσρόης φθόνῳ τακεὶς ἐπὶ ταῖς εὐημερίαις Ἰουστινιανοῦ, κατὰ Ῥωμαίων ἐστράτευσε, καὶ πλείστας πόλεις καθεῖλε Ῥωμαϊκὰς, ἐν αἷς καὶ τὴν μεγάλην Ἀντιόχειαν.

ΚϚ'. Περὶ τοῦ γεγονότος θαύματος ἐν Ἀπαμείᾳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ.

ΚΖ'. Περὶ τῆς εἰς Ἔδεσσαν ἐκστρατείας Χοσρόου

ΚΗ'. Περὶ τοῦ γεγονότος ἐν Σεργίου πόλει θαύματος.

ΚΘ'. Περὶ τοῦ λοιμικοῦ πάθους.

Λ'. Περὶ τῆς φιλοχρηματίας, καὶ ἀπληστίας Ἰουστινιανοῦ.

ΛΑ'. Περὶ τοῦ μεγάλου ναοῦ τῆς Ἁγίας Σοφίας, καὶ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων.

ΛΒ'. Περὶ τῆς ἐν τῷ Κυανῷ χρώματι τοῦ βασιλέως μανίας μᾶλλον ἢ φιλίας.

VI. De Ephræmio Ephrasii successore.

VII. De Zosima et Joanne qui miraculis claruerunt.

VIII. De totius orbis calamitatibus.

IX. Quomodo Justinus adhuc vivens, collegam imperii Justinianum assumpsit.

X. Qualiter Justinianus quidem eos amabat qui Chalcedonensem synodum amplecterentur : Theodora vero eos qui synodum illam improbarent.

XI. Quomodo Severus Anthimum Constantinopolis episcopum et Theodosium episcopum Alexandriæ perverterit, quibus sede sua expulsis, Justinianus alios substituit.

XII. De Cavade Persarum rege, et de filio ejus Chosroe, ex libris historiarum Procopii Cæsariensis.

XIII. De Alamundaro et Azareto : et de seditione quæ orta est Constantinopoli, cui cognomen inditum fuit Nika.

XIV. De Hunerico Vandalorum rege, et de Christianis quibus linguam præcidi jussit.

XV. De Cabaone Mauro.

XVI. De Belisarii expeditione adversus Vandalos, eorumque internecione.

XVII. De spoliis quæ relata sunt ex Africa.

XVIII. De Phœnicibus qui fugati sunt a Jesu filio Nave.

XIX. De Theodorico Gothorum rege, et de his quæ illo regnante usque ad Justiniani tempora Romæ acciderunt : utque Roma iterum in Romanorum potestatem venerit cum Vitiges illinc aufugisset.

XX. Quomodo Justiniani temporibus Eruli Christianam fidem amplexi sint.

XXI. Quomodo Belisarius urbem Romam quam Gothi iterum ceperant recuperavit.

XXII. Quomodo iisdem temporibus Abasgi quoque Christianam fidem amplexi sunt.

XXIII. Quomodo etiam Barbari qui Tanaim accolunt, Christianam religionem amplexi sint. Item de terræ motibus qui in Græcia et Achaia contigerunt.

383 XXIV. De Narse magistro militum, et de ejusdem pietate.

XXV. Quomodo Chrosroes ob res prospere a Justiniano gestas invidia stimulatus bellum intulit Romanis, multasque urbes imperii Romani, atque in his magnam Antiochiam destruxit.

XXVI. De pretiosi ac vivifici ligni sanctæ crucis miraculo quod Apamiæ factum est.

XXVII. De Chosrois expeditione adversus Edessam.

XXVIII. De miraculo quod factum est Sergiopoli.

XXIX. De pestilenti morbo.

XXX. De inexplebili avaritia Justiniani.

XXXI. De magna ecclesia Sanctæ Sophiæ et Sanctorum Apostolorum.

XXXII. De Justiniani furore potius quam benevolentia erga factionem Venetorum.

Digitized by Google

XXXIII. De Barsanuphio monacho.

XXXIV. De Symeone monacho, qui propter Christum stultitiam simulavit.

XXXV. De Thoma monacho, qui stultitiam simulavit.

XXXVI. De Mena patriarcha, et de miraculo quod factum est in puero cujusdam Hebræi.

XXXVII. Quinam eo tempore fuerint maximarum urbium episcopi.

XXXVIII. De sancta et universali synodo quinta, et quam ob causam congregata sit.

XXXIX. Quomodo Justinianus, a recta fide descircens, corpus Domini incorruptibile asseruit.

XL. De Anastasio archiepiscopo Antiochiæ.

XLI. De obitu Justiniani.

ΛΓ'. Περὶ Βαρσανουφίου τοῦ ἀσκητοῦ.

ΛΔ'. Περὶ Συμεὼν μοναχοῦ, τοῦ διὰ Χριστὸν σαλοῦ.

ΛΕ'. Περὶ Θωμᾶ μοναχοῦ καὶ αὐτοῦ ὁμοίως προσποιητοῦ σαλοῦ.

ΛϚ'. Περὶ Μηνᾶ τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ γεγονότος τηνικαῦτα θαύματος εἰς τὸ τοῦ Ἑβραίου παιδίον.

ΛΖ'. Τίνες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν μεγάλων πόλεων ἦσαν ἐπίσκοποι.

ΛΗ'. Περὶ τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν συνέστη.

ΛΘ'. Ὡς Ἰουστινιανὸς τῆς ὀρθῆς δόξης περιτραπείς, ἄφθαρτον τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα ἐπρέσβευσεν.

Μ'. Περὶ Ἀναστασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας.

ΜΑ'. Περὶ τοῦ θανάτου Ἰουστινιανοῦ.

384 CAPUT I.

De imperio Justini Senioris.

Anastasio igitur ex hac luce ad meliorem sortem translato, Justinus, genere Thrax, imperialem purpuram sumpsit, die nono mensis Panemi, qui a Romanis Julius dicitur, anno urbis Antiochiæ quingentesimo sexagesimo sexto : imperator renuntiatus a militibus qui ad principis custodiam erant deputati, et quibus ipse præerat, cum esset comes excubitorum. Porro imperium adeptus est præter omnium exspectationem, cum multi essent ex propinquis Anastasii, viri nobiles ac beati, omnemque eam potentiam consecuti quæ imperatoriam dignitatem ipsis comparare posset.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τῆς Ἰουστίνου τοῦ πρώτου βασιλείας.

Ἀναστασίου δὲ, ὥς μοι λέλεκται, πρὸς τὴν ἀμείνω μεταχωρήσαντος λῆξιν, Ἰουστῖνος Θρᾷξ γένος, τῇ ἀλουργεῖ ἀμπεχόνῃ χρῆται, ἐννάτην ἄγοντος τοῦ Πανέμου μηνὸς, ὃς Ἰούλιος πρὸς Ῥωμαίων ὀνόμασται, χρηματιζούσης τῆς Ἀντιόχου ἔκτον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ πεντακοσιοστὸν ἔτος, ὑπὸ τῶν βασιλικῶν σωματοφυλάκων ἀναρρηθεὶς, ὥνπερ καὶ ἦρχεν, ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων (12) καθεστώς. Περιέθετο δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοκράτορσ, πάσης ὑπέρτερον ἐλπίδος, ὅτιγε πολλοὶ καὶ ἔξοχοι καὶ πρὸς πᾶσαν εὐδαιμονίαν ἥκοντες, καθειστήκεισαν τῆς Ἀναστασίου συγγενείας, πᾶσάν τε δύναμιν ἐφελκόμενοι, τὴν τοσαύτην αὐτοῖς ἀρχὴν περιβαλεῖν ἐξισχύουσαν.

B

385 CAP. II.

De Amantio eunucho et de Theocrito. Et quomodo a Justino interfecti sunt.

Erat tunc præpositus sacri cubiculi Amantius quidam, summa vir potentia præditus. Qui quoniam, utpote eunuchus, imperio Romano præesse ipse non poterat, Theocrito cuidam quem sibi fidissimum existimabat, imperialem coronam imponere cupiebat. Justino igitur ad se accersito magnam pecuniæ vim tradidit, jubens ut eam divideret iis

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Περὶ Ἀμαντίου τοῦ εὐνούχου καὶ Θεοκρίτου, ὅπως τε τούτους ὁ Ἰουστῖνος ἀνεῖλεν.

Ἦν δὲ καὶ Ἀμάντιος τῶν βασιλικῶν κοιτώνων προεστὼς, ἐς ταμάλιστα δυνατός. Ὃς ἐπειδὴ μὴ θεμιτὸν ἦν ἄνδρα τῶν ἀνδρείων ἐστερημένον ἐς τὴν Ῥωμαίων παρελθεῖν ἀρχὴν, ἐβούλετο Θεόκριτον πιστόν οἱ τυγχάνοντα, τὸν στέφανον τῆς αὐτοκράτορος ἀρχῆς περιβάλλεσθαι [87]. Καὶ δὴ τὸν Ἰουστῖνον μετάπεμπτον ποιησάμενος, χρήματά οἱ

VARIÆ LECTIONES.

[87] περιθέσθαι.

VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων.* Id est, *magister officiorum*. Sic enim Græci eam dignitatem exponere solent. Jordanes tamen in libro *De successione regnorum*, Justinum non ex magistro officiorum, sed ex comite excubitorum, imperatorem a senatu electum esse scribit. Cui consentit auctor *Chronici Alexandrini*, et vetus chronographus quem olim edidi ad calcem Historiarum Ammiani Marcellini. Procopius in *Anecdotis*, pag. 28, de Justino imperatore loquens adhuc privato, ita scribit: Ἄρχοντα γὰρ αὐτὸν Ἀναστάσιος βασιλεὺς κατεστήσατο τῶν ἐν παλατίῳ φυλάκων. Id est, *Anastasius imperator eum comitem excubitorum creavit*. Idem Procopius Justinum, non Thracem, ut Evagrius et Cedrenus ac Zonaras, sed Illyrium facit, natum oppido Bederiana. Theophanes quoque Justinum Illyrium fuisse dicit. Auctorem vero *Chronici Alexandrini* satis mirari non possum, qui cum eum Bederianitem faciat, Thracem tamen nominat. — « Bene est, inquit Nic. Alemannus. Nam Bederiana in limitaneis Illyriæ Thraciæque agris sita erat. Porro sæpissime fit ut quæ urbes duarum provinciarum vel fines terminant, vel circa fines sunt, in ambarum partes aliquando ab auctoribus nullo discrimine admittantur : præsertim cum provinciarum partitiones non eædem apud omnes geographos et historicos sint. » (Not. in Procopii *Historiam arcanam* pag. 13.)

Digitized by Google

μεγάλα δίδωσι, διανείμαι κελεύσας τοῖς ἐς τοῦτο μάλιστα ἐπιτηδείοις, οἵοις τε οὖσι τὸ ἀλουργὲς σχῆμα τῷ Θεοκρίτῳ περιθεῖναι. Ὡς εἴτε τὸν δῆμον τοῖς χρήμασιν ἐξωνησάμενος, εἴτε τὴν τῶν καλουμένων ἐκσκουβιτώρων εὔνοιαν, φασὶ γὰρ ἐπ' ἀμφότερα, τὴν ἀρχὴν περιεβάλετο. Αὐτίκα γοῦν μεθ' ἑτέρων, τόν τε Ἀμάντιον Θεόκριτόν τε ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισεν.

A qui ad hanc rem conficiendam erant idonei, et qui Theocrito purpuram conciliare poterant. Justinus vero, sive populi suffragia, sive excubitorum benevolentiam ea pecunia redemisset, utrumque enim dicitur, imperium assumpsit. Qui continuo Amantium et Theocritum cum aliis nonnullis e medio sustulit.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὡς Βιταλιανὸν ἀνεῖλε δόλῳ ὁ Ἰουστῖνος (r).

Τὸν δέ γε Βιταλιανὸν ἐπὶ τῆς Θράκης ποιούμενον (13), ὃς Ἀναστάσιον ἐξῶσαι τῆς βασιλείας ἐβουλήθη, πρὸς τὴν Κωνσταντίνου μεταχαλεῖται πόλιν, δείσας μὲν αὐτοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἀμφὶ τοὺς πολέμους ἐμπειρίαν, τό τε παρὰ πᾶσι κλέος, καὶ B ἣν εἶχε περὶ τὴν βασιλείαν ἔφεσιν. Εὐθυβόλως δὲ ἐπιστήσας, ὡς οὐχ ἑτέρως αὐτοῦ περιέσεται, μήτιγε φίλος εἶναι προσποιήσαιτο, καὶ τῷ δόλῳ προσωπεῖον ἀνεξέλεγκτον περιθεὶς, στρατηγὸν αὐτὸν ἑνὸς τῶν καλουμένων πραισέντων (14) ἀναδείκνυσιν. Πλείω δὲ τῇ πειθοῖ [88] χώραν διδοὺς, ἐπ' ἐξαπάτῃ μείζονι, καὶ ἐς ὑπάτους τὸν Βιταλιανὸν ἀναβιβάζει. Οὗτος τῆς ὑπατείας ἐχόμενος (15), ἐπειδὴ κατὰ τὰ βασίλεια γέγονεν, ἔν τινι μεταυλείῳ θύρᾳ (16) δολοφονηθεὶς

CAP. III.

Quomodo Justinus Vitalianum per fraudem interemit.

Vitalianum vero in Thracia degentem, qui Anastasium imperio exuere conatus fuerat, Constantinopolim evocavit: potentiam quidem ejus et peritiam rei militaris, pervulgatam quoque apud omnes nominis ejus famam, et adispiscendi imperii B cupiditatem reformidans. Cæterum cum sagaci animo prævidisset se nunquam illum in potestatem suam redacturum esse, nisi amicitiam erga eum simularet, fraudem vultu tegens, ita ut deprehendi non posset, eum magistrum unius ex duobus exercitibus præsentis militiæ constituit. Dein persuasioni magis magisque ansam subministrans, quo Vitalianum amplius deciperet, ad consulatum eum promovit; Vitalianus igitur con-

VARIÆ LECTIONES.

[88] C. C. Ἐπὶ πλεῖον δὲ τὴν πειθοῖ.

VALESII ANNOTATIONES.

(13) *Ἐπὶ τῆς Θράκης ποιούμενον.* Nicephorus in lib. XVII, cap. 1, pro verbo ποιούμενον, substituit διάγοντα. Ego vero Evagrium scripsisse existimo τὰς διατριβὰς ποιούμενον. Sed a librariis duas priores voces omissas esse. Posset etiam scribi C σκηνοποιούμενον.

(14) *Ἑνὸς τῶν καλουμένων πραισέντων.* Duo erant exercitus in comitatu imperatoris Romani, qui præsentes dicebantur, Græcis τὸ πραισέντον. Iis præerant duo magistri militum, qui in præsenti, seu præsentales vocabantur. Et in Orientali quidem imperio, alter ex iis erat magister peditum, alter equitum. In Occidentali autem imperio uterque erat magister equitum ac peditum. De iis duobus magistris militum præsentalium loquitur Malchus in excerptis Legationum, pag. 93: Τὸν δὲ Θευδέριχον καθίστασθαι στρατηγὸν δύο στρατηγιῶν τῶν ἀμφὶ βασιλέα, αἵπερ εἰσὶ μέγισται. Cæterum Jordanes in libro *De successione regnorum*, cum Evagrio nostro consentit, de Justino imperatore ita scribens: *Fœdusque cum Vitaliano percussit, et ad se evocatum magistrum militum præsentem et consulem ordinarium fecit.* Vide Meursium in *Glossario Græco Barbaro* in voce πραίσενς. In actione 5, D synodi Constantinopolitanæ sub Mena, p. 751, Καὶ τοῖς στρατηγοῖς τοῦ θείου πραισέντου ἑκατέρας δυνάμεως.

(15) *Οὗτος τῆς ὑπατείας ἐχόμενος.* In codice Telleriano ita scribitur hic locus, οὗτος δὲ εἰς ὑπάτας ἐχόμενος.

(16) *Ἔν τινι μεταυλείῳ θύρᾳ.* Musculus hunc locum sic vertit: *In obscuriore quadam Palatii janua dolo occiditur.* Christophorsonus vero ita interpretatur: *In porta quadam post aulam posita*, etc. Joannes autem Langus qui Nicephorum Latine interpretatus est, ita vertit: *Ad quamdam in media aula januam dolo occiditur.* Scilicet exprimere volebat vocabulum quo usus est Nicephorus, μεσαυλείῳ. Græci duas portas in ædibus pedeplanis habebant. Quarum prima, quæ plateam spectabat, dicebatur αὐλειος θύρα, ut docet Harpocratio: secunda vero, μέσαυλος seu μεσαύλειος, eo quod media esset inter vestibulum et atrium, vel quod inter ἀνδρωνῖτιν et γυναικωνῖτιν media esset, ut tradit auctor Etymologici. Utriusque portæ mentionem facit Lysias in oratione pro Eratosthene de cæde, his verbis: Ἀναμνησάμενος δὲ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ἡ μέταυλος θύρα καὶ ἡ αὔλειος. Scribendum puto ἡ μέταυλος καὶ ἡ αὔλειος θύρα. Heliodorus in lib. III, ad calcem, ad eum Lysiæ locum alludit, cum ait, ἐψόφει τε ἡ μέταυλος. Quem locum interpres ita vertit, *Perstrepebat ostium atrii.* Ælius Dionysius in Lexico apud Eustathium in Ἰλιάδος Λ, pag. 862: Ἀττικοὶ μὲν τὴν μέσην θύραν μέσαυλόν φασι, μάλιστα μὲν τὴν μέσην δυοῖν αὐλαῖν, ὡς φησιν Αἴλιος Διονύσιος, ἣν καὶ μέταυλον αὐτός φησι. Idem scribit scholiastes Apollonii, ad lib. III, Μέσαυλον δὲ, inquit, οἱ Ἀττικοὶ τὴν φέρουσαν εἴς τε τὴν ἀνδρωνῖτιν καὶ γυναικωνῖτιν. Et hæc quidem de proprietate hujus vocabuli adnotata sint, in cujus expositione falsus est Harpocratio, qui pro curte illud positum esse a Lysia existimavit. Nunc vero ad rem propius accedamus. Scribit Victor Thunonensis in *Chronico*, Maximo V. C. coss. *Vitalianus*

VARIORUM.

(r) *Ὡς Βιταλιανὸν ἀνεῖλε δόλῳ ὁ Ἰουστῖνος.* Justinianus, Justini imp. nepos, Vitalianum, veritus ne sibi impedimento foret ad imperium post Justini mortem consequendum, Justino suspectum reddidit, ac de medio tollendum curavit anno Chr. 520, Justini imp. 3. Procopius in *Hist. arcana*, p. 30, cæde Amantii narrata, quam etiam Justiniano attribuit, hæc subdit: *Illico vocatum mittit* [Justinianus] *Vitalianum tyrannum fide publica, impunitate promissa, et una susceptis Christianorum mysteriis: paulo deinde post, dato suspicioni atque offensioni loco, eum ac necessarios in aula impie contruciandi, nihil veritus fidem fallere tam formidandam.*

Digitized by Google

sul factus cum in palatium venisset, ad quamdam interiorem januam fraudulenter cæsus 336 occubuit, malorum quibus imperium Romanum per summam contumeliam affecerat, has pœnas persolvens. Sed hæc quidem postea contigerunt.

CAP. IV.

Qualiter Justinus, pulso Severo, Paulum in ejus locum substituit, et quomodo Euphrasius paulo post Antiochenam sedem obtinuit.

Primo autem imperii sui anno, Severum qui Antiochiæ episcopus, sicut supra dictum est, fuerat ordinatus, propterea quod Chalcedonensem synodum sub anathemate damnare quotidie non cessabat, præcipue in epistolis quas Ἐνθρονιστικὰς vocant, et in responsionibus ad easdem epistolas quas ad singulos patriarchas mittebat : quæ quidem ejus epistolæ susceptæ sunt duntaxat Alexandriæ a Joanne qui priori Joanni successerat, et a Dioscoro ac Timotheo, et ad nostram usque ætatem servatæ sunt; et quia hanc ob causam multæ contentiones ortæ fuerant in Ecclesia, et fidelium populus varias in partes scissus erat: comprehendi jussit Justinus,

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Ὅπως καὶ Σευῆρον ἐξελάσας, Παῦλον ἀντεισήγαγεν· μετολίγον δὲ καὶ Εὐφράσιος τὸν Ἀντιοχείας θρόνον κατέσχεν.

Τὸν δέ γε Σευῆρον ὃ τῆς Ἀντιόχου πρόεδρος ἐχειροτόνητο, καθὰ τὰ φθάσαντα διηγήσαντο, ἐπειδὴ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον ἐφ' ἑκάστης ἀναθέματι (18) περιβάλλων οὐκ ἐπαύσατο, καὶ μάλιστά γε ἐν ταῖς καλουμέναις Ἐνθρονιστικαῖς συλλαβαῖς (19), καὶ ταῖς τούτων ἀμοιβαίαις, ἃς διεπέμψατο τοῖς ἑκαστα- B χοῦ πατριάρχαις, ἐδέχθησαν δὲ μόνον ἀνὰ τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν πρὸς Ἰωάννου, τοῦ μετὰ τὸν πρότερον Ἰωάννην, Διοσκόρου τε αὖ καὶ Τιμοθέου (20), αἳ καὶ μέχρις ἡμῶν διασώζονται· πολλαί τε ἐντεῦθεν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐπανέστησαν ἔριδες, καὶ ὁ πιστότατος διηρέθη λεὼς, κελεύει Ἰουστῖνος τῷ πρώτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει (21) (s), συσχεθέντα τὸν Σευῆ-

VALESII ANNOTATIONES.

Constantinopoli intra palatium, loco quem Delphicum Græco vocabulo dicunt, Justiniani patricii factione dicitur interfectus. Delphicum porro ædes erat in palatio Constantinopoli, in qua imperatoris erant stibadia; sic dicta a Delphica mensa, cui pocula superponi solebant, ut docet Procopius in lib. I Vandalicorum. Καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔν τε Βυσαντίῳ, C καὶ ὅπη βασιλέως εἶναι στιβάδα ξυνέβαινεν, Δέλφικα τοῦτο καλοῦσι τὸ οἴκημα. Erat igitur Delphicum ædes novemdecim accubitorum, juxta quam erat ingens atrium, sive area, ut infra dicturi sumus in Adnotationibus ad cap. 13, lib. v. In hac igitur area, seu curte occisus est Vitalianus in consulatu suo, anno Christi 520, ut docet Marcellinus in Chronico. Nam μέσαυλος, seu μεσαύλειος curtem significat, quæ media erat inter Andronitin et Gynæconitin, ut supra vidimus ex Harpocratione, et ex auctore Etymologici, et ex scholiaste Apollonii. Quod si μέσαυλον pro janua accipere malimus, portam Delphici intelligere oportet. Sic synodus Constantinopolitana sub Mena habita esse dicitur ἐν τῷ μεσαύλῳ τῷ δυτικῷ. Id est, in occidentali atrio venerabilis ædis beatæ Mariæ Virginis. Cedrenus anno 37 Justiniani ait conflagrasse μεσαύλιον majoris Ecclesiæ, quod Garsonastasium dicitur. Glossæ veteres de habitatione, compluvium D interpretantur μεσαύλιον. Theophanes in *Chronico*, pag 158, scribit Justinianum ex mesaulio, seu atrio basilicæ Illi, cisternam magnam ædificasse. Glossæ veteres atrium μεσαύλιον interpretantur. Cæterum quando concilium in mesaulio habitum esse legimus, non de subdivali area intelligendum est, sed de porticibus atrii. Neque enim episcoporum concilia sub divo habebantur.

(17) *Ταύτην καταλαβών.* Mallem scribere καταβαλών. Neque enim Græce dicitur, ποινὴν καταλαβεῖν, nisi me fallit opinio. Sed rectius est καταβαλεῖν, quod Latini dicunt pœnas solvere. Ita loquitur Evagrius in c. 32 hujus libri.

(18) *Ἐφ' ἑκάστοις ἀναθέματι.* Scribendum est ἐφ' ἑκάστης, ut habet codex Tellerianus, et Nicephorus. Sumpsit hæc Evagrius ex libello monachorum, qui refertur in act. 5 synodi Constant. sub Mena, pag. 712: Τὴν γὰρ ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον ἐφ' ἑκάστης ὡς εἰπεῖν ἀναθεματίζειν τολμῶν, ἑκοινώνει ταυτὶ, πολλοὺς τῶν συνεδρευσάντων ἐν αὐτῇ κατὰ Χαλκηδόνα ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἔχων διπτύχοις. Sic enim legendum est cum veteri interprete : idque confirmat Liberatus in *Breviario*, cap. 19, ita scribens de Severo : *Sed vexabatur in episcopatu, tanquam anathematizaret quidem synodum, nominaret autem episcopos synodi.*

(19) *Ἐν ταῖς καλουμέναις ἐνθρονιστικαῖς συλλαβαῖς.* Non intellexit hanc vocem Christophorsonus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Et maxime in litteris quæ* ἐνθρονιστικαί, *id est, quæ de episcopis in sede episcopali collocandis scriptæ sant*, etc. Rectius Joannes Langus in cap. 2, lib. XVII Nicephori, sic vertit : *Potissimum vero in eis quæ enthronisticæ, sive synodales dicuntur, Epistolis*, etc. Ita vocabantur epistolæ, quas in enthronismo, id est, in exordio episcopatus sui ad se mutuo missitabant patriarchæ. Erant etiam enthronisticæ homiliæ, seu conciones, quas episcopi in auspiciis episcopatus sui primas habebant ad populum. De his Liberatus, in cap. 19, ita scribit, agens de Severo nostro, de quo hic loquitur Evagrius: *Fertur autem expositio ejus, quæ ab eo dicta est in enthronismo, in qua et unitivum suscipit Zenonis, et anathematizat Chalcedonense concilium, et communicare se confitetur Alexandrino et Constantinopolitano.*

(20) *Καὶ Τιμοθέου.* Timotheum Alexandrinum intelligit, qui Dioscoro juniori in episcopatu successerat, ut scribit Liberatus in cap. 19 *Breviarii.* Neque enim Timotheus Constantinopolitanus episcopus hic intelligi potest, cum Evagrius paulo ante dixerit Severi synodicas epistolas Alexandriæ tantum susceptas fuisse.

(21) *Τῷ πρώτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει.* Imo anno secundo imp. Justini expulsus est Severus, anno Christi 519, ut recte notavit Baronius.

VARIORUM.

(s) *Τῷ πρώτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει.* Recte Evagrius : quem frustra corrigere tentat Valesius. Mox siquidem Evagrius fugam Severi in Septembrem anni Antiocheni 507, conjecit. Istud vero

Digitized by Google

ρον ποινὰς εἰσπραχθῆναι, τῆς γλώσσης διατεμνομένης, ὡς ἐνίοις διατεθρύλληται· Εἰρηναίου τὴν πρᾶξιν ἐγχειρισθέντος, ὃς ἐφειστήκει τῇ Ἑῴα τῶν ἀρχῶν (22) ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου. Πιστοῦται δὲ τὰ περὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἐποχῆς τὸν Εἰρηναῖον ἐγχειρισθῆναι ὁ Σευῆρος πρὸς ἐνίους τῶν Ἀντιοχέων γράφων, καὶ τὸν τρόπον τῆς φυγῆς διηγούμενος. Ἔνθα μεγίσταις λοιδορίαις τὸν Εἰρηναῖον βάλλει, καὶ πᾶσαν αὐτῷ φυλακὴν (23) ἀκριβῆ περιθέντα μὴ διαδρᾶναι τῆς Ἀντιόχου. Εἰσὶ δὲ οἳ φασιν ὡς Βιταλιανὸς τὴν γλῶσσαν ἐξητήσατο τοῦ Σευήρου, ἐς [ὡς] ἔτι παρὰ τῷ Ἰουστίνῳ τὰ πρώτιστα δοκῶν φέρειν, διότιγε ἐς αὐτὸν ὕβριζεν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ὁ Σευῆρος. Φεύγει δ' οὖν τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀνὰ τὸν Γορπιαῖον μῆνα, ὃν Σεπτέμβριον ἡ Ῥωμαίων λέγει φωνή, ἕβδομον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ πεντακοσιοστὸν ἔτος χρηματιζούσης τῆς Ἀντιόχου. Καὶ μετ' αὐτὸν ἐς τὸν θρόνον ἄνεισι Παῦλος, κελευσθεὶς τὴν ἐν Καλχηδόνι (24) σύνοδον ἀναφανδὸν κηρύττειν. Παῦλος μὲν οὖν ἐθελούσιος ἀναχωρήσας (24') (t) τῆς Ἀντιόχου, τὴν πάντων στέλλεται πορείαν, τὸν βίον διαμετρησάμενος. Εὐφράσιος δὲ μετ' αὐτὸν ἐξ Ἱεροσολύμων, ἐπὶ τὸν κατ' αὐτὸν ἄνεισι θρόνον.

et linguæ **387** abscissione plecti, sicut a quibusdam proditum est. Hujus rei exsecutio mandata est Irenæo, qui tunc comes Orientis, Antiochiæ residebat. Certe Irenæo in mandatis datum fuisse ut Severum comprehenderet, Severus ipse in litteris quas ad quosdam cives Antiochenos scripsit, fugæ suæ modum exponens, testatur. Quibus in litteris Irenæum multis probris incessit, utpote qui vias omnes diligenti custodia intersepsisset, ne ipse ex urbe Antiochia posset effugere. Sunt qui dicant Vitalianum, dum gratia et auctoritate plurimum valere videretur apud Justinum, linguam Severi ab eo poposcisse, propterea quod Severus in suis concionibus ipsum conviciis appetere consuevisset. Porro ex Antiochena sede fugit Severus mense Gorpiæo, quem Romani Septembrem vocant, anno urbis Antiochiæ quingentesimo sexagesimo septimo. Post quem Paulus ad episcopalem thronum promotus, Chalcedonensem synodum palam prædicare jussus est. Et Paulus quidem cum sua sponte Antiochia discessisset, tandem peracto vitæ suæ cursu, fatali morte interiit. Euphrasius vero post illum, ex urbe Hierosolymitana veniens, episcopatum obtinuit.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Περὶ τῶν γεγονότων ἐμπρησμῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ σεισμῶν, ὅτε καὶ Εὐφράσιος συγχωσθεὶς ἐτελεύτησεν.

Ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς Ἰουστίνου χρόνοις, ἐμπρησμοί τε συχνοὶ καὶ δεινοὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχου γεγόνασιν, ὥσπερ ἡγούμενοι τῶν γεγενημένων ἐν αὐτῇ φοβερω-

CAP. V.

De incendiis et terræ motibus qui Antiochiæ contigerunt : quibus obrutus Euphrasius interiit.

Ejusdem Justini temporibus crebra graviaque incendia Antiochiæ contigerunt, quasi præeuntia horrendis terræ motibus qui postea insecuti sunt,

VALESII ANNOTATIONES.

(22) *Ὃς ἐφειστήκει τῇ Ἑῴα τῶν ἀρχῶν*. Comitem Orientis his verbis designari existimo, quæ civilis erat dignitas, ut ad Ammianum Marcell. jampridem notavi. Nicephorus tamen hunc Irenæum ducem rei militaris esse existimavit. Sic enim hunc Evagrii locum interpolavit. Ὃς τῶν κατὰ τὴν Ἀντιόχου στρατιωτικῶν ἡγεῖτο ταγμάτων. Sed mendum est in his Evagrii verbis, τῶν ἀρχῶν, quæ delenda esse existimo, aut certe corrigenda in hunc modum ἄρχων ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου, quod quidem verius puto.

(23) *Καὶ πᾶσαν αὐτῷ φυλακήν*. Procul dubio scribendum est, ὡς πᾶσαν αὐτῷ φυλακὴν ἀκριβῆ περιθέντα, etc. Jam supra observavi, sæpissime in his Evagrii libris, καὶ positum fuisse pro ὡς.

(24) *Κελευσθεὶς τὴν ἐν Χαλκηδόνι*. Justinus imp. in exordio imperii sui lege lata sanxit, ut omnes episcopi synodum Chalcedonensem susciperent : si qui vero eam suscipere nollent, sedibus suis pellerentur. Hujus legis meminit Liberatus, in cap. 19, his verbis : *Mortuo Anastasio, et Justino facto imperatore, Severus a Vitaliano magistro militum, viro religioso et orthodoxo accusatur, quod despiceret imperatoris jussionem, et synodum non susciperet*. Vide Baronium, ad annum Christi 519, num. 145. Cæterum hic Evagrii locus ansam erroris præbuisse videtur Nicephoro. Ex eo enim quod Evagrius noster dixerat Paulum successorem Severi jussum fuisse in enthronismo suo prædicare synodum Chalcedonensem, existimavit Nicephorus Paulum hunc occulte Eutychianum fuisse : quod tamen falsum esse docet Liberatus in Breviario, cap. 19, et legati sedis apostolicæ in relatione ad Hormisdam papam, quam refert Baronius anno Christi 519.

(24') *Ἐθελούσιος ἀναχωρήσας*. Paulus Antiochenus episcopus a clericis suis, et a quibusdam ex populo Antiochensium accusatus est coram legatis sedis Apostolicæ, adhuc Constantinopoli degentibus, et post illorum recessum, coram imp. Justino, qui cum objecta sibi crimina diluere non posset, victus conscientiæ suæ testimonio, recusatorios libellos obtulit, petens ut a suscepto episcopatus officio recedere sibi liceret. Quod cum ipsi permissum fuisset, sponte se sacerdotio abdicavit, ut scribit Justinus imperator in epistola ad Hormisdam papam, quam refert Baronius anno Christi 521. Etsi autem in supradicta epistola diserte non dicitur, cuinam Paulus eos libellos obtulerit ; mihi tamen videtur eos libellos imperatori Justino obtulisse. Id enim indicat Epiphanius CP. episcopus, in epistola quam de eodem negotio scripsit ad Hormisdam papam.

VARIORUM.

tempus cum anno primo Justini concurrit. Justinus enim mense Julio anni Antiocheni 566 imperium auspicatus est, ut supra scripsit Evagrius, hujus libri initio. Cum autem annus Antiochenus a mense Septembri initium ducat, ut supra observatum est, necesse est ut mensis Septembris in quo annus primus Justini in cursu erat, in annum æræ istius 567 incidat. Severus statim ab incepto Justini imperio, in synodo CPolitana damnatus est, ut ex Actis istius synodi patet. Vid. etiam Pagi ad ann. 519, n. 17. (W. Lowth.)

(t) *Παῦλος μὲν ἀναχωρήσας*. Ordinatus fuerat Paulus mense Junio anni 519, sedem vero suam abdicavit, vere anni 521.

Digitized by Google

et quasi exordium venturarum calamitatum. Etenim brevi post tempore, anno imperii **388** septimo, mense decimo; mensis Artemisii, quem Maium Romani vocant, die nono ac vicesimo : sexta feria hebdomadis, æstu meridiei ferventissimo, succussio et terræ motus urbi supervenientes, pene universam prostraverunt. Posthæc secutus est ignis, quasi calamitatem cum illis partitus esset. Quæcunque enim loca a succussione et terræ motu subversa non fuerant, ignis depascens in cinerem ac favillas redegit. Porro quæ urbis loca labefactata fuerint, et quot hominum millia incendio ac terræ motibus, sicut verisimile est, perierint : quæ item admiranda contigerint et omnem dicendi vim longe superantia : lugubri stylo Joannes rhetor exposuit, ea narratione historiam suam claudens. Postremo Euphrasius quoque eadem ruina oppressus, urbis calamitatem auxit, cum nemo superesset qui res necessarias provideret.

A τάτων κλόνων, καὶ προοίμιον τοῖς παθήμασι παρεχόμενοι. Μετὰ γὰρ βραχύν τινα καιρὸν, ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, μηνὶ δεκάτῳ (25), ἀνὰ τὸν Ἀρτεμίσιον μῆνα ἤτοι Μάϊον, ἐννάτῃ καὶ εἰκοστῇ αὐτοῦ ἡμέρᾳ κατ' αὐτὸ τῆς μεσημβρίας τὸ σταθερώτατον, τῆς ἕκτης ἡμέρας τῆς καλουμένης ἑβδομάδος, βρασμὸς καὶ σεισμὸς ἐπελθόντες τῇ πόλει, μικροῦ πᾶσαν ἀνατρέψαντες κατήγαγον· οἷς καὶ πῦρ εἵπετο, ὥσπερ τὴν συμφορὰν μετ' αὐτῶν διανειμάμενον. Ἃ γὰρ ἐκεῖνοι οὐ κατέλαβον, τὸ πῦρ ἀμφινεμόμενον ἐξηνθράκωσέ τε, καὶ ἀπετέφρωσε. Καὶ ὅσα μὲν τῆς πόλεως πέπονθεν, ὅσοι τε τοῦ πυρὸς καὶ τῶν σεισμῶν ἔργον γεγόνασιν, ὡς τὸ εἰκὸς ὑπέθετο, ὁποῖά τε παράδοξα καὶ λόγου κρείττω συμβέβηκε, περιπαθῶς ἀφήγηται Ἰωάννῃ τῷ ῥήτορι, ὧδε τῆς ἱστορίας καταλήξαντι. Τελευτᾷ δ' οὖν (26) ἐγκαταληφθεὶς τοῖς πτώμασι καὶ ὁ Εὐφράσιος, ἄλλη τῆς πόλεως συμφορὰ, ἵνα μὴ τῶν ἐπιτηδείων ὁ προνοῶν ᾖ.

B

CAP. VI.

De Ephræmio Euphrasii successore.

Verum salutaris Dei providentia, quæ, antequam feriat, remedia parare solet, et iræ suæ gladium clementia acuit, et desperatis rebus, misericordiæ suæ fores aperit, Ephræmium tunc comitem orientis excitavit, ut omni cura ac sollicitudine prospiceret, ne ex rebus necessariis quidquam civitati deesset. Quem admirati hanc ob causam Antiocheni, episcopum urbis communi suffragio elegerunt. Igitur Ephræmius apostolicam sedem, tanquam præmium ac mercedem suæ erga urbem illam providentiæ sortitus est. Elapsis deinde triginta mensibus, eadem civitas terræ motibus denuo

C

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Περὶ Ἐφραιμίου τοῦ μετὰ Εὐφράσιον.

Ἀλλ' ἡ τῶν ἀνθρώπων σώτειρα τοῦ Θεοῦ κηδεμονία, ἡ πρὸ τῆς πληγῆς τὰ φάρμακα πλάττουσα, καὶ φιλανθρωπία τὸ ξίφος τῆς ὀργῆς θήγουσα, ἡ παρ' αὐτὴν τὴν ἀπόγνωσιν τὴν οἰκείαν ἀνοιγνῦσα συμπάθειαν, Ἐφραίμιον διανέστησε τῆς Ἑῴας ἀρχῆς τὰς ἡνίας διέποντα (27), πᾶσαν ἀναζώσασθαι φροντίδα, μηδὲν τῶν ἐπιτηδείων ἐπιλιπεῖν τὴν πόλιν. Ὃν κἀντεῦθεν ἀγασάμενοι Ἀντιοχέων παῖδες, ἐς ἱερέα ψηφίζονται· καὶ τὸν ἀποστολικὸν λαγχάνει θρόνον (u), ὥσπερ μισθὸν καὶ γέρας τῆς τοσαύτης προνοίας τοῦτον κληρωσάμενος. Πέπονθε καὶ αὖθις ὑπὸ σεισμῶν μετὰ μῆνας λ'. Τότε καὶ Θεούπολις (28)

D

VALESII ANNOTATIONES.

(25) *Μηνὶ δεκάτῳ.* Hunc locum non intellexit Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit. *Anno septimo regni ejusdem Justini, mense decimo, Artemisio videlicet, id est Maio*, etc. Putavit scilicet Christophorsonus mensem decimum hic vocari Artemisium. Sed non ita se res habet. Neque enim Artemisius decimus fuit mensis Macedonum. Hoc igitur tantum dicit Evagrius hoc loco, terræ motum illum Antiochiæ contigisse anno septimo, mense decimo imperii Justini. Ac de anno quidem infra videbimus, an recte numeretur septimus. Mensis vero decimus recte ponitur ab Evagrio. Nam terræ motus ille contigit mense Maio, ut testatur Evagrius et Theophanes. Hic autem mensis decimus erat imperii Justini. Justinus enim imperium auspicatus est die nono mensis Julii, ut notat auctor *Chronici Alexandrini*. Proinde sequentis anni mensis Maius, decimus est imperii Justini. Et hæc quidem de mense dubitationem nullam admittunt. Ad annum quod spectat, male Evagrius noster hunc terræ motum refert anno imperii Justini septimo, cum octavum potius dicere debuisset. Hic enim terræ motus contigit indictione 4, Olybrio solo cos., ut testatur Marcellinus comes, et Theophanes in *Chronico:* qui fuit annus Christi 526. Quo quidem anno octavus ejusdem imperii ad mensem usque Julium currebat. Non recte igitur Baronius hunc terræ motum retulit anno Christi 525, ab Evagrio in errorem inductus. Porro in ms. codice Florentino, ad hæc Evagrii verba id scholium adnotatum erat in margine, Ὅτι ὁ Μάϊος δέκατος μὴν λέγεται. Id est *Nota Maium vocari decimum mensem.* Sed fallitur hic quisquis fuit scholiastes. Neque enim Maius simpliciter et absolute mensis decimus dicitur ab Evagrio, sed tantum mensis decimus imperii Justini, ut supra dixi.

(26) *Τελευταῖον δὲ οὖν.* Rectius in ms. codice Florentino scribitur τελευτᾷ δέ, etc. Porro de hoc terræ motu quo Antiochia eversa est Justini imperatoris temporibus, præter Theophanem ac Cedrenum, loquitur etiam Procopius, in lib. 1 *Persicorum*, pag. 67 et 68, ubi trecenta hominum millia eo terræ motu interiisse scribit.

(27) *Ἐφραίμιον τῆς Ἑῴας ἀρχῆς ἡνίας διέποντα.* Id est, *Comitem Orientis, sub cujus dispositione erant provinciæ omnes Orientis*, ut docet *Notitia imperii Romani.* Hac dignitate præditum fuisse Ephræmium, docet etiam Joannes Moschus, in cap. 37 Limonarii : *Eo tempore*, inquit, *vir clemens, et misericordiæ operibus deditus Ephræmius comes Orientis erat, ac per ipsum ædificia publica reparabantur : civitas enim terræ motu ceciderat.* Idem quoque testatur Photius in *Bibliotheca*, cap. 228.

(28) *Τότε καὶ Θεούπολις.* Mallem legere ὅτε καὶ Θεούπολις, quemadmodum scribitur in codice Telleriano, et in Nicephoro, qui regnante Justiniano

VARIORUM.

(u) *Τὸν ἀποστολικὸν λαγχάνει θρόνον.* Quanquam Euphrasius periit terræ motu anni 526, ordinatio tamen Ephræmii in anni sequentis initium differenda, inquit ant. Pagi, ad ann. 526, n. 12.

Digitized by Google

ἡ Ἀντιόχου προσηγορεύθη πόλις, καὶ ἄλλης προνοίας πρὸς τοῦ βασιλέως τυχοῦσα.

A quassata est. Quo quidem tempore Theopolis mutato nomine appellata est, et imperator omni cura ac diligentia ei prospexit.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Περὶ Ζωσιμᾶ καὶ Ἰωάννου τῶν θαυματουργῶν.

Ἀλλ' ἐπεὶ τῶν [89] εἰρημένων ἐμνήσθημεν παθημάτων, φέρε καὶ ἕτερα ἅττα τῶν ἀξιολόγων τῷ παρόντι προσθῶμεν πόνῳ, ἅπερ ἐς ἡμᾶς ἐκ τῶν ἱστορησάντων ἐνήνεκται. Ζωσιμᾶς ἀνὴρ, γένος Φοίνιξ, τῆς λεγομένης παραλίας, κώμην Σίνδην πατρίδα κληρωσάμενος, διέχουσαν τῆς τῶν Τυρίων οὔτι σταδίους κ', τὸν μονήρη διαθλεύων [90] βίον. Οὗτος ταῖς τε ἀφέξεσι καὶ μεθέξεσι τῶν τροφῶν, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς τοῦ βίου, τὸν Θεὸν ἑσοικισάμενος, ὡς μὴ μόνον διορᾶν τὰ μέλλοντα, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀπαθείας χάριν λαβεῖν, συνῆν τῶν τινι ἐπισήμων ἀνὰ τὴν Καισαρος πόλιν (29), ἣ μιᾶς τῶν Παλαιστίνων ἡγεῖται· ἦν δὲ ἄρα οὗτος Ἀρκεσίλαος, ἀνὴρ εὐπατρίδης τε καὶ λόγιος, εὖ τε ἀξιωμάτων καὶ τῶν λοιπῶν τῶν κοσμούντων ἀνδρὸς βίον ἤκων. Οὗτος ὁ Ζωσιμᾶς ἐν τῷ ἀκαρεῖ τῆς Ἀντιόχου πτώσεως ἅθρόον ἐπιστυγνάσας, ὀλοφυρόμενός τε, καὶ μύχιον ἀνοιμώξας, δάκρυά τε τοσαῦτα σπείσας, ὡς καὶ τὴν γῆν ἐπιβρέξαι, θυμιατήριον ἐξητήσατο, καὶ πάντα τὸν χῶρον ἐν ᾧ καθειστήκεισαν ἐπιθυμιάσας, ἐπὶ γῆς ἑαυτὸν ῥίπτει, προσευχαῖς τε καὶ λιταῖς τὸν Θεὸν ἱλεούμενος. Εἶτα πυνθανομένου τοῦ Ἀρκεσιλάου, τί ἄρα τὸ οὕτω διαταράξαν εἴη, διαῤῥήδην εἶπε, τὴν ἠχὴν τῆς Ἀντιόχου πτώσεως αὐτίκα τὰ ὦτά οἱ περιβομβῆσαι. Ὥστε τὸν Ἀρκεσίλαον καὶ τοὺς παρατετυχότας ἐκπεπληγμένους ἀναγράψαι τὴν ὥραν, εὑρεῖν τε ἐς ὕστερον οὕτως ὡς ὁ Ζωσιμᾶς ἀπεφήνατο. Διὰ τούτου πολλαί τε καὶ ἕτεραι θεοσημεῖαι γεγόνασιν, ὧν τὸ πλῆθος παρεὶς, ἐπεὶ καὶ κρείττονος

CAP. VII.

De Zosima et Joanne qui miraculis clarucrunt.

389 Sed quoniam superiorum calamitatum mentionem fecimus, nunc alia quædam operi nostro attexamus, memoratu in primis digna, quæ ab illis ipsis qui ea viderant accepimus. Zosimas quidem fuit monachus, ortus ex Phœnice quæ maritima dicitur : Patriam habuit Sindem, vicum qui ab urbe Tyro viginti fere stadiis distat. Is tum ciborum abstinentia et usu, tum aliis virtutibus, ita Deum sibi conciliaverat, ut non modo ea quæ futura erant B prævideret, verum etiam ab omni perturbatione animi per Dei gratiam liber esset. Cum igitur aliquando esset in urbe Cæsarea quæ metropolis est unius e tribus Palæstinis, in ædibus spectatissimi cujusdam viri : is erat Arcesilaus, vir nobilis et eruditus, qui et honoribus quos gesserat, et reliquis vitæ ornamentis conspicuus habebatur : eo ipso temporis articulo quo Antiochia terræ motu subversa est, repente mutato vultu ingemiscens atque altum suspirans, tantam lacrymarum copiam effudit, ut solum madefaceret. Simul thuribulum poposcit, perque universum locum in quo stabant, cum thus adolevisset, humi se prostravit, precibus ac supplicationibus Deum placaturus. Sciscitanti deinde Arcesilao, quidnam esset quod illum tantopere conturbasset, diserte respondit fragorem C ruentis Antiochiæ auribus suis modo insonuisse. Adeo ut Arcesilaus et qui tum aderant, stupore perculsi, horam adnotaverint, posteaque deprehen-

VARIÆ LECTIONES.

[89] C. C. ἐπειδή. [90] διαθριαμβεύων.

VALESII ANNOTATIONES.

id cognomentum Antiochiæ inditum esse scribit. Idem etiam testatur Stephanus Byzantius in voce Θεούπολις, et Theophanes in *Chronico*. Contigit hic posterior terræ motus mensis Novembris die nono ac vicesimo, indictione septima, biennio post priorem terræ motum. ut scribit idem Theoph. pag. 151, seu potius triginta mensibus elapsis a priore illo terræ motu, ut recte scribit Evagrius. Tot enim numerantur menses a die 29 mensis Maii, anno Christi 525, ad diem 29 Novembris, anni D Christi 528. Quo quidem anno indictio septima a Septembri mense numerari cœperat. Ex quo apparet verissimum esse id quod superius observavi, priorem illum terræ motum Antiochiæ accidisse anno Christi 526, non autem, ut Baronius existimavit, 525. Posteriorem tamen terræ motum recte Baronius retulit anno Christi 528, quod verum est. Nam cum Evagrii calculos sequatur, eum terræ motum anno 527 referre debuerat : siquidem prior ille terræ motus Antiochiæ, anno 525 natalis Dominici contigisset.

(29) *Τῶν τινι ἐπισήμων ἀνὰ τὴν Καίσαρος πόλιν.* Musculus has postremas voces retulit ad vocabulum ἐπισήμων. Sic enim vertit : *Hic junctus erat nobili cuidam Cæsariensi.* Aliter tamen hæc verba construxit Nicephorus et Christophorsonus, et ea retulit ad verbum συνῆν, quod præcedit. Quam quidem sententiam magis probo. Dubitationem tamen affert id quod sequitur in Evagrio, Zosimam scilicet ab astantibus postulasse thuribulum. Nam si Zosimas erat in domo Arcesilai laici, quomodo thuribulum illic quærebat, cum in domo laici moris non sit habere thuribula ? Sciendum tamen est moris illum fuisse ut Christiani in privatis ædibus incensum haberent, et ante orationem thurificatione uterentur; quemadmodum observat Joannes Bona, in lib. II *Rerum liturgicarum*, cap. 9, nullo tamen ejus rei prolato testimonio. De laicis in ecclesia thus adolentibus ante orationem locus est insignis infra in lib. V, ubi de signis imperii quæ Mauricio contigerunt. Choripus in lib. II *De laudibus Justini minoris :*

> *Licet angelici pergens ad limina templi,*
> *Imposuit pia thura focis, cerasque micantes*
> *Obtulit.*

In *Vita Paphnutii abbatis* quæ exstat inter *Vitas Patrum*, pag. 103, Onuphrius abbas hæc mandasse dicitur Paphnutio : *Si quis nec oblationem nec eleemosynam potest offerre, pro charitate mea incensum Domino Deo nostro in odorem suavitatis accendat.* Et paulo post : *Si incensum nec quis habet, nec facultatis aliquid unde Deum placare potest, surgat ad immolandum, et manus suas ad Dominum extendat, et Dominicam Orationem pro me cum intenta mente et in nomine S. Trinitatis psallat.*]

Digitized by Google

derint rem ita accidisse ut Zosimas prædixerat. Alia quoque permulta signa ab eodem divinitus perpetrata sunt. Quorum multitudinem prætermittens, quando quidem numerus eorum iniri non potest, pauca ex iis commemorabo. Iisdem temporibus quibus Zosimas, floruit vir quidam, Joannes nomine, paribus cum Zosima virtutum ornamentis insignis : qui in Chuziba laura, quæ sita est in extremitate
390 vallis ad septentrionalem partem viæ publicæ quæ ab Hierosolymis ducit Hierichuntem, vitam monasticam et ab omni materia secretam exercuerat, et qui supra memoratæ urbis Cæsareæ episcopatum obtinuit. Hic igitur Joannes Chuzibita, cum supradicti Arcesilai uxorem radio extorio alterum sibi oculum effodisse didicisset, cursu ad ejus domum contendit, vulneris inspiciendi causa. Ubi vero animadvertit pupillam excidisse, et oculum penitus diffluxisse, medico cuidam qui illuc advenerat, præcepit ut spongiam afferret, et oculum dilapsum, quoad fieri posset, in sedem suam reponeret : spongiam denique circumpositam fasciis alligaret. Aberat tunc forte Arcesilaus. Versabatur enim eo tempore cum Zosima, in ejus monasterio, quod situm erat in vico Sindenorum, qui ab urbe Cæsarea quingentis circiter stadiis distat. Statim igitur contentissimo cursu properant qui hæc Arcesilao nuntiarent. Sedebat is juxta Zosimam, sermonem cum eo conferens. Qui simul ac casum uxoris suæ didicit, graviter ejulare cœpit, et capillos vellens ac discerpens, in aerem projecit. Interroganti autem Zosimæ causam tanti luctus, Arcesilaus id quod acciderat exposuit, lamentis ac fletibus sermonem crebro interrumpens. Mox igitur Zosimas, relicto illic Arcesilao, ad cubiculum quoddam contendit, in quo solus, uti mos est hujusmodi viris, Deum alloqui consueverat. Aliquanto post digressus, hilari vultu ac modeste subridens, manumque Arcesilai palpans : Abi, inquit, abi lætus. Gratia data est Chuzibitæ. Sanata est uxor tua. Utrumque oculum habet incolumem, nullum ex casu illo detrimentum passa, quando ita placuit

A εἰπεῖν ἀριθμοῦ τυγχάνουσιν οὖσαι, ἕνια λέξω. Συνήκμαζε τῷ Ζωσιμᾷ ἀνὴρ, Ἰωάννης τοὔνομα, ταῖς ἀρεταῖς παραπλήσιος ἐν Χουζιβᾷ (30) τῇ Λαύρᾳ. Κεῖται δὲ πρὸς τῇ ἑσχατιᾷ τῆς χαράδρας, ἀνὰ τὸ ἀρκτῷον μέρος τῆς λεωφόρου, τῆς φερούσης τοὺς διαπορευομένους ἐξ Ἱεροσολύμων ἐπὶ τὴν Ἱεριχονοίων πόλιν, τὸν μονήρη τε καὶ ἄῦλον διαπαλαίσας βίον, ἐπισκοπήσας δὲ τὴν εἰρημένην μοι Καίσαρος πόλιν (31). Οὗτος ὁ Ἰωάννης ὁ Χουζιβίτης, ἐπεὶ τὴν Ἀρκεσιλάου τοῦ λελεγμένου μοι γυναῖκα ἠκηκόει θάτερον τοῖν ὀφθαλμοῖν ὑπὸ κερκίδος ἐκκοπέντα, δρομαῖος ἦει πρὸς αὐτὴν τὸ πάθος ἐπισκεψόμενος. Ὡς δ' οὖν ἐθεάσατο τήν τε κόρην ἐκπεσοῦσαν, τέλεόν τε τὸν ὀφθαλμὸν διαῤῥυέντα, σπόγγον ἐπιτάττει τὸν τινὶ παρεφομαρτούντων (v) ἰατρῶν ἐνεγκεῖν, ἐσαγαγεῖν τε τὸ διαῤ-
B ῥυὲν ὡς ἂν δύναιτο, καὶ τὸν σπόγγον περιθέντα τελαμῶσιν ἀναδῆσαι, οὔτι παρόντος Ἀρκεσιλάου. Ἔτυχε γὰρ τῷ Ζωσιμᾷ παρὼν ἐν τῷ κατ' αὐτὸν φροντιστηρίῳ, ὅπερ ἐπὶ τῆς Σινδηνῶν ἔκειτο κώμης, διεστώσης τῆς Καίσαρος σταδίους μάλιστα πεντακοσίους, δρομαῖοι τοίνυν παρὰ τὸν Ἀρκεσίλαον ἐκτρέχουσιν οἱ ταῦτα διαγγέλλοντες. Καθῆστο δὲ πρὸς Ζωσιμᾶν ὁ Ἀρκεσίλαος τὰς διαλέξεις ποιούμενος· ὅπερ ἐπειδὴ διέγνω, διωλύγιον ἀνεκώκυσε, καὶ τὰς τρίχας ἐκτίλλων καὶ διασπῶν, ἐς οὐρανὸν ἀνέπεμπε. Τοῦ δὲ Ζωσιμᾶ πυνθανομένου τὴν αἰτίαν, τὸ συμβὰν ὁ Ἀρκεσίλαος ἔλεγε, ταῖς οἰμωγαῖς καὶ τοῖς δάκρυσι συχνὰ διακοπτόμενος. Ἀφεὶς οὖν τοῦτον ὁ Ζωσιμᾶς, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐς τι δωμάτιον ἐστρέχει ἔνθα τῷ
C θεῷ, ὡς θεμιτὸν τοῖς τοιούτοις, ἐνετύγχανε. Μετὰ δ' αὖ τινα καιρὸν προσελθών, ἐχαιρέ τε καὶ σεμνὰ μειδιῶν, πρὸς Ἀρκεσίλαον ἔλεγε τὴν χεῖρα καταψύχων, ἄπιθι χαίρων ἄπιθι. Ἡ χάρις τῷ Χουζιβίτῃ δέδοται. Ἴαθη σου τὸ γύναιον, ἄμφω τὼ ὀφθαλμὼ ἔχει, οὐδὲν ἰσχυσάσης τῆς συμφορᾶς ἀφελέσθαι, οὕτω τοῦ Χουζιβίτου βουληθέντος. Ὅπερ καὶ γέγονεν ἀμφοῖν τοῖν δικαίοιν κατ' αὐτὸ θαυματουργησάντοιν. Τούτῳ τῷ Ζωσιμᾷ, καί ποτε ἐπὶ τὴν Καίσαρος ἰόντι, ὀναρίων τε παρασυρομένῳ ἐν ᾧ τῶν τινά οἱ ἐπιτηδείων ἐπεβέβλητο, λέων ἔπεισι, καὶ τὸν ὄνον ἁρπάσας, ἀπῆει. Ὁ δὲ Ζωσιμᾶς ἀνὰ τὴν ὕλην εἶπετο· μέχρις οὗ δια-

VALESII ANNOTATIONES.

(30) *Χουζιβᾷ*. Sic etiam legitur in Nicephoro. eamque scripturam retinuit Ortelius in *Thesauro geographico*. Sed in optimo codice Florentino legitur Χουζιβᾷ, rectius procul dubio ; sic enim eam lauram vocat Joannes Moschus, in cap. 24. *Cum autem venisset in eremum, et moraretur in cellis Cusiba, eadem miserationis faciebat opera. Ibat enim per viam quæ ducit a Jordane ad sanctam civitatem.* Ubi notandum est cellas a Moscho dici, quam lauram vocat Evagrius. Certe laura nihil aliud erat quam cellæ monachorum hinc inde dispersæ, ut supra notavi. Moschus tamen, in cap. 24, vocat cœnobium Chusiba : Ὁ ἀββᾶς Γρηγόριος ὁ ἀπὸ Σχολαρίων ἔλεγεν ἡμῖν, ὅτι ἦν τις ἀδελφὸς ἐν τῷ κοινοβίῳ τοῦ Χουζιβᾷ. Cæterum hæc verba, ἐν Χουζιβᾷ τῇ λαύρᾳ, jungenda sunt cum iis quæ seD quuntur infra. Nicephorus tamen vulgatam distinctionem tuetur.

(31) *Ἐπισκοπήσας δὲ τὴν Καίσαρος πόλιν*. Hic Joannes abbas primum fuit ac presbyter monasterii Chusiba, ex quo etiam Chuzibites cognominatus est. Postea vero Cæsariensis episcopus factus est, ut præter Evagrium docet Joannes Moschus in capite 24 : Καὶ ἐν τῷ προσκομίζειν τὸν ἀββᾶν τὸν Ἰωάννην τὸν τότε πρεσβύτερον ὄντα τὸν ἐπίκλην Χουζεβίτην, ὃ : καὶ ὕστερον γέγονεν Καισαρείας τῆς κατὰ Παλαιστίνην ἐπίσκοπος, τὸν μονήρη διαπαλαίσας βίον. Ejusdem Joannis Chuzibitæ, Cæsariensis episcopi, mentio fit in *Menologio*, die 5 et 28 Octobris, ubi etiam Chuziba vocatur locus eremi, in quo monasterium ejus situm fuit.

VARIORUM.

(v) *Τὸν τινι παρεφομαρτούντων*. Legendum τῶν τινὶ... Usitatius diceretur τινὶ τῶν παρεφ... Altera autem phrasis apud Evagrium sæpe occurrit. Vid. infra in hoc capite : Τῶν τινά οἱ ἐπιτηδείων ἐπεβέβλητο· et cap. 22 : Τῶν τινα τῆς αὐλῆς εὐνούχων. (W. Lowth.)

Digitized by Google

κυρὴς ὁ λέων ἐκ τῆς θοίνης τοῦ ζώου γέγονε· πρὸς ὃν ἐπιγελάσας ὁ Ζωσιμᾶς φησιν, ἀλλὰ γάρ, ὦ ἑταῖρε, τὰ τῆς πορείας ἐμοὶ διακέκοπται, πάχητί τε ὄντι (32), πόρρω τε τῆς ἡλικίας ἀφιγμένῳ, καὶ μὴ δυναμένῳ νωτοφορεῖν τὰ ἐπὶ τοῦ ὄνου σεσαγμένα. Ἀχθοφορεῖν οὖν ἀνάγκη σε παρὰ τὸν θεσμὸν τῆς φύσεως, εἴπερ ἐθέλεις τῶν ἐντεῦθεν, τὸν Ζωσιμᾶν ἀπαλλάττεσθαι, καὶ θηρίον αὖθις εἶναι. Ὁ δὲ, τοῦ θυμοῦ καθάπαξ ἐπιλελησμένος, ὑπέσαινε, καὶ τῷ Ζωσιμᾷ ὡς ἔτρεχε (33) πράως εὐθὺς, καὶ διὰ τοῦ σχήματος ἐδόα τὸ πειθήνιον. Ὃ περιθεὶς ὁ Ζωσιμᾶς τοῦ ὄνου τὸ φορτίον, μέχρι τῶν πυλῶν τῆς Καίσαρος ἦγαγε, δεικνὺς τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, καὶ ὡς ἅπαντα τοῖς ἀνθρώποις δοῦλά τε καὶ πειθήνια, ὅτ' ἂν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ τὴν δεδομένην ἡμῖν χάριν οὐ παραχαράττομεν· ἀλλ' ἵνα μὴ τοῖς πλείοσι τὴν ἱστορίαν παραμηκύνωμεν, ἐπάνειμι ὅθεν τὴν ἐκβολὴν ἐποιησάμην.

A Chuzibitæ. Idque ita evenit, ambobus illis justis simul miraculum perpetrantibus. Idem Zosimas cum aliquando proficisceretur Cæsaream, asellum trahens cui res quasdam sibi necessarias imposuerat, leonem obvium offendit, qui in ipsum irruens, rapto asello, protinus abscessit. Quem Zosimas per silvam insecutus est, quoad usque leo aselli carnibus saturatus fuisset. Tum Zosimas leoni arridens: At, o amice, inquit, jam iter mihi penitus interclusum est, quippe qui et ægro sim corpore, et provecta jam ætate; nec onus quod asello erat impositum, ipse **391** humeris portare possim. Proinde si Zosimam hinc abscedere vis, sarcinam contra naturæ tuæ consuetudinem feras necesse est, ad propriam feritatem postea reversurus. His dictis, leo, tanquam furoris penitus oblitus, Zosimæ blandiri cœpit, et ad eum statim leniter accurrens, ipso gestu obsequium suum significabat. Zosimas igitur, cum aselli sarcinam leoni imposuisset, ad portas usque urbis Cæsareæ eum duxit, ostendens hoc facto, quanta sit Dei potentia, et qualiter omnia famulantur atque obediunt hominibus qui Deo vivunt, nec donatam sibi gratiam corruperunt. Verum ne, si plura commemoravero, historia prolixior efficiatur, eo revertar unde digressus sum.

B

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Περὶ καθολικῶν παθημάτων.

Ἐξ ἔτι Ἰουστίνου τὴν αὐτοκράτορα διιθύνοντος ἀρχὴν, τὸ νῦν μὲν Δυρράχιον, Ἐπίδαμνος δὲ πάλαι, πέπονθεν ὑπὸ κλόνου τῆς γῆς. Ὡσαύτως δὲ καὶ Κόρινθος ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος κειμένη, εἶτα καὶ Ἀνάζαρβος τὸ τέταρτον πάθος, ἢ τοῦ δευτέρου τῶν Κιλίκων ἠγεῖται ἔθνους· ἃς ὁ Ἰουστῖνος πολλοῖς ἀνεκτήσατο χρήμασι. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ἡ Ἔδεσσα πόλις τῆς [91] Ὀσροηνῶν μεγίστη τε καὶ εὐδαίμων, τῆς τοῦ παραῤῥέοντος Σκίρτου χειμάῤῥου ὕδασι κατεποντώθη, ὥστε καὶ τὰ πολλὰ τῶν οἰκοδομιῶν παρασυρῆναι, καὶ πλῆθος ἀναρίθμητον ἀπολέσθαι [92], οὓς τὸ ὕδωρ λαβὸν (x) ᾤχετο. Μετεκλήθησαν τοίνυν ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Ἰουστίνου ἡ Ἔδεσσα καὶ Ἀνάζαρβος, καὶ τούτων ἑκατέρα τῇ αὐτοῦ προσηγορίᾳ κατεκοσμήθησαν.

C

CAP. VIII.

De totius orbis calamitatibus.

Eodem Justino imperium Romanum adhuc administrante, urbs Dyrrachium quæ olim Epidamnus dicebatur, terræ motu subversa est. Similiter et Corinthus, quæ sita est in Achaia. Anazarbus quoque, metropolis secundæ Ciciliæ; quarto id genus calamitatis experta. Eas urbes Justinus magna pecuniarum vi erogata instauravit. Iisdem temporibus Edessa, civitas Osdroenæ maxima et opulentissima, Scirti torrentis qui eam præterfluit, inundatione submersa est: adeo ut plurima ædificia, et innumerabilis hominum multitudo, aquarum vi abrepta, funditus interierint. Edessæ quidem atque Anazarbo Justinus pristinum nomen mutavit. Utramque enim ex suo nomine Justinopolim deinceps appellari jussit.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ὡς Ἰουστῖνος ἔτι ζῶν, συμβασιλεύειν αὐτῷ Ἰουστινιανὸν εἵλετο.

Τούτῳ τῷ Ἰουστίνῳ ὄγδοον ἔτος τῆς βασιλείας ἄγοντι ἐννέα τε μῆνας πρὸς τρισὶν ἡμέραις (34) (y),

CAP. IX.

Quomodo Justinus adhuc vivens, collegam imperii Justinianum assumpsit.

Porro cum Justinus annum imperii octavum transegisset, ac præterea menses novem et dies

D

VARIÆ LECTIONES.

[91] τῶν. [92] C. C. ἀπολέσαι.

VALESII ANNOTATIONES.

(32) *Πάχητί τε ὄντι.* Hæc verba Musculus in interpretatione sua prætermisit, Christophorsonus vero ita vertit: *Quippe cum annis plurimis onustus sim.* Quæ interpretatio ferri non potest; sequitur enim *et ætate admodum provectus.* Idem igitur utrobique diceret Evagrius. Πάχητας vocant Græci, homines crassos et obesos ac pingues. Quod genus hominum molle ac delicatum est, nec ad onus portandum idoneum. Suidas in voce παγεῖς ita scribit, Διαφέρει πάχης καὶ παχύς. Πάχης μὲν γὰρ λέγεται ὁ λιπαρός· παχὺς δὲ ὁ ἀναίσθητος. Nicephorus quoque hoc verbum non intellexit. Ejus enim loco ista substituit, καὶ δι' ἔνδειαν ἐκτετηγμένῳ.

(33) *Ὡς ἔτρεχε.* Procul dubio scribendum est προσέτρεχε. Apud Nicephorum legitur ὑπέτρεχε. Sed nostra emendatio melior videtur.

(34) *Ἐννέα τε μῆνας πρὸς τρισὶν ἡμέραις.* Au-

VARIORUM.

(x) *Ὕδωρ λαβόν.* Lege λάβρον. (W. Lowth.)

(y) *Ἐννέα μῆνας πρὸς τρισὶν ἡμέραις.* Juxta computationem Antonii Pagi, Justinus regnavit annos 8 menses 8. dies 23. Vid. *Criticam* in Baron. ad ann. 528, n. 3. (W. Lowth.)

Digitized by Google

tres, Justinianus sororis ejus filius, una cum illo imperavit; Augustus nuncupatus die primo mensis Xanthici, id est Kalendis Aprilis, anno urbis Antiochiæ quingentesimo septuagesimo quinto. Quibus ita peractis Justinus ex **392** hoc regno ad cœleste imperium migravit, fatali morte defunctus primo die mensis Loi, id est Kalendis Augusti, cum imperasset, una quidem cum Justiniano menses quatuor; in universum vero tam solus, quam cum collega, per annos novem ac dies tres imperium obtinuisset. Porro cum Justinianus jam solus universum imperium regendum suscepisset, et Chalcedonensis synodus ex præcepto Justini imperatoris, sicut antea retuli, per omnes Ecclesias prædicaretur, ecclesiastica pax in quibusdam adhuc provinciis turbabatur; præcipue vero Constantinopoli et Alexandriæ: Constantinopolitanam quidem Ecclesiam administrante Anthimo, Alexandrinam vero Theodosio. Ambo enim isti unam in Christo naturam inesse asserebant.

A Ἰουστινιανὸς ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ συμβασιλεύει, ἀναρ-
ρηθεὶς τῇ πρώτῃ τοῦ Ξανθικοῦ ἤγουν Ἀπριλλίου μη-
νός, ἀνὰ τὸ πέμπτον καὶ ἑβδομηκοστὸν καὶ πεντακο-
σιοστὸν ἔτος τοῦ χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας. Καὶ
τούτων ὧδε προελθόντων, Ἰουστῖνος μεθίσταται τῆς
ἐντεῦθεν βασιλείας, ὑπελθὼν τὴν τέλειον [92] ἡμέραν
ἀνὰ τὴν πρώτην ἡμέραν τοῦ Λώου, τοῦ καὶ Αὐγού-
στου μηνός, συμβασιλεύσας μὲν Ἰουστινιανῷ μῆνας
τέτταρας, τὰ ὅλα δὲ ἔτη τὴν αὐτοκρατορίαν (35) δια-
νύσας ἀρχὴν ἐννέα πρὸς τρισὶν ἡμέραις (36) (z)· Ἰου-
στινιανοῦ δὲ μόνου τὴν ὅλην ἀρχὴν τῆς Ῥωμαίων
ἐπικρατείας περιθεμένου, ἤδη τε τῆς ἐν Χαλκηδόνι
συνόδου κηρυττομένης ἀνὰ τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας
κελεύμασιν Ἰουστίνου καθά μοι διήγηται, ἔτι τὰ τῆς
ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ἔν τισι τῶν ἐπαρχιῶν
B περιεδονεῖτο, καὶ μάλιστά γε κατὰ τὴν βατιλέως καὶ
κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν· τῆς μὲν βασιλίδος τὴν
ἐπισκοπὴν πρυτανεύοντος Ἀνθίμου (a), τῆς δὲ Ἀλε-
ξανδρίων Ἐκκλησίας ἡγουμένου Θεοδοσίου. Ἄμφω
τε γὰρ τὴν μίαν ἐδοξαζέτην φύσιν.

CAP. X.

Qualiter Justinianus quidem eos amabat qui Chalcedonensem synodum amplecterentur : Theodora vero eos qui synodum illam improbarent.

Et Justinianus quidem, eos qui Chalcedonensi synodo convenerant, et quæcunque ab illis fuerant exposita, acriter defendebat. Ejus vero conjux Theodora ab illorum partibus stabat qui unam in Christo naturam assererent, sive quod ipsi revera ita sentiebant; nam quotiescunque agitur de fide, patres a filiis et filii dissident a parentibus: et C uxor quidem a marito, maritus vero ab uxore sua dissentit: sive per quamdam simulationem ita

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Ὅτι Ἰουστινιανὸς μὲν τοὺς τὴν Καλχηδόνων σύνοδον ἀποδεχομένους ἠγάπα· Θεοδώρα δὲ τοὺς ἐναντίους ἐστέργεν.

Ἰουστινιανὸς μὲν οὖν τῶν ἐν Καλχηδόνι συνελη-
λυθότων, καὶ τῶν παρ' αὐτῶν ἐκτεθειμένων, μάλα
γεννικῶς ἀντείχετο. Θεοδώρα (b) δὲ ἡ τούτου σύνοι-
κος, τῶν μίαν φύσιν λεγόντων, εἴτε καὶ τῶν ἀληθῶς
οὕτως ἐχόντων (37). Ἥνίκα γὰρ ὁ περὶ πίστεως
πρόκειται λόγος πατέρες τε πρὸς παῖδας, παῖδές τε αὖ
πρὸς τοὺς φύντας διίστανται, γυνή τε πρὸς τὸν ἴδιον
γαμετήν· ἀνήρ τε αὖ πάλιν πρὸς τὴν ἰδίαν γαμετήν·
εἴτε καὶ κατά τινα συγκείμενοι οἰκονομίαν (38), ἵν'

VARIÆ LECTIONES.

[92] τελείαν.

VALESII ANNOTATIONES.

ctor *Chronici Alexandrini* pro *tribus diebus* habet *quinque*, Justinianum enim a Justino Augustum factum esse scribit, post annos octo ac menses novem, ac dies quinque imperii Justini, Kalendis Aprilis, Mavortio consule: qui fuit annus Christi 527. Verum auctor illius *Chronici* a semetipso dissentit; nam Justinum quidem imperium iniisse scribit die nono mensis Julii, anno Natalis Dominici 518. A quo tempore ad Kalendas Aprilis anni 527, anni sunt octo, ac menses totidem, cum diebus uno et viginti. Quod si Cedrenum sequimur qui Justinianum a Justino Augustum esse factum D tradit 14 Aprilis, tum computatio *Alexandri Chronici* erit certissima.

(35) *Τὴν αὐτοκρατορίαν.* In ms. cod. Tell. scriptum inveni, τὴν αὐτοκρατικὴν, etc., quod magis placet.

(36) *Ἔτη ἐννέα πρὸς τρισὶν ἡμέραις.* Ex ipsius Evagrii calculo satis apparet addendum hic esse mensem unum. Nam cum paulo ante dixerit, Kalendis Aprilis hujus anni exactum fuisse annum octavum imperii Justini, et novem insuper menses ac dies tres; consequens est ut Kalendis Augusti ejusdem anni, transacti fuerint novem anni cum uno mense ac diebus tribus. Ex quo colligitur exordium imperii Justini duci a die vicesimo octavo mensis Junii, juxta Evagrii sententiam.

(37) *Εἴτε καὶ τῶν ἀληθῶς οὕτως ἐχόντων.* Scribendum puto εἴτε καὶ αὐτῶν ἀληθῶς, etc.; id enim sensus postulat. Nicephorus quidem hujus loci sensum minime intellexit. Musculus vero eum optime exposuit hoc modo. *Sive autem sic vere sentiebant, sive sic dispensatione quadam inter ipsos convenerat.* Musculum secutus est Christophorsonus, et novam periodum ab his verbis inchoavit hoc modo: *Sive igitur ita revera sentiebant*, etc. Nos vero hæc cum præcedentibus conjunximus.

(38) *Κατ' οἰκονομίαν.* Musculus quidem interpretatur, *per dispensationem.* Quod non probo. Joannes autem Langus vertit, *ex composito.* Christophorsonus autem, *dedita opera.* Ego *per simulationem* malui vertere. Opponitur enim τῇ ἀληθείᾳ. Per fraudem igitur ac simulationem id actum esse inter Justinianum ac Theodoram nonnulli existimarunt, ut alter Catholicis, alter Acephalis adhæreret, Gallice dixerimus, *par politique.*

VARIORUM.

(z) *Πρὸς τρισὶν ἡμέραις.* Iterum pro τρισίν, 23 legit Pagius ibid. (W. Lowth.)

(a) *Ἀνθίμου — Θεοδοσίου.* Ordinati sunt hi episcopi anno 535.

(b) *Θεοδώρα.* Pluribus in eam invehitur Procopius in *Historia arcana*, ubi narrat eam filiam fuisse cujusdam, qui Byzantii bestiis ad amphitheatrales Prasinorum venationes alendis præfectus erat, quem vocant Ursarium, pag. 40.

Digitized by Google

ὁ μὲν τῶν λεγόντων δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀντέχηται· ἡ δὲ, τῶν πρεσβευόντων μίαν φύσιν. Ὅμως δ' οὖν ἀλλήλοις οὐκ ἐνεδίδοσαν, ἀλλ' ὁ μὲν, τῶν ἐν Καλχηδόνι συντεθειμένων μάλα σπουδαίως ἀντελαμβάνετο· ἡ δὲ, μετὰ[94] τῶν ἀπεναντίας οὖσα, τῶν λεγόντων μίαν φύσιν παντοίως προύνόει, καὶ τοὺς γε ἡμεδαποὺς (39) περιέθαλπε, καὶ τοὺς ἀλλοδαποὺς μεγάλοις χρήμασιν ἐδεξιοῦτο. Ἢ καὶ πείθει τὸν Ἰουστινιανὸν μετάπεμπτον Σεὺῆρον, ποιήσασθαι. nostros quidem fovebat, extraneos vero maximis ut Severum ad se accerseret.

A inter ipsos convenerat, ut alter quidem eorum partes defenderet qui duas in Christo Deo nostro naturas esse dicebant post unitionem: altera vero, illorum qui unam duntaxat naturam asseverabant. Neuter tamen ea in re neutri cessit. Sed Justinianus quidem ea quæ Chalcedone acta fuerant, pertinaciter tuebatur: Theodora vero contrariæ parti addicta, eorum qui unam naturam assererent, maximam curam ac sollicitudinem gerebat. Et muneribus afficiebat. Denique persuasit Justiniano,

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ὡς Ἄνθιμον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ὁ Σεὺῆρος διέστρεψε, καὶ Θεοδόσιον τὸν Ἀλεξανδρείας· οὓς ὁ βασιλεὺς ἐξελάσας, ἑτέρους κατέστησεν.

393 CAP. XI.

Quomodo Severus Anthimum Constantinopolis episcopum et Theodosium episcopum Alexandriæ perverterit. Quibus sede sua expulsis, Justinianus alios substituit.

B

Σώζονται τοίνυν ἐπιστολαὶ Σεὺήρου πρός τε Ἰουστινιανὸν, πρός τε Θεοδώραν. Δι' ὧν ἔστι λαβεῖν, ὡς καταρχὰς τὴν πρὸς τὴν βασίλειον ὁδὸν διανεβάλετο, μεθ' ὃ τὸν Ἀντιοχείας καταλέλοιπε θρόνον· ὕστερον μέντοι κατείληφε ταύτην· καὶ γέγραφεν, ὡς ἐπειδὴ πρὸς τὴν βασιλέως ἐγεγόνει, ἐνέτυχέ τε τῷ Ἀνθίμῳ, καὶ τῆς παραπλησίας οἱ δόξης εὕρηκεν αὐτὸν καὶ τῆς εἰς τὸν Θεὸν νομίσεως, πέπεικε τῆς καθέδρας ἐκστῆναι. Γέγραπται δὲ αὐτῷ περὶ τούτων πρὸς Θεοδόσιον τὸν τὴν Ἀλεξανδρέων ἐπισκοποῦντα πόλιν· ἐν οἷς καὶ μεγαλαυχεῖ ὡς τὸν αὐτὸν Ἄνθιμον πέπεικεν ὡς εἴρηται, τῆς ἐπὶ γῆς δόξης, καὶ τῆς οἰκείας καθέδρας τὰ τοιαῦτα προκρῖναι δόγματα. Φέρονται δὲ καὶ Ἀνθίμου πρὸς Θεοδόσιον ἐπιστολαὶ περὶ τούτων, Θεοδοσίου τε αὖ πρὸς Σεὺῆρον καὶ Ἄνθιμον, C ἃς παρίημι, καταλιμπάνων τοῖς ἐντυγχάνειν ταύταις βουλομένοις, ἵνα μὴ πλῆθος ἄπειρον ἐπεισκυκλήσω τῷ παρόντι βίῳ (40). Ὅμως δ' οὖν ὡς ἀντικρὺ τῶν βασιλέως κελευσμάτων ἰόντες, καὶ μὴ δεχόμενοι τὰ ἐν Καλχηδόνι συντεθειμένα, ἄμφω τῶν οἰκείων ἐξελαθέτην θρόνων· καὶ τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας, Ζωΐλος διαδέχεται (41)· τὸν δὲ τῆς βασιλείας Ἐπιφά-

Exstant quidem Severi epistolæ, tum ad Justinianum, tum ad Theodoram scriptæ. Ex quibus colligere licet Severum, cum Antiochenam sedem reliquisset, initio quidem profectionem suam in urbem regiam distulisse: postea tamen eo venisse. Scribit etiam in iisdem litteris se, cum venisset Constantinopolim, collocutum esse cum Anthimo. Cumque illum idem cum ipso sentire, eamdemque de Deo opinionem tueri deprehendisset, persuasisse illi ut sedem suam relinqueret. Scripsit etiam his de rebus litteras ad Theodosium episcopum Alexandriæ, in quibus gloriatur quod eidem Anthimo persuaserit, sicut jam dixi, ut ejusmodi dogmata sæculari gloriæ et pontificali cathedræ anteponeret. Circumferuntur quoque Anthimi de iisdem rebus epistolæ ad Theodosium, et vicissim Theodosii ad Anthimum et Severum scriptæ. Quas quidem missas facio, iis qui legere eas voluerint derelinquens, ne immensam rerum multitudinem congerere videar in hoc libro. Cæterum ambo, utpote qui mandatis principis refragarentur, nec ea quæ Chalcedone decreta erant admitterent, suis sedibus

VARIÆ LECTIONES.

[94] μετὰ abest a C. C.

VALESII ANNOTATIONES.

(39) *Καὶ τοὺς γε ἡμεδαποὺς.* Christophorsonus hæc de Acephalis intellexit. Sic enim exposuit hunc locum: *Et ejus opinionis homines, si nostrates essent, benevole et amice complexa est: sin externi, præmiis benigne remunerata.* Nicephorus vero ἡμεδαποὺς, *catholicos* et *orthodoxos* interpretatur: quod probare nullo modo possum. Per ἡμεδαποὺς enim Evagrius intelligit *Orientales;* ἀλλοδαποὶ vero sunt *Occidentales.*

(40) *Τῷ παρόντι βίῳ.* Assentior viris doctis, qui ante nos hunc locum ita emendarunt, τῷ παρόντι βιβλίῳ.

(41) *Ζωΐλος διαδέχεται.* In locum Theodosii Alexandrini episcopi suffectus est (*) Paulus. Quo mox pulso, Zoilus in ejus locum est subrogatus, ut docet Liberatus in *Breviario*, cap. 23. Victor Thunonensis in *Chronico;* et Theophanes, pag. 188. Et Liberatus quidem Paulum hunc orthodoxum fuisse testatur. Victor autem Thunonensis ac Theophanes hæreticum illum fuisse tradunt, et Dioscori nomen in sacris Diptychis celebrasse. Sic enim ait Victor, Basilio V. C. cos.: *Alexandrinæ Ecclesiæ, Theodosio et Gaiano exsulatis, Paulus pro eis prior Tabennesiotarum, Dioscori hæretici prædecessoris sui depositionem celebrans, Palæstino concilio deponitur, et pro illo Zoilus ordinatur episcopus.* Theophanes vero de Paulo ita scribit: Οὗτος τὴν μνήμην Σεβήρου τοῦ ἀνιέρου ποιήσας, ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς ὀργῇ τοῦ βασιλέως. Melius dixisset τοῦ Διοσκόρου· nam Severus, ni fallor, adhuc superstes erat tunc cum Paulus ejectus est episcopatu, id est anno Christi 537. Hæc ideo adnotavi, quod Baronius in *Annalibus*, de hoc Paulo, præter illa quæ a Liberato scripta sunt, nihil aliud dicit.

VARIORUM.

(*) Theodosio episc. Alexandrino, a Justiniano imp. relegato, anno 538, mense Novembri, successit Paulus eodem anno: qui et ipse anno circiter 541 homicidii convictus, e sede dejectus est. De hac Pauli damnatione pluribus agunt Liberatus, cap. 23, et Procopius, in *Historia arcana*, cap. 27: quem legisse non pigebit. Paulus Zoilum successorem habuit, sed non ante annum 543, ut statuit Ant. Pagi, ad ann. 537, n. 5.

Digitized by Google

expulsi sunt. Et Alexandrinæ quidem urbis episcopatum suscepit Zoilus : Constantinopolitanæ vero Epiphanius : ita ut per universas deinceps Ecclesias Chalcedonensis synodus palam prædicaretur, nec **394** ullus usquam auderet eam anathemati subjicere : qui vero aliter sentirent, ii omnibus modis adigerentur ad consensum suum ei accommodandum. Scripta est igitur ab imperatore Justiniano constitutio, in qua Severum et Anthimum una cum aliis quibusdam anathemate percellit, et gravissima supplicia decernit adversus eos qui illorum dogmata prædicarent. Itaque ex eo tempore per omnes ubique terrarum Ecclesias nullum remansit dissidium : sed uniuscujusque diœceseos A νιος (42) · ὡς ἐν ἁπάσαις λοιπὸν ταῖ Ἐκκλησίαις (43) ἀναφανδὸν κηρύττεσθαι τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον (44), καὶ μηδένα τολμᾷν ταύτην ἀναθέματι περιβάλλειν· τοὺς δὲ μὴ ταῦτα οὕτως ἔχοντας, διὰ μυρίων συνελαύνεσθαι τρόπων πρὸς τὴν τοιαύτην ἰέναι συγκατάθεσιν. Γέγραπται δ' οὖν Ἰουστινιανῷ νομοθεσία (45), ἐν ᾗ τὸν Σευῆρον καὶ Ἄνθιμον σὺν ἑτέροις ἀνατεθεμάτικε ποιναῖς τε μεγίσταις ὑποτέθεικε τοὺς τὰ ἐκείνων πρεσβεύοντας δόγματα· ὡς ἐξ ἐκείνου περὶ μὲν τὰς ἑκασταχῆ διακειμένας Ἐκκλησίας, οὐδὲν ἔτι διερρωγὸς μεῖναι· ἀλλὰ τούς τε ἑκάστης διοικήσεως πατριάρχας ἀλλήλοις συμβαίνειν, τούς τε τῶν πόλεων ἐπισκόπους τοῖς ἰδίοις ἐξάρχοις ἕπεσθαι (46)· καὶ τέσσαρας συνόδους ἐπὶ τῶν ἐκκλη-

VALESII ANNOTATIONES.

(42) *Τὸν δὲ τῆς βασιλείας Ἐπιφάνιος.* Errat Evagrius noster, qui Epiphanium ponit pro Mena. Antinianus enim Epiphanio successerat (*). Pulso deinde Anthimo, in ejus locum Mena Constantinopolis episcopus ab Agapeto papa ordinatus est, post consulatum Belisarii, anno Christi 536, ut scribit Marcellinus in *Chronico*.

(43) *Ὡς ἐν ἁπάσαις λοιπὸν ταῖς Ἐκκλησίαις.* De hac pace et adunatione Ecclesiarum quæ facta est post ordinationem Pauli episcopi Alexandrini, ita loquitur Liberatus in *Breviario*, cap. 23 : *Hoc ergo modo unitas facta est Ecclesiarum anno decimo imperii gloriosi Justiniani Augusti.* Cuncti siquidem patriarchæ synodum Chalcedonensem eo tempore suscipiebant, id est anno Christi 537. Episcopus scilicet Romanus, cujus Pelagius Constantinopoli erat apocrisiarius, Paulus Alexandrinus, Ephræmius Antiochenus, et Petrus Hierosolymorum episcopi. Ex quibus Paulus cum initio rectam fidem simulasset, postea ad Eutychianam hæresim descivit, ut supra notavi ex Victoris ac Theophanis *Chronico*.

(44) *Κηρύττεσθαι τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον.* Quæret hic fortasse aliquis antiquitatis ecclesiasticæ studiosus, quonam ritu fieri soleret hæc prædicatio concilii Chalcedonensis. Respondeo eam prædicationem fieri solitam in ambone seu pulpito ecclesiæ, ab episcopo, vel ab alio cui episcopus vices suas delegasset, dum missarum solemnia celebrarentur. Id docet epistola, seu Libellus orthodoxorum episcoporum oblatus Constantinopoli, Agapeto papæ, qui libellus refertur in actione prima synodi Constantinopolitanæ sub Mena, ubi de Justiniano imperatore ita loquuntur : Καὶ διὰ τοῦτο νομοθετῆσαι τὰς ἱερὰς καὶ ἁγίας τέσσαρας συνόδους ἐν ταῖς ὁτιδήποτε γενομέναις θείαις μυσταγωγίαις μεγαλοφώνως ὑπὸ τῶν ἱερῶν κηρύκων κηρύττεσθαι. Vetus interpres ita vertit : *Et propter hoc statuit quatuor sanctas synodos in divinis et sacris initiationibus, a sacris prædicatoribus prædicari.* Existimavit scilicet hic interpres, μυσταγωγίαν hoc loco accipi pro initiatione, seu baptismo, ut plerumque sumi solet. Verum hoc loco θεία μυσταγωγία sumitur pro sacrificio missæ, idemque est quod θεία λειτουργία. Certe Chalcedonensis synodus in missarum solemnibus primum præd cata est Constantinopoli, regnante Justino Seniore, ut videre est in actione quinta synodi Constantinopolitanæ sub Mena, pag. 725 et sequentibus editionis Coloniensis. Sed monendi sunt studiosi antiquitatis ecclesiasticæ, ne se ab interprete Latino in errorem induci patiantur, qui hanc proclamationem expleta missa factam B esse scribit. Cum tamen Græca aliter sonent: Κατὰ τὴν παρελθοῦσαν κυριακήν τε καὶ δευτέραν, λειτουργίας ἐπιτελουμένης ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, etc. Id est : *Die Dominico, et feria secunda, cum missa celebratur in sancta Dei ecclesia.* Idem error ab interprete admissus est infra, pag. 733. *Et post lectionem sancti Evangelii, ex more sacra missa finita*, etc. Græca sic habent : Καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, ἐξ ἔθους τῆς θείας λειτουργίας ἐπιτελουμένης καὶ τῶν θυρῶν κλεισθεισῶν, καὶ τοῦ ἁγίου μαθήματος κατὰ τὸ σύνηθες λεχθέντος, τῷ καιρῷ τῶν διπτύχων, etc. Quæ sic vertenda sunt : *Et post lectionem sancti Evangelii, cum missa ex more celebraretur, et clausis januis, et sacro Symbolo ex more recitato, ubi ventum est ad Diptycha*, etc. Quæ studiosus lector illic leget, si totum hunc ritum quo quatuor œcumenicæ synodi prædicatæ sunt, et in sacris Diptychis perscriptæ, discere voluerit. C

(45) *Νομοθεσία.* Intelligit Novellam Justiniani 42, quæ refertur etiam in actione 5 synodi Constantinopolitanæ sub Mena. Et in editione quidem Henrici Stephani, qui Novellas Justiniani Græce edidit, hæc Constitutio data esse dicitur die decimo septimo Kalendas Augusti, Belisario V. C. coss. In editione vero concilii Constantinop. sub Mena, data dicitur octavo Idus Augustas, post consulatum Belisarii V. C. rectius procul dubio. Nam cum Justinianus eam constitutionem promulgaverit adversus Anthimum ac Severum, post sententiam synodi Constantinopolitanæ in eosdem prolatam, sicut ipse testatur in exordio constitutionis ; synodus autem Constantinopolitana condemnationis sententiam in supradictos Anthimum ac Severum tulerit die duodecimo Kalendas Junias, post consulatum Belisarii : prorsus necesse est ut Constitutio illa Justiniani promulgata fuerit anno post consulatum Belisarii. D

(46) *Τοῖς ἰδίοις ἐξάρχοις.* Exarchi hoc loco sunt primates, seu patriarchæ singularum diœceseon, ut paulo ante dixit Evagrius : quemadmodum exposuit Jacobus Sirmundus in lib. II *Propemptici*, cap. 5, ubi de exarchis optime ac doctissime disseruit. Cujus exactæ diligentiæ nihil superest quod addamus. Nec male Christophorsonus hoc loco ἐξάρχους archiepiscopos interpretatus est. Primates enim olim archiepiscopi dicebantur, ut docet Isidorus in lib. VII *Originum*, his verbis : *Ordo episcoporum quadripartitus est, in patriarchis, archiepiscopis, metropolitis, et episcopis. Patriarcha Græca lingua summus pater interpretatur, quia primum, id est apostolicum retinet locum. Sicut Romanus, Antiochenus, et Alexandrinus. Archiepiscopus Græce dicitur* summus episco-

VARIORUM.

(*) Theophanes in *Chronico*, ad ann. Chr. 520, ait : *Joanne Cappadoce Constantinopol. episcopo defuncto, Epiphanius ejusdem Ecclesiæ presbyter et syncellus, mensis Februarii die vicesimo quinto pro eo ordinatus.*

Digitized by Google

σιῶν κηρύττεσθαι, πρώτην μὲν τὴν ἐν Νικαίᾳ, εἶτα τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τρίτην τὴν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον, τέταρτον τὴν ἐν Καλχηδόνι· γέγονε δὲ καὶ πέμπτη σύνοδος κατὰ κέλευσιν Ἰουστινιανοῦ. Περὶ ἧς τὰ πρόσφορα, ἐν τοῖς προσφόροις ἐρῶ καιροῖς, τέως τῶν ἀνὰ μέρος πραχθέντων ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις, λόγου τε ἀξίων καθεστώτων, τῇ παρούσῃ συνυφαινομένων ἱστορίᾳ.

A patriarchæ inter se consenserunt, et singularum urbium episcopi exarchos suos secuti sunt: et quatuor synodi in Ecclesiis sunt prædicatæ: prima, quæ Nicææ celebrata est: post hanc Constantinopolitana: dehinc Ephesina prior: quarto loco Chalcedonensis. Fuit etiam quinta synodus Justiniani principis jussu congregata. De qua dicam suo loco ea quæ dicenda sunt. Interim ea quæ tunc temporis singillatim gesta sunt, et commemoratione digna esse videntur, huic historiæ attexamus.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Ἐκ τῆς Ἱστορίας Προκοπίου Καισαρέως, περὶ Καβάδου τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ Χοσρόου υἱοῦ αὐτοῦ.

Γέγραπται Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι τὰ κατὰ Βελισσάριον (*c*)· ὡς Καβάδης ὁ Περσῶν βασιλεὺς Χοσρόῃ τῷ παιδὶ νεωτέρῳ τῶν ἄλλων υἱῶν ὄντι περιθεῖναι τὴν βασιλείαν βουληθείς, βούλεται ὥστε (47) τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων ἐς θετὸν υἱὸν ἐπιδιδόναι [95] τὸν Χοσρόην, ἵνα ἐντεῦθεν ἀσφαλέστατα αὐτῷ ἡ ἀρχὴ διατεθείη. Ἐπειδὴ τοίνυν τούτῳ διήμαρτον, εἰσηγήσει Πρόκλου, ὃς παρεδρεύων Ἰουστινιανῷ κοιαίστωρ καθειστήκει, ἐπὶ μεῖζω τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἔχθραν ἐξήγαγον. Φιλοπονώτατα τοιγαροῦν κομψῶς τε καὶ λογίως ἐκτέθειται τῷ αὐτῷ Προκοπίῳ, ἃ δὴ πέπρακται ὑπὸ Βελισαρίῳ στρατηγοῦντι τῶν ἑῴων δυνάμεων Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις πρὸς ἀλλήλους πολεμοῦσι. Πρώτην μὲν οὖν νίκην Ῥωμαίων ἀναγράφει περὶ τὰ χωρία Δάρας τε καὶ Νισίβεως, Βελισαρίου Ἑρμογένους τε αὖ τὰ Ῥωμαίων στρατόπεδα διακοσμούντων. Οἷς ἐπισυνάπτει καὶ ὅσα κατὰ τὴν Ἀρμενίων γέγονε χώραν, οἷά τε κατὰ τὴν Ῥωμαίων εἰργάσατο γῆν Ἀλαμούνδαρος τῶν Σκηνητῶν Βαρβάρων ἡγούμενος· ὃς καὶ Τιμόστρατον τὸν Ῥουφίνου ἀδελφὸν σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στρατιώταις ἐζώγρησε, καὶ χρημάτων ὕστερον μεγάλων ἀπέδοτο.

CAP. XII.

De Cavade Persarum rege, et de filio ejus Chosroe, ex libris historiarum Procopii Cæsariensis.

Procopius rhetor, res a Belisario gestas describens, narrat Cavadem Persarum regem, cum Chosroi filiorum suorum natu minimo regnum tradere vellet, postulasse **395** ab imperatore Romano ut eum sibi filium adoptaret, ut scilicet hoc pacto firmius illi regnum pararetur. Sed cum repulsam passus esset Cavades, suasu Procli, qui quæstor Justiniano principi assidebat; hinc odium ejus adversus Romanos auctum fuisse. Porro idem Procopius diligentissime simul et elegantissime exponit ea quæ gesta sunt a Belisario orientalis militiæ magistro, Romanis et Persis inter se bellum gerentibus. Primam igitur Romanorum victoriam refert circa Daras ac Nisibin, cum Belisarius et Hermogenes Romano exercitui præessent. Subjungit deinde res in Armenia gestas, quantisque malis provincias Romanorum attriverit Alamundarus, Scenitarum Barbarorum regulus. Qui etiam Timostratum Rufini fratrem cum universis militibus quos ductabat, vivum cepit, magnaque pecuniæ vi post hæc redemptum dimisit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Περὶ Ἀλαμουνδάρου, καὶ Ἀζαρέθου, καὶ τῆς ἐν Βυζαντίῳ στάσεως τῆς ἐπίκλην λαβούσης τὸ Νίκα.

Περιπαθῶς διεξίησι καὶ τὴν τοῦ λελεγμένου μοι Ἀλαμουνδάρου καὶ Ἀζαρέθου κατὰ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἔφοδον, ὅπως τε τούτοις τὴν ἄφοδον ἐπὶ τὰ σφέτερα ποιουμένοις πρὸς βίας τοῦ οἰκείου στρατοῦ, ἐπὶ

CAP. XIII.

De Alamundaro et Azaretho: et de seditione quæ orta est Constantinopoli, cui cognomen inditum fuit Nika.

Idem supradicti Alamundari et Azarethi incursionem in provincias imperii Romani luculente admodum narrat: et quemadmodum Belisarius cogente ipsum exercitu, eos in regionem suam redeun-

VARIÆ LECTIONES.

[95] C. C. ἐπιδοῦναι.

VALESII ANNOTATIONES.

porum. *Tenet enim vicem apostolicam, et præsidet tam metropolitanis quam episcopis.*

(47) *Βούλεται ὥστε.* Non placet conjectura doctorum virorum, qui pro βούλεται emendarunt βουλεύεται. Neque enim Græce dici potest βουλεύεται ὥστε, etc. Nicephorus in lib. XVII, cap. 10, pro his duobus vocabulis habet διενοεῖτο, quod magis placet.

VARIORUM.

(*c*) *Κατὰ Βελισσάριον. Ducebat Belisarius originem ex Germania quæ inter Thracas et Illyrios sita est,* inquit Procopius, lib. I *Vandal.* cap. 11. Idem Procopius initio libri III *De bello Goth.* laudes ejus pluribus persequitur, aitque præditum eum fuisse singulari continentia, munificentia in milites, in rebus omnibus solertia; in adversis imperturbatum animum ostendisse, in prosperis superbia non elatum. (Multa de Belisario descripsit Suidas ex memorato Procopii libro.) Cæterum excæcatio Belisarii, eleemosyna ab eo petita, aliaque id genus, quæ ex Joanne Tzetze poeta Græco, aliisque recentioribus Baronius recitat, commenta sunt, quibus, reclamante antiquitate, nulla fides habenda, inquit Ant. Pagi, ad ann. 561, n. 7.

Digitized by Google

tes, juxta ripam Euphratis aggressus sit, imminente die festo Paschæ : utque Romanorum copiæ deletæ fuerint, cum Belisarii consiliis minime obtemperassent : denique quomodo Ruffinus et Hermogenes pacem eant quæ interminabilis dicta est, cum Persis pepigerint. Posthæc subjungit de seditione plebis Constantinopolitanæ, cui popularium tessera vocabulum dedit. Nica enim hæc seditio cognominata est, eo quod populus in unum congregatus, internoscendi sui causa tesseram hanc sibi mutuo dedisset. Qua in seditione Hypatius et Pompeius, cogente plebe, tyrannidem arripuerunt. Sed mox devicta plebe, uterque eorum Justiniani jussu a militibus capite truncati et in mare demersi sunt. Triginta porro hominum millia in hoc tumultu occubuisse Procopius scribit.

A ταῖς ἡμέραις τοῦ Εὐφράτου Βελισάριος συνεπλάκη. ἐπικειμένης τῆς Πασχαλίας ἡμέρας, καὶ ὅπως ὁ Ῥωμαίων διεφθάρη στρατὸς, τῶν Βελισαρίου βουλευμάτων οὐκ ἀνασχόμενος· ὅπως τε Ῥουφῖνος καὶ Ἑρμογένης τὴν καλουμένην ἀπέραντον εἰρήνην πρὸς Πέρσας διέθηκαν. Οἷς ἐπάγει τὴν ἀνὰ τὸ Βυζάντιον γενομένην τῶν δημοτῶν στάσιν, ἣ προσηγορίαν τὸ σύνθεμα τῶν δήμων δέδωκε. Τὸ Νίκα (*d*) γὰρ ἐπίκλησιν ποιοῦσι, τοῦτο τῶν δήμων ἀλλήλοις συναφθέντων σύνθεμα δόντων τῆς ἐς ἀλλήλους γνώσεως. Καθ' ἣν Ὑπάτιός τε καὶ Πομπήϊος βιασθήτην μὲν ὑπὸ τῶν δήμων πρὸς τὴν τυραννίδα. Ἑκατέρῳ δὲ πρὸς τῶν στρατιωτῶν κελεύμασιν Ἰουστινιανοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποθεμένῳ, κατεποντώθη, τῶν δήμων ἡσσηθέντων. Ὅτε καὶ τριάκοντα χιλιάδας ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ, φησὶν ὁ Προκόπιος, ἀνθρώπων ἀπολέσθαι. B

CAP. XIV.

De Hunerico Vandalorum rege, et de Christianis quibus linguam præcidi jussit.

In eo autem libro quo res Vandalicas exponit, res maximas refert, prorsusque dignas quæ sempiternæ hominum memoriæ commendentur. Eas igitur hoc loco commemorabo. Hunericus, qui post Gisericum hæreditatio jure regnum obtinuit, cum esset **396** Arianus, Christianos in Africa degentes crudelissime vexavit : eos qui rectam fidei doctrinam sequebantur, per vim cogens ad Arii opinionem deflectere. Si qui vero mandatis ejus minime obtemperassent, eos ille aut flammis, aut alio mortis genere interficiebat. Quibusdam vero linguas jussit abscindi. Hos ab se visos esse testatur Procopius, cum profugi venissent Constantinopolim ; seque illos perinde loquentes audivisse ac si nihil passi essent. Et linguas quidem eis radicitus excisas fuisse : vocem tamen eos articulatam habuisse, ac distincte locutos esse, novo atque inusitato miraculo. Horum mentio fit etiam in Constitutione Justiniani. Ex quibus duos lapsos esse Procopius scribit. Nam quoniam cum mulieribus commisti fuerant, vocem penitus amiserunt, martyrii gratia ab illis protinus recedente.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Περὶ Ὀνωρίχου τοῦ Βανδίλων ἄρχοντος, καὶ τῶν γλωσσοτομηθέντων Χριστιανῶν παρ' αὐτοῦ.

Τῷ αὐτῷ τὰ κατὰ Βανδίλους γράφοντι, μέγιστα τέθειται, καὶ μνήμης ἐς ἀεὶ διασωζομένης ἄξια, ἃ λέξων ἔρχομαι. Ὀνώριχος (*e*) τὴν βασιλείαν ἐκ Γιζερίχου διαδεξάμενος, τά τε Ἀρείου θρησκεύων, ὠμότατα διετίθετο ἀμφὶ τοὺς ἐν Λιβύῃ Χριστιανοὺς, τοὺς τὰ ὀρθὰ πρεσβεύοντας δόγματα βιαζόμενος ἐς τὴν Ἀρειανῶν μετατίθεσθαι δόξαν· καὶ τούς τε μὴ ὑπείκοντας, πυρί τε καὶ μυρίαις θανάτων ἰδέαις ἐφθειρεν· ἐνίους δὲ τὰς γλώσσας ἀφείλετο. Τούτους καὶ τῇ θέᾳ παραβαλεῖν (48) ὁ Προκόπιος ἔφη, πρὸς τὴν βασιλέως γενομένους πόλιν αὐτόσε διαδράντας, ἐντυχεῖν τε αὐτοῖς ἴσα τοῖς μηδὲν πεπονθόσι φθεγγομένοις. Καὶ τὰς μὲν γλώσσας ἐξ αὐτοῦ τοῦ πυθμένος ἀνακεκάρθαι· τὴν δὲ φωνὴν αὐτοῖς ἔναρθρον εἶναι, καὶ εὔσημα διαλέγεσθαι· θαῦμα καινόν τε καὶ παράδοξον· ὧν καὶ Ἰουστίνου διάταξις μνημονεύει. Ἐξ ὧν καὶ δύο παρολισθησάτην, ὡς αὐτὸς ἀναγράφει Προκόπιος. Ἐπειδὴ γὰρ γυναιξὶν ὁμιλεῖν ἐβουληθήτην, τὴν φωνὴν ἀφῃρεθήτην, τοῦ μαρτυρίου τῆς χάριτος αὐτοῖν μηκέτι παραμεινάσης. C

VALESII ANNOTATIONES.

(48) *Τῇ θέᾳ παραβαλεῖν.* Scribendum est παραλαβεῖν, ut jam alii ante nos observarunt. Porro de his confessoribus Africanis, quibus Hunericus rex Vandalorum linguam præcidi jusserat, et qui postmodum loqui non destiterunt, præcisis licet linguis, loquitur Marcellinus Comes in *Chronico*, Theodorico et Venantio cos. ubi etiam quosdam ex illis a se visos esse testatur. Idem scribit Victor Thunonensis *in Chronico*, consulatu tertio Zenonis Augusti. Et Victor Vitensis in lib. *De persecutione Vandalorum* ; Justinianus denique imperator in lege 1 de officio præfecti prætorio Africæ. Quam Justiniani Constitutionem paulo post laudat Evagrius noster in hoc capite, licet Justini nomen perperam scriptum sit pro Justiniano. Plura vide apud Baronium, anno Christi 484. D

VARIORUM.

(*d*) *Τὸ Νίκα.* Hanc seditionem Procopius fuse prosequitur l. i *Bell. Pers.* affirmatque in ea cæsa fuisse CPoli triginta hominum millia. Nic. Alemannus in Notis ad Procopii *Historiam arcanam*, p. 62, exhibuit Fragmentum Theophanis ex mss. Vat. codd. in quo veluti in tabula videre est imperii circa id tempus statum, Justiniani mores, circi et theatri licentiam, et quam parva jurgii scintilla tantum incendium excitarit. Incipit ab his verbis : Γέγονεν ἡ ἀνταρσία τοῦ Νίκα, τρόπῳ τοιούτῳ, *Rebellio quæ dicta est* Vince, *ita contigit.*

(*e*) *Ὀνώριχος.* Hunericus Genserico patri successit in regno Africæ, anno Chr. 477. De duobus ejus in Christianos edictis jam egimus.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Περὶ Καβαώνου τοῦ Μαυρουσίου.

καὶ ὡς ὁ Χριστὸς πρὸς Ἄγβαρον ἀπέστειλε (58)· εἶτα καὶ ὡς ἐς ἑτέραν ἔφοδον πολιορκίαν τῶν Ἐδεσσηνῶν ὁ Χοσρόης κατέστη. παραλύειν οἰόμενος τὰ παρὰ τοῖς πιστοῖς θρυλούμενα, ὡς οὐκ ἄν ποτε ἡ Ἔδεσσα ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γενήσεται· ὅπερ τοῖς γραφεῖσι μὲν πρὸς Ἄγβαρον παρὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, οὐκ ἔγκειται, ὡς ἔστιν τοὺς φιλοπόνους ἑλεῖν (59) ἐκ τῶν ἱστορηθέντων Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου, αὐτὴν πρὸς λέξιν τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνόντι. Οὕτω δὲ παρὰ τοῖς πιστοῖς ᾄδεταί τε καὶ πιστεύεται, καὶ τὸ πέρας ἐδέξατο (60), τῆς πίστεως ἔργον προβρήσεως ἀγαγούσης. Μετὰ γὰρ τὸ προσβαλεῖν τῇ πόλει τὸν Χοσρόην, μυρίας τε ἐφόδους ἐργάσασθαι, χοῦν τε συναμήσασθαι πολὺν, ὡς καὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως ὑπερπηδῆσαι, ἑτέρας τε μυρίας μηχανὰς ῥάψαι, ἄπρακτον ἐπεποίητο τὴν ἀποπόρευσιν· λέξω δὲ τὰ γενόμενα. Ἐπήγγειλεν ὁ Χοσρόης ταῖς ἀμφ' αὐτὸν δυνάμεσι, ξύλου ἀθροῖσαι μέγα τι χρῆμα πρὸς τὴν πολιορκίαν τῆς προστυχούσης ὕλης. Ἅπερ ἐπειδὴ συνελέγη ὀξύτερον τῆς ἐπιτάξεως, κυκλοτερῶς περιθεὶς, τὸν χοῦν ἐς μέσον ἐπέβαλεν, καὶ ἀντιμέτωπος τῇ πόλει ἦει. Οὕτω τε κατὰ σμικρὸν ἐποικοδομῶν τοῖς ξύλοις τε καὶ τῷ χώματι, καὶ τῇ πόλει προσιών, τοσοῦτον ἐς ὕψος ἦρε, καὶ τὸ τεῖχος ὑπερῆλατο, ὡς ἐξ ὑπερδεξίων τὰ βέλη κατὰ τῶν προκινδυνευόντων ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐν τῷ τείχει ῥίπτειν. Ἐπειδὴ τοίνυν οἱ τῇ πολιορκίᾳ συνεχόμενοι, τεθέαντο τὸ χῶμα πλησίον ὥσπερ ὄρος βαδίζον ἐγγίζειν[b] τῇ πόλει, ἐπιδόξους τε εἶναι τοὺς πολεμίους πεζῇ τῆς πόλεως ἐπιβήσεσθαι, ἅμα ἔρ μηχανῶνται, ἀντικρὺ τοῦ χώματος, ὅπερ ἀγέστα πρὸς Ῥωμαίων κέκληται (61), διώρυγα ὑπὸ γῆν κατεργάσασθαι, ἐνθένδε πῦρ ἀνεῖναι, ὡς ἂν τῇ φλογὶ τὰ ξύλα φθειρόμενα τὸν χοῦν ἐς γῆν κατάγοι[c], καὶ τὸ μὲν ἔργον ἐπετετέλεστο. Πυρὰν δὲ προσάψαντες, τοῦ σκοποῦ διημάρτανον, οὐκ ἔχοντος τοῦ πυρὸς διέξοδον, ὅθεν ἀέρος ἐπιλαμβανόμενον δύναιτο τὴν ὕλην περιδράξασθαι. Ὡς δ' οὖν ἐς πᾶσαν ἀμηχανίαν ἦλθον, φέρουσι τὴν θεότευκτον εἰκόνα (62), ἣν ἀνθρώπων μὲν χεῖρες

[a] Euseb. *Hist.* lib. I, cap. 13.

VARIÆ LECTIONES.

[b] C. C. ἐγγύς. [c] C. C. Καταγάγοι.

VALESII ANNOTATIONES.

(58) *Πρὸς Ἄγβαρον ἀπέστειλε.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui pro ἀπέστειλε emendarunt ἐπέστειλε. Sed et quæ proxime sequuntur, corrupta sunt, εἶτα καὶ ἐς ἑτέραν ἔφοδον, etc. In manuscripto codice Florentino scribitur, εἶτα καὶ ὡς ἐς ἑτέραν ἔφοδον, etc. Sed locus adhuc mendo non caret. Scribo itaque: Εἶτα καὶ ὡς καθ' ἑτέραν ἔφοδον ἐς πολιορκίαν τῶν Ἐδεσσηνῶν κατέστη ὁ Χοσρόης.

(59) *Ὡς ἔστιν τοὺς φιλοπόνους ἑλεῖν.* Mallem scribere, τοῖς φιλοπόνοις.

(60) *Καὶ τὸ πέρας ἐδέξατο.* Totus hic locus corruptus est, ut legentibus apparet. Savilius quidem ad marginem sui codicis adnotavit, forte scribendum esse ἐδείξατο· quam emendationem confirmat Nicephorus in cap. 16 lib. XVII, ubi hunc Evagrii locum ita describit: Ἔδειξε δὲ καὶ τὸ ἔργον τὴν τῆς πίστεως προῤῥήσιν, ὡς μάλιστ' ἀληθὴς εἴη καὶ σύμφωνος. Id est, ut vertit Langus: *Res ipsa quoque prædictionis ejus fidem, quod vera maxime sit et sibi ipse consentiens confirmavit.* Totum igitur hunc Evagrii locum ita scribendum existimo: Καὶ τὸ πέρας ἔδειξε τὸ ἀληθὲς, τῆς πίστεως ἐς ἔργον τὴν προῤῥησιν ἀγαγούσης: Id est: *Et eventus ipse veritatem declaravit, fide scilicet vaticinium ad effectum perducente.*

(61) *Ὅπερ ἀγέστα πρὸς Ῥωμαίων κέκληται.* Procopius in libro II *Persicorum*, ex quo hæc desumpsit Evagrius, ita scribit, pag. 83: Ἐπίπροσθεν ἀεὶ τῶν τὴν ἀγέσταν ἐργαζομένων ἐτίθεντο. Οὕτω γὰρ τὸ ποιούμενον τῇ Λατίνων φωνῇ ἐκάλουν Ῥωμαῖοι. Quanam autem ratione a Romanis construerentur hujusmodi aggesta, optime docet Apollodorus in *Mechanicis*. Quem librum a me nuper in Latinum sermonem conversum, una cum aliis ejusdem argumenti scriptoribus, brevi, Deo dante, in lucem edemus.

(62) *Τὴν θεότευκτον εἰκόνα.* Hic Evagrii locum

Digitized by Google

οὐκ εἰργάσαντο· Ἀγβάρῳ δὲ Χριστὸς ὁ Θεὸς, ἐπεὶ αὐτὸν ἰδεῖν ἐπόθει, πέπομφε. Ταύτην τοίνυν τὴν παναγίαν εἰκόνα κατὰ τὴν εἰργασμένην σφίσιν ἐσαγαγοντες διώρυγα, ὕδατί τε ἐπικλύσαντες, ἀπ' αὐτοῦ κατὰ τῆς πυρᾶς καὶ τῶν ξύλων ἀφεῖσαν. Καὶ παραυτίκα τῆς θείας δυνάμεως τῇ πίστει τῶν δεδρακότων ἐπιφοιτησάσης, ὅπερ ἦν ἐκείνοις πρώην ἀδύνατον, ἐξηνύετο, παραυτίκα γὰρ ἐσεδέξαντο τὴν φλόγα τὰ ξύλα, καὶ λόγου θᾶττον ἀπανθρακωθέντα τοῖς ὑπερτέροις μετεδίδοσαν, ἅπαντα τοῦ πυρὸς ἀμφινεμομένου. Ὡς δὲ τὸν καπνὸν ἀναθρώσκοντα τεθέαντο οἱ τῇ πολιορκίᾳ πιεζόμενοι, σοφίζονται τάδε· λαγυνίδας μικρὰς ἀγαγόντες, ἐμφορήσαντές τε θείου ἅμα καὶ στυππείου καὶ τῶν ἄλλων εὐκαταφλέκτων ὑλῶν, κατὰ τῆς καλουμένης ἀγέστας ἀπεσφενδόνιζον, αἵπερ καπνὸν ἀνιεῖσαι, τοῦ πυρὸς τῇ ῥύμῃ τῆς βολῆς ἀναφθέντος, τὸν ἐκ τοῦ χώματος ἀναδιδόμενον καπνὸν λανθάνειν παρεσκεύαζον· ὡς πάντας ὑποτοπάζειν τοὺς οὐκ εἰδότας, ἐκ τῶν λαγυνίδων μᾶλλον καὶ οὐχ ἑτέρωθεν τὸν καπνὸν καθεστάναι. Τρίτῃ δ' οὖν ἀπ' ἐκείνης ἡμέρᾳ, ὤφθησαν αἱ γλωσσίδες τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμεναι, καὶ τότε συνῆκαν οἱ ἐν τῷ χώματι τῶν Περσῶν μαχόμενοι, ὅποι κακῶν καθεστήκασιν. Ὁ δὲ Χοσρόης ὥσπερ τῇ θείᾳ δυνάμει ἀντιφερόμενος, τοὺς τῶν ὑδάτων ὀλκοὺς, οἳ πρὸ τῆς πόλεως ἔτυχον ὄντες, κατὰ τῆς πυρᾶς ἀφεὶς, ἐβεννύειν ταύτην ἐπειρᾶτο. Ἡ δὲ μᾶλλον ὡς ἔλαιον ἢ θεῖον, ἤ τι τῶν ἐξάπτειν εἰωθότων, τὸ ὕδωρ δεξαμένη, ἐπὶ μεῖζον ἤρθη μέχρις ἂν τὸ πᾶν κατήγαγεν χῶμα, καὶ τέλεον τὴν ἀγέσταν ἀπετέφρωσε. Τότε δ' οὖν ὁ Χοσρόης ἁπάσαις ταῖς ἐλπίσιν ἀπειρηκὼς, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐγνωκὼς, ὡς πολλὴν ὤφελεν αἰσχύνην, ὑποτοπήσας τοῦ πρὸς ἡμῶν πρεσβευομένου Θεοῦ περιέσεσθαι, ἐπὶ τὰ σφέτερα τὴν ἀποπόρευσιν ἐποιεῖτο ἀκλεῶς.

rum apprehendere. Itaque ad inopiam consilii jam redacti, afferunt divinitus fabricatam imaginem, quam non hominum manus effinxerant, sed Christus Deus ad Agbarum miserat, qui ipsum videre magnopere cupiebat. Hanc cum in fossam quam effoderant importassent, aqua asperserunt : et ex eadem aqua in rogum ac ligna guttas aliquot injecerunt. Statimque divina potentia fidei illorum opitulante, quod prius fieri nullo modo poterat, ad exitum perductum est. Nam continuo ligna flammam concepere, et dicto citius in carbones redacta, eam ad superiora ligna transmisere, igne universa undique depascente. Obsessi vero, postquam fumum in sublime erumpentem viderunt, istud commenti sunt. Parvas quasdam lagenas sulphure ac stupa, aliaque materia ad ignem concipiendum aptissima repletas, in aggerem hostium miserunt. Quæ cum fumum emittere cœpissent, igne scilicet ipsa jactionis vi accenso, id perficiebant, ut fumum ex aggere erumpere ignoraretur. Omnes enim qui ejus rei ignari erant, non aliunde quam ex lagenis illis fumum prodire suspicabantur. Tertio demum post die, flammæ ignis ex terra prodeuntes apparuere. Tunc vero Persæ qui ex aggere pugnabant, **407** senserunt quo in discrimine positi essent. At Chosroes, quasi divinæ potentiæ sese opponens, aquæ ductus omnes qui extra civitatem erant, in rogum derivans, eum restinguere conatus est. Sed rogus aquam vice olei, aut sulphuris, aut alterius materiæ quæ flammam alere solet, admittens, magis magisque incendebatur, quòadusque aggerem universum pessumdedit, et in favillas ac cineres redegit. Tunc igitur Chosroes animum penitus despondens, et experimento ipso intelligens magnum se dedecus retulisse, qui sperasset se Deo quem nos colimus superiorem futurum, cum ignominia in regionem suam reversus est.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Περὶ τοῦ γεγονότος ἐν Σεργίου πόλει θαύματος.

Λελέξεται δὲ καὶ ὃ κατὰ τὴν Σεργίου πολιτῶν (x) ἄλλοτε ὑπὸ Χοσρόου γέγονεν, ἐπεὶ καὶ ἀξιόλογόν ἐστι, καὶ πρέπον ὄντως μνήμῃ ἐς ἀεὶ διασωζομένῃ. Ἐπέστη καὶ ταύτῃ ὁ Χοσρόης, ἐκπολιορκεῖν αὐτὴν ἐπειγόμενος. Ὡς δ' οὖν τῶν τειχῶν ἀπεπειρᾶτο, τὰ περὶ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως πρὸς ἑκατέρων ἐλαλεῖτο· καὶ συμβαίνουσιν ὥς τε τὰ ἱερὰ κειμήλια λύτρα τῇ πόλει γενέσθαι, ἐν οἷς καθειστήκει καὶ σταυρὸς ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ (63) καὶ Θεοδώρας πεμφθείς. Ὡς δ'

CAP. XXVIII.

De miraculo quod factum est Sergiopoli.

Referam nunc id quod ab eodem Chosroe alibi gestum est circa urbem Sergiopolim. Est enim eximium, dignumque prorsus quod sempiternæ hominum memoriæ commendetur. Quippe Chosroes ad hanc quoque urbem accessit, expugnare eam cupiens. Cum igitur incusso ariete muros quatere jam cœpisset, oppidani cum eo colloquium inierunt, servandæ urbis causa. Tandemque inter eos convenit, ut sacra Ecclesiæ vasa pro redemptione

VALESII ANNOTATIONES.

citatur in septima synodo œcumenica, pag. 615 et a Barlaam in lib. *Contra Latinos*. De hac porro imagine non manufacta, quam Christus ad Agbarum misisse dicitur, Vide Gretserum in libro *De imaginibus non manufactis*. Cæterum notandum est, nec ab Eusebio in lib. 1 *Historiæ ecclesiasticæ*, nec a Procopio in obsidione urbis Edessenæ, ullam fieri mentionem imaginis a Christo ad Agbarum regem transmissæ. Solam enim epistolam a Christo ad eum missam esse scribunt per Thaddæum apostolum.

(63) *Σταυρὸς ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ*. De hac cruce

VARIORUM.

(x) *Τὴν Σεργίου πολιτῶν*. Legendum conjunctim Σεργιουπολιτῶν. Vide similem phrasin lib. v, cap. 17, initio. (W. Lowth.) Est autem Sergiopolis urbs Syriæ, in Euphratesia provincia, ad Euphratem fluvium; sic a sancto Sergio cive Romano ibi cum sancto Baccho martyrium passo dicta, Suræ proxima. (Baudrand.) Erat hæc tertia Chosrois in Romanos expeditio, anno 542.

Digitized by Google

urbis darentur; in quibus erat crux, quam Justinianus ac Theodora eo miserant. His ad Chosroem perlatis, sciscitatur Chosroes ex sacerdote et ex Persis qui una cum illo ad eam rem missi fuerant, nihilne amplius superesset. Tum quidam ex iis qui mentiri consueverant, respondit, alios præterea thesauros esse, ab oppidanis, qui pauci admodum erant, occultatos. Porro ex sacris thesauris qui comportabantur, aureum quidem vel argenteum vas nullum relictum fuerat, sed alterius præstantioris materiæ, ac Deo prorsus dicatæ : sanctissimæ scilicet reliquiæ invicti martyris Sergii, in oblonga quadam arca argento cooperta reconditæ. His inductus Chosroes, cum universum exercitum urbi admovisset, repente per omnem ambitum murorum innumerabilis visa est militum multitudo cum clypeis urbem defendentium. Quo conspecto, hi qui a Chosroe missi fuerant, reversi sunt, et numerum et armaturæ genus non sine admiratione referentes. Chosroes vero, postquam iterum sciscitatus paucos admodum in urbe remansisse didicit, eosque aut senes aut parvulos, robustis videlicet omnibus e medio sublatis : hujus miraculi auctorem esse martyrem intellexit. Atque ob id metu perculsus, admiratusque Christianorum fidem in **408** regnum suum reversus est. Aiunt etiam illum sub exitum vitæ, sacro regenerationis lavacro initiatum fuisse.

A οὖν ἀπεκομίσθη ταῦτα, τοῦ ἱερέως ὁ Χοσρόης καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πεμφθέντων Περσῶν ἀνεπυνθάνετο μή τι ἕτερον εἴη. Τῶνδέ τις οὐκ εἰωθότων ἀληθίζεσθαι, φησὶ πρὸς τὸν Χοσρόην καὶ ἕτερα εἶναι κειμήλια ἅπερ πρὸς τῶν πολιτῶν ἀπεκρύβη εὐαρίθμων ὄντων. Ὑπελέλειπτο δὲ χρυσοῦ μὲν ἢ ἀργύρου κειμήλιον τῶν ἐπιφερομένων οὐδὲν, ἑτέρας δὲ προὐργιαιτέρας ὕλης, καὶ Θεῷ καθάπαξ ἀνεχούσης, τὰ πανάγια λείψανα Σεργίου τοῦ ἀθλοφόρου μάρτυρος, ἔν τινι τῶν ἐπιμήκων σορῶν κείμενα ἐξ ἀργύρου ἡμφιεσμένῃ. Ἐπειδὴ δὲ τούτοις πεισθεὶς ὁ Χοσρόης, τῇ πόλει τὸν ὅλον ἐπαφῆκε στρατὸν, ἐξαπίνης ἀνὰ τὸν περίβολον ἀσπὶς ἀνεφάνη μυρία, ὑπερμαχοῦσα τῆς πόλεως· ὅτερ οἱ πεμφθέντες πρὸς Χοσρόου θεασάμενοι ἐπανῆκον, τό τε πλῆθος θαυμαζόντες, τήν τε ἐξόπλισιν B διηγούμενοι. Ὡς δὲ καὶ πάλιν πυθόμενος ἔμαθεν ὁ Χοσρόης ὀλίγους τῇ πόλει κομιδῇ ἐναπομεῖναι, ἐξώρους τε καὶ ἀώρους, τῆς σφριγώσης ἡλικίας ἐκποδὼν γενομένης, ἔγνω τοῦ μάρτυρος εἶναι τὸ θαῦμα· καὶ δείσας, καὶ τὴν Χριστιανῶν πίστιν ἀγάμενος, ἀπῆρε πρὸς τὰ οἰκεῖα. Ὃν καί φασιν ἐν ταῖς τελευταίαις (64), τῆς θείας ἀξιωθῆναι παλιγγενεσίας.

CAP. XXIX.

De pestilenti morbo.

Sed et pestem illam commemorabo quæ iisdem temporibus ingruit, et quæ duobus jam et quinquaginta annis, quod nunquam antea accidisse legitur, grassata est, et universum prope terrarum orbem depasta. Etenim biennio post captam a Persis Antiochiam, pestilens morbus grassari cœpit, aliquatenus quidem similis illi quem describit Thucydides[d], aliquatenus autem dispar. Et initium

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Περὶ τοῦ λοιμικοῦ πάθους.

C

Ἀφηγήσομαι δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς ἐπισκηψάσης νόσου τοῦτο δεύτερον καὶ πεντηκοστὸν ἔτος, μὴ πρότερον ἱστορηθὲν (65), κρατησάσης, καὶ πᾶσαν γῆν ἐπινεμηθείσης. Τῆς γὰρ Ἀντιόχου πρὸς Περσῶν ἁλούσης, ἔτεσιν ὕστερον δύο πάθος ἐπεδήμησε λοιμῶδες, ἐν τισι μὲν συμφερόμενον τῷ ὑπὸ Θουκυδίδου γραφέντι, ἐν τισι δὲ, πολλῷ διαλλάττον. Καὶ ἦρχθη μὲν ἐξ Αἰθιοπίας, ὡς νῦν ἐλέγετο. Τὴν δὲ πᾶ-

[d] Thucyd. l. II, § 48.

VALESII ANNOTATIONES.

aurea quam Chosroes ex Sergiopolitanorum Ecclesia pro redemptionis pretio obtulerat, loquitur Theophylactus Simocatta, in lib. v *Historiæ*, cap. 13, ubi etiam Chosroes, hujus de quo Evagrius loquitur, nepos, diserte testatur crucem illam in honorem Sergii martyris a Justiniano imperatore missam fuisse Sergiopolim, et in Ecclesia sancti Sergii collocatam.

(64) *Ὃν καί φασιν ἐν ταῖς τελευταίαις.* In optimo codice Florentino hæc ad marginem ascripta sunt: Ὅτι φησὶ περὶ Χοσρόου· ὅπερ ἄλλος τις τῶν ἱστορικῶν οὐκ εἶπεν. Id est *Nota Evagrium de Chosroe dicere id, quod nemo alius historiæ Scriptor commemoravit: eum scilicet sub exitum vitæ sacramentum baptismi suscepisse.*

(65) *Μὴ πρότερον ἱστορηθέν.* Addendus videtur articulus postpositivus, hoc modo: ὃ μὴ πρότερον ἱστορηθὲν, etc. Idque confirmat Nicephorus, qui hunc Evagrii locum ita descripsit: Ὅπερ οὔποτ' ἦλθεν εἰς ἀκοὴν, δεύτερον καὶ πεντηκοστὸν ἔτος νεμούσης τὴν γῆν. Nulla certe pestis tandiu grassata esse memoratur. Cœpisse autem traditur hæc lues anno post consulatum Basilii, qui fuit annus Christi 543 [Sic edit. Paris. Scribe tamen 541, eo enim anno consulatum gessit Basilius, ut patet ex sequentibus], ut testantur Victor Tunonensis in *Chronico*, et continuator Marcellini comitis. Victor quidem Tunon. de hac peste ita scribit: *Horum exordia malorum generalis orbis terrarum mortalitas sequitur, et inguinum persecutione major pars populorum necatur.* Continuator autem Marcellini sic habet: *Indictione* 6, *anno secundo post consulatum Basilii, mortalitas magna Italiam devastat, Oriente jam et Illyrico peræque attritis.* Et Victor quidem consentire videtur cum Marcellino, eam pestem anno secundo post consulatum Basilii cœpisse scribens, quemadmodum tradit Marcellinus. Dissentit tamen revera unius anni spatio. Annus enim secundus post consulatum Basilii apud Victorem Tunonensem, idem est ac annus primus post consulatum Basilii, Christi videlicet 542. Quippe Victor Tunonensis annum post consulatum cujuslibet consulis proxime insequentem, perpetuo secundum appellat, non primum; sicut pluribus exemplis probari potest. Porro Evagrius noster Victoris Tunonensis sententiam sequi videtur. Ait enim Evagrius, luem illam cœpisse biennio post captam a Persis Antiochiam. Antiochia vero expugnata est a Persis, Justino juniore consule, anno Natalis Dominici 540, ut scribunt Marcellinus et Marius in *Chronico*. Baronius tamen pestem cœpisse contendit anno Christi 544. [Hæc pestis grassari cœpit anno Christi 541, aut insequenti, juxta computum Ant. Pagii ad ann. 541, p. 6.]

Digitized by Google

σαν ἀμοιβαδὸν περιέδραμεν οἰκουμένην, οὐδένας ἀνθρώπων οἶμαι ἀπειράτους τοῦ νοσήματος καταλελοιπός. Καὶ ἔνιαι μὲν πόλεις ἐπὶ τοσοῦτον κατεσχέθησαν, ἄχρι καὶ τοῦ παντάπασι κενὰς οἰκητόρων γενέσθαι. Ἔστι δὲ οὗ ἐπιλαβόμενον τὸ πάθος, κουφότερον μετῆλθεν. Οὔτε δὲ κατὰ περίοδόν τινα τεταγμένην ἐνέσκηπτεν, οὔτε αὖ ἐπισκῆψαν, ὁμοίως ἀπεχώρει. Ἀλλά τινας μὲν τόπους χειμῶνος ἀρχομένου κατεῖχεν, ἑτέρους δὲ ἦρος διατελοῦντος, ἄλλους θερίζοντος (66), ἐνιαχῆ δὲ καὶ μετοπώρου προϊόντος. Καὶ ἔστιν ἔνθα μέρους πόλεως ἁψάμενον, τῶν γε ἄλλων ἀπήλλακτο μερῶν· καὶ πολλάκις ἦν ἰδεῖν ἐν οὐ νοσούσῃ πόλει, ἐνίας οἰκίας ἐς ὑπερβολὴν φθειρομένας. Ἔστι δὲ οὗ μιᾶς ἢ δύο φθαρεισῶν οἰκιῶν, τὸ λοιπὸν τῆς πόλεως ἀπαθὲς μεμενήκει. Ὡς δέ γε ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐπισκέψαντες κατειλήφαμεν, αἱ ἀπαθεῖς μείνασαι οἰκίαι κατὰ τὸν ἑφεξῆς ἐνιαυτὸν μόναι ἐπεπόνθεσαν. Τὸ δὲ πάντων παραδοξότερον, τοῦτο ἦν, ὅτι εἴ γε συνέβαινε τῶν εἰλημμένων πόλεων οἰκήτορας ἑτέρωθι διάγειν ἔνθα τὸ πάθος οὐκ ἐπέσκηψε, κἀκεῖνοι μόνοι τοῖς παθήμασιν ἡλίσκοντο, οἱ ἐκ τῶν κρατηθεισῶν πόλεων ἐν ταῖς ἀπαθέσι πόλεσι διαιτώμενοι. Καὶ ταῦτα μὲν πολλάκις ἐν ταῖς περιόδοις τῶν κύκλων τῶν καλουμένων ἐπινεμήσεων, ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς ἑτέροις ἐγίνοντο τόποις. Μάλιστα δὲ πανολεθρία σχεδὸν τοῖς ἀνθρώποις ἐπέπιπτεν, ἐν ᾗ δευτέρῳ ἔτει (67) (y) τῆς πεντεκαιδεκαετηρίδος τοῦ κύκλου. Ὡς καὶ ἐμὲ τὸν ταῦτα συγγράψαντα (συνεῖδον γὰρ καὶ τὰ κατ' ἐμὲ παρυφάναι τῇ ἱστορίᾳ, τὰ πρόσφορα τοῖς πρόσφοροις ἁρμόζων) κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν τοῦ τοιούτου πάθους ληφθῆναι τοῖς καλουμένοις βουβῶσιν, ἐς χαμαιδιδασκάλου (68) ἔτι φοιτῶντα· ἀποβαλεῖν δὲ ἐν τοῖς διαφόρως ἐπισκήψασι τοιούτοις πάθεσι, πολλούς τε τῶν ἐξ ἐμοῦ προελθόντων, καὶ γαμετὴν καὶ τῆς λοιπῆς συγγενείας, οἰκέτας τε καὶ χωρίτας (69) παμπόλλους· ὥσπερ τῶν κύκλων τῶν ἐπινεμήσεων τὰς ἐς ἐμὲ συμφορὰς μεριζομένων. Ὅτε δ' οὖν ταῦτα ἔγραφον, ὄγδοον καὶ πεντηκοστὸν τῆς ἡλικίας (70) ἄγων ἔτος, οὐ πρόσω

A quidem sumpsit ex Æthiopia, ut tunc ferebatur : omnem vero terrarum orbem per quasdam vices peragravit, nullos, ut opinor, mortales intactos relinquens. Ac nonnullæ quidem urbes ea calamitate adeo vexatæ sunt, ut incolis penitus vacuæ remanerent. In quibusdam autem locis, quæ occupaverat, levius perstrinxit. Neque vero certa quadam anni tempestate incumbebat hæc lues : nec postquam incubuisset, simili modo recedebat. Sed nonnulla quidem loca initio hiemis occupavit : alia verno tempore : quædam æstate, alia procedente autumno. Et in aliis quidem urbibus, cum aliquas partes attigisset, a reliquis abstinuit. Ac sæpenumero cernere licebat, in urbe quæ non ægrotaret, quasdam familias funditus interire. Alicubi vero, B una aut altera familia consumpta, reliqua civitas intacta remansit. Cæterum ut re attentius considerata observavimus, familiæ illæ quæ intactæ remanserant, sequente anno solæ hanc calamitatem expertæ sunt. Istud vero præ reliquis omnibus singulari admiratione dignum fuit, quod si qui forte cives earum urbium quas pestis illa corripuerat, alibi degerent in locis in quæ lues illa minime incubuerat, soli hoc morbo corripiebantur illi, qui ex urbibus pestilentia infectis oriundi, in intactis civitatibus morabantur. Et hæc quidem sæpe tum in urbibus, tum aliis in locis eveniebant, labentibus circulis quos vulgo indictiones appellant. **409** Præcipue tamen anno secundo uniuscujusque indictionis, exitialis pernicies generi humano incumbebat. C Adeo ut me quoque qui ista scribo (visum enim est ea quoque quæ ad me spectant, huic historiæ intexere, congrua locis congruis inserendo), me, inquam, dum grammaticorum scholas adhuc frequentarem sub pestis illius exordium, lues inguinaria corripuerit : et in morbis illis qui diverso tempore incubuerunt, tum multos ex liberis meis, tum uxorem et cognatos complures amiserim, servos item et rusticos quamplurimos : indictionum

VALESII ANNOTATIONES.

(66) Ἄλλους θερίζοντος. Scribendum puto ἄλλους θέρους ὄντος, quemadmodum legitur apud Nicephorum in cap. 18 lib. XVII.

(67) Ἐν ᾗ δευτέρῳ ἔτει. Assentior viris doctis, qui emendarunt ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει, quemadmodum legitur apud Nicephorum. Ita certe Savilius in margine sui codicis emendavit, et hanc notam adjicit, *anno Christi* 539. Putavit scilicet Savilius, Evagrium his verbis significare pestem illam præcipue grassatam esse indictione secunda. Verum Evagrius id non dicit, neque enim pestis illa adhuc grassari cœperat anno Christi 539. Id ergo tantum dicit Evagrius, anno secundo cujusque indictionis pestem illam gravius solito incubuisse.

(68) Ἐς χαμαιδιδασκάλους. In optimis codicibus Florent. et Tell. scriptum inveni ἐς χαμαιδιδασκάλου ἔτι φοιτῶντα· quod est elegantius. Et sic loquitur Evagrius supra in cap. 26 hujus libri, ubi se scholam grammaticorum frequentasse scribit eo tempore, quo Antiochia a Chosroe expugnata est, id est anno Christi 540.

(69) Οἰκέτας τε καὶ χωρίτας. Id est, *servos et colonos;* χωρῖται enim sunt rustici, seu coloni, qui D etiam χωρικοὶ dicuntur, ut notavi ad cap. 40 lib. VI *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii. Sic certe Theophanes in *Chronico*, pag. 139, de Dioscori junioris electione loquens : Ἀνεχώρησαν, inquit, τὰ πλήθη τῶν χωρικῶν. Ubi Anastasius Bibliothecarius recte vertit, *multitudinem rusticorum.*

(70) Ὄγδοον καὶ πεντηκοστὸν τῆς ἡλικίας. Ex hoc loco natalis Evagrii facile deprehendi potest. Nam cum in hujus capitis exordio dixerit, tunc cum ista scriberet, pestis illius annum fuisse secundum et quinquagesimum : nunc vero asserit se, dum hæc scriberet, annum ætatis egisse octavum et quinquagesimum, necessario conficitur illum in lucem editum fuisse sex annis ante pestis hujus exordium. Porro pestis illa exorta est anno post consulatum Basilii, seu duobus annis post excidium urbis Antiochiæ, ut supra dixit Evagrius. Natus est igitur Evagrius anno Christi 536, aut 537.

VARIORUM.

(y) Ἐν ᾗ δευτέρῳ ἔτει. Lege ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει. (W. Lowth.)

Digitized by Google

circulis calamitates meas inter se quodammodo partientibus. Quo igitur tempore ista scribebam, annum agens ætatis octavum et quinquagesimum, ante hos duos annos, cum Antiochiam hic morbus quater jam invasisset : quatuor si quidem indictionum circuli ab exordio hujus mali præterierant : præter superius a me commemoratos, filiam quoque amiseram, et nepotem ex ea prognatum. Porro lues illa ex diversis morbis conflata erat. Nam in nonnullis, a capite exorsa, oculos sanguinolentos et vultum tumidum efficiebat. Deinde in guttur descendens, quemcunque corripuisset, e medio tollebat. Aliis profluvium ventris contingebat. Quibusdam abscessus in inguine exorti, et graves inde febres accessere, et intra biduum fere aut triduum moriebantur, mente ac corpore perinde firmi, ac si nihil mali passi essent. Alii mente capti animam exhalabant. Carbunculi quoque ex corpore erumpentes, multis vitam ademere. Sed et nonnulli, cum semel atque iterum hoc morbo correpti evasissent, postea eadem ægritudine tentati occubuere. Modus vero contrahendi morbi multiplex fuit, et rationem omnem superans. Alii enim eo solum quod simul versati essent, aut in iisdem ædibus manerent, interierunt. Nonnulli cum attigissent tantum, aut in domum ingressi essent. Quidam **410** in medio foro eam labem contrahebant. Nonnulli cum ex urbibus ea labe infectis aufugissent, ipsi quidem intacti remanserunt, aliis vero qui sani erant, morbum intulere. Quidam licet cum multis eo morbo laborantibus mansissent, nec ægros solum, verum etiam mortuos tetigissent, nullum tamen morbum contraxere. Alii cum propter liberorum ac necessariorum suorum internecionem modis omnibus studerent ut ipsi quoque exstinguerentur, atque idcirco cum ægris assidue versarentur : tamen, morbo voluntati eorum quodammodo reluctante, nullatenus correpti sunt. Cæterum lues ista

A τούτων δύο χρόνων (71) (z), ἡ τετράκις ἐπισκήψαντος τοῦ πάθους ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου, ἐπεὶ τέταρτος ἀπ' ἀρχῆς διῆλθε κύκλος (72), ἀπέβαλον θυγατέρα, τῶν προτέρων ἄνευ, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς προελθόντα. Τὸ δὲ πάθος ἐκ διαφόρων νοσημάτων συνέκειτο. Ἐνίοις μὲν γὰρ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἀρχόμενον, καὶ ὀφθαλμοὺς αἱματώδεις, καὶ οἰδαίνον πρόσωπον ἀπεργαζόμενον, ἐς τὸν λαιμὸν κατῄει, καὶ τὸν ἁλισκόμενον ἐξ ἀνθρώπων ἀπέπεμπεν. Ἄλλοις ῥύσις γαστρὸς ἐγίνετο. Τισὶ δὲ βουβῶνες ἐπανίσταντο, πυρεττοί τε ἔνθεν ἐξαίσιοι· καὶ διήμεροι, ἢ τριταῖοι ἔθνησκον, ἴσα τοῖς μηδὲν πεπονθόσι φρονοῦντές τε καὶ τὸ σῶμα συγκείμενοι. Ἕτεροι παράφοροι γινόμενοι, τὸν βίον ἀπετίθεσαν· καὶ ἄνθρακες δὲ ἐξαλλόμενοι, τοὺς ἀνθρώπους ἠφάνιζον. Ἔστι δὲ οὗ καὶ
B ἅπαξ καὶ δίς τινες κρατηθέντες καὶ διαφυγόντες, αὖθις κρατηθέντες ἀπώλλυντο. Καὶ τὰ ἐς τὰς μεταλήψεις δὲ διάφορα, καὶ λόγον ὑπερβαίνοντα. Οἱ μὲν γὰρ τῷ συνεῖναι μόνον καὶ συνδιαιτᾶσθαι ἐφθείροντο· οἱ δὲ καὶ προσαψάμενοι μόνον· οἱ δὲ, καὶ εἴσω τοῦ οἰκήματος γενόμενοι· ἄλλοι δὲ κατὰ ἀγοράν. Ἔνιοι δὲ ἐκ νοσουσῶν πόλεων πεφευγότες, ἀπαθεῖς μεμενήκασι, τοῖς οὐ νοσοῦσι τῆς νόσου μεταδόντες. Οἱ δὲ τὸ παράπαν οὐχ ἥλωσαν· πολλοῖς δὲ [10] συνδιαιτηθέντες νοσοῦσι, καὶ πολλῶν οὐ νοσούντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τετελευτηκότων προσαψάμενοι· οἱ δὲ, καὶ σπουδὴν ὅπως ἀπώλλυντο διὰ τὴν παίδων ἢ οἰκιῶν πανολεθρίαν ποιούμενοι, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα ἐναλινδηθέντες τοῖς νοσοῦσιν, ὅμως ὥσπερ ἀνταγωνιζο-
C μένου τοῦ πάθους πρὸς τὴν βουλὴν, οὐκ ἐκρατήσαν. Ἐνεμήθη τοίνυν, ὥς μοι λέλεκται, μέχρι τοῦ δεῦρο, δύο καὶ πεντήκοντα χρόνους τοῦτο τὸ πάθος, ἅπαντα τὰ πρώην νικήσαν. Φιλόστρατος γὰρ θαυμάζει (73) ὅτιγε πεντεκαίδεκα ὁ κατ' αὐτὸν ἐκράτησε λοιμός. Καὶ τὰ ἐξῆς δὲ ἄδηλα, ἐκεῖσε ἰόντα, οὗ ὁ Θεὸς εὐδοκήσει, ὁ καὶ τὰς αἰτίας ἐξεπιστάμενος, καὶ ποῖ φέρονται. Ἐγὼ δὲ ὅθεν ἐξέβην ἐπάνειμι, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν Ἰουστινιανοῦ φράσω.

VARIÆ LECTIONES.

[10] C. C. πολλοῖς τε.

VALESII ANNOTATIONES.

(71) *Οὐ πρόσω τούτων δύο χρόνων*. Id est, *Duobus his postremis annis nondum elapsis*. Quod non monerem, nisi utrumque interpretem in hujus loci versione lapsum esse animadvertissem. Nam Musculus quidem ita vertit : *Cum autem ista scriberem, et annum ætatis quinquagesimum octavum agerem, et duo ista temporis spatia nondum* D *elapsa essent*, etc. Christophorsonus vero ita interpretatur : *Cum autem ista scriberem, quinquagesimo octavo anno scilicet ætatis, non biennio ante, etc.* Melius dixisset, *Intra hoc postremum biennium*.

(72) *Τέταρτος ἀπ' ἀρχῆς διῆλθε κύκλος*. Hæc sic intelligenda sunt, non quasi quatuor solidæ indictiones transactæ fuerint a pestis illius exordio, ad eum annum quo ista scribebat Evagrius. Quatuor enim indictiones solidæ annos efficiunt sexaginta. Atqui supra dixit Evagrius, tunc cum ista scriberet, annum fuisse pestilentiæ illius secundum et quinquagesimum. Non igitur de indictionibus solidis accipienda sunt hæc verba. Nam pestilentia grassari cœpit in Oriente, indictione quinta, anno post consulatum Basilii, qui fuit annus Christi 540. [Hic iterum in numeris peccavit edit. Paris.; quippe exarandum erat 542, ut patet ibid.] A quo si quinquaginta et duos annos ordine numeraveris, fiet annus Christi 594.

(73) *Φιλόστρατος δὲ θαυμάζει*. In codicibus Florentino et Telleriano scribitur : Φιλόστρατος γὰρ θαυμάζει, quod tamen non probo. Quisnam autem sit hic Philostratus de quo loquitur Evagrius, et ubinam istud scripserit, incertum est. Philostratus Atheniensis historicus memoratur a Georgio Syncello in *Chronico*, anno primo imperii Aureliani.

VARIORUM.

(z) *Οὐ πρόσω δύο χρόνων*. Recte Valesius *annos* vertit ; uti vox sumitur infra in hoc capite ; et lib. v, cap. 12, 13 ; vi, cap. 23 ; ita vox Chaldaica עדין annos significat. Dan. iv, 16 ; vii, 25. (W. Lowth.)

Digitized by Google

per duos et quinquaginta annos, ut jam dixi, ad hoc usque tempus grassata est, cunctas quæ prius grassatæ sunt lues supergressa. Nam Philostratus quidem miratur, quod sua ætate pestis quindecim annis grassata sit. Quænam autem posthæc eventura sint, incertum est, cum eo ferantur quo visum fuerit Deo, qui et causas rerum et eventus cognovit. Ego vero illuc unde digressus sum revertar, et reliquas res gestas Justiniani commemorabo.

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Περὶ τῆς φιλοχρηματίας, καὶ ἀπληστίας Ἰουστινιανοῦ.

Ὁ Ἰουστινιανὸς ἦν μὲν χρημάτων ἄπληστος, καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὕτως ἐκτόπως ἐραστής, ὡς καὶ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου πιπράσκειν τοῖς τε τὰς ἀρχὰς ἐπιτροπεύουσι, τοῖς τε τοὺς φόρους ἐκλέγουσι, καὶ τοῖς ὅσοι ἀπ' οὐδεμιᾶς αἰτίας ῥάπτειν ἐπιβουλὰς τοῖς ἀνθρώποις ἐθέλουσι. Πολλοὺς δὲ καὶ ἀναρίθμους τῶν τὰ πολλὰ κεκτημένων, προφάσεις ἀπροφασίστους ἐπιχρώσας, τὰς οὐσίας ἁπάσας ἐζημίωσεν. Ἦν δὲ καὶ γυνὴ ἑταιριζομένη ἐποφθαλμιῶσάν τῳ, ὁμιλίαν τινὰ ἢ μίξιν ἀνέπλασεν, εὐθὺς ἅπαντα φροῦδα τὰ τῶν νόμων καθίστατο, καὶ τὸν Ἰουστινιανὸν προσεταιρισαμένη τοῦ ἀτόπου κέρδους, ὅλον τὸν πλοῦτον τοῦ συκοφαντηθέντος, οἴκοι μετεσκευάσατο. Καὶ ἀφειδὴς δὲ χρημάτων ὑπῆρχεν· ὥστε καὶ πολλοὺς ἁγίους, καὶ ἐκασταχοῦ ναοὺς μεγαλοπρεπεῖς (74) ἀναστῆσαι, ἄλλους τε εὐαγεῖς οἴκους ἐς ἐπιμέλειαν ἀνδρῶν τε καὶ γυναίων ἀώρων τε καὶ ἐξώρων, καὶ τῶν ὑπὸ νοσημάτων ποικίλων ἐνοχλουμένων· συντάξεις τε μεγάλας ἀποκληρῶσαι, ὅθεν δέοι ταῦτα γίνεσθαι· πρᾶξαί τε καὶ ἄλλα μυρία εὐσεβῆ καὶ Θεῷ ἀρέσκοντα, εἴπερ ἐξ οἰκείων δρῷεν οἱ τούτων ἐργάται, καὶ καθαρὰς τὰς σφῶν πράξεις καρποφορεῖεν.

A

CAP. XXX.

De inexplebili avaritia Justiniani.

Fuit quidem Justinianus inexplebilis avaritiæ, et alieni usque adeo appetens, ut universas provincias imperii Romani accepta pecunia venderet magistratibus, et tributorum exactoribus, et iis qui absque ulla causa insidias hominibus struere solent. Multos præterea, ac pæne innumerabiles qui opibus affluebant, concinnatis calumniis omni patrimonio spoliavit. Quod si quæ mulier corpore quæstum faciens, consuetudinem aut stuprum alicui falso objecisset, bonis ejus inhians, statim leges omnes ac jura violabantur, et modo Justinianum turpis lucri participem ascivisset, universas B opes ejus qui calumnia appetitus fuerat, in domum suam transferebat. Idem tamen in expendenda pecunia admodum largus fuit : adeo ut multas sacras ædes et magnificas passim ecclesias ædificaret. Multas præterea religiosas domos ad curandos viros ac mulieres, tam senes, quam parvulos, et eos qui variis morbis conflictabantur, exstruxit : nec mediocres reditus ad eam rem deputavit. Innumera quoque alia gessit admodum pia, Deoque accepta, dummodo ii qui hæc agunt, ex propriis facultatibus ea opera perficiant, et actus suos puros, tanquam sacrificium, offerant Deo.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Περὶ τοῦ μεγάλου ναοῦ τῆς Ἁγίας Σοφίας, καὶ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων.

Ἀνέστησε δὲ καὶ κατὰ τὴν Κωνσταντίνου, πολλοὺς μὲν ἐς κάλλος ἐξησκημένους τῷ Θείῳ καὶ τοῖς ἁγίοις σηκούς. Ἐδομήσατο δὲ μέγα τι καὶ ἀπαράβλητον χρῆμα, οὐχ ἱστορηθὲν πώποτε, τὸν μέγιστον τῆς ἐκκλησίας νηὸν (a), εὐπρεπῆ τε καὶ ἔξοχον, καὶ λόγου δύναμιν ἐκβαίνοντα. Καὶ πειράσομαι δὲ ὡς ἂν οἷός τε ὦ, χωρογραφῆσαι τὸ τέμενος. Θόλος ἐστὶν ὁ τῶν ἀνακτόρων νηὸς, τέτταρσι μετεωριζομένη ψαλίσιν, ἐς τοσοῦτον ὕψος ἐπαιρομένη, ὡς ἐνερθε μὲν τοῖς ἀτενίζουσι δυσέφικτον εἶναι τοῦ ἡμισφαιρίου τὴν ἀποπεράτωσιν· ὑπερθε δὲ τοὺς γινομένους μη-

411

CAP. XXXI.

De magna ecclesia Sanctæ Sophiæ, et Sanctorum Apostolorum.

C

Idem Constantinopoli, cum alias sacras ædes miræ pulchritudinis in honorem Dei ac sanctorum construxit : tum magnum illud et incomparabile opus, cujusmodi nullum unquam fuisse memoratur : maximam scilicet ecclesiam Sanctæ Sophiæ, decoram ac præcellentem, et quæ vim dicendi omnem longe superat. Ejus tamen singulas partes, quoad possum, describere conabor. Ædes sanctuarii, testudo est quatuor fornicibus in sublime erecta : in tantam altitudinem sublata, ut ex inferiore quidem loco aspicientes, hemisphærii fastigium difficile pos-

VALESII ANNOTATIONES.

(74) *Καὶ ἐκασταχοῦ ναοὺς μεγαλοπρεπεῖς.* Henricus Savilius particulam καί in suo codice expunxit. Eam tamen hic retinendam esse censeo, transpositis tantum vocabulis hoc modo: Ὥστε καὶ πολλοὺς ἁγίους καὶ μεγαλοπρεπεῖς ἐκασταχοῦ ναοὺς ἀναστῆσαι.

VARIORUM.

(a) *Τῆς ἐκκλησίας νηόν.* Interpres legisse videtur τῆς Ἁγίας Σοφίας ναόν. Hujus ecclesiæ ædificatio ad ann. 532 referenda est. Nimirum in seditione ab Hypatio, Pompeio et Probo adversus Justinianum isto anno concitata (de qua vid. supra c. 13) Ecclesia Major incendio absumpta est. Novam itaque et longe ampliorem ædificavit Justinianus, et sanctæ Sophiæ dedicavit, anno 537, mense Decembri, cum sex fere anni intercessissent D inter prioris ecclesiæ conflagrationem, et novæ dedicationem. Vid Ant. Pagi ad ann. 532, n. 7, et ad ann. 537, n. 5. (W. Lowth.) Hujus ecclesiæ nominis rationem reddit Paulus Diaconus lib. xviii, initio, his verbis: « Exstruxit idem princeps intra Constantinopolim urbem ipsi Domino, qui est *Sapientia* Dei Patris, templum, quod Græco vocabulo Ἁγίαν Σοφίαν, id est, *Sanctam Sapientiam* nominavit.

Digitized by Google

sint cernere. In superiori autem loco constituti, quantumvis audaces sint, nunquam despicere conentur, et usque ad solum oculos demittere. Fornices autem vacui a solo usque ad culmen tecti eriguntur. In dextro autem ac sinistro latere ex adverso fornicum positæ sunt columnæ, ex lapide Thessalico fabricatæ : et solaria sustinent, quæ aliis item similibus columnis suffulta, iis qui mysteria spectare voluerint, ex sublimi conspiciendi copiam faciunt. Ex hoc etiam loco Augusta diebus festis sacrorum mysteriorum solemnitati interesse solet. Quæ vero ad ortum et occasum solis sunt sitæ, ita relictæ sunt, ut nihil sit quod tantæ magnitudinis admirationem impediat. Supradictorum autem solariorum porticus, inferius columnis ac parvis arcubus tantum opus absolvunt. Porro ut manifestius fiat hujus fabricæ miraculum, mensuram quoque hic inferre constitui longitudinis et latitudinis atque altitudinis ; arcuum item tum vacua intervalla, tum **412** sublimitatem. Mensura igitur sic se habet : Longitudo quidem a porta quæ est e regione sacræ conchæ, quo in loco incruentum offertur sacrificium, ad ipsam usque concham, est pedum centum et nonaginta : latitudo vero a septentrione ad meridiem, pedum centum et quindecim. Altitudo a

A δαμὴ πειρᾶσθαι, εἰ καὶ μάλα τολμητής τις εἴη, ὑπερκύπτειν καὶ ἐς τὸν πυθμένα τὰς ὄψεις παραπέμπειν. Αἱ δὲ ψαλίδες κεναὶ (75) ἐξ ἐδάφους μέχρι τῆς καλύπτρας τῆς ὀροφῆς ἐπαίρονται. Ἐν δεξιῷ δὲ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον κίονες αὐτοῖς παρατετάχαται (76) ἐκ Θεσσάλου λίθου πεποιημένοι. Ὑπερῷά τε μετεωρίζουσιν (77) ἑτέροις παραπλησίοις κίοσι, προκύπτειν τοῖς βουλομένοις διδόντες ἐς τὰ τελούμενα· ὅθεν καὶ ἡ βασιλὶς παροῦσα ταῖς ἑορταῖς τῇ ἱερουργίᾳ τῶν μυστηρίων ἐφίσταται. Οἱ δὲ πρὸς ἀνίσχοντα καὶ δυόμενον ἥλιον οὕτως ἀφείθησαν (78), οὐδενὸς ἐμποδὼν τῷ θαύματι τοῦ τηλικούτου μεγέθους γενομένου. Στοαὶ δὲ τῶν λελεγμένων ὑπερῴων ἔνερθε κίοσι καὶ ψαλίσι μικραῖς, τοσοῦτον ἔργον ἀποπερατοῦσαι· ὡς ἂν δὲ καὶ τὸ θαῦμα τῆς οἰκοδομίας τρα-

B νώτερον ᾖ, καὶ τοὺς πόδας συνεῖδον ἐνθεῖναι, τοῦ τε εὔρους, τοῦ τε ὕψους, καὶ τῶν ψαλίδων, τό τε διάκενον, τό τε ὕψος, ἔχοντας ὧδε. Ἔστι μὲν οὖν τὸ μῆκος (*b*) ἐκ τῆς καταντικρὺ θύρας τῆς ἱερᾶς κόγχης, ἔνθα τὰ τῆς ἀναιμάκτου καλλιερεῖται θυσίας, μέχρις αὐτῆς, ποδῶν ρλ'. Τὸ δέ γε εὖρος κατὰ βορρᾶν καὶ νότον, ποδῶν ριε'. Τὸ δὲ βάθος ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ ἡμισφαιρίου μέχρις ἐδάφους ποδῶν ρπ'. Καὶ τῶν ψαλίδων, τὸ μὲν ἑκάστης εὖρος ποδῶν (*c*). Τὸ δέ γε μῆκος ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς δύσιν πόδες σξ'. Τὸ

VALESII ANNOTATIONES.

(75) *Αἱ δὲ ψαλίδες κεναί.* Quæret hic fortasse aliquis, quid sibi velit vox κεναί. Ait enim Evagrius, arcus seu fornaces vacuos a solo usque ad culmen surgere. Igitur hoc loco intelligere debemus apertos, nullis columnis suffultos. Procopius lib. I *De ædificiis*, id de duobus duntaxat arcubus C testatur : Τῶν δὲ ἀψίδων αἱ μὲν δύο κατὰ κενοῦ τοῦ ἀέρος ἐπανεστήκασι πρὸς ἀνίσχοντά τε καὶ δύοντά που τὸν ἥλιον.

(76) *Αὐτοῖς παρατετάχαται.* Hunc locum pessime verterunt interpretes. Musculus quidem ita vertit : *In dextro latere ad sinistram ordinatæ sunt in illis columnæ*, etc. Christophorsonus vero interpretatur hoc modo : *In dextro latere sunt homini ingredienti ad lævam columnæ ordine locatæ*, etc. Fraudi scilicet illis fuit unius conjunctionis omissio, quam nos ex ms. codice Florentino supplevimus hoc modo : Ἐν δεξιῷ δὲ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον, etc., etc. Superest nunc ut exponamus quid sibi velint verba illa quæ proxime sequuntur, παρατετάχαται αὐτοῖς κίονες. Ipse igitur sui interpres erit Evagrius, qui in lib. I, cap. 14, Ecclesiam Symeoni Stylitæ sacram describens, eam ex quatuor porticibus constare dicit, additque : Παρατετάχαται δὲ ταῖς στοαῖς κίονες, etc. Id est. *Juxta* D *porticus, columnæ ordine positæ sunt.* Quare hoc loco pro αὐτοῖς libentius legerem αὐταῖς, subaudiendo scilicet ψαλίσι.

(77) *Ὑπερῷά τε μετεωρίζουσι.* Hæc cœnacula mulieribus destinata erant, ut seorsum in his consistentes, missarum solemnia spectare possent, ut scribit Paulus Silentiarius in descriptione Sanctæ Sophiæ, qui et cœnacula illa, sive solaria, senis columnis ex marmore Thessalico suffulta fuisse dicit ; cum tamen subtus binæ duntaxat essent, quæ solaria sustinebant, pag. 110. Θηλυτέρων ὑπερῷα vocat Paulus, perinde ac Evagrius noster hoc loco, et Procopius in lib. I, ubi hoc Sanctæ Sophiæ templum describit : quanquam Procopius porticus potius appellat.

(78) *Οὕτως ἀφείθησαν.* His verbis designat Evagrius discrimen quod erat inter columnas ecclesiæ Sanctæ Sophiæ. Ait enim columnas quidem quæ erant ad dextrum et ad sinistrum latus ecclesiæ, id est ad septentrionem et ad meridiem, habuisse solaria, sive tabulata ipsis imposita, e quibus fideles sacra mysteria quæ in altari celebrabantur, prospicere poterant. Columnæ vero quæ ad ortum et ad occasum solis erant sitæ, nullum solarium sustinebant ; sed relictæ erant nudæ. Hæc ideo fusius exponenda existimavi, quod interpretes nihil hic vidisse animadverti, ac præcipue Christophorsonum.

VARIORUM.

(*b*) *Ἔστι μὲν οὖν τὸ μῆκος.* Verendum est ne Evagrii codices in ædis longitudine et latitudine recensenda mendosi sint, cum utraque longe aliam fuisse constet ex Gyllio diligenti admodum scriptore, cui longe potior fides habenda. *Longitudinem*, inquit ille, *ab oriente ad occasum ipse metiri ausus non sum, sed metiendam curavi per hominem Turcum, qui mihi retulit longitudinem templi esse ducentorum et quadraginta pedum.* Idem latitudinem a meridie ad septentrionem, ex Turci relatione ducentorum et tredecim pedum esse scribit. Belmontius vero a testitudine ædis ad pavimentum, altitudinem esse ait 144 brachiorum, id est 288 pedum fuerit. Evagrius altitudinem tantum a centro hemisphærii refert, quæ parum ab aliorum calculis abhorret. (Ducangius in *CPoli Christiana*, lib. III, ubi habetur accurata hujus templi descriptio.)

(*c*) *Εὖρος ποδῶν.* Nullus ex Græcis codicibus numerum aliquem hic exhibet. Curterius autem, Grynæus, Christophorsonus, et Mericus Hanmerus in suis versionibus numerum *sexaginta sex* expresserunt, quem unde hauserunt, mihi incompertum est. (Matt. Shorting.)

Digitized by Google

δὲ πλάτος τοῦ ἐμφώτου (79) αὐτῶν ποδῶν οε'. Εἰσὶ δὲ καὶ πρὸς δυόμενον ἥλιον ἐκπρεπεῖς ἕτεραι στοαὶ δύο, καὶ πάντοθεν ὑπαίθριοι αὐλαὶ ἐς κάλλος ἐξησκημέναι. Εἴργαστο δὲ αὐτῷ καὶ ὁ τῶν Θεσπεσίων Ἀποστόλων ναὸς, οὐκ ἐθέλων ἑτέρῳ τὰ πρωτεῖα διδόναι· ἐν ᾧ οἵ τε βασιλεῖς, οἵ τε ἱερωμένοι (80), τῆς νενομισμένης ταφῆς τυγχάνουσι. Περὶ μὲν οὖν τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἀμωσγέπως εἰπεῖν τοιαῦτα.

A centro hemisphærii usque ad solum, pedum centum et octoginta. Arcuum vero singulorum latitudo quidem est pedum.... longitudo vero ab ortu solis ad occasum pedes continet ducentos et sexaginta. Latitudo vero illuminationis eorum habet pedes septuaginta quinque. Sunt præterea ad occasum solis porticus duæ admodum venustæ, et atria undique miræ pulchritudinis. Exstructum est ab eodem Justiniano templum Sanctorum Apostolorum, quod nulli alteri templo facile concedat : in quo imperatores ac sacerdotes sepeliri mos est. Ac de his quidem rebus hæc omnino dicta sint.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Περὶ τῆς ἐν τῷ κυανῷ χρώματι τοῦ βασιλέως μανίας μᾶλλον ἢ φιλίας.

Ὑπῆν δὲ καὶ ἕτερον (81) τῷ Ἰουστινιανῷ, πᾶσαν θηριώδη γνώμην ἐκβαῖνον, εἴτε δὲ φύσεως ἁμαρτίᾳ, εἴτε δειλίας τε καὶ φόβου [11], οὐκ ἔχω λέγειν, ἐκ τῆς δημώδους στάσεως τοῦ Νίκα (*d*) τὴν ἀρχὴν ἕλκον. Ἐδόκει γὰρ θατέρῳ τῶν μερῶν (*e*), τῶν Κυανέων, φημὶ [12], ἀτεχνῶς προσκεκλῖσθαι ἐς τοσοῦτον, ὥστε καὶ μιαιφονίας αὐτοὺς ἐν μέσῃ ἡμέρᾳ καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐργάζεσθαι τῶν ἀπεναντίας καὶ μὴ μόνον ποινὰς μὴ δεδιέναι, ἀλλὰ καὶ γερῶν ἀξιοῦσθαι, ὡς πολλοὺς ἀνδροφόνους ἐντεῦθεν γενέσθαι. Ἐξῆν δὲ αὐτοῖς, καὶ τοῖς οἴκοις ἐπιέναι, καὶ τὰ ἐναποκείμενα κειμήλια ληΐζεσθαι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰς σφῶν πιπράσκειν σωτηρίας. Καὶ ἦν τις τῶν ἀρχόντων εἴργειν ἐπειράθη, περὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ἐκινδύνευεν. Ὅθεν ἀμέλει εἴς τις τὴν Ἑῴαν ἐπιτροπεύων ἀρχὴν, ἐπεὶ ἑνίους τῶν νεωτεριζόντων νεύροις ἐσωφρόνισεν, ἀνὰ τὸ μεσαίτατον τῆς πόλεως, νεύροις ἠκίσθη τε καὶ περιηνέχθη. Καλλίνικος δὲ τῶν Κιλίκων ἡγούμενος δύο ἀνδροφόνω Κίλικε Παῦλον καὶ Φαυστῖνον ἐπελθόντε οἱ, καὶ διαχρήσασθαι βουλομένω, ἐπεὶ ταῖς ἐκ νόμων ποιναῖς ὑπέθηκεν, ἀνεσκολοπίσθη, ποινὴν ὑπὲρ ὀρθῆς συνέσεως καὶ τῶν νόμων, ταύτην καταβλών [13]. Ἐντεῦθεν οἱ θατέρου

CAP. XXXII.

De Justiniani furore potius quam benevolentia erga factionem Venetianorum.

Fuit etiam aliud quidpiam in Justiniano, omnem belluarum immanitatem excedens. Quod utrum ex naturæ vitio, an ex ignavia ac formidine profectum sit, equidem nequeo dicere. Initium autem sumpsit ex populari seditione cui cognomen inditum fuit νίκα. Adeo enim impense favere visus est alteri factioni, Venetianorum scilicet, ut Venetiani ipsa meridie, in media civitate, adversæ factionis homines interficerent, ac non modo nullum supplicium metuerent, verum etiam præmia consequerentur. Atque hinc factum est ut multi exsisterent homicidæ. Porro licebat illis etiam in domos irrumpere, et opes in illis reconditas deprædari, et miseris hominibus suam salutem pretio vendere. Quod si ex magistratibus **413** quispiam eos coercere tentasset, de suo ipsius capite periclitabatur. Quidam certe qui comes erat Orientis, cum aliquot[] seditiosos nervis cædi jussisset, ipse in media urbe nervis cæsus ac circumductus est. Callinicus præterea rector Ciliciæ, propterea quod duos homicidas Cilicas, Paulum ac Faustinum, qui in ipsum irruerant et interficere ipsum conati fuerant, ex præscripto legum capitali supplicio affecisset, in crucem

VARIÆ LECTIONES.

[11] καὶ φόβων ἔγγονον. [12] τῷ κυανέῳ φημί. [13] καταλαβών.

VALESII ANNOTATIONES.

(79) *Πλάτος τοῦ ἐμφώτου.* Vide, si placet, descriptionem Ecclesiæ Sanctæ Sophiæ, quam nuper in lucem edidit Franciscus Combefisius, vir de litteris optime meritus, pag. 254. Describit has fenestras Paulus Silentiarius in *Ecphrasi* quam nuper edidit vir doctissimus Carolus de Praxino, et Procopius in lib. I *De ædificiis.*

(80) *Οἵ τε ἱερωμένοι.* Idem scribit Sozomenus in fine lib. II *Historiæ ecclesiasticæ.* Sed quod notandum est, neuter eorum, nec Evagrius, nec Sozomenus, episcopis Constantinopolitanis id peculiare fuisse dicunt, ut in Apostolorum æde, quemadmodum imperatores, sepelirentur, sed generaliter loquuntur de episcopis. Sane Nicephorus in lib. VIII, cap. ult. diserte testatur, non solos Constantinopolitanos, verum alios quoque episcopos, qui sanctitate vitæ præ cæteris emicuissent, illic conditos fuisse. Sæpe enim eveniebat, ut episcopi, vel ab imperatoribus evocati, vel ob necessitates ecclesiasticas ad urbem regiam profecti, ibi fato fungerentur. Sic temporibus Anastasii Alcissus et Gajanus apud Byzantium mortui, unoque sepulcro conditi memorantur in *Chronico* Marcellini.

(81) *Εἰπεῖν δὲ δεῖ καὶ ἕτερον.* In editione Roberti Stephani deest verbum δεῖ, quod typographi Genovenses ex Christophorsoni, aliorumve conjectura perperam suppleverunt. Ego vero ex codicibus Florentino et Telleriano hunc locum ita emendavi: Ὑπῆν δὲ καὶ ἕτερον, etc., quam emendationem confirmat Nicephorus. Pro his enim Evagrii verbis hæc substituit : Ἔν δέ τι προσῆν αὐτῷ.

VARIORUM.

(*d*) *Τοῦ Νίκα.* Vide supra, cap. 13 hujus libri. (W. Lowth.)

(*e*) *Θατέρῳ τῶν μερῶν.* Quaternas circensium aurigarum olim fuisse factiones, scil. Prasinam, Venetam, Albatam et Rusatam, notissimum est.

Digitized by Google

actus est, has pœnas referens ob recte consulta, et ob leges servatas. Hinc factum est ut Prasiniani, relicta patria sua, cum a nullo mortalium susciperentur, sed velut piaculum quoddam undequaque abigerentur, victoribus insidias struerent, rapinasque ac cædes perpetrarent : et cuncta immaturis mortibus ac direptionibus, et hujusmodi scelleribus complerentur. Interdum tamen in contrariam sententiam versus, Venetianos occidit, legum vindictæ subjiciens eos, quibus antea more barbarico per singulas urbes grassandi potestatem dederat. Verum ad ista singillatim referenda, nec tempus, nec sermo ullus suffecerit. Hæc tamen quæ commemoravi sufficiunt ut conjectura fiat de reliquis.

A μέρους τὰ οἰκεῖα πεφευγότες, καὶ πρὸς οὐδένων ἀνθρώπων δεξιούμενοι, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄγι[14] πάντοθεν ἐλαυνόμενοι, τοῖς ὁδοιποροῦσιν ἐφήδρευον, λωποδυσίας τε καὶ μιαιφονίας ἐργαζόμενοι, καὶ[14*] πάντα πλήρη θανάτων ἀώρων, λεηλασίας τε καὶ τῶν λοιπῶν ἀτοπημάτων εἶναι. Ἔστι δὲ οὗ πρὸς τὰ ἐναντία μεταχωρήσας καὶ αὐτοὺς διεχρήσατο, τοῖς νόμοις ἐκδοὺς, οὓς ἐφῆκεν ἀνὰ τὰ ἄστη ἀνοσιουργεῖν βαρβάροις ἴσα. Καὶ τὰ μὲν περὶ τούτων λεπτομερῶς λέγειν, κρεῖττον καὶ λόγου καὶ χρόνου. Ἀπόχρη δὲ ταῦτα τεκμηριῶσαι καὶ τὰ ἐπίλοιπα.

CAP. XXXIII.

De Barsanuphio monacho.

Iisdem temporibus viri plane divini et admirabilium operum effectores, in variis orbis terrarum locis vixerunt. Sed quorum gloria ubique inclaruit, hi fere sunt. Barsanuphius, Ægyptius genere, qui in carne vitam carnis expertem transegit in quodam monasterio juxta oppidum Gazam, adeo ut plurima miracula perpetraverit, quæ recensere difficile est : credaturque ab omnibus etiamnum vivere, in cellula reclusus : quamvis quinquaginta et amplius anni jam excesserint, ex quo nec visus est a quoquam, nec terrenum quidquam degustavit. Quæ cum falsa esse crederet Eustochius Hierosolymorum antistes, et cellulam in qua vir Dei sese incluserat, perfodi jussisset, ignis inde exsiliens universos propemodum qui aderant combussit.

B

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

Περὶ Βαρσανουφίου τοῦ ἀσκητοῦ.

Γεγόνασι δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἄνδρες θεοφόροι καὶ μεγάλων σημείων ἐργάται, πολλαχοῦ μὲν γῆς· ὧν δὲ κλέος ἐκασταχοῦ διέλαμψε, Βαρσανούφιος Αἰγύπτιος γένος. Οὗτος ἐν σαρκὶ, τὸν ἄσαρκον διήθλευσε βίον, ἔν τινι φροντιστηρίῳ ἀγχοῦ Λάζης τοῦ πολίσματος· ὥστε πολλὰ μὲν καὶ μνήμης κρείττονα θαυματουργῆσαι· πιστεύεσθαι δὲ καὶ ζῆν αὐτὸν ἐν οἰκίσκῳ καθειργμένον, καίτοι γε ἀπὸ τούτων (*f*) πεντήκοντα, καὶ πρός γε χρόνων οὔτε ὀφθέντα τῳ, οὔτε τῶν ἐπὶ γῆς τινος μετειληφότα. Οἷς δυσαπιστῶν Εὐστόχιος (82) ὁ τῶν Ἱεροσολύμων πρόεδρος, ἐπειδὴ διορύττειν ἔγνω τὸν οἰκίσκον οὗ καθεῖρκτο ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, πῦρ ἐκθορὸν μικροῦ τοὺς αὐτόσε πάντας ἐνέπρησε.

C

414 CAP. XXXIV.

De Symeone monacho, qui propter Christum stultitiam simulavit.

Fuit etiam in Emisenorum urbe Symeones : qui inanis gloriæ fastum omnem adeo exuerat, ut ab universis quibus erat ignotus, pro fatuo haberetur, licet omni genere sapientiæ et divina gratia abundaret. Porro hic Symeones seorsum ab aliis ut plurimum degebat, nullum omnino mortalium sinens cognoscere quandonam aut quo modo Deum precaretur, nec quo tempore domi aut jejunaret aut cibum caperet. Interdum etiam in viis publicis aut in foro agens, e statu mentis deturbatus videbatur, nec prudentiæ ac solertiæ quidquam præ se

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

Περὶ Συμεὼν μοναχοῦ, τοῦ διὰ Χριστὸν σαλοῦ.

Γέγονε δὲ καὶ ἀνὰ τὴν Ἔμισαν, Συμεώνης· ἀνὴρ οὗτος τὸν τῆς κενοδοξίας ἀποδυσάμενος χιτῶνα, ὡς καὶ παράφορον παρὰ τοῖς οὐκ εἰδόσι δόξαι αὐτὸν εἶναι, καίτοιγε πάσης σοφίας καὶ θείας χάριτος ἐμπεπλησμένος. Οὗτος ὁ Συμεώνης τὰ πολλὰ μὲν αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν διῃτᾶτο, οὐδενὶ τὸ παράπαν ἁδειαν ἐνδιδοὺς εἰδέναι, πότε τε ἢ ὅπως τὸ Θεῖον ἱλάσκετο, μηδὲ ὅτε τὰς ἀφέξεις καὶ μεθέξεις καθ' ἑαυτὸν τῶν τροφῶν ποιοῖτο ἄν. Ἔστιν δὲ οὗ καὶ κατὰ τὰς λεωφόρους ἀγοράζων ἐκτετράφθαι τοῦ καθεστῶτος (83) ἐδόκει, καὶ μηδὲν φρενῆρες ἢ ἀγχίνουν ὅλως ἔχειν.

D

VARIÆ LECTIONES.

[14] C. C. ἄγη. [14*] Leg. ὥστε.

VALESII ANNOTATIONES.

(32) *Δυσαπιστῶν Εὐστόχιος.* Pro verbo δυσαπιστῶν, quod procul dubio corruptum est, Nicephorus habet διαπιστῶν. Pro Eustochio autem Hierosolymorum episcopo idem Nicephorus habet Sallustium. Sallustius quidem Hierosolymorum episcopus fuit principatu Anastasii Augusti. Eustochius vero sub exordium imperii Justini Junioris eumdem episcopatum gessit, ut testatur Theophanes in *Chronico*.

(83) *Ἐκτετράφθαι τοῦ καθεστῶτος.* Procul dubio scribendum est καθεστηκότος, quemadmodum legitur apud Nicephorum in cap. 22 lib. XVII.

VARIORUM.

(*f*) *Ἀπὸ τούτων.* Scilicet ab anno 593, quo Evagrius *Historiam* suam absolvit. Unde Pagius concludit Barsanuphium sese monasterio inclusisse circa annum 540. Et quoniam jam tunc senex, et Joanni seni coævus dictus est a Dorotheo archimandrita in institutione IV, vix potuit vivere usque ad annum quo Evagrius *Historiam* suam absolvit : perperamque Nicephorus, lib. XXII, cap. 17, Sallustium pro Eustochio nominavit, cum Sallustius anno 486 episcopus Hierosolymorum dictus sit, annoque 494 obierit (Ant. Pagi ad ann. 548, n. 10).

Digitized by Google

καί που καὶ κάπηλείῳ παρεισδύς, ἐκ τῶν προστυχόντων ἐδεσμάτων ἢ σιτίων ἤσθιεν ὅτε πεινῴη. Εἰ δέ τις ἐγκλίνας τὴν κεφαλὴν (84) αὐτῷ προσεκύνησε, μετὰ θυμοῦ καὶ τάχους τῶν τόπων ἐξίστατο, τὸ πρὸς πολλῶν φωραθῆναι τὴν οἰκείαν ἀρετὴν δεδιώς. Καὶ τοιαῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν τῷ Συμεώνῃ. Ἦσαν δέ τινες αὐτῷ συνήθεις οἷς καὶ παρενέβαλλεν, οὐδὲν ὅλως ὑποκρινόμενος. Τῶν τοίνυν συνήθων αὐτῷ ἦν τινι θεράπαινα, ἣ πρός τινος ἐκπορνευθεῖσα καὶ κύουσα, ἐπειδὴ τὸν τοῦτο δεδρακότα πρὸς τῶν δεσποτῶν ἐξείπεῖν ἠναγκάζετο, τὸν Συμεώνην ἔλεγε σκοτίως αὐτῇ συμπλακῆναι, ἀπ' αὐτοῦ τε κυοφορεῖν, καὶ ὀμεῖσθαι ἢ μὴν ταῦτα οὕτως ἔχειν, εἰ δέοι δὲ καὶ διελέγχειν. Ὅπερ ἐπειδὴ ὁ Συμεώνης ἠκηκόει, συνετίθετο σάρκα φορεῖν εἰπών, τὸ εὐόλισθον χρῆμα. Ἐπεὶ δὲ παρὰ πᾶσι τοῦτο τεθρύλλητο, καὶ πολλὴν ὤφειλε τὴν αἰσχύνην ὁ Συμεώνης, ὡς ἐδόκει, ὑπέστελλεν ἑαυτὸν καὶ τὸν αἰδούμενον ὑπεκρίνετο. Ὡς δ' οὖν ἡ κυρία τῇ κυούσῃ ἦκε, καθῆστό τε τὰ εἰωθότα, ἡ μὲν ὠδὶς σφοδρότερον καὶ πολλὴν καὶ ἀνύποιστον τὴν ἀλγηδόνα κατεργαζομένη, ἐς ἔσχατον κινδύνου τὴν ἄνθρωπον κατήγαγεν. Ὁ δὲ τόκος οὐδαμῇ προέκοπτεν. Ἐπειδὴ οὖν τὸν Συμεώνην ἐξεπίτηδες ἀφιγμένον ἱκέτευον προσεύξασθαι, ἀναφανδὸν εἶπε, μὴ πρότερον ἀποτέξειν τὸ γύναιον, πρὶν ἂν ἔκποι τίς ὁ φύσας τὸ κυοφορούμενον εἴη. Ὅπερ ἐπειδὴ πέπραχε, καὶ τὸν ὄντως ἀνεῖπε πατέρα, εὐθὺ τὸ βρέφος ἐξήλατο, ὑπὸ τῆς ἀληθείας μαιευθέν. Οὗτός ποτε ἐς τι δωμάτιον ἑταίρας ἐσελήλυθὼς ὤφθη, καὶ τὴν θύραν ἀποκλείσας, μόνος πρὸς μόνην ἐχρόνιζεν. Ὡς δ' οὖν ἀνακλίνας τὴν θύραν ἀπιὼν ἦρτο, πανταχῇ θεώμενος μή τις αὐτὸν ὄρῃη, ἐπὶ μεῖζον τὰ τῆς ὑπονοίας ἦρθη· ὡς τοὺς ἑωρακότας ἀγαγεῖν τὴν ἄνθρωπον, καὶ πυνθάνεσθαι τί τε ἐσιτητὰ τῷ Συμεώνῃ παρ' αὐτὴν εἴη, καὶ ἡ τοσαύτη τοῦ καιροῦ τριβή. Ἡ δὲ διώμνυτο, τρίτην ἀπ' ἐκείνης ἡμέραν μηδενὸς ἀπογεύσασθαι ἀπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων ἢ μόνον ὕδατος· τὸν δὲ, ὄψα τε κομίσαι καὶ σιτία καὶ οἴνου τι ἄγγος, καὶ τὴν θύραν ἀποκλείσαντα τράπεζαν παραθεῖναι, δειπνῆσαί τε ταύτην ἐγκελευσάμενον, τῆς θοίνης ἐμπλησθῆναι, ἱκανῶς τῇ ἀφέξει τῆς τροφῆς πιεσθεῖσαν, καὶ τὰ λείψανα τῶν ἀποκομισθέντων προσφέρειν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦ κλόνου τοῦ τὴν παραλίαν Φοινίκην κατασείσαντος παρὰ πόδας ὄντος, ἡνίκα ἥ τε Βηρυτίων, Βιβλίων τε καὶ Τριπολιτῶν (85) μάλιστα πεπόνθασι, ῥυτῆρα

A ferre. Nonnunquam in tabernam irrepens, obviis cibis utebatur, dum esuriret. Quod si quis inclinato capite eum salutasset, ipse iratus illico aufugiebat, metuens ne virtus ipsius a vulgo deprehenderetur. Et hoc quidem modo Symeones in foro se gerebat. Erant tamen quidam ejus familiares, quibuscum versari consueverat absque ulla simulatione. Ex his quidam ancillam habuisse dicitur, quæ cum a nescio quo stuprata, prægnans esset, et cogeretur a dominis ut auctorem hujus flagitii nominaret, Symeonem clanculo cum ipsa rem habuisse dixit, et ex illo se gravidam esse : juraturamque se rem ita sese habere, ac, si opus foret, etiam convicturam. Quod cum audiisset Symeones, assensus est, carnem se gestare dicens, rem admodum fragilem B atque imbecillam. Cumque hujus rei fama ubique divulgata esset, gravique ignominia, ut quidem videbatur, aspersus esset Symeones, subducere e medio se cœpit, simulans se pudore suffundi. Postquam igitur dies pariendi advenisset, et mulier parturientium more sederet in lecto, parturitio quidem immensos atque intolerabiles dolores afferens, in extremum vitæ discrimen mulierem adduxerat. Partus vero minime promovebatur. Cum igitur Symeones consulto illuc venisset, rogatus ab iis qui aderant ut precationem faceret, affirmavit ille coram omnibus, mulierem non prius esse parituram, quam confessa esset, quisnam infantis quem in utero gestabat, pater fuisset. Quod cum C illa fecisset, et verum infantis patrem nominasset, statim infans erupit, veritate ipsa quasi obstetricante. Idem aliquando visus est introire in cubiculum meretricis. Cumque januam occlusisset, solus cum sola moratus est. Ostio deinde reserato, cum se fuga proripuisset, circumspiciens undique num quis ipsum videret, eo magis auxit suspicionem. Adeo ut ii qui illum viderant, mulierem adduxerint, et ex illa sciscitati sint, quid sibi vellet Symeonis ad illam ingressus, et tam diuturni temporis mora. At illa juravit, se triduo antequam ille venisset, ob rerum necessariarum penuriam **415** nihil præter aquam gustasse : Symeonem vero obsonia et cibos et vas vini ad se attulisse, obseratisque foribus mensam apposuisse, jussisseque ut D cœnaret, et dapibus sese exsatiaret, quippe quæ satis afflicta esset inedia. Simul reliquias ciborum

VALESII ANNOTATIONES.

(84) *Ἐγκλίνας τὴν κεφαλήν*. Solebant olim laici non solum coram episcopis ac presbyteris, sed etiam coram monachis, caput inclinare ad benedictionem accipiendam. Cujus rei illustre exemplum exstat apud Sozomenum in lib. VIII, cap. 13.

(85) *Ἥ τε Βηρυτίων, Βιβλίων τε καὶ Τριπολιτῶν*. De hoc terræmotu loquitur auctor *Itinerarii Antonini martyris*, his verbis : *Inde venimus in partes Syriæ, ubi requiescit sanctus Leontius, quæ civitas tempore Justiniani imperatoris subversa est a terræ motu, cum aliis civitatibus. Venimus exinde Biblum, quæ et ipsa civitas cum omnibus quæ in ea erant, subversa est. Exinde venimus in civitatem Triari, quæ et ipsa subversa est. Deinde venimus in civitatem splendidissimam Beryto, in qua nuper fuit studium litterarum, quæ et ipsa subversa fuit, dicente nobis episcopo civitatis, cui cognitæ fuerant personæ, exceptis peregrinis qui ibi perierant.* Civitas porro illa, in qua requiescit sanctus Leontius, Tripolis est, ut supra annotavi. Hic terræ motus contigit [Contigit hic terræ motus anno Chr. 551, qui fuit 25 Justiniani imp., ut scribit Ant. Pagi ad ann. 551, n. 18] anno vicesimo quarto Justiniani, ut scribit Cedrenus in *Chronico*, et Theophanes pagina 192. Memorabile est quod de Botry Phœnices urbe ab iisdem scriptoribus traditur, in ea portum factum esse illo terræ motu, cum antea non exstitisset : translato scilicet promontorio quod Lithoprosopon dicebatur. Verum in Theophane scriptum est βόστρυος pro βότρυος. Quo scripturæ vitio

Digitized by Google

qui allati fuerant proferebat. Idem præterea, cum A τῇ χειρὶ μετεωρίζων, ἔτυπτε τῶν κιόνων τοὺς πλεί-
immineret terræ motus ille quo Phœnice maritima ους ἀνὰ τὴν ἀγοράν, Στῆτε, βοῶν, ὀρχήσασθαι ἔχε-
concussa est, et quo Berytus, et Biblus ac Tripolis τε. Ἐπεὶ τοίνυν οὐδὲν τάνδρὸς ἦν πάρεργον, οἱ
præ reliquis urbibus vexatæ sunt, flagello in altum τούτοις περιτυχόντες τὸν νοῦν ἐτίθεσαν, τίνας τῶν
sublato, ex columnis quæ erant in foro plerasque κιόνων μὴ τύπτων παρίοι. Οἱ καὶ μετ' οὐ πολὺ
verberare cœpit, inclamans his verbis : State, πεπτώκασιν, ἔργον τοῦ σεισμοῦ γενόμενοι. Πολλὰ
saltandum vobis est. Et quoniam nihil temere aut δὲ καὶ ἕτερα πέπραχεν, ἃ καὶ πραγματείας ἰδια-
inconsulto ab eo fiebat, hi qui aderant, studiose ζούσης δεῖται.
notarunt columnas, quas ille prætergressus minime verberarat. Quæ quidem haud multo post corruerunt terræmotu subversæ. Sed et plurima alia ab eo gesta sunt, quæ peculiare opus desiderant.

CAP. XXXV.

De Thoma monacho, qui stultitiam pari modo simulavit.

Fuit etiam ea tempestate Thomas quidam, qui B in Cœlesyria idem vivendi genus excolebat. Hic aliquando Antiochiam venit, annuum stipendium accepturus ad monasterii sui alimoniam. Hoc autem stipendium ex reditibus Antiochensis Ecclesiæ præberi consueverat. Quodam igitur die Anastasius, qui erat œconomus ejusdem Ecclesiæ, supra dicto Thomæ, quoniam frequenter ei molestus fuerat, colaphum incussit. Quod factum cum indigne ferrent qui aderant, Thomas nec se accepturum amplius quidquam, nec illum daturum esse dixit. Utrumque porro ita evenit, Anastasio postera die e vivis sublato ; Thoma vero inter redeundum in hospitio infirmorum quod est in suburbano Daphnensi, ad immortalem vitam translato. Cujus cadaver sepultum est in monumentis peregrinorum. Sed C
416 quoniam uno et altero post illum ibidem sepulto, corpus Thomæ semper supra illos exstabat : Deo scilicet etiam post mortem illius maximum edente miraculum : reliqua enim cadavera submovebantur longius ac repellebantur : incolæ sanctum virum admirati, Ephræmio rem nuntiant. Tum vero sacrum ejus corpus publica festivitate ac solemni pompa Antiochiam deportatum est, et in cœmeterio honorifice deponitur, cum pestilentem morbum qui tum grassabatur translatione sua dispulisset. Hujus diem festum Antiocheni ad nostra usque tempora quotannis magnifice celebrant. Verum ad propositum historiæ ordinem revertamur.

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Περὶ Θωμᾶ μοναχοῦ, καὶ αὐτοῦ ὁμοίως προσποιητοῦ σαλοῦ.

Ἦν δὲ τηνικάδε καὶ Θωμᾶς τόνδε διαθλεύων τὸν B
βίον, ἀνὰ τὴν Κοίλην Συρίαν, ὃς πρὸς τὴν Ἀντιόχου γέγονε τὴν ἐπέτειον χορηγίαν κομιούμενος τῆς κατ' αὐτὸν μονῆς. Ἐτέτακτο δὲ ἐκ τῆς αὐτόσε Ἐκκλησίας (86). Τοῦτον ὁ Ἀναστάσιος, οἰκονομῶν τὴν Ἐκκλησίαν, ἐπειδὴ συχνῶς αὐτὸν ἠνώχλει, τῇ χειρὶ κατὰ κόρρης ῥαπίζει· καὶ δυσανασχετούντων τῶν σφίσι παρόντων, ἔφη, οὔτε αὐτὸν ἔτι λήψεσθαι, οὔτε τὸν Ἀναστάσιον δώσειν· καὶ ἄμφω γενέσθαι· Ἀναστασίου μὲν μεθ' ἡμέραν μίαν τὸν βίον καταστρέψαντος· Θωμᾶ δὲ ἐν τῷ τῶν νοσούντων καταγωγίῳ (87) ἀνὰ τὸ προάστειον Δάφνην ἐν τῇ ἀποπορεύσει πρὸς τὸν ἀγήρω μεταστάντος βίον· οὗ τὸν νεκρὸν ἔθεντο ἐν τοῖς τῶν ἐπηλύδων τάφοις. Ἐπειδὴ δὲ ἑνὸς καὶ C
δευτέρου τεθέντοιν, ὕπερθεν αὐτοῖν τὸ αὐτοῦ σῶμα γέγονε, μέγιστον θαῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ θάνατον αὐτὸν ἀναδεικνύντος· ἀπέπεμπόν τε χὰρ μακρὰν ἀποκρουόμενοι, θαυμάσαντες τὸν ἅγιον, Ἐφραιμίῳ (88) διαγγέλλουσι· καὶ μετὰ δημοτελοῦς ἀγερωχίας, καὶ πομπῆς, μετακομίζεται ὁ πανάγιος αὐτοῦ νεκρὸς ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου, ἔν τε τῷ κοιμητηρίῳ τιμᾶται, τὴν τηνικαῦτα φοιτήσασαν λοιμώδη νόσον τῇ μεταθέσει παύσας. Οὗ καὶ τὴν ἐτήσιον ἑορτὴν μέχρις ἡμῶν παῖδες Ἀντιοχέων μεγαλοπρεπῶς ἄγουσιν. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον τοῦ λόγου τὴν ῥύμην μεταγάγωμεν.

VALESII ANNOTATIONES.

inductus interpres, Bostram vertit gravi errore, D cum Bostra sit Mediterranea civitas Arabiæ. Hujus urbis nomen restituendum videtur in *Itinerario* Antonini martyris, eo loco quem superius adduxi. Nam pro civitate Triari scribendum est Botry.

(86) *Ἐτέτακτο δὲ ἐκ τῆς αὐτόσε Ἐκκλησίας.* Quis non miretur tres viros doctos in hujus loci interpretatione lapsos fuisse? Joannes quidem Langus ita vertit : *Illius enim Ecclesiæ censebatur.* Atque ita fere Musculus. Christophorsonus vero omnium pessime interpretatus est hoc modo : *Ab ea siquidem Ecclesia presbyter fuerat ordinatus.* Putarunt scilicet subaudiendum hic esse, ἐτέτακτο ὁ Θωμᾶς, cum tamen subaudiendum sit ἡ ἐπέτειος χορηγία, id est, *annuum stipendium, sive eleemosyna, quæ ex reditibus Antiochenæ Ecclesiæ, quotannis erogari consueverat monasterio abbatis Thomæ.*

(87) *Ἐν τῷ τῶν νοσούντων καταγωγίῳ.* Joannes Moschus in Limonario cap. 88, ait Thomam mortuum esse in ecclesia Sanctæ Euphemiæ quæ erat in suburbano Daphnensi. Itaque juxta nosocomium in quo peregrini hospitabantur, ecclesia erat Beatæ Euphemiæ : quemadmodum hodie videmus xenodochiis et nosocomiis adjunctas esse ecclesias. Porro Joannes Moschus ait hunc Thomam apocrisiarium fuisse monasterii sui, id est procuratorem. Apocrisiarii enim dicebantur ii qui negotia gerebant monasteriorum et ecclesiarum, ut docet Justinianus in Novella 6.

(88) *Ἐφραιμίῳ.* Moschus in capite citato, non Ephræmium, sed Domninum vocat episcopum Antiochenum, qui successit Ephræmio. Hunc Domnum vocat Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'. A CAP. XXXVI.

Περὶ Μηνᾶ τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ γεγονότος τηνικαῦτα καύματος εἰς τὸ τοῦ Ἑβραίου παιδίον.

De Mena patriarcha, et de miraculo quod factum est in puero cujusdam Hebræi.

Ἀνθίμου, ὡς μοι λέλεκται, τοῦ θρόνου τῆς βασιλίδος ἐκβεβλημένου, Ἐπιφάνιος τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται (89) (*g*). Μετὰ δὲ αὖ Ἐπιφάνιον Μηνᾶς, ἐφ' οὗ καὶ θαῦμα γέγονε λόγου πολλοῦ ἄξιον. Ἔθος παλαιὸν (90) βούλεται ἀνὰ τὴν βασιλεύουσαν, ὅτ' ἂν πολύ τι χρῆμα τῶν ἁγίων μερίδων τοῦ ἀχράντου σώματος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐναπομείνοι, παῖδας ἀφθόρους μεταπέμπτους γίγνεσθαι παρὰ τῶν ἐς γραμματιδιδασκάλου φοιτώντων, καὶ ταῦτα κατεσθίειν. Ὅπερ ἐπειδὴ γέγονεν, ἠλίσθη μετὰ τῶν παίδων ὑαλουργοῦ παῖς, Ἑβραίου τὴν δόξαν· ὃς τοῖς γονεῦσι τὴν αἰτίαν τῆς βραδυτῆτος πυνθανομένοις, ἐνεῖπε B τὸ γεγονὸς, καὶ ὅπερ ἀποφαγὸν σὺν ἄλλοις τισὶν εἴη. Ὁ δὲ φύσας, θυμωθεὶς καὶ μηνίσας, ἐν τῷ πνιγεῖ τῶν ἀνθράκων ἔνθα τὴν ὕαλον ἐμόρφου, τὸν παῖδα ἡ μήτηρ ζητοῦσα, εὑρεῖν οὐκ ἴσχυε, πανταχῇ τῆς πόλεως ἧει ποτνιωμένη, καὶ λύγιον κωκύουσα· καὶ τριταία παρὰ τὴν θύραν τοῦ ἐργαστηρίου τάνδρὸς ἑστῶσα, ὀνομαστὶ ἀνεκάλει τὸν παῖδα, τοῖς θρήνοις σπαραττομένη. Ὁ δὲ, τῆς φωνῆς τῆς μητρὸς συνεὶς, ἐκ τοῦ πνιγέως ἀνταπεκρίνετο. Ἡ δὲ, τὰς θύρας διατεμοῦσα, εἴσω τε γενομένη, ὁρᾷ τὸν παῖδα τῶν ἀνθράκων μέσον ἑστῶτα, τοῦ πυρὸς αὐτὸν μὴ προσάψαντος. Ὡς ἀνερωτώμενος ὅπως ἀπαθὴς μεμενήκει, γυναῖκα ἔφη, πορφυρᾶν ἀμπεχομένην ἐσθῆτα συχνὰ φοιτῶσαν παρ' αὐτὸν, ὕδωρ ὀρέγειν, καὶ τούτῳ τοὺς πλησιάζοντας τῶν ἀνθράκων κατευνάζειν, C σιτίζειν τε αὐτὸν ὁσάκις πεινῴη. Ὅπερ ἐπειδὴ ἐς Ἰουστινιανὸν ἠνέχθη, τὸν μὲν παῖδα καὶ τὴν μητέρα τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας φωτισθέντας ἐκλήρωσε (91). Τὸν δὲ φύσαντα, οὐκ ἀνασχόμενον Χριστιανοῖς ἐναριθμηθῆναι, ἐν Συκαῖς (92) ὡς παιδοφόνον ἀνεσκολόπισε. Ταῦτα [18] μὲν τῇδε γέγονε.

Anthimo, ut supra a nobis dictum est[1], ex Constantinopolitana sede ejecto, Epiphanius in ejus locum successit. Post Epiphanium vero Menas episcopatum illum sortitus est. Cujus temporibus miraculum quoddam contigit in primis memorabile. Vetus est consuetudo Constantinopoli, ut quoties ex sacris partibus immaculati corporis Christi Dei nostri, magnus numerus superfuerit, pueri impuberes ex iis qui grammaticorum scholas frequentant, evocentur, qui eas manducent. Id igitur eo tempore cum accidisset, una cum aliis pueris convocatus est filius vitrarii cujusdam, qui secta erat Judæus. Hic puer parentibus causam moræ ex ipso sciscitantibus, id quod factum fuerat exposuit, et quid ipse una cum reliquis pueris degustasset. Pater, ira atque indignatione succensus, illico filium correptum in fornacem ardentem conjicit, in qua vitrum formare consueverat. Mater vero, puerum quæritans, cum reperire non posset, per totam urbem circuibat, plorans atque ejulans. Tertio demum die ad ostium officinæ mariti sui stans, filium nominatim inclamare cœpit, flens ac seipsam lacerans. Tum puer agnita matris voce, ei respondit ex fornace. Statimque mater perfractis foribus introgressa, puerum inter carbones stantem videt, quem ignis nullatenus ambusserat. Qui postea interrogatus, quonam modo illæsus permansisset, mulierem quamdam purpurea indutam veste crebro ad ipsum ventilasse dixit, et aquam ipsi porrexisse, et carbones qui juxta ipsum erant restinxisse, cibum quoque **417** esurienti præbuisse. Quæ cum nuntiata essent Justiniano, imperator puerum simul ac matrem regenerationis lavacro initiatos clero ascripsit. Patrem vero Christianæ religionis sacramenta percipere penitus recusantem, tanquam proprii filii interfectorem, in Sycensi suburbio cruci suffigi præcepit Et hæc quidem ita evenerunt.

[1] Cap. 1 hujus lib.

VARIÆ LECTIONES.

[18] C. C. καὶ ταῦτα.

VALESII ANNOTATIONES.

(89) *Ἐπιφάνιος διαδέχεται.* Hunc Evagrii errorem jam supra notavimus, quem Nicephorus etiam correxit. Verum Nicephorus ipse dum errorem Evagrii corrigit, alium commisit. Menam quippe ab Agathone papa ordinatum esse scribit, qui ab Agapeto ordinatus est in locum Anthimi, ut inter omnes constat.

(90) *Ἔθος παλαιόν.* Hanc consuetudinem, ut scilicet particulæ sacræ Eucharistiæ quæ superfuerant, pueris absumendæ distribuerentur Constantinopoli, etiam sua ætate permansisse testatur Nicephorus Callistus in cap. 25 lib. XVII, seque, dum puer esset et frequenter in Ecclesiis versaretur, partes eas accepisse scribit.

(91) *Ἐκλήρωσε.* Joannes Langus hunc locum D ita vertit : *Puerum cum matre divino regenerationis lavacro adhibuit, Deoque dicavit.* Musculus vero et Christophorsonus longe pejus verterunt. Nam Musculus quidem vertit, *servavit;* Christophorsonus vero sic interpretatus est : *Puerum cum matre lavacro regenerationis tingendos decernit.* Ego vero locum ita vertendum esse non dubito : *Puerum simul ac matrem regenerationis lavacro initiatos, clero ascripsit.* Quod ita intelligendum est, ut imperator puerum quidem illum inter lectores Ecclesiæ censeri jusserit, matrem vero diaconissam ordinari præceperit.

(92) *Ἐν Συκαῖς.* In hoc suburbano urbis Constantinopolitanæ olim supplicia de noxiis sumi consueverant, ut jampridem monui in adnotationi-

VARIORUM.

(*g*) *Ἐπιφάνιος.* Epiphanius factus est episcopus CPolitanus anno Chr. 520. In hujus demortui locum substitutus est Anthimus anno 535. Quo ob hæresim ejecto, ordinatus est Menas episc. CP. ab Agapeto pontifice Romano, anno Chr. 536, ut Pagius sub dictis annis nos docuit.

Digitized by Google

CAPUT XXXVII.

Quinam eo tempore fuerint maximarum urbium episcopi.

Post Menam Eutychius pontificalem sedem Constantinopoli obtinuit. Hierosolymis vero post Martyrium Salustius in ejus locum successit. Post hunc Helias, post Heliam Petrus, post Petrum Macarius ejusdem urbis episcopatum suscepit, cum imperator electionem ejus nondum comprobasset. Hic postea sua sede expulsus est, propterea quod Origenis dogmata asserere dicebatur. Post hunc igitur Eustochius episcopalem sedem sortitus est. Alexandriæ vero pulso, ut supra relatum est, Theodosio, Zoilus ad episcopatum promotus est. Quo ad prædecessores suos adjuncto, Apollinaris sedem illam regendam suscepit. Jam vero Antiochiæ post Ephræmium Domninus ejus loci Ecclesiam gubernavit.

CAPUT XXXVIII.

De sancta et universali synodo quinta, et quam ob causam congregata sit.

Porro dum Virgilius quidem Romanæ urbis, Constantinopolitanæ vero Menas primum ac deinde Eutychius episcopatum gererent : et Alexandrinæ quidem Ecclesiæ Apollinaris, Antiochenæ autem Domninus : Hierosolymitanæ vero præesset Eusto-

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Τίνες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν μεγάλων πόλεων ἐπίσκοποι.

Μετὰ δὲ Μηνᾶν (*h*) Εὐτύχιος ἐς τὸν θρόνον ἄνεισιν. Ἀνὰ δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα, μετὰ Μαρτύριον, Σαλούστιος τὸν θρόνον διαδέχεται. Ἠλίας τε μετὰ τοῦτον Πέτρος τε αὖ, καὶ μετ' ἐκεῖνον Μακάριος, οὕπω βασιλέως προσηκαμένου, ὡς ἐξώσθη (*i*) τῆς οἰκείας καθέδρας. Ἔφασκον γὰρ αὐτὸν τὰ Ὠριγένους (93) πρεσβεύειν δόγματα. Μεθ' ὃν τὴν ἐπισκοπὴν Εὐστόχιος διεδέξατο. Μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν Θεοδοσίου ὡς προδεδιήγηται, ἐπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων Ζώϊλος ἀναδείκνυται· καὶ τοῖς αὐτὸν ἡγησαμένοις (94) προστεθέντος, Ἀπολινάριος τὴν καθέδραν ἐγχειρίζεται (*j*). Μετὰ δὲ Ἐφραίμιον, Δομνῖνος Ἀντιοχείας πιστεύεται θρόνον.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Περὶ τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν συνέστη.

Τῆς πρεσβυτέρας μὲν οὖν Ῥώμης ἡγουμένου Βιγιλίου· τῆς δὲ νέας πρῶτα μὲν Μηνᾶ, εἶτ' Εὐτυχίου· τῆς δὲ Ἀλεξάνδρου Ἀπολιναρίου, καὶ τῆς Ἀντιόχου Δομνίνου, Ἱεροσολύμων τε Εὐστοχίου, τὴν πέμπτην μεταπέμπεται σύνοδον (*k*) Ἰουστινιανὸς ἐξ

VALESII ANNOTATIONES.

bus ad librum XXVIII Ammiani Marcellini, pag. 362. Quibus adde locum B. Hieronymi ex Commentariis in caput 26 Matthæi, qui sic habet : *Extra urbem enim et foras portam loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum, et Calvariæ, id est, decollatorum sumpsere nomen.*

(93) *Ἔφασκον γὰρ αὐτὸν τὰ Ὠριγένους.* Multi certe monachi ab ejus communione sese abjunxerunt, eo quod Origenis dogmata asserere crederetur. Ex horum numero fuit abbas Elias, qui etiam βοσκὸς dicebatur, ut scribit Joannes Moschus in cap. 19 *Limonarii*. Theophanes tamen in *Chronico*, pag. 205. Macarium κατὰ συσκευήν, id est, *per fraudem et calumniam* e sede sua pulsum esse dicit. Verum Theophanes prorsus alieno loco id refert, principatu scilicet Justini Junioris. Atqui Macarius episcopus Hierosolymorum ordinatus est anno Christi 546, et cum biennio post e sede sua exturbatus fuisset, in ejus locum subrogatus est Eustochius anno Christi 548, ut tradit Baronius. Dissentit tamen Victor Thunonensis in *Chronico*. Macario enim annos octo episcopatus attribuit, eoque superstite Eustochium ordinatum esse ait anno ante synodum quintam, id est anno Christi 552; idque verius esse existimo.

(94) *Καὶ τοῖς αὐτὸν ἡγησαμένοις.* Sic etiam legitur apud Nicephorum in cap. 26 lib. XVII : Οὗ μετὰ μικρὸν τοῖς αὐτὸν ἡγησαμένοις προστεθέντος, etc. Ego tamen non puto Græce dici posse, αὐτὸν ἡγησαμένοις. Scribo itaque οὗ καὶ τοῖς αὐτῶν ἡγησαμένοις, etc. Subauditur enim τῶν Ἀλεξανδρέων. — Hæc verba intelligere licet et more Scripturæ, et apposite ad historiam. Si more Scripturæ, mortem significant : si apposite ad historiam, subtilius quiddam indicare possunt; Zoilum nempe, perinde ac præcessores suos, Theodosium, Galanum et Paulum, de sede ejectum fuisse. Interpretati sunt more Scripturæ Christophorsonus et Valesius, sane probabiliter. Qui altero sensu intellexerit, revocabit ille facile Evagrium cum reliquis Scriptoribus in concordiam, scilicet cum Liberato diacono, Victore Thunonensi, et Vigilio papa Rom., quod satius est, atque etiam probabilius (Joannes Garnerius, *De synodo* v *generali*, pag. 497).

VARIORUM.

(*h*) *Μετὰ δὲ Μηνᾶν.* Menas episc. CPolitanus defunctus est anno 552. Colitur in *Martyrologio Romano*, et in *Menologio*, die 25 Augusti; isque forsan dies ejus emortualis fuit. In ejus locum suffectus est apocrisiarius Amaseæ presbyter, et monasterii ipsius Amaseæ monachus Eutychius, eo ipso die quo Menæ cadaver in sacris adytis expositum jacebat, ut testatur Theophanes in *Chronico*, anno incarnat. secundum Alex. 544. Hierosolymis Sallustius Martyrio defuncto successit anno 486. Sallustio Helias anno 492. Helias depositus est ab Anastasio imp. anno 513, et in ejus locum suffectus Joannes Marciani filius. Joanni, mortuo anno 524, successit Petrus Eleutheropolita. Petrum, vita functum anno 544, excepit Macarius, qui anno 548 dejicitur, et in ejus locum Eustochius subrogatur.

(*i*) *Ὡς ἐξώσθη.* Lege ὃς. W. Lowth.

(*j*) *Ἀπολινάριος.* Alexandriæ Zoilo, quod tria capitula damnare nollet, deposito, successit Apollinarius anno 551. Antiochiæ Ephræmio mortuo successit Domninus anno 545.

(*k*) *Πέμπτην σύνοδον.* Concilium œcumen cum V Justiniani imp. mandato congregatum, a 165 episcopis, præsidente Eutychio patriarcha, in secretario patriarchali, anno 553, IV, rectius III Nonas Maias, ad discutiendam trium Capitulorum causam, toties nuper tantoque studio agitatam, celebratum. Inde confirmata IV præcedentium conciliorum fides catholica, damnatus Origenes ejusque errores; præcipue vero et ante omnia, tria Capitula, nempe de damnatione Theodori Mopsuesteni, scriptorum Theodoriti adversus Cyrillum, et epistolæ Ibæ ad Marim Persam (Guil. Cave, vol. II, pag. 203).

Digitized by Google

αἰτίας τοιᾶσδε· Εὐστόχιος, κατακρατούντων καὶ μάλιστα ἐν τῇ καλουμένῃ Νέᾳ Λαύρᾳ (95) τῶν τὰ Ὠριγένους πρεσβευόντων δόγματα, πᾶσαν ἔθετο σπουδὴν τούτους ἀπελάσαι. Καὶ καταλαβὼν τὴν αὐτὴν Νέαν Λαύραν, ἅπαντας ἐκβεβλήκει, ὥσπερ ἄγη κοινὰ μακρὰν ἐκδιώξας· οἳ καὶ σποράδες γενόμενοι, πολλοὺς σφίσι προσηταιρίσαντο. Τούτων ὑπερήσπιζε Θεόδωρος ὁ ἐπίκλην Ἀσκιδᾶς, ἐπίσκοπος μὲν τῆς Καισαρος, ἢ προκάθηται τοῦ Καππαδοκῶν ἔθνους· Ἰουστινιανῷ δὲ προσεδρεύων, πιστός τέ οἱ καθεστὼς, καὶ ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτήδειος. Κυκῶντος οὖν αὐτοῦ τὰ βασίλεια, καὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀθεμιτουργίαν τὸ πρᾶγμα καλοῦντος, στέλλονται πρὸς τὴν βασιλέως πόλιν πρὸς Εὐστοχίου, Ῥοῦφος ἡγούμενος τῆς Θεοδοσίου μονῆς, καὶ Κόνων τῆς Σάβα (96), τὰ πρώτιστα τῆς ἐρήμου φέροντες, ἔκ τε τῆς οἰκείας ἀξιώσεως, καὶ ὧν ἡγοῦντο φροντιστηρίων. Γεγόνασι δὲ σὺν αὐτοῖς καὶ ἕτεροι, οὐ πολλῷ τῆς ἀξίας αὐτῶν λειπόμενοι· καὶ οὗτοι μὲν τὰ κατὰ τὸν Ὠριγένην πρωτοτύπως ἐκίνουν, καὶ Εὐάγριον, καὶ Δίδυμον. Θεόδωρος δὲ ὁ Καππαδόκης ἑτέρωθι τούτους ἀφέλκειν ἐθέλων, ἐπεισάγει τὰ κατὰ Θεόδωρον (97), τὸν Μοψουεστίας, καὶ Θεοδώριτον, καὶ Ἴβαν· τοῦ παναγάθου Θεοῦ πάντα καλῶς οἰκονομήσαντος, ἵν' ἐκεῖθεν ἐντεῦθεν τὰ βέβηλα ἐξωσθείη. Πρώτης τοίνυν κινήσεως γενομένης, εἰ δέοι τοὺς τετελευτηκότας ἀναθέμασι περιβληθῆναι (*l*), Εὐτύχιος παρὼν

chius, **418** quinta synodus a Justiniano convocata est hanc ob causam. Cum Origenis dogmatum assertores in monasteriis Palæstinæ, sed præcipue in ea quæ dicitur Nova Laura, quotidie invalescerent, Eustochius omni studio in id incubuit, ut eos expelleret. Cum igitur ad Novam Lauram se contulisset, eos inde ejecit, procul amandans, tanquam communem hominum perniciem. At illi, varia in loca dispersi, multos suis partibus adjunxerunt. Horum patrocinium suscepit Theodorus, cognomento Ascidas, episcopus quidem Cæsareæ, quæ caput est provinciæ Cappadociæ, sed qui cum Justiniano assidue versabatur, eique fidus erat in primis ac perutilis. Cum ergo iste palatium conturbaret, et id quod ab Eustochio gestum erat, meram impietatem atque injustitiam vocaret, missi sunt Constantinopolim ab Eustochio, Rufus abbas monasterii Theodosii, et Conon abbas monasterii Sabæ: qui tum virtutis suæ causa, tum ob monasteria quibus præerant, principem locum inter solitarios obtinebant. Venerunt una cum illis etiam alii, dignitate haud multo inferiores. Et hi quidem de Origene in primis, et de Evagrio ac Didymo agere instituerunt. Theodorus autem Cappadox, cum eos alio vellet traducere, causam Theodori Mopsuestiæ episcopi, et Theodoriti atque Ibæ in medium produxit: Deo scilicet optimo maximo ita rem om-

VALESII ANNOTATIONES.

(95) *Ἐν τῇ καλουμένῃ νέᾳ Λαύρᾳ.* Hujus Novæ Lauræ mentio fit in Vita sancti Euthymii. De eadem re Theophanes, licet alieno loco, in rebus scilicet Justini Junioris, scribit: Εὐστόχιος δὲ ἀπελθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα, μίσει τῷ πρὸς Ἀπολινάριον καὶ Ἀγάθωνα καὶ Μακάριον, τοὺς τῆς Νέας Λαύρας μοναχοὺς ἐξέβαλεν ὡς Ὠριγενιστάς· καὶ διὰ τοῦτο ἐξεβλήθη, καὶ πάλιν ἀπεκατέστη Μακάριος εἰς τὸν ἴδιον θρόνον. Id est: *Eustochius autem veniens Hierosolymam, præ odio quo adversus Apollinarem et Agathonem ac Macarium flagrabat, Novæ Lauræ monachos expulsit, tanquam Origenistas. Quamobrem et ipse postea ejectus est, et Macarius in suam sedem restitutus.* Baronius quidem Macarium in sedem suam restitutum esse existimat, paulo post ordinationem Eustochii: ac deinde Eustochium Hierosolymitanam sedem iterum obtinuisse, quippe qui quintæ synodo Constantinopolitanæ per legatos suos interfuerit anno Christi 553, ut ex Evagrio nostro, et ex actis supradictæ synodi satis constat. Verum Baronius longe a vero aberravit. Macarius enim diu post quintam synodum, pulso Eustochio, in sedem suam restitutus est anno 37 Justiniani, post consulatum Basilii anno 24, ut scribit Victor Thunonensis in *Chronico*, qui iisdem temporibus vivebat, nec istud ignorare potuit.

(96) *Κόνων τῆς Σάβα.* Hujus Cononis illustre texit elogium Cyrillus Scythopolitanus in *Vita sancti Sabæ* sub finem, his verbis: *Qui Cassianus cum decimum mensem implesset in administratione, deinde ex hac vita migrasset, Cononi post mandant monachi præfecturam. Mandant vero, Deo, ut arbitror, monachorum animos ad hoc movente. Fuit autem vir ille summe resplendens et rectis dogmatibus, et omni virtute, et recte factis; qui etiam in præfectura usus est magna cura et diligentia. Nam et eos qui illinc recesserant ejecti ab Origenistis Patres, rursus collegit: et lauram quæ a frequentibus illis tumultibus et bellis hæreticorum jam inclinata fuerat in genua, erexit et veluti renovavit.* De eodem Cononе Hegumeno lauræ sancti Sabæ loquitur Joannes Moschus, in cap. 42, ubi eum Eustochii Hierosolymitani episcopi familiarem fuisse innuit.

(97) *Ἐπεισάγει τὰ κατὰ Θεόδωρον.* Idem scribit Liberatus in *Breviario*, cap. 24, his verbis: *Reserato aditu adversariis Ecclesiæ ut mortuus damnaretur; Theodorus, Cæsareæ Cappadociæ episcopus, dilectus et familiaris principum, secta Acephalus, Origenis autem defensor acerrimus, et Pelagii æmulus, cognoscens Origenem fuisse damnatum, dolore damnationis ejus, ad Ecclesiæ conturbationem, damnationem molitus est in Theodorum Mopsuestenum*, etc. Liberatus tamen nihil dicit de Rufo et Cononе abbatibus ab Eustochio missis Constantinopolim. Ex adverso autem Evagrius nihil dicit de damnatione illa Origenis quæ studio Pelagii, Romanæ sedis apocrisiarii, facta fuerat ab imperatore Justiniano, et cui omnes patriarchæ subscripserant; Zoilus scilicet Alexandrinus, Ephræmius Antiochenus, Petrus Hierosolymitanus, ut scribit Liberatus in præcedenti capite; id autem contigit anno Christi 538, ut tradit Baronius. Legatio vero illa Cononis ac Rufi aliorumque monachorum Palæstinensium missa est ab Eustochio Constantinopolim anno Christi 551. Eo enim anno Apollinaris in locum Zoili Alexandrini episcopi subrogatus est, ut scribit Baronius. Eustochius vero in odium præcipue Apollinaris Alexandrini episcopi, monachos Novæ Lauræ, tanquam Origenistas, e monasterio exturbavit, sicut ex Theophane supra retulimus.

VARIORUM.

(*l*) *Εἰ δέοι τοὺς τετελευτηκότας ἀναθέματι περιβληθῆναι.* De hac quæstione vide Morinum, *De pœnitentia*, lib. x, cap. 9 (W. Lowth).

Digitized by Google

nem optime disponente, ut hinc et inde profana omnia penitus ejicerentur. Prima igitur quæstione proposita, utrum liceret mortuos anathemati subjicere, Eutychius, qui illic aderat, in sacris Scripturis apprime exercitatus, superstite **419** adhuc Mena, nondum valde illustris; erat enim etiam tum apocrisiarius episcopi Amasenorum. Cum eos qui congregati erant, tanquam solertior, per contemptum aspexisset, aperte dixit quæstionem illam deliberatione non egere, quandoquidem Josias rex sacerdotes dæmonum non modo vivos interfecisset, sed eorum qui diu antea mortui fuerant, sepulcra effodisset. Atque hoc ab Eutychio aptissime dictum esse, cuncti qui aderant censuerunt. Quod cum Justinianus intellexisset, Eutychium paulo post ad pontificalem urbis regiæ sedem promovit, Mena ex vivis sublato. Porro Vigilius per litteras quidem consensit; concilio tamen interesse noluit. Congregata igitur synodo, cum Justinianus episcopos interrogasset quid sentirent de Theodoro, et de his quæ Theodoritus contra Cyrillum et contra duodecim ejus capitula scripserat: quid item de epistola quæ dicitur Ibæ ad Marim Persam: postquam multa loca ex libris Theodori ac Theodoriti recitata essent, ostensumque præterea esset, Theodorum jampridem condemnatum fuisse, nomenque ejus ex sacris diptychis expunctum, et hæreticos etiam post mortem condemnandos esse: omnes uno consensu Theodorum quidem ipsum anathematizarunt; Theodoriti vero scripta adversus duodecim Cyrilli capitula, et adversus rectam fidem; Ibæ quoque epistolam ad Marim Persam sub anathemate damnarunt his verbis usi. Cum magnus Deus et Servator noster Jesus Christus juxta parabolam Evangelii, et cætera. *Et paulo post:* Condemnamus vero et anathematizamus præter reliquos hæreticos, qui condemnati et anathematizati sunt a supra memoratis quatuor sacrosanctis synodis, et a sancta catholica et apo-

τὴν θείαν ἐς ἄκρον ἐξησκημένος Γραφὴν, ἐσέτι ζῶντος Μηνᾶ, οὐδὲ τῶν διαφανῶν ὢν (ταῖς γὰρ ἀποκρίσεσι τοῦ Ἀμασείας ἐπισκόπου (98) διηκονεῖτο), διαῤῥήδην εἶπεν, οὐκ ἐν φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν καταφρονήματι τοὺς ἁλισθέντας ἐωρακὼς, μηδὲ βουλῆς τοῦτο δεῖσθαι· ἐπεὶ καὶ Ἰωσίας ὁ βασιλεὺς, οὐ τοὺς ζῶντας ἱερέας τῶν δαιμόνων πάλαι μόνον κατέσφαξεν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸ πολλοῦ τεθνηκότων τὰς θήκας ἀνώρυξε. Τοῦτο πρὸς ἔπος ἅπασι ἔδοξε λελέχθαι. Ὅπερ καὶ Ἰουστινιανὸς ἐγνωκὼς, ἐς τὸν τῆς βασιλευούσης αὐτὸν ἀνεβίβασε θρόνον, παραυτίκα Μηνᾶ τελευτήσαντος. Βιγίλιος μὲν οὖν ἐγγράφως συνθέμενος (99) συνεδρεύειν οὐχ εἵλετο. Πυθομένου δὲ Ἰουστινιανοῦ τῆς ἁλισθείσης συνόδου, τί φασι περὶ Θεοδώρου, καὶ ὧν Θεοδώριτος κατὰ Κυρίλλου καὶ τῶν δώδεκα αὐτοῦ κεφαλαίων εἵρηκε, καὶ τῆς λεγομένης ἐπιστολῆς Ἴβα, τῆς πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην, ἀναγνωσθεισῶν πολλῶν ῥήσεων Θεοδώρου καὶ Θεοδωρίτου, δειχθέντος δὲ ὡς καὶ πάλαι Θεόδωρος κατεκέκριτο, καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν ἀπηλείφει δέλτων, καὶ ὡς μετὰ[16] θάνατον δέοι τοὺς αἱρετικοὺς κατακρίνεσθαι· Θεόδωρον μὲν ἁπάσαις, τὸ δὴ λεγόμενον, ἀναθεματίζουσι, καὶ τὰ εἰρημένα Θεοδωρίτῳ κατὰ τῶν δύο καὶ δέκα κεφαλαίων Κυρίλλου, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τὴν ἐπιστολὴν Ἴβα, τὴν πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην, φήσαντες ταῦτα τὰ ῥήματα· Τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος (1) ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις παραβολήν. *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Κατακρίνομεν δὲ καὶ ἀναθεματίζομεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἱρετικοῖς τοῖς κατακριθεῖσι καὶ ἀναθεματισθεῖσι παρὰ τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ Θεόδωρον τὸν λεγόμενον ἐπίσκοπον Μοψουεστίας, καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα, καὶ τὰ ἀσεβῶς συγγραφέντα παρὰ Θεοδωρίτου κατά τε τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας πρώτης συνόδου,

VARIÆ LECTIONES.

[16] C. C. καὶ ὡς καὶ μετά.

VALESII ANNOTATIONES.

(98) *Ταῖς γὰρ ἀποκρίσεσι τοῦ Ἀμασείας ἐπισκόπου.* Id est, *Apocrisiarius erat Amasensis episcopi.* Habebant enim tam patriarchæ, quam majorum Ecclesiarum episcopi, apocrisiarios sive responsales, qui in imperatoris palatio ecclesiastica negotia procurabant. Quod a temporibus Constantini Magni usurpatum fuisse scribit Hincmarus in epistola 14 ad proceres regni. Habebant et monasteria suos apocrisiarios in urbe regia, qui eodem officio fungebantur, ut supra observavi. Horum apocrisiariorum mentio fit Novella 6 Justiniani. Plura vide in *Glossario* Pithœi ad *Novellas* Juliani antecessoris, et in *Onomastico* Rosweydi ad *Vitas Patrum.*

(99) *Ἐγγράφως συνθέμενος.* Joannes Langus hæc verba de Eutychii ordinatione intellexit. Sic enim vertit: *Porro Vigilius, etiamsi ei, scripto interveniente, cum Eutychio conveniret, assidere tamen illi noluit.* Verum hæc interpretatio est contra mentem Evagrii atque ipsius Nicephori. Id enim tantum dicit Evagrius: Vigilium consensisse quidem iis quæ gesta sunt in synodo; ei tamen interesse noluisse. Idque confirmatur ex actis synodi v Constantinopolitanæ, pag. 112. Ex quibus discimus Vigilium Papam, qui tunc erat Constantinopoli, licet sæpius rogatus fuisset, tum ab imperatore Justiniano, tum ab universis episcopis qui in ea urbe collecti erant, ut ad concilium veniret, idque ipse scripto pollicitus esset, nunquam tamen accedere voluisse. Porro scriptum illud quo Vigilium definitioni synodi consensisse ait Evagrius, nihil aliud est, quam constitutum Vigilii quod edidit Baronius ad annum Christi 553. Vel certe epistola Vigilii Papæ quam primus Græce edidit Petrus de Marca, una cum dissertatione doctissima, quam operæ pretium fuerit legere. Pagius ad ann. 554, n. 3, 4, existimat rectius hoc intelligi de prolixo Vigilii constituto XVII Kal. Martii istius anni edito, quo tria Capitula damnat. Constitutum istud Baluzius primo in lucem protulit, in *Nova Collectione conciliorum*, pag. 1551. (W. Lowth.)

(1) *Τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος.* Exstat hæc sententia in collatione 8 synodi v, pag. 112.

Digitized by Google

καὶ ὅσα ὑπὲρ συνηγορίας Θεοδώρου καὶ Νεστορίου αὐτῷ γέγραπται. Καὶ πρὸς τούτοις ἀναθεματίζομεν καὶ τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν τὴν λεγομένην παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην. Καὶ μετὰ ἕνια, ἐξέθεντο τέσσαρα καὶ δέκα κεφάλαια (2) περὶ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως προκεχωρήκει. Ἐκ λιβέλλων δὲ ἐπιδεδομένων (3) πρὸς Εὐλογίου, Κόνωνος, Κυριακοῦ, καὶ Παγκρατίου μοναχῶν κατὰ τῶν Ὠριγένους τοῦ καὶ Ἀδαμαντίου δογμάτων, καὶ τῶν ἑπομένων τῇ τούτου δυσσεβείᾳ καὶ πλάνῃ, πυνθάνεται Ἰουστινιανὸς τῆς ἁλισθείσης συνόδου περὶ τούτων, συζεύξας καὶ τοῦ λιβέλλου τὸ ἴσον, ἀτὰρ καὶ τὰ πρὸς Βιγίλιον (*m*) περὶ τούτων ἐπεσταλμένα. Ἐξ ὧν ἁπάντων ἔστιν ἐλεῖν, ὅπως ἐσπουδάσθη τῷ Ὠριγένει Ἑλληνικῶν καὶ Μανιχαϊκῶν ζιζανίων (4) ἐμπλῆσαι τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τὸ λιτόν. Ἀναφορὰ τοίνυν γέγονε πρὸς Ἰουστινιανὸν παρὰ τῆς συνόδου μετὰ τὰς γενομένας παρ' αὐτῆς ἐκβοήσεις κατὰ Ὠριγένους καὶ τῶν τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ πεπλανημένων· ὧν ἕνια τούτοις ἔγκειται τοῖς ῥήμασι· Τῆς ἄνωθεν εὐγενείας (5) μετέχουσαν κεκτημένος τὴν ψυχήν, Χριστιανικώτατε βασιλεῦ. *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Ἐφύγομεν τοίνυν, ἐφύγομεν ταύτην. Οὐ γὰρ ἐγνωρίσαμεν τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνὴν, καὶ ὡς κλέπτην, καὶ ὡς λῃστὴν τὸν τοιοῦτον τοῖς τοῦ ἀναθέματος βρόχοις ἀσφαλῶς περισφίγξαντες, τῶν ἱερῶν ἔξω περιβόλων ἀπεβαλόμεθα. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Τῶν δὲ παρ' ἡμῶν πεπραγμένων διὰ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀναγνώσεως εἴσεσθε τὴν δύναμιν. Τούτοις συνέζευξαν καὶ τὰ κεφάλαια τὰ ὅσα πρεσβεύειν οἱ τὰ Ὠριγένους δοξάζοντες ἐδιδάχθησαν, δηλοῦντα τάς τε συμφωνίας αὐτῶν, ἀτὰρ καὶ τὰς διαφωνίας, καὶ τὴν πολυσχεδῆ τούτων πλάνην (6). Ἐν τούτοις ἔστι πέμπτον κεφάλαιον τῶν βλασφημηθέντων ἀπὸ ἰδικῶν προσώπων τῆς καλουμένης Νέας Λαύρας, ἔχον ὧδε· Θεόδωρος ὁ Ἀσκι-

A stolica Ecclesia, Theodorum quoque eum qui dicitur episcopus Mopsuestiæ, et impia ejusdem scripta: Ea item quæ a Theodorito impie conscripta sunt contra rectam fidem, et contra duodecim capitula sancti Cyrilli, et contra sacrosanctam primam synodum Ephesinam: cuncta denique quæ ab eodem Theodorito pro defensione Theodori ac Nestorii scripta sunt. Anathematizamus præterea impiam illam epistolam **420** quæ ab Iba scripta esse dicitur ad Marim Persam. Et aliquanto post exposuerunt quatuordecim capita de recta ac sincera fide. Et hæc quidem processerunt in hunc modum. Cum autem libelli ab Eulogio, Conone, Cyriaco et Pancratio monachis, dati essent contra dogmata Origenis Adamantii, et contra eos qui impietatem
B atque errores illius sequebantur, de his Justinianus synodum quæ congregata erat consuluit, subjecto epistolæ suæ exemplari ejusdem libelli, et iis quæ ad Vigilium his de rebus scripserat. Ex quibus omnibus deprehendere licet, id studium fuisse Origeni, ut apostolicorum dogmatum simplicitatem, gentilium et Manichæorum lolio repleret. Missa est igitur relatio a prædicta synodo ad Justinianum, post acclamationes quas contra Origenem et ejusdem cum illo erroris sectatores congesserant; cujus pars sic habet. Cum animum possideas cœlestis nobilitatis participem, Christianissime imperator. *Et paulo post:* Fugimus itaque, fugimus istam doctrinam. Neque enim novimus alienorum vocem.
C Et illum tanquam furem ac latronem, anathematis laqueis firme constrictum, procul a sacris septis ejecimus. *Et post aliquanta:* Eorum vero quæ a nobis gesta sunt vim ac virtutem, ex eorumdem lectione cognoscetis. His adjunxerunt etiam capita, quæcunque Origenis sectatores profiteri a magistris suis didicerunt; ex quibus tum consensus

VALESII ANNOTATIONES.

(2) *Τέσσαρα καὶ δέκα κεφάλαια.* Hæc quatuordecim capitula, sive expositiones rectæ fidei, exstant pag. 115 et 116, synodi v CP.

(3) *Ἐκ λιβέλλων δὲ ἐπιδεδομένων.* In actis quidem synodi v Constantinopolitanæ quæ Latino sermone edita ad nos pervenerunt, nihil exstat eorum quæ subjungit Evagrius, de Origenis scilicet, et
D Evagrii ac Didymi condemnatione. Itaque Baronius acta ista mutila atque imperfecta esse merito existimavit. Nicephorus quidem hæc adversus Origenem ejusque sectatores gesta esse dicit in secunda congregatione; Theophanes vero et auctor *Chronici Alexandrini*, quintam synodum primo præcipue collectam esse scribunt adversus errores Origenis et Evagrii ac Didymi; secundo autem loco adversus tria capitula.

(4) *Ἑλληνικῶν καὶ Μανιχαϊκῶν ζιζανίων.* Hæc verba desumpta sunt ex epistola imperatoris Justiniani ad synodum v CP. cujus epistolæ pars refertur a Cedreno in *Chronico:* Ἐπεὶ τοίνυν διέγνωσται ἡμῖν ὥς τινες ἐν Ἱεροσολύμοις εἰσὶ μοναχοὶ δήπουθεν Πυθαγόρᾳ καὶ Πλάτωνι καὶ Ὠριγένει κατακολουθοῦντες, δεῖν ᾠήθημεν φροντίδα καὶ ζήτησιν ποιήσασθαι περὶ τούτων, ἵνα μὴ τέλεον διὰ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ Μανιχαϊκῆς ἀπάτης αὐτῶν πολλοὺς ἀπολέσωσι. Id est: *Cum igitur nobis nuntiatum fuerit, quosdam esse monachos Hierosolymis, qui Pythagoram et Platonem, et Origenem Adamantium sectantur, de his rebus curam et quæstionem habendam esse existimavimus, ne Græcanico et Manichaico errore multos penitus perdant.* Idem legitur in epistola imperatoris Justiniani ad Menam, de erroribus Origenis.

(5) *Τῆς ἄνωθεν εὐγενείας.* Non possum probare interpretationem Christophorsoni, qui hæc verba ita vertit: *Qui animum nobilitatis antiquæ participem tenes.* Longe rectius Joannes Langus et Musculus ea interpretati sunt. Langus quidem hoc modo: *Qui animum obtines cœlestis participem generositatis.* Musculus vero ita vertit: *Animum supernæ nobilitatis sortite, Christianissime imperator.*

(6) *Τὴν πολυσχεδῆ τούτων πλάνην.* Melius apud Nicephorum scribitur πολυσχιδῆ, neque enim Græce dici existimo πολυσχεδής. Eumdem errorem jam alibi observasse memini. Sed locus nunc minime succurrit.

VARIORUM.

(*m*) *Πρὸς Βιγίλιον.* Christophorsonus legit πρὸς Βιγιλίου· quam lectionem sequitur Garnerius, et intelligit responsum Vigilii ad litteras Justiniani. Vide ejus *Dissertat. de quinta synodo* ad calcem Liberati. p. 194 (W. Lowth).

Digitized by Google

corum, tum dissensio, ac multiplex et multifidus error deprehenditur. In his quintum caput erat, continens blasphemias quas privati quidam ex Nova Laura protulerant, quod sic habet : Theodorus Ascidas Cappadox dixit : **421** Quando nunc apostoli et martyres miracula efficiunt, et in tanto honore sunt, nisi in resurrectione æquales fuerint Christo, qualis tandem eorum resurrectio futura est? Retulerunt etiam iidem Patres multas alias Didymi, Evagrii ac Theodori blasphemias, quas

A δᾶς ὁ Καππαδόκης (7), εἶπεν· Εἰ νῦν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μάρτυρες θαυματουργοῦσι, καὶ ἐν τῇ τοσαύτῃ τιμῇ ὑπάρχουσιν, ἐν τῇ ἀποκαταστάσει εἰ μὴ ἴσοι γένοιντο τῷ Χριστῷ", ποία ἀποκατάστασις αὐτοῖς ἐστιν; Ἀνηνέχθησαν αὐτοῖς καὶ Διδύμου, καὶ Εὐαγρίου, καὶ Θεοδώρου ἕτεραι πολλαὶ βλασφημίαι μάλα σπουδαίως τὰ περὶ τούτων ἐκλεξαμένοις. Μετὰ τοίνυν ταύτην τὴν σύνοδον χρόνου τινὸς ἐν μέσῳ διαστάντος, Εὐτύχιος (*n*) μὲν ἐκβάλλεται (8), Ἰωάννης δὲ (9) τῷ θρόνῳ τῆς Κανσταντινουπόλεως Ἐκ-

VARIÆ LECTIONES.

" C. C. Θεῷ.

VALESII ANNOTATIONES.

(7) *Θεόδωρος ὁ Ἀσκιδᾶς ὁ Καππαδόκης.* Quantum ex his Evagrii verbis colligere licet, erat hic Theodorus Cappadox ex numero monachorum novæ lauræ, quæ fuit juxta urbem Hierosolyma. Hic est igitur Theodorus Nonni Origenistæ assecla, qui postea Cæsareæ Cappadocum episcopus factus, Origenistarum patrocinium aperte suscepit, ut scribit Cyrillus Scythopolitanus in *Vita sancti Sabæ*. Porro cum hic Theodorus Cæsareæ Cappadocum episcopus primas, ut ita dicam, partes egerit in synodo v Constantinopolitana, ut ex ejus actis perspici potest, quomodo nunc in eadem synodo tanquam Origenista accusatur? Non igitur sine causa suspicari possumus, hæc quæ Evagrius, Theophanes et Cedrenus gesta esse dicunt in v synodo adversus Origenem, diu post illam synodum adjecta ei fuisse ob argumenti similitudinem, non tamen in ea synodo acta fuisse. Sic etiam gesta quintæ synodi Constantinopolitanæ sub Mena adversus Anthimum et Zoaram, huic synodo quintæ œcumenicæ subjici solebant, ut testatur Photius in *Bibliotheca*. Idem etiam probari potest ex iis quæ subnectit Evagrius. Ait enim multa impie dicta, ex Evagrii ac Didymi et Theodori Mopsuesteni libris collecta, ad eam synodum relata esse. Quod si hæc in quinta synodo Constantinopolitana gesta essent, ut tradit Evagrius, superfluum omnino fuisset atque inutile, Theodori dicta repetere quæ in supradicta synodo toties recensita fuerant atque damnata. Itaque existimo hæc adversus Origenem acta esse in alia synodo Constantinopolitana anno Christi 538, tunc cum monachi quidam Hierosolymitani, quibus Pelagius Romanæ Ecclesiæ diaconus ac Mena episcopus Constantinopolitanus favebant, libellum Justiniano obtulerunt, capitula quædam ex libris Origenis excerpta continentem; postulantes a principe ut ea capitula damnarentur, quemadmodum refert Liberatus in cap. 23 *Breviarii*. Vide Baronium ad annum Christi 538. Cæterum conjecturam nostram prorsus confirmant ea quæ paulo ante scribit Evagrius; in his videlicet gestis adversus Origenem insertam fuisse epistolam imperatoris Justiniani ad Vigilium Papam de erroribus Origenis. Non igitur in synodo quinta Constantinopolitana hæc gesta sunt anno Christi 553. Eo siquidem anno Vigilius erat Constantinopoli; nec necesse est ut Justinianus cum eo per litteras ageret. Acta sunt ergo hæc adversus Origenem diu antea, tunc videlicet cum Justinianus, accepto libello monachorum illorum Palæstinensium, epistolam scripsit ad Menam episcopum Constantinopolitanum de erroribus Origenis: jubens ut, collectis episcopis qui in urbe regia aderant, et abbatibus monasteriorum, errores illos condemnaret. Exstat hæc Justiniani epistola Græce et Latine edita ad calcem synodi quintæ Constantinopolitanæ, alieno prorsus loco. Non enim pertinet ad synodum quintam Constantinopolitanam, quæ anno 553 celebrata est, sed ad alteram synodum Constantinopolitanam quæ jussu imperatoris Justiniani collecta est anno Christi 538 (*). Itaque Baronius hanc epistolam Justiniani recte retulit ad eum annum quem dixi. In fine autem ejus epistolæ Justinianus diserte testatur se ad Vigilium quoque Romanæ urbis episcopum epistolam scripsisse eodem argumento. Sic enim ait: *Hæc porro eadem scripsimus non modo ad sanctitatem tuam, sed etiam ad sanctissimum et beatissimum papam senioris Romæ et patriarcham Vigilium, et ad cæteros omnes sanctissimos episcopos et patriarchas, Alexandriæ, Theopoleos et Hierosolymorum, ut et hi huic rei prospiciant, et hæc finem adipiscantur.* Denique anathematismi illi quos adversus Origenis dogmata in quinta synodo Constantinopolitana contortos fuisse dicit Nicephorus, iisdem plane verbis leguntur in epistola Justiniani ad Menam, quæ scripta est diu ante synodum quintam, anno Christi 538, ut ex Liberato docet Baronius. Idem quoque probari potest ex epistola quam Gregorius Magnus initio pontificatus sui scripsit ad quatuor patriarchas. Nam cum in ea epistola diserte profiteatur se quintam synodum Constantinopolitanam cum veneratione suscipere, in qua epistola Ibæ et Theodori ac Theodoriti scripta quædam damnata sunt, de Origenis condemnatione nihil dicit. Quam profecto non omissurus fuisset, si Origenes in ea synodo esset condemnatus.

(8) *Εὐτύχιος μὲν ἐκβάλλεται.* Hæc satis negligenter ab Evagrio scripta sunt, qui causam depositionis Eutychii dissimulavit, ne Justiniani principis memoriam aliquatenus offenderet. Quod si quis integram hujus rei narrationem legere desiderat, exstat apud Surium in *Vita beati Eutychii* patriarchæ, aὐ Eustathio ejus discipulo eleganter conscripta, et apud Nicephorum in cap. 29 lib. xvii. Baronius id factum esse dicit anno Christi 564, qui fuit ultimus annus imperii Justiniani.

(9) *Ἰωάννης δέ.* Hic est Joannes Scholasticus,

VARIORUM.

(*n*) *Εὐτύχιος.* Eutychium Justinianus, quia ejus edicto de incorruptibilitate corporis Christi ante resurrectionem consentire nolebat, deposuit et in exsilium deportari jussit. Quod si edictum illud non fuerit publicatum ante annum 565, ut Pagius affirmat, tum Eutychii depulsio haud recte anno 564 a Baronio et Caveo consignata est. — In ejus locum suffectus est Joannes Scholasticus, ut docet Evagrius capite sequenti.

(*n*') Cum Valesio synodum contra Origenem coactam ad annum 538, refert Pagius in *Crit.* ad annum istum, n. 16. — Caveus eam rejicit in annum 541, *Hist. eccl.* vol. II, pag. 200 (W. Lowth). — Narrat Caveus tria concilia contra Origenistas CPoli coacta. Primum sub Mena simul cum episcopis qui in urbe reperti sunt, anno 541. Secundum a Vigilio papa Romano tunc CPli agente, et 50 episcopis habitum anno 547. Tertium œcumenicum de quo paulo ante.

Digitized by Google

κλησίας ἀντεισάγεται, ὁ ἐκ τοῦ Σηρήμιος (10)· κώμη δὲ αὕτη ἐν τῇ Κυνηγικῇ κειμένη τῆς Ἀντιοχέων χώρας.

urbis regiæ expulsus est; Joannes vero in ejus vicus est Cynegicæ regionis in territorio Antiochensi.

A studiose admodum ex eorum libris excerpserant. Cæterum post hanc synodum aliquanto temporis spatio elapso Eutychius quidem ex pontificali sede locum subrogatus. Ortus hic erat ex Sirimi, qui

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'

Ὡς Ἰουστινιανὸς, τῆς ὀρθῆς δόξης περιτραπεὶς, ἄφθαρτον τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα ἐπρέσβευσεν.

Τηνικαῦτα ὁ Ἰουστινιανὸς, τῆς ὀρθῆς λεωφόρου τῶν δογμάτων ἐκτραπεὶς, καὶ πρὸς τὴν ἀτριβῆ τοῖς ἀποστόλοις τε καὶ τοῖς Πατράσιν ἀτραπὸν βαδίσας, ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις περιπέπτωκεν. Ὧν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐμπλῆσαι βουληθεὶς, τοῦ σκοποῦ διήμαρτε, τοῦ Κυρίου τὴν βασιλικὴν ὁδὸν ἀῤῥήτοις θριγκοῖς (11) κατασφαλισαμένου, ὡς ἂν μὴ φονευταὶ ἐπεισπηδήσωσιν ὡς τοίχῳ κεκλιμένῳ καὶ φραγμῷ ὡσμένῳ, τῆς προφητείας πληρώσας τὴν πρόῤῥησιν. Τὴν μὲν οὖν πρεσβυτέραν Ῥώμην μετὰ Βιγίλιον (*o*), Ἰωάννου (12) τοῦ καὶ Κατελίνου ἐπισκοποῦντος, τὴν δὲ νέαν, Ἰωάννου τοῦ ἀπὸ Σηρήμιος, καὶ τὴν Ἀλεξανδρέων, Ἀπολιναρίου, τὴν Θεοπολιτῶν Ἀναστασίου μετὰ Δομνῖνον (*p*) ἐπισκοποῦντος, καὶ τὴν Ἱεροσολύμων Μακαρίου, αὖθις ἀποδοθέντος (13) τῷ οἰκείῳ θρόνῳ, ἐπεὶ Ὠριγένην καὶ Δίδυμον καὶ Εὐάγριον ἀνα[τε]θεμάτικε, μετὰ τὴν Εὐστοχίου καθαίρεσιν· τὸ καλούμενον πρὸς Ῥωμαίων ἴδικτον [18] γράφει, ἐν ᾧ ἄφθαρτον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου κέκληκε, καὶ τῶν φυσικῶν καὶ ἀδιαβλήτων παθῶν ἀνεπίδεκτον, οὕτως λέγων τὸν Κύριον πρὸ τοῦ πάθους φαγεῖν, ὥσπερ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔφαγε, μηδεμίαν τροπὴν ἢ ἀλλοίωσιν ἐξ αὐτῆς τῆς ἐν μήτρᾳ διαπλάσεως, μηδὲ ἐν τοῖς ἐκουσίοις καὶ φυσικοῖς

CAP. XXXIX.

Quomodo Justinianus, a recta fide desciscens, corpus Domini incorruptibile asseruit.

Eodem tempore Justinianus, a recta catholicorum dogmatum via deflectens, et tramitem ingressus quem nec apostoli nec Patres vestigiis suis triverant, in spinas ac tribulos delapsus est. Quibus cum Ecclesiam quoque replere voluisset, voti sui compos fieri nunquam potuit, **422** cum Dominus regiam viam firmissimis septis muniisset, ne sicarii ac latrones in eam insilire possent, tanquam pariete inclinato et maceria depulsa. Atque hoc modo impletum est id quod prædictum fuerat a propheta. Joanne igitur qui et Catelinus dictus est, post mortem Vigilii episcopatum Romanæ urbis administrante; Constantinopolitanam autem Ecclesiam regente Joanne altero cui patria fuit Sirimis : et Alexandrinæ quidem Ecclesiæ Apollinare, Antiochenæ vero post Domninum præsidente Anastasio. Macario denique Hierosolymitanæ Ecclesiæ sacerdotium possidente, atque in pristinam sedem restituto; cum post depositionem Eustochii, Origenem, Didymum atque Evagrium sub anathemate damnasset : Justinianus scripsit id quod Romani edictum vocant, in quo corpus Domini incorruptibile appellat, et naturalium atque inculpabilium affectionum capax fuisse negat : Dominum ante passionem eodem

VARIÆ LECTIONES.

[18] ἴνδικτον.

VALESII ANNOTATIONES.

cujus exstat quædam canonum collectio. De ejus ordinatione ita scribit Victor Thunonensis in *Chronico : Anno 39 imperii sui Justinianus Eutychium Constantinopolitanum episcopum, damnatorem trium Capitulorum, et Evagrii eremitæ diaconi, ac Didymi monachi et confessoris Alexandrini, quorum laudes supra illustrium virorum ex auctoritate protulimus, exsilio dirigit, et pro eo Joannem ejusdem erroris consimilem episcopum facit.*

(10) *Ἐκ τοῦ Σιρίμιος.* In optimo codice Florentino scriptum inveni Σηρήμιος, hic et in sequenti capite. Hujus prædii meminit Theophanes in *Chronico*, pag. 151, ubi de Alamundari irruptione in Syriam scribit, Καὶ ἔκαυσε τὰ ἔξω Καλχηδόνος, καὶ τὸ σερμίον κτῆμα, καὶ τὴν Κυνηγίαν χώραν. Id est : *Et incendit exteriora Chalcidis, vastavitque Sermium prædium et regionem Cynegicam.* In Græcis pro Καλχηδόνος emendavi Χαλκίδος.

(11) *Ἀῤῥήτοις θριγκοῖς.* Rectius in Nicephoro scribitur ἀῤῥήκτοις. Quam scripturam confirmat etiam codex Tellerianus.

(12) *Μετὰ Βιγίλιον Ἰωάννου.* Errat Evagrius. Neque enim Vigilio successit Joannes, sed Pelagius. Quo mortuo pontificatum Ecclesiæ Romanæ suscepit Joannes junior, anno natalis Dominici 560.

(13) *Μακαρίου αὖθις ἀποδοθέντος.* Hic locus inprimis notandus est adversus Baronii sententiam, qui Macarium in sedem suam restitutum esse credidit ante quintam synodum Constantinopolitanam. Verum hanc Baronii opinionem refellit hic Evagrii locus, qui Macarii restitutionem factam esse docet diu post illam synodum. Evagrio subscribit Victor Thunonensis in Chronico his verbis: *Anno 37 Imperii Justiniani, Eustochius Hierosolymitanus episcopus qui fuerat Macario superstite ordinatus, ejicitur : et rursum Macarius reformatur.* Theophanes autem in *Chronico*, restitutionem Macarii confert in tempora Justini Junioris, ut superius observavi.

VARIORUM.

(*o*) *Μετὰ Βιγίλιον.* Vigilius papa Rom. ex multa afflictione calculi exstinctus est anno 555, inque ejus locum ordinatus est Pelagius I, die undecima mensis Aprilis ejusdem anni. Post Pelagii mortem (quæ contigit die prima mensis Martii anni 560) cessavit episcopatus menses 4, dies 17. Tum vero ordinatus Joannes III natione Romanus, die 18 mensis Julii.

(*p*) *Ἀναστασίου μετὰ Δομνῖνον.* Mortuo Domno seu Domnino anno 559 Anastasii episcopatus inchoatus est Kalendis Septembris ejusdem anni. Hunc Anastasium Baronius (et post eum Caveus aliique) *Sinaitam* perperam appellat (Ant. Pagi ad ann. 561, n. 2).

Digitized by Google

modo comedisse dicens quo post passionem comedit, cum sacrosanctum ejus corpus jam inde ex quo in utero formatum est, nullam conversionem aut mutationem nec in voluntariis et naturalibus perpessionibus, nec post resurrectionem acceperit. Porro Justinianus omnes ubique episcopos per vim cogere instituit, ut huic opinioni assentirentur. Sed cum universi sententiam Anastasii Antiochensis episcopi exspectare se respondissent, primum imperatoris impetum declinarunt.

πάθεσι, μηδὲ δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ παναγίου σώματος αὐτοῦ δεξαμένου· οἷς συναινεῖν τοὺς ἑκασταχῆ ἱερέας κατηνάγκαζε. Πάντες μὲν οὖν ἐς Ἀναστάσιον τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον καραδοκεῖν εἰπόντες, τὴν πρώτην πεῖραν ἀπεκρούσαντο.

CAP. XL.

De Anastasio archiepiscopo Antiochiæ.

Porro iste Anastasius vir fuit tum in divinis Litteris admodum eruditus, tum in moribus et in vivendi ratione accuratissimus : adeo ut res etiam levissimas observaret, nec a constantia et firmitate unquam deflecteret, nedum in magni momenti rebus, et quæ ad Deum spectarent. Mores autem suos ita temperaverat, ut neque adeundi et alloquendi ipsum facilitas expositum illum redderet iis quibus minime oportebat : nec severitas et inclementia inaccessum eum præstaret juri atque rationi. Et in seriis quidem colloquiis, aures ei patentes et lingua profluens erat : et quæstiones propositas prudenter et argute dissolvebat. In sermonibus autem ineptis ac superfluis, aures quidem penitus occlusas habebat, linguam vero quasi freno quodam comprimebat : ita ut orationem ratio **423** metiretur, et silentium omni oratione præstantius esset. Hunc igitur, tanquam inexpugnabilem murum, omni machinarum genere oppugnare adortus est Justinianus : id scilicet secum ipse cogitans, se, si hoc propugnaculum subruisset, urbem posthæc nullo negotio capturum esse, et rectæ fidei doctrinam in servitutem redacturum; denique oves Christi captivas abducturum esse. Anastasius vero divina quadam animi celsitudine, adeo supra imperatorem sese extulit, quippe qui fundatus esset supra firmam petram, ut, missa ad Justinianum relatione, palam ei contradixerit, et manifestissime simul ac disertissime in eadem relatione ei demonstraverit, corpus Domini in perpessionibus naturalibus et quæ in reprehensionem non cadunt, corruptioni obnoxium fuisse, atque ita divinos apostolos et sanctos Patres sensisse, ac posteris tradidisse. Eadem quoque rescripsit ad monachos primæ ac secundæ Syriæ, qui ipsum consuluerant : cunctorum animos confirmans, et ad subeundum certamen præparans, et quotidie in Ecclesia recitans verba illa

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Περὶ Ἀναστασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας.

Ἦν δὲ ὁ Ἀναστάσιος, τὰ μὲν θεῖα ἐς τὰ μάλιστα λόγιος· ἀκριβὴς δὲ τοὺς τρόπους καὶ τὴν δίαιταν· ὡς καὶ τοῖς λίαν ψιλοῖς ἐπισκήπτειν, καὶ μηδαμοῦ τοῦ εὐσταθοῦς καὶ βεβαίου παρεξιέναι, μήτι γε δὴ τῶν καιρίων· καὶ ἐς αὐτὸ τὸ Θεῖον ἀναφερομένων. Οὕτω δὲ τὸ ἦθος ἐκέκρατο, ὡς μηδὲ τῷ εὐπροσόδῳ τε καὶ εὐεντεύκτῳ, εὐεπίβατον τοῖς μὴ καθήκουσιν εἶναι, μηδὲ τῷ αὐστηρῷ τε καὶ ἀφειδεῖ δυσπρόσιτον ἐς τὰ δέοντα καθεστάναι. Ἐν μὲν οὖν τοῖς σπουδαίοις, ἕτοιμος ἦν τὰ ὦτα, καὶ τὴν γλῶσσαν εὔρους, εὐθυβόλως τὰς πύστεις διαλύων. Ἐν δὲ τοῖς παρέργοις, τὰ μὲν ὦτα τέλεον ἀποκέκλειστο· τὴν δὲ γλῶσσαν χαλινὸς ἐπεῖχεν, ὡς καὶ τὸν λόγον, λόγῳ ῥυθμίζεσθαι, καὶ τὴν σιωπὴν κρείττονα λόγου καθεστάναι. Τούτῳ ὥσπερ τινὶ δυσαλώτῳ πύργῳ ὁ Ἰουστινιανὸς προσβάλλει παντοίας μηχανὰς ἐπιστήσας, ἐννοῶν ὡς εἰ τοῦτον κατασείσειε (14), πόνος οὐδεὶς λελείψεται τὴν πόλιν ἑλεῖν, ἀνδραποδίσαι τε τὰ ὀρθὰ τῶν δογμάτων, καὶ αἰχμάλωτα λαβεῖν τὰ πρόβατα τοῦ Χριστοῦ. Ὁ δὲ, εἰς τοσοῦτον ὑπερήρθη τῷ θείῳ φρονήματι (ἐπὶ τὴν ἄῤῥηκτον γὰρ πέτραν εἱστήκει τῆς πίστεως), ὡς καὶ Ἰουστινιανῷ ἀναφανδὸν ἀντειπεῖν δι' οἰκείας μηνύσεως, καὶ ἀποδεῖξαι μάλα σαφῶς καὶ λογίως δι' αὐτῆς, ὡς φθαρτὸν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἐν τοῖς φυσικοῖς καὶ ἀδιαβλήτοις πάθεσιν, οἵ τε θεσπέσιοι ἀπόστολοι, οἵ τε θεοφόροι ᾔδεσάν (q) τε καὶ παρέδοσαν Πατέρες. Ταῦτα δὲ καὶ πρὸς τὸ μοναδικὸν πρώτης τε καὶ δευτέρας Συρίας πυθόμενον, ἀπεκρίνατο, πάντων ὑποστηρίζων τὰς γνώμας, καὶ πρὸς τὸν ἀγῶνα ἐπαλείφων, ἐπί τε τῆς Ἐκκλησίας ὁσημέραι ἀναγινώσκων τὸ τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς· « Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ ᾖ, ἀνάθεμα ἔστω. » Οἷς ἀπιδόντες ἅπαντες τὰ παραπλήσια μέχρις εὐαρίθμων ἐζήλωσαν. Γέγραπται δ' οὖν αὐτῷ καὶ συντακτήριος πρὸς τοὺς Ἀντιοχέας λόγος (15), πυθομένῳ τὸν Ἰουστινιανὸν ἐθέλειν αὐτὸν ἐξοστρα-

VALESII ANNOTATIONES.

(14) *Εἰ τούτου κατασείσειε.* Rectius apud Nicephorum, et in codice Telleriano scribitur τοῦτον κατασείσειε. Sic enim leges grammaticæ postulant. Metaphora est ducta ab obsidionalibus machinis, quibus urbes expugnari solebant. Porro de hujus Anastasii Sinaitæ constantia in defendenda recta fide adversus hæresim Aphthartodocitarum, scribit etiam Eustathius in *Vita beati Eutychii* patriarchæ Constantinopolitani.

(15) *Συντακτήριος πρὸς τοὺς Ἀντιοχέας λόγος.* Mirum est tres interpretes, Langum, Musculum et Christophorsonum, in unius vocabuli interpretatione simul lapsos fuisse, Græci συντακτικοὺς et συντακτηρίους λόγους vocabant orationes ad vale dicendum, earumque orationum peculiarem methodum nobis tradiderunt, ut jam pridem monui in Adnotationibus Eusebianis, pag. 590, not. i. Quæ hic repetere superfluum puto.

VARIORUM.

(q) Ἤδεσαν. Scribe ᾔδεισαν. W. Lowth.

Digitized by Google

κίσαι· ὃν ἔστι δικαίως ἄγασθαι, τῆς τε καλλιεπείας, τοῦ τε ῥοῦ τῶν νοημάτων, τῆς τε εὐπορίας τῶν ἱερῶν Ῥήσεων, καὶ τὸ πρόσφορον τῆς ἱστορίας (16). universi animo perpenderent, paucis exceptis, eodem Anastasio oratio ad Antiochenos, qua illis vale dicebat, cum accepisset Justinianum velle ipsum in exsilium mittere. Quam quidem orationem merito quis admiretur, tum ob verborum elegantiam, tum ob copiam sententiarum, tum denique ob frequentia sacræ Scripturæ testimonia, et ob historiam suis locis apte accommodatam.

A ab electionis vase prolata : « Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, quamvis angelus ex cœlo fuerit, anathema sit[p]. » Quæ cum exemplum ejus secuti sunt. Scripta est etiam ab

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ.

Περὶ τοῦ θανάτου Ἰουστινιανοῦ.

Ἀλλὰ, τοῦ Θεοῦ κρεῖττόν τι προβλεψαμένου περὶ ἡμῶν, ὁ λόγος οὐκ ἐδημοσιεύθη. Ὁ γὰρ Ἰουστινιανὸς τὴν Ἀναστασίου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων τὴν ἐξορίαν ὑπαγορεύων, ἀοράτως τρωθεὶς τὸν τῇδε κατέστρεψε βίον (r), βασιλεύσας τὰ πάντα ὀκτὼ καὶ τριάκοντα ἔτη, πρὸς μησὶν ὀκτώ.

Τέλος τοῦ δ' τόμου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Εὐαγρίου.

CAP. XLI.

De obitu Justiniani.

Verum oratio illa haudquaquam publicata est, eo quod Deus, nobis prospiciens, res nostras in B melius commutavit. Etenim Justinianus, dum adversus Anastasium et sacerdotes qui cum illo erant, deportationis sententiam dictaret, invisibili plaga ictus ex hac luce migravit, cum imperasset in universum annos octo ac triginta, et menses octo.

Finis libri quarti Ecclesiasticæ Historiæ Evagrii.

ΤΟΜΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

LIBER QUINTUS.

Τάδε ἐνεστιν ἐν τῷ πέμπτῳ τόμῳ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Εὐαγρίου Σχολαστικοῦ.

Α'. Περὶ τῆς Ἰουστίνου ἀναῤῥήσεως, καὶ τοῦ τρόπου αὐτοῦ.

Β'. Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Ἰουστίνου τοῦ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ.

Γ'. Περὶ τῶν ἀλιτηρίων, Ἀδδαίου καὶ Αἰθερίου.

Δ'. Περὶ τοῦ προγράμματος τῆς πίστεως ἡμῶν, ὅπερ Ἰουστῖνος τοῖς ἁπανταχοῦ Χριστιανοῖς ἔγραψεν.

Ε'. Περὶ τῆς ἐκβολῆς Ἀναστασίου ἐπισκόπου Θεουπόλεως.

C *In quinto libro Ecclesiasticæ Historiæ Evagrii Scholastici hæc continentur.*

424 Cap. I. De electione imperatoris Justini, et de ejus moribus.

II. De cæde Justini cognati imperatoris.

III. De sceleratis hominibus, Addæo atque Ætherio.

IV. Edictum de fide, ad omnes qui ubique sunt Christianos a Justino scriptum.

V. De Anastasii Antiochensis episcopi ejectione.

[p] Galat. 1, 8, 9.

VALESII ANNOTATIONES.

(16) *Καὶ τὸ πρόσφορον τῆς ἱστορίας.* Savilius ad oram sui codicis emendavit καὶ τοῦ προσφόρου. Sic enim flagitant leges grammaticæ. Eas tamen ab Evagrio nostro interdum sperni observavi. Nicephorus vero cum hunc Evagrii locum describeret, pro particula conjunctiva præpositionem substituit hoc modo : πρὸς τὸ *πρόσφορον* τῆς ἱστορίας.

D

VARIORUM.

(r) *Τὸν τῇδε κατέστρεψε βίον.* Mortuus est Justinianus imp. die 14 mensis Novembris anni 565, cum imperasset annos triginta octo, menses septem, et dies tredecim, inquit Ant. Pagi, ad eumdem annum, n. 3. De moribus ejus hæc Zonaras : *Fuit aditu facillimus, ad pœnam irrogandam æque promptus atque ad crimina audienda : pecuniam et temere profudit, et per fas ac nefas comparavit, aliam in ædificia, aliam ad exsequenda consilia sua, aliam in rem bellicam et contentiones eorum qui voluntati ipsius adversabantur, insumendo. Ita factum ut, cum pecunia semper egeret, eam rationibus parum honestis compararet, ac gratiam haberet iis qui colligendi vias argenti ostenderent,* etc. Baronius mendoso Suidæ Lexico deceptus, Justinianum *analphabetum* dixit : cum fuerit e contra in liberalibus litteris, et in constitutionibus ecclesiasticis (quarum corpus e canonibus, aut e receptis moribus hausit) exercitatissimus. Hoc nomine culpandus, quod in extrema ætate lapsus sit in hæresin Aphthartodocitarum, quæ Christi corpus ex ipsa divinitatis conjunctione incorruptum asserebat. Ex qua tamen paulo ante mortem eum resipuisse docet Baronius.

Digitized by Google

VI. Quomodo post Anastasium Gregorius episcopus factus sit, et de moribus ejusdem.

VII. Quomodo Persarmeni Romanis sese tradiderunt, unde bellum exortum est Romanos inter ac Persas.

VIII. De Marciano magistro militum et de Nisibis obsidione.

IX. Quomodo Chosroes, cum Addarmanem ducem contra Romanos misisset, qui illos magnis cladibus affecit, ipse Nisibim perrexit.

X. De expugnatione Apameæ et Daras.

XI. Quomodo cum Justinus in dementiam incidisset, Tiberius reipublicæ curam suscepit.

XII. Quomodo Trajanus legatus ad Chosroem missus, res Romanorum restituit.

XIII. De nuncupatione imperatoris Tiberii, et de moribus ejusdem.

XIV. Quomobo imperator Tiberius, collectis ingentibus copiis, et Justiniano duce contra Chosroem misso, eum ex Romanorum finibus expulit.

XV. Quomodo Chosroes cladem suam ægre ferens, ex hac luce migravit : et filius ejus Hormisda ei in regnum successit.

XVI. Quinam eo tempore majorum Ecclesiarum fuerint episcopi.

XVII. De terræmotu qui Tiberii temporibus contigit Antiochiæ.

XVIII. De motu adversus sceleratum Anatolium.

XIX. De Mauricii ducatu, deque ejus virtutibus.

XX. Quomodo Mauricius Tanchosroem et Addarmanem Persarum duces devicerit.

XXI. De signis quæ Mauricio imperium portenderunt.

XXII. De nuncupatione Mauricii et Augustæ.

XXIII. Computatio temporis a Justino juniore usque ad Mauricium.

XXIV. De continua serie historiarum, quæ ad nostra usque tempora servata est.

Ϛ'. Ὡς μετὰ Ἀναστάσιον Γρηγόριος ἐπίσκοπος γέγονε, καὶ περὶ τοῦ τρόπου αὐτοῦ.

Ζ'. Ὡς οἱ λεγόμενοι Ἀρμένιοι Πέρσαι τοῖς Χριστιανοῖς προσεχώρησαν, διόπερ ὁ πρὸς Πέρσας ἀνερράγη πόλεμος.

Η'. Περὶ Μαρκιανοῦ στρατηγοῦ, καὶ τῆς πολιορκίας Νισίβεως.

Θ'. Ὡς ὁ Χοσρόης Ἀδδαρμάνην στρατηγὸν κατὰ Ῥωμαίων ἐξαποστείλας, πολλὰ κακὰ τούτοις διαθέντα, πρὸς Νίσιβιν αὐτὸς ἀπῆλθεν.

Ι'. Περὶ τῆς ἁλώσεως Ἀπαμείας καὶ τοῦ Δάρας.

ΙΑ'. Ὡς ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος φρενίτιδι νόσῳ ἑάλω. Τιβέριος δὲ τὴν φροντίδα τῶν ὅλων ἀνεδέξατο.

ΙΒ'. Ὡς Τραϊανὸς διαπρεσβευσάμενος πρὸς Χοσρόην, τὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπηνώρθωσε πράγματα.

ΙΓ'. Περὶ τῆς εἰς τὴν βασιλείαν ἀναῤῥήσεως Τιβερίου, καὶ τοῦ ἤθους αὐτοῦ.

ΙΔ'. Ὡς ὁ βασιλεὺς Τιβέριος στρατὸν πολὺν ἀγείρας κατὰ Χοσρόου, καὶ στρατηγὸν Ἰουστινιανὸν ἐξαποστείλας, τοῦτον ἐκ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπήλασεν.

ΙΕ'. Ὅτι Χοσρόης δυσθημήσας διὰ τὴν ἧτταν ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ Υἱὸς αὐτοῦ Ὀρμίσδας τῆς τῶν Περσῶν ἀρχῆς ἀντελάβετο.

ΙϚ'. Τίνες ἐπίσκοποι τὸ τηνικαῦτα τῶν μεγάλων ἦσαν παροικιῶν.

ΙΖ'. Περὶ τοῦ γεγονότος ἐπὶ Τιβερίου ἐν Ἀντιοχείᾳ σεισμοῦ.

ΙΗ'. Περὶ τῆς ἐπαναστάσεως, τῆς κατὰ τὸν ἐναγῆ Ἀνατόλιον.

ΙΘ'. Περὶ τῆς στρατηγίας Μαυρικίου, καὶ τῶν ἀρετῶν αὐτοῦ.

Κ'. Ὡς τὸν Χοσρόην καὶ Ἀδδαρμάνην τοὺς Περσῶν στρατηγοὺς ἐνίκησε Μαυρίκιος.

ΚΑ'. Περὶ τῶν μηνυσάντων σημείων τὴν βασιλείαν Μαυρικίῳ.

ΚΒ'. Περὶ τῆς ἀναγορεύσεως Μαυρικίου καὶ Ἀγούστης.

ΚΓ'. Περὶ χρόνων ἀναγραφῆς ἀπὸ Ἰουστίνου τοῦ νέου μέχρι Μαυρικίου.

ΚΔ'. Περὶ τῆς καθ' εἱρμὸν ἱστορίας μέχρις ἡμῶν σωζομένης.

---

425 CAPUT PRIMUM

De electione imperatoris Justini, et de ejus moribus.

Hunc igitur in modum Justinianus, cum cuncta tumultu ac perturbationibus implevisset, et pro his factis congruam mercedem sub exitum vitæ retulisset, ad parata apud inferos supplicia migravit. Justinus vero, sororis ejus filius, cum imperialis palatii custodiam gereret, quem Romani curo-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ

Περὶ τῆς Ἰουστίνου ἀναῤῥήσεως, καὶ τοῦ τρόπου αὐτοῦ.

Οὕτω μὲν δὴ Ἰουστινιανὸς ἀπαξάπαντα ταράξου καὶ θορύβων πληρώσας, καὶ τἀπίχειρα τούτων πρὸς τῷ τέρματι τοῦ βίου κομισάμενος, ἐς τὰ κατώτατα μετεχώρησε δικαιωτήρια. Ὁ δέ γε Ἰουστῖνος, ἀδελφιδοῦς μέν οἱ καθεστὼς, τὴν δὲ φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος, ὃν κουροπαλάτην (17) ἡ Ῥω-

VALESII ANNOTATIONES.

(17) Ὃν κουροπαλάτην. De officio curopalatæ multa jam dicta sunt a multis, quæ hic repetere supervacuum est. Illud duntaxat admonebimus, curopalatem cum aurea virga semper præivisse, quoties imperator in publicum procederet. Docet id Cassiodorus in formula curæ palatii, his verbis. *Considera qua gratificatione tracteris, ut aurea virga decoratus, inter obsequia numerosa, ante pedes regios primus videaris incedere.* Ita certe Corippus in lib. II *De laudibus Justini minoris*, cap. 7, ubi Justini processum ad circum describit.

— — — Tunc ordine longo
Incedunt summi proceres, fulgensque senatus.
Ipse inter primos vultu præclarus honore,

Digitized by Google

μαίων λέγει φωνὴ, μετ' αὐτὸν τὴν ἁλουργῖδα περιβάλλεται· οὔτε τὴν ἀποδίωσιν Ἰουστινιανοῦ, οὔτε τὴν ἀνάρρησιν Ἰουστίνου τινὸς ἐγνωκότος, πλὴν τῶν ἀμφ αὐτὸν, μέχρις οὗ κατὰ τὴν ἱπποδρομίαν ἐφάνη τὰ νόμιμα τῆς βασιλείας δράσων τε καὶ πεισόμενος. Ὡς δ' οὖν ταῦτα γέγονε, μηδενὸς παντάπασι νεωτερισθέντος, ἐπανῆκε μὲν κατὰ τὴν αὐλήν. Πρώτην δὲ ποιεῖται κέλευσιν, τοὺς ἁπανταχῆ συνειλεγμένους ἱερέας (18) ἀφιεῖσαν πρὸς τοὺς οἰκείους θρόνους, ἐφ' ᾧ τὰ εἰωθότα θρησκεύειν, μηδενὸς περὶ τὴν πίστιν καινουργουμένου. Καὶ τοῦτο μὲν ἀξιόλογον αὐτῷ ἐπράχθη. Ἦν δέ γε τὸν βίον ἐκδεδιητημένος, καὶ τρυφαῖς ἀτεχνῶς καὶ ἡδοναῖς ἐκτόποις ἐγκαλινδούμενος· ἀλλοτρίων τε χρημάτων διάπυρος ἐραστὴς, ὡς πάντα κέρδους ἀθέσμου ἀπεμπολεῖν, μηδὲ ἐπὶ ταῖς ἱερωσύναις τὸ Θεῖον εὐλαβούμενος, ἃς τοῖς προσ- B τυχοῦσιν ἐπίπρασκεν, ὠνίους καὶ ταύτας ἀναφανδὸν τιθέμενος. Θράσει δὲ καὶ δειλίᾳ ταῖς κακίαις (19) κρατούμενος, πρῶτον Ἰουστῖνον προσγενῆ (20) τυγχάνοντα, καὶ πολὺ κλέος παρὰ πᾶσιν ἔχοντα, περί τε ἐμπειρίαν πολέμων καὶ τὰς ἄλλας ἀξιώσεις, μετάπεμπτον ποιεῖται, ἀμφὶ τὸν Ἴστρον τὰς διατριβὰς ποιούμενον, καὶ τὰς τῶν Ἀβάρων διαβάσεις ἀνείργοντα. Ἔθνος οἱ Ἄβαροι τῶν Ἀμαξοβίων, τῶν ὑπὲρ τὸν Καύκασον τὰ ἐπέκεινα πεδία νεμομένων, οἳ τοὺς γειτνιῶντας Τούρκους πεφευγότες (21), ἐπεὶ κακῶς πρὸς αὐτῶν ἐπεπόνθεσαν, ἐπὶ τὸν Βόσπορον ἀφίκοντο. Καὶ τὴν ἠϊόνα τοῦ Εὐξείνου καλουμένου Πόντου καταλιπόντες, ἔνθα συχνὰ μὲν ἔθνη βαρβαρικὰ· ἐξῳκίσθησαν δὲ καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων πόλεις τε καὶ στρατόπεδα, καί C τινες προσορμίσεις (22), ἢ στρατιωτῶν ἀπομάχων γινομένων, ἢ καὶ ἀποικιῶν πρὸς τῶν βασιλέων στελλομένων, τὴν πόρευσιν ἐποιοῦντο, πᾶσι τοῖς ἐν ποσὶ

palaten vocant, statim post illius obitum purpuram A sumpsit, cum nec obitum Justiniani, nec electionem Justini quisquam adhuc nosset, præter ejus familiares, donec in circensi spectaculo apparuit, ea quæ imperatoris sunt acturus simul et suscepturus. Quibus peractis, cum nihil prorsus tentatum esset, ipse quidem in palatium regressus est. Primum vero edictum promulgavit, quo universi qui ubique congregati erant episcopi, ad suas sedes dimittebantur, ut consueto more divino cultui inservirent, nulla re circa fidem innovata. **426** Et hoc quidem ejus factum magnopere laudandum est. Sed quod ad vitam ejus ac mores attinet, mollis fuit ac dissolutus, et deliciis ac fœdis voluptatibus addictus. Ad hæc alienæ pecuniæ tam vehementi cupiditate flagrabat, ut iniqui quæstus causa cuncta divenderet; ac ne in sacerdotiis quidem divinum numen revereretur, quæ obviis quibusque pretio vendebat, venalia hæc etiam publice proponens. Cumque duobus contrariis vitiis, audacia et ignavia implicatus teneretur, primum quidem Justinum cognatum suum ad se evocavit, qui in magna gloria apud omnes erat, tum ob peritiam rei militaris, tum ob reliquas quas gesserat dignitates. Is tum ad Danubium morabatur, et Abaros a transitu fluminis arcebat. Sunt autem Abari, Scytharum gens in plaustris degentium, qui campos ultra Caucasum sitos incolebant. Hi cum a Turcis, finitimis suis, gravi detrimento affecti essent, relictis ædibus suis, universi cum uxoribus ac liberis ad Bosporum venerunt. Deinde relictis littoribus Euxini Ponti, ubi multæ quidem barbaræ habitant gentes; urbes vero et castra ac stationes quædam a Romanis conditæ

VALESII ANNOTATIONES.

Fratris in obsequium gaudens Marcellus abibat.
Dispositorque novus sacræ Baduarius aulæ,
Successor soceri, factus mox Curopalates.

De hac aurea virga quæ imperatoribus Romanis præferri consueverat, loquitur Paulus Silentiarius in descriptione templi Sanctæ Sophiæ, haud procul ab initio.

— — — Ὀρνύμενος γὰρ
Ὡς θέμις οὐκ ἀνέμιμνε συνέμπορον ἀσπιδιώτην,
Οὐ χρυσοῦν τινα ῥάβδον, ἀεὶ προκέλευθον ἀνάκτων.

Neque enim assentior doctissimo viro, qui aureas secures interpretatus est. Ac primum quidem hæc dignitas levis fuit, quippe quæ erat sub dispositione D Castrensis sacri palatii. Postea vero summa palatii dignitas haberi cœpit, ex quo Justinus Justiniani nepos eam gessit. Fuit autem civilis hæc dignitas, non militaris, ut putavit Alemannus, qui curopalatem cum comite excubitorum confudit in Notis ad Procopii ἀνέκδοτα.

(18) *Τοὺς ἁπανταχῆ συνειλεγμένους ἱερέας.* Nicephorus in cap. 33 lib. xvii, hæc Evagrii verba accepit de episcopis, qui pro rectæ fidei defensione varia in loca relegati fuerant a Justiniano. Sed verbum illud συνειλεγμένους hanc interpretationem ferre non potest. Itaque Christophorsonus hunc locum interpretari maluit de episcopis qui ex omnibus locis in unum congregati erant Constantinopoli. Sed neque hanc interpretationem probare possum, cum Evagrius episcopos illos non dicat collectos fuisse Constantinopoli, sed ἁπανταχῆ, id est omnibus in locis.

(19) *Ταῖς κακίαις.* Deesse videtur aliquod vocabulum, quod suppleri potest hoc modo, ταῖς ἐναντιωτάταις κακίαις. Atque ita legisse videtur Christophorsonus.

(20) *Ἰουστῖνον προσγενῆ.* Fuit hic Justinus Germani patritii filius, consobrinus imperatoris Justini, ut scribit Joannes Biclariensis in *Chronico*. Germanus quidem, et Justinus junior cognati erant. Nam Germanus nepos erat Justiniani ex fratre. Justinus vero imperator filius erat Vigilantiæ sororis Justiniani. Cæterum hic Justinus Germani filius consulatum gesserat anno Christi 540. Eumdem Justinianus imperator magistrum militum per Colchidem et Armeniam in locum Martini creaverat, ut scribit Agathias in lib. iv; postea vero eumdem magistrum militum fecit per Thracias, ut docet Menander Protector in lib. i *Historiæ*, pag. 99.

(21) *Τοὺς γειτνιῶντας Τούρκους πεφευγότες,* Qualiter Abares isti a Turcis superati in Europam se receperint, refert Theophylactus Simocatta in lib. vii, cap. 7.

(22) *Καί τινες πρὸς ἐρημήσεις.* Apud Nicephorum in cap. 34 lib. xvii, et in codice Telleriano scribitur una voce προτορμίσεις, quod magis probo. Totum vero hunc locum ita scribendum existimo: Ἔνθα συχνὰ μὲν ἔθνη βαρβαρικὰ ἐξῳκίσθησαν· ὠκίσθησαν δὲ καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων πόλεις τε καὶ στρατόπεδα, etc. Id est: *Ubi multæ quidem barbaræ gentes relictis sedibus suis habitant; urbes vero et castra et stationes a Romanis condita sunt.*

Digitized by Google

sunt, cum aut milites veterani, aut coloni ab imperatoribus eo deducti essent ; ulterius progressi sunt, cum omnibus barbaris qui in itinere occurrerent, depugnantes. Tandem vero cum ad ripas Danubii pervenissent, legatos ad Justinum miserunt. Ex his igitur locis accersitus est Justinus, tanquam accepturus ea quæ inter ipsum atque imperatorem Justinum pacta fuerant. Nam cum ambo sæculari fastu ac potentia inter se pares essent, et ad utrumque ex æquo imperium propendere videretur, post multas disceptationes id inter ipsos convenerat, ut is qui ad imperium pervenisset, alteri proximum locum concederet. Quo scilicet in secundo imperii gradu constitutus, primas præ reliquis omnibus ferret.

A βαρβάροις ἀνταγωνιζόμενοι, μέχρις οὗ τὰς ἡϊόνας τοῦ Ἴστρου κατειλήφασι, καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐπρεσβεύσαντο (23). Ἐντεῦθεν ὁ Ἰουστῖνος μετεπέμφθη οἷα δὴθεν ὀφείλων τῶν συγκειμένων αὐτῷ τε καὶ τῷ αὐτοκράτορι Ἰουστίνῳ ἀπολαῦσαι. Ἐπεὶ γὰρ ἄμφω παραπλησίω καθεστηκέτην ταῖς τοῦ βίου φαντασίαις, καὶ ἐπ' ἄμφω ἡ βασιλεία ἐπῳώρητο, συνῆτην μετὰ πολλὰ τὰ ἀμφίλογα, ὥστε τὸν ἐς τὴν βασιλείαν παριόντα, τὴν δευτέραν χώραν θατέρῳ δοῦναι, ἵν' ἐκ τῶν δευτερείων τῆς βασιλείας τὰ πρωτεῖα τῶν ἄλλων ἀποφέροιτο.

427 CAP. II.

De cæde Justini cognati imperatoris.

Igitur imperator Justinus Justinum, in speciem quidem summa cum humanitate ac benevolentia excepit. Mox varias subinde causas comminiscens, paulatim satellites ei detraxit ac domesticos et corporis custodes : vetuitque ne ad ipsum visendum procederet : ipse enim sedebat domi. Tandem vero, jussu imperatoris Justini, in magnam civitatem Alexandriam amandatus est, atque illic nocte intempesta cum in lecto decumberet, miserandum in modum interfectus est : ob benevolentiam in rempublicam et ob res præclare in bello gestas, hanc mercedem referens. Nec prius Justinus imperator et conjux ejus Sophia furorem suum remiserunt, aut conceptam adversus Justinum iram expleverunt, quam Justini caput præcisum vidissent, ac pedibus suis proculcassent.

B ΚΕΦΑΛ. Β'.

Περὶ τῆς Ἰουστίνου τοῦ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ ἀναιρέσεως.

Μετὰ πολλῆς τοιγαροῦν τῆς ἔξωθεν φιλοφροσύνης ὁ Ἰουστῖνος τὸν Ἰουστῖνον δεξιωσάμενος, καὶ κατὰ δορυφόρους καὶ σωματοφύλακας παραιρούμενος, τάς τε παρ' αὐτοῦ προόδους (24) εἴργων, καθῆστο οἴκοι (25), ἐς τὴν Ἀλεξάνδρου μεγάλην Ἰουστίνου κελεύσμασιν ἐσοικίζεται (26) πόλιν· αὐτοῦ τε δειλαίως ἀναιρεῖται πόρρω τῶν νυκτῶν, ἔτι κλινοπετὴς ὑπάρχων, ταύτην ἀμοιβὴν τῆς ἐς τὸ πολίτευμα εὐνοίας, καὶ τῶν ἐς τοὺς πολέμους ἀνδραγαθημάτων κομισάμενος. Καὶ οὐ πρότερον ἀνεῖσαν τοῦ θυμοῦ, ἢ τῆς ζεούσης μήνιδος ἐνεφορήθησαν, μέχρις οὗ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεῖσαν αὐτός τε, καὶ ἡ τούτου σύνοικος Σοφία ἐθεάσαντο, καὶ τοῖς ποσὶν ἐξελάκτισαν.

VALESII ANNOTATIONES.

(23) *Πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐπρεσβεύσαντο.* Justiniani Augusti temporibus Abares in Europam transgressi, primum Romanis innotuerunt, ut tradit Theophylactus Simocatta in libro septimo, capite octavo : cum enim ad loca Scythiæ ac Mœsiæ pervenissent, legatos ad Justinianum miserunt anno tricesimo primo imperii Justiniani, ut scribit Theophanes in *Chronico* et Anastasius bibliothecarius. Victor tamen Thunonensis hanc legationem paulo serius commemorat. Post consulatum Basilii viri clarissimi anno 23, *Justinianus princeps legatos gentis Abarorum, unde venerant, facit.* Hic erat annus tricesimus sextus imperii Justiniani. De eadem Abarum legatione ad Justinianum videndus est Menander Protector in lib. I *Historiæ*, pag. 99 editionis Regiæ, ubi eam legationem luculente describit, et Victoris Thunonensis sententiam confirmat. Ait enim Justinianum non multo post e vivis abiisse. — Ait Valesius in interpretatione Abarum legatos ad Justinum venisse. Idemque in notis ad excerpta Menandri Protectoris observat, hanc Abarum legationem introductam esse die VII post inaugurationem Justini. Erant ergo duæ Abarum legationes, de quarum priori agit Theophanes.

(24) *Τάς τε παρ' αὐτοῦ προόδους.* Nicephorus hoc loco præpositionem sustulit. Sic enim hunc Evagrii locum expressit : Καὶ τὰς αὐτοῦ προόδους ἀνεῖργε. Malim tamen in Evagrio scribere τάς τε παρ' αὐτὸν προόδους εἴργων. Quam lectionem in versione mea secutus sum.

(25) *Καθῆστο γὰρ οἴκοι.* Nicephorus quidem et Christophorsonus hæc Evagrii verba de Justino Justini imperatoris consobrino intellexerunt : ego vero de Justino ipso imperatore malim accipere. Illic enim cum æger esset, ut plurimum sedebat domi, et consobrinum suum Justinum ad se venire accedere. Certe Cedrenus ac Zonara id quod dixi de Justino testantur. Cedrenus enim ita scribit : Οὗτος ὁ Ἰουστῖνος συνεχῶς νοσηλευόμενος καὶ σκοτοδινιῶν, καὶ μὴ δυνάμενος προέρχεσθαι, etc.

(26) *Ἐς τὴν Ἀλεξάνδρου μεγάλην ἐσοικίζεται.* Mallem legere ἐξοικίζεται. Nicephorus legit ἐξωκίσθησαν, et Evagrii locum intelligit de barbaris qui eo adducti fuerant a Romanis. Cæterum hic Justinus Augustalis et dux Alexandriæ factus est a Justino imperatore anno sexto imperii ipsius Justini, ut scribit Theophanes ac Cedrenus. Cedreni verba sunt hæc : Ἀκούσας δὲ Ἰουστῖνος, ὅτι ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Αὔγουστος, ὃς ἦν δοὺξ Ἀλεξανδρείας, συσκευὴν μελετᾷ κατὰ τοῦ βασιλέως, πέμψας αὐτὸν ἀπεκεφάλισε. Scribe ὃς ἦν Αὐγουστάλιος καὶ δοὺξ Ἀλεξανδρείας, quemadmodum legitur apud Theophanem. Duæ enim istæ dignitates, Augustalis ac ducis, licet distinctæ essent, interdum tamen uni eidemque simul tribuebantur ab imperatoribus, ut multis exemplis probari potest. Porro hæc dignitas Justino delata est ab imperatore, non ut illum ornaret, sed potius ut procul ab regia eum amandaret. Itaque custodiæ loco fuit urbs Alexandria. Quare Theophanes in *Chronico* scribit Justinum Augustum, consobrinum suum Justinum quasi captivum detinuisse Alexandriæ : Ἀκούσας δὲ Ἰουστῖνος ὁ βασιλεὺς περὶ τοῦ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ, ὃν εἶχεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Αὐγουστάλιον, etc. Cæterum Joannes Biclariensis in *Chronico*, Justini hujus cædem refert anno secundo imperii Justini junioris : eodem scilicet anno quo Ætherius et Addæus capitali supplicio affecti sunt. Idque cum Evagrii narratione magis consentit.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ τῶν ἀλιτηρίων Ἀδδαίου καὶ Αἰθερίου.

Οὐ μετ' οὐ πολὺ δὲ (27) καὶ Αἰθέριον καὶ Ἀδδαῖον, τῆς μὲν συγκλήτου βουλῆς (28) καθεστῶτε, μεγάλα δὲ καὶ πρωτεῖα παρ' Ἰουστινιανῷ ἐσχηκότε, ἐς κριτήριον ἐπὶ καθοσιώσει ἐκδέδωκεν. Ἦν ὁ μὲν Αἰθέριος συγκατατίθετο φαρμάκοις βουληθεὶς τὸν βασιλέα διαχρήσασθαι, τῆς τοιαύτης κοινωνὸν ἐγχειρήσεως, καὶ ἐν πᾶσιν συνεργὸν ἔχειν εἰπὼν τὸν Ἀδδαῖον. Ὁ δὲ, ὅρκοις δεινοῖς διώμνυτο μηδὲν τούτων παντάπασιν εἰδέναι. Ἄμφω δ' οὖν τὰς κεφαλὰς ἀπετμηθήτην. Παρ' αὐτὴν τὴν ἐκτομὴν τῆς κεφαλῆς Ἀδδαίου φήσαντος, ἐν τούτοις μὲν συκοφαντηθῆναι, δίκαια δὲ πάσχειν πρὸς τῆς ἐφόρου τῶν ὁπωσοῦν δρωμένων δίκης. Αὐτὸν γὰρ γοητείᾳ τὸν Θεόδοτον ὑπαρχον τῆς αὐλῆς ἀνελεῖν. Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ταῦθ' οὕτως ἔχοι, οὐκ ἔχω λέγειν. Ἄμφω δὲ ἀλιτηρίω ἦστην. Ὁ μὲν Ἀδδαῖος παιδομανῶν· Αἰθέριος δὲ διὰ πάσης ἰὼν συκοφαντίας, καὶ τάς τε τῶν ζώντων, τῶν τε τελευτώντων τὰς οὐσίας λῃζόμενος ὀνόματι τῆς βασιλικῆς οἰκίας (29), ἧς ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ προὐστήκει. Καὶ ταῦτα μὲν ἔληξεν ὧδε.

CAP. III.

De sceleratis hominibus, Addæo atque Ætherio.

Haud multo post, Ætherium et Addæum, viros ordinis senatorii, qui apud imperatorem Justinianum plurimum potuerant, majestatis crimine accusatos, judicibus examinandos tradidit. Ex quibus, Ætherius quidem confessus est, se imperatorem veneno interficere voluisse, ejusque facinoris et omnium consiliorum suorum conscium ac participem fuisse Addæum. Addæus vero, gravi cum jurejurando affirmavit se earum rerum penitus ignarum esse. Ambo tamen capite truncati sunt. Et Addæus quidem, cum jam caput ipsi **428** amputandum esset, se hac quidem in re calumniam passum esse dixit, merito tamen se plecti a divina justitia, quæ omnia dispicit quæ geruntur. Se namque Theodorum præfectum prætorio magicis artibus interemisse. Ego vero, utrum hæc ita se habeant, certe affirmare non possum. Uterque tamen sceleratus fuit. Addæus quidem puerorum amori supra modum deditus. Ætherius vero nullam calumniandi genus prætermisit, sed omnium tam viventium, quam mortuorum bona diripuit nomine imperialis domus, cujus curator erat regnante Justiniano. Atque hæc quidem istiusmodi exitum habuerunt.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Περὶ τοῦ προγράμματος τῆς πίστεως ἡμῶν, ὅπερ Ἰουστῖνος τοῖς ἁπανταχοῦ Χριστιανοῖς ἔγραψε.

Γράφει δὲ ὁ Ἰουστῖνος τοῖς ἐκασταχοῦ Χριστιανοῖς πρόγραμμα, αὐτοῖς ὀνόμασι τοῦτο· Ἐν ὀνόματι τοῦ Δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστῖνος, πιστὸς ἐν Χριστῷ, Ἥμερος, Μέγιστος, Εὐεργέτης, Ἀλαμανικὸς, Γοτθικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Φραγκικὸς, Ἐρουλικὸς, Γηπαιδικὸς, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Ἔνδοξος, Νικητὴς, Τροπαιοῦχος, Ἀεισέβαστος, Αὔγουστος. « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, » φησὶν ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ὁ ἀλη-

CAP. IV.

Edictum de fide, ad omnes ubique Christianos a Justino scriptum.

Scripsit porro idem Justinus ad omnes qui ubique sunt Christianos edictum in hæc verba: In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri, imperator Cæsar Flavius Justinus, fidelis in Christo, Clemens, Maximus, Beneficus, Alamannicus, Gothicus, Germanicus, Anticus, Francicus, Erulicus, Gepidicus, Pius, Felix, Gloriosus, Victor ac Triomphator, semper Augustus. « Pacem meam do vobis, » ait Dominus Christus, verus Deus noster. « Pacem meam

VALESII ANNOTATIONES.

(27) *Οὐ μετ' οὐ πολὺ δέ.* Expungenda est prior particula negativa, utpote prorsus superflua.

(28) *Τῆς μὲν συγκλήτου βουλῆς.* Joannes Biclariensis in *Chronico : Anno secundo*, inquit, *memorati principis, in regia urbe Ætherius et Addæus patritii, dum Justino mortem vellent veneno potius quam ferro per medicos inferre, detecti, capitali sententia puniri jussi, prior a feris devoratus, secundus incendiis concrematus interiit.* Nescio an Joannes Biclariensis patricios dixerit pro senatoribus, magnum tamen discrimen est inter patriciam ac senatoriam dignitatem. De eodem Ætherio et Addæo Eustathius, in *Vita Eutychii patriarchæ Constantinopolitani*, ita scribit : *Qua quidem die* (*) *id est tertia Octobris, et illi qui viro sancto insidias struxerant atque in exsilium ejecerant, Ætherius et Addæus, quorum hic quidem urbis præfectus erat, ille autem Antiochiæ curator, mortui sunt*, etc.

(29) *Οἰκήματι τῆς βασιλικῆς οἰκίας.* Intelligit domum Antiochi cujus curator fuerat Ætherius, ut testatur Eustathius in loco quem paulo ante citavi: *Ille autem Antiochiæ curator.* Græca Eustathii, ni fallor, sic habent : ὁ δὲ ἐπίτροπος τῆς Ἀντιόχου. Id est, *Ætherius vero curator domus Antiochi.* Hujus domus mentionem facit idem Eustathius, ubi qua ratione Eutychius ex urbe regia ejectus sit, describit : *Dicebant enim quidam graves viri, si e sacro templo exiret, fore ut interficeretur. Quosdam enim armatos, atque in Antiochi prædio collocatos, eo consilio foris eum exspectare.* Ejusdem domus regiæ meminit Theophylactus in lib. III, cap. 5. Multæ hujusmodi domus erant Constantinopoli, ut domus Placidiæ, domus Flaccillæ, domus Hormisdæ, et aliæ plures ad principem pertinentes : quarum singulæ suum curatorem habebant, qui domum illam seu palatium, omnesque illius reditus administrabat. Hi curæ palatiorum dicuntur in *Notitia imperii Romani*, sub dispositione Castrensis sacri palatii. Tunc vero summa erat dignitas horum Curatorum, qui gloriosissimi et magnificentissimi dicebantur, ut docet Constitutio Tiberii Augusti de domibus imperialibus.

VARIORUM.

(*) Loquitur Eustathius de die tertia mensis Octobris anni quingentesimi septuagesimi septimi, qua Eutychius restitutus est in episcopatum Constantinopolitanum, et in quam Dominica eo anno cadebat. Theophanes autem Ætherium et Addæum anno Chr. 556 interfectos esse docet. (Ant. Pagi, ad ann. 567, n. 3.)

Digitized by Google

relinquo vobis, » idem Christus universis hominibus prædicat. Istud porro nihil aliud sibi vult, quam ut omnes qui in ipsum credunt, in unam eamdemque Ecclesiam conveniant, et in recta quidem Christianorum fide inde inter se consentiant, aversentur autem eos qui contraria dicunt aut sentiunt. Prima enim salus cunctis hominibus est constituta, rectæ fidei confessio. Quocirca nos quoque evangelica præcepta et sacrum Symbolum sive doctrinam sanctorum Patrum sectantes, cunctos hortamur ut ad unam eamdemque Ecclesiam ac sententiam se conferant : credentes in Patrem et Filium ac Spiritum sanctum, Trinitatem consubstantialem, unam Deitatem, seu naturam ac substantiam et verbo et reipsa : unam item vim et potentiam et operationem in tribus subsistentiis sive personis credentes : in quas baptizati sumus, in quas credimus, et quibus conjuncti sumus. Unitatem enim in Trinitate, et Trinitatem in unitate adoramus, quæ admirabilem habet tum divisionem, tum unitionem. Unitatem quidem quantum ad Deitatem sive substantiam : Trinitatem vero quantum ad proprietates sive subsistentias vel personas. Dividitur enim indivise, **429** ut ita dicamus, et conjungitur divise. Unum enim est in tribus, Deitas scilicet : et tres unum sunt, in quibus scilicet est Deitas, aut, ut accuratius loquamur, quæ sunt ipsamet Deitas, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, quando singulæ personæ seorsum considerantur, mentis scilicet acie ea quæ inseparabilia sunt separante. Deum unum tres personas, simul intellectas, ob eumdem motum eamdemque naturam. Quippe et unum Deum confiteri oportet, et tres subsistentias, sive proprietates prædicare. Confitemur vero ipsum unigenitum Filium Dei Deum Verbum, qui ante sæcula et sine tempore ex Patre genitus est, non autem factus : in extremis diebus propter nos et propter nostram salutem e cœlo descendisse, et incarnatum esse ex Spiritu sancto et ex Domina nostra, sancta et gloriosa Deipara ac semper virgine Maria, et ex illa genitum. Qui est Dominus noster Jesus Christus, unus e sancta Trinitate, qui cum Patre et sancto Spiritu glorificatur. Neque enim quartæ personæ adjectionem sacrosancta Trinitas accepit, postquam incarnatus est unus e sancta Trinitate, Deus Verbum : sed unus idemque est Dominus noster Jesus Christus, consubstantialis quidem Deo Patri quantum

A θενδς ἡμῶν Θεός. « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν, » ὁ αὐτὸς κηρύττει πᾶσιν ἀνθρώποις. Οὐκ ἄλλο δὲ τοῦτό ἐστιν, ἢ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν Ἐκκλησίαν συντρέχειν· ὁμοφρονοῦντας μὲν περὶ τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν δόξαν, ἀποστρεφομένους δὲ τοὺς τἀναντία λέγοντας ἢ δοξάζοντας. Πρώτη γὰρ σωτηρία καθέστηκε πᾶσιν ἀνθρώποις, ἡ τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογία. Διὸ καὶ ἡμεῖς τοῖς εὐαγγελικοῖς κατακολουθοῦντες παραγγέλμασι, καὶ τῷ ἁγίῳ Συμβόλῳ, ἤτοι μαθήματι τῶν ἁγίων Πατέρων, πρὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν Ἐκκλησίαν τε καὶ γνώμην προτρεπόμεθα πάντας συνελθεῖν· πιστεύοντες εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ὁμοούσιον, μίαν Θεότητα ἤτοι φύσιν καὶ οὐσίαν λόγῳ καὶ πράγματι, καὶ μίαν δύναμιν καὶ ἐξουσίαν καὶ ἐνέργειαν, ἐν τρισὶν B ὑποστάσεσιν ἤγουν προσώποις δοξάζοντες, εἰς ἃ βεβαπτίσμεθα, εἰς ἃ πεπιστεύκαμεν, καὶ οἷς συντετάγμεθα. Μονάδα γὰρ ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι προσκυνοῦμεν, παράδοξον ἔχουσαν καὶ τὴν διαίρεσιν, καὶ τὴν ἕνωσιν. Μονάδα μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν ἤγουν Θεότητα· Τριάδα δὲ κατὰ τὰς ἰδιότητας ἤγουν ὑποστάσεις, ἤτοι πρόσωπα. Διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, καὶ συνάπτεται διῃρημένως. Ἓν γὰρ ἐν τρισὶν ἡ Θεότης, καὶ τὰ τρία ἕν, τὰ ἐν οἷς ἡ Θεότης, ἢ τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ Θεότης· Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὅταν ἕκαστον πρόσωπον καθ' ἑαυτὸ θεωρῆται· τοῦ νοῦ χωρίζοντος τὰ ἀχώριστα· Θεὸν τὰ τρία μετ' ἀλλήλων νοούμενα· τῷ αὐτῷ τῆς C κινήσεως καὶ τῆς φύσεως, ἐπειδὴ χρὴ καὶ τὸν ἕνα Θεὸν ὁμολογεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ἤγουν ἰδιότητας κηρύττειν. Ὁμολογοῦμεν δὲ αὐτὸν, τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν Θεὸν Λόγον τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας, ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ γεννηθέντα ἐξ αὐτῆς, ὃς ἐστιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι (30). Οὐδὲ γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἐπεδέξατο ἡ ἁγία Τριὰς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος Θεοῦ Λό- D γου· ἀλλ' ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁμοούσιος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· παθητὸς σαρκὶ, καὶ ἀπαθὴς ὁ αὐτὸς ἐν θεότητι. Οὐ γὰρ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον τὸν θαυματ-

VALESII ANNOTATIONES.

(30) Ὃς ἐστι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Apud Nicephorum in cap. 35, lib. XVII, ubi hoc Justini imperatoris edictum de fide refertur, hic locus ita legitur : Ὃς ἐστι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἴσος. Quam lectionem secutus est Christophorsonus. Sic enim vertit : *Qui est æqualis Patri et Spiritui sancto.* Atqui hoc loco non agitur de æqualitate Patris ac Filii : sed an Christus unus sit ex Trinitate. Rectius itaque hunc locum supplevi ex optimo codice Florentino in hunc modum. Ὃς ἐστιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Codex autem Tellerianus ita scriptum habet, ὃς ἐστιν ἐν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. [Sed Florentini codicis scriptura longe anteferenda est ; quam confirmat Justinianus in edicto de fide, pag. 804 *Chronici Alexandrini :* Cujus edicti verba Justinus Junior in edictum suum transfudit.]

Digitized by Google

ουργήσαντα, καὶ ἄλλον τὸν παθόντα ἐπιστάμεθα· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, σαρκωθέντα καὶ τελείως ἐνανθρωπήσαντα, καὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα, καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. Οὐ γὰρ ἄνθρωπός τις ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν δέδωκεν· ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος ἀτρέπτως γενόμενος ἄνθρωπος, τό τε ἑκούσιον πάθος, καὶ τὸν θάνατον ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ κατεδέξατο. Καὶ Θεὸν τοίνυν αὐτὸν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἀθετοῦμεν τοῦ εἶναι αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον· καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἀρνούμεθα τοῦ εἶναι αὐτὸν καὶ Θεόν. Ὅθεν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐξ ἑκατέρας φύσεως, θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, σύνθετον ὁμολογοῦντες τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, σύγχυσιν τῇ ἑνώσει οὐκ ἐπεισάγομεν (31). Οὐ γὰρ ὅτι γέγονε καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, τὸ εἶναι Θεὸς ἀπολέσει· οὔτε μὴν ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἀπαράδεκτον ἔχει, καὶ τὸ ἄνθρωπος εἶναι παραιτήσεται. Μεμένηκε δὲ ὥσπερ ἐν ἀνθρωπότητι Θεὸς, οὕτω καὶ ἐν ὑπεροχῇ θεότητος ὢν, ἄνθρωπος, οὐδὲν ἧττον· ἄμφω δὲ ὢν ἐν ταυτῷ, καὶ εἷς Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ Ἐμμανουήλ. Τὸν αὐτὸν δὲ ὁμολογοῦντες ἐν Θεότητι τέλειον, καὶ ἀνθρωπότητι τέλειον, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, διαίρεσιν μὲν τὴν ἀνὰ μέρος, ἢ τομὴν οὐκ ἐπιφέρομεν τῇ μιᾷ αὐτοῦ συνθέτῳ ὑποστάσει· τὴν δὲ διαφορὰν τῶν φύσεων σημαίνομεν, οὐκ ἀναιρουμένην διὰ τὴν ἕνωσιν. Οὔτε γὰρ ἡ θεία φύσις εἰς τὴν ἀνθρωπείαν μετεβλήθη, οὔτε ἡ ἀνθρωπεία φύσις εἰς τὴν θείαν ἐτράπη. Νοουμένης δὲ μᾶλλον καὶ ὑπαρχούσης (32) ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὅρῳ τε καὶ λόγῳ πεπρᾶχθαί φαμεν τὴν ἕνωσιν καθ' ὑπόστασιν. Ἡ δὲ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις δηλοῖ ὅτι ὁ Θεὸς Λόγος, τουτέστιν ἡ μία ὑπόστασις τῶν τριῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, οὐ προϋποστάντι ἀνθρώπῳ ἡνώθη, ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου

A ad divinitatem, consubstantialis autem nobis quantum ad humanitatem : patibilis quidem carne, deitate vero impatibilis. Neque enim alium Deum Verbum qui miracula perpetravit, et alium qui passus est agnoscimus : sed unum eumdemque confitemur Dominum nostrum Jesum Christum, Dei Verbum, incarnatum et perfecte hominem factum, et unius ejusdemque esse tum miracula, tum passiones, quas salutis nostræ causa, sua sponte in carne sustinuit. Non enim homo aliquis seipsum tradidit pro nobis, sed ipsemet Deus Verbum, sine ulla conversione homo factus, spontaneam passionem ac mortem in carne pro nobis subiit. Itaque cum illum confitemur Deum, eumdem quoque hominem esse non inficiamur : et cum illum hominem esse confite-
B mur, non idcirco negamus eumdem esse etiam Deum. Unde dum unum eumdemque Dominum nostrum Jesum Christum ex utraque natura, deitate scilicet atque humanitate compositum profitemur, confusionem non superinducimus unitioni. Non enim eo quod perinde ac **430** nos homo factus est, Deus esse desinet : nec rursus eo quod natura Deus est, et similitudinis nostræ haudquaquam capax, homo esse recusabit. Quippe ut in humanitate Deus, sic in majestate Deitatis constitutus, manet nihilominus homo : utrumque simul exsistens unus, Deus scilicet atque homo, Emmanuel. Porro cum illum in divinitate perfectum, et perfectum in humanitate, ex quibus compositus est, confitemur, uni ejus compositæ personæ par-
C ticularem divisionem aut sectionem non inferimus; sed naturarum differentiam quæ per unitionem nequaquam tollitur, indicamus. Nam nec divina natura in humanam mutata est, nec humana in divinam conversa. Sed utraque potius intellecta atque exsistente in propriæ naturæ definitione atque ratione, unitionem factam esse dicimus secundum personam : unitio vero secundum personam id si-

VALESII ANNOTATIONES.

(31) *Σύγχυσιν τῇ ἑνώσει οὐκ ἐπεισάγομεν.* Male hunc locum interpretatur Christophorsonus hoc modo : *Non confusionem in unitatem introducimus.* Nec rectius Musculus qui sic vertit : *Unitatem non confundimus.* Sed Musculum quidem haudquaquam miror, qui in hoc edicto Justini ἕνωσιν perpetuo vertit *unitatem* gravi errore. Eumdem erro-
D rem admisit vir doctus qui fragmenta Ephræmii Antiochensis episcopi in Latinum sermonem vertit, quæ leguntur in *Bibliotheca* Photii. Christophorsonus vero qui ἕνωσιν *copulationem* ubique interpretatur, cur hoc loco aliter interpretatus sit, equidem nescio. Joannes autem Langus interpres Nicephori ita vertit : *In unione confusionem non inducimus.* Recte omnino, si modo syllabam addideris hoc modo : *In unione.* Unio enim licet hodie passim in scholis philosophorum ac Theologorum usurpetur, barbarum est vocabulum, cum pro unitione sumitur. Nam unio Latine unitatem significat, ut ex Tertulliano, Hieronymo, Prudentio, Simplicio papa, aliisque, probari potest. Proinde desinant Zoili quidam nos reprehendere, quod in epistola Alexandri episcopi Alexandrini, quæ refertur a Socrate in lib. I, cap. 6, μονάδα verterimus *unionem.* Id enim ex Latinæ linguæ usu ac proprietate facimus : quam illi penitus ignorantes, unionem putarunt nihil aliud esse quam unitionem. Atqui inter unionem et unitionem tantum discriminis est, quantum inter μονάδα et ἕνωσιν. In unione vero aliquid necessario intelligitur compositum ex duobus. Certe vetus interpres synodi Chalcedonensis, ἕνωσιν perpetuo vertit unitionem, vel adunationem.

(32) *Νοουμένης δὲ μᾶλλον καὶ ὑπαρχούσης.* Rectius in Nicephoro scribitur, νοουμένης δὲ καὶ ὑπαρχούσης μᾶλλον, etc. Ego tamen mallem ita legere : νοουμένης δὲ, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπαρχούσης, etc. Id est : *Sed utraque natura intellecta, aut potius exsistente in propriæ naturæ definitione atque ratione, unitionem factam esse dicimus secundum personam.* Nec dubito quin Justinus imperator ita scripserit ut dixi : reprehendit enim seipsum, quod dixerat, νοουμένης, quasi duarum in Christo naturarum differentia in intelligentia tantum consisteret, non autem re vera exstaret. [In edicto tamen imp. Justiniani de fide, ex quo Justinus edictum suum descripsit, vulgata lectio habetur. Exstat edictum illud in *Chronico Alexandrino*, pag. 800.]

Digitized by Google

gnificat, Deum Verbum, hoc est unam personam ex tribus divinitatis personis, non homini præexsistenti unitam esse, sed in utero Dominæ nostræ, sanctæ gloriosæ Deiparæ ac semper virginis Mariæ, sibi ipsi ex ea condidisse in propria persona carnem nobis consubstantialem, et iisdem omnino passionibus obnoxiam, præterquam peccato : eamque anima rationali et intelligente animatam. In se enim habuit personam, et homo factus est, et unus idemque est Dominus noster Jesus Christus qui una cum Patre et sancto Spiritu glorificatur. Porro ineffabilem ejus unitionem mente considerantes, recte confitemur unam naturam Dei Verbi incarnatam, carne quæ anima rationali atque intelligente animata est. Rursus vero naturarum differentiam animo considerantes, duas esse naturas asserimus, nullam superinducentes divisionem. Utraque enim in illo inest natura. Quamobrem unum eumdemque confitemur Christum, unum Filium, unam personam, unam subsistentiam, Deum simul atque hominem. Omnes vero qui aliter aut senserunt, aut sentiunt, anathematizamus, et a sancta catholica et apostolica Dei Ecclesia alienos judicamus. Cum igitur recta dogmata quæ a sanctis Patribus tradita sunt nobis prædicentur, hortamur vos omnes, ut in unam eamdemque catholicam et apostolicam Ecclesiam conveniatis : imo potius rogamus. Neque enim piget, tametsi in regali fastigio constituti simus, hujusmodi verbis uti, pro consensu et adunatione omnium Christianorum, ut una ab

A καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ἐδημιούργησεν ἑαυτῷ, ἐξ αὐτῆς ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει σάρκα ὁμοούσιον ἡμῖν καὶ ὁμοιοπαθῆ κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας, ἐμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ. Ἐν αὐτῷ γὰρ ἔσχε τὴν ὑπόστασιν (55), καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἐννοοῦντες δὲ αὐτοῦ τὴν ἄῤῥαστον ἕνωσιν ὀρθῶς ὁμολογοῦμεν μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, σαρκὶ ἐμψυχωμένῃ ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ. Καὶ πάλιν ἐν θεωρίᾳ λαμβάνοντες τὴν τῶν φύσεων διαφοράν, δύο ταύτας εἶναι λέγομεν, διαίρεσιν οὐδεμίαν εἰσάγοντες. Ἑκατέρα γὰρ φύσις ἐστὶν ἐν αὐτῷ. Ὅθεν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἓν πρόσωπον, μίαν ὑπόστασιν,

B Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον. Πάντας δὲ τοὺς παρὰ ταῦτα φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν, ἀλλοτρίους κρίνοντες τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας. Τῶν ὀρθῶν τοίνυν δογμάτων τῶν ἁγίων Πατέρων παραδεδομένων ἡμῖν κηρυττομένων, προτρέπομεν ὑμᾶς ἅπαντας εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν συντρέχειν, μᾶλλον δὲ καὶ παρακαλοῦμεν. Οὐ γὰρ ὀκνήσαιμεν κἂν ἐν ὑπεροχῇ βασιλείας ἐσμὲν, τοιούτοις χρήσασθαι ῥήμασι ὑπὸ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἁπάντων ὁμοφροσύνης (54) τε καὶ ἑνώσεως, ἐκ τοῦ μίαν ἁπάντων δοξολογίαν ἀναπέμπεσθαι τῷ μεγάλῳ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ· τοῦ δὲ λοιποῦ μηδένα προφασιζόμενον, περὶ πρόσωπα ἢ

C συλλαβὰς (55) ζυγομαχεῖν· ὅτι πρὸς μίαν καὶ τὴν

VALESII ANNOTATIONES.

(53) *Ἐν αὐτῷ γὰρ ἔσχε τὴν ὑπόστασιν.* In Nicephoro legitur ἐν αὐτῇ, supple τῇ σαρκί. Quod nullo modo ferri potest; neque enim Christus in carne propriam habuit subsistentiam, sed antequam carnem assumpsisset, propriam habebat subsistentiam, utpote qui secunda esset persona sacrosanctæ Trinitatis. Si quis tamen Nicephori scripturam tueri voluerit, equidem non valde repugnabo. Aptius enim cohæret cum præcedentibus. Sensus ergo est, Filium Dei qui ab æterno propriam habebat subsistentiam, assumpta carne, in ea personaliter substitisse.

(54) *Ὑπὸ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἁπάντων ὁμοφροσύνης.* Assentior viris doctis qui jam pridem emendarunt ὑπὲρ τῆς, etc. Quamvis Nicephorus vulgatam scripturam retinuerit.

(55) *Περὶ πρόσωπα ἢ συλλαβάς.* Prima vox, πρόσωπα scilicet, posita est ob hæresim Nestorii, qui in Christo duas personas asserebat, alteram hominis, alteram Verbi. Vox autem συλλαβάς, adjecta est propter Eutychianos et Acephalos, qui Christum ex duabus quidem naturis constare dicebant ante unitionem; post unitionem vero, unicam in eo naturam esse dicebant. Contra vero Catholici Christum in duabus naturis adorabant. Syllabæ igitur illæ sunt ἐν, et ἐκ. Quæ licet diversæ sint, tamen si recte intelligantur, ad unam eamdemque fidem ac sententiam ambæ collineant, ut subjicit Justinus. Vide Evagrium supra, in lib. I, cap. 1. Cæterum hoc edictum a Justino Juniore promulgatum est anno imperii primo, Christi videlicet 566, ut notat Baronius : quo quidem edicto, nihil prorsus Ecclesiæ catholicæ contulit Justinus; sed solam orthodoxam fidem exposuisse contentus, de Nestoriano et Eutychiano dogmate disputationes in posterum prohibuit, unumquemque pro arbitrio suo de his rebus sentire permittens. Ex hoc itaque edicto nullam utilitatem consecutam esse recte scribit Evagrius. Male igitur Joannes Biclariensis in *Chronico*, de Justino Juniore ita scribit: *Qui Justinus anno primo regni sui ea quæ contra synodum Chalcedonensem fuerant commentata destruxit. Symbolumque sanctorum Ecclesiæ Patrum Constantinopoli congregatorum, et in synodo Chalcedonensi laudabiliter receptum, in omni Ecclesia catholica a populo concinendum intromisit, priusquam Dominica dicatur oratio.* Justino Juniori ea tribuit Biclariensis, quæ seniori Justino potius conveniebant. — Valesius autumat, Biclariensem Justino Juniori ea tribuere, quæ Seniori potius conveniebant : hic enim concilii Chalcedonensis acerrimus defensor fuit. Verum em. card. Norisius in *Dissert. de synodo quinta*, cap. 9, § 2, ea Biclariensis verba referens, recte observat Justinum, cum videret ob tria Capitula proscripta Africam atque Occidentales provincias dissensionibus lacerandas, edictum illud fidei publicasse, in quo nullius synodi mentionem faciens, quæ credenda essent proposuit : sed tria Capitula non solum non nominasse, sed inter dogmata adiaphora nunc eradam esse quæstionem de tribus Capitulis visum esse innuere in fine edicti, dum ait, se illa credenda proposuisse, ut *deinceps nemo ullo prætextu propter personas aut syllabas rixetur.* Quibus Theodori personam, itemque scripta Theodoriti, atque Ibæ forte intellexit, nec non quæstionem nuperrime exortam de corpore Christi corruptibili vel incorruptibili; una enim syllaba Romani imperii antistites nobilissimos in exsilium, procul a suis sedibus, deportaverat. (Ant. Pagi, ad ann. 566, n. 2.)

Digitized by Google

ὀρθὴν πίστιν τε καὶ ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρουσι· τοῦ μέχρι νῦν κρατοῦντος ἔθους τε καὶ σχήματος ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ πάντων βεβαίου τε καὶ ἀκαινοτομήτου, καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα μένοντος χρόνον. Τούτῳ μὲν οὖν ἅπαντες τῷ ἰδίκτῳ συγκατετίθεντο, ὁρθοδόξως ἐκπεφωνῆσθαι λέγοντες· οὐδὲν δὲ τῶν διερρωγότων ὅλως ἠνώθη, διότι ῥητῶς ἐπεσημήνατο[10] τὸ βέβαιον καὶ ἀκαινοτόμητον ταῖς Ἐκκλησίαις πεφυλάχθαι καὶ κατὰ τὸν [10] ἑξῆς ἐπιῤῥέοντα χρόνον.

A omnibus glorificatio tribuatur Deo optimo maximo et Servatori nostro Jesu Christo, ac nemo deinceps inanem prætextum arripiens circa personas aut syllabas rixetur. Si quidem syllabæ ad unam eamdemque fidem et intelligentiam perducunt: eo qui hactenus in sancta catholica et apostolica Dei Ecclesia obtinuit more atque statu, firmo et inconcusso in posterum perpetuo manente. Huic edicto omnes quidem consensum suum accommodarunt, rectam in eo fidem ac doctrinam promulgatam esse dicentes, nullum tamen ex membris Ecclesiæ quæ discissa fuerant, ad pristinam rediit unitatem, propterea quod disertis verbis edixerat imperator, ut firmus atque immotus Ecclesiarum status in posterum servaretur, sicut antea servatus fuerat.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Περὶ τῆς ἐκβολῆς Ἀναστασίου ἐπισκόπου Θεουπόλεως.

Ἐκβεβλήκει δὲ καὶ Ἀναστάσιον Ἰουστῖνος τοῦ Θεουπόλεως Ὁρόνου, ἐπεγκαλῶν οἱ τῶν τε ἱερατικῶν χρημάτων τὴν γεγενημένην δαπάνην, λέγων καὶ ἐς ἄπειρον καὶ μὴ κατὰ τὸ προσῆκον γενέσθαι· τήν τε ἐς αὐτὸν βλασφημίαν. Ἐρωτηθέντα γὰρ τὸν Ἀναστάσιον, τί δή ποτε οὕτω χύδην τὰ ἱερατικὰ ῥίπτει χρήματα, ἀναφανδὸν εἰπεῖν, ὡς ἂν μὴ παρὰ Ἰουστίνου τῆς κοινῆς λύμης ἀφαιρεθείη. Ἐλέγετο δὲ μηνίσαι Ἀναστασίῳ, ὅτι γε ζητοῦντι χρήματα τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρισθέντι (36), οὐχ εἵλετο δοῦναι. Προσεφέρετο δὲ καὶ ἕτερα (37) ἅττα κατ' αὐτοῦ, ἐνίων

B

CAP. V.

De Anastasii Antiochensis episcopi ejectione.

Porro Justinus Anastasium quoque ex Antiochena sede ejecit: objiciens ei tum quod sacram pecuniam in superfluos ac minime necessarios usus profudisset, tum quod ipsi conviciatus esset. Nam cum interrogatus fuisset Anastasius, cur adeo profuse sacram pecuniam dilapidaret, diserte responderat, ne a Justino, communi peste ac pernicie generis humani diriperetur. Dicebatur autem Justinus idcirco infensus fuisse Anastasio, quod cum pecuniam ab eo ad episcopatum promoto postulavisset, Anastasius eam dare noluerat. Objì-

VARIÆ LECTIONES.

[10] C. C. ἐπισημήνατο. [10] C. C. καὶ σὰ κατὰ τόν.

VALESII ANNOTATIONES.

(36) *Τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρισθέντι.* Hæc verba cum non intelligeret Nicephorus, prætermisit, ut videre est in cap. 36; sic enim hunc Evagrii locum expressit: Περὶ μίστο δὲ μηνίσαι τὸν Ἰουστῖνον ἐκείνῳ, ὅτιπερ ζητοῦντα χρήματα οὐ προῄρητο δοῦναι. Sed facile erat locum Evagrii emendare in hunc modum: Ὅτι γε ζητοῦντι χρήματα τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρισθεὶς οὐχ εἵλετο δοῦναι. Atque ita legisse videntur Christophorsonus et Musculus. Sic enim vertit Musculus: *Dicitur autem Anastasio succensuisse, quod cum pecuniam pro episcopatus collatione exigeret, dare illam noluerit.* Vetus igitur hæc odii causa erat adversus Anastasium, priusquam Justinianus ad imperium pervenisset. Quare Evagrius utitur verbo μηνίσαι, quod vetustam iram atque abstrusam significat. Certe Anastasius, superstite adhuc Justiniano, Antiochensis episcopus fuerat designatus. Solebant autem potentiores aulici, et qui plurimum apud imperatorem poterant, pecunias a patriarchis designatis exigere, ut exemplo Chrysaphii eunuchi probari potest, qui pecunias a Flaviano Constantinopoleos episcopo flagitavit, ut supra retulit Evagrius. Quod tamen postea vetitum fuit *Novellis Constitutionibus* Justiniani.

C

(37) *Προσεφέρετο δὲ καὶ ἕτερα.* Aliam certe causam affert Theophanes in *Chronico*, ob quam Anastasius Sinaita ex Antiochena sede depulsus est. Sed quoniam interpretes sensum Theophanis minime assecuti sunt, verba ejus hic apponam: Τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει Ἀναστάσιος ὁ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ὁ μέγας καθαῴρεσιν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῶν συνοδικῶν Ἰωάννου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως τοῦ χειροτονήσαντος Ἰωάννην τὸν Ἀλεξανδρείας, καὶ τούτου χειροτονηθέντος, ἐξεβλήθη τῆς ἰδίας ἐπισκοπῆς κατ' ἐγανάκτησιν Ἰουστίνου. Id est, ut interpretor: *Eodem anno magnus Anastasius episcopus Antiochiæ, cum in responsione sua ad synodicas epistolas reprehendisset Joannem Constantinopolitanum, qui Joannem Alexandriæ episcopum ordinaverat, et eum qui ab illo fuerat ordinatus simul perstrinxisset, pulsus est e suo episcopatu ob indignationem Justini.* Lego igitur in Theophane καὶ τοῦ χειροτονηθέντος, quæ certissima est emendatio. Joannes Alexandrinus episcopus ordinatus fuerat Constantinopoli a Joanne scholastico, anno 5 imperii Justini, Christi vero 570, ut scribit etiam Baronius. Qui post ordinationem suam, cum synodicas litteras ad Anastasium Antiochenum episcopum scripsisset ex more, Anastasius litteris illis respondens, ordinatorem ejus Joannem graviter reprehenderat: quippe qui in locum viventis Eutychii contra regulas ecclesiasticas intrusus fuisset. Simul etiam reprehenderat eum qui ab illo ordinatus, ordinatoris sui vitium ac labem in se pertraxerat. Ea re offensus Justinus imperator, qui Joannem scholasticum diligebat, a quo videlicet fuerat coronatus, Anastasium e sede sua dejecit. Interpres Latinus Theophanis existimavit eas synodicas litteras quibus Anastasius responderat, scriptas fuisse a Joanne episcopo Constantinopolitano: quod tamen falsum est. Scriptæ enim erant a Joanne Alexandrino in exordio episcopatus. Itaque post vocem συνοδικῶν apponenda est subdistinctio, ut fecit Anastasius bibliothecarius. Cæterum hanc Anastasii depositionem Baronius refert anno Christi 575, qui est octavus imperii Justini. Malim tamen cum Theophane eam conferre in annum quintum aut sextum ejusdem Justini, cum paulo post ordinationem Joannis Alexandrini contigerit, quæ facta est anno Christi 570, ut Baronius ipse testatur. — Pa-

D

Digitized by Google

ciebantur præterea eidem Anastasio alia quædam, A nonnullis imperatoris proposito ac voluntati gratificari studentibus.

τὸν βασιλικὸν, οἶμαι, βουληθέντων θεραπεῦσαι σκοπόν.

432 CAP. VI.

Quomodo post Anastasium Gregorius episcopus factus sit, et de moribus illius.

Post Anastasium vero, ad episcopalem sedem evectus est Gregorius, cujus gloria, ut cum poetis loquar, longe lateque diffusa est. Hic ab ineunte ætate in palæstra monastica exercitatus, adeo fortiter et constanti animo decertaverat, ut brevi, in prima adhuc lanugine constitutus, ad summos gradus pervenerit, et monasterio Byzantiorum præfuerit, in quo monasticum vivendi genus primum amplexus fuerat. Postea vero Justini jussu, monachis etiam Sinæ montis præfectus fuit. Quod in B loco obsessus ab Arabibus quos Scenitas vocant, in gravissima incidit pericula. Nihilominus tamen cum altissimam pacem ei loco conciliasset, illinc ad pontificatum evocatus est. Fuit porro et consilio et virtute et reliquis in rebus, omnium mortalium præstantissimus, admirabilis industriæ ad perficienda ea quæ animo proposuerat, adversus metum invictus : nec adduci unquam poterat ut cederet, aut sæcularem potentiam reformidaret. In eroganda autem pecunia adeo magnificus fuit, liberaliter ac prolixe eam in omnes effundens, ut quoties in publicum prodibat, ingens hominum multitudo, præter eos qui comitari consueverant, eum sectaretur; et quotquot eum procedentem aut C viderant aut audierant, ipsi quoque confluerent. Et honor qui summis hujus sæculi potestatibus defertur, inferior erat honore illo qui huic viro exhibebatur, cum homines plerumque sua sponte eum videre, aut loquentem **433** de proximo audire desiderarent. Erat enim ad excitandum desiderium sui in animis eorum qui ipsum qualicunque de causa adierant, aptissimus. Quippe qui et aspectu esset admirabilis, et in colloquiis ob leporem jucundissimus : ad rem confestim intelligendam acutus, si quisquam alius; et ad agendum

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Ὡς μετὰ Ἀναστάσιον Γρηγόριος ἐπίσκοπος γέγονε, καὶ περὶ τοῦ τρόπου αὐτοῦ.

Μετ' αὐτὸν δὲ πρὸς τὸν ἱερατικὸν ἄνεισι θρόνον Γρηγόριος, οὗ κλέος εὐρὺ κατὰ τὴν ποίησιν (38) · ἐκ πρώτης ἡλικίας τοῖς μοναδικοῖς ἐναποδυσάμενος σκάμμασιν. Οὕτω δὲ γεννικῶς καὶ καρτερικῶς ἀγωνισάμενος, ὡς τάχιστα ἐκ πρώτων ἰούλων πρὸς τοὺς ἀκρωτάτω βαθμοὺς ἐλάσαι · ἡγήσασθαι δὲ τῆς τῶν Βυζαντίων μονῆς (39), ἔνθα τὸν ἄσκευον εἵλετο βίον. Κελεύσμασι δὲ Ἰουστίνου καὶ τοῦ Σινᾶ ὄρους, ἐν ᾧ μεγίστοις ἐμπέπτωκε κινδύνοις, πολιορκίαν ὑποστὰς ὑπὸ τῶν Σκηνητῶν Ἀράβων. Εἰρηνεῦσαι δ' οὖν αὐτῷ ὅμως μέγιστα τῷ τόπῳ καταπραξάμενος, ἐκεῖθεν πρὸς τὴν ἀρχιερωσύνην ἐκλήθη. Ἦν δὲ γνώμην καὶ ἀρετὴν ψυχῆς, πάντα ἐν πᾶσι κράτιστος (40), καὶ ἐς ὅ τι ὁρμήσειεν, ἐξεργαστικώτατος · δέει τε ἄτρωτος, καὶ πρὸς τὸ ὑπείκειν ἢ κατεπτηχέναι δυναστείας, ἀληπτότατος. Οὕτω δὲ μεγαλοπρεπεῖς τὰς ἐπιδόσεις τῶν χρημάτων ἐποιεῖτο, ἐλευθερίοις τε καὶ ἀφειδέσιν ἐς ἅπαντα χρώμενος, ὥστε ὅτε προΐοι, παμπληθεῖς αὐτῷ καὶ τῶν εἰωθότων ἄτερ ἐπηκολούθουν· καὶ ὅσοι ὁρῷεν ἢ πυνθάνοιντο προσιόντα (41), συνέρρεον· καὶ ἦν τάγε εἰς τὴν τοσαύτην ἀρχὴν, δεύτερα τῆς εἰς τὸν ἄνδρα τιμῆς (42), ἐθελουσίων τὰ πολλὰ ὁρᾶν τε ἐκ τοῦ σύνεγγυς, καὶ ἀκούειν διαλαλοῦντος ἐπιθυμούντων. Πόθον γὰρ ἑαυτοῦ πᾶσι τοῖς ὀπωσοῦν ἐντυγχάνουσιν ἐνεργάσασθαι ἦν ἱκανώτατος · ἰδεῖν τε ἀξιάγαστος, καὶ προσφθέγξασθαι διὰ χαρίτων ἥδιστος, νοῆσαί τε ἐκ τοῦ παραυτίκα ὀξὺς, εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων, πρᾶξαί τε ἐς τὰ μάλιστα ὀξύτατος, καὶ βουλὴν ἄριστα βουλεῦσαι, καὶ κρῖναι τά τε οἰκεῖα, τά τε τῶν ἄλλων ἱκανώτατος · ὅθεν καὶ τοσαῦτα κατεπράξατο, μηδὲν ἐς αὖριον ἀναβαλλόμενος. Κατέπληξε δὲ, οὐ μόνον τοὺς Ῥωμαίων βασιλέας, ἅπασι χρώμενος· ὡς ἥ τε χρεία καλοίη, καὶ καιρὸς ὑπείκοι οὐχ ὕστερον (43), ἀλλὰ καὶ τοὺς Περσῶν, ὡς ἕκαστα προσφόρως δηλώσω. Ἦν δὲ ἐν αὐτῷ

VALESII ANNOTATIONES.

gius ad ann. Chr. 572, probat Anastasii depositionem pertinere ad ann. 570. Cæterum tam Anastasius quam Gregorius, magnæ sanctitatis et doctrinæ præsules fuere, ut vel ex iis quæ Baronius ostendit, manifestum sit.

(38) *Οὗ κλέος εὐρὺ κατὰ τὴν ποίησιν.* Pessime hunc locum interpretati sunt Musculus et Christophorsonus, quasi his verbis indicare voluisset Evagrius, Gregorium Antiochensem episcopum poetica laude inclaruisse. Sed rectius Joannes Langus hæc verba ita vertit : *Cujus lata est gloria, ut poetæ verbis utar.*

(39) *Τῆς τῶν Βυζαντίων μονῆς.* Joannes Langus hæc verba interpretatur hoc modo : *Primum vero Byzantii monasterio præfuit.* Evagrius tamen non dicit Gregorium monachum vel abbatem fuisse Byzantii, sed abbatem fuisse monasterii Byzantiorum. Videtur autem monasterium istud fuisse in Syria, in quo Gregorius adhuc adolescens monasticæ vitæ rudimenta perceperat. Theophanes in D *Chronico*, pag. 206, ait Gregorium fuisse apocrisiarium monasterii Byzantiorum, id est procuratorem, sive actorem.

(40) *Πάντα ἐν πᾶσι κράτιστος.* Suspicor legendum hic esse πάντα τε ἐν πᾶσι κράτιστος. Sic enim loquitur Evagrius infra in cap. 19 hujus libri de Mauricio : Καὶ πάντα ἐν πᾶσιν ἀκριβῆ.

(41) *Πυνθάνοιντο προσιόντα.* Mallem scribere προϊόντα. Nicephorus habet διιόντα.

(42) *Καὶ ἦν τά γε εἰς τὴν τοσαύτην ἀρχὴν δεύτερα τῆς εἰς τὸν ἄνδρα τιμῆς.* Hunc locum aliter legit Nicephorus. Nam pro voce τοσαύτην, habet κοσμικήν, longe rectius meo quidem judicio. Nicephori verba Joannes Langus ita vertit : *Et honorem mundanis dignitatibus debitum, præ viri hujus observantia secundo loco habebant.*

(43) *Οὐχ ὕστερον.* Hunc locum feliciter mihi videor restituisse hoc modo, οὐχ ὑστερῶν. Id est : *Quippe qui ubi tempus aut necessitas postularet, semper præsto esset.*

Digitized by Google

πολὺ μὲν τὸ σφοδρὸν, ἐνιαχοῦ δὲ καὶ τὸ θυμοειδές· οὐκ ὀλίγον δὲ πάλιν, ἀλλὰ καὶ μάλα περιούσιον τὸ πρᾶόν τε καὶ ἥμερον· ὡς ἐπ' αὐτῷ ἄριστα καταντῆσαι τὰ Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ πεφιλοσοφημένα. Τὸ αὐστηρὸν αἰδοῖ σύγκρατον· ὡς μηδὲ ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου καταβλάπτεσθαι, ἀλλ' ἀμφότερα δι' ἀλλήλων εὐδοκιμεῖν.

A promptissimus; ad optimum consilium eligendum, et ad judicandum, tum de suis, tum de alienis negotiis, solertissimus. Itaque tot ac tantas res perfecit, cum nihil unquam in crastinum differret. Admirationi autem fuit non Romanorum modo, verum etiam Persarum imperatoribus, cum in omnibus negotiis ita se gereret, ut necessitas postulabat, utque ferebat occasio, cui quidem nunquam defuit, quemadmodum suis locis singillatim exponam. Erat in illo acer quidem ac vehemens impetus, atque interdum iracundia. Rursus tamen non modica, imo potius abundans animi lenitas ac mansuetudo. Adeo ut in eum optime convenire id quod a Gregorio Theologo sapienter est dictum. Severitas verecundia temperata, sic ut neutra læderetur ab altera, sed ambæ sese invicem exornarent.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Ὡς οἱ λεγόμενοι Ἀρμένιοι Πέρσαι τοῖς Χριστιανοῖς προσεχώρησαν· διόπερ ὁ πρὸς Πέρσας ἀνερράγη πόλεμος.

CAP. VII.

Quomodo Persarmenii Romanis sese tradiderunt : unde bellum exortum est inter Romanos ac Persas.

Τούτου τὴν ἐπισκοπὴν πρῶτον ἔτος διέποντος, οἱ τῆς πάλαι μὲν μεγάλης Ἀρμενίας, ὕστερον δὲ Περσαρμενίας ἐπονομασθείσης, ἣ πρώην Ῥωμαίοις κατῆκτο, Φιλίππου δὲ τοῦ μετὰ Γορδιανὸν καταπροδόντος αὐτὴν τῷ Σαπώρῃ, ἡ μὲν κληθεῖσα μικρὰ Ἀρμενία πρὸς Ῥωμαίων ἐκρατήθη, ἡ δέ γε λοιπὴ πᾶσα πρὸς Περσῶν· τὰ Χριστιανῶν πρεσβεύοντες, ἐπεὶ παρὰ Περσῶν κακῶς ἔπασχον (44), καὶ μάλιστα περὶ τὴν οἰκείαν νόμισιν, ἐν παραβύστῳ ἐπρεσβεύοντο πρὸς Ἰουστῖνον, ἱκετεύοντες κατήκοοι Ῥωμαίοις γενέσθαι, ὡς ἂν ἐπ' ἀδείας δρῷεν τὰ ἐς Θεὸν γέρα, μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν γινομένου. Τοῦ δὲ Ἰουστίνου προσηκαμένου[21], καί τινων ἐν γράμμασιν πρὸς τοῦ βασιλέως διομολογηθέντων, ὅρκοις τε δεινοῖς (45) κατασφαλισθέντων, ἀποσφάττουσι μὲν οἱ Ἀρμένιοι τοὺς σφῶν ἄρχοντας (46)· προστίθενται δὲ πασσυδὶ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ μεθ' ὧν προσειλήφεσαν πλησιοχώρων, ὁμοεθνῶν τε καὶ ἀλλοφύλων, Οὐαρδάνου προὔχοντος παρ' αὐτοῖς γένει τε καὶ ἀξιώσει, καὶ τῇ περὶ τοὺς πολέμους ἐμπειρίᾳ. Ἐπεγκαλοῦντα τοίνυν περὶ τούτων Χοσρόῃ, Ἰουστῖνος ἀπεπέμπετο, λέγων

B Hujus igitur Gregorii pontificatus anno primo, incolæ majoris Armeniæ quæ nunc Persarmenia dicitur, (hæc autem regio antea quidem Romanis paruerat; sed cum Philippus successor Gordiani eam Sapori prodidisset, minor quidem Armenia penes Romanos mansit, reliqua vero omnis penes Persas;) hujus igitur incolæ, fidem Christianam professi, cum a Persis graviter vexarentur; præcipue iis in rebus quæ ad religionem ipsorum pertinebant, clam legatos ad Justinum miserunt, rogantes ut Romanorum ditioni subjicerentur, quo libere absque ullo impedimento, divini cultus cæremonias peragerent. Quam legationem cum admisisset Justinus, et conditiones quasdam scriptis proditas approbasset, gravique jurejurando confirmasset, C **434** Armenii præfectos suos necarunt, et universi Romano imperio sese adjunxerunt, una cum finitimis quos sibi sociaverant, tam ejusdem gentis, quam alienigenis, duce Vardane, qui apud ipsos genere ac dignitate et rei militaris peritia eminebat. His de rebus cum Chosroes conque-

VARIÆ LECTIONES.

[21] προσκαθημένου.

VALESII ANNOTATIONES.

(44) *Παρὰ Περσῶν κακῶς ἔπασχον.* Eamdem causam defectionis Armeniorum refert Theophanes Byzantius apud Photium, et Joannes Biclariensis in *Chronico : Armeniorum*, inquit, *et Iberorum gens qui a prædicatione apostolorum Christi fidem susceperant, dum a Chosroe Persarum imperatore ad culturam idolorum compellerentur, renuentes tam impiam jussionem, Romanis se cum provinciis suis tradiderunt. Quæ res Romanos inter et Persas pacis fœdera rupit.* Verum abbas Biclariensis in eo fallitur, quod Armeniorum defectionem retulit anno primo Justini Junioris. Pax enim inter Romanos et Persas dissoluta est anno septimo imperatoris Justini, ut scribit Theophylactus in lib. III *Historiæ*, cap. 9; et Theophanes, ejusque interpres Anastasius Bibliothecarius, et Cedrenus. Sed et ipse Joannes Biclariensis in ejus rei narratione a se dissentit. Subjicit enim paulo post : *Anno quinto Justinus imperator Armeniam et Iberiam, repulsis Persis, Romanas provincias facit.*

(45) *Ὅρκοις τε δεινοῖς.* De hoc jurejurando quo Justinus imperator fidem suam obstrinxerat, se nunquam proditurum esse Persis Armenios atque Iberos qui se Romanis dedidissent, loquitur Menander Protector in excerptis legationum, pag. 121 editionis regiæ : Λόγον γὰρ οὐχ ἥκιστα ἐποιεῖτο πολὺν ὁ Καῖσαρ τῶν ὁμωμοσμένων ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως τοῖς Περσαρμενίοις καὶ τοῖς μεταχωρήσασιν Ἰβήρων. Ὀμωμόκει γὰρ ὁ βασιλεύς, etc. D Quæ verba non intellexit interpres. Primo igitur emendandum est ὑπὸ Ἰουστίνου. Deinde totus locus ita vertendus : *Etenim Tiberius Cæsar maximi meriti faciebat ea sacramenta, quæ ab imperatore Justino præstita erant Persarmeniis et Iberis qui ad Romanos defecerant. Juraverat enim imperator omni ope se annisurum, ut terram quæ ipsos aluerat, suæ ditionis efficeret. Quod si rem illam exsequi et bello finem imponere non posset, auctores tamen defectionis eorumque propinquos, et generaliter eos qui Romanæ reipublicæ participes esse vellent, se nunquam Persis dediturum.*

(46) *Τοὺς σφῶν ἄρχοντας.* Surenam scilicet. Hic enim κλιματάρχης seu rector Armeniæ præpositus erat a rege Persarum : quo interfecto, Persarmenii se Romanis dediderunt, ut scribit Theophylactus in lib. III, cap. 9, et Theophanes Byzantius in Excerptis apud Photium. Menander denique in Excerptis legationum, pag. 115.

Digitized by Google

sus esset, Justinus legatos ejus cum hoc responso dimisit, terminatam esse pacem quæ inter ipsos facta fuerat, nec fieri posse ut Christiani Christianos belli tempore ad se confugientes rejicerent. Et hæc quidem respondit Justinus. Nec tamen se ad bellum gerendum paravit : sed consuetis deliciis immersus, libidinibus suis cuncta postponenda esse ducebat.

A πεπεράσθαι τὰ τῆς εἰρήνης (s), καὶ μὴ οἷόν τε εἶναι Χριστιανοὺς ἀπορρίψαι, ἐν καιρῷ πολέμου Χριστιανοῖς προστρυέντας. Καὶ ταῦτα μὲν ἀπεκρίνατο· οὐ μὴν ἐς πόλεμον παρεσκευάζετο· ἀλλὰ τῇ συνήθει τρυφῇ ἐνεδέδετο, πάντα δεύτερα τῶν οἰκείων ἡδονῶν τιθέμενος.

CAP. VIII.

De Marciano magistro militum, et de Nisibis obsidione.

Porro magistrum Orientalis militiæ misit Marcianum quemdam, genere sibi conjunctum, nec justum exercitum, nec reliquum belli apparatum ei sufficientem tradens. Hic ad manifestissimum discrimen et ad subversionem omnium rerum in Mesopotamiam venit, perpaucos milites, eosque inermes secum trahens. Habebat etiam fossores quosdam ac bubulcos, quos provincialibus eripuerat. Levi itaque prælio circa Nisibim conserto, cum ipsi etiam Persæ nondum ad bellum satis instructi essent, superior evasit : statimque urbem obsidione cinxit : Persis interim ne portas quidem occludere dignantibus, sed cum summo dedecore et contumelia illudentibus exercitui Romano. Et alia quidem multa tunc visa sunt prodigia, quibus mala quæ eventura erant indicabantur. Nos tamen initio belli, vitulum vidimus recens natum, ex cujus cervice capita duo prominebant.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Περὶ Μαρκιανοῦ στρατηγοῦ, καὶ πολιορκίας Νισίβεως.

Στρατηγὸν δὲ τῶν ἑῴων ἐκπέμπει Μαρκιανὸν (47) συγγενῆ αὐτῷ καθεστῶτα, οὔτε στρατεῖαν ἀξιόμαχον δοὺς, οὔτε τὴν ἄλλην τὴν ἐς τὸν πόλεμον παρασκευήν. Ὃς ἐπὶ προὔπτῳ κινδύνῳ καὶ ἐπ' ἀναστροφῇ τῶν ὅλων, τὴν μέσην κατηλείφει [32] τῶν ποταμῶν, ὀλίγους κομιδῇ στρατιώτας, καὶ τούτους ἀνόπλους ἐπισυρόμενος, ἔχων καί τινας σκαπανέας καὶ βοηλάτας (48) ἐκ τῶν συντελῶν ἀφῃρημένους(49). Συμπλέκεται μὲν οὖν ὀλίγα πρὸς Πέρσας περὶ τὴν Νίσιβιν, οὔπω οὐδὲ τῶν Περσῶν παρεσκευασμένων. Καὶ τὸ πλέον ἐσχηκὼς παρακάθηται τὴν πόλιν, οὐκ ἀξιωσάντων τῶν Περσῶν ἀποκλεῖσαι τὰς πύλας, ἐνυβριζόντων δὲ καὶ μάλα αἰσχρῶς ἐς τὸ Ῥωμαίων στράτευμα. Τεράστια δὲ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ὤφθη, τὰ ἐσόμενα δυσχερῆ μηνύοντα. Καὶ βοῦν δὲ ἀρτιγενῆ ἐθεασάμεθα καταρχὰς τοῦ πολέμου, ᾧ δύο κεφαλαὶ ἐκ τοῦ αὐχένος ἐπῃώρηντο.

435 CAP. IX.

Quomodo Chosroes, cum Adaarmanem ducem contra Romanos misisset, qui illos magnis cladibus affecit : ipse Nisibim perrexit.

Chosroes vero, posteaquam omnia quæ ad bellum erant necessaria abunde præparasset, ad certum usque locum progressus, Euphrate in regione

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ὡς ὁ Χοσρόης Ἀδαρμάνην στρατηγὸν κατὰ Ῥωμαίων ἐξαποστείλας, πολλὰ κακὰ τούτοις διαθέντα, πρὸς Νίσιβιν αὐτὸς ἀπῆλθεν.

Ὁ δὲ Χοσρόης, ἐπεὶ αὐτάρκως αὐτῷ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ἐξηυτρέπιστο, Ἀδαρμάνην μὲν διαπορεύσας μέχρι τινὸς, καὶ τὸν Εὐφράτην ἀνὰ τὴν σφετέραν

VARIÆ LECTIONES.

[32] C. C. κατειλήφει.

VALESII ANNOTATIONES.

(47) *Μαρκιανόν.* Hunc Martinum vocat Theophanes in *Chronico*, ejusque interpres Anastasius Bibliothecarius. Sed Theophanes Bysantius, cujus Excerpta leguntur in *Bibliotheca* Photii, Marcianum eum vocat. Justini imperatoris ἐξάδελφον, id est consobrinum ; et a Justino magistrum militum in Orientem missum esse dicit anno imperii ejus octavo.

(48) *Σκαπανέας καὶ βοηλατίας.* Ex manuscripto codice Florentino et Telleriano emendavi βοηλάτας, quemadmodum etiam legit Nicephorus. Verum Nicephorus vocem hoc loco interserit. Sic enim habet : Πρὸς δὲ σκαπανεῖς καὶ δαφεῖς καὶ βοηλάτας : Id est ; ut vertit Langus, *fossores, sartores, et boum actores.* Quam vocem Nicephorus legisse videtur in suo codice. Neque enim video unde illam haurire potuerit Porro sartorum usus fuit in castris, ad vestem militarem sarciendam, aut ad pelles tabernaculorum consuendas.

(49) *Ἐκ τῶν συντελῶν ἀφῃρημένους.* Male hunc locum verterunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit : *Et fossores quosdam ac bubulcos ex municipiis acceptos secum habent.* Christophorsonus vero sic interpretatur : *Inter quos habuit fossores et bubulcos ex numero vectigalium exemptos.* Ignorarunt scilicet quid significaret vocabulum συντελεῖν. Usus est ea voce Evagrius supra in libro II, cap. 42, ad quem locum observavi, eo vocabulo significari provinciales tributarios qui etiam collatores dicuntur in codice. Ab iis igitur fossores et bubulcos, et sartores per vim abstraxerat Martinus magister militum, ut eorum opera in exercitu suo uteretur ; neque enim in numero militum eos habuit, ut sensisse videtur Christophorsonus

VARIORUM.

(s) *Πεπεράσθαι τὰ τῆς εἰρήνης.* Justam fuisse Persarum iniquitatem a Chosroe defectionem, dum ad cultum idolorum compellerentur, docent pacta anno Chr. 561, Justinianum inter ac Chosroem conventa, in quibus nominatim de religione Christiana non violanda cautum fuerat, ut Pagius eo anno ostendit, n. 9, etc. juxta quem legatio hæc Chosrois ad Justinum peracta est anno 571.

Digitized by Google

γῆν διαβιβάσας, ἐς τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν ἠφίει διὰ τοῦ καλουμένου Κιρκησίου. Τὸ δὲ Κιρκήσιόν (*t*) ἐστι πόλισμα Ῥωμαίοις ἐπικαιρότατον, πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τοῦ πολιτεύματος κείμενον· ὅπερ ὀχυρὸν οὐ μόνα τὰ τείχη ποιεῖ, ἐς ἄπειρον ὕψος ἐπαιρόμενα· ἀλλὰ καὶ Εὐφράτης καὶ Ἀβόρας οἱ ποταμοὶ κυκλοῦντες, καὶ ὥσπερ ἀπονησοῦντες τὴν πόλιν. Αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν τὸν Τίγρητα διαβὰς ποταμὸν, ἐπὶ Νισίβεως τὴν ἔλασιν ἐποιεῖτο. Ταῦτα δὲ γινόμενα, μέχρι πολλοῦ τοὺς Ῥωμαίους ἐλάνθανεν· ὥστε Ἰουστῖνον φήμῃ πειθόμενον, λεγούσῃ Χοσρόην ἢ τεθνάναι, ἢ πρὸς αὐτῷ τελευταίας ἀναπνοὰς εἶναι, ἀσχάλειν ἐπὶ τῇ δηθὲν βραδυτῆτι τῆς πολιορκίας τῆς Νισίβεως, πέμψαι τε τοὺς ἐπείξοντας τὸν Μαρκιανὸν, καὶ τὰς κλεῖς τῶν πυλῶν ὡς τάχιστα οἴσοντας. Ὡς δὲ οὐδαμῶς τὸ πρᾶγμα προῄει, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ὤφελε τὴν αἰσχύνην, τὰ ὁμήχανα ζητῶν ἐπὶ τοιαύτῃ καὶ τοσαύτῃ πόλει καὶ οὕτως ἐξουθενημένῳ στρατῷ, ἀγγέλλεται πρῶτον Γρηγορίῳ τῷ Θεουπόλεως ἐπισκόπῳ. Ὁ γὰρ τῆς Νισίβεως ἐπίσκοπος, φίλος ἐς τὰ μάλιστα Γρηγορίῳ καταστάς, μεγάλοις δώροις παρ' αὐτοῦ δεξιωθείς, ἄλλως τε δὲ καὶ δυσχεραίνων τὴν Περσῶν παροινίαν τὴν ἐς Χριστιανοὺς γιγνομένην, ἣν διὰ παντὸς παρ' αὐτῶν ἐπεπόνθεσαν, καὶ Ῥωμαίων κατήκοον τὴν οἰκείαν πόλιν ἱμειρόμενος εἶναι, πάντων τῶν ἐν τῇ ὑπερορίᾳ γιγνομένων τὴν γνῶσιν Γρηγορίῳ παρείχετο, ἅπαντα κατὰ καιρὸν παριστάς· ἅπερ παραυτίκα ἐπὶ Ἰουστῖνον ἀνέφερε, τὴν ἔφοδον τοῦ Χοσρόου τὴν ταχίστην μηνύων. Ὁ δὲ, περὶ τὰς συνήθεις ἡδονὰς ἐγκαινιδούμενος, τοῖς μὲν γεγραμμένοις προσεῖχεν οὐδέν· οὔτε δὲ πιστεύειν ἤθελεν, οἰόμενος ὅπερ ἐβούλετο. Ἕπεται γὰρ τοῖς ἐκδεδιητημένοις τῶν ἀνθρώπων, τό τε ἀγενὲς (50) καὶ θρασὺ πρὸς τὰς ἐκβάσεις· τὸ δὲ ἄπιστον εἴ τι τύχοιεν ἀντικρὺ τῶν θελήσεων αὐτῶν φερόμενον. Γράφει μὲν οὖν αὐτῷ, ταῦτα τέλεον ἀποδιοπομπούμενος, ὡς οὐκ ἀληθῆ παντάπασιν ὄντα· εἰ δέ γε καὶ ἀληθῆ, ὡς οὐ φθησομένων Περσῶν τὴν πολιορκίαν· εἰ δὲ καὶ φθαῖεν, κακῶς ἀπαλλαξάντων. Ἐκπέμπει δὲ Ἀκάκιον, ἀτάσθαλόν τινα καὶ ὑβριστὴν παρὰ Μαρκιανὸν, ἐγκελευσάμενος καὶ εἰ θάτερον τοῖν ποδοῖν ὁ Μαρκιανὸς φθαίη τῇ πόλει πέμψας, παραλῦσαί γε αὐτὸν τῆς ἀρχῆς. Ὃ καὶ πέπραχεν ἀκριβῶς, οὐ πρὸς τὸ συνεῖσον τοῖς τοῦ βασιλέως κελεύμασι διακονησάμενος. Γενόμενος γὰρ πρὸς τὸ στρατόπεδον, Μαρκιανὸν μὲν ἐν τῇ ὑπερορίᾳ παύει τῆς ἀρχῆς, οὐδὲν τῷ στρατῷ διαγγείλας. Οἱ δὲ λοχαγοὶ καὶ ταξιάρχαι, ὡς διανυκτερεύσαντες ἐξέμαθον παυθῆναι τὸν στρατηγὸν, πρόσω μὲν οὐ παρῆσαν τὸ πλῆθος (51)· ὑποχωρήσαντες δὲ φεύγουσι σποράδες, τὴν

A sua trajecto, Adaarmanem quidem in Romanorum fines per Circesium emisit. Est autem Circesium oppidum commodissimum Romanis, in extremis imperii finibus situm. Quod non muri solum in summam altitudinem erecti, verum etiam Euphrates et Abora fluvii munitissimum reddunt, totam urbem undique cingentes, ac veluti insulam efficientes. Ipse vero cum copiis suis Tigrim fluvium transgressus, Nisibim contendit. Hæc dum fierent, diu tamen Romanos latuerunt, adeo ut Justinus famæ nimium credens, quæ Chosroem aut jam mortuum esse, aut certe extremum spiritum ducere nuntiabat, ægre ferret quod obsidio Nisibis tandiu protraheretur : et quosdam mitteret qui Marcianum urgerent, et qui claves portarum ad se confestim afferrent. Sed cum res nullatenus procederet, imo potius maximum ipse dedecus ac probrum referret, quippe qui ea quæ fieri non poterant tentaret adversus tantam urbem cum exercitu tam vili atque abjecto ; nuntius primum perlatus est ad Gregorium episcopum Antiochiæ. Nam cum episcopus Nisibi ei esset amicissimus, utpote qui maximis muneribus ab illo affectus fuisset, et alioqui contumeliam Persarum erga Christianos, quam perpetuo passi fuerant Christiani, molesto animo ferret, cupieretque, urbs ut sua in ditionem Romanorum veniret : quæcunque in hostico fiebant, ad Gregorii notitiam perferenda curabat, cuncta suo tempore significans. Quæ quidem Gregorius continuo retulit ad Justinum, celerrimam Chosrois irruptionem nuntians. At Justinus, cum in consuetis voluptatibus assidue volutaretur, Gregorii litteras despexit, neque iis fidem habere voluit, id tantum sibi persuadens quod ipse cupiebat. Etenim hominibus dissolutis usu venire solet, ut et ignavi sint, et præfidenti animo adversus rerum eventus : et si quid contra voluntatem ipsorum acciderit, minime credant. Scripsit igitur Gregorio, ea quæ ab illo nuntiata fuerant, penitus rejiciens ac repudians tanquam falsa : aut si vera essent, **436** Persas tamen expugnationem urbis haudquaquam præventuros esse : vel si eam prævenissent, gravi clade accepta inde abscessuros. Simul Acacium quendam, hominem sceleratum et contumeliosum, ad Marcianum mittit, dans ei in mandatis, ut etiamsi Marcianus alterum jam pedem in civitatem intulisset, ei nihilominus potestatem abrogaret. Quod quidem ille sedulo perfecit, non ex reipublicæ utilitate obsecutus imperatoris mandato. Nam cum ad castra Romanorum venisset, Marcianum in hostico

VALESII ANNOTATIONES.

(50) *Τό τε ἀγενές*. In Nicephoro scribitur ἀγεννές per duplex ν. Sic paulo ante, ubi legitur ἀσχάλειν, idem Nicephorus scriptum habet ἀσχάλλειν, quod est usitatius. Potest tamen id verbum efferri cum simplici λ, ut docet Hesychius.

(51) *Οὐ παρῆσαν τὸ πλῆθος*. Scribendum puto παρῆσαν ἐς τὸ πλῆθος. Atque ita legisse videtur Musculus. Sic enim vertit : *Exercitui porro adesse*

VARIORUM.

(*t*) *Κιρκήσιον*. Oppidum Mesopotamiæ a Diocletiano conditum, et a Justiniano restauratum : Circeium Capitolino, Circusium Ammiano, Constantina quibusdam ; sedet ad Euphratem fluvium, ubi recipit Chaboram, infra Tapsacum e regione Arabiæ desertæ ; in eo inest Tumulus Gordiani imp. (Valesius.)

Digitized by Google

dignitate exuit, cum nihil ea de re militibus renuntiasset. Centuriones vero et ordinum ductores, postquam peractis vigiliis ducem suum exauctoratum esse didicerunt, non amplius processerunt in publicum : sed dilapsi hac illac fugere cœperunt, ridiculam illam obsidionem relinquentes. Interim Adaarmanes, qui Persarum et Scenitarum Arabum ingentem habebat exercitum, Circesium prætergressus, Romanorum ditionem incendio ac ferro et omni vastationis genere populatus est, nihil mediocre animo designans aut gerens. Castella etiam cepit et vicos quam plurimos, nemine resistente · primum quidem, quia nullus tunc erat dux Romanorum. Deinde eo quod militibus Romanis a Chosroe intra oppidum Daras conclusis, pabulationes et incursiones absque impedimento fiebant. Adortus est etiam urbem Antiochiam per milites suos. Neque enim ipse illuc perrexit : qui tamen præter omnium spem atque exspectationem inde repulsi sunt, cum nemo præter admodum paucos in urbe remansisset, et episcopus ipse aufugisset, et sacros thesauros secum asportasset, propterea quod et muri maxima pars interciderat, et populus rerum novarum cupiditate flagrans, seditionem excitaverat, quemadmodum ejusmodi præsertim temporibus fieri solet. Sed et ipsi seditiosi, arrepta fuga, urbem vacuam reliquerant, cum nihil omnino excogitatum esset, aut ad feriendum hostem, aut ad propulsandum.

A καταγέλαστον πολιορκίαν λύσαντες. Ὁ μὲν οὖν Ἀδααρμάνης ἔχων ἀξιόλογον στρατὸν Περσῶν τε καὶ τῶν Σκηνητῶν Βαρβάρων, ἐπεὶ τὸ Κιρκήσιον παρῆμειψε, παντοίως τοῖς Ῥωμαίων ἐλυμήνατο πράγμασιν, ἐμπιπρὰς, ἀποκτιννὺς, οὐδὲν μέτριον ἐννοῶν ἢ πράττων· αἱρεῖ τε φρούρια καὶ κώμας πολλὰς, οὐδενὸς ἀντιστατοῦντος. Πρῶτα μὲν ὅτι γε ἦρχεν οὐδεὶς, εἶθ' ὅτι καὶ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τοῦ Χοσρόου κατὰ τὸ Δάρας (*u*) ἐναποκλεισθέντων, ἐπ' ἀδείας αἵ τε προνομαὶ καὶ αἱ ἔφοδοι ἐγίγνοντο. Ἔπεισι δὲ καὶ τῇ Θεουπολιτῶν διὰ τῶν ἀμφ' αὐτόν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἀφίκετο· οἵ καὶ παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα ἀπεκρούσθησαν, μηδενὸς ἐναπομείναντος τῇ πόλει, ἢ λίαν κομιδῇ εὐαρίθμων, καὶ τοῦ ἱερέως πεφευγότος καὶ τὰ ἱερὰ ὑπεξαγαγόντος κειμήλια, διότι καὶ τὰ πολλὰ τοῦ τείB χους διερρύη, καὶ ὁ δῆμος ἐπανέστη, νεωτέρων πραγμάτων ἄρξαι θέλων, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι, καὶ μάλιστα παρὰ τοὺς τοιούτους καιρούς. Οἵ καὶ αὐτοὶ πεφευγότες, ἐρήμην τὴν πόλιν καταλελοίπασιν, οὐδενὸς ὅλως ἐπινοηθέντος εἰς ἐπιτέχνησιν, ἢ ἀντεπιχείρησιν.

CAP. X.

De expugnatione Apameæ et Daras.

Hoc igitur conatu frustratus Adaarmanes, post incensam urbem quæ olim quidem Heraclea, postea vero Gagalice nuncupata est, Apameam occupavit, olim a Seleuco Nicatore conditam : quæ antea quidem opibus et incolarum multitudine abundarat : progressu autem temporis magnopere **437** imminuta erat. Hanc igitur pactis quibusdam conditionibus cum cepisset, (cives enim nullo modo resistere poterant, muro præ vetustate collapso,) totam concremavit, bonisque omnibus contra fidem datam direptis abscessit, universos cives ac finitimos, captivos abducens. Inter quos ipsum quoque urbis episcopum, et eum cui administratio provinciæ commissa erat, secum asportavit. Sed et in redeundo multa atrociter gessit, cum nullus esset qui cohiberet, aut omnino obsisteret, præter paucissimos milites a Justino missos, quibus præerat

ΚΕΦΑΛ. Γ.

Περὶ τῆς ἁλώσεως Ἀπαμείας καὶ τοῦ Δάρας.

Ὡς δ' οὖν τῆς πείρας ταύτης διήμαρτεν Ἀδααρμάνης (52), ἐμπρήσας τὴν πάλαι μὲν Ἡράκλειαν, ὕστερον δὲ Γαγαλικὴν ὀνομασθεῖσαν, Ἀπάμειαν κατεῖληφε, πρὸς Σελεύκου τοῦ Νικάνορος (53) συνοικισθεῖσαν, πάλαι μὲν εὐδαίμονα καὶ πολυάνθρωπον, τῷ χρόνῳ δὲ τὰ πολλὰ διαῤῥυεῖσαν· ὃς ἐπί τισι συμC βάσεσι τὴν πόλιν παρειληφὼς, ἐπεὶ μηδὲ ἀντιστῆναι οἷοί τε καθειστήκεισαν, τοῦ τείχους ὑπὸ γήρως ἐπὶ γῆς κειμένου, πᾶσαν ἐμπρήσας καὶ πάντα ληϊσάμενος παρὰ τὰ συγκείμενα, ἀπιὼν ᾤχετο, ἐξανδραποδίσας τὴν πόλιν, καὶ τὰ προστυχόντα χωρία. Μεθ' ὧν καὶ τὸν ἱερέα τῆς πόλεως, καὶ τὸν τὴν ἀρχὴν ἐπιτροπεύοντα ζωγρίας[13] ἀπήγαγε. Τὰ πάνδεινα δὲ κατὰ τὴν ἀποπόρευσιν εἰργάσατο, οὐδενὸς ἀπείD γοντος ἢ ὅλως ἀντιπίπτοντος, πλὴν καὶ ἐλαχίστου κομιδῇ στρατοῦ πρὸς Ἰουστίνου πεμφθέντος, ὑπὸ Μάγνῳ ταττομένου, πρώην μὲν ἀργυροῦ τραπέ-

VARIÆ LECTIONES.

[13] C. C. ζωγρήσας.

VALESII ANNOTATIONES.

nolunt. Christophorsonus vero ita vertit: *Copias non ulterius ducunt*. Sed Græca eum sensum ferre non possunt.

(52) *Ἀδααρμάνης*. Varie hoc nomen scriptum reperitur apud veteres auctores. Apud Theophanem in *Chronico* Ἀσταβάνης dicitur, et Ἀρδαμάνης in ms. codice Palatino. Anastasius autem Bibliothecarius Adermanum ducem vocat. In Nicephoro scribitur Οὐαδααρμάνης. Apud Theophanem Byzantium Βαραααμάνης. In cap. 13, infra dicitur Ἀρδαρμάνης. Theophylactus in lib. III, Adormaanem vocat.

(53) *Σελεύκου τοῦ Νικάνορος*. Scribendum est procul dubio Νικάτορος. Seleucus enim primus Syriæ rex, ob illustres victorias Νικάτωρ cognominatus est, ut ex nummis veteribus discimus, qui id cognomentum ei ascribunt.

VARIORUM.

(*u*) *Δάρας*. Urbs episcopalis Mesopotamiæ, in limite Persiæ, ab Anastasio imp. ex vico urbs facta, et Anastasiopolis etiam dicta, Nisibi vicina. (Baudrand.) Capta est hæc urbs a Persis anno 574.

Digitized by Google

ζης προϊσταμένῳ κατὰ τὴν βασιλέως· ὕστερον δὲ καὶ μίαν τῶν βασιλικῶν οἰκιῶν ἐμπιστευθέντι πρὸς Ἰουστίνου· οἳ καὶ προτροπάδην ἔφυγον, μικροῦ δορυάλωτοι ληφθέντες. Ἀδααρμάνης μὲν οὖν ταῦτα κατειργασμένος, τὸν Χοσρόην κατειλήφει, οὔπω τὴν πόλιν ἐκπολιορκήσαντα. Ὃς προστεθεὶς αὐτῷ, μεγάλην ῥοπὴν δέδωκε, τούς τε οἰκείους ἀναθαρσήσας, τό τε ἀντίξοον καταπλήξας. Εὗρηκε δὲ τήν τε πόλιν ἀποτειχισθεῖσαν, καὶ χοῦν ἀγχοῦ τοῦ τείχους συμφορηθέντα πολὺν, καὶ τὰς ἑλεπόλεις μηχανὰς ἑστώσας, καὶ μάλιστα τοὺς καταπέλτας ἐξ ὑπερδεξίων βιπτοῦντας, οὓς λιθοβόλους ἡ συνήθεια καλεῖ. Οἷς καὶ τὴν πόλιν κατακράτος εἷλεν ὁ Χοσρόης κατὰ τὴν ὥραν τοῦ χειμῶνος, Ἰωάννου τοῦ Τιμοστράτου παιδὸς αὐτῆς ἄρχοντος, ἥκιστα πεφροντικότος, ἢ καὶ καταπροδόντος. Λέγεται γὰρ ἀμφότερα. Προσῆδρευσε δὲ τῇ πόλει ὁ Χοσρόης πέμπτον καὶ πρός γε μῆνα, μηδενὸς ἀμύνοντος. Ἅπαντας τοίνυν ἐξαγαγὼν πλῆθος ἀστάθμητον, καὶ τοὺς μὲν αὐτοῦ δειλαίως κατασφάξας, τοὺς δὲ πλείστους καὶ ζωγρίας ἑλὼν, τὴν μὲν πόλιν ἐπίκαιρον οὖσαν φρουρᾷ κατέσχεν· αὐτὸς δὲ πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀπεχώρησεν ἤθη.

A Magnus quidam; qui prius quidem argentariorum mensæ præpositus fuerat in urbe regia, postea vero unius ex imperialibus domibus curator fuerat a Justino factus. Verum hi quoque sese in fugam dedere, cum parum abfuisset quin universi ab hostibus caperentur. His rebus gestis Adaarmanes ad Chosroem venit, qui urbem Daras nondum expugnaverat. Ejus igitur copiis conjunctus, maximum rebus momentum attulit, cum et suorum animos confirmasset, et hostibus terrorem incussisset. Porro urbem ipsam deprehendit vallo circumdatam, et aggerem ingentem ad muros urbis admotum; bellicas item machinas quas helepoles vocant, paratas; ac præcipue catapultas, ex editiore loco saxa jacientes, quas vulgo petrarias vocant. Hoc modo Chosroes hiberno tempore urbem illam vi B cepit, Joanne Timostrati filio qui urbi præerat, parum de ea sollicito, imo vero eam prodente. Utrumque enim dicitur. Obsederat autem urbem illam Chosroes quinque et amplius menses, nemine eam defendente. Cum igitur universos ex urbe eduxisset, immensam hominum multitudinem, et quosdam ex iis crudeliter illic mactasset, reliquos vero vivos servasset, urbem quidem, utpote opportune sitam, præsidio imposito munivit: ipse vero in regionem suam reversus est.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος φρενίτιδι νόσῳ ἑάλω· Τιβέριος δὲ τὴν φροντίδα τῶν ὅλων ἀνεδέξατο.

Ἅπερ ἐπειδὴ ἠκηκόει ὁ Ἰουστῖνος, ἐκ τοσούτου τύφου καὶ ὄγκου, οὐδὲν ὑγιὲς ἢ φρενῆρες ἐννοήσας, οὐδὲ ἀνθρωπίνως τὸ συνενεχθὲν (54) ἀνατλὰς, ἐς φρενίτιδα νόσον καὶ μανίαν ἐμπίπτει, οὐδὲν λοιπὸν τῶν γινομένων συνιείς. Διώκει δὲ τὸ πολίτευμα Τιβέριος (υ), Θρᾴξ μὲν γένος, τὰ πρωτεῖα δὲ παρὰ Ἰουστίνῳ φέρων· ὃν καὶ κατὰ τῶν Ἀβάρων πρώην ἐπεπόμφει (55), πολὺ ἀγείρας πλῆθος στρατοῦ. Ὃς καὶ μικροῦ ἑάλω, τῶν στρατιωτῶν μηδὲ τὴν θέαν τῶν Βαρβάρων ὑπενεγκάντων, εἰ μὴ θεία πρόνοια παραδόξως τοῦτον διέσωσε, καὶ ἐς τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν ἐφύλαξε, κινδυνεύσασαν τοῖς Ἰουστίνου παραλόγοις ἐγχειρήμασι, σὺν καὶ τῷ ὅλῳ πολιτεύματι διαρρυῆναι, καὶ Βαρβάροις τῆς τοιαύτης [a] ἀρχῆς ἐκστῆναι.

CAP. XI.

Quomodo cum Justinus in dementium incidisset, Tiberius Reipublicæ curam suscepit.

C Hæc cum audiisset Justinus, nihil sani animo reputans, nec humanitus casum illum ferens, ex tanto fastu ac tumore in phrenitidem ac dementiam incidit, adeo ut nihil eorum quæ gerebantur, deinceps intelligeret. Exinde igitur rempublicam rexit Tiberius, oriundus ex Thracia, qui apud Justinum auctoritate et gratia plurimum poterat. Hunc Justinus paulo antea collecto ingenti exercitu adversus Abaros miserat. **438** Sed cum milites ne aspectum quidem Barbarorum sustinere valuissent, Tiberius pene ab hostibus captus est: nisi divina providentia præter omnium opinionem eum periculo eripuisset, et Romano imperio reservasset; quod temerariis Justini consiliis in ejusmodi discrimen adductum fuerat, ut metuendum esset ne D cum universa republica funditus interiret, et in Barbarorum ditionem ac potestatem concederet.

VARIÆ LECTIONES.

[a] C. C. τοσαύτης.

VALESII ANNOTATIONES.

(54) *Τὸ συνενεχθέν.* Scribendum est συνενεχθέν, quemadmodum in codice Telleriano scriptum inveni.

(55) *Ὃν καὶ κατὰ τῶν Ἀβάρων πρώην ἐπεπόμφει.* Justinus imperator Tiberium comitem excubitorum cum exercitu satis valido, adversus Avares misit, anno imperii sui nono, ut scribit Theophanes in *Chronico*. Joannes autem Biclariensis id factum esse dicit anno quarto imperii Justini: ubi Tiberium ex hoc prælio victorem Constantinopolim rediisse scribit. Quod tamen falsum esse docet Evagrius ac Theophanes.

VARIORUM.

(υ) *Τιβέριος.* Tiberius Constantinus creatus est Cæsar, et imperii cum Justino particeps factus, post 25 diem mensis Octobris anni Chr. 574, ut Pagius ex veteri Epitaphio Romæ eruto probat, ad eum annum, n. 6. Haud recte igitur nuncupatio ejus Cæsarea post Trajani legationem dilata est ab Evagrio, cap. 13.

Digitized by Google

CAP. XII.

Quomodo Trajanus legatus ad Chosroem missus, res Romanorum restituit.

Tiberius igitur consilium cepit opportunissimum et rebus præsentibus accommodatum : quod universam cladem resarcivit. Trajanus enim ad Chosroem missus est, vir prudens, ex ordine senatorio : qui ob canitiem, tum ob singularem prudentiam, summo in honore apud omnes erat : non ex imperatoris aut reipublicæ nomine legationem obiturus, sed pro Sophia augusta duntaxat verba facturus. Quippe illa litteras scripserat ad Chosroem, quibus tum viri sui calamitatem, tum rempublicam imperatore orbatam deplorabat; addens insultandum non esse mulieri viduæ, et imperatori mortuo, et reipublicæ desertæ. Nam et ipsum olim, cum in morbum incidisset, non modo parem humanitatem expertum esse : verum etiam præstantissimos medicos a republica Romana ad ipsum missos esse, a quibus etiam morbo liberatus fuerat. His postulationibus annuit Chosroes. Et cum in Romanorum ditionem jamjam invasurus esset, trium annorum inducias pactus est in Orientis partibus. Cautum tamen, ne Armenia simili conditione frueretur : quod bellum illic geri posset, nemine Orientales partes lacessente. Dum hæc in Oriente gererentur, Sirmium oppidum a Barbaris captum est, quod prius quidem Gepidæ occupaverant : postea tamen Justino imperatori tradiderant.

439 CAP. XIII.

De nuncupatione imperatoris Tiberii, et de moribus ejusdem.

Sub idem tempus, Justinus suadente Sophia, Tiberium Cæsarem renuntiavit. Qua in nuncupatione.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Ὡς Τραϊανὸς διαπρεσβευσάμενος πρὸς Χοσρόην, τὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπηνώρθωσε πράγματα.

Βουλεύεται τοίνυν βουλὴν ἐπίκαιρον, καὶ τοῖς πράγμασιν ἁρμοδίαν, ἣ τὸ πᾶν ἀνώρθωσε πταῖσμα. Τραϊανὸν (*x*) γὰρ παρὰ τὸν Χοσρόην (56) ἐκπέμπουσιν, ἄνδρα λόγιον τῆς συγκλήτου βουλῆς, πολιᾷ τε καὶ συνέσει τοῖς πᾶσι τίμιον· οὐκ ἐκ προσώπου τῆς βασιλείας, οὐδὲ μὴν τῆς πολιτείας τὴν πρεσβείαν ἀνοίσοντα, ὑπὲρ δέ γε μόνης Σοφίας τὰς διαλέξεις ποιησόμενον. Γέγραφε δὲ καὶ αὐτὴ πρὸς Χοσρόην, τάς τε συμφορὰς τάνδρὸς ποτνιωμένη, τό τε τῆς πολιτείας ἄναρχον, καὶ ὡς οὐ δέοι χήρᾳ γυναικὶ, καὶ βασιλεῖ κειμένῳ, καὶ ἐρήμῃ πολιτείᾳ ἐπεμβαλλειν. Καὶ αὐτὸν γὰρ νοσήσαντα, μὴ μόνον τῶν παραπλησίων τυχεῖν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς πάντων ἀρίστους ἰατροὺς πρὸς τῆς Ῥωμαίων πολιτείας παρ' αὐτὸν πεμφθῆναι, οἳ καὶ τὴν νόσον διέλυσαν. Πείθεται τοίνυν ὁ Χοσρόης· καὶ μέλλων ὅσον οὔπω τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιτίθεσθαι πράγμασιν (57), ἐκεχειρίαν τριῶν ποιεῖται χρόνων, ἐν τοῖς ἑῴοις μέρεσι· δόξαν τὴν Ἀρμενίαν ἐν τοῖς παραπλησίοις μεῖναι (58)· ὡς ἂν αὐτοῦ πολεμῷεν, μηδενὸς τὰ Ἑῷα παρενοχλοῦντος. Τούτων κατὰ τὴν Ἑῴαν πραττομένων, τὸ Σίρμιον πρὸς τῶν Βαρβάρων ἑάλω (59) (*y*)· πρώην μὲν ὑπὸ Γηπαίδων κρατούμενον, Ἰουστίνῳ δὲ πρὸς αὐτῶν παραδοθέν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Περὶ τῆς εἰς τὴν βασιλείαν ἀναῤῥήσεως Τιβερίου, καὶ τοῦ ἤθους αὐτοῦ.

Ἐν τοσούτῳ δὲ, Καίσαρα Τιβέριον βουλεύμασι Σοφίας Ἰουστῖνος ἀναγορεύει, τοιαῦτα κατὰ τὴν ἀνάῤ-

VALESII ANNOTATIONES.

56) *Τραϊανὸν γὰρ παρὰ τὸν Χοσρόην.* Hic Trajanus patricius et quæstor sacri palatii erat, de cujus ad Persas legatione loquitur Menander Protector, in lib. VI *Historiarum*, pag. 157 et 165. Hic est, ut opinor, Trajanus patricius, qui breve *Chronicon* scripserat, prorsus admirandum, ut testatur Suidas. Ejus mentionem facit Theophanes in *Chronico*, pag. 57 : Τραϊανὸς ὁ πατρίκιος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἱστορίᾳ φησίν· Γότθους δὲ ἐπιχωρίως τοὺς Σκύθας λέγεσθαι. Suidas quidem eum Justiniani Rhinotmeti temporibus vixisse scribit. Verum ego Suidam falli existimo, cum nullus eo nomine memoretur principatu Justiniani Rhinotmeti. Imperante autem Justino Juniore celebratur Trajanus patricius a Menandro Protectore in libro VI, et ab Evagrio nostro in hoc loco.

(57) *Τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιτίθεσθαι πράγμασι.* Rectius apud Nicephorum legitur, τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι.

(58) *Ἐν τοῖς παραπλησίοις μεῖναι.* Hunc locum feliciter mihi videor restituisse, ita ut pro verbo μεῖναι scribatur μὴ εἶναι. Nam in induciis, quæ inter Romanos et Persas pactæ erant, diserte cautum erat, ut per Orientem duntaxat ab armis cessaretur : in Armenia vero atque Iberia bellum gerere liceret. Vide Menandrum Protectorem in lib. VI *Historiarum*, pag. 157, qui hanc emendationem nostram prorsus confirmat. Ita etiam Theophylactus in lib. III, cap. 12.

(59) *Τὸ Σίρμιον πρὸς τῶν Βαρβάρων ἑάλω.* Sic etiam legitur apud Nicephorum. Non dubito tamen quin scribendum sit πρὸς τῶν Ἀβάρων, etc. Abares enim urbem Sirmium cepere, ut testatur Menander Protector in Excerptis legationum, pag. 117, quæ cum antea Gepidarum ditionis fuisset, Abares qui Gepidarum regnum destruxerant, eam urbem cum reliquis opibus Gepidarum in suam potestatem transiisse asserebant, quemadmodum scribit idem Menander, pag. 114 et 150. Vide Theophylactum in cap. III, lib. I.

VARIORUM.

(*x*) *Τραϊανόν.* Trajanus cum Zacharia in Orientem missus est, et Triennales induciæ inter Persas et Romanos compositæ sunt anno Chr. 575, Menander Protector, pag. 156, priorum inductiarum meminit, anno 574, atque Sophiam Augustam, dum Justinus mentis imbecillitate laboraret, Jacobum quemdam ex medicis imp. ad Chosroem misisse, et per annum ut ab armis cessaretur, statutum esse, numeratis Chosroi quadraginta quinque aureorum millibus.

(*y*) *Σίρμιον πρὸς τῶν Βαρβάρων ἑάλω.* Pagi existimat male hoc collocari sub Justini imperio, quod anno demum tertio Tiberii accidit. Vide ipsum ad ann. 581, n. 15. (W. Lowth.)

Digitized by Google

ρησιν ἐπιφθεγξάμενος, ἃ πᾶσαν ἐκβέβηκε παλαιάν τε καὶ νέαν ἱστορίαν, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ἐνδόντος καιρὸν Ἰουστίνῳ τάς τε οἰκείας ἐξειπεῖν ἁμαρτίας, τά τε χρηστὰ εἰσηγήσασθαι ὑπὲρ τοῦ τῇ πολιτείᾳ συνοίσοντος. Ἀθροισθέντων γὰρ ἐν τῇ ὑπαίθρῳ αὐλῇ (60), ἔνθα παλαιὸν ἔθος λέγει (61) τὰ τοιαῦτα γίγνεσθαι, τοῦ τε ἀρχιερέως Ἰωάννου (62), οὗ πρόσθεν ἐμνήσθημεν, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, τῶν τε ἐν ἀξιώσεσι τελούντων, καὶ τῶν περὶ τὴν αὐλὴν στρατευομένων, τὸν βασιλικὸν χιτῶνα ἐνδιδύσκων Τιβέριον, καὶ τὴν χλαῖναν περιτιθείς, ἀναφανδὸν κεκραγὼς ἐξεῖπε· Μὴ πλανάτω σε τῆς ἀμπεχόνης ἡ φαντασία, μηδὲ τῶν ὁρωμένων ἡ σκηνή· οἷς ὑπαχθείς, ἔλαθον ἐμαυτὸν ταῖς ἐσχάταις ποιναῖς ὑπόδικος γενόμενος. Ἀνόρθωσον τὰς ἐμὰς ἁμαρτάδας, διὰ πάσης εὐπαθείας ἄγων τὸ πολίτευμα. Καὶ τοὺς ἄρχοντας δὲ δεικνὺς, ἔλεγεν ἥκιστα χρῆναι τούτοις πείθεσθαι, προσθεὶς ὡς Αὐτοί με ἐς ἄπερ ὁρᾷς ἤγαγον, καὶ ἕτερα τοιαῦτα, ἅπερ ἅπαντας ἐς κατάπληξιν καὶ δα-

A ejusmodi orationem habuit quæ omnem historiam transcendit, tam veterem, quam recentem, cum clementissimus Deus hoc in spatium temporis concessisset, tum ad propria delicta confitenda, tum ad salubria consilia suggerenda pro utilitate Reipublicæ. Congregatis enim in atrio imperialis palatii, ubi hæc fieri mos est, Joanne patriarcha, cujus supra meminimus, una cum sacerdotibus suis, et magistratibus atque honoratis; cunctis denique qui in palatio militabant, Justinus imperatoria tunica et purpurea chlamyde Tiberium vestiens, edita voce ita palam locutus est: Ne te in errorem inducat vestis tuæ magnificentia, nec pompa rerum quæ sub aspectum cadunt. Quibus ego in fraudem inductus,
B imprudens extremis me suppliciis obnoxium reddidi. Sed tu errata mea corrigito, omni cum lenitate ac mansuetudine rempublicam regens. Tum magistratus digito demonstrans: Cave, inquit, ne

VALESII ANNOTATIONES.

(60) *Ἐν τῇ ὑπαίθρῳ αὐλῇ.* Nicephorus vocem hic addit hoc modo, ἐν τῇ ὑπαίθρῳ αὐλῇ τῶν ἀνακτόρων, id est, *in subdiali aula imperialis palatii.* Hujus loci mentionem facit Theophylactus in cap. 1, lib. I, et imperatores illic renuntiari solitos esse scribit. Φοράδην γὰρ ἀχθεὶς ὁ Τιβέριος ἐπὶ τὴν ὕπαιθρον τῶν βασιλείων αὐλὴν, ἥτις παρήνωται τῇ πολυστιβάδι τῶν ἀνακτόρων οἰκίᾳ, etc. Quem locum Latinus interpres longa circuitione verborum ita expressit: *Tiberius namque in atrium palatii juxta domum, in qua multi ex herbis, seu frondibus, ad cœnandum, dormiendumve tori, sive lectisternia, vestibulum illustre, visendumque proscenium. Huc, inquam, gestatus,* etc. Ex quibus apparet eum non intellexisse quid his verbis significaretur. Sed et Nicephorus Callistus, cum hunc Theophylacti locum describeret, posteriora verba prætermisit. Ego vero existimo πολυστιβάδα οἰκίαν a Theophylacto dici domum quæ Græce δεκαεννέα ἀκκούβιτα dicebatur: eo quod in ea novemdecim accubita, seu stibadia essent, in quibus imperator cum proceribus discumbens epulabatur in Natali Domini, et solemnioribus festis, ut scribit Theophanes et Anastasius Bibliothecarius, anno 31 Justiniani, et Luitprandus in lib. VI *Rerum per Europam gestarum*, cap. 3: *Est domus,* inquit, *quæ decaennea accubita dicitur. Hoc autem ideo, quoniam quidem novemdecim mensæ in Domini nostri nativitate apponuntur. In quibus imperator pariter et convivæ, non sedendo, ut cæteris diebus, sed recumbendo epulantur.* Juxta hanc domum erat tribunal, in quo imperatores et Augustæ coronabantur. Nicephorus Constantinopolitanus, p. 176, de Isauro Leone loquens: Ἐν τῷ τριβουναλίῳ λεγομένῳ δεκαεννέα κουβίτων στέφει τὸν υἱὸν Κωνσταντῖνον εἰς βασιλέα. Idem scribit Anastasius, et auctor *Historiæ miscellæ*, lib. XXI. Item in lib. XXII, de Constantino loquens Copronymo: *Anno 28 imperii sui coronavit imperator Eudoxiam uxorem suam, cum esset trigamus, in tribunali decem et novem accubituum.* Hinc est quod Codinus in *Originibus Constantinopolitanis*, τὸ στεῖμον ponit juxta domum decem et novem accubituum: quo nomine tribunal intelligis, in quo imperatores coronabantur. Fuit autem hæc domus in regione tertia, juxta Hippodromum, ut testatur Luitprandus. Certe in ea regione circum maximum fuisse, et porticum semirotundam quæ sigma dicebatur, ac postremo tribunal fori Constantini, docet vetus descriptio. Ac verisimile est, ex illa porticu factam esse domum decem et novem accubituum, quippe cum sigma idem sit quod stibadium, seu accubitum. Adde quod ædes Sancti Stephani juxta tribunal decem et novem accubituum ponitur a Codino, quam prope sigma fuisse docet ex veteri scriptore Petrus Gyllius, in lib. II, cap. 15. Cæterum hæc domus decem et novem accubituum, etiam Delphica dicta est, seu Delphicum, ut testis est Procopius in lib. I Vandalicorum, pag. 116, et Victor Thunonensis in *Chronico.*

(61) *Ἔνθα παλαιὸν ἔθος λέγει.* Nescio cur Evagrius antiquam hanc fuisse consuetudinem dicat, ut
C imperatores Constantinopolitani in atrio imperialis palatii renuntiarentur. Prisca enim consuetudo erat, ut in milliario septimo nuncuparentur Augusti, præsente exercitu, in campo extra urbem. Primusque Valens in eo suburbano a fratre Valentiniano imperator fuerat appellatus. Post quem secuti imperatores Orientis eodem in loco renuntiati sunt, ut jam pridem observavi in annotationibus ad librum XXVI Ammiani Marcellini. Zeno quoque imperator, in septimo a Leone filio suo coronatus est, ut scribit Victor Thunonensis in *Chronico.* Sed et Basiliscus paulo post imperator appellatus est in campo, quemadmodum tradit Theophanes. Erat autem campus in Septimo, ut testatur Theophylactus in lib. VIII, capite 12. Quis vero primus in atrio imperialis palatii Augustus nuncupatus sit Constantinopoli, nondum liquido comperi. Justinus quidem junior illic Augustus renuntiatus fuisse videtur, ut colligere est ex capite primo hujus libri.

D (62) *Τοῦ τε ἀρχιερέως Ἰωάννου.* Theophanes in *Chronico* non Joannem Scholasticum, sed Eutychium patriarcham Constantinopolitanum tunc fuisse testatur. Nam Joannes quidem Scholasticus obiit indictione 10 mense Augusto, pridie Kalendas Septembres. Eutychius vero eodem anno, mense Octobri, in sedem suam restitutus est, indictione undecima, ut testatur Theophanes. Hic anno sequenti, qui fuit Christi 578. Indictione duodecima, Septembris 26 die, Tiberium Augustum coronavit, ut tradit idem Theophanes, et auctor *Chronici Alexandrini.* Verum re attentius examinata, nihil hic reprehendendum animadverti: neque enim Evagrius hic loquitur de Augusta nuncupatione Tiberii, sed de Cæsaris appellatione ei concessa. Tiberius porro Cæsar factus est indictione octava, ut docet auctor *Chronici Alexandrini*: quo quidem tempore Joannes patriarcha erat Constantinopolitanus.

Digitized by Google

his credas. Hi enim in hunc quem vides statum me deduxerunt. Adjecit etiam ejusdem modi alia, quæ 440 summam admirationem omnibus incusserunt, et immensam lacrymarum copiam elicuerunt. Fuit autem Tiberius corpore maxime procero, et cum proceritate staturæ, venustissimus non imperatorum modo, verum etiam omnium mortalium, quantum quis conjectura assequi potest : adeo ut primum quidem forma ejus digna esset imperio. Animo autem lenis fuit atque humanus, et qui primo statim intuitu cunctos comiter exciperet. Summas esse divitias existimabat, largiri omnibus, et erogare non ad necessitatem solum sublevandam, verum usque ad affluentiam. Neque enim quidnam accipere deberent poscentes, considerabat, sed quid imperatorem Romanum dare deceret. Aurum porro illud adulterinum censebat, quod cum lacrymis provincialium collectum fuerat. Quam ob rem unius anni tributum collatoribus remisit : et possessiones quæ ab Adaarmane vastatæ fuerant, tributaria functione relevavit, non pro modo detrimenti quod passæ fuerant, sed multo uberius atque prolixius. Remissæ sunt etiam magistratibus illegitimæ munerum oblationes, quibus antea imperatores subditos suos illis vendere consueverant. Constitutiones quoque his de rebus scripsit, posterorum securitati prospiciens.

A κρύων ἀμέτρων χύσιν ἤγαγεν. Ἦν δέ γε ὁ Τιβέριος μέγιστός τε τὸ σῶμα καὶ ἐς ὑπεροχὴν διαπρεπέστατος μᾶλλον εἴπερ τις εἶχασεν (63), οὐ βασιλέων μόνων, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων· ὡς πρῶτον μὲν τὸ εἶδος ἄξιον (64) τυραννίδος εἶναι. Τὴν δὲ ψυχὴν ἥπιός τε καὶ φιλάνθρωπος, εὐθὺς ἀπὸ τοῦ βλέμματος ἅπαντας δεξιούμενος· πλοῦτον ἡγούμενος, τὸ πᾶσιν ἐπαρκεῖν περὶ τὰς ἐπιδόσεις, οὐ πρὸς μόνην τὴν χρείαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ περιούσιον. Οὐ γὰρ ὅ τι λαβεῖν (65) ὤφειλον οἱ δεόμενοι, τοῦτο διεσκόπει· ἀλλ' ὅπερ βασιλέα Ῥωμαίων δοῦναι προσήκει· κίβδηλον δὲ τὸν χρυσὸν ἡγεῖτο τὸν ἐκ δακρύων ἥκοντα. Ὅθεν ἀμέλει τήν τε δασμολογίαν τοῖς συντελοῦσιν ἐπαφῆκεν ἑνὸς τέλεον [15] χρόνου (66)· τάς τε κτήσεις αἷσπερ ὁ Ἀρδαρμάνης ἐλυμήνατο, τῶν ἐπικειμένων B τελῶν οὐ πρὸς τὸ μέτρον τῆς βλάβης, ἀλλὰ καὶ πολλῷ καθυπέρτερον ἠλευθέρωσεν. Ἀφεῖθησαν δὲ καὶ τοῖ; ἄρχουσιν αἱ ἄθεσμοι δόσεις (67), αἷς πρώην οἱ βασιλεῖς τοὺς ὑπηκόους ἐπίπρασκον· καὶ ὑπὲρ τούτων καὶ διατάξεις ἔγραψε, τὸ μέλλον κατασφαλισάμενος.

Pecunia igitur malis artibus parta bene usus, res ad bellum necessarias comparavit : tantumque numerum fortissimorum militum collegit, tum ex gentibus Transalpinis quæ circa Rhenum habitant, tum ex Cisalpinis : ex Massagetis præterea, aliisque Scythicis nationibus; ex Pannonia item ac Mœsia, et ex Illyriis atque Isauris, optimo quoque viritim lecto : ut prope centum et quinquaginta hominum millia turmis præstantissimorum equitum inseruerit, et Chosroem fugaverit. Qui post ca-

Τοῖς τοίνυν κακῶς συλλεγεῖσι χρήμασιν ἐς δέον C χρησάμενος, τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξηρτύετο· καὶ τοσοῦτον ἀγείρει στρατὸν ἀνδρῶν ἡρώων, ἔκ τε τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν, τά τε ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον ἀριστίνδην στρατολογήσας, τά τε ἐντὸς τῶν Ἄλπεων, Μασσαγετῶν τε καὶ ἑτέρων Σκυθικῶν γενῶν· καὶ τὰ περὶ Παιονίαν καὶ Μυσοὺς, καὶ Ἰλλυριοὺς, καὶ Ἰσαύρους· ὡς σύνεγγυς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν χιλιάδων εἶλας ἱππέων (68) ἀρίστων ἐγκαταστήσασθαι, ἐξῶσαί τε τὸν Χοσρόην, μετὰ τὴν Δάρας ἄλωσιν, εὐθὺς ἀνὰ

CAP. XIV.

Quomodo imperator Tiberius collectis ingentibus copiis, et Justiniano duce contra Chosroem misso, eum ex Romanorum finibus expulit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς Τιβέριος στρατὸν πολὺν ἀγείρας κατὰ Χοσρόου, καὶ στρατηγὸν Ἰουστινιανὸν ἐξαποστείλας, τοῦτον ἐκ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπήλασεν.

VARIÆ LECTIONES.

[15] τελέου.

VALESII ANNOTATIONES.

(63) *Ἤπερ τις εἶχασεν*. Scribendum puto, εἴπερ τις εἶχασεν. Nec dubito quin Evagrius noster ita scriptum reliquerit. Conjecturam nostram confirmat codex Tellerianus, in quo ita diserte scriptum inveni. Facessat igitur interpretatio Musculi qui sic vertit: *Insignis magis quam ut quisquam illi conferri possit*. Christophorsonus vero ita interpretatur : *Pulchritudinis excellentia omnium opinione major*.

(64) *Καὶ πρῶτον μὲν τὸ εἶδος ἄξιον*. Rectius in codice Florentino scribitur ὡς πρῶτον μέν, etc. Alludit autem Evagrius ad versum illum Tragici notissimum πρῶτον μὲν εἶδος; ἄξιον τυραννίδος.

(65) *Οὐ γὰρ ὅτι λαβεῖν*. Mallem scribere, οὐ γάρ τι λαβεῖν ὤφελον οἱ δεόμενοι, etc., quemadmodum legitur apud Nicephorum in cap. 1, lib. XVIII. In codicibus Florentino et Telleriano, pro ὤφελον scribitur ὄφειλον.

(66) *Ἑνὸς τέλεον χρόνου*. Exstat Constitutio Justini Junioris, qua reliqua tributorum præteriti temporis, provincialibus indulsit usque ad indictionem octavam : Μέχρι τῆς ὀγδόης ἐπινεμήσεως, καὶ αὐτῆς τοῦ ἐνεστῶτος κύκλου. Quod quidem fecisse videtur Justinus suasu Tiberii, quem Cæsarem paulo ante designaverat, ineunte octava indictione, ut docet auctor *Chronici Alexandrini*. Itaque in hac Constitutione prima imperatoris Justini Junioris, Tiberii quoque Cæsaris nomen ascribi debuerat.

(67) *Αἱ ἄθεσμοι δόσεις*. Exstat hodie Constitutio imperatoris Justini Junioris, de rectoribus provinciarum gratis promovendis. Quæ inter Justini *Novellas Constitutiones* est numero quarta. Ea Constitutione permittit Justinus provincialibus, ut eos quos idoneos esse existimaverint ad regendam ipsorum provinciam, imperatori suggerant : spondeatque imperator se gratis absque ullo munere codicillos et magistratus insignia præbiturum esse. Quæ lex cum data sit anno octavo imperii Justini Junioris, eam quoque Tiberii Cæsaris suasu ac suggestione editam esse non dubitamus.

(68) *Εἶλας ἱππέων*. Scribendum est procul dubio Ἶλας. Quod miror nec a Nicephoro, nec ab interpretibus animadversum fuisse.

Digitized by Google

τὸ θέρος ἐπὶ τὴν Ἀρμενίαν ἐλάσαντα, ἐκεῖθέν τε τὰς ὁρμὰς ἐπὶ τὴν Καίσαρος ἔχοντα, ἢ τῶν Καππαδοκῶν ἄρχει, καὶ τῶν αὐτόσε προκάθηται πόλεων. Ὅς τοσοῦτον ὑπερεφρόνει τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν, ὅτι γε πρεσβευσαμένου τοῦ Καίσαρος, οὐκ ἠξίου τῆς ὡς αὐτὸν ἐσόδου τοῖς πρέσβεσι μεταδοῦναι· ἕπεσθαι δὲ τούτοις διεκελεύετο μέχρι τῆς Καίσαρος. Ἐκεῖσε γὰρ περὶ τῆς πρεσβείας διασκοπεῖν ἔλεγεν. Ὡς δ' οὖν ἀντιμέτωπον εἶδε τὸ Ῥωμαίων στράτευμα ὑπὸ Ἰουστινιανῷ (69) ταττόμενον, τάδελφῷ Ἰουστίνου τοῦ πρὸς Ἰουστίνου δειλαίως ἀνῃρημένου (70), ἀκριβῶς ἐξωπλισμένον, τό τε ἐνυάλιον τὰς σάλπιγγας ἠχούσας, καὶ τὰ σημεῖα πρὸς μάχην αἰρόμενα, τόν τε στρατιώτην φονῶντα, καὶ θυμοῦ μετὰ τῆς ἐς ἄγαν εὐκοσμίας πνέοντα, ἵππον τε τοσαύτην καὶ τοιαύτην [a], ἣν οὐδεὶς πώποτε βασιλέων ἐφαντάσθη, πολλά γε ἐπιθειάσας, ἀνώμωξε μύχιον πρὸς τὸ ἄνελπι καὶ ἀδόκητον· καὶ μάχης οὐκ ἤθελον ἄρχειν. Ἀναβαλλομένῳ δὲ αὐτῷ καὶ διαμέλλοντι, καὶ τὸν καιρὸν τρίβοντι, καὶ σοφιζομένῳ τὴν μάχην, ἔπεισι Κοῦρς ὁ Σκύθης (71), ἀνὴρ τοῦ δεξιοῦ κέρως ἡγούμενος. Καὶ μὴ οἷόν τε γενομένων ἐνεγκεῖν τὴν ἐμβολὴν τῶν κατ' αὐτὸν Περσῶν, ἐκλελοιπότων δὲ μάλα λαμπρῶς τὴν τάξιν, πολὺν μὲν εἰργάσατο φόνον τῶν ἀπεναντίας. Ἔπεισι δὲ τοῖς οὐραγοῖς, ἔνθα καὶ τὴν ἀποσκευὴν ὅ τε Χοσρόης καὶ ὁ σύμπας εἶχε στρατός· αἱρεῖ τε βασιλικὰ κειμήλια ἁπαξάπαντα, καὶ μὴν καὶ τὴν ἀποσκευὴν ἅπασαν, ὁρῶντος μὲν Χοσρόου, καὶ ἐγκαρτεροῦντος, ἀνεκτοτέραν δὲ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιστροφῆς (72) τοῦ Κοῦρς ἡγουμένου. Οὗτος μὲν οὖν σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν μεγάλων χρημάτων καὶ λαφύρων ἐγκρατὴς γενόμενος, τά τε σκευοφόρα τῶν ζώων σὺν αὐτοῖς φορτίοις φέρων, ἐν οἷς καὶ τὸ Χοσρόου σεβαστὸν πῦρ, ὃ Θεὸς καθειστήκει, περιελαύνει μὲν τὸ Περσῶν στρατόπεδον παιανίζων. Ἀφικνεῖται δὲ παρὰ τοὺς οἰκείους ἀμφὶ τὰς ἐπιλυχνίους ὥρας, ἤδη διαλυθέντας

ptam urbem Daras, confestim æstivo tempore in Armeniam irruperat, atque inde Cæsaream Cappadociæ et reliquarum illic urbium metropolim invadere meditabatur: **441** Romanorum autem imperium tantopere despiciebat, ut cum Cæsar legatos ad eum misisset, eos ad conspectum suum minime admiserit, sed usque ad urbem Cæsaream sequi ipsum jusserit. Illic enim se eorum legationem auditurum esse aiebat. Verum ubi Romanorum exercitum contra se stare vidit, duce Justiniano, fratre Justini ejus qui ab imperatore Justino crudeliter occisus fuerat: probe instructum atque armatum, et tubas bellicum canentes, et signa ad committendam pugnam in altum sublata: militem præterea cædis avidum, et cum pulcherrimo ornatu iram ac furorem anhelantem; tantum denique ac talem equitatum, quantum nullus unquam ex imperatoribus animo conceperat: vehementer obstupefactus, altum ingemuit ob rem tam insperatam atque inexspectatam, nec pugnam ordiri unquam voluit. Cum igitur prælium differret, et cunctabundus tempus tereret, et pugnam duntaxat simularet, Curs Scytha, qui dextro cornui præerat, impetum in eum facit. Cumque Persæ impetum illius sustinere non possent, sed aperte ordines desererent, Curs maximam hostium stragem edidit. Deinde extremum agmen Persarum aggressus est, ubi Chosroes et universus ejus exercitus impedimenta ac sarcinas habebat. Cunctos igitur regis thesauros et universas sarcinas cepit, ipso Chosroe spectante atque tolerante, et impressionem suam facilius quam impetum Curs sustineri posse existimante. Hoc modo Curs una cum suis militibus, maximis opibus ac spoliis potitus, et jumenta cum omnibus sarcinis adducens inter quas erat etiam ignis sacer quem Chosroes ut Deum colebat: Persarum quidem

VARIÆ LECTIONES.

[a] Ἵππων τε τοσαύτης καὶ τοιαύτης.

VALESII ANNOTATIONES.

(69) Ὑπὸ Ἰουστινιανῷ. Hujus Justiniani magistri militum per Orientem meminit Menander Protector, in lib. VI *Historiarum*, pag. 159. Et Theophylactus, in cap 12, lib. III. Et Joannes Biclariensis in *Chronico*: *Anno 9 Justini Chosroes Persarum imperator, cum nimia multitudine exercitus, ad vastandos Romanorum terminos promovet: cui Justinianus Romanæ dux militiæ et magister militum Orientis a Tiberio destinatus, bellum parat, et in campis qui inter Daras et Nisibim ponuntur, forti pugna congressus, habens secum gentes fortissimas, quæ barbaro sermone Hermani nuncupantur, memoratum imperatorem bello superat.* Hæc Pagius refert ad annum Christi 575, n. 7.

(70) Ἰουστίνου δειλαίως ἀνῃρημένου. Hunc locum ex mss. codicibus Florentino et Telleriano, ita supplevi: τ' ἀδελφῷ Ἰουστίνου τοῦ πρὸς Ἰουστίνου δειλαίως ἀνῃρημένου. Erat ergo hic Justinianus Germani filius, quod testatur etiam Theophylactus in lib. III frater Justini illius, qui ab imperatore interfectus fuerat, ut refert Evagrius initio hujus libri.

(71) Ἔπεισι Κοῦρς ὁ Σκούθης. Hujus viri meminit Theophylactus in lib. III, cap 16; et in lib. I, cap. 9. Quibus in locis interpres Latinus Cursium vertit. Melius tamen Cursum vertisset. Sic enim eum vocat Menander Protector in lib. VI *Historiarum*, pag. 159, editionis regiæ. In Theophanis *Chronico*, pag. 214. Κροὺς dicitur, corrupte.

(72) Ἀνεκτοτέραν δὲ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιστροφῆς. Magis probo lectionem Nicephori, quæ sic habet: Ἀνεκτοτέραν δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἐπιστροφὴν τοῦ Χοῦρς ἡγουμένου. Tantum mallem articulum addere hoc modo: τῆς τοῦ Χοῦρς ἡγουμένου. Id est, ut vertit Joannes Langus: *Quod facilius impressionem suam, quam ipsius Curs sustineri posse existimaret.* Porro hanc Persarum fugam, et Romanorum victoriam, Theophan. quidem in *Chron.* refert post mortem imperatoris Justini Junioris, cum Tiberius singulare imperium obtineret. Verum Theophylactus, ex quo sua videtur hausisse Theophanes, superstite adhuc Justino id accidisse testatur, cum Tiberius Cæsaris duntaxat nomen ac dignitatem gerens, rempublicam administraret, ut videre est in cap. 14, lib. III. Cui consentit Evagrius noster: quippe qui mortem Justini Junioris refert infra, in cap. 19, hujus libri. Ubi diserte scribit Tiberium, mortuo demum Justino, magistri militum dignitatem abrogasse Justiniano.

Digitized by Google

exercitum circuivit, lætum Pæanem canens : circa primam autem facem reversus est ad suos, qui jam stationes suas reliquerant : cum neque Chosroes, neque ipsi pugnam exorsi essent, sed leves duntaxat velitationes utrinque exstitissent : atque interdum unus aut alter ex utroque exercitu, sicut fieri solet, singulari certamine inter se congressi essent. Sequenti nocte Chosroes, multis ignibus accensis, ad nocturnam pugnam se paravit. **442** Cumque Romanorum exercitus in duo castra divisus esset, nocte intempesta irruit in eos qui ad septentrionem locati erant. Quibus ob repentinum atque inexspectatum superventum in fugam versis, Melitanam urbem in proximo sitam invadit, quæ tunc præsidio atque incolis vacua erat. Hanc cum integram concremasset, ad fluvium Euphratem trajiciendum sese accingit. Sed cum Romanus exercitus in unum collectus eum insequeretur, ipse saluti suæ metuens, conscenso elephanto, amnem trajecit. Eorum vero qui circa illum erant ingens multitudo, Euphratis fluentis obruta est. Quos ille aquis suffocatos cum accepisset, inde abscessit. Chosroes igitur cum has ultimas pœnas pro contumeliis quibus Romanum imperium affecerat persolvisset, una cum iis qui evaserant, in Orientis partes profectus est, ubi pactas habebat inducias ne quisquam ipsum aggrederetur. At Justinianus cum universo exercitu Romano in Persidem ingressus, totum hiemis tempus ibi transegit, nemine prorsus illi molestiam exhibente. Sub æstivum autem solstitium reversus est, nulla omnino parte copiarum amissa : et cum summa felicitate ac gloria, circa utriusque imperii confinia æstatem exegit.

A ἐκ τῶν σφῶν τάξεων, μήτε Χοσρόου μάχης ἄρξαντος, μήτε μὴν αὐτῶν [37] · μόνων δέ τινων ἀκροβολισμῶν γενομένων, ἢ εἶπου (z) γε εἰς πρὸς ἕνα συνεπλάκη ἐξ ἀμφοῖν τοῖν στρατοπέδοιν, ὅπερ εἰώθει γίγνεσθαι. Πυρὰ δὲ πολλὰ τῇ νυκτὶ ὁ Χοσρόης ἀνάψας, πρὸς νυκτομαχίαν παρεσκευάζετο. Καὶ δυοῖν στρατοπέδοιν τοῖς Ῥωμαίοις γενομένοιν, ἔπεισιν ἀωρὶ τῶν νυκτῶν, τοῖς ἐμφὶ τὸ βόρειον μέρος. Ὧν ὑποχωρησάντων τῷ αἰφνιδίῳ τε καὶ ἀοκήτῳ, πλησιαζούσῃ Μελιτινῇ ἔπεισι τῇ πόλει, ἀφυλάκτῳ καὶ ἐρήμῃ πολιτῶν καθεστώσῃ · καὶ πᾶσαν πυρπολήσας, πρὸς τὴν διάβασιν τοῦ Εὐφράτου παρεσκευάζετο ποταμοῦ. Ὡς δὲ ἀλισθὲν τὸ στράτευμα τῶν Ῥωμαίων εἵπετο, δείσας περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, αὐτὸς μὲν ἐλέφαντι ἐπιβὰς, τὸν ποταμὸν ἐπεραιώθη. Τῶν δὲ ἀμφ' αὐτὸν B πολὺ πλῆθος τοῖς τοῦ ποταμοῦ ῥεύμασιν ἐκτδεύθη · οὓς ἀποπνιγέντας λαβὼν, ἀπιων ᾤχετο. Χοσρόης μὲν οὖν ταύτην ὑστάτην ποινὴν τῆς ἐς Ῥωμαίους τοσαύτης παροινίας καταθεὶς, σὺν καὶ τοῖς περισωθεῖσι, τὰ Ἕῳα κατειλήφει, ἔνθα τὴν ἐκχειρίαν εἶχεν, ὡς ἂν μή τις αὐτῷ ἐπίοι. Ὁ δέ γε Ἰουστινιανὸς, ἐσθαλὼν σὺν παντὶ τῷ στρατῷ ἐς τὴν Περσῶν ἐπικράτειαν, ὅλην τὴν χειμάδιον ὥραν αὐτοῦ διήγαγε, μηδενὸς παντάπασιν ἐνοχλήσαντος. Ἐπανῆκε μὲν οὖν ἀμφὶ θερινὰς τροπὰς, οὐδὲν ὅλως ἀποβαλὼν τοῦ στρατοῦ, καὶ σὺν εὐπαθείᾳ, καὶ κλέει πολλῷ παρ' αὐτὰ ἐθέριζε τὰ μεθόρια.

CAP. XV.

Quomodo Chosroes cladem suam æqre ferens, ex hac luce migravit, et filius ejus Hormisda ei in regnum successit.

Chosroem vero anxium et ad inopiam consilii redactum, et reciprocis doloris fluctibus submersum, immensa quædam ægritudo animo ejus offusa, ex hac vita subduxit : cum perpetuum fugæ suæ monumentum posteris reliquisset legem illam quam scripsit, ne posthac Persarum rex contra Romanos exercitum ductaret. Post hunc Hormisda ejus filius, Persarum regnum suscepit. Sed ista nunc omittenda sunt, quandoquidem sequentia me ad se vocant, et sermonis nostri cursum exspectant.

C

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Ὅτι Χοσρόης δυσθυμήσας διὰ τὴν ἧτταν ἐτελεύτησεν · ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Ὑρμίσδας τῆς Περσῶν ἀρχῆς ἀντελάβετο.

Τῷ δὲ Χοσρόῃ (73) (a) μυρίον ἄχος ἐπιχυθὲν, ἀλύοντα καὶ ἀμηχανοῦντα, καὶ τῇ παλιρροίᾳ τῆς λύπης καταποντωθέντα, τοῦ βίου δεινῶς ἀφείλετο, στήλην ἀθάνατον τῆς αὐτοῦ φυγῆς ἀναθέντα, ὃν γέγραφε νόμον, μηκέτι βασιλέα Περσῶν κατὰ Ῥωμαίων στρατηγεῖν. Βασιλεύει δὲ Ὑρμίσδας ὁ τούτου παῖς · ὃ νῦν ἑατέον (74), ἐπεὶ τὰ ἐξῆς πρὸς ἑαυτά με καλεῖ, καὶ τὴν ῥυμὴν τοῦ λόγου ἀπεκδέχεται.

VARIÆ LECTIONES.

[37] C. C. αὐτοῦ.

VALESII ANNOTATIONES.

(73) *Τῷ δὲ Χοσρόῃ.* Mors Chosrois Persarum regis præmature hic refertur. Mortuus enim est Chosroes Tiberio jam Augustum imperium obtinente, ut testatur Theophylactus in lib. III, cap. 16. Quod confirmat etiam Menander Protector in excerptis legationum. Quare fallitur Theophanes in *Chronico*, qui mortem Chosrois, et inaugurationem Hormisdæ ejus filii, refert principatu Justini Junioris.

(74) *Ὃν νῦν ἑατέον.* In ms. codice Telleriano scriptum inveni, ὃν νῦν ἑατέον, etc. quam scripturam vulgatæ lectioni longe antepono.

VARIORUM.

(z) *Ἢ εἶπου.* Legendum ἢ εἶπου. (W. Lowth.)

(a) *Τῷ δὲ Χοσρόῃ. Principio veris* [anni 579] *Chosroes Persarum rex morbo irretitus, vitæ modum imposuit, Hormisda filio successore appellato, qui morum sævitia paternam impietatem superavit; homo violentus et inexplebilis avaritiæ.* Theophylact. lib. III, cap. 16 : *Per octo et quadraginta annos regnavit Chosroes*, inquit Agathias, lib. IV.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Τίνες ἐπίσκοποι τὸ τηνικαῦτα τῶν μεγάλων ἦσαν παροικιῶν.

Ἰωάννου τοῦ καὶ Κατελίνου τῆς ἐντεῦθεν μεταστάντος διαίτης, Βόνοσος[28] (75) (*b*) τοὺς οἴακας τῆς ἐπισκοπῆς Ῥώμης ἐγχειρίζεται, καὶ μετ' αὐτὸν ἕτερος Ἰωάννης, Πελάγιός τε αὖ. Τῆς δὲ βασιλίδος μετὰ Ἰωάννην, ὁ πρό γε αὐτοῦ Εὐτύχιος. Μετὰ δὲ Ἀπολινάριον Ἰωάννης τὸν Ἀλεξανδρείας διαδέχεται θρόνον, μεθ' ὃν Εὐλόγιος. Ἐπὶ δὲ τὴν Ἱεροσολύμων ἄνεισιν ἱερωσύνην, μετὰ Μακάριον Ἰωάννης, ἐν τῇ καλουμένῃ τῶν Ἀκοιμήτων μονῇ τὸν ἄσκευον βίον ἀγωνισάμενος, μηδενὸς νεωτερισθέντος (76) περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν.

A

443 CAP. XVI.

Quinam eo tempore majorum Ecclesiarum fuerint episcopi.

Per idem tempus, cum Joannes, qui allo nomine Catelinus dicebatur, ex hac vita migrasset, Bonosus episcopatus Romani gubernaculum suscepit. Huic successit Joannes alter, quem deinde excepit Pelagius. Constantinopolitanæ autem Ecclesiæ sacerdotium Joanne mortuo recepit Eutychius, qui jam ante Joannem illud obtinuerat. Alexandrinam vero sedem post Apollinarem rexit Joannes, et post Joannem Eulogius. Ad Hierosolymitanæ autem Ecclesiæ pontificatum post Macarium evectus est Joannes, qui in Acœmitensi monasterio religiosæ vitæ instituta didicerat : nec quidquam rerum novarum in Ecclesia tentatum est.

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Περὶ τοῦ γεγονότος ἐπὶ Τιβερίου ἐν Ἀντιοχείᾳ σεισμοῦ.

Ἀνὰ δὲ τὴν Θεουπολιτῶν, καὶ τὴν γείτονα Δάφνην, Τιβερίου Καίσαρος τρίτον ἔτος τὴν βασιλείαν διακυβερνῶντος (77), κλόνος τε τῆς γῆς γέγονεν ἐξαίσιος ἐς αὐτὸ τῆς μεσημβρίας τὸ σταθερώτατον (78), ὅτε καὶ σύμπασα Δάφνη τῶν σεισμῶν ἔργον γέγονε, τῶν ἐν Θεουπόλει δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν οἰκοδομιῶν διαῤῥαγεισῶν μὲν μέχρι τῆς γῆς αὐτῆς· οὐ μὴν ἐς ἔδαφος γόνυ κλινασῶν. Γεγόνασι δὲ καὶ ἕτερα ἔνια λόγου πολλοῦ ἄξια, ἀνά τε Θεούπολιν αὐτὴν καὶ τὴν βασιλεύουσαν, ἅπερ ἀμφοτέρᾳς ἀνετάραξε καὶ ἐς μεγίστους θορύβους ἐξεβάκχευσε, τὴν ἀφορμὴν ἐκ θείου ζήλου λαχόντα, καὶ πέρας θεοπρεπὲς δεξάμενα, ἃ καὶ λέξων ἄρχομαι (79).

CAP. XVII.

De terræmotu qui Tiberii temporibus contigit Antiochiæ.

Antiochiæ vero et in suburbano Daphnensi, cum Tiberius Cæsar annum tertium imperii ageret, ipso meridiei ferventissimo æstu, ingens exstitit terræmotus. Quo Daphne quidem universa funditus prostrata est : Antiochiæ vero ædificia, tam publica quam privata, ad terram usque disrupta, nec tamen collapsa sunt ad solum usque. Alia quoque nonnulla commemoratione in primis digna, tum in eadem urbe, tum Constantinopoli contigerunt, quæ utramque urbem non mediocriter commoverunt, et in maximas turbas conjecerunt : initium quidem sortita ex zelo Dei, finem vero prorsus Deo dignum consecuta. De quibus jam aggrediar dicere.

C

VARIÆ LECTIONES.

[28] C. C. Βόνος.

VALESII ANNOTATIONES.

(75) *Βόνοσος*. Apud Nicephorum in lib. XVII, cap. 35 βόνοσσος dicitur. Hic est quem Anastasius Bibliothecarius et reliqui qui de Vitis pontificum Romanorum scripsere, Benedictum appellant. Eum Baronius Bonosi cognomentum habuisse existimat.

(76) *Μηδενὸς νεωτερισθέντος*. Hæc verba Christophorsonus ita intellexit, quasi Evagrius voluisset dicere, Joannis Hierosolymitani episcopi temporibus nullum tumultum in Ecclesia commotum fuisse. Mihi tamen aliud videtur significare Evagrius; toto scilicet eo tempore quo pontifices illi sederunt, quos hoc loco nominat Evagrius, nullum in Ecclesia tumultum fuisse.

(77) *Τιβερίου Καίσαρος τρίτον ἔτος τὴν βασιλείαν διακυβερνῶντος*. Niceph. quidem in cap. 3, lib. XVIII, tertium annum imperii Tiberii Augusti his verbis designari existimavit. Idem quoque sensit Christophorsonus et Musculus, ut ex eorum interpretatione licet colligere. Mihi tamen videtur Evagrius annum potius Cæsareæ dignitatis Tiberii intelligere. Primum enim verba ipsa id satis significant. Deinde Evagrius mortem Justini Junioris et Tiberii coronationem nondum retulit. De his enim loquitur infra in capite 19 hujus libri. Quamobrem ea quæ referuntur in hoc capite, superstite adhuc Justino Juniore acciderunt. — Valesii conjectura est valde verosimilis, eoque pacto Antiochia anno 577 terræmotu concussa videtur, inquit Pagius ad ann. 580, n. 2.

(78) *Ἐς τ' αὐτὸ τῆς μεσημβρίας τὸ σταθερώτατον*. Scribendum est ἐς αὐτό, ut habet codex Tellerianus, vel κατ' αὐτό, ut est apud Nicephorum.

(79) *Λέξων ἄρχομαι*. Malim scribere ἔρχομαι : sic enim Græci loqui solent. Certe in codice Telleriano diserte scriptum inveni λέξων ἔρχομαι.

VARIORUM.

(*b*) *Βόνοσος*. Ordinatus est Benedictus, Græcis Bonosus, die tertia mensis Junii anni 574, postquam sedes, a morte Joannis III, vacasset menses decem, et dies 21, ob Longobardorum in Italia tumultus. Huic mortuo die 30 mensis Julii, anni 578, successit Pelagius II, die 30 Novembris ejusdem anni, postquam sedes vacasset menses quatuor. Joannes vero IV non ingressus est ante annum 639. Hic ergo fallitur Evagrius.

Mortuus est Joannes C.Politanus episc. et Eutychius in sedem suam restitutus anno 577.

In sede Alexandrina mortuo Apollinari successit Joannes anno 569, quem vita functum excepit Eulogius anno 580.

Hierosolymis Macarius II obiit anno circiter 571, inque locum ejus successit Joannes. (Totus calculus est Ant. Pagi.)

Digitized by Google

444 CAP. XVIII.

De motu adversus sceleratum Anatolium.

Erat tunc Antiochiæ Anatolius quidam, vir initio quidem unus ex plebe, et ex sellulariis opificibus: sed qui postea ad magistratus et ad alia munera nescio quo modo irrepserat. In ea igitur urbe degens, quæ tum habebat negotia administrabat. Ex quo factum est, ut maximam familiaritatem contraheret cum Gregorio illius urbis antistite. Quippe illum adibat frequentissime, partim ut cum eo colloqueretur, partim ut ex crebra ejusdem consuetudine majorem sibi auctoritatem conciliaret. Hic aliquando diis sacrificasse deprehensus est. Cumque eo nomine in judicium vocatus esset, inventus est sceleratus ac præstigiator, et innumeris flagitiis coopertus. Verum comitem Orientis corrupit pecunia, parumque abfuit quin dimitteretur una cum sociis: habebat enim alios ejusdem farinæ homines, qui simul cum ipso comprehensi fuerant: nisi populus insurgens, gravi seditione excitata id consilium discussisset. Sed et contra ipsum antistitem vociferabantur, eum quoque illius consilii participem esse clamantes. Turbulentus etiam atque exitialis quidam dæmon nonnullis persuaserat, eum detestandis sacrificiis una cum Anatolio interfuisse. Hac de causa Gregorius in extremum discrimen adductus est, cum populus gravissimas in illum impressiones fecisset. Atque hæc suspicio tantopere increvit, ut Tiberius quoque imperator ex ipsius Anatolii ore veritatem discere voluerit. Jussit igitur ut Anatolius cum sociis ad urbem regiam confestim perduceretur. Quo comperto, Anatolius ad imaginem Deiparæ quæ fune appensa erat in carcere, procurrens manibus post tergum circumplicatis, supplicis atque orantis speciem palam exhibuit. At illa hominem detestata, et sceleratum Deique hostem coarguens, faciem suam penitus retro avertit: spectaculo plane horrendo, et sempiterna memoria digno, quod ab universis, tum qui in carcere inclusi detinebantur, quam iis quibus

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Περὶ τῆς ἐπαναστάσεως (c), τῆς κατὰ τὸν ἐναγῆ Ἀνατόλιον.

Ἀνατόλιός τις, πρῶτα μὲν εἷς τῶν πολλῶν τε καὶ ἐπιδιφρίων (80) καθεστὼς, ὕστερον δὲ ἀρχαῖς τε καὶ ἑτέροις πράγμασιν οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπεσφρήσας ἑαυτὸν, ἀνὰ τὴν Θεουπολιτῶν τὴν δίαιταν εἶχεν. Ἔνθα καὶ διῴκει τὰ ἐν χερσὶ πράγματα, ἐξ ὧν καὶ συνήθης μάλιστα Γρηγορίῳ γεγόνει τῷ τῆς αὐτῆς πόλεως προέδρῳ· συχνά τε παρ' αὐτὸν ἐφοίτα, τὰ μὲν, καὶ πράγματα διαλεξάμενος (81)· τὰ δὲ, καὶ μείζω δύναμιν ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀσχολίας μνώμενος. Οὗτος ἐπὶ θυσίαις ἥλω, καὶ πρὸς εὐθύνας κληθεὶς, ἐφωράθη ἐξάγιστος, καὶ γόης, καὶ μυρίοις ἀτοπήμασιν ἐνειλημένος. Ἐξωνεῖται δὲ τὸν τῆς Ἑῴας ἡγούμενον· καὶ μικροῦ ἂν ἀφείθη σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν. Εἶχε γὰρ καὶ ἑτέρους ὁμοτρόπους, οἳ συνήλωσαν· εἰ μή γε ὁ λεὼς ἀναστὰς, καὶ πάντα κυκήσας, τὸ σκέμμα διέλυσεν. Ἐπεβόων δὲ καὶ κατὰ τοῦ ἱερέως, φάσκοντες καὶ αὐτὸν κοινωνῆσαι τοῦ βουλεύματος. Ταραξίας δέ τις καὶ ἀλιτήριος δαίμων ἀνέπεισεν ἐνίους (82), ὡς καὶ θυσίαις σὺν Ἀνατολίῳ παρενέβαλεν. Ἐντεῦθεν καὶ πρὸς ἔσχατον ἦλθε κινδύνου Γρηγόριος, ἐφόδων μεγάλων κατ' αὐτοῦ πρὸς τοῦ δήμου γενομένων. Καὶ τοσοῦτον ἦρθη τὰ τῆς ὑπονοίας, ὡς καὶ *βασιλέα Τιβέριον* ζητῆσαι τὴν ἀλήθειαν διὰ τῆς Ἀνατολίου φωνῆς ἐκμαθεῖν. Κελεύει δ' οὖν καὶ Ἀνατόλιον καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν τὴν βασιλέως τάχιστα καταλαβεῖν. Ἅπερ ἐγνωκὼς ὁ Ἀνατόλιος, ἐπί τινος εἰκόνος τῆς Θεοτόκου κατὰ τὴν εἰρκτὴν καλωδίῳ ἠωρημένης, ἐκδραμὼν, καὶ ὀπίσω τὼ χεῖρε περιστρέψας, τὸν ἱκετεύοντα καὶ δεόμενον ἀπήγγειλεν. Ἡ δὲ, μυσαχθεῖσα καὶ τὸν ἐναγῆ καὶ θεομισῆ διελέγχουσα, τέλεον ἐκ τοὐμπαλιν (83) μετεστράφη, θαῦμα φρικῶδες, καὶ τῆς ἀεὶ μνήμης ἄξιον. Ὅπερ ὑπὸ πάντων τῶν τε ἐμφρουρίων, τῶν τε αὖ τὴν φυλακὴν αὐτοῦ καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν πεπιστευμένων ὁρᾶσθαι, τοῖς πᾶσι διηγγέλθη. Ὁρᾶσθαι δὲ καὶ ὕπαρ τισὶ τῶν πιστῶν, παροτρύνουσα κατὰ τοῦ ἀλάστορος, φάσκουσά τε τῷ αὐτῆς υἱῷ τὸν Ἀνατόλιον ἐνυβρίσαι. Ἅις δὲ κατὰ τὴν βασιλέως ἦχθη, πᾶσάν τε αἰκίας ὑπερβολὴν ὑποστὰς, οὐδὲν ὅλως κατὰ τοῦ ἱερέως ἔσχεν εἰπεῖν, μειζόνων κἀκεῖσε θορύβων,

VALESII ANNOTATIONES.

(80) *Πολλῶν τε ἐπιδιφρίων.* In optimo codice Florentino diserte scriptum est, τῶν πολλῶν τε καὶ ἐπιδιφρίων. Quomodo etiam legitur in Nicephoro. Porro mirum est interpretes in unius vocis expositione lapsos fuisse. Nam Joannes quidem Langus ita vertit: *Erat Theopoli Anatolius quidam ex plebeiisille quidem et ignavis unus.* Musculus vero ita interpretatur: *Unus ex multis illis qui vitam delicate instituunt.* Christophorsoni autem interpretatio sic habet: *Anatolius, vir quidam plebeius primum et mollis.* Quam quidem interpretationem hausisse videntur ex Suida et auctore *Etymologici*, qui ἐπιδίφριον exponunt ἀργὸν καὶ γυναικώδη. Verum hæc vox aliud hic significat, ut colligitur ex præcedenti vocabulo, quare non dubito quin sellularios artifices hac voce designet Evagrius, quos etiam Græci ἑδραίους vocant ob eamdem rationem, eo quod scilicet sedentes opus suum exerceant. Ita Pollux, in lib. VII, cap. I; et auctor *Etymologici*, in voce βάναυσος.

(81) *Τὰ μὲν καὶ πράγματα διαλεξάμενος.* Scribo τὰ μὲν ὡς διαλεξάμενος, expuncta voce πράγματα, quæ ex superiore linea huc irrepsit.

(82) *Ἐνέπεισεν ἐνίους.* Procul dubio scribendum est ἀνέπεισεν, quemadmodum scribitur apud Nicephorum.

(83) *Ἐκ τοὐμπαλιν.* Scribendum est procul dubio ἐς τοὔμπαλιν μετεστράφη. Atque ita legit Nicephorus, qui hunc Evagrii locum sic expressit, εἰς τοὔπισθεν παντάπασιν ἀπεστράφη. Ex quibus verbis apparet Nicephorum ante vocem τέλεον, distinctionem adhibuisse post verbum διελέγχουσα. Quam quidem distinctionem magis probo.

VARIORUM.

(c) *Περὶ τῆς ἐπαναστάσεως.* Hæc Baronius refert ad annum 580.

Digitized by Google

καὶ πανδήμου στάσεως αἴτιος τῇ πόλει σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν γέγονεν. Ἐνίων γὰρ αὐτῶν ψῆφον δεξαμένων ἐξοστρακίζουσαν, οὐ μὴν ἀναιροῦσαν, θείῳ τινὶ ζήλῳ πυρωθεὶς ὁ δῆμος, ἅπαντα διετάραττεν, ἀγριαίνων τε καὶ χαλεπαίνων· καὶ τοὺς μὲν ἐξοστρακισθέντας ἁναρπάσας, ἀκατίῳ τε ἐμβιβάσας, πυρὶ ζῶντας παρέδωκε, τοῦ δήμου τὴν ψῆφον ἐξενέγκαντος. Καταβόων δὲ τοῦ βασιλέως καὶ Εὐτυχίου τοῦ σφῶν ἱερέως, ὡς τὴν πίστιν προδόντων. Οἳ καὶ διαχρήσασθαι τὸν Εὐτύχιον ἔμελλον, καὶ τοὺς τὴν ζήτησιν ἐμπεπιστευμένους, πάντη περιιόντες, καὶ τούτους ἀνερευνώμενοι, εἰ μή γε ἡ πάντων σώτειρα Πρόνοια, ἐκείνους μὲν ἐκ τῶν ζητούντων ἁνῆρπασε, τὸν δὲ θυμὸν τοῦ τοσούτου λεὼ κατὰ σμικρὸν κατηύνασε, μηδενὸς ἐκ χειρῶν ἀτοπήματος γενομένου. Καὶ αὐτὸς δὲ Ἀνατόλιος θηρίοις πρότερον ἐς τὸ ἀμφιθέατρον παραδοθείς, καὶ πρὸς αὐτῶν τὸ σῶμα σπαραχθείς, ὕστερον ἀνεσκολοπίσθη, οὐδὲ οὕτως τῶν ἐνταῦθα ποινῶν λύσιν εὑράμενος. Λύκοι γὰρ τὸ μιαρὸν αὐτοῦ σῶμα καταγαγόντες, οὐχ ἱστορηθὲν πώποτε πρὸς θοίνην διενείμαντο. Ἦν δέ τις τῶν παρ' ἡμῖν, ὃς καὶ πρὶν ταῦτα γενέσθαι ἔλεγε καθ' ὕπνους ἰδεῖν, ὡς ἡ κατὰ Ἀνατολίου ψῆφος καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, τῷ δήμῳ ἐδόθη. Καὶ μέγας δέ τις τῶν βασιλικῶν οἰκιῶν προεστὼς (84) ἰσχυρῶς μᾶλα τοῦ Ἀνατολίου ὑπερασπίζων, εἰρήκει θεάσασθαι τὴν Θεοτόκον λέγουσαν· Μέχρι τίνος ἀντέξῃ Ἀνατολίου, οὕτως ἐς αὐτήν τε καὶ τὸν αὐτῆς Παῖδα ἐνυβρίσαντος; Καὶ ταῦτα μὲν ἔληξεν ὧδε.

A Anatolii et sociorum custodia commissa erat, visum, omnibus renuntiatum est. Apparuit etiam interdiu Deipara nonnullis **445** fidelium, incitans eos adversus pestem illam; et filium suum ab Anatolio contumelia affectum esse dicens. Ubi vero Constantinopolim perductus est, et gravissimis tormentis excruciatus, adversus Gregorium episcopum nihil prorsus habuit quod diceret, majorum adhuc motuum et publicæ seditionis ipse una cum sociis, in ea urbe auctor exstitit. Nam cum nonnullos eorum in exsilium mittendos esse, non autem capite plectendos pronuntiatum fuisset, populus divino quodam zelo succensus cuncta permiscuit, indignatione percitus et efferatus. Cumque eos qui exsilio damnati fuerant corripuisset, B lembo impositos, injecto igne vivos concremavit, populo hanc in illos ferente sententiam. Contra imperatorem quoque, et contra Eutychium ipsorum episcopum vociferabantur, tanquam fidei proditores; paratique erant Eutychium interficere, et eos quibus causæ hujus cognitio mandata fuerat; quos ubique circumeundo investigabant: nisi divina providentia omnium conservatrix, istos quidem ex quærentium manibus eripuisset: tantæ vero multitudinis furorem paulatim sedasset, ita ut nullum atrox facinus populari violentia perpetratum sit. Porro ipse Anatolius in amphitheatro bestiis objectus, et ab iisdem laniatus, postea cruci suffixus C est. Sed ne sic quidem suppliciorum quæ hac in vita sensit, finem est sortitus. Lupi enim impurum ejus corpus cum ex cruce detraxissent, quod quidem nunquam antea visum fuerat, vorandum inter se diviserunt. Quidam etiam ex nostris, antequam hæc fierent, affirmavit vidisse se in somnis quemadmodum adversus Anatolium ejusque socios sententia a populo lata esset. Ad hæc illustris quidam imperialium domorum præpositus, qui Anatolium acerrime defendebat, visam sibi dixit esse Deiparam dicentem, quousque tandem defenderet Anatolium, qui tum ipsi, tum Filio ipsius, tantam contumeliam irrogasset. Et hæc quidem ejusmodi exitum habuerunt.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Περὶ τῆς στρατηγίας Μαυρικίου, καὶ τῶν ἀρετῶν αὐτοῦ.

Ὁ δέ γε Τιβέριος, ἐπεὶ Ἰουστινιανὸς μὴ τῇ παρα-

446 CAP. XIX.

De Mauricii ducatu, deque ejus virtutibus.

Cæterum Tiberius post mortem Justini, cum

VALESII ANNOTATIONES.

(84) *Τῶν βασιλικῶν οἰκιῶν προεστώς.* Id est, *curator imperialium ædium.* Ædes enim imperiales tam in urbe regia, quam in suburbanis, suos habebant curatores, qui earum reditus administrabant. Eratque ea dignitas non postrema, qua qui fungebantur, gloriosissimi dicebantur ac magnificentissimi, ut supra observavi ad caput tertium hujus libri. Jurisdictionem etiam videntur habuisse, ut indicat Agathias in lib. v, de Anatolio quodam loquens exconsule: Ἀνδρα τῇ τε τῶν ὑπάτων ἀξίᾳ τετιμημένον, καὶ πρός γε τὸ φροντίδα τίθεσθαι, καὶ ἐπιμέλειαν τῶν βασιλείων οἰκων τε καὶ κτημάτων ἀρχὴν εἰληχότα. Κουράτορας δὲ τούτους καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Id est, ut interpretor: *Virum qui consulari dignitate erat ornatus, et qui ut imperialium ædium ac possessionum curam ac sollicitudinem gereret, magistratum sortitus erat. Curatores illos Romani vocant.* Vox ἀρχὴν, quam Vulcanius in interpretatione sua prætermisit, minime otiosa est, sed magistratum significat ac jurisdictionem. Sed et vitta illa purpurea, et tabulæ quas privatorum domibus affigere solebat idem Anatolius, ut eas fisco vindicaret, quemadmodum subjungit Agathias, D satis aperte testantur eum ut curatorem domorum imperialium jurisdictionem habuisse. Certe constitutio Tiberii imperatoris de divinis domibus, manifeste testatur, eos curatores jurisdictionem habuisse. Quippe Tiberius ea constitutione diserte sancit, ut actori qui adversus chartulariam aut conductorem vel colonum domus regiæ litem intenderit de aliqua re ad domum imperatoris pertinente, liceat, si voluerit, coram gloriosissimo ac magnificentissimo curatore litigare. Si vero eum suspectum habuerit, coram alio judice qui ab imperatore datus fuerit, causam suam prosequatur. Cæterum Tiberius imperator ea lege prohibuit, ne curatores tabulas ac titulos fiscales privatorum ædibus affigant, neve eas obsignent. Solebant enim curatores hujusmodi titulos vendere tenuioribus, et pro patrocinio ac suffragio suo aliquid ab iis exigere, ut ibidem indicat Tiberius. Cæterum hæ domus, earumque conductores, multis privilegiis atque immunitatibus fruebantur, ut videre est in codice Theod. tit. *De privilegiis domus Augustæ*, et in dicta constitutione Tiberii.

Digitized by Google

jam imperialem coronam gestaret, Justiniano testatem abrogavit, eo quod non eadem qua prius felicitate adversus barbaros uteretur. Mauricium vero ejus loco magistrum orientalis militiæ constituit, qui genus quidem ac nomen ex seniore Roma traxerat : patriam vero habebat Arabissum, urbem Cappadociæ, in quam novissimi ejus parentes sese receperant. Erat hic vir prudens ac solers, et usquequaque accuratus et constans. Qui cum in victu ac moribus constans esset atque exactissimus, nec gulæ unquam inserviit, iis duntaxat rebus utens quæ necessariæ et paratu faciles essent : nec aliis voluptatibus quibus intemperantes homines sese oblectare solent. Vulgus hominum non facile ad colloquium admisit ; nec aures promiscue omnibus præbuit : quippe qui sciret illud quidem contemptum parere ; hoc vero adulationi proximum esse. Raro copiam dabat ipsum conveniendi, idque nonnisi de rebus seriis. Superfluis autem sermonibus aures suas obturabat, non quidem cera, ut est apud poetam, sed ratione : ita ut optima aurium clavis esset ratio, quæ opportune illas in colloquiis ei aperiret et clauderet. Porro inscitiam,

A πλησίᾳ τύχῃ κατὰ τῶν βαρβάρων ἐχρῆτο, παύει μὲν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς, ἤδη καὶ τὸν στέφανον περιθέμενο; καὶ Ἰουστίνου τελευτήσαντος (*d*). Χειροτονεῖ δὲ τῆς Ἑῴας στρατηγὸν Μαυρίκιον (85), ἔλκοντα μὲν γένος καὶ τοὔνομα ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης· ἐκ δὲ τῶν προσεχῶν πατέρων, Ἀραβισσὸν πατρίδα ἐπιγραφόμενον τοῦ Καππαδοκῶν ἔθνους (86), ἄνδρα φρενήρη τε καὶ ἀγχίνουν, καὶ πάντα ἐν πᾶσιν ἀκριβῆ τε καὶ ἀδόνητον. Ὃς τήν τε δίαιταν, τούς τε τρόπους εὐσταθής τε ὢν καὶ ἀπεξεσμένος, γαστρός τε ἐκράτει, μόνοις τοῖς ἀναγκαίοις καὶ εὐπορίστοις χρώμενος, τῶν τε ἄλλων ἁπάντων οἷς ὁ ἐκδεδιῃτημένος ἐγκαλλωπίζεται βίος. Ἦν δὲ τὰς ἐντεύξεις τοῖς πολλοῖς οὐκ εὐπρόσοδος, οὐδὲ τὰς ἀκοὰς ἀνειμένος· τὸ μὲν εἰδὼς ἐς περιφρόνησιν ἄγον· τὸ δὲ, ἐς

B θωπείας φέρον. Τὰς μὲν οὖν ἐς αὐτὸν εἰσόδους σπανίας παρεῖχετο, καὶ ταύτας ἐσπουδασμένων (87). Περὶ δὲ τὰς ἀκοὰς τοῖς περιττοῖς ἀπέφραττεν οὐ κηρῷ κατὰ τὴν ποίησιν, λόγῳ δὲ μᾶλλον· ὡς ἄριστα κλεῖν (*e*) αὐταῖς τὸν λόγον εἶναι, εὐθέτως ἐν ταῖς διαλέξεσιν ἀνοιγνῦσάν τε καὶ ἀποκλείουσαν. Ἀμαθίαν δὲ τοῦ θράσους τὴν μητέρα, καὶ δειλίαν τὴν ἀπωχισμένην (88) καὶ σύνθυρον αὐτῇ (89) οὕτως ἀπ-

VALESII ANNOTATIONES.

(85) *Χειροτονεῖ δὲ Μαυρίκιον.* Imo Tiberius, superstite adhuc Justino, Mauricium magistrum Orientalis militiæ creavit, remoto Justiniano, ut testatur Theophylactus in cap. 15, lib. III.

(86) *Ἀραβισσὸν τοῦ Καππαδοκῶν ἔθνους.* Arabissus vel Arabissum, olim fuit oppidum Armeniæ secundæ, ut docet Hierocles in *Notitia provinciarum Orientalis imperii.* Certe in synodo prima Constantinopolitana, Arabissensis quidam episcopus in Armenia minori recensetur, Sed et Philostorgius minori Armeniæ oppidum illud ascribit ut videre est apud Suidam in Εὐδόξιος. Postea tamen Cappadociæ attributum est, si Evagrio credimus. Nescio an idem sit Arabisson, cujus meminit Menander protector in Excerptis legationum, pag. 159 editionis Regiæ quod erat juxta Theodosiopolim : Ἐπεὶ οὖν ἐγένετο αὐτοῦ, ἐστρατοπεδεύσατο ἐς τὸ Ἀραβισσῶν ἐπικεκλημένον χωρίον ἀμφὶ τὸ μεσημβρινὸν κλίμα τοῦ ἄστεος.

(87) *Καὶ ταύτας ἐσπουδασμένας.* Hunc locum Musculus ita vertit : *Accessus ad se raros permittebat, eosque elaboratos.* Nec melius Christophorsonus : *Raro ad se adeundi concessit potestatem, eamque nonnisi vehementer oratus, largitus est.* Neuter sensum hujus loci assecutus est. Codex autem Florentinus veram hujus loci scripturam nobis indicavit. Nam pro ἐσπουδασμέναι, scriptum habet ἐσπουδασμένον. Non dubito itaque quin totus locus ita legendus sit : Τὰς μὲν οὖν ἐς αὐτὸν εἰσόδους σπανίας παρεῖχετο, καὶ ταύτας ἐσπουδασμένων πέρι. Τὰς δὲ ἀκοὰς τοῖς περιττοῖς ἀπέφραττεν. Id est : *Raro sui adeundi dabat facultatem, nec nisi de rebus seriis. Superfluis autem sermonibus aures suas obturabat.* Porro in codice Florentino ad marginem hæc notata erant : Οἷα λέγει περὶ Μαυρικίου θαυμαστὰ πλήρη, καὶ ἐπαίνων ἄξια. Aliud Mauricii Elogium satis elegans habetur apud Suidam in voce Μαυρίκιος, ex Menandri protectoris *Historia :* quod cum isto conferre non inutile fuerit.

(88) *Τὴν ἀπωχισμένην.* Non assentior Christophorsono et Savilio, qui in hoc loco legunt ἐπωχισμένην. Neque enim Græce dicitur ἐπωχισμένη, ut equidem censeo. Musculus quoque eodem modo videtur legisse, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit : *Inscitiam vero matrem temeritatis, et ignaviam ejus domesticam ac sociam sic a se repellebat,* etc. Mihi tamen retinenda esse videtur vulgata lectio quam sic interpretor : *Inscitiam quæ mater est temeritatis, et ab ea disjunctam, ac nihilominus conjunctam ignaviam ita a se depulerat,* etc. Eodem modo Evagrius in principio hujus libri, de Justino Juniore dixit : Θράσει δὲ καὶ δειλίᾳ ταῖς κακίαις κρατούμενος, etc., ubi legendum videtur ταῖς συνθύροις κακίαις, ex hoc loco. Quod si quis ἐπωχισμένην legere malit cum Savilio, locus tunc ita vertendus erit : *Et inquilinam ejus, ac contubernalem ignaviam.* Nam inter verbum ἀπωχισμένην et ἐπωχισμένην tantum differt, quantum inter ἄποικος et ἔποικος. Est ἄποικος quidem colonus, ἔποικος autem inquilinus, ut docet Suidas in voce ἔποικος. Qui in coloniam aliquam extra patriam deducebantur, vocabantur ἄποικοι, seu coloni. Is vero qui sua sponte relicta patria vel in coloniam, vel in aliam urbem migrabat, ἔποικος dicebatur, seu μέτοικος. Proinde fallitur Christophorsonus, qui hunc locum ita vertit : *Inscitiam autem matrem audaciæ, et timiditatem quæ ei vicina ac finitima est, sic ab se depulit,* ἐπωχισμένη non significat *finitimam,* sed *inquilinam,* ut jam dixi. Et Latina vox *inquilina* Græco verbo egregie respondet. *Inquilinus* enim dicitur ab incolatu. Præterea vox σύνθυρος non *vicinam* significabat : id enim esset ἀγχίθυρος· sed *contubernalem,* qui sub eodem degit tecto. Cæterum re nunc attentius examinata, malim hoc loco legere ἐπωχισμένην.

(89) *Σύνθυρον αὐτῇ.* Scribendum puto αὐτῷ, supple τῷ θράσει. Cujus emendationis rationem paulo ante adduxi. Porro Nicephorus in cap. 8, lib. XVIII, hunc Evagrii locum describens ita expressit : Δειλίαν τὴν ἐπωχισμένην καὶ σύνθρονον αὐτῇ, pessime.

VARIORUM.

(*d*) *Ἰουστίνου τελευτήσαντος.* Justinus Aug. die quinta mensis Octobris anni Chr. 378, naturæ debitum solvit, inquit Pagius, ad cum annum, n. 2.

(*e*) *Ἄριστα κλεῖν.* Videtur legendum ἄριστην κλεῖν. (W. Lowth.)

Digitized by Google

ὡσατο, ὡς τὸ μὲν κινδύνευμα εὐβουλίαν εἶναι, τὸν δὲ ὄκνον ἀσφάλειαν, ἀνδρείας τε καὶ φρονήσεως τοῖς καιροῖς ὀχουμένων, καὶ τὰς ἡνίας πρυτανευόντων πρὸς ὃ ἂν ἡ χρεία ἐπιτάττῃ, καὶ τὴν ὕφεσιν καὶ ἐπίτασιν αὐτῶν τῶν ὁρμῶν, μέτρῳ τινὶ καὶ ῥυθμῷ γίγνεσθαι. Περὶ οὗ τελεώτερον ἐν τοῖς ἑξῆς εἰρήσεται. Ὅσος γὰρ καὶ οἷος, τῇ βασιλείᾳ φυλακτέον, ἢ τὸν ἄνδρα τρανώτερον διεσάφησε, τῷ αὐτεξουσίῳ καὶ τὰ ἔνδον ἀναπτύξασα. Οὗτος μὲν οὖν ὁ Μαυρίκιος τὰς ἐπιστρατεύσεις ποιησάμενος κατὰ τῆς ὑπερορίας, πόλεις τε καὶ φρούρια Πέρσαις ἐπικαιρότατα αἱρεῖ· λείαν τε τοσαύτην περιεβάλετο, ὥστε τὰ σαγηνευθέντα αἰχμάλωτα ὁλοκλήρους νήσους καὶ πόλεις, ἀγρούς τε ἐρημωθέντας τῷ χρόνῳ ἐξοικῆσαι (90), τήν τε γῆν ἐνεργὸν καταστήσασθαι πάντη πρώην ἀγεώργητον οὖσαν, στρατόπεδά τε ἐξ αὐτῶν συστῆναι πολύανδρα κατὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν μάλα γεννικῶς τε καὶ ἀνδρείως ἀγωνισάμενα· πληρωθῆναι δὲ καὶ πάσῃ ἑστίᾳ τὰς οἰκετικὰς χρείας, ἐς τὸ κουφότατον τῶν ἀνδραπόδων ἐκποιουμένων.

quæ mater est temeritatis, et ab ea disjunctam, ac nihilominus conjunctam ignaviam, ita ab se depulerat, ut quoties in discrimen veniret, prudentiæ : **447** quoties cunctaretur, securitati adscribendum esset. Quippe fortitudo ac prudentia opportunitatibus temporum, velut equo cuidam insidebant, et habenas moderabantur juxta id quod utilitas Reipublicæ præcipiebat. Itaque quoties impetum remittebat aut relaxabat, id fiebat non sine mensura quadam atque ratione. Sed de hac re accuratius post hæc dicturi sumus. Qualis enim quantusque exstiterit, imperio ipsius reservandum est. Quod quidem mores ejus longe manifestius declaravit, dum libera facultate quidvis agendi ei concessa, interna ejus omnibus patefecit. Hic igitur Mauricius, cum exercitu Romano in Persarum regionem ingressus, urbes et castella opportune admodum sita occupavit : tantamque prædam cepit, ut captivi quos ex Perside abduxerat, integras insulas et urbes, atque agros jampridem desertos incolerent, et terram, quæ prius inculta erat, fecundam redderent : utque ex illis ingentes exercitus conscripti fuerint, qui postea contra alias Barbarorum gentes strenue ac fortiter depugnarunt : denique ut singulæ domus haberent qui servilia munera implerent, cum servi ac mancipia vilissimo pretio compararentur.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Ὡς Ταμχοσρόην καὶ Ἀδααρμάνην τοὺς Περσῶν στρατηγοὺς ἐνίκησε Μαυρίκιος.

Συνανεπλάκη δὲ καὶ τοῖς ἀρίστοις Περσῶν, τῷ τε Ταμχοσρόῃ καὶ Ἀδααρμάνῃ μετὰ ἀξιολόγου στρατοῦ ἐπιστρατεύσασι· καὶ ὅπως μὲν, καὶ ὅτι, καὶ ὅπῃ πέπρακται, ἄλλοι γραφόντων, ἢ καὶ παρ' ἡμῶν ἴσως ἐν ἑτέρῳ λελέξεται πόνῳ, τῆς παρούσης· πραγματείας ἕτερα μάλιστα κατεπαγγελλομένης. Πίπτει δ' οὖν ὅμως κατὰ τὴν παράταξιν ὁ Ταμχοσρόης (91), οὐκ ἀνδρείᾳ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, εὐλαβείᾳ δὲ μόνῃ, καὶ τῇ ἐς Θεὸν πίστει τοῦ στρατηγοῦ. Φεύγει δὲ καὶ ὁ Ἀδααρμάνης κατακράτος ἐν τῇ μάχῃ πταίσας, καὶ πολλοὺς τῶν οἰκείων ἀποβαλών· καὶ ταῦτα Ἀλαμουνδάρου καταπροδόντος (*f*), ὃς τῶν Σκηνητῶν ἡγεῖτο βαρβάρων, καὶ τὸν Εὐφράτην οὐχ ἑλομένου διαβῆναι ποταμὸν, καὶ συμμαχῆσαι τῷ Μαυρικίῳ κατὰ τῶν ἀπεναντίας Σκηνητῶν βαρβάρων [89]. Ἀκαταγώνιστοι γὰρ τοῖς ἄλλοις διὰ τὴν τῶν ἵππων ὠκύτητα, οὔτε καταλαμβανόμενοι, εἶπου

CAP. XX,

Quomodo Mauricius Tanchosdroem et Adaarmanem, Persarum duces, devicerit.

Conflixit etiam cum præstantissimis ducibus Persarum, Tamchosdroe scilicet et Adaarmane, qui cum ingenti exercitu in fines Romanorum irruperant. Quid autem gestum sit, et quonam modo, quibusque in locis, scribant alii : aut a nobis fortasse in alio opere exponetur. Præsens enim opus longe aliarum rerum narrationem pollicetur. Cecidit nihilominus in ea pugna Tamchosroes, non exercitus Romani fortitudine, sed ducis eorum religione et in Deum fide. Adaarmanes vero, ingenti clade accepta, et multis suorum amissis, contentissime fugit : idque tametsi Alamundarus Saracenorum dux prodidisset, nec Euphratem amnem trajicere, et Mauricio adversus Saracenos qui in hostium acie erant, suppetias ferre voluisset. Nam Saraceni ab aliis superari non possunt propter equorum pernicitatem. Quippe qui nec comprehendi possint

VARIÆ LECTIONES.

[89] C. C. Ἀράβων.

VALESII ANNOTATIONES.

(90) Ἐξοικῆσαι. In codice Florentino scriptum inveni ἐξοικῆσαι. Nicephorus vero simpliciter posuit οἰκῆσαι. Ego non dubito quin Evagrius scripserit ἐσοικῆσαι. Usus est ea voce Evagrius in cap. 1 ac 2 hujus libri.

(91) Ὁ Ταμοσχρόης. Scribendum est procul dubio Ταμχοσρόης. Sic enim paulo ante Evagrius eum vocat. Meminit hujus ducis Menander protector in Excerptis legationum, et Theophylactus in libro III. Qualiter vero in prælio adversus Mauricium interfectus sit, refert idem Theophylactus in cap. 18 libri III. Idque gestum esse testatur post mortem imperatoris Justini, Tiberio jam ad Augustum culmen evecto. In codice Telleriano scriptum est χοσρόις.

VARIORUM.

(*f*) Ἀλαμουδάρου καταπροδόντος. Alamundarus, Romanorum in hac expeditione comes, eorum consilia Persarum regi prodidisse fertur. Pagius hæc refert anno 581, n. 14.

Digitized by Google

elcubi conclusi fuerint, et retrocedentes hostem longe antevertant. Tametsi etiam Theodoricus Scythicarum gentium dux, ne primum quidem telorum jactum sustinuisset, sed cum suis omnibus fugam arripuisset.

A ἐγκλεισθεῖεν, καὶ τοὺς ἀπεναντίας ἐν ταῖς ὑπαγωγαῖς προφθάνοντες· καὶ Θεοδωρίχου (92), ὃς τῶν Σκυθικῶν ἐθνῶν ἡγεῖτο, οὐδὲ ἐντὸς βέλους γενομένου, σὺν δὲ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν πεφευγότος.

448 CAP. XXI.

De signis quæ Mauricio imperium portenderunt.

Signa quoque divinitus ostensa sunt, quæ imperium eidem Mauricio prænuntiarent. Nocte enim intempesta, cum intra sanctuarium ecclesiæ sanctæ et intemeratæ Virginis ac Deiparæ Mariæ, quam Antiocheni ecclesiam Justiniani vocant, incensum offerret, velum altaris conflagrare visum est, adeo ut Mauricius ipse admiratione percelleretur, ac visum reformidaret. Cui astans Gregorius, ejus loci B episcopus, divinum quiddam id esse dixit, et summa quædam atque eximia ei significari. Apparuit etiam illi in Oriente vigilanti Christus Deus, petens ab eo ut ipsum ulcisceretur. Quo quidem signo manifeste imperium designabatur. A quo enim alio quam ab imperatore, eoque religiosissimo ipsius cultore, id postulasset? Alia præterea memorabilia et historia in primis digna, parentes ejus mihi retulerunt, cum ego de his rebus eos percontarer. Nam pater quidem ejus mihi affirmavit se eo tempore quo conceptus est, vitem maximam in somnis vidisse e cubili suo exortam, ex qua multæ ac pulcherrimæ uvæ dependerent. Mater vero narravit terram partus sui tempore novum quemdam atque insolitum C odorem spirasse. Sæpe item eam quæ vulgo Empusa dicitur, infantem asportasse, tanquam eum devoraturam : nullum tamen ei detrimentum afferre potuisse. Denique Symeones, qui juxta urbem Antiochiam super columna stans vitam exegit : vir ad res gerendas aptissimus, et cunctis divinis virtutibus insignis, multa et dixit et fecit, quæ imperium Mauricio nuntiabant. De quo viro opportunius in sequente libro dicturi sumus.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Περὶ τῶν μηνυσάντων σημείων τὴν βασιλείαν Μαυρικίῳ.

Γεγόνασι δὲ καὶ θεοσημεῖαι τὴν βασιλείαν αὐτῷ προφητεύουσαι. Πόῤῥω γὰρ τῶν νυκτῶν, ἐπιθυμιῶντί γε αὐτῷ τῶν ἀνακτόρων εἴσω τοῦ ἱεροῦ οἴκου τῆς ἁγίας καὶ παναγνου Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, ὃς πρὸς τῶν Θεουπολιτῶν Ἰουστινιανοῦ προσηγόρευται, τὸ ἀμφὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν παραπέτασμα πυρίφλεκτον γέγονεν, ὡς καὶ πρὸς ἔκπληξιν καὶ θάμβος ἐλθεῖν τὸν Μαυρίκιον, καὶ δεῖσαι τὸ ὅραμα· ᾧ παρεστὼς Γρηγόριος ὁ τῆς πόλεως ἀρχιερεύς, εἶπεν, θειασμοῦ τινος εἶναι τὸ χρῆμα, καὶ μέγιστα καὶ ἔξοχα μηνύειν αὐτῷ. Ἐφάνη δέ οἱ κατὰ τὴν ἐῴαν (93) καὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς ὑπερεκδίκησιν ζητῶν, ὅπερ ἀντίκρυς βασιλείαν ἐδήλου. Παρά τίνος γὰρ ἂν ἢ παρὰ βασιλέως, καὶ οὕτως ἐς αὐτὸν εὐσεβοῦς τὰ τοιαῦτα ἐξῄτησεν; Ἀξιόλογα δὲ καὶ ἱστορίας ἄξια πυνθανομένῳ μοι περὶ τούτων, καὶ οἱ ἐς φῶς αὐτὸν παραγαγόντες [30] διηγήσαντο. Ὁ μὲν γὰρ φύσας ἔλεγεν, ἄμπελον μεγίστην ὄναρ ἰδεῖν, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ συλλήψεως ἐκ τῆς σφετέρας κοίτης ἐκφῦσαι, καὶ βότρυς παμπληθεῖς καὶ ὡραίους αὐτῆς ἠωρῆσθαι. Ἡ δέ γε μήτηρ αὐτὴν (94) ἔφασκεν τὴν ἀπότεξιν, εὐωδίαν ξένην τε καὶ παρηλλαγμένην τὴν γῆν ἀναθυμιᾶσαι. Πολλάκις δὲ καὶ τὴν λεγομένην Ἔμπουσαν (95) μεταθεῖναι τὸ βρέφος, ὡς τοῦτο βρώξουσαν· μὴ οἷαν δὲ γενέσθαι τοῦτο λυμήνασθαι. Καὶ Συμεώνης δὲ ἀγχοῦ Θεουπόλεως τὴν ἐπὶ κίονος στάσιν ποιούμενος, ἀνὴρ πρακτικώτατος, καὶ πάσαις ταῖς ἐνθέοις ἀρεταῖς ἐπίσημος, πολλὰ ἔλεξέ τε καὶ πέπραχε, τὴν βασιλείαν αὐτῷ [31] μηνύοντα. Περὶ οὗ τὰ πρόσφορα ἡ ἑξῆς ἱστορία διαλέξεται.

CAP. XXII.

De nuncupatione Mauricii et Augustæ.

Cæterum Mauricius ad imperium evectus est,

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Περὶ τῆς ἀναγορεύσεως Μαυρικίου καὶ Ἀυγούστης.

Ὁ δέ γε Μαυρίκιος (g), πρὸς τὴν βασιλείαν ἀνεισι,

VARIÆ LECTIONES.

[30] C. C. προαγαγόντες. [31] αὐτοῦ.

VALESII ANNOTATIONES.

(92) *Καὶ Θεοδωρίχου.* Hujus Theodorici ducis D meminit etiam Theophylactus in lib. III, cap. 17. Erat autem natione Gothus, ut ex nomine ipso colligitur.

(93) *Κατὰ τὴν ἑῴαν.* Id est, *cum Mauricius in Oriente esset.* Sic Nicephorus hunc Evagrii locum exponit in cap. 9, lib. XVIII. Paulo post ex eodem Nicephoro, et ex codice Telleriano emendavi, ὅπερ, ἐκδίκησιν ζητῶν, cum antea legeretur una voce ὑπερεκδίκησιν, etc.

(94) *Ἡ δέ γε μήτηρ αὐτήν.* Assentior Henrico Savilio, qui in suo codice notavit forte scribendum esse, κατ' αὐτὴν ἔφασκε τὴν ἀπότεξιν, etc. Atque ita legitur apud Nicephorum. In codice Telleriano scriptum inveni, πρὸς αὐτὴν τὴν ἀπότεξιν.

(95) *Τὴν λεγομένην Ἔμπουσαν.* De Empusa vide, si placet, quæ notavi ad lib. VIII Sozomeni, pag. 333. Hanc sua ætate Gillo dictam fuisse tradit Nicephorus in cap. 9, qui hujusmodi fabulas aniles merito deridet. Similes fuerunt quas Romani strigas vocabant, de quibus Festus. Glossæ veteres Striga, Λαιστρυγών γυνὴ φαρμακίς. De Gillo, seu Gello, quæ infantes rapere olim credebatur, multa notavit Leo Allatius in epistola ad Paulum Zachiam.

VARIORUM.

(g) *Μαυρίκιος.* Hoc quarto imperii ejusdem anno *præsentis* [anno Chr. 582] *creatus est Cæsar Mauricius Tiberius, et* 13 *Augusti coronatus Augustus;* *super Tiberius Cæsar, quinto Augusti XV indictionis*

Digitized by Google

Τιβερίου πρὸς ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς τυγχάνοντος, καὶ τὴν παῖδα Αὐγοῦσταν, καὶ τὴν βασιλείαν ἀντὶ φερνῆς τινος παραδόντος αὐτῷ· ὀλιγοστὸν μὲν βιώσαντος ἐν τῇ βασιλείᾳ χρόνον, ἀθάνατον δὲ μνήμην καταλελοιπότος ἐφ' οἷς πέπραχεν ἀγαθοῖς· οὐδὲ γὰρ λόγῳ περιληπτέον. Ἄριστον δὲ καὶ τῷ πολιτεύματι κλῆρον καταλέλοιπεν ὁ Τιβέριος, τὴν Μαυρικίου ἀνάρρησιν· ᾧ διένειμε καὶ τὰς ἑαυτοῦ προσηγορίας, τὸν μὲν Μαυρίκιον, Τιβέριον· τὴν δὲ Αὐγοῦσταν, Κωνσταντῖναν προσειπών. Τί δὲ καὶ αὐτοῖς πέπρακται, τῆς θείας συναιρουμένης [as] ῥοπῆς, ἡ ἑξῆς ἱστορία δηλώσει.

Antiochenorum natalem Christi antevertunt annis octo et quadraginta, ut supra observavi. Quod autem subjicit Evagrius, terræmotum hunc Antiochiæ contigisse anno uno et sexagesimo post priores terræmotus qui Antiochiam afflixerant, id cum rationibus nostris optime convenit. Prior enim ille terræmotus, Justiniano regnante, acciderat anno Christi 528, ut notavi ad librum quartum Evagrii. Porro ex his colligitur annus synodi Constantinopolitanæ, quæ collecta est in causa Gregorii Antiochensis episcopi. Hanc Baronius quidem refert anno Christi 587. Ego vero ex Evagrii auctoritate, biennio post collectam esse non dubito. Nam cum ea synodus celebrata sit quatuor mensibus ante illum terræmotum, quo Antiochia concussa est; terræmotus autem ille contigerit anno Antiochenorum sexcentesimo tricesimo septimo, ut testatur Evagrius: necessario efficitur id quod dixi, synodum scilicet Constantinopolitanam anno Christi quingentesimo octogesimo nono collectam fuisse.

(22) *Ἀντερείδοντα ξύλα βαλεῖν.* Scribendum puto λαβεῖν. Emendationem nostram confirmat codex Tellerianus, et Nicephorus, qui hunc Evagrii locum ita expressit: διὸ καὶ ἀντερείδοντα ἔσχε τὰ ξύλα, etc. id est, ut vertit Langus, *eaque de causa, tigna quæ id sustinebant, habuerat.* Græci hæc tigna ἀντηρίδας vocant uno vocabulo, ut testatur Hesychius. Qua voce usum esse Philonem Mechanicum nuper deprehendi, cum ejus libros *De machinis* in Latinum sermonem converterem. Gallice vocantur, *des étais*: Latini vero *fulturas* vocant. Qua voce utitur Livius in descriptione obsidionis Ambraciæ.

(23) *Τὰ καλούμενα Βρυσία.* In codice Telleriano, et apud Nicephorum legitur βρυσία, quod magis probo. Sic autem dicta videntur loca amœna ac florida, ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod est florere, ut testatur Suidas et auctor *Etymologici* in voce βρύσαι.

(24) *Οἱ πύργοι τοῦ πεδίου.* Hunc locum non intellexerunt interpretes, Langus, Musculus et Christophorsonus, ut ex versione eorum apparet. Sic enim interpretati sunt: *Omnes quoque turres in plano constitutæ, disjectæ sunt.* Πεδίον, *Campum* esse existimo, qui erat extra portas urbis Antiochiæ, in quo milites exerceri solebant. Ejus loci mentionem facit Athanasius in libello Precum, quem Ariani adversus ipsum obtulerunt Joviano principi Antiochiæ commoranti. Πρώτη ἐντυχία ἦν ἐποιήσαντο ἀπερχομένου τοῦ βασιλέως εἰς Κάμπον ἐν τῇ Ῥωμανησίᾳ πύλῃ, id est, *Primus congressus quem habuerunt cum imperatore in porta Romanensi, dum imperator procederet in campum.*

(25) *Ἑκάτερον τὸ πρὸς τὰς ὥρας διῃρημένον.* Nicephorus aliquot voces hic addit in hunc modum: πρὸς τὰς ἐκ διαμέτρου ὥρας, etc. Totum vero locum Joannes Langus ita vertit: *Et utrumque publicum lavacrum, ex pulcherrimo statu ad eam quæ ex diametro est deformitatem collapsum.* Quæ interpretatio ferri nullo modo potest. Nec multo melior est Musculi interpretatio, qui ita vertit: *Et ex publicis balneis alterum iisdem horis dirutum est.*

VARIORUM.

odus Constantinopolitana, quæ quatuor et amplius mensibus ante illum terræmotum absoluta fuerat, ab hoc anno 588, nullo modo removeri potest. Ultimus terræmotus Antiochenus die 29 mensis Novembris anni Chr. 528, acciderat; ideoque recte Evagrius prodit post illum effluxisse annos 61, refellitque Valesium, qui gravi errore scribit, annos Antiochenos a mense Dio, seu Novembri nostro, proficisci, ideoque hunc terræmotum et synodum CPolitanam ad annum sequentem pertinere. Ant. Pagi ad ann. 588, n. 6. Caveus secundas Evagrii nuptias ascribit anno 592, haud recte, ut hinc videtur.

Digitized by Google

ἦλω, καὶ ὡς εἶχαζον ἔνιοι τῷ ἄρτῳ τεχμαιρόμενοι (26), ἀμφὶ τὰς ἑξήκοντα χιλιάδας παρανάλωσεν ὁ πόνος οὗτος. Σώζεται οὖν ὁ ἱερεὺς ὑπέρτερον πάσης ἐλπίδος, τοῦ καταγωγίου σύμπαντος πεπτωκότος ἔνθα καὶ αὐτὸς καθῆστο, καὶ μηδενὸς τὸ παράπαν διασωθέντος ἢ μόνον [a] τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἑστώτων· οἳ καὶ φοράδην ἀνελόμενοι (27)(*k*), διά τινος καλωδίου κατήγαγον, ἑτέρου σεισμοῦ τόπον διορύξαντος, καὶ τῶν κινδύνων ὑπεξήγαγον. Καὶ ἕτερον δὲ γέγονε τῇ πόλει σωτήριον, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ φειδοῖ τὴν ἀπειλὴν θήξαντος, κλάδῳ τε οἴκτου καὶ ἐλέου τὴν ἁμαρτίαν σωφρονίσαντος. Οὐδεὶς γὰρ ἐμπρησμὸς γέγονε, τοσαύτης φλογὸς τὴν πόλιν περιεχούσης, ἔκ τε τῶν ἐσχαρῶν, καὶ τῶν δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν λύχνων, ὀπτανείων τε, πνιγέων τε αὖ καὶ βαλανείων, καὶ ἑτέρων ἀναρίθμων. Ἐλήφθησαν δὲ καὶ τῶν ἀξιολόγων πλεῖστοι, μεθ' ὧν καὶ Ἀστέριος ἔργον τῶν σεισμῶν γέγονε. Καὶ τὸ μὲν πάθος τῆς πόλεως, χρήμασιν ὁ βασιλεὺς παρεμυθήσατο.

A partem conversi, nec tamen prolapsi sunt. Multæ quoque saeræ ædes, et ex publicis lavacris alterum, illud scilicet quod pro singulis anni tempestatibus divisum erat, eamdem calamitatem sensere. Hominum vero multitudo innumerabilis eo terræmotu oppressa est. Atque ut nonnulli conjiciebant, argumento ducto ex annona publica, sexaginta circiter hominum millia ea clade perierunt. Episcopus vero præter spem omnem incolumis evasit, cum domicilium in quo sedebat corruisset, nec ullus omnino servatus fuisset præter eos qui circa illum stabant. Qui quidem, cum alius terræmotus locum subruisset, episcopum humeris suis bajulantes, per **460** funem demiserunt, atque ita ex periculo eripuerunt. Aliud præterea quidpiam civitatem servavit, B cum clementissimus Deus minas suas lenitate temperasset, et virga miserationis ac misericordiæ peccatum populi castigasset. Nullum enim exortum est incendium, quamvis ingens ignis copia passim in urbe esset, partim ex focis, partim ex publicis ac privatis lucernis, ex culinis item et fornacibus ac balneis, aliisque innumeris locis. Plurimi porro illustres viri eo terræmotu oppressi sunt: inter quos fuit etiam Asterius. Et hanc quidem urbis calamitatem solatus est imperator, suppeditatis ex fisco pecuniis.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ὡς οἱ Βάρβαροι θαρρήσαντες τῇ τοῦ στρατοῦ κατὰ τοῦ βασιλέως ἀποστάσει, τούτοις προσβαλόντες ὑπὸ Γερμανοῦ ἡττήθησαν.

Τὰ δὲ τοῦ στρατοῦ παραπλησίως εἶχεν· ὥστε καὶ τοὺς βαρβάρους (*l*) ἐπιστρατεῦσαι, πεισθομένους μηδένα σφᾶς κωλύσειν τὰ βαρβάρων πράττοντας. C Ὑπαντιάζει δὲ τούτοις ὁ Γερμανὸς (28) σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, καὶ οὕτω κατακράτος νικήσας, διέφθειρεν, ὥστε μηδὲ ἀγγελιώτην τῆς συμφορᾶς Πέρσαις ὑπολειφθῆναι.

CAP. IX.

Quomodo Barbari fiducia sumpta ex eo quod milites ab imperatore defecissent, eosdem aggressi, a Germano superati sunt.

Exercitus vero semper in eadem defectione perseverabat: adeo ut barbari cum copiis in Romanorum fines irrumperent, persuasum habentes, neminem ipsos prohibiturum quominus barbarico more grassarentur. Sed Germanus cum exercitu Romano obviam illis profectus, victos sic ad internecionem cecidit, ut ne nuntius quidem relictus sit qui cladem Persis renuntiaret.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Περὶ τῆς βασιλέως εἰς τοὺς ἀποστάτας φιλανθρωπίας.

Ἀμείβεται μὲν οὖν βασιλεὺς τὸν στρατὸν χρήμασιν.

CAP. X.

De imperatoris in rebelles clementia.

Imperator vero exercitum quidem pecuniis re-

VARIÆ LECTIONES.

[a] C. C. ἢ μόνων.

VALESII ANNOTATIONES.

Christophorsonus vero hunc locum ita exposuit. *Et utrumque publicum balneum, quod duobus distinctis temporibus inservit, eadem oppressit calamitas.* Ego vero horum verborum hunc esse sensum existimo. Duo erant Antiochiæ publica lavacra, pro anni tempestatibus divisa. Alterum æstivum, alterum hibernum. Ex his balneis alterum terræ motu D illo corruisse ait Evagrius.

(26) *Τῷ ἄρτῳ τεχμαιρόμενοι.* Hunc locum ita exposuit Christophorsonus: *Et ut quidam conjecturam ex pane qui in tota civitate consumi solet, faciunt, hæc lues sexaginta hominum millia exstinxit.* Mihi tamen hæc interpretatio non placet. Neque enim ea ratione numerum mortuorum iniri potuisse existimo. Hunc igitur locum ita malim exponere. Quemadmodum Romæ, Constantinopoli, et Alexandriæ annona ex publico civibus erogabatur, ita quoque Antiochiæ factum fuisse existimo. Erat enim Antiochia una ex quatuor maximis civitatibus imperii Romani. Ex his igitur panibus qui quotidie erogari solebant, facile erat colligere numerum mortuorum. Si quis tamen expositionem Christophorsoni sequi maluerit, non magnopere repugnabo. Præsertim cum de annona publica urbis Antiochiæ nullum exstet veteris Scriptoris testimonium.

(27) *Φοράδην ἀνελόμενοι.* Nicephorus aliquot verba hic adjecit hoc modo: *Φοράδην οὖν τῷ σχήματι· ἀνελόμενοι.* Quod nescio utrum ex conjectura addiderit, an in suo codice ita scriptum invenerit.

(28) *Ὁ Γερμανός.* De hac Germani victoria strictim, ut solet, loquitur Theophylactus in lib. III, c. 5.

VARIORUM.

(*k*) *Οἳ καὶ φοράδην ἀνελόμενοι.* Legendum ὃν. καὶ φοράδην ἀν. — W. Lowth.

(*l*) *Ὥστε καὶ τοὺς βαρβάρους.* Hæc et quæ sequuntur de militum, opera Gregorii, reconciliatione. Pagius refert ad an. 589.

Digitized by Google

muneratus est. Germanum vero cum quibusdam aliis inde revocatum, in judicium deduxit. Cumque omnes judicum sententia capitali supplicio damnati essent, imperator tamen nullo incommodo affici eos permisit: imo honores ac præmia eis largitus est. Dum hæc geruntur, Abares usque ad longum murum semel atque iterum excursione facta, Singidunum, Anchialum et universam Achaiam, alias præterea urbes et castella expugnarunt atque in servitutem redegerunt: igni, ferroque cuncta vastantes; nullo resistente, eo quod maxima pars exercitus Romani in Oriente esset. Imperator igitur Andream, qui primus fuerat inter imperiales satellites, eo misit, persuasurum militibus, ut priores præpositos ac reliquos ductores quos antea habebant, susciperent.

A Ἀναγαγὼν δὲ Γερμανὸν καὶ ἑτέρους, ἐς κριτήριον καλεῖ. Καὶ πάντες μὲν θανάτου κατεψηφίσθησαν· οὐ μὴν εἴασεν ἄχαρί τι παθεῖν, ἀλλὰ καὶ γερῶν ἠξίωσε. Τούτων ὧδε χωρούντων, οἱ Ἄβαρες δὶς μέχρι τοῦ καλουμένου μακροῦ τείχους διελάσαντες, Σιγγιδόνα Ἀγχίαλόν τε, καὶ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν, καὶ ἑτέρας πόλεις τε καὶ φρούρια ἐξεπολιόρκησαν καὶ ἠνδραποδίσαντο, ἀπολλύντες ἅπαντα καὶ πυρπολοῦντες τῶν πολλῶν στρατευμάτων κατὰ τὴν Ἑῴαν ἐνδιατριβόντων. Πέμπει δέ γε βασιλεὺς (29) Ἀνδρέαν[38], τῶν βασιλικῶν ὑπασπιστῶν πρῶτον γενόμενον, πείσοντα τὸν στρατὸν, τοὺς προτέρους λοχαγούς τε καὶ λοιποὺς ἐσδέξασθαι.

CAP. XI.

Quomodo Gregorius Antiochensis episcopus ad pacandos milites directus est.

Sed cum milites id mandatum ne audire quidem sustinuissent, totius negotii cura in Gregorium transfertur, non solum eo quod ad res maximas perficiendas erat aptissimus, verum etiam eo quod summus ei honor ab exercitu, et quidem jure merito deferebatur. Multos enim milites pecuniis donaverat. **461** Aliis vestem ac cibaria aliasque res subministraverat, tunc cum delectu habito in matriculam ascripti per ipsius agros transirent. Missis igitur quaquaversum nuntiis, principales milites evocavit ad locum qui Litarba dicitur, trecentis stadiis distans ab urbe Antiochia. Ad quod ipse cum venisset, tametsi in lecto decumberet, ejusmodi verba fecit.

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ὡς Γρηγόριος ὁ Θεουπόλεως εἰς διαλλαγὰς ἐξαπεστάλη τοῦ στρατοῦ.

Ὧν μηδὲ μέχρις ὤτων ὑπομεινάντων τὸ κέλευσμα, ἐς Γρηγόριον τὸ πρᾶγμα μετασκευάζεται, οὐ μόνον ὅτι τὰ μέγιστα ἐργάζεσθαι οἷός τε καθεστήκει, ἀλλ' ὅτι καὶ πολλὴν ὤφλε τιμὴν αὐτῷ τὸ στράτευμα· τῶν μὲν χρήμασι δεξιωθέντων πρὸς αὐτοῦ· τοῦ δὲ (*m*), καὶ ἐσθῆσι, βρωτοῖς τε καὶ ἑτέροις, ὅτε στρατολογηθέντες ἐκ καταλόγου δι' αὐτοῦ παρῆσαν (30). Ἀγείρει τοίνυν τοὺς ἐς πρῶτα τοῦ στρατοῦ τελοῦντας ἀγγελιαφόρους ἑκασταχοῦ πέμψας, ἐν Λιτάρβοις (31) τῷ χωρίῳ, διεστῶτι Θεουπόλεως ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους σταδίους. Παρ' οὓς αὐτὸς γενόμενος, καὶ ταῦτα κλινοπετὴς ὑπάρχων, ἔλεξε τοιάδε·

C

VARIÆ LECTIONES.

[38] C. C. βασίλειον ἄνδρα.

VALESII ANNOTATIONES.

(29) *Ἀνδρέαν.* Hunc Aristobulum vocare videtur Theophylactus in lib. III, cap. 3. Quem ait fuisse curatorem domus Antiochi.

(30) *Δι' αὐτοῦ παρῆσαν.* Hic locus non minimam habet difficultatem. Musculus quidem ita vertit: *Quando ad militiam conscripti ex catalogo, per ipsum sunt admissi.* Christophorsonus vero eodem fere modo interpretatur: *alii vestitu, cibo, et aliis rebus adjuti tum cum in album militum ascripti, et per eum admissi fuerant.* Eumdem quoque sensum secutus videtur Nicephorus, qui hunc Evagrii locum ita expressit, ἄλλως τε καὶ ὅσοι ἐκ καταλόγου στρατολογηθέντες ἦσαν, δι' ἐκείνου παρῆσαν. Quæ verba ita vertit Langus: *Tum autem quicunque delectu habito per sacramentum militare in Catalogum ascripti erant, per ipsum id consecuti fuerant.* Mihi tamen non placet hæc interpretatio. Neque enim adeo expetenda res eo quidem tempore fuit militia Romana, ut suffragio cujusquam opus fuerit ad hoc, ut quis militum numero ascriberetur. Quare existimo potius hæc verba ita esse exponenda: *Tunc cum militaribus numeris ascripti, per ipsius agros transirent.* Notat hoc loco Evagrius munificentiam Gregorii Antiochensis episcopi, qui milites per agros suos transeuntes, non solum hospitio excipiebat, sed et vestem, et cibos ac pecunias iis donabat. Certe παριέναι hoc sensu usurpat Justinianus in Novella 130, de transitu militum, ὥστε τοὺς τοῦ ἡμετέρου στρατεύματος ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ παριόντας ἀμέμπτως ἀποτρέφεσθαι. In codice Telleriano hunc locum ita scriptum inveni, ὅτε στρατολογηθέντες ἐκ καταλόγων δι' αὐτοῦ παρῆσαν.

(31) *Ἐν Λιτάρβοις.* Vicus est in territorio Chalcidis urbis Syriæ, cujus meminit Julianus imperator in epistola 27. Juxta hunc vicum erant Hibernacula regis Antiochi, quorum reliquias adhuc sua ætate superfuisse testatur ibidem Julianus, ita scribens: Μέχρι τῶν Λιτάρβων ἦλθον. Ἔστι δὲ ἡ κώμη Καλχίδος, καὶ ἐνέτυχον ὁδῷ λείψανα ἐχούσῃ χειμαδίων Ἀντιοχικῶν. Quem locum Martinius ita vertit: *Ad Litarbos veni, quod oppidum est in Chalcide: et casu incidi in viam quamdam quæ reliquias adhuc Antiochensium Hibernorum habebat.* Ego vero sic interpretor: *Litarba adveni, qui vicus est in agro Chalcidico. Et viam offendi quæ reliquias habebat Hibernorum regis Antiochi.* Ejusdem vici meminit Theophanes, in *Chronico*, pag. 151, ubi ait Alamundarum populatum esse Syriam primam usque ad fines Antiochiæ, et usque ad Litarga et Scaphata. Verum in Theophane scribendum puto, τῶν λεγομένων Λιτάρβαν καὶ Σκαφάτων κτημάτων. Quam emendationem confirmant sequentia. Addit enim καὶ ἔκαυσε τὰ ἔξω τῆς Καλχίδος.

VARIORUM.

(*m*) *Τοῦ δέ.* Legendum τῶν δέ. W. Lowth.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Δημηγορία Γρηγορίου πρὸς τὸν στρατόν.

Ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι τὴν προσηγορίαν καὶ τὰ πράγματα, ᾠμην ἐκ παλαιοῦ τὴν ὑμῶν παρ' ἡμᾶς ἄφιξιν ἔσεσθαι, κοινωσομένων τὰ παρόντα, βουλήν τε λῃψομένων ἣν ἡ πρὸς ὑμᾶς [36] εὔνοια κατεπαγγέλλεται, τοῖς προλαβοῦσιν οὐκ ἐνδοιαστῶς βεβαιωθεῖσα, ὅτε τὸν νῆϊτην ὑμῶν κλόνον (32) καὶ τὸν ἐντεῦθεν σάλον, τοῖς ἐπιτηδείοις ἐδεξιούμην. Ἀλλ' ἐπεὶ μέχρι τοῦδε παρῶπται, ἴσως ἄνωθεν οὐκ ἐνδοσίμου γενομένου, ἵνα Πέρσαι μὲν τὴν Ῥωμαίων τέλειον ἀνδρείαν ἐκμάθοιεν, πρὸς ἀνδρῶν ἀστρατηγήτων ἐκπολεμηθέντες· ἡ δέ γε ὑμῶν ἀκραιφνὴς εὔνοια διὰ πάντων βεβαιωθεῖσα, τῷ καιρῷ βασανισθεῖσα καὶ τοῖς ἔργοις μαρτυρηθεῖσα (δεδείχατε γὰρ ὡς εἰ καὶ πρὸς τοὺς στρατηγήσαντας ὑμῶν τὴν λύπην ἐκληρώσασθε, οὐδὲν ὑμῖν τοῦ πολιτεύματος προύργιαίτερον)· φέρε νῦν περὶ τῶν πρακτέων σκοπήσωμεν· Βασιλεὺς ὑμᾶς προσκαλεῖται, πάντων τῶν ἠγνσαμένων ἀμνηστίαν κατεπαγγελλόμενος, τὴν ἐς τὴν πολιτείαν ὑμῶν εὔνοιαν, καὶ τὴν παρὰ τὸν πόλεμον ἀνδρείαν ἐς ἱκετηρίαν καὶ θαλλοὺς δεξάμενος· ταῦτα δοὺς ὑμῖν τῆς ἀφέσεως ἐνέχυρα πάντων ἀσφαλέστατα, καί φησιν, ὡς Εἰ ὁ Θεὸς τῇ εὐνοίᾳ τὸ πλέον δέδωκε, καὶ τῶν ἁμαρτάδων ἐξωσθεισῶν, ἡ ἀνδρεία διεφάνη, σαφὴς ἔλεγχος τῆς συγχωρήσεως γενομένη, πῶς οὐχ ἕψομαι τῇ θείᾳ κρίσει; Καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ οὗ ἂν θέλῃ (33), κλίνει αὐτήν. Ὑπείξατέ μοι οὖν, ὦ Ῥωμαῖοι, τάχιστα· καὶ μὴ καταπροδῶμεν τὸν παρόντα καιρὸν, μηδὲ παρολισθίσοι διαμάρτων [37]. Μισεῖ γὰρ κρατεῖσθαι διαδραμών, καὶ ὥσπερ ἀγανακτῶν ὅτι γε παρώφθη, δύσληπτος (34) εἶναι καθάπαξ οὐκ ἀνέχεται. Κληρονομήσατε οὖν τοὺς πατέρας τῆς εὐηκοΐας, ὥσπερ τῆς ἀνδρείας ἐκληρονομήσατε, ἵνα διὰ πάντων Ῥωμαῖοι δειχθῆτε, καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἄψηται μῶμος, ἢ νενοθευμένους ὑμᾶς παῖδας δείξῃ. Ὑπὸ τοῖς ὑπάτοις καὶ βασιλεῦσι ταττόμενοι, οἱ ὑμᾶς φύσαντες, πειθοῖ καὶ ἀνδρείᾳ τὸ οἰκούμενον ἅπαν προσεκτήσαντο. Μάλλιος Τουρκουάτος τὸν παῖδα στεφανώσας ἀνεῖλεν, ἀνδρισάμενον μὲν, ἀπειθήσαντα δέ. Τῶν γὰρ ἀγαγόντων εὐβουλίᾳ (35) καὶ τῶν ἀγομένων εὐπειθείᾳ, μεγάλα πεφύκασιν ἀγαθὰ κατεργάζεσθαι. Θάτερον δὲ τοῦ ἑτέρου χηρεῦον, χωλεύει τε καὶ πε-

A

CAP. XII.

Gregorii oratio ad exercitum.

Ego quidem existimabam, viri et nomine et rebus ipsis Romani, vos jampridem ad me venturos esse, tum de iis quæ acciderant, mecum communicaturos, tum ejusmodi capturos consilium quod mea erga vos benevolentia pollicetur. Quæ quidem superioribus officiis certissime confirmata est, tunc cum navalem vestrum tumultum, et tempestatem inde excitatam, missis alimentis sublevavi. Sed quoniam hactenus id neglectum est, divina fortasse providentia ejus rei copiam minime tribuente, tum ut Persæ a viris duce destitutis superati, Romanorum fortitudinem penitus perspicerent, tum ut vestra in rempublicam sincera benevolentia opportuno tempore explorata et rebus ipsis comprobata, omnibus modis confirmaretur. Perspicue enim declaratis, licet adversus duces vestros causas doloris ac simultatis habeatis, nihil tamen republica antiquius vobis esse. Nunc igitur quid agendum sit consideremus. Invitat nos imperator, omnium præteritorum oblivionem promittens : vestram in rempublicam benevolentiam, et in prælio fortitudinem, tanquam ramos ac verbenas supplicum suspiciens : et indulgentiæ **462** suæ pignora omnium certissima vobis donans, cum ita dicit : si Deus vestræ in rempublicam benevolentiæ victoriam concessit, et depulsis peccatis, fortitudo vestra eluxit, quod certissimum est argumentum indultæ veniæ : quomodo ipse Dei præjudicium non sequar ? Cor regis in manu Dei est, et quocunque voluerit Deus, illud inclinat. Obtemperate itaque mihi quam citissime, Romani : nec occasionem nobis oblatam dimittamus, nec elabi patiamur. Nam postquam effugerit, comprehendi se non patitur : et quasi indigne ferens quod neglecta fuerit, nunquam se bis capi sinit. Hæredes estote obedientiæ majorum vestrorum, sicut fortitudinis eorum hæredes fuistis, ut vos Romanos undecunque ostendatis, nec ulla reprehensionis nota nomini vestro inuratur, vosque degeneres esse filios arguat. Majores vestri sub consulum atque imperatorum regimine constituti, obedientia ac fortitudine orbem terrarum subegerunt. Manlius Torquatus filium suum, qui fortiter

B

C

VARIÆ LECTIONES.

[36] C. C. ὑμᾶς. [37] παρελησθήσῃ διαμαρτανόντων.

VALESII ANNOTATIONES.

(32) *Ὅτε τὸν νῆϊτην ὑμῶν κλόνον.* Nescio quid de navali Romanorum pugna hic somniavit Christophorsonus. Neque enim Romani eo tempore navalem pugnam commiserant, sed terrestri prælio cum Persis conflixerant. Metaphora igitur usus est hoc loco Evagrius noster : et castra quidem Romanorum comparat navi : seditionem vero quam excitaverant, comparat tempestati.

(33) *Ὡς οὐχ ἕψομαι τῇ θείᾳ ἂν θέλῃ.* Deerat hoc loco integra linea, quam ex optimo codice Florentino supplevi. Eadem quoque lacuna videtur fuisse in eo codice quo usus est Nicephorus. Neque enim omissurus erat præclaram illam sententiam qua usus erat Mauricius : *Cor regis in manu Dei ;* si illam in exemplari suo reperisset.

(34) *Παρώφθη, δύσληπτος.* In optimo codice Florentino totus hic locus ita legitur : Καὶ ὥσπερ ἀγανακτῶν ὅτι γε παρώφθη, δύσληπτος εἶναι καθάπαξ οὐκ ἀνέχεται. Optime, dummodo disjunctis vocibus legamus δὶς ληπτός, quemadmodum legitur apud Nicephorum in cap. 15 lib. xvm. Facessat igitur Christophorsoni et Savilii conjectura, qui εὔληπτος hoc loco restituebant.

(35) *Τῶν γὰρ ἀγαγόντων εὐβουλίᾳ.* Scribendum est procul dubio εὐβουλίᾳ, et paulo post εὐπειθείᾳ absque subscripto. Id enim postulant leges grammaticæ ; atque ita etiam legitur apud Nicephorum.

Digitized by Google

quidem se gesserat, imperio tamen minime paruerat, coronatum securi percussit. Ducum enim prudentia et militum obedientia res maximæ perfici solent. Quod si alterum alterius ope destituatur, claudicat statim atque eversum labitur, disjuncto duarum illarum virtutum præstantissimo jugo. Nolite igitur amplius cunctari : sed mihi obtemperate, qui tanquam sacerdos, inter imperatorem et exercitum reparandæ concordiæ interpres sum. Ostendite nullam esse perduellionem in eo quod agitis, sed justam indignationem, ad breve tempus susceptam adversus duces vestros a quibus injuria affecti estis. Nisi enim quam celerrime ad imperatorem accurreritis, ego quidem tum benevolentiæ quam debeo in rempublicam, tum meæ erga vos amicitiæ satisfecero. Vos vero considerate, quæso, quinam sint exitus tyrannorum. Qua enim ratione præsentium rerum statum terminabitis ? Ut in unum collecti permaneatis, fieri nullo modo potest. Unde enim fruges ad vos convehentur, aut ea commoda quæ mare continenti subministrare solet : nisi Christianis bellum inferentes, et ab iisdem vicissim bello appetiti, res omnium teterrimas faciatis ac sustineatis. Quis autem horum finis futurus est ? Hac illac dispersi, vitam transigetis. Aderit e vestigio vindex justitia, non sinens ut veniam amplius consequamini. Datis igitur dextris, ea quæ et nobis et reipublicæ profutura sint perpendamus : quando et salutaris passionis et sanctissimæ resurrectionis Dei nostri Jesu Christi festos dies, nobis ad id suffragantes habemus.

ριτρέπεται, καὶ σφάλλεται πάντως, τῆς ἀρίστης ξυνωρίδος διαλυομένης. Μὴ οὖν μέλλετε· πείσθητε δέ μοι, ἱερωσύνης βασιλείᾳ καὶ στρατῷ μεσιτευούσης· καὶ δείξατε ὡς οὐ τυραννὶς τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ δικαία πρὸς μικρὸν ἀγανάκτησις κατὰ τῶν ἀδικησάντων ὑμᾶς στρατηγῶν. Εἰ γὰρ μὴ τὴν ταχίστην προσδράμοιτε, ἐγὼ μὲν ἐξοσιώσομαι καὶ τὴν ἐς τὴν πολιτείαν εὔνοιαν, καὶ τὴν ἐς ὑμᾶς φιλίαν. Ὑμεῖς δὲ σκοπεῖτε ποῖα τῶν τυράννων τὰ τέλη. Ποῖ γὰρ καὶ περανεῖτε τὰ παρόντα ; Ἀθρόους εἶναι, τῶν ἀδυνάτων. Πόθεν γὰρ ἡ τῶν ὡραίων συγκομιδὴ, ἢ ὧν ἐς ἀντίληψιν ἡ θάλασσα τῇ ἠπείρῳ δίδωσιν, εἰ μή γε πολεμοῦντες Χριστιανοὺς, καὶ πολεμούμενοι, τὰ πάντων αἴσχιστα δράσοιτε καὶ πείσοισθε ; Καὶ ποῖ τὸ τέλος· σποράδες γενόμενοι βιοτεύσοιτε. Αὐτόθεν παρὰ πόδας ἡ δίκη, συγγνώμην τοῦ λοιποῦ νέμειν οὐκ ἀνεχομένη. Δόντες οὖν δεξιὰς, καὶ ἑαυτοῖς καὶ τῷ πολιτεύματι τὸ συνοῖσον σκοπήσωμεν, ὅτ' ἂν καὶ τὰς ἡμέρας τοῦ σωτηρίου πάθους, καὶ τῆς παναγίας ἀναστάσεως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ συνεπιλαμβανομένας ἔχωμεν.

463 CAP. XIII.

Quomodo post orationem Gregorii, milites deposita priore sententia, Philippicum ducem denuo susceperunt,

His dictis cum multum illacrymatus esset, momento temporis omnium mentes velut divina quadam virtute commutavit. Statimque postularunt, ut ex conventu discedere ipsis liceret, quo de his quæ agenda erant, inter se ipsi deliberarent. Nec multo post reversi, sese arbitrio voluntatique episcopi permiserunt. Qui cum Philippicum illis nominasset ut eum sibi ductorem postularent, se et universum exercitum gravi jurejurando ea de re obstrictum esse dixerunt. Tum Gregorius nihil cunctatus nec ullatenus moratus, Dei gratia sacerdotem se esse dixit, et datam sibi esse potestatem ligandi atque solvendi, tum in cœlo, tum in terris [6]. Simul divinum oraculum eis in memoriam revocavit. Cumque milites hac etiam in re acquievissent, Gregorius precibus ac supplicationibus Deum placavit. Et immaculato Christi corpore eis distributo : erat enim venerabilis imprimis dies secunda feria quæ Dominicæ passioni vicina est.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Ὅτι μετὰ τὸ δημηγορῆσαι Γρηγόριον, μετέθεντο ταῖς γνώμαις οἱ στρατιῶται, καὶ πάλιν δέχονται Φιλιππικὸν στρατηγόν.

Τοσαῦτά γε εἰπὼν, καὶ πλεῖστά γε ἐπιδακρύσας, ὥσπερ ἐκ θείας τινὸς ῥοπῆς ἁπάντων τὰς γνώμας ἐν ἀκαρεῖ μετατέθεικεν· οἵπερ ἐξήτησαν ὑπεξελθεῖν τοῦ συλλόγου, καὶ καθ' αὑτοὺς περὶ τῶν πρακτέων βουλεύσασθαι. Ἦκον τοίνυν οὐ μετὰ πολὺ σφᾶς αὐτοὺς τῷ ἱερεῖ ἐγχειρίσαντες. Καὶ δῆτα Φιλιππικὸν αὐτοῖς ἐξονομάσαντος, ἵν' αὐτοὶ στρατηγὸν σφίσιν ἐξαιτήσωσιν, ὅρκοις δεινοῖς ἔφασκον περὶ τούτου διομόσασθαι καὶ τὸ σύμπαν στράτευμα. Ὁ δὲ, μὴ πρὸς τοῦτο μελλήσας ἢ ὅλως ἑλινύσας, ἱερεὺς ἔφη κατὰ συγχώρησιν εἶναι, ἐξουσίαν τε ἔχειν, λύειν καὶ δεσμεῖν ἐπὶ γῆς τε καὶ οὐρανοῦ, καὶ τῆς θείας ἀπεμνημόνευε φωνῆς. Ἐνδόντων δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, τὸν Θεὸν λιταῖς καὶ προσευχαῖς ἐξωσιοῦτο (36)· καὶ τοῦ ἀχράντου αὐτοῖς μεταδοὺς σώματος (ἦν γὰρ ἡ πάνσεπτος ἡμέρα (37) δευτέρα ἡ τῷ ἁγίῳ ἐγγίζουσα πάθει), πάντας δειπνίσας ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους, στιβάδων ἐπὶ τῆς πόας σχεδιασθεισῶν, ὑπέστρεφε κατὰ τὴν ἐξῆς. Ἔδοξε δὲ αὐτοὺς συλλεγῆναι ἧ βού-

[6] Matth. xvi, 19.

VALESII ANNOTATIONES.

(36) *Λιταῖς καὶ προσευχαῖς ἐξωσιοῦτο.* Hæ preces atque orationes referri possunt, vel ad reconciliationem pœnitentium, et ad absolutionem sacramenti quo milites sese obstrinxerant; vel ad Missarum solemnia, quæ Gregorius tunc celebravit coram tribunis ac centurionibus exercitus Romani, quibus etiam sacram communionem impertiit, ut testatur Evagrius. Ita certe hunc locum exponit Nicephorus : Λιταῖς, inquit, ἐξωσιοῦτο τὸ Θεῖον· καὶ τὴν θείαν τελέσας μυσταγωγίαν, τοῦ ἀχράντου σώματος ἅπασι μετεδίδου.

(37) *Ἡ πάνσεπτος ἡμέρα.* In optimis codicibus Florentino et Telleriano additur δευτέρα. Id est, secunda feria magnæ hebdomadis. Eamdem quoque emendationem in codice Vulcobiano ad latus scriptam inveni.

Digitized by Google

λοιντο. Μεταπέμπεται τοιγαροῦν Φιλιππικὸν ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας διάγοντα, ἐπειγόμενόν τε κατὰ τὴν βασιλέως (38), ἀναγαγὼν τῇ βασιλείᾳ περὶ τούτων, στείλας τε καὶ τὰς παρὰ τοῦ στρατοῦ περὶ Φιλιππικοῦ δεήσεις. Ὑπαντῶσι τοίνυν τῷ Φιλιππικῷ κατὰ τὴν Θεουπολιτῶν γενομένῳ, καὶ τοὺς ἠξιωμένους τῆς θείας παλιγγενεσίας ἐς ἱκετείαν προσλαβόμενοι προσπίπτουσιν αὐτῷ· καὶ δεξιὰς ἀμνηστίας λαβόντες, σὺν αὐτῷ τὰς ἐπιστρατεύσεις ποιοῦνται. Οὕτω μὲν δὴ προκεχωρήκει ταῦτα.

A Cum universos, duo circiter hominum millia, tori in gramine tumultuarie compositis cœna excepisset, postridie domum reversus est. Placuerat autem, ut milites quo in loco vellent, in unum convenirent. Gregorius igitur Philippicum accersit qui, tum apud Tarsum urbem Ciliciæ morabatur, et Constantinopolim quamprimum proficisci parabat. Porro de his rebus ad imperatorem retulit, missis etiam supplicationibus militum, quibus Philippicum ducem postulabant. Cum ergo Philippicus Antiochiam venisset, milites illic ei occurrunt: et iis qui divinæ regenerationis lavacrum promeriti fuerant, ad supplicandum pro se assumptis, ad genua ejus procumbunt. Qui cum dextra data oblivionem præteritorum eis confirmasset, milites una cum illo in expeditionem profecti sunt. Atque hæc quidem hunc in modum processere.

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Περὶ τῆς ἁλώσεως Μαρτυροπόλεως (n).

Σίττας δέ τις τῶν ἐν Μαρτυροπόλει δεκαδάρχων (39), πρός τινα τῶν αὐτόθι στρατιωτικῶν ἀρχόντων λυπηθείς, καταπροδίδωσι τὴν πόλιν, τὴν ἀπόλειψιν τῶν ἐγκαθημένων αὐτὴν (40) στρατιωτῶν ἐπιτηρήσας· καὶ λόχον Περσικὸν (41) ὡς Ῥωμαῖον εἰσαγαγών, τὴν πόλιν κατέσχεν, ἐπικαιροτάτην Ῥωμαίοις καθεστῶσαν· τὰ μὲν πολλὰ τῶν γυναίων τῶν σφριγώντων, εἴσω κρατήσας· ἅπαντας δὲ τοὺς ἄλλους χωρὶς ἐνίων οἰκετῶν ἐξελάσας. Εὐθέως μὲν οὖν ὁ Φιλιππικὸς αὐτοῦ τὴν ἔλασιν ἐποιεῖτο, καὶ περικαθήσας [36] τὴν πόλιν ἐπολιόρκει, οὐδὲν τῶν ἐς πολιορκίαν ἐπιτηδείων ἔχων· ὅμως δ' οὖν ἐκ τῶν παρόντων αὐτῷ διεμάχετο, καί τινας διώρυχας ἐργασάμενος, ῥίπτει τῶν πύργων ἕνα. Οὐ μὴν τὴν πόλιν ἐξίσχυσε περιστήσεσθαι (o), τῶν Περσῶν διανυκτερευσάντων, καὶ τὸ πεπτωκὸς κατασφαλισαμένων. Ὡς δὲ συχνὰ προσβάλλοντες οἱ Ῥωμαῖοι τῷ τείχει, ἀπεκρούοντο (ἐπίσκοπα γὰρ ἐξ ὑπερδεξιῶν ἐφέρετο κατ' αὐτῶν τὰ βέλη, καὶ πλέον ἐβλάπτοντο ἢ τοὺς ἔνδον ἐλύπουν), λύουσι τὴν πολιορκίαν· καὶ σμικρὸν διαστάντες, στρατοπεδεύονται μόνον, τὸ μὴ ἑτέρους προστεθῆναι Πέρσας, ἐπιτηροῦντες. Κελεύσμασι δὲ Μαυρικίου, καὶ Γρηγόριος ἀφικνεῖται πρὸς

464 CAP. XIV.

Quomodo capta sit Martyropolis.

Interea Sittas quidam, qui decanus erat Martyropoli, injuriam sibi illatam a quodam ex militiæ rectoribus ægre ferens, urbem hostibus prodidit, observato tempore quo milites præsidiarii ex urbe discesserant: introductaque Persarum cohorte, perinde ac si ea Romanorum cohors esset, urbem occupavit admodum opportunam Romanis. Et ex junioribus quidem feminis, plerasque intra urbem retinuit: reliquos autem omnes, exceptis aliquot servulis, ejecit. Confestim igitur Philippicus eo profectus, urbem obsidione cinxit, tametsi nihil eorum quæ ad obsidionem necessaria sunt, ipsi C suppeteret. Nihilominus iis quæ ad manum erant utens, urbem oppugnavit, actisque quibusdam cuniculis unam ex turribus dejecit. Sed cum Persæ tota nocte insomnes, id quod collapsum fuerat instaurassent, urbem expugnare non potuit. Cum igitur Romani crebro murum adorti, assidue repellerentur; tela enim ex superiore loco in eos missa, raro a scopo aberrabant, ita ut ipsi plus detrimenti acciperent quam hostibus inferrent; obsidionem solverunt. Ac paululum inde digressi, castrametati sunt, id unum sollicite observantes,

VARIÆ LECTIONES.

[36] C. C. παρακαθήσας.

VALESII ANNOTATIONES.

(38) *Ἐπειγόμενόν τε κατὰ τὴν βασιλέως.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui post hæc verba distinctionem apposuerunt. Est enim prorsus necessaria. Sed et ante illos Nicephorus hunc locum ita distinxerat. Melius tamen Nicephorus scriptum habet πρὸς τὴν βασιλέως.

(39) *Τῶν ὁν Μαρτυροπόλει δεκάρχων.* Rectius in manuscriptis codicibus Florentino et Telleriano scribitur δεκαδάρχων, quemadmodum etiam Vulcobius ac Savilius in margine suorum codicum emendarunt. Nicephorus in cap. 17 lib. XVIII, hunc Evagrii locum ita exponit: Δεκάδος ἄρχων στρατιωτικοῦ τάγματος καθεστηκώς. Hi a Latinis decani dicebantur, non autem decuriones, ut Musculus et Christophorsonus interpretantur. Testatur id Vegetius in cap. 8 lib. II, agens de centurionibus sive ordinariis: *Erant*, inquit, *decani denis militibus præpositi, qui nunc caput contubernii vocantur.* D

(40) *Τῶν ἐγκαθημένων αὐτήν.* Procul dubio scribendum est αὐτῇ. Sic enim lex grammatica postulat.

(41) *Λόχον Περσικόν.* Quadringentos homines armatos, ut scribit Theophylactus, in cap. 5 lib. III.

VARIORUM.

(n) *Περὶ τῆς ἁλώσεως Μαρτυροπόλεως.* Martyropolis urbs erat Armeniæ Majoris in Sophanine tractu, juxta Nymphium fluvium, in Mesopotamiæ confinio. BAUDRAND.

(o) *Οὐ μὴν τὴν πόλιν ἐξίσχυσε περιστήσεσθαι.* Legendum παραστήσασθαι, qua voce usus est Evagrius ad finem capitis. W. LOWTH.

Digitized by Google

ne Persis qui obsessi erant, ulla submitterentur auxilia. Verum jussu imperatoris Mauricii Gregorius ad exercitum perrexit, eique persuasit ut ad oppugnandam urbem reverteretur. Milites tamen nihilo plus quam antea perficere potuerunt, cum bellicis machinis quibus urbes expugnari solent, penitus destituerentur. Itaque exercitus quidem ad hiberna dimissus est. In proximis autem castellis crebra relicta sunt militum præsidia, ne supervenientes Persæ clanculo urbem ingrederentur. Sequenti æstate, cum exercitus Romanorum in unum collectus esset, et Persæ expeditionem suscepissent adversus Romanos, circa Martyropolim gravis commissa est pugna. Cumque Philippicus superior fuisset, multique Persæ, et inter hos princeps quidam fortissimus in prælio cecidisset, Persarum tamen multitudo non contemnenda Martyropolim ingressa est, id quod maxime illis studio fuerat. Exinde Romani ab obsidione quidem urbis abstinendum sibi esse censuerunt. Neque enim fieri posse ut eam vi expugnarent. Alteram autem urbem in montosis et munitioribus locis, septem **465** stadiis a Martyropoli exstruxerunt, ut insidiis atque excursionibus eam infestarent. Et hæc quidem æstivo tempore facta sunt a Romanis. Hieme vero dimissus est exercitus.

A τὸ στρατόπεδον, καὶ πείθει πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐπανελθεῖν. Οὐ μήν τι πλέον ἐξεργάσασθαι οἷοί τε γεγόνασι, μηδενὸς τῶν ἐλεπόλεων μηχανῶν ὄντος. Ὅθεν διαλύεται μὲν ὁ στρατὸς διαχειμάσων· ἐς δὲ τὰ σύνεγγυς φρούρια, συχναὶ φρουραὶ καταλιμπάνονται, ἵνα μὴ λαθόντες Πέρσαι τῇ πόλει ἐπεσέλθωσι. Καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς δὲ θέρος, ἀθροισθέντος τοῦ στρατεύματος, καὶ Περσῶν ἐπιστρατευσάντων, γίγνεται μὲν ἀμφὶ Μαρτυρόπολιν μάχη καρτερά. Καὶ τὸ πλέον ἐσχηκότος Φιλιππικοῦ, καὶ πολλῶν Περσῶν πεπτωκότων, ἐνὸς ἥρωος ἐσσηθέντος ἱκανὴ πληθὺς Περσῶν ἐσπέπτωκεν ἐν Μαρτυροπόλει, ὃ καὶ μάλιστα διεσπουδάσθη αὐτοῖς. Ἐντεῦθεν πολιορκεῖν μὲν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν πόλιν ἀπέγνωσαν. Μηδὲ γὰρ δυνάμει ταύτην οἷόν τε παραστήσασθαι· ἑτέραν δὲ ἀντανιστῶσι πόλιν ἀπὸ σταδίων ἑπτὰ, ἐπὶ τὰ ὄρεια καὶ ἐρυμνότερα μέρη, ὡς ἂν ἐπιτειχήσεις τινὰς καὶ ἀντεπιχειρήσεις ποιοῖντο. Καὶ ταῦτα μὲν θερίζοντες ἔπραττον, τῷ δὲ χειμῶνι διελύοντο (*p*).

CAP. XV.

De Comentiolo magistro militum, et de expugnatione castelli Ochas.

Mittitur posthac ab imperatore Comentiolus genere Thrax, qui Philippico in magisteria potestate succederet. Hic fortissime cum Persis congressus, cum una cum equo præceps dejectus esset, pene interierat, nisi quidam ex satellitibus ipsum equo funali impositum ex prælio subduxisset. Superati nihilominus Persæ, universis ducibus suis amissis, fugam arripuerunt, et Nisibim se receperunt: cumque ad regem suum reverti minime auderent: mortem enim ipsis minatus fuerat, nisi duces suos salvos atque incolumes reducerent: illic adversus Hormisdam conjurationem ineunt, auctore Varamo magistro militum apud Persas, qui paulo antea ex prælio adversus Turcos una cum suis redierat. Interea Comentiolus Martyropolim obsidens, maximam quidem copiarum partem illic reliquit: ipse

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Περὶ τῆς στρατηγίας Κομεντιόλου, καὶ ἁλώσεως τῶν Ὀκβας.

Καὶ πέμπεται τῆς ἡγεμονίας διάδοχος (*q*) Κομεντίολος, Θρᾷξ γένος· ὃς κράτιστα Πέρσαις συνεπλάκη, καὶ μικροῦ τὸν βίον κατέστρεψε σὺν καὶ τῷ ἵππῳ καταβραγείς, εἰ μή τις τῶν δορυφόρων ἔν τινι τῶν παρόχων ἵππων (42) ἐπιβιβάσας, τῆς μάχης ὑπεξήγαγε. Φεύγουσι δὲ οὖν οἱ περισωθέντες τροπάδην (43), πάντας τοὺς σφετέρους ἡγεμόνας ἀποβαλόντες, καὶ κατὰ τὴν Νίσιδιν διασώζονται· καὶ τὴν πρὸς τὸν σφῶν βασιλέα δεδιότες ἐπάνοδον· θάνατον γὰρ αὐτοῖς ἠπειλήκει, εἰ μὴ τοὺς ἡγεμόνας διασώσωσιν· αὐτοῦ τὴν κατὰ Ὀρμίσδου τυραννίδα μελετῶσιν, ἤδη καὶ Βαράμου στρατηγοῦ Περσῶν τοῦτο βουλεύοντος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ἐκ τῆς τῶν Τούρκων συμπλοκῆς ἐπανιόντος. Ἐν τούτῳ δὲ Κομεντίολος τὴν Μαρτυρόπολιν περιακαθήμενος, τοὺς μὲν πολλοὺς αὐτοῦ καταλείπει· αὐτὸς δὲ σὺν καί τισιν ἀριστίνδην ἐκλε-

VALESII ANNOTATIONES.

(42) *Τινὶ τῶν παρόχων ἵππων.* Usus est hac voce Evagrius supra, cap. 4 hujus libri, ubi interpretes vehicularem et vectarium equum utrobique interpretantur. Nicephorus vero in cap. 18 lib. XVIII, hunc Evagrii locum describens, vocabulum παρόχων ita exponit. Ἐνὶ τῶν ἐπισυρομένων ἵππων ἐπιβιβάσας, τῆς μάχης ἐξῆγε. Id est, *Nisi quidam ex satellitibus in unum ex equis qui post eum ducebantur; ipsum imposuisset.* Solebant enim duces cum ad pugnam proficiscerentur, plures secum equos ducere, ut si forte equus quo sedebant interfectus fuisset, in alium equum conscenderent.

(43) *Οἱ περισωθέντες τροπάδην.* Hunc locum egregie mihi videor restituisse hoc modo: φεύγουσι δὲ οὖν οἱ Πέρσαι ἐσσηθέντες τροπάδην, etc. Certe verbum περισωθέντες nullo modo hic convenit. Neque enim qui servati sunt, amplius fugiunt. Nec Persæ περισωθέντες dici potuerunt, antequam Nisibin pervenissent. Itaque subdit Evagrius, κατὰ τὴν Νίσιδιν διασώζονται. Pro voce τροπάδην, Nicephorus reposuit προτροπάδην, quod est vulgatius.

VARIORUM.

(*p*) *Τῷ δὲ χειμῶνι διελύοντο.* Ex his verbis apparet Evagrium existimasse, prælium hoc capite memoratum, et illud quod in sequenti narrat, duobus diversis annis fuisse gesta. E contra Theophylactus, lib. v, cap. 15, tradit ea uno eodemque anno confecta fuisse: cui suffragatur Pagius ad ann. 590, n. 23 et 592, n. 3. W. Lowth.

(*q*) *Κομεντίολος.* Comentiolus subrogatur Philippico ad bellum contra Persas persequendum anno 590. Pagius.

Digitized by Google

τεῖσιν, ἐκτρέχει κατὰ τὸ Ὄκβας (44) ὀχυρώτατον φρούριον, ἀντικρὺ Μαρτυροπόλεως ἐς τὴν ἀντιπέρας ὄχθην διακείμενον ἐπί τινος σκοπέλου ἀποτόμου, ὅθεν καὶ ἄποπτος ἡ πᾶσα καθειστήκει πόλις. Καὶ πολιορκήσας, πείρας τε οὐδὲν ἀνιείς, καὶ τοῦ τείχους τινὰ διὰ καταπελτῶν ῥίψας, ὑπερκαταβὰς αἱρεῖ κατὰ κράτος τὸ φρούριον. Ὅθεν λοιπὸν καὶ ἐν ἀπογνώσει Πέρσαις τὰ Μαρτυροπόλεως καθεστήκει.

A vero assumptis quibusdam quos viritim legerat, ad Ocbas excurrit, castellum munitissimum, e regione Martyropolis in adversa ripa situm, et prærupto scopulo impositum : unde urbs tota facile conspici poterat. Illud igitur oppugnare aggressus, nihilque intentatum relinquens, cum partem aliquam muri catapultis perfregisset, illac irrumpens, castellum vi cepit. Itaque Persæ de retinenda deinceps Martyropoli penitus desperarunt.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Ὀρμίσδου.

Τούτων ὧδε δρωμένων, οἱ Πέρσαι τὸν Ὀρμίσδην διεχρήσαντο, πάντων βασιλέων ἀδικώτατον γενόμενον, οὐ μόνον ὅτι χρήμασιν ἐζημίου τοὺς ὑπηκόους, ἀλλὰ καὶ θανάτων διαφόροις ἰδέαις.

CAP. XVI.

De cæde Hormisdæ.

Dum hæc geruntur, Persæ Hormisdam interfecerunt : regum omnium injustissimum : quippe qui subditos suos non solum pecuniarum exactionibus, B verum etiam variis suppliciorum generibus oppressisset.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Περὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς φυγῆς τοῦ νέου Χοσρόου.

Ἐγκαθιστῶσι δὲ μετ' αὐτὸν βασιλέα Χοσρόην (45) τὸν τούτου παῖδα, καθ' οὗ Βάραμος ἐπιστρατεύει μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτόν. Ὅπερ ὑπαντιάζει μὲν ὁ Χοσρόης μετά τινος οὐκ ἀξιολόγου δυνάμεως, καὶ φεύγει, τοὺς οἰκείους ὁρῶν ἐθελοκακοῦντας. Ἀφικνεῖται δὲ κατὰ τὸ Κιρκήσιον, ὥς γε αὐτὸς ἔφη, τὸν Θεὸν τῶν Χριστιανῶν ἐπικαλεσάμενος, ἐκεῖσε τὸν ἵππον ἀπιέναι ἔνθα ἂν πρὸς αὐτοῦ ὁδηγοῖτο. Ἀφίκετο δὲ σὺν καὶ ταῖς γυναιξὶ καὶ παισὶ νεογνοῖς δύο, καί τισι Περσῶν τῶν εὐγενῶν, οἵπερ αὐτῷ ἐθέλονται κατηκολούθουν· κἀκείθεν πρὸς βασιλέα Μαυρίκιον πρεσβεύεται. Ὁ δὲ, κἀν τούτῳ παράριστα βουλευσάμενος, καὶ τὸν ἀσταθῆ καὶ κόθορνον βίον, καὶ τὰς ἀγχιστρόφους παλιρροίας τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς καὶ τούτῳ διαμετρησάμενος, δέχεται τὴν ἱκετείαν, καὶ

CAP. XVII.

De junioris Chosrois ad Romanos fuga.

Regem deinde sibi constituunt Chosroem, ejus filium. Contra quem Varamus una cum iis quos circa se habebat, expeditionem suscepit. Huic Chosroes cum exercitu non valde numeroso obviam progressus, cum suos proditionem meditari animadverteret, fugam abripuit. Tandemque Circesium pervenit, Christianorum Deum, sicut ipse aiebat, prius precatus, ut equum suum quo vellet deduceret. Cum igitur illuc venisset una cum uxoribus et cum duobus liberis recens natis, et cum nonnullis Persarum optimatibus qui ipsum sponte secuti C fuerant, inde legatos ad Mauricium imperatorem misit. At Mauricius hic quoque ut in reliquis rebus, prudenti consilio usus, cum instabilem mutabilemque hujus vitæ rationem, et repentinas rerum hu-

VALESII ANNOTATIONES.

(44) *Κατὰ τὸ Ὄκβας.* Idem videtur esse quod a Theophylacto vocatur ἀκβάς, castrum munitissimum. Hujus situm describit Theophylactus in lib. I, cap. 12, eodem prorsus modo quo Evagrius situm castelli Ocbas describit. Itaque tam ex nominis similitudine, quam ex situ apparet, unum idemque esse castellum Ocbas et Acbas : situm juxta fluvium Nymphium et urbem Martyropolim. Conjecturam nostram prorsus confirmat Theophylactus, in cap. 2 lib. IV, ubi castrum illud Ocbas quod Evagrius noster a Comentiolo captum esse dicit, ipse Acbas nominat.

(45) *Ἐγκαθιστῶσι μετ' αὐτὸν βασιλέα Χοσρόην.* Hunc locum ex manuscriptis codicibus Florentino supplevimus hoc modo : Ἐγκαθιστῶσι δὲ μετ' αὐτόν, etc. Porro Chosroes rex Persarum constitutus est anno Christi 592 (*) ut scribit Baronius in *Annalibus*. Qui fuit annus decimus imperii Mauricii, non autem septimus, ut Baronius scribit. Nam anni imperatoris Mauricii, æquo fere passu cum annis indictionis progrediuntur, sicut anni imperii Justini Junioris. Quare cum anno Christi 592, decima fuerit indictio, teste ipsomet Baronio, decimum quoque annum imperii ejusdem Mauritii tunc fuisse necesse est. Auctor tamen *Chronici Alexandrini* inaugurationem Chosrois, ejusque ad Romanos fugam anno uno antevertit. Sic enim scribit. Indictione nona, anno nono imperii Mauritii post consulatum ejusdem Mauricii Tiberii anno septimo : Τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ Χοσδρόης ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἦλθε πρὸς Ῥωμαίους, ἀνταρσίαν ὑπομείνας ἀπὸ Βαράμ τοῦ αὐτοῦ συμφυλέτου, καὶ διὰ συμμαχίας Ῥωμαϊκῆς ἀπεκατέστη εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν. Id est, *Hoc anno Chosroes Persarum rex, cum Varamus contribulis ejus adversus eum rebellasset, ad Romanos confugit ; iisdemque auxiliantibus in regnum suum restitutus est.* Joannes D autem Biclariensis in *Chronico*, anno citius id factum refert. Sic enim scribit : anno octavo Mauricii imperatoris quo *Chronicum* suum terminavit. *A vicesimo ergo Constantini imperatoris anno, quo tempore hæresis Ariana initium sumpsit, usque in octavum annum Mauricii principis Romanorum, anni sunt ducenti sexaginta sex. In his ergo temporibus quibus omnipotens Deus prostrato venenosæ hæresis veneno pacem suæ restituit Ecclesiæ, imperator Persarum Christi suscepit fidem, et pacem cum Mauricio imperatore firmavit.* Ubi notandum est quod, ait Biclariensis, Persarum regem, abjecto simulacrorum cultu, ad Christi fidem transiisse. Idem certe testatur Theophylactus, in cap. 2 lib. V, ait et in cap. 10 lib. IV.

VARIORUM.

(*) Pagius elevationem Chosrois et mortem Hormisdæ in annum 590, conjicit, et Chosrois in regnum restitutionem in annum 591, Vide *Critic.* ejus ad ann. 591, n. 3, 4 et 592, n. 10. W. Lowth.

Digitized by Google

manarum conversiones ac reciprocos æstus, hoc etiam exemplo edoctus perpendisset, supplicationem Chosrois libenter admisit. Eumque hospitem pro exsule, pro fugitivo filium sibi ascivit, regalibus donis omnique benevolentia eumdem excipiens. Nec vero ipse solus munera misit ad Chosroem, verum etiam Augusta erga conjuges Chosrois, et liberi imperatoris erga Chosrois liberos idem præstiterunt.

A ξένον ἀντὶ φυγάδος (46), παῖδά τε ἀντὶ αὐτομόλου καθίστησι, δώροις βασιλικοῖς δεξιωσάμενος· οἷς ἐφιλοφρονήσατο, οὐ μόνος αὐτὸς βασιλικῶς στείλας, ἀλλὰ καὶ τῆς βασιλίδος τὰ παραπλήσια περὶ τὰς ὁμοζύγους τοῦ Χοσρόου, καὶ τῶν παίδων πρὸς τοὺς παῖδας πραξάντων.

467 CAP. XVIII.

Qualiter imperator Gregorium ac Domitianum Chosroi obviam ire iussit.

Sed et regale satellitium integrum, et universum exercitum Romanorum una cum duce, Mauricius ad Chosroem misit, qui eum sequerentur quo vellet. Denique majoris honoris causa, Domitianum Melitinensem episcopum, cognatum suum, ad eum direxit : virum singulari prudentia ac solertia, et tam opere quam sermone eximium, et ad maxima negotia perficienda aptissimum. Missus est etiam Gregorius : qui quidem Chosroem cunctis in rebus admiratione perculit, tum in colloquiis, tum in muneribus, tum in consiliis quæ pro temporis opportunitate prudentissime suggerebat.

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς Γρηγόριον καὶ Δομετιανὸν εἰς ἀπάντησιν Χοσρόου ἐξαπέστειλεν.

Πέμπει δὲ καὶ πᾶσαν βασιλικὴν δορυφορίαν, καὶ πάντα τὸν Ῥωμαίων στρατὸν σὺν καὶ τῷ στρατηγῷ, ἑψόμενον αὐτῷ ὅπη καὶ βούλεται· καὶ πρὸς μείζονος τιμῆς, Δομετιανὸν ἐπίσκοπον Μελιτινῆς, αὐτοῦ συγγενῆ, ἄνδρα φρενήρη καὶ ἀγχίνουν, λόγῳ τε καὶ ἔργῳ ἐς τὰ μάλιστα ἱκανώτατον, καὶ πρὸς τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων ἐξεργαστικώτατον. Πέμπει δὲ καὶ Γρηγόριον, ὃς ἐν ἅπασι κατέπληξε τὸν Χοσρόην, ὁμιλῶν, δωρούμενος, ἐπίκαιρα τοῖς πράγμασιν ἐξηγούμενος.

CAP. XIX.

Quomodo Chosroes Romanorum auxilio regnum suum recuperavit.

Porro Chosroes cum Hierapolim pervenisset, quæ Metropolis est provinciæ Euphratensis, exinde retrogressus est, cum id Mauricio quoque placuisset, qui utilitati supplicis plus tribuit, quam propriæ gloriæ. Ingentem etiam vim pecuniæ ad eum misit, quod nunquam antea factum fuisse memoratur. Cumque exercitum Persarum conscripsisset, et donativum ex ærario suo tribuisset, Chosroem cum gemino exercitu, Romanorum scilicet ac Persarum, extra fines imperii Romani deduxit : Martyropoli prius ipsi tradita cum Sitta. Quem quidem Martyropolitani lapidibus obrutum cruci suffixerunt. Sed et oppidum Daras Romanis traditum est, Persis inde egressis. Posthæc cum Varamus unico prælio a Romanis solis devictus, solus cum ingenti ignominia fugam abripuisset Chosroes in regiam suam reductus est.

C

ΚΕΦΑΛ. Ιϑ'.

Ὡς πάλιν τὴν ἀρχὴν Περσῶν Χοσρόης ἔλαβε, Ῥωμαίων αὐτῷ συναραμένων.

Παραγενόμενος δὲ μέχρι τῆς Ἱεραπολιτῶν ὁ Χοσρόης, ἣ τῆς Εὐφρατησίας προκάθηται, αὖθις ἐπανῆκε, τοῦτο καὶ Μαυρικίου συνεωρακότος, καὶ τὸ πλέον δόντος τῆς οἰκείας δόξης τῷ συνοίσοντι τῷ ἱκέτῃ. Δεξιοῦται δὲ καὶ χρήμασι μεγάλοις, οὐχ ἱστορηθὲν πώποτε. Καὶ Πέρσας στρατολογήσας, καὶ τὰς ἐπιδόσεις ἁπάσας οἰκοθεν ποιησάμενος ἐκπέμπει τὸν Χοσρόην μεθ' ἑκατέρου στρατοῦ, Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν κατὰ τὴν ὑπερορίαν, Μαρτυροπόλεως καὶ Σίττα παραδοθέντος αὐτῷ· ὃς καὶ πρὸς τῶν Μαρτυροπολιτῶν (47) καταλευσθεὶς ἀνεσκολοπίσθη. Παρεδόθη δὲ καὶ τὸ Δάρας, ὑπεξελθόντων Περσῶν. Καὶ διὰ μιᾶς συμπλοκῆς ἐσσηθέντος τοῦ Βαράμου πρὸς Ῥωμαίων μόνων, ἀκλεῶς τε μόνου πεφευγότος, ἐς τὰ ἴδια κατήχθη βασίλεια ὁ Χοσρόης.

D

CAP. XX.

De sancta matre Golanduch, quæ illis temporibus vixit.

Iisdem temporibus Golanduch martyr vivens ac

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Ὅτι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡ ἁγία μήτηρ ἦν Γολανδούχ.

Τότε καὶ Γολανδοὺχ (r) μάρτυς ζῶσα (48) παρ'

VALESII ANNOTATIONES

(46) *Παῖδά τε ἀντὶ αὐτομόλου καθίστησι.* Theophylactus in cap. 3 lib. v, ait Chosroem a Mauricio imperatore filium duntaxat esse appellatum. Theophanes autem in *Chronico*, pag. 224, diserte scribit Chosroem a Mauricio imperatore filium esse adoptatum : Τούτῳ τῷ ἔτει τεκνοποιηθεὶς Μαυρίκιος ὁ βασιλεὺς Χοσρόης τὸν βασιλέα Περσῶν, etc.

(47) *Καταλευσθεὶς ἀνεσκολοπίσθη.* Theophylactus in cap. 15, lib. iv. Sittam jussu Comentioli magistri militiæ flammis absumptum esse scribit.

(48) *Γολανδοὺχ μάρτυς ζῶσα.* Rectius in codice Florentino scribitur Γολανδούχ. Golinduch di-

VARIORUM.

(r) *Γολανδούχ.* Golinducha nata erat Babyloniæ, e Magorum familia; quæ cum viro nobili desponsa esset, Christianam religionem venerata est; maritoque in sua infidelitate demortuo, Christianorum disciplina initiata est. Quod ut Magi compererunt, cam tetro carceri incluserant, ex quo, angelo apparente, exiit, et Hierapolim venit, ubi tolerantiæ corona cum triumpho sempiterno redimita est. Hæc Theophylactus lib. v, cap. 19.

Digitized by Google

ἡμῖν ἦν, ἡ διὰ πολλῶν μὲν πόνων τὸ μαρτύριον δι- A ενέγκασα, τῶν μάγων Περσῶν αὐτὴν αἰκιζομένων, μεγάλων δὲ τεραστίων ἐργάτις γενομένη· ἧς τὸν βίον ἀνέγραψε Στέφανος ὁ πρότερος ἐπίσκοπος Ἱεραπόλεως.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'

Περὶ ὧν ἔπεμψε Χοσρόης ἀναθημάτων τῷ ἁγίῳ μάρτυρι Σεργίῳ.

Ὁ δὲ Χοσρόης ἐγκρατὴς τῶν οἰκείων βασιλείων γενόμενος, πέμπει Γρηγορίῳ σταυρὸν, χρυσῷ πολλῷ καὶ λίθοις τιμίοις ἐξησκημένον, πρὸς τιμὴν τοῦ ἀθλοφόρου μάρτυρος Σεργίου· ὃν ἀνέθηκε μὲν Θεοδώρα Ἰουστινιανοῦ γαμετὴ, ἐληΐσατο δὲ Χοσρόης σὺν καὶ τοῖς ἄλλοις κειμηλίοις, ὡς ἤδη μοι ἀφήγηται. Πέμπει δὲ καὶ ἕτερον σταυρὸν χρυσοῦν, καὶ ἐπέγραψεν ὁ Χοσρόης τῷ σταυρῷ Ἑλλήνων γράμμασι τάδε· Τοῦτον τὸν σταυρὸν ἐγὼ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, υἱὸς Ὁρμίσδου, ὅτε ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας καὶ κακουργίας τοῦ δυστυχεστάτου Βαράμου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ καβαλλαρίων, εἰς Ῥωμανίαν ἀπῆλθομεν, καὶ διὰ τὸ ἔρχεσθαι τὸν δυστυχῆ Ζαδεσπρὰμ μετὰ στρατοῦ (49) εἰς τὴν Νίσιβιν ἐπὶ τὸ ὀποσῦραι τοὺς καβαλλαρίους τοῦ μέρους τοῦ Νίσιβι εἰς τὸ ἀντᾶραι καὶ καταῤῥάξαι (50), ἐπέμψαμεν καὶ ἡμεῖς καβαλλαρίοις μετὰ ἄρχοντος εἰς τὸ Χαρχάς. Καὶ διὰ τῆς τύχης τοῦ ἁγίου Σεργίου τοῦ πανσέπτου καὶ ὀνομαστοῦ, ἐπειδὴ ἠκούσαμεν δοτῆρα εἶναι αὐτὸν τῶν αἰτήσεων, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἡμῶν, μηνὶ Ἰαννουαρίῳ ἑβδόμῃ, ᾐτησάμεθα ὡς ἐὰν οἱ καβαλλάριοι σφάξωσι τὸν Ζαδεσπρὰμ, ἢ χειρώσωνται, C σταυρὸν χρυσοῦν διάλιθον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ πέμπομεν διὰ τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα· καὶ τῇ ἐννάτῃ τοῦ Φευρουαρίου μηνὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ Ζαδεσπρὰμ ἤνεγκαν ἐπὶ ἡμῶν. Ἐπιτυχόντες οὖν τῆς δεήσεως ἡμῶν, διὰ τὸ ἕκαστον ἀναμφίβολον εἶναι, εἰς τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα τοῦτον τὸν σταυρὸν τὸν παρ' ἡμῶν γενόμενον, μετὰ τοῦ πεμφθέντος σταυροῦ παρὰ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τῷ καιρῷ τῆς ἀμιξίας τῶν δύο πολιτειῶν ἐνεχθέντος ἐνταῦθα παρὰ Χοσρόου βασιλέως βασιλέων, υἱοῦ Καβάδου, τοῦ ἡμετέρου πατρὸς, καὶ εὑρεθέντος ἐν τοῖς ἡμετέροις, ἐπέμψαμεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἁγίου πανσέπτου Σεργίου. Καὶ τούτους γνώμῃ Μαυρικίου βασιλέως Γρηγόριος λαβὼν μετὰ πολλῆς D πομπῆς ἐς τὸν ἱερὸν οἶκον τοῦ μάρτυρος ἀνατέθεικεν. Οὐ μετὰ πολὺ δὲ καὶ ἕτερα πέπομφε δῶρα ὁ Χοσρόης ἀνὰ τὸν αὐτὸν ἱερὸν νεὼν, ἐπιγράψας ἐπὶ δίσκου ἐκ χρυσοῦ πεποιημένου Ἑλληνίδι φωνῇ ταῦτα· Ἐγὼ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, υἱὸς Ὁρμίσδου, τὰ ἐν

spirans, apud nos mansit. Quæ a Persarum magis graviter excruciata, diuturnum et laboriosum martyrium pertulit, multaque miracula perpetravit. Porro ejus vitam scripsit Stephanus antiquior, episcopus Hierapolitanus.

468 CAP. XXI.

De donariis quæ Chosroes misit ad sanctum martyrem Sergium.

Cæterum Chosroes cum regnum suum recuperasset, crucem auro multo et pretiosis lapidibus exornatam, in honorem invictissimi martyris Sergii ad Gregorium misit: quam Theodora quidem uxor Justiniani eidem martyri dedicaverat[h]: Chosroes vero una cum aliis thesauris diripuerat, sicut a me superius commemoratum est. Aliam præterea crucem auream idem Chosroes misit, cui litteris Græcis hæc inscripsit: Ego Chosroes rex regum, filius Hormisdæ, quo tempore per diabolicam operationem et malitiam infelicissimi Varami et equitum qui una cum illo erant, ad Romanorum ditionem me contuli: et quoniam infelicissimus Zadespram cum exercitu Nisibim advenerat, sollicitaturus equites Nisibenos ut a nobis deficerent nosque oppugnarent; nos quoque equites misimus ad oppidum Charchas una cum duce. Et quoniam audieramus venerabilem ac celeberrimum sanctum Sergium cuncta largiri quæ ab ipso postularentur; anno primo regni nostri, die septimo mensis Januarii, per genium ejusdem sancti postulavimus, pollicentes, si equites nostri Zadespram occidissent, aut certe vivum cepissent, nos crucem auream lapillis distinctam ad ejus ædem missuros esse, ob venerandum ejus nomen. Nono autem die mensis Februarii equites nostri caput ejusdem Zadespram ad nos attulerunt. Voti igitur nostri compotes facti, quo res manifesta omnibus fiat, nec ullus dubitandi locus relinquatur, in venerandissimo ejus nomine crucem hanc a nobis factam, una cum ea quæ olim ab imperatore Romanorum Justiniano ad ejusdem Sergii ædem missa est: postea vero bello inter duas respublicas exorto a Chosroe Cabadis filio, patre nostro huc allata, et in thesauris nostris reperta est, misimus in ædem venerandissimi sancti Sergii. Has cruces Gregorius non sine consensu imperatoris Mauricii cum accepisset, cum ingenti pompa in ecclesia sancti martyris dedicavit. Nec multo post idem Chosroes alia quoque dona ad eamdem ecclesiam misit, et in aureo disco hæc Græco sermone jussit inscribi: Ego Chosroes rex

[h] Lib. IV, c. 28.

VALESII ANNOTATIONES.

citur a Nicephoro in cap. 25, lib. XVIII, ubi vitam ejus ac martyrium et res gestas breviter describit, sicut a Stephano Hierapolitano episcopo, qui librum de ejus Vita conscripsit, acceperat. Ex quo etiam discimus, quam ob causam martyr vivens appelletur ab Evagrio. Nam post martyrium diu superstes vixit, quemadmodum scribit Nicephorus. Ejus diem natalem Græci celebrant undecimo Julii, ut legitur in *Menologio*. Ejusdem sanctæ mulieris mentionem facit Theophylactus in cap. 12 lib. V.

(49) *Ζαδεσπρὰμ μετὰ στρατοῦ*. In libro V Theophylacti Simocattæ cap. 13, scribitur, διὰ τὸ ἔρχεσθαι τὸν δυστυχῆ Ζαδεσπράτην ἐκ τοῦ στρατοῦ, etc., quod magis probo.

(50) *Καὶ καταῤῥάξαι*. Apud Theophylactum legitur *καταράξαι*.

Digitized by Google

regum, filius Hormisdæ, ista in hoc disco inscribenda curavi, non ut ab hominibus conspicerentur, nec ut amplitudo venerandi nominis tui sermonibus meis innotesceret, sed tum ob rerum quæ inscriptæ sunt veritatem, tum ob multa et maxima beneficia quibus me affecisti. Felicitatis enim loco mihi est, quod nomen meum **469** in sacris vasis tuis incisum reperiatur. Cum essem in loco qui dicitur Beramais, postulavi a te, vir sancte, ut mihi opem ferres, utque Sira in utero conciperet. Et quoniam Sira quidem Christiana erat, ego vero gentilis, lex quidem nostra nobis minime permittebat ut Christianam uxorem haberemus. Ego tamen ob meam erga te benevolentiam, hujus mulieris causa legem neglexi, eamque præ cæteris uxoribus meis præcipuo amore dilexi, atque in dies magis magisque diligo. Itaque decrevi benignitatem tuam nunc implorare, vir sancte, ut illa gravida fieret. Postulavi igitur et votum nuncupavi, si Sira gravida facta esset, me crucem quam illa gestat, ad venerandam ædem tuam dono missurum esse. Hanc ob causam ego et Sira constituimus, in memoriam nominis tui, vir sancte, hanc crucem retinere. Et pro illa æstimationem ejus quæ quater mille et quadringentos stateres milliarenses minime excedit, quinque staterum millia transmittere decrevimus. Ex quo autem hoc apud me votum concepi, et hæc mecum ipse cogitavi, quoadusque Rosumchosdrum perveni, non plures quam decem dies effluxerunt : cum tu, vir sancte, non quod ego id meritus essem, sed pro tua benignitate, noctu mihi in somnis apparuisti, terque mihi affirmasti gravidam fore Siram. Atque ego in eadem visione tertio tibi respondi : Recte. Et quoniam ea quæ a te postulantur tribuis, ex eo die Sira non sensit muliebria. Ego vero de hac re fortasse dubitassem, nisi verbis tuis credidissem, quoniam vir sanctus es, et donas quæ petuntur, Siram deinceps non esse sensuram muliebria. Ex eo igitur virtutem visionis, et veritatem eorum quæ abs te prædicta sunt, deprehendi. Quamobrem illico crucem ipsam et ejus pretium ad venerandam ædem tuam transmisi, jubens ut ex ejus pretio discus unus et poculum unum fiat ad usum sacrorum mysteriorum : crux item quæ in

A τῷδε τῷ δίσκῳ γεγραμμένα, οὐκ εἰς θέαν ἀνθρώπων, οὐδὲ ἵνα ἐκ τῶν λόγων μου τὸ μέγεθος τοῦ πανσέπτου ὀνόματος γνωσθῇ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγραμμένων, καὶ διὰ τὰς πολλὰς χάριτας καὶ εὐεργεσίας ἃς ἔσχον παρὰ σοῦ. Εὐτυχία γάρ μοί ἐστιν, ἵνα τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐμφέρηται τοῖς ἱεροῖς σκεύεσιν. Ἐν τῷ εἶναί με ἐν τῷ Βεραμαΐς, ᾐτησάμην παρὰ σοῦ, ἅγιε, ἐλθεῖν εἰς τὴν βοήθειάν μου, καὶ ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν Σιρήν. Καὶ ἐπειδὴ ἡ Σιρὴ Χριστιανή ἐστιν κἀγὼ Ἕλλην (s), ὁ ἡμέτερος νόμος οὐκ ἐᾷ ἡμῖν οὐ παρέχει Χριστιανὴν ἔχειν γαμετήν. Διὰ οὖν τὴν ἐμὴν πρὸς σὲ εὐγνωμοσύνην, εἰς ταύτην τὸν νόμον παρεῖδον, καὶ ταύτην ἐν γυναιξὶν ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἐν γνησιότητι ἔσχον καὶ ἔχω. Καὶ οὕτως [39] συνείδον σὺ δεηθῆναι τῆς σῆς ἀγαθότητος, ἅγιε, ἐν γαστρὶ συλλα-

B βεῖν αὐτήν. Καὶ ᾐτησάμην καὶ συνεταξάμην, ἵνα εἰ ἐν γαστρὶ συλλάβῃ Σιρὴ, τὸν σταυρὸν τὸν φορούμενον παρ' αὐτῆς πέμψω τῷ πανσέπτῳ σου οἴκῳ. Καὶ τούτου ἕνεκα κἀγὼ καὶ Σιρὴ τὸν σκοπὸν τοῦτον ἔχομεν, ἵνα εἰς μνημόσυνον τοῦ ὀνόματός σου, ἅγιε, τοῦτον τὸν σταυρὸν κρατῶμεν. Καὶ συνείδομεν ἀντ' αὐτοῦ τὴν τιμὴν αὐτοῦ μὴ συντείνουσαν περαιτέρω τῶν τετρακισχιλίων τετρακοσίων στατήρων μιλιαρησίων (*l*), πεντακισχιλίους στατῆρας ἐκπέμψαι. Καὶ ἐξ οὗ τὴν τοιαύτην ἑαυτῷ ἔσχον αἴτησιν (*51*), καὶ ταῦτα διελογισάμην, ἕως οὗ ἐφθάσαμεν τὸ Ῥόσον χόσρον (52), δέκα ἡμέραι πλέον οὐ διῆλθον· καὶ σύ, ἅγιε, οὐ διὰ τὸ εἶναί με ἄξιον, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα, ἐφάνης μοι ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ τρίτον εἶπάς μοι, ὅτι Σιρὴ ἐν γαστρὶ ἕξει. Κἀγὼ

C ἐν αὐτῷ τῷ ὁράματι τρίτον ἀνταπεκρίθην σοι λέγων· Καλῶς. Καὶ διὰ τὸ εἶναί σε δοτῆρα τῶν αἰτήσεων, ἐκ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἡ Σιρὴ τὸ εἰθισμένον ταῖς γυναιξὶν οὐκ εἶδεν. Ἐγὼ δὲ διστάσας (53) εἰς τοῦτο, εἰ μὴ τοῖς λόγοις σου ἐπίστευσα, καὶ ὅτι ἅγιος εἶ καὶ δοτὴρ τῶν αἰτήσεων, μετὰ ταῦτα τὰ γυναικεῖα μὴ ὑπομεῖναι. Ἐκ τούτου ἔγνων τὴν δύναμιν τοῦ ὁράματος, καὶ τὴν τῶν παρὰ σοῦ ῥηθέντων ἀλήθειαν. Παρ' αὐτὰ οὖν ἔπεμψα τὸν αὐτὸν σταυρὸν, καὶ τὴν τούτου τιμὴν ἐν τῷ πανσέπτῳ σου οἴκῳ, κελεύσας ἐκ τῆς τούτου τιμῆς δίσκον ἕνα καὶ ποτήριον ἐν γενέσθαι, εἰς λόγον τῶν θείων μυστηρίων. Ἀλλὰ μὴν καὶ σταυρὸν γενέσθαι, καὶ πηχθῆναι ὀφείλοντα ἐπὶ τῆς τιμίας τραπέζης, καὶ θυμιατήριον, τὰ πάντα

VARIÆ LECTIONES.

[39] C. C. ὄντως.

VALESII ANNOTATIONES.

(51) *Τοιαύτην ἑαυτῷ ἔχον αἴτησιν.* Apud Nicephorum scribitur ἐν ἑαυτῷ, apud Theophylactum vero ἐν ἐμαυτῷ, quam scripturam magis probo.

(52) *Τὸ Ῥόσσορ Χόσρορ.* Apud Theophylactum et

D Nicephorum legitur una voce Ῥοσωχοσρών. Ita quoque scriptum habet codex Tellerianus.

(53) *Ἐγὼ δὲ διστάσας.* Legendum puto ἐγὼ δὲ ἐδίστασα.

VARIORUM.

(s) *Κἀγὼ Ἕλλην.* Chosroen fidem Christianam suscepisse, Abbas Biclariensis, Fredegarius in *Chronico*, et Theophylactus scripserunt. Sed fabula est, inde nata quod Chosroes pro sua in regnum restitutione, sancto Sergio martyri votum fecerit, et ut Mauricium imp. demereretur, se Christianum fieri velle finxerit. Chosroen Christianam fidem amplecti noluisse scripsit ad sanctum Gregorium sanctus Domitianus episcopus Melitinæ, ut liquet ex epistola quam ad eum rescripsit sanctus Gregorius, quæ exstat lib. II, epist. 63, mense Augusto data, anno 593.

(*l*) *Μιλιαρησίων. Miliarisium*, Nomismatis pars duodecima. Glossæ Basilic. μιλιαρίσιον, τὸ χιλιοστὸν τῆς τοῦ χρυσοῦ λίτρας (Du Cangius in *Glossario*).

Digitized by Google

χρυσᾶ· καὶ ἀμφίθυρον Οὐννικὸν (54) κεκοσμημένον χρυσίῳ, καὶ τὰ ἀπομένοντα τῆς τιμῆς μιλιαρήσια εἶναι τοῦ ἁγίου σου οἴκου, ἵνα διὰ τῆς τύχης σου, ἅγιε, εἰς πάντα, ἐξαιρέτως δὲ εἰς τὴν αἴτησιν ταύτην ἦλθῃς εἰς τὴν βοήθειάν μου καὶ Σιρῆς, καὶ ὃ διὰ τῆς σῆς πρεσβείας γέγονεν ἡμῖν, τῷ ἐλέει τῆς σῆς ἀγαθότητος, καὶ τῷ θελήματί μου καὶ Σιρῆς εἰς τέλειον προέλθῃ· ἵνα κἀγὼ καὶ Σιρὴ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τὴν σὴν δύναμιν ἐλπίζωμεν, καὶ εἰς σὲ ἔτι πιστεύωμεν. Ταῦτα τὰ παρὰ Χοσρόου ἀναθήματα λέγει, οὐδὲν τῆς Βαλαὰμ προφητείας ἀπᾴδοντα, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ σαφῶς οἰκονομήσαντος, Ἑλλήνων γλώσσας σωτήρια φθέγξασθαι ῥήματα.

sacro altari defigatur, et thuribulum : cuncta ex auro. Velum præterea Hunnicum auro exornatum. **470** Qui vero ex supradicto pretio reliqui fuerint milliarenses, eos ad sacram ædem tuam volumus pertinere : ut per genium tuum, vir sancte, cunctis in rebus, sed præcipue in hac petitione mihi et Siræ auxilium feras; et quod intercessione tua nobis contigit, id misericordia benignitatis tuæ, ex utriusque nostrum sententia ad perfectionem perveniat. Quo scilicet ego et Sira, cunctique mortales, in potentia tua spem ac fiduciam collocemus, atque in te credamus. Hæc sunt quæ in donariis a Chosroe transmissis continebantur, a Balaami prædictione nihil discrepantia. Benigno scilicet Deo ita res cum summa prudentia dispensante, ut gentilium linguæ salutaria interdum proferant verba.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Περὶ Νααμάνου τοῦ Σαρακηνοῦ.

Τότε καὶ Νααμάνης τῶν ἐχθρῶν Σκηνητῶν φύλαρχος, ἐξάγιστος καὶ παμμίαρος Ἕλλην, ὡς καὶ ἀνθρώπους αὐτοχειρὶ σφαγιάζειν τοῖς αὐτοῦ δαιμονίοις, τῷ ἁγίῳ προσῆλθε βαπτίσματι, τὸν ὄντως ὕλην χρυσῆν Ἀφροδίτην πυρὶ τήξας, καὶ πτωχοῖς διαδούς, καὶ πάντας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν τῷ Θεῷ προσαγαγών. Ὁ δέ γε Γρηγόριος νεύμασι τῆς βασιλείας μετὰ τὸ δοῦναι τοὺς Χοσρόου σταυροὺς, τὰς πανερήμους τῶν λεγομένων Λιμητῶν περινοστῶν, ἐν οἷς μάλιστα τὰ Εὐήρου δόγματα, καὶ πολλὰ φρούρια (*u*), καὶ κό-

CAP. XXII.

De Naamane Saraceno.

Per idem tempus, Naamanes quoque Saracenorum hostium Philarchus, sceleratus atque abominandus gentilis, adeo ut homines sua ipsius manu diis suis immolaret, ad sacrum baptismum accessit, et vere auream Venerem, quippe quæ nihil aliud esset quam auri massa, igne liquefactam pauperibus distribuit, et cunctos qui cum ipso erant, ad Dei cultum traduxit. At Gregorius, postquam donaria a Chosroe missa dedicasset, imperatoris permissu solitudinem Limitum peragrans, ubi Severi dogmata

VALESII ANNOTATIONES.

(54) *Καὶ ἀμφίθυρον Οὐννικόν.* Interpretes hunc locum non intellexisse, ex eorum versione satis apparet. Sic enim ambo verterunt, et *unicum utringue apertum*. Ita quoque Raderus qui Theophylactum Latine interpretatus est, nisi quod *Hunnicum* habet, ut legitur in Græco Theophylacti codice. Langus autem interpres Nicephori vocem Græcam retinuit hoc modo. *Et amphithyrum Hunnicum*. Et subjecto scholio hanc vocem ita exponit. *Judicio meo carceres, sive cancelli sunt, sacratiorem aræ mensam vel circumdantes, vel populum ab ea arcentes : in quorum parte utraque janua sit, et aditus ad eam ferens operis Hunnici.* Sed pace viri docti dictum sit, vobis hujus significationem non est assecutus. Græci ἀμφίθυρα vocabant *vela* pro foribus pendentia. Ita Chrysostomus in homilia 84 in Matthæum, de Zacchæo loquens qui Dominum convivio excepit : Ὅτε ἔμελλεν εἰς αὐτὴν εἰσιέναι ὁ Χριστὸς, πῶς αὐτὴν ἐκόσμησε ἐκεῖνος ; Οὐ γὰρ ἔδραμε πρὸς τοὺς γείτονας, ἀμφίθυρα αἰτῶν καὶ καθέδρας, καὶ βάθρα ἐξ ἐλέφαντος πεποιημένα. Id est, *Zacchæi domum cogitatione ingredere, et considera, cum audisset Christum in eam ingressurum, quomodo eam ornavit. Non enim curriculo ad vicinos contendit, vela, sedes, subsellia mutuaturus eburnea.* Sic et in Ecclesiis Christianorum vela erant pro foribus, ut testatur Epiph. in epist. quadam quam Hieronymus Latine interpretatus est. Et ut ad rem propius accedamus, in ipso altari vela erant, quibus fores altaris sive chori tegebantur. Cumque sacerdos Eucharistiam facturus esset, ea vela reduci solebant, ut populus sacra mysteria e longinquo conspiceret. Id testatur Chrysostomus in homilia 3 in epistolam ad Ephesios, his verbis : Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ἐκφερομένης τῆς θυσίας καὶ τοῦ Χριστοῦ τεθυμένου, ὅταν ἀκούσῃς, Δεηθῶμεν πάντες κοινῶς, ὅταν ἴδῃς ἀνελκόμενα τὰ ἀμφίθυρα, τότε νόμισον διαστέλλεσθαι τὸν οὐρανὸν ἄνωθεν, etc. Id est, *Ita hic quoque cum offertur sacrificium, et Christus sacrificatur et ovis Dominica : quando audieris : Oremus omnes simul : quando videris reduci quæ in ostiis sunt cortinas, tunc existima cœlum superne aperiri*, etc. Ubi vides vocem ἀμφίθυρα sumi pro velis quæ ostiis altaris apposita erant. De his etiam velis mentio fit in vetere carta donationis Ecclesiæ Cornutianensis, quam primus in lucem edidit Joannes Suaresius. *Et pro aræ ora vela Tramoserica alba auroclava* 2, *vela blattea auraclava peragaudata* 2, etc., et infra, *vela linea paragaudata Persica clavatura collomelina prasina* 2, *vela linea paragaudata Persica clavatura leucorhodina duo*. Et rursus infra. *Item ante regias Basilicæ vela linea plumata majora fissa numero tria. Item vela linea pura tria, ante consistorium velum lineum purum unum. In pronao velum lineum purum unum; et intra Basilicam pro porticibus vela linea rosulata sex. Et ante secretarium vel curricula vela linea rosulata pensilia habentia arcus* 2. Quem locum ideo integrum ascripsi, ut studiosus lector intelligat, quam multiplex olim fuerit usus velorum in Ecclesia : et ut sciremus quid esset in hoc Evagrii loco Hunnicum velum. Nam ut Persica vela olim in pretio fuisse doces hæc carta donationis, sic Hunnica quoque vela præcipue commendabantur. Porro de velis Persicis loquitur etiam Scholiastes Aristophanis ad *Ranas* : Παραπετάσμασι ταῖς σκηναῖς τοῖς Περσικοῖς βήλοις, ἢ βηλοθύροις. Dicebantur enim hujusmodi vela βηλόθυρα, eo quod foribus appensa essent, ut supra dixi. Guillielmus Bibliothecarius in Vita Stephani sexti. *Contulit in eadem Basilica apostolorum cortinam lineam unam, velothyra serica tria in circuitu altaris.* Ex quo apparet βηλόθυρον et ἀμφίθυρον idem significare.

VARIORUM.

(*u*) *Ἐν οἷς μάλιστα τὰ Εὐήρου δόγματα ** καὶ πολλὰ φρούρια.* Excidit linea integra, ut videtur.

Digitized by Google

vigebant, iis in locis ecclesiastica dogmata prædicavit : multaque castella et vicos atque integras tribus, et monasteria, ad Ecclesiam Dei adduxit.

471 CAP. XXIII.

De obitu sancti Symeonis Stylitæ junioris.

Eodem tempore cum Gregorius sanctum Symeonem lethali morbo ægrotare, me indicante didicisset, ad eum confestim excurrit, ut postremæ salutationis officium ei exhiberet. Verum id quod cupiebat, consequi non potuit. Porro hic Symeon cunctos sui temporis mortales virtute longe superavit. Quippe a teneris unguiculis asperum vivendi genus in columna excoluerat : adeo ut dentes in columnæ statione ipsi mutaverint. Columnam autem conscendit hujusmodi causa. Cum esset admodum tenera adhuc ætate, ludens et saltans per montis juga oberrabat. Cumque in pardum incidisset, zonam collo ejus injecit, et belluam innatæ feritatis oblitam, quasi loro trahens, ad monasterium suum deduxit. Quod contemplatus magister ejus, qui in columna vitam agebat, puerum interrogavit quidnam hoc esset. Ille felem esse respondit, quem vulgo cattam nominant. Atque ex hoc facto conjecturam capiens qualis quantusque Symeon in virtutis studio futurus esset, in columnam eum admisit. Qua in columna, et in altera quæ est in summo montis vertice, octo ac sexaginta exegit annos : omni gratiæ genere donatus. Quippe qui et dæmones abigeret, et morbos ac languores omnes sanaret, et futura perinde ac præsentia prævideret. Gregorio certe prædixit, eum mortem quidem ipsius visurum non esse : quæ vero post mortem futura essent, ignoraturum. Cumque ego amissis liberis meis in varias cogitationes diducerer, et apud me quærerem quid causæ esset, cur gentilibus quibus multi sunt liberi, idem non evenerat : quamvis nemini prorsus cogitationem hanc aperuissem, ille tamen cogitationes animi mei introspiciens, scripsit ad me ut ab his cogitationibus abstinerem, quippe quæ haudquaquam placerent Deo. Idem, cum uxori cujusdam ex meis amanuensibus post partum, lac obstructum esset, et infans in summo

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἐν ἁγίοις Συμεὼν τοῦ Στυλίτου τοῦ νέου.

Ἐν τούτῳ δὲ Συμεώνου τοῦ ἐν ὁσίοις τὴν ἐπὶ θάνατον νοσήσαντος, ἐμοῦ τὰ περὶ τούτου μηνύσαντος, ἐκτρέχει Γρηγόριος, τοῦτον τὰ τελευταῖα κατασπασόμενος· οὐ μὴν ἔτυχεν. Ἦν δέ γε ὁ Συμεώνης πάντων τῶν κατ' αὐτὸν ἀνθρώπων τὴν ἀρετὴν ἐξοχώτατος, ἐξ ἁπαλῶν τῶν ὀνύχων, τὸν ἐπὶ κίονος διαθλεύων βίον· ὡς καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ διήλλαξεν (55) ἐν τῇ στάσει τοῦ κίονος. Ἀνήχθη δὲ κατὰ τὸν κίονα, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε· Ἔτι σμικρὰν κομιδῇ τὴν ἡλικίαν ἄγων, κουρίζων τε καὶ ἀλλόμενος ἀνὰ τὰς κολωνὰς[60] τοῦ ὄρους περιῄει. Καὶ περιτυχὼν πάρδῳ τῷ θηρίῳ, τὴν ζώνην περὶ αὐχένα βάλλει, καὶ ἐκ ῥυτῆρος ἦγε, τῆς φύσεως ἐπιλαθόμενον, καὶ ἀνὰ τὸ οἰκεῖον ἦγεν φροντιστήριον. Ὅπερ ἑωρακὼς ὁ τοῦτον μαθητεύων αὐτὸς ἐπὶ τοῦ κίονος ἑστὼς, ἐπυνθάνετο τί ἂν εἴη τοῦτο. Ὁ δὲ ἔφη αἴλουρον εἶναι, ἣν κάτταν ἡ συνήθεια λέγει. Ἐντεῦθεν τεκμηράμενος πηλίκος ἔσται τὴν ἀρετὴν, ἐπὶ τοῦ κίονος ἀνήγαγεν. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ κίονι, καὶ ἐν ἑτέρῳ ἑστὼς ἀνωτάτω τοῦ ὄρους ἀκρωρείας, ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα διετέλει χρόνους (v), πάσης χάριτος ἠξιωμένος περί τε τὴν τῶν δαιμόνων ἔλασιν, ἀκούμενός τε πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, προορῶν τε ὡς παρόντα τὰ μέλλοντα. Ὃς καὶ Γρηγορίῳ προειρήκει, αὐτὸν μὲν μὴ ὁρᾷν τὸν αὐτοῦ θάνατον, τὰ δὲ μετ' αὐτὸν ἀγνοεῖν. Κἀμοῦ δὲ λογισμοὺς θεωρήσας ἐπὶ τέκνων ἀποβολῇ, καὶ διαπορουμένου τί δή ποτε Ἕλλησι πολυτέκνοις οὐ γέγονε ταῦτα, καὶ πρὸς μηδένα τὸ παράπαν ἐξαγαγόντος, γεγράφηκεν ἐκστῆναι τούτων ὡς οὐκ ἀρέσκον τῷ Θεῷ (56). Καὶ γυναικὸς δέ τινος τῶν ὑπογραφόντων μοι, ἐπεὶ τὸ γάλα τεκούσῃ κεκώλυτο, καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων τὸ βρέφος ἐκινδύνευεν, ἐπιθεὶς τὴν χεῖρα τῇ δεξιᾷ τάνδρὸς, ἐπέτρεπε ταύτην ταῖς θηλαῖς τῆς γυναικὸς ἐπιβαλεῖν. Ὅπερ ἐπειδὴ πέπραχεν, εὐθέως ὡς ἐκ τινος πηγῆς ἤλατο τὸ γάλα, ὡς καὶ τὴν ἐσθῆτα τοῦ γυναίου ἐμπλῆσαι. Καὶ παιδαρίου δὲ παρὰ τῶν συνοδοιπόρων ἐπιλελησμένου πόρρω τῶν νυκτῶν,

VARIÆ LECTIONES.

[60] C. C. κώμας. [61] C. C. κάλωνας.

VALESII ANNOTATIONES.

(55) *Ὡς καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτοὺς διήλλαξεν.* Hunc locum una voce inserta optime exposuit Nicephorus : Λόγος γε μὴν ἔχει τοῦτον καὶ τοὺς πρώτους ὀδόντας διαλλάξαι ἐν τῇ στάσει τοῦ κίονος. Id est, ut vertit Langus : *Perhibetur sane primos dentes in columnæ statione mutasse.* In optimis codicibus Florentino et Telleriano αὐτοῦ scribitur, non αὐτούς, ubi vox αὐτοῦ ponitur pro ἐκεῖ.

(56) *Ὡς οὐκ ἀρέσκον τῷ Θεῷ.* Leges grammaticæ postulant, ut ἀρεσκόντων scribamus. Præcessit enim ἐκστῆναι τούτων.

VARIORUM.

W. Lowth. Stephanus legit τὰ Σευήρου δίγματα κατεκράτει, τὰ ἐκκλησιαστικὰ προὐτίθει δόγματα· quæ verba Valesius legerat, ut ex interpretatione ejus apparet.

(v) *Ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα χρόνους.* Pagius conjicit Symeonem fuisse, cum ab eremita (Joanne) in columnam receptus est, et ad septuagesimum tertium ætatis annum vitam produxisse. Cum autem juxta Nicephorum magistrum, vitæ ejus scriptorem, natus fuerit Symeon anno 521, nimirum quinque annos ante terræ motum qui Antiochiam everfit anno 529, si 73 annos vixerit, mors ejus incidet in annum 593, quo anno Gregorius Antiochenus episcopus etiam mortuus est, qui non multo post Symeonem obiit, ut ait Evagrius cap. sequenti. W. Lowth.

Digitized by Google

λέων τοῖς νώτοις ἐπιβιβάσας, παρὰ τὸ μανδρεῖον ἤγαγε, καὶ Συμεώνου προστάξαντος ὑπεξελθόντες οἱ διακονούμενοι, τὸ παιδίον ἤγαγον ὑπὸ τοῦ λέοντος φρουρούμενον. Πολλὰ δὲ ἕτερα, καὶ μνήμης κρείττονα πέπραχεν, ἃ καὶ γλώσσης κεκομψευμένης, καὶ χρόνου, καὶ πραγματείας ἰδίας δεῖται, ταῖς τῶν ἀνθρώπων ᾠδόμενα γλώσσαις. Ἐκ πάσης γὰρ σχεδὸν γῆς, οὐ μόνον Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων, παρ' αὐτὸν ἐφοίτων, καὶ τῶν αἰτουμένων ἐτύγχανον. Ὃ ἀντὶ παντὸς βρωτοῦ, καὶ ποτοῦ, κλάδοι τινὲς ἐτύγχανον ἐκ θάμνου τῷ ὄρει φυομένης.

A discrimine versaretur, contracta viri dextra, præcepit ut eam conjugis suæ mamillis imponeret Quo facto, statim lac quasi ex quodam fonte prosiliit, adeo ut totam mulieris vestem madefaceret. Sed et puerum quemdam noete intempesta a comitibus itineris per oblivionem relictum in via, leo humeris suis impositum ad Symeonis monasterium vexit. **472** Ministri deinde Symeonis egressi, puerum qui a leone custodiebatur introduxerunt. Multa quoque alia memoriam omnem superantia idem vir gessit, quæ et linguam disertam, et otium, et pecuniare opus desiderant. Quæ quidem omnium pene mortalium sermone celebrantur. Omnium enim nationum homines, non Romani solum, verum etiam barbari, ad eum ventitabant, et quæcunque postulaverant impetrabant. Pro cibo autem ac potu ei fuere rami cujusdam fruticis qui in eo monte nascitur.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς Γρηγορίου ἐπισκόπου Θεουπόλεως, καὶ ἀποκαταστάσεως Ἀναστασίου.

Ἐπιτελευτᾷ δὲ αὖ μετ' οὐ πολὺ καὶ Γρηγόριος (57) (*x*), ποδαγρικῷ μὲν ἄλοὺς παθήματι, ᾧ μάλιστα παρηνωχλεῖτο, φαρμακοποτήσας δὲ ἐκ τῆς καλουμένης Ἑρμοδακτύλου (58), πρός τινος τῶν Ἀσκληπιαδῶν δεδομένης. Τελευτᾷ δὲ, Γρηγορίου μὲν (*y*) τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ἐπισκοποῦντος, ὃς μετὰ Πελάγιον γέγονε· τὴν δὲ νεωτέραν, Ἰωάννου (*z*)· καὶ

CAP. XXIV.

De obitu Gregorii Antiochensis episcopi, et restitutione Anastasii.

Nec multo post Gregorius podagræ morbo, quo maxime vexabatur, correptus, abiit e vita, cum medicamentum ex Hermodactylo confectum, ipsi a medico porrectum ebibisset. Mortuus autem est eo tempore, quo senioris quidem Romæ Gregorius successor Pelagii, junioris autem Romæ Joannes episcopatum gerebant: Alexandrinæ Ecclesiæ Eu-

VALESII ANNOTATIONES

(57) *Ἐπιτελευτᾷ δὲ αὖ Γρηγόριος.* Gregorii Antiochensis episcopi obitum, et restitutionem Anastasii Sinaitæ, Baronius quidem refert anno Christi 594. Dubitat tamen ibidem Baronius, an potius in annum sequentem id referri debeat; præsertim cum Gregorius magnus in registro epistolarum indictionis 13 gratuletur Anastasio, quod in Antiochenam sedem restitutus fuisset. Verum Auctor *Chronici Alexandrini*, qui iisdem fere temporibus vixit quibus Gregorius, anno imperii Mauricii decimo, indictione decima mortem Gregorii assignat, ita scribens. Ἰνδ. ι'. Τούτῳ τῷ ἔτει Ἀναστάσιος πατριάρχης Ἀντιοχείας ἐπανῆλθενὲν Ἀντιοχείᾳ μετὰ τελευτὴν Γρηγορίου πατριάρχου γενομένου, τοῦ καὶ διαδεξαμένου πρὸ τούτου τὸν αὐτὸν Ἀναστάσιον. Id est: *Hoc anno Anastasius patriarcha Antiochenus reversus est Antiochiam, post mortem Gregorii patriarchæ, qui antea eidem Anastasio successerat.* Ubi notabis Anastasium patriarcham vocari etiam ante restitutionem: propterea quod, utpote per vim nec legitime depositus, titulum patriarchæ perpetuo retinuerat. Certe Gregorius papa in tribus epistolis quas initio episcopatus sui ad eum scripsit, eum semper patriarcham agnoscit. Gregorium vero qui Anastasii superstitis cathedram non legitime occupaverat, nunquam in numero patriarcharum habuisse deprehenditur.

(58) *Ἐκ τῆς Ἑρμοδακτύλου.* Hermodactylus planta fuit veteribus ignota. Certe nec Dioscorides, nec Galenus ullam ejus mentionem fecere. Arabes vero post Serapionem, cum colchico atque ephemero eam confuderunt. Quos secuti pharmacopolæ nostri, passim in officinis pro hermodactylo colchicum substituunt. Sed hunc errorem jamdudum notavit Andreas Matthiolus in *Commentariis* ad lib. IV Dioscoridis, et post eum reliqui qui de plantis scripsere. Et in priori quidem editione *Commentariorum* suorum, nondum ipse Matthiolus satis cognitum habebat quid esset hermodactylus. Postea vero cum eam plantam nactus esset ab illustri viro Augerio Busbequio, qui ex Constantinopolitana legatione eam attulerat, ejus typum nobis exhibuit pag. 1109, posterioris editionis. Ejus radices digitorum similitudinem referunt, adjectis etiam unguibus. Ex quo plantæ nomen est inditum. Hermodactylus enim Mercurii digitum significat. Porro ejus radix olim Arthriticis exhibebatur, tunc cum humores defluerent; quippe quæ et ipsa per se et ejus decoctum, vim habet, purgandi, ut scribit Paulus Ægineta in libro septimo. Hodie vero hermodactylus podagricis præbetur, non eo tempore quo humores defluunt, sed vigente potius et confirmato jam morbo. Nam cum recentiores medici usu ipso deprehendissent, medicamentum istud noxium esse in accessione morbi: medicorum veterum consuetudinem hac in parte correxerunt, ut me docuit clarissimus vir ac doctissimus, Tossanus de Fontaine, in Academia Parisiensi medicinæ doctor ac professor Regius; cui ob singularem erga me benevolentiam, et in curanda valetudine mea sollicitudinem ac diligentiam, plurimum me debere profiteor.

VARIORUM.

(*x*) *Ἐπιτελευτᾷ Γρηγόριος.* Gregorium Antiochensem obiisse anno 593, eodemque anno restitutum fuisse Anastasium scribit Pagius anno 594, n. 4.

(*y*) *Γρηγορίου μέν.* Pelagio II mortuo. divus Gregorius Magnus consecratus est Pontifex Romanus die tertia mensis Septembris anni Chr. 590. Pagius. Sedit annis tredecim, mensibus sex, diebus decem. *idem.*

(*z*) *Ἰωάννου.* *Hoc anno* (scil. 582.) *die sexta Aprilis, indictione* 15. *Eutychius patriarcha dient ultimum obiit. et post dies sex Joannes, Magnæ Ecclesiæ diaconus, qui Jejunator dictus, consecratus est.* Theophanes in *Chronico.* Sedit Joannes usque ad ann. 505. De Eulogio Alex. qui mortuus est anno 607 et Joanne Hierosol. qui vixit ad annum 593. *Vid.* supra, l.b. v, cap. 16.

Digitized by Google

logius, ut jam dixi, Antiochenæ vero præsidebat Anastasius, post tres ac viginti demum annos in sedem suam restitutus. **473** Hierosolymitanæ autem Ecclesiæ Joannes pontificatum administrabat. Quo non multo post mortuo, nemo etiamnum Ecclesiæ illius gubernationem suscepit. Atque hic historiæ nostræ finis esto, anno scilicet duodecimo principatus Mauricii Tiberii. Reliqua vero quæ sequuntur, studiosis qui voluerint narranda ac scribenda relinquimus. Quod si quid a nobis omissum, vel minus accurate expositum est, nemo id nobis vitio vertat : illud secum cogitans, nos historiam dispersam in unum corpus collegisse, ut hominum utilitati consuleremus, quorum gratia tot ac tantos labores suscepimus. Aliud præterea volumen a nobis compositum est, quo epistolæ, relationes, decreta, orationes ac disputationes, et alia quædam continentur. Et supradictæ quidem relationes quæ in eo volumine habentur, pleræque Gregorii Antiochensis episcopi nomine conscriptæ sunt. Quarum etiam gratia duas dignitates consecuti sumus : a

A τὴν Ἀλεξάνδρου Εὐλογίου τῶν λελεγμένων μοι, Ἀναστασίου τε τὴν Θεουπολιτῶν, τῷ οἰκείῳ ἀποδοθέντος θρόνῳ (59) μετὰ τρεῖς καὶ εἴκοσι χρόνους (60)· Ἱεροσολύμων τε Ἰωάννου· οὗ μετὰ βραχὺ τελευτήσαντος, οὔπω τις τοὺς αὐτόσε οἴακας ἐνεχειρίσθη. Ἐνταῦθά μοι τὰ τῆς ἱστορίας πεπαύσθω, Μαυρικίου Τιβερίου δωδέκατον ἔτος (61) τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν διακυβερνῶντος, τῶν ἐξῆς τοῖς βουλομένοις ἐκλέγειν τε καὶ γράφειν καταλιμπανομένων. Εἰ δέ τι παρῶπται ἢ οὐκ ἀκριβῶς ἀνείληπται, μηδεὶς ἡμᾶς γραφέτω μέμψεως, ἔθνεσιν ὡς πεπλανημένην ἱστορίαν συνειλέξαμεν, τὴν τῶν ἀνθρώπων ὠφέλειαν πραγματευσάμενοι, δι' οὓς καὶ τῶν τηλικούτων πόνων ἠνεσχόμεθα. Πεπόνηται δὲ ἡμῖν καὶ ἕτερον τεῦχος, ἀναφορὰς,

B ἐπιστολὰς, ψηφίσματα, λόγους τε καὶ διαλέξεις, καὶ ἕτερα ἅττα ἔχον. Τῶν ἐμπεριεχομένων ἀναφορῶν, ὡς ἐπίπαν ἐκ προσώπου Γρηγορίου τοῦ Θεουπόλεως συντεθειμένων· δι' ὧν καὶ δύο τετυχήκαμεν ἀξιωμάτων· Τιβερίου μὲν Κωνσταντίνου, τῇ τοῦ κυαιστωρίου περιβαλόντος (62), Μαυρικίου δὲ Τιβερίου, δέλτους ὑπάρχων στειλαντος, ἐφ' ᾗ συντεθείκαμεν (63),

VALESII ANNOTATIONES

(59) *Τῷ οἰκείῳ ἀποδοθέντος θρόνῳ.* Ex his verbis colligitur omnino Anastasium paulo ante mortem Gregorii, in sedem Antiochenam restitutum fuisse (*). Ait enim Evagrius Gregorium Antiochenum mortuum esse Anastasio in sedem suam restituto. Nicephorus tamen his verbis nihil aliud significari existimavit, quam Anastasium post mortem Gregorii in suam sedem restitutum fuisse.

(60) *Μετὰ τρεῖς καὶ εἴκοσι χρόνους.* Anastasius depositus fuerat anno Christi 570, ut supra observavi in Annotationibus ad cap. 5 lib. IV. Ab hoc anno ad decimum imperii Mauricii annum, quo in sedem suam restitutus est, ut tradit auctor *Chronici Alexandrini*, id est ad annum Christi 592, anni sunt tres ac viginti.

(61) *Δωδέκατον ἔτος Μαυρικίου.* Ex his verbis suspicari quis fortasse possit id quod suspicatus est etiam Baronius, Gregorium Antiochenum episcopum mortuum esse anno imperatoris Mauricii duodecimo. Cur enim diceret Evagrius, anno duodecimo imperii Mauricii se Historiam suam terminasse, nisi antea aliquid retulisset quod gestum erat anno ejusdem Mauricii duodecimo? Re tamen diligentius examinata, mihi non videtur Evagrius his verbis id significare voluisse. Ait enim Evagrius Gregorium Antiochenum fato functum fuisse. Gregorio quidem Romanam, Eulogio autem Alexandrinam Ecclesiam administrante : Joanne vero Hierosolymis præsidente. Qui cum haud multo postea e vivis abiisset, neminem adhuc in ejus locum suffectum fuisse dicit. Non igitur Gregorii morte historiam suam terminavit Evagrius, cum post ejus mortem Joannem Hierosolymitanum episcopum obiisse referat, et post ejus interitum neminem adhuc eo tempore quo hæc scribebat, substitutum esse. Id ergo tantum his verbis significat Evagrius, se hæc scripsisse anno duodecimo imperii Mauricii. † Annus quo Historiam suam scripsit Evagrius, distinguendus est ab anno in cujus rebus gestis describendis operi finem imposuit. Historia ejus non progreditur ultra mensem Augusti anni 593. Opus vero ipsum in lucem editum est vel isto anno exeunte, vel potius anno 594, quo annus duodecimus Mauricii absolvitur. Hæc Pagius ad ann. 591, n. 7. W. Lowth.

(62) *Τῇ τοῦ κοιαιστωρίου περιβαλόντος.* Non probo interpretationem Christophorsoni et *Musculi*, qui quæsturæ honorem a Tiberio delatum esse putant Evagrio nostro. Atqui Evagrius non dicit delatam sibi esse dignitatem τοῦ κοιαίστωρος, sed tantum τοῦ κοιαιστωρίου, id est, *quæstorii*. Multum autem discrimen est Inter quæstorem et quæstorium. Nam quæstor est qui magistratum quæstoris gerit. Quæstorius vero is qui magistratu illo jam perfunctus est. Cum igitur dicit Evagrius delatum sibi esse honorem exquæstore, codicillos ex quæstore sibi ab imperatore collatos esse intelligit : eodem prorsus modo quo codicillos ex præfectis prætorio a Mauricio imperatore sibi delatos esse, statim subjungit. Porro qui codicillos hujusmodi meruerant, ii privilegiis omnibus fruebantur, quæ competebant honoratis qui dignitates illas gesserant. Quæsturæ scilicet ac præfecturæ. Cæterum hoc loco scribendum videtur τὸ τοῦ κοιαιστωρίου, supple *ἀξίωμα*.

(63) *Ἐφ' ᾗ συντεθείκαμεν.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit : *Unde ista composuimus, cum ille imperii ignominiam ablaturus, Theodosium in lucem produxit.* Christophorsonus vero sic interpretatur: *Quo regnante eas Relationes composuimus : idque eo ipso tempore quo Theodosium in lucem edidit.* Existimavit scilicet Christophorsonus scribendum hic esse ἐφ' οὗ. Verum hæc emendatio ferri non potest; non enim regnante Mauricio opus illud *Relationum* composuerat Evagrius, sed regnante Tiberio Constantino, sicut ipse affirmat paulo supra. Malui igitur hoc loco vulgatam scripturam retinere, subaudiendo vocem ἀναφορᾷ vel διαλέξει. Nam cum Mauricio imperatori natus esset filius Theodosius, Evagrius orationem ad Mauricium imperatorem scripsit, qua ei ob natalem filii gratulabatur, et tum Mauricio ipsi, tum reipublicæ Romanæ summam felicitatem augurabatur. propterea quod Mauricius abolito vetusto Romani imperii dedecore, masculam prolem tandem suscepisset. Nam ex im-

VARIORUM.

(*) Evagrio assentitur auctor *Chronici Alexandrini*, qui ait Gregorium, dum adhuc viveret, Anastasium recepisse. W. Lowth.

Digitized by Google

ὅτε τὰ ὀνείδη τῆς βασιλείας λύσας, Θεοδόσιον ἐς φῶς προήγαγε (64), προοίμιον αὐτῷ τε καὶ πολιτεύματι πάσης εὐδαιμονίας παρασχόμενον.

A Tiberio quidem Constantino quæsturæ honorem adepti : a Mauricio autem Tiberio codicillos præfecturæ nacti, ob ea quæ composueramus tunc cum exstincto imperii probro, Theodosium in lucem edidit, qui tum ipsi, tum reipublicæ, summæ felicitatis exordium præbuit.

Εὐαγρίου Σχολαστικοῦ Ἐπιφανέως καὶ ἀπὸ ἐπάρχων, Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Τόμοι ἕξ.

ΤΕΛΟΣ.

Evagrii Scholastici Epiphaniensis et ex præfectis, Ecclesiasticæ historiæ Libri sex.

FINIS

VALESII ANNOTATIONES.

peratoribus Romanis qui in Orientis partibus regnaverant, jam inde a Theodosio Juniore, nullus mares liberos genuerat. Ob hanc igitur orationem ait Evagrius donatum se esse a Mauricio codicillis amplissimæ præfecturæ.

(64) *Ὅτε Θεοδόσιον ἐς φῶς προήγαγεν.* Theodosius nobilissimus natus est in purpuris anno 3 imperatoris Mauricii, die 26 mensis Septembris, ac proinde indictione 4, quæ cœperat a Kalendis Septembris hujus anni. Idem postea a patre Mauricio Augustus coronatus est indictione octava, die 26 B mensis Martii, cum annos natus esset quatuor cum dimidio, ut scribit Theophanes in *Chronico*. p. 225.

HENRICI VALESII

OBSERVATIONUM IN HISTORIAM ECCLESIASTICAM EVAGRII

LIBER PRIMUS

DE PETRO ANTIOCHENO EPISCOPO QUI FULLO COGNOMINATUS EST, ET DE SYNODIS ADVERSUS EUM COLLECTIS.

CAPUT PRIMUM.

Petrus monachus primum fuit Acœmitensis, et in eo monasterio fullonis artem exercuit ; unde et Fullonis cognomentum ei inditum, ut scribit Alexander monachus in laudatione sancti Barnabæ. In hoc igitur monasterio Petrus cum adversus Chalcedonensem synodum assidue declamaret, et Eutychianum dogma palam defenderet, tanquam corruptor apostolicæ fidei, a fratribus ejectus est monasterio. Inde igitur digressus, Chalcedonem se contulit, et in ea urbe presbyter fuit Ecclesiæ Sanctæ Bassæ, ut testatur Theodorus Lector, et Theophanes in *Chronico*. Verum cum in ea quoque urbe Eutychianum dogma publice prædicaret, et Chalcedonensem synodum conviciis et maledictis appeteret, inde quoque expulsus venit Constantinopolim. Erat tunc in urbe regia Zeno vir potentissimus, patricius et comes excubitorum, cui Leo Aug. Ariadnem filiam suam desponderat. In ejus amicitiam Petrus callide sese insinuavit. Et cum idem Zeno a Leone magister militum per Orientem in locum Ardaburit factus in Orientem proficisceretur, Petrus ejus comitatui adhæsit, et una cum illo venit Antiochiam. Id factum est Leone quartum et Probiano Coss. anno Christi 471, ut in annalibus ecclesiasticis recte observavit Baronius. Neque enim audiendus est Theophanes, qui hunc Zenonis ac Petri adventum in urbem Antiochiam diu ante retulit. Sed cum constet ex *Candidi Historia*, Zenonem magistrum Orientalis militiæ factum non fuisse, nisi post cædem Asparis et Ardaburii (etenim Ardaburius magister erat rei militaris per Orientem, ut testatur Damascius apud Suidam in voce Σεβηριανός); cumque præterea constet ex Marcellini, et ex Victoris Thunonensis Chronico,

C Asparem et Ardaburium eo quem dixi anno cæsos esse, prorsus necesse est ut Zeno et Petrus qui eum comitatus est, eo consulatu Antiochiam advenerint. Erat tunc in urbe Antiochena præsul martyrius, vir catholicus et Chalcedonensis synodi propugnator. Hunc Petrus, Zenonis gratia atque opibus adjutus, omnibus modis oppugnare aggressus est : Nestorianum eum appellans, et clericos Antiochensis Ecclesiæ adversus eum incitans. Erant in urbe Antiochena plurimi Apollinaris sectatores, jam inde a Vitale Antiocheno propagati, qui Meletii ac Paulini temporibus schisma in ea Ecclesia et sui nominis sectam condiderat. Horum igitur partibus adjunctus Petrus Fullo, Theopaschitarum dogma palam prædicare cœpit, anathema dicens iis qui Deum crucifixum negarent. Quin etiam Trisagio hymno qui in Ecclesia cani consueverat clausulam illam adjecit : *Qui crucifixus es pro nobis*. Qua ex re plebs Antiochena duas in partes divisa est. Et alii quidem D Petrum Fullonem sequebantur, reliqui vero Martyrio adhæserunt. Is tunc temporis Constantinopolim profectus fuerat ob ecclesiastica quædam negotia, ac fortasse etiam ob tumultus illos quos Petrus Fullo in Antiochensi Ecclesia excitaverat. Cum igitur Constantinopolim venisset Martyrius, Gennadii Constantinopolitani episcopi opera ac suffragio a Leone Augusto benigne susceptus est, idque cujus gratia potissimum venerat ab imperatore obtinuit : legem videlicet qua interdictum erat, ne quis monachus, relicto suo monasterio, in urbe Antiochena vel in alia qualibet civitate moraretur, et de religione disputando turbas ac tumultus in Ecclesia excitaret. Ea constitutio Leonis Aug. ad Zenonem magistrum militum missa refertur in libro primo codicis Justiniani, qua Petrus Fullo tacito nomine denotatur, ut recte a Baronio observatum

Digitized by Google

est. Reversus post hæc Antiochiam Martyrius, cum seditiones ac dissidia quotidie augeri animadverteret, et Zenonem magistrum militiæ, spreta Leonis constitutione, Fulloni favere, in publico Ecclesiæ conventu palam episcopatu sese abdicavit, retenta nihilominus sibi sacerdotii dignitate. Quo facto, Petrus Fullo in Antiochenam sedem tanquam vacuam insiluit. Quæ cum Gennadius comperisset CP. episcopus, cuncta Leoni Augusto nuntiavit. Imperator vero, his rebus commotus, synodum episcoporum Antiochiæ fieri præcepit, in qua Petrus Fullo depositus est ac damnatus, et in ejus locum ordinatus est Julianus, ut scribunt Theodorus Lector et Theophanes. Porro imperator Leo Petrum Fullonem, synodali sententia damnatum, Oasim in exsilium deportari jussit, ut testatur Acacius Constantinopolitanus episcopus in epistola ad Simplicium papam, quæ refertur a Gelasio in *Gestis de nomine Acacii*. Hujus epistolæ verba operæ pretium fuerit hic apponere. Ex iis enim colligitur id quod superius dixi, Petrum Fullonem in synodo esse damnatum. Sic igitur habent. Cui dum Acacii scripta legeremus quæ de Petro et Joanne Antiochenis miserat, excessus Acacii etiam in hac causa gravissimos deprehendit. Illo enim tempore quo de Petro Alexandrino damnato retulerat, non longe post etiam de Petro et Joanne scripserat : Petrum apud Constantinopolim monasterium gubernasse; sed hoc propter crimina derelicto, Antiochiam fugisse. Ibi pulso Martyrio catholico episcopo, per hæreticos sedem ipsius occupasse; continuoque damnatum, a Leone tunc principe ad Oasitanum exsilium esse directum. De quo lapsum, Constantinopolim rediisse, ac dedisse fidem quod nullas ulterius turbas facere prorsus auderet. Hæc est prima Petri Fullonis damnatio. Quam si quis non in synodo ab episcopis factam esse contendat, sed ab ipso Leone Augusto, is meminisse debet episcopos nunquam solitos esse in exsilium mitti a Christianis imperatoribus, nisi post damnationis sententiam in eos legitime prolatam. Sic Photinum, Nestorium ac Dioscorum legimus esse relegatos post synodale judicium, ut omittam Arium presbyterum. Certe Liberatus in cap. 18 *Breviarii*, locum hunc ex epistola Acacii describens, diserte dicit Petrum ab episcopis esse damnatum, et Leonis imperio in Oasim deportatum. Cæterum Petrus Fullo in hac primi episcopatus Antiocheni invasione, brevi admodum tempore sedisse videtur. Nam in epistola Acacii ad Simplicium papam, cujus verba superius relata sunt, post abreptum episcopatum continuo damnatus esse dicitur.

CAP. II.

Post mortem Leonis Augusti, Zeno de quo supra diximus, a Leone filio suo coronatus, imperii regimen accepit. Sed mox Basiliscus, tyrannide abrepta, eum cum Ariadne conjuge in Isauriam fugere compulit. Ita Basiliscus citra sanguinem imperium adeptus, statim adversus Chalcedonensem synodum insurrexit, et promulgata sanctione eamdem synodum ab omnibus episcopis damnari præcepit. Ac primum quidem Timotheum Ælurum ab exsilio revocavit. Petrum deinde Fullonem sedi suæ restitui jussit, ut tradunt Theodorus Lector et Theophanes. Quibus rebus acceptis, Julianus Antiochensis episcopus gravi dolore perculsus interiit. Petrus igitur Fullo cum Antiochenam sedem præsule suo viduatam reperisset, eam iterum occupavit. Ac primum quidem Joannem quemdam, qui synodali sententia depositus fuerat, episcopum Apamenis ordinavit. Sed cum Apameni Joannem episcopum admittere noluissent, Joannes, Antiochiam reversus, adversus Petrum auctorem episcopatus sui insurrexit. Et collecta episcoporum Orientalium synodo, Petrum e sede sua deturbavit. Ipse in ejus locum suffectus trium circiter mensium spatio episcopatum obtinuit, ut tradit Theophanes in *Chronico*. Joanne igitur post trimestre spatium deposito, communi orientalium episcoporum suffragio Stephanus episcopus Antiochiæ ordinatur anno Christi 378. Qui mox synodicas litteras ad Acacium Constantinopolitanum episcopum misit, quibus ei et ordinationem suam, et damnationem Petri ac Joannis Antiocheni significabat. His litteris acceptis (65), Acacius synodum episcoporum qui tunc forte Constantinopoli morabantur collegit, et Petrum Fullonem ac Joannem supra memoratum, una cum Paulo quodam Ephesiorum, ni fallor, episcopo damnavit. Deque ea re litteras scripsit ad Simplicium papam, petens ab apostolica sede, ut si forte ad eam confugerent, nec visu dignos eos haberet; et si jam aliquam indulgentiam forsitan impetrassent, irritam esse debere affirmans, nec eorum pœnitentiam recipiendam esse. Hujus epistolæ verba, haud certe sensum ipsum refert Gelasius in *Gestis de nomine Acacii*. Meminit etiam ejusdem epistolæ Acacii ad Simplicium Gelasius papa in epistola ad Orientales his verbis : *Hic autem ille est Petrus Antiochenus, quem nec per pœnitentiam ad communionem catholicam recipi etiam a sede apostolica poposcit Acacius.* Sed et Felix papa in epistola quam scripsit universis archimandritis et monachis Constantinopoli et per Bithyniam consistentibus, ejusdem epistolæ meminit ita dicens : *Adjectum etiam tunc cum ista in examinatione tractantur, quod Acacius Joannem illum Tyriorum Ecclesiæ fecerit præsidere, qui Apamenis a Petro Antiochenæ Ecclesiæ tyranno fuerat episcopus ordinatus, sed minime receptus, proprio ordinatore depulso, eamdem sedem non timuit occupare. Quos tunc hypocrita Acacius ita fecit ab apostolica sede damnari, ut his etiam Christianorum vocabulum tolleretur, quod gesta apud eum habita manifestant.* Ex quibus verbis colligitur Petrum Fullonem in Constantinopolitana synodo ab Acacio esse damnatum. Hæc enim verba Felicis papæ, *quod gesta apud eum habita manifestant*, nonnisi de synodalibus intelligi possunt. Cæterum in iisdem litteris ad Simplicium papam Acacius etiam de Paulo quodam retulerat, ut didici ex epistola Gelasii papæ ad orientales, quæ sic habet : Quos si a fide integra communioneque catholica putaretis errare, ad apostolicam sedem, secundum scita majorum, et sicut semper est factum, referre debuistis : sicut de Petro Alexandrino, vel de Antiocheno Petro, de Joanne et Paulo fecisse monstratur Acacius. Sed et in *Commonitorio ad Faustum*, ejusdem Pauli et Joannis mentionem facit. Quos ab apostolica sede damnari ac deponi fecit Acacius. Quem etiam præceptionem sedis apostolicæ exsecutum fuisse, ibidem ait Gelasius. Equidem non dubito quin hic Paulus de quo Acacium ad Simplicium papam retulisse scribit Gelasius, sit Ephesinus episcopus; qui dum ob quædam crimina exutus fuisset episcopatu, Basilisci tyranni temporibus restitutus fuerat per Timotheum Ælurum et Paulum Antiochenum episcopum, ut scribit Evagrius in libro III, cap. 5 et 6. Porro Simplicius papa, acceptis Acacii litteris, in quibus de Petro et Joanne Antiochenis retulerat, continuo respondit eos a se damnatos esse significans, et ab Ecclesiæ communione præcisos. Et epistola quidem Simplicii ad Acacium, ea de re scripta, hodie non

NOTÆ.

(65) His litteris acceptis, etc. Pagius probat ex epistola Simplicii PP. ab Holstenio primum edita, hanc synodum Constantinopoli fuisse celebratam, antequam Joannes Apamenus sede Antiochena dejectus esset. Vid. Pagium ad ann. 477, n. 14. W. Lowth.

Digitized by Google

exstat. [*Imo habetur in Collectione Romana, quam edidit Holstenius*, p. 194.] Ejus tamen meminit ipse Simplicius in epistola ad Zenonem Augustum, qua ei gratulatur ob vindictam sedem Stephani Antiochensis episcopi. Ubi Simplicius inter cætera hoc dicit : *Sed ut loquar fiducialiter principi Christiano, si præteritarum litterarum, quas de Petri aliorumque nomine ad fratrem et coepiscopum meum Acacium scripsisse memini, ordo teneretur, ad hoc non potuit pervenire quod jure nunc meruit vindicari. Mandaveram namque ut, facta suggestione pietati vestræ, prædictus, ut et cæteri qui per occasionem tyrannicæ dominationis invaserant Ecclesias Dei, extra metas vestri pellerentur imperii*, etc. Eadem repetit Simplicius papa in epistola quam de eadem re scripsit ad Acacium. Nec dubium est quin de Antiocheno Petro hic loquatur Simplicius papa. Etsi enim de Alexandrino Petro idem Acacio mandaverat Simplicius, ut ex ejus epistolis cognoscimus, tamen cum hic sermo sit de Antiochena Ecclesia, non de alio Petro loqui existimandus est Simplicius quam de Antiocheno. Et hæc est Baronii sententia. Quatuor igitur synodis condemnatum Petrum Fullonem jam vidimus : quarum prima quidem et secunda orientalium fuit episcoporum, Antiochiæ collecta ; tertia fuit Constantinopolitana ; quarta, Romana.

CAPUT III.

Stephanus, cum per anni circiter spatium Antiochenam Ecclesiam gubernasset, ab hæreticis crudeliter in ecclesia interfectus est. Cadaver ejus tractum per urbem, et in Orontem fluvium projectum est, anno Christi 479, post consulatum Illi viri clarissimi, ut ex epistolis Simplicii papæ recte observavit Baronius. Quam ob cædem graviter commotus Zeno, misit Antiochiam qui hoc facinus vindicarent, et in auctores seditionis animadverterent. Antiocheni vero legatos ad imperatorem miserunt, qui veniam deprecarentur, peterentque ab imperatore ut ad vitandos tumultus episcopus ipsis Constantinopoli ordinaretur. Igitur Zeno eorum petitionibus annuens, mandavit Acacio Constantinopolitano episcopo, ut Antiochenum antistitem in urbe regia ordinaret. Idque factum pacis ecclesiasticæ causa, tam imperator ipse quam Acacius apud Simplicium papam excusavit, polliciti ordinationem Antiocheni antistitis juxta canonum præcepta a comprovincialibus episcopis posthac esse faciendam. Et litteræ quidem Zenonis atque Acacii hodie non exstant. Verum litteræ Simplicii papæ, quas ad utrumque rescripsit, etiamnum habentur ; in quibus hæc verba leguntur inter cætera : *Si præteritarum litterarum quas de Petri aliorumque nomine ad fratrem et coepiscopum meum Acacium scripsisse memini, ordo teneretur, ad hoc non potuit pervenire, quod jure nunc meruit vindicari. Mandaveram namque ut, facta suggestione pietati vestræ, prædictus, ut et cæteri qui per occasionem tyrannicæ dominationis invaserant Ecclesias Dei, extra metas vestri pellerentur imperii : ne pestiferum sensibus quibusque simplicioribus ore sacrilego virus infunderent, et verbis impiis contra fidem orthodoxam innocentiores animas sauciarent.* His piis ac salutaribus monitis Simplicii Romani pontificis permotus Zeno, Petrum Fullonem Pityunta in exsilium misit, qui locus est in Ponto circa fines imperii Romani situs, et noxiorum exsilio deputatus, ut testatur Justinianus in Novellis. Sed Petrus Fullo, clam Pityunte digressus, ad sanctum Theodorum se contulit, qui erat in oppido Euchaitarum, ut tradunt Theophanes et Cedrenus. Quisnam sit hic Theodorus, equidem nondum comperi, nisi forte sit Theodorus Trichinas, cujus mentio fit in Græcorum Menologiis, die Aprilis vicesimo. Ordinatus est igitur ab Acacio Antiochensis episcopus Stephanus Junior (66), vir pietate spectabilis. Qui cum tres annos sedisset, variis hæreticorum seditionibus agitatus, post ejus obitum Zeno præcepit iterum Acacio, ut in urbe regia episcopum Antiochensibus ordinaret. Acacius igitur Constantinopoli Calendionem ordinavit Antiochenæ episcopum, ut scribunt Theodorus lector ac Theophanes, et ante eos Gelasius in gestis de nomine Acacii. Orientales autem episcopi, tanquam nescientes id quod actum erat Constantinopoli, Joannem nomine Codonatum eidem Antiochenæ Ecclesiæ consecrant episcopum, ut scribit Victor Thunonensis in Chronico post consulatum secundum Longini, et Theophanes, pag. 110. Id factum est anno Christi 482, Trecundo et Severino coss., ut discimus ex epistola Simplicii papæ ad Acacium. Ordinatus Constantinopoli Calendio, mox Antiochiam profectus est. Ubi collecta episcoporum provincialium synodo, primo quidem ordinationem suam omnium suffragio comprobari voluit ; deinde synodicam epistolam misit ad Simplicium papam per Anastasium episcopum. Qui per Constantinopolim transiens, acceptis ab Acacio intercessionis litteris, Romam profectus est. Ubi cum litteras Calendionis simul et Acacii Simplicio obtulisset, Simplicius libenti animo Calendionem in communionem suam suscepit. Litteras quoque ejus rei testes Anastasio tradidit, tum ad Calendionem tum ad Acacium perferendas. Exstant hodie litteræ Simplicii ad Acacium, quæ sic habent : *Antiocheni exordium sacerdotis, qua ratione fuerit serius indicatum, quamvis nos minime latere potuerit, tamen et ipse, vel synodus ipsius indicavit. Quod sicut non optavimus fieri, ita facilcs excusationi quam necessitas fecit, exstitimus ; quia quod voluntarium non est, non potest vocari in reatum*, etc. Data Idibus Juliis Severino V. C. cos. Quot annos Calendio episcopatum gesserit, non convenit inter antiquos. Theophanes quidem in chronico quatuor ei annos assignat. Victor autem Thunonensis tres duntaxat ei tribuit. Sed in Victore Thunonensi mira est annorum perturbatio. Baronius in Annalibus ecclesiasticis annum tantummodo ei tribuit. Verum biennii spatio eum sacerdotio functum esse reperio. Certe Gelasius papa in *Gestis de nomine Acacii*, eum post damnationem Acacii in synodo Rom. factam, depositum esse testatur (67). Synodus autem Rom. adversus Acacium celebrata est anno Christi 484, Theodorico et Venantio coss. Depositus autem est Calendio, specie quidem propterea quod Illo favisset qui tyrannidem arripuerat Antiochiæ : sed revera eo quod a Felicis papæ et a Joannis Alexandrini communione sese abrumpere noluisset, ut testatur Liberatus. Pulso in hunc modum Calendione, Petrus Fullo a Zenone imperatore in sedem Antiochenam remissus est. Id factum suggestione Acacii, in odium Felicis papæ, a quo damnatus paulo ante fuerat Acacius, affirmat Gelasius in *Gestis de nomine Acacii* sub finem, ita scribens : *Cujus audacia deteriora committens, etiam Petrum Antiochenum, ejecto catholico Calendione quem ipse ordinaverat, ad Antiochenam misit Ecclesiam.* Idem quoque testatur Felix papa in epistola 2,

NOTÆ.

(66) *Ordinatus est ab Acacio Antiochensis episcopus Stephanus junior.* Calendionem tantum ab Acacio in episcopum Antiochensem ordinatum fuisse probat Pagius ex epistolis Simplicii 14. 15, 16, quas eodem anno, id est, 482, scriptas esse contendit ; licet prior ex istis *post consulatum Illi*, id est anno 479, juxta vulgatos codices data esse dicatur. Vid. Pagi ad ann. 482, n. 8, etc. W. Lowth.

(67) *Gelasius post damnationem Acacii* [*Calendionem*] *depositum esse testatur.* Id est, post primam Acacii damnationem : de qua distinctius agitur in Annot ad Dissert. 2. Ib.

Digitized by Google

ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam constitutos, his verbis : *Sic autem Acacius impietatem pestiferæ damnationis tetendit, ut etiam dejectus insultet, ut scissus sævire non desinat, et cum omnino extra corpus habeatur, ejus tamen membra dilaceret, et de se scriptum esse testetur : impius cum venerit in profundum malorum, contemnit : adjiciens deteriora prioribus, persequendo jam mortuos : ejus anima graviter delinquendo condemnationem secundæ mortis incurrit ; qui Calendione episcopo sancto, quemadmodum cognovimus, nuper ejecto, Petrum toties et ante a se damnatum in ejus immisit Ecclesiam, ita ut plurimi, si verum est, catholici cesserint relictis suis sedibus sacerdotes, et nostræ projectæ sint porcis et canibus margaritæ.* Gelasius tamen in epistola ad Orientales, Petrum Fullonem a Zenone imperatore introductum esse dicit in sedem Antiochenam. Verba Gelasii sunt hæc : *Ut taceam quod per Zenonem imper., qui utique Antiocheno Petro quem introduxerat, et cujus sacerdotium comprobaverat, sine dubio communione permistus communicabat Acacius.* Idem Gelasius in epist. 13, ad episcopos Dardaniæ, Zenonem quidem id sua auctoritate fecisse scribit : sed Acacium id fieri passum esse : et palam quidem a Petri Antiocheni communione abstinuisse : imperatori tamen Petrum promoventi minime restitisse. Zenonem itaque in litteris suis scripsisse ait, istud a se factum esse ex consilio ac dispositione Acacii. At Calendio cum se per fraudem et calumniam destitutum videret, litteras scripsit ad Felicem papam, quibus ei et destitutionem suam, et violentam Petri Fullonis post tot damnationis sententias restitutionem nuntiabat. Quibus cognitis Felix papa, habita synodo apud Sanctum Petrum, cui interfuerunt quadraginta tres episcopi, Petrum Fullonem Antiochensis Ecclesiæ pervasorem, et una cum illo Petrum Moggum Alexandrinum episcopum et Acacium Constantinopolitanum damnavit. Damnationis sententiæ primus inter episcopos qui concilio intererant, subscripsit Candidus Tiburtinus his verbis : *Candidus Tiburtinæ civitatis episcopus, Petro Alexandrinæ Ecclesiæ pervasori, et Acacio quondam Ecclesiæ Constantinopolitanæ, necnon etiam Petro Antiocheno, ab episcopatus et Christianorum numero olim jure et merito segregatis, omnibusque sequacibus eorum, sequens auctoritatem sedis apostolicæ secundum nostrum et catholicæ Ecclesiæ statum justa deliberatione prolatam, anathema dicens subscripsi.* Et quadraginta duo episcopi similiter subscripserunt. Hæc est quinta Petri Fullonis damnatio, facta a Felice papa in secunda synodo Romana, quæ habita est causa Antiochenæ Ecclesiæ, anno Christi 484, ut supra demonstratum est. Prima enim synodus Romana, sub eodem Felice papa collecta fuerat ob causam Alexandrinæ Ecclesiæ, et ob prævaricationem Vitalis ac Miseni episcoporum eodem anno, consulatu Theodorici et Venantii.

CAP. IV.

Hæc sunt quæ de Petri Fullonis damnationibus ex optimis scriptoribus et ex certissimis documentis collegimus. At Baronius in Annalibus ecclesiasticis, eumque secutus Binius in Collectione conciliorum generalium, duas præterea synodos in quibus Petrus Fullo damnatus est, nobis obtrudunt : Constantinopolitanam scilicet ab Acacio collectam, anno Christi 483, et Romanam, habitam a Felice papa eodem anno. Epistolas etiam proferunt multorum episcoporum, partim Occidentalis, partim Orientalis Ecclesiæ. Quas ego falsas esse ac suppositias conabor ostendere. Hujus enim rei potissimum causa, tota hæc a me suscepta est disputatio; ac primo quidem loco de epistolis dicam, quarum falsitatem non difficile erit convincere. Omnes illæ epistolæ a diversis episcopis ad Petrum Fullonem scriptæ, quæ leguntur in tomis conciliorum, et in Annalibus Baronii, ex Græco sermone in Latinum conversæ sunt. Quod quidem evidenter apparet, tum ex elocutione quæ barbara est et inconcinna, tum ex eo quod duæ habentur earum interpretationes longe inter se diversæ. Porro Græcæ illæ epistolæ falsitatem suam multis indiciis produnt. Primo enim nomina ipsa episcoporum qui ad Petrum Fullonem scribunt, haud dubie conficta sunt et commentitia. Cui enim notus est Faustus Apolloniadis, Pamphilus Abydorum, Asclepiades Trallium, Anthæon Arsinoes episcopi? Cui compertus est Quintianus episcopus Asculanus, aut Justinus episcopus Siciliæ (68)? Neque enim additum est nomen urbis : sed totius insulæ episcopus appellatur. Nullus certe ex istis episcopis, in historia illorum temporum nominatus reperitur. Et Felicem quidem Romanæ urbis episcopum, atque Acacium episcopum urbis Constantinopolitanæ per litteras corripere atque admonere Petrum Fullonem, ut ad meliorem frugem revertatur, haudquaquam certe miramur : id enim juris habuerunt in collegam et consortem patriarchalis dignitatis. Isti vero modicarum urbium episcopi, nulla auctoritate præditi, et in diversis provinciis longe ab Antiochensi diœcesi positi, qua ratione impulsi sunt, ut Antiochenum patriarcham scriptis ad eum litteris admonerent? Quibus id sufficere oportebat, ut Petri Fullonis hæreticam novitatem ad suos patriarchas deferrent. Ipsi vero per se ac suo nomine ad Petrum Fullonem scribere nequaquam debuerant; verum id munus metropolitanis suis ac primatibus reservare. Denique omnes illæ epistolæ, licet a diversis episcopis et ex provinciis longe inter se dissitis conscriptæ, uno tamen eodemque stylo elaboratæ sunt, id est rudi ac barbaro sermone. Quo maxime argumento falsitas earum deprehenditur. Neque enim fieri potest, ut tam diversarum nationum episcopi, eodem prorsus genere sermonis utantur. Præterea cur episcopus Asculanus, cur pontifex Romanus Græce scribit ad Petrum Fullonem? Neque enim solebant illis temporibus episcopi Romani alia quam Latina lingua litteras scribere ad episcopos Græcos, ut testantur epistolæ pontificum Romanorum. Quid autem dicturi sumus de epistola Flacciani Rhodopensis episcopi ad eumdem Petrum Fullonem scripta, quam ex codice Vaticano primus protulit Baronius ad annum Christi 483, in qua post exordium insulsum penitus atque ineptum leguntur hæc verba : *Quis est igitur qui proceltas excitavit hæresium, nisi tu qui sollicitasti aures principis innocentis, et falsis litteris eor pontificis erexisti, ut ad communionem te susciperet, dicendo : Non mihi fiat ulterius crucem apponere Trinitati, prædicando tantum Christum crucifixum. Cui enim non videatur horrere sermo impudentiæ? Ubi ergo ex hoc declinans remaneam non susceptus a vobis; et ubi sunt viscera Christi ad Petrum?* Baronius ait hæc esse verba ex epistola Petri ad Acacium, scripta tunc cum se simulavit esse catholicum, eo consilio ut susceptus in communionem Acacii, sedem suam recuperaret. Verum ex Gelasii papæ epistola ad Orientales, constat Acacium nunquam Petro Fulloni communicasse. Scribit enim Gelasius in epistola supra memorata, id-

NOTÆ.

(68) *Cui compertus est Quintianus episcopus Asculanus, aut Justinus episcopus Siciliæ?* Pro *Asculanus* legendum *episcopus Arculanus*, vel *Arculianorum*, ut ex libello synodico emendat Pagius ; et pro *Siciliæ* legendum *Ciliciæ*, juxta eumdem, ad ann. 485, n. 14, etc , ubi reliquas objectiones adversus has epistolas a Valesio allatas dissolvit. W. Lowth.

Digitized by Google

que frequenter inculcat, gloriari solitum esse Acacium, quod Petro Antiocheno, id est Fulloni, nunquam communione sociatus fuisset. Idem quoque testatur in epistola 13, ad episcopos Dardaniæ : *Quæ synodo Calendionem idem expelli fecit Acacius? Nihilominus eidem Petrum tam manifestum hæreticum, ut eidem palam nec se communicare prætenderet, sua passus est dispositione substitui.* Sic enim locus ille scribendus est. Quo igitur modo litteras ab eo accepit Acacius, aut ad eum misit, fratrem illum appellans? Sic enim legimus in epistola illa Acacii ad Petrum Fullonem. Postremo, quid ineptius est iis verbis quæ leguntur in epistola 3 Felicis (69) papæ ad eumdem Fullonem, qua damnationis sententiam in eum contorquet : *Etenim sit in te hæc fixa damnatio a me, et ab his qui sub me constituti episcopales sedes gubernare noscuntur, et Acacio Constantinopolitanæ Ecclesiæ pastore, et venerabilibus episcopis ejus juri subjectis, tanquam et ipsis minime consentientibus*, etc. Multa sunt in his verbis quæ tolerari non possunt. Primo enim hic mos non erat pontificum Romanorum, ut episcoporum qui una cum ipsis in synodo consederant, in decretis suis ac sententiis mentionem ullam facerent. Certe hanc consuetudinem fuisse pontificum Romanorum Felix ipse testatur in epistola secunda ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam constitutos, his verbis : *Quotiens intra Italiam propter ecclesiasticas causas, præcipue fidei, colliguntur domini sacerdotes, consuetudo retinetur ut successor præsulum sedis apostolicæ ex persona cunctorum totius Italiæ sacerdotum, juxta sollicitudinem Ecclesiarum sibi competentem cuncta constituat.* Quid quod Acacium sibi adjungit, quasi ejus sententiam in damnando Petro Antiocheno secutus esse videatur : omissa mentione Simplicii papæ, a quo idem Petrus diu ante fuerat condemnatus, quemadmodum supra docuimus. Cæterum notandum est in Græco textu hujus epistolæ longe aliam scripturam haberi : sic enim ibi legitur : Καὶ γε πεπαγωμένη ἔστω σου ἡ καθαίρεσις αὕτη ὑπ' ἐμοῦ, καὶ τῶν διεπόντων μετ' ἐμοῦ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον, etc. Id est, *Hæc igitur tui depositio fixa sit a me, et ab iis qui mecum apostolicam sedem gubernare noscuntur.* Quæ verba de presbyteris et episcopis cardinalibus potius intelligenda sunt, qui quasi coadjutores quidam erant Romani pontificis, ut in quadam epistola loquitur Petrus Cluniacensis. Dicet hic fortasse aliquis, eas epistolas non ex Græco in Latinum sermonem esse translatas, sed Græcas potius ex Latinis factas videri : atque ita sensit Anastasius Bibliothecarius in præfatione Collectaneorum, ad Joannem diaconum ita scribens : *Nonnulla quæ Latine fuerunt editæ, Latinitas funditus mole oblivionis obruta deplorasset, nisi ex Græcorum fonte librorum hæc hausta post sitibundo pectore resumpsisset : sicut epistolam beati papæ Felicis, in Petrum Antiochenum sententiam proferentem damnationis.* Ego vero in præsentiarum id non inquiro. Hoc tantum dico, etsi epistolas illas demus ex Latino sermone in Græcum conversas esse, ne sic quidem a falsi nota et suspicione liberari. Nam quæ supra attulimus argumenta ad convincendam earum falsitatem, in utramque partem valent. Et hæc quidem adversus epistolas illas supra memoratas dicta sufficiant. Nunc ad synodos ipsas veniamus, Constantinopolitanam scilicet ac Romanam. Has Baronius eumque secutus Binius, adversus Petrum Fullonem Antiochenum episcopum collectas esse dicunt anno Christi 483, consulatu Fausti viri clarissimi. Atqui Petrus Fullo eo anno nondum Antiochenam sedem invaserat. Nam Calendio per vim et calumniam depositus est anno sequente, qui fuit Christi 484, statimque in ejus locum Petrus est subrogatus, ut ex certissimis testimoniis Felicis ac Gelasii Romanorum pontificum superius ostendimus. Deinde quorsum Acacius Petrum Fullonem iterum damnare necesse habebat, quem Simplicii papæ temporibus in Constantinopolitana synodo jam ante damnaverat, ut supra demonstratum est ex epistola ipsius Acacii ad Simplicium papam, et ex litteris Felicis papæ ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam residentes? Quorsum item Felix necesse habebat Petrum Fullonem sententia sua damnare, qui jam antea a Simplicio fuerat condemnatus? Quod si quis respondeat novum crimen Petri exstitisse, ac proinde opus fuisse nova damnatione; nego novum ullum crimen admissum tunc esse a Petro Fullone. Clausula enim illa, *qui crucifixus es pro nobis*, diu ante annum Christi 483 et 484 a Petro Fullone adjecta fuerat Trisagio. Nec in tertia ejus restitutione, sed post primum enthronismum, Leone August. imperium gubernante, addita fuerat a Petro, ut docet Theodorus Lector in libro primo, et Theophanes in *Chronico*, et Cedrenus.

CAP. V.

Notandum porro est clausulam illam a Petro Fullone adjectam hymno Trisagio, in Orientalibus Ecclesiis perpetuo deinceps usurpatam fuisse a catholicis sacerdotibus, licet Constantinopolitana Ecclesia et pleræque Occidentalium clausulam illam rejicerent. Certe Ephræmius patriarcha Antiochenus, quem catholicum fuisse constat, adhuc sua ætate passim in omnibus Orientis Ecclesiis clausulam illam cani solitam esse testatur (70) in epistola ad Zenobium Scholasticum; nec ullum dissidium inter Orientales et Occidentales hujus rei causa exstitisse; cum Orientales quidem hymnum illum Trisagium ad Christum referrent, Occidentales vero eum referrent ad Trinitatem. Ex quo etiam convincitur falsitas epistolarum quas supra memoravi, Felicis scilicet et Acacii. Nam si Petrus Fullo ob adjectionem illius clausulæ a sede Romana et Constantinopolitana damnatus fuisset, nunquam profecto appendix illa Trisagii retenta esset ab Orientalibus, nec Constantinopolitani et reliqui Occidentales communicare deinceps sustinuissent Orientalibus, qui eam clausulam retinebant. Adde quod Avitus Viennensis episcopus, in epistola ad Gundobadum (71) Burgundionum regem, clausulam illam : *qui crucifixus es propter nos, miserere nobis*, ambabus, quod

NOTÆ.

(69) *In epistola tertia Felicis PP.* Hanc et sequentem epistolam librariorum errore *Felici* inscriptas, *Simplicio* papæ revera tribuendas esse, multis contendit Pagius ad ann. 478, n. 6, etc. In his enim papa ad Acacium tanquam ad amicum et eadem secum in Fullone damnando sententiam scribit : cum inter Felicem et Acacium nunquam convenerit : imo in prima epistola quam Felix ad Acacium dedit, questus est Acacium a decessoribus suis litteris incitatum, velut *obstinato silentio* nihil quidquam voluisse referre. W. Lowth.

(70) *Ephræmius — in Orientis Ecclesiis clausulam illam cani solitam esse testatur.* Pagius ad ann. 512, n. 13, ex Sirmondi notis in Avitum observat, hæc falso ab Ephræmio de Orientalibus scribi : veteres enim omnes semper de Deo Trino, nunquam de Filio solo hunc Hymnum accepisse, quem et τριαδικὸν ea de causa nuncupasse : præterea, Petrum Fullonem hanc clausulam adjecisse, quo Deum cum Theopaschitis crucifixum asseveret. Ib.

(71) *Avitus in epitola ad Gundobadum.* Avitum male de rebus Constantinopoli gestis edoctum, epistolam istam scripsisse, pluribus ostendit Pagius, ibid. n. 11, 12. Ib.

Digitized by Google

aiunt, ulnis amplectitur, et hæreticos censet eos qui illam rejicerent. Quod profecto nunquam ab Avito factum esset, si Petrus Fullo ob ejus clausulæ adjectionem a Felice papa in Romana synodo damnatus fuisset. Vixit enim Avitus paulo post tempora Felicis papæ, sedi Romanæ addictissimus.

LIBER SECUNDUS.

DE DUABUS SYNODIS ROMANIS, IN QUIBUS DAMNATUS EST ACACIUS.

CAPUT PRIMUM.

Historiam damnationis Acacii recte quidem ac diligentissime, ut solet, exposuit Baronius in *Annalibus ecclesiasticis*. Unum tamen est quod ejus diligentiam fugit. Neque enim animadvertit Acacium a Felice papa bis damnatum fuisse. Sed neque Blondellus, qui Acacii historiam post Baronium retractavit, in libro *De primatu Ecclesiæ* id observasse deprehenditur. Et Baronio quidem danda est venia, quippe qui nullum habebat veterem scriptorem, ex quo iteratam hanc Acacii damnationem haurire posset. Blondellus vero excusari nullo modo potest, qui *Gesta de nomine Acacii* a Jacobo Sirmundo edita studiose legerat, in quibus diserte scriptum habetur id quod dixi. Sic enim loquitur Felix papa in epistola ad Vetranionem episcopum : « Unde merito prædictus Acacius, apostolicæ Sedis, quæ nunc exsecutrix utique sæpe dicti Chalcedonensis concilii pro fide catholica tunc probati non defuit, iterata excommunicatione depulsus est, ne per eum, quod absit ! nos quoque reddamur complices perditorum. » Nostrum igitur est sedulo inquirere, quando primum et quando iterum ab apostolica sede excommunicatus fuerit Acacius.

CAPUT II.

Primum quidem damnatus est Acacius in synodo Romana quæ collecta est anno Christi 484, Venantio et Theodorico coss. ad audiendam rationem legationis Vitalis atque Miseni. Huic autem legationi causam dederat Joannes Alexandrinus episcopus, quem Græci quidem Tabennesiotam cognominant, eo quod esset ex numero Tabennensium monachorum, qui apud Canopum monasterium habebant jam inde a Cyrilli episcopi temporibus : Liberatus vero Talaiam perpetuo cognominat, vel Talaidam. Sic enim scribit Baronius : Ego vero Thladiam mallem rescribere, id est eunuchum. Ita enim Græci appellare solent spadones. Hic Joannes post mortem Timothei Salophacioli, a catholicis ordinatus est episcopus Alexandriæ anno natalis Dominici 481. Statimque post ordinationem suam synodicas litteras ex more misit ad Simplicium papam, et ad Calendionem episcopum Antiochiæ, ut ex Gelasio in *Gestis de nomine Acacii*, et ex Liberati *Breviario* didicimus. Ad Acacium vero Constantinopolitanum episcopum synodicas mittere neglexit, seu quod amicitiæ Illi magistri officiorum nimis confideret, seu quod jam diu antea infensus erat Acacio, ut innuit Liberatus. Ea res Acacii animum graviter commovit ; qui se a Joanne despectum videns, imperatoris animum adversus eum exasperavit, minus idoneum episcopatui Alexandrino eum esse dicens, qui olim de Ecclesia exire voluisset, et Timotheo Salofaciolo suasisset, ut nomen Dioscori sacris diptychis inscreret : ad hæc perjurii reum esse affirmans, quippe qui jurasset olim imperatori, nunquam se Alexandrinam sedem ambiturum. Petrum vero Moggum magis idoneum esse episcopatui asserebat, utpote gratum atque acceptum populo Alexandrinorum : ejusque opera Ecclesias urbis Alexandrinæ ac totius Ægypti ad unitatem reduci posse. His adductus imperator Zeno scripsit primo litteras ad Simplicium papam per Uranium subadjuvam, quibus Joannem supra memoratum, tanquam perjurii reum, quod quidem Acacio etiam episcopo notum esse perhibebat, sacerdotio judicabat indignum. Satius autem esse dicebat, ut ad procurandam Ecclesiarum Ægypti unitatem atque concordiam, Petrus in eam sedem restitueretur. His imperatoris litteris acceptis, Simplicius papa, qui Joannis apocrisiarios in communionem suam recipere, ejusque ordinationem sententia sua confirmare jam paratus erat, pedem repressit, ne contra imperatoris testimonium quidquam præpropere egisse videretur. Mox per eumdem Uranium subadjuvam rescripsit imperatori : quod quidem ad Joannis ordinationem attinet, lecto imperatoris testimonio suspendisse se ab ejus confirmatione ; quod vero ad restitutionem attinet Petri, eum utpote hæreticum et ab hæreticis postulatum, nec posse, nec debere restitui, quippe qui apostolico judicio damnatus, in pristino errore adhuc permaneret. Scripsit etiam Simplicius litteras ad Acacium Constantinopolitanum episcopum, quæ etiamnum exstant. Harum litterarum mentio fit in libello citationis, per Vitalem ac Misenum legatos ad Acacium directo. At Zeno cum id quod maxime cupiebat, restitutionem scilicet Petri, sibi a Simplicio denegatum videret, graviter offensus est, quemadmodum testatur Gelasius in *Gestis de nomine Acacii*. Spreta igitur responsione Simplicii papæ, scripsit ad Pergamium ducem Ægypti et ad Apollonium Augustalem, ut Joannem quidem ex urbe Alexandrina expellerent, Petrum vero in episcopali sede collocarent. Has imperatoris litteras Amon abbas, et qui cum illo erant apocrisiarii Petri, ex urbe regia Alexandriam detulerunt. Hunc in modum ejectus Joannes, Romam ad Simplicium se contulit, ut ejus ope ac suffragio pristinam sedem recuperaret. Ac Simplicius quidem papa eum benigne, uti par erat, excepit, et ad eum omni ope juvandum ac restituendum, promptum se ac paratum exhibuit. Verum fatali morte præreptus, totum illud negotium successori suo perficiendum reliquit. Mortuo Simplicio papa anno natalis Dominici 483, Cœlius Felix in ejus locum substituitur. Cui mox post peracta ordinationis solemnia, in celeberrimo conventu episcoporum totius Italiæ Joannes Alexandrinus episcopus libellum obtulit, varia adversus Acacium criminationis capita continentem. Felix igitur ex consilio episcoporum, legationem ad Zenonem imperatorem mitti decernit. Electi ad id munus obeundum Vitalis ac Misenus episcopi, cumque his Felix defensor Ecclesiæ Romanæ, petituri ab imperatore, primo quidem ut Chalcedonense concilium firmaretur : deinde vero ut Petrus tanquam hæreticus ex Alexandrina pelleretur Ecclesia : utque Acacius Romam mitteretur, libello Joannis Alexandrini responsurus, quemadmodum scribit Evagrius in libro tertio *Historiæ ecclesiasticæ*. Exstant hodieque epistolæ duæ Felicis papæ ad Zenonem Augustum, quas Vitalis et Misenus episcopi secum detulerunt, in quibus continetur id quod supra dixi. Illud autem in primis observandum est, quod cum in supradictis litteris Felix

Digitized by Google

omni studio ab imperatore contendat, ut Petrus de Alexandrina sede exturbetur, de Joanne tamen in suum locum restituendo ne verbum quidem ullum dicit. Quod quidem prudenti consilio a Felice factum esse suspicor, ne imperator Joannis nomine offenderetur. Invisus enim erat Zenoni Joannes, tum ob admissum perjurium, ut jam dixi, tum ob amicitiam quæ ei cum Hillo intercedebat. Nam et ante episcopatum Joannes cum esset œconomus Ecclesiæ Alexandrinæ, et omnium Ecclesiarum reditus ac pecunias administraret, multa munera ad Hillum magistrum officiorum miserat, quibus ejus gratiam ac suffragium sibi compararet. Et postea quam episcopatu dejectus fuisset, eumdem Hillum adierat Antiochiæ, de rebus suis cum eo collocuturus, ut scribit Liberatus in *Breviario*. Detulerunt præterea iidem legati sedis apostolicæ litteras Felicis papæ ad Acacium, quibus eum admonebat Felix, ut memor veteris instituti sese ab omni suspicione liberaret, et pro Chalcedonensis concilii auctoritate firmanda modis omnibus apud principem laboraret. Dum hæc legatio in itinere esset, Cyrillus Acœmitensium præfectus, litteras misit ad Felicem papam, quibus de nimia ejus tarditate conquerebatur, cum interim tam gravia ac nefaria contra rectam fidem admitterentur. Scripsit itaque Felix ad Vitalem ac Misenum episcopos, ne quidquam agerent, priusquam cum Cyrillo collocuti essent, et quid agendum esset ab eo didicissent. Alias etiam instructiones seu commonitoria ad eos misit. Alteram item epistolam ad Zenonem Augustum, in qua tum de Chalcedonensi concilio, tum de persecutione Catholicorum ab Hunerico in Africa excitata, eum commonebat, ut testatur Evagrius. Verum hæ posteriores Felicis ad Zenonem litteræ hodie non exstant. Legati cum Abydum venissent, illic ab imperatoris satellitibus comprehensi, et chartis eorum ablatis, custodiæ mancipati sunt. Anastasius quidem Bibliothecarius, apud Heracleam Thraciæ oppidum eos captos esse scribit. Verum Theophanem potius sequendum esse existimo; quippe qui in hujus rei narratione certiora dixerit quam Anastasius. Conjectis in custodiam legatis, primo quidem minatus est imperator sese eos interfecturum, nisi Petro et Acacio communicarent. Sed cum minæ nihil proficerent, ad blanditias conversus, donis ac muneribus eos corrumpere aggressus est. Addito etiam jurejurando, tam ipse quam Acacius iisdem pollicitus est, integram causam apostolicæ sedi servandam esse, nec ullum inde præjudicium causæ futurum, si legati cum Acacio ac Petro communionis societatem iniissent. Testatur id Gelasius papa in epistola ad episcopos Dardaniæ, haud procul ab initio ita scribens : « Sed Acacius non solum despexit satisfacere postulatis, verum etiam ipsam legationem sedis apostolicæ blandimentis, præmiis perjuriisque deceptam, quibus ei cum imperatore promisit, integram præsulis apostolici causam de omnibus esse servandam, Petri communione pollutam redire perfecit. » His artibus decepti legati, cum e custodia producti essent, una cum Acacio et Petri apocrisiariis ad ecclesiam processerunt, et Missarum solemnia celebrarunt, reclamant hus licet orthodoxis, et prævaricationem hanc esse ac perditionem rectæ fidei, semel, iterum, ac tertio contestantibus. Primum quidem protestationis libellum funiculo ad hamum circumligantes, uni ex legatis suspenderunt; secundum vero in codicem immiserunt; tertium olerum cophino inserentes, ad legatos miserunt, ut scribit Theophanes in *Chronico*. Cujus verba ex versione Anastasii Bibliothecarii ita sunt corrigenda : Δεύτερον δὲ τῇ βίβλῳ ἐνέβαλλον. His ita gestis, legati sedis apostolicæ operti ignominia ac dedecore revertuntur; cum non solum ea ad quæ agenda missi fuerant, non egissent : sed cum Petro, ad quem expellendum directi erant, inita communione polluti essent. Porro Zenonis et Acacii litteras, quas illi ad Felicem papam rescripserant, Romam redeuntes secum detulerunt, plenas contumeliarum in Joannem ; Petri vero laudibus ac præconiis refertas. Epistolæ quidem Zenonis Augusti partem refert Evagrius in libro III. De Acacii autem epistola Felix papa, et synodus Romana, et Gelasius in *Gestis de nomine Acacii* passim loquuntur. Post discessum legatorum ex urbe Constantinopoli, Felix defensor Ecclesiæ Romanæ, quem Felix ex latere suo legatum miserat, cum Vitalis atque Misenus ex sacerdotali collegio delecti fuissent, ut testatur Felix in *Libello ad Zenonem Augustum*, cogente morbi necessitate tardius subsecutus, ita contumeliose exceptus est ab Acacio, ut nec eum in conspectum suum admittere sustinuerit, ut testatur Felix in sententia damnationis Acacii. Addit Liberatus Felicem præterea detrusum esse in custodiam, et chartas ejus ablatas : ideo scilicet quod Acacio ac Petro, sicut Vitalis ac Misenus fecerant, communicare noluisset. Priusquam legati Romam reversi essent, fama adventum eorum præveniens, prævaricationem eorum ubique divulgaverat. Sed et monachi Acœmitenses, quorum dux erat Symeones, veloci cursu prægressi, Felicem papam de cunctis quæ acta erant Constantinopoli, certiorem fecerant. Tandem igitur ingressis in Urbem legatis, Felix papa synodum sexaginta septem episcoporum collegit in basilica Beati Petri. Illic Vitalis ac Misenus cum legationis sibi mandatæ rationem reddere juberentur, ad vanas excusationes conversi, vim sibi factam, seque hostili more captos, et in carcerem detrusos chartis omnibus sibi ablatis, conquesti sunt. Fraudibus denique ac fallaciis circumventos, se nescientes Petro Alexandrino communicasse dixerunt. Quæ cum dicerent, inductus in judicium Symeones monachus, convicit eos mendacii. Eo enim tempore quo ad celebranda Missarum solemnia una cum Acacio processerunt apocrisiarios Petri simul adfuisse, et nomen Petri, quod antea nonnisi tacite et occulte in ecclesiasticis tabulis legebatur, ipsis tunc præsentibus, palam inter altaria recitatum esse docuit. Præterea legatos nunquam sermonem conferre voluisse cum orthodoxis qui eos adibant Constantinopoli, nec litteras Felicis papæ reddendas iis curasse ad quos fuerant scriptæ. Quin etiam Silvanus presbyter, qui una cum legatis versatus erat Constantinopoli, cuncta quæ a Symeone dicta erant, verissima esse, testimonio suo confirmavit. Quibus compertis, Felix papa primo quidem Vitalem ac Misenum episcopos sacerdotio simul et communione privavit. Petrum deinde Alexandrinum, et Acacium Constantinopolitanum a sacerdotali collegio et ab ecclesiastica communione pronuntiavit alienos. Hæc est prima damnatio Acacii in synodo Romana, quæ collecta est anno Christi 484, die 5 Kal. Augusti, Theodorico et Venantio coss., ut colligitur ex sententia depositionis, quam Felix papa ad Acacium misit. Hujus autem synodi Romanæ unicum hodie superest fragmentum, quod refert Evagrius in cap. 21 libri III, pars scilicet sententiæ ab universa synodo prolatæ in Petrum et Acacium. Quanquam in supradicto Evagrii loco Acacius diserte non dicitur fuisse depositus. Nempe Evagrius priorem duntaxat partem sententiæ synodalis referre satis habuit; posteriorem vero partem in qua depositus et excommunicatus erat Acacius, de industria prætermisit : sive quod id ipsum jam antea retulerat, in cap. scilicet 18 ejusdem libri : sive quod honori sedis Constantinopolitanæ consulturum se existimavit, si id reticeret, quod Constantinopolitanos antistites molesto animo ferre non ignorat.

CAPUT III.

De secunda damnatione Acacii.

Post damnationis sententiam, omnium epis-copo-

Digitized by Google

rum qui tunc aderant ore in Acacium prolatam, Felix papa aliquantisper substitit, nec eam protinus ad Acacium mittendam putavit; exspectans videlicet num Acacius resipisceret, et mutato proposito sese ab hæreticorum communione revocaret. Verum Acacius, tantum abest ut priora delicta correxerit, quin potius ex principis favore ac patrocinio fiduciam sumens, graviora adhuc adjecit. Quippe Calendione orthodoxo episcopo e sede sua dejecto, quem ipse episcopum ordinaverat, Petrum Fullonem, et a sede apostolica, et ab ipso antea damnatum in Antiochensium Ecclesiam immisit. Ex quo factum est ut Eutychianis hæreticis aditus panderetur. Pulsis enim catholicis sacerdotibus, in eorum locum subrogati sunt hæretici, ut testatur Gelasius, tum in epistola quam scripsit ad episcopos Dardaniæ, tum in ea quam scripsit ad episcopos Orientales. Quod si quis episcoporum Orientis qui tunc jussu Zenonis depositi sunt, nomina scire desiderat, hæc sunt : Nestor Tarsensis, Cyrus Hierapolitanus, Joannes Cyrestensis, Romanus Chalcidis, Eusebius Samosatenus, Julianus Mopsuestenus, Paulus Constantinæ, Manus Hemeriæ, Andreas Theodosiopolis episcopi; quos imperator Zeno ob eamdem causam ac Calendionem sedibus suis ejecit, eo quod scilicet illo ac Leontio tyrannis favisse dicerentur. Et hic quidem erat prætextus imperatoris. Vera autem causa expulsionis illorum hæc fuit, quod Henotico Zenonis edicto subscribere recusarent, ut scribit Theophanes in *Chronico* pag. 115, et Nicephorus in libro XVI, cap. 12. Hanc calamitatem Antiochensis Ecclesiæ cum Felix papa, sive ex Calendionis, sive ex aliorum litteris didicisset, synodum episcoporum collegit in basilica Beati Petri apostoli : cui interfuerunt quadraginta tres episcopi, quorum princeps erat Candidus, episcopus Tiburtinus. In hac synodo Petrus quidem Fullo, utpote qui tyrannico more Antiochensem Ecclesiam occupasset, anathemate perculsus est. Acacius vero cum Petro Alexandrino iterata excommunicatione damnatus. Exstat epistola synodica hujus concilii scripta ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam consistentes. In qua duplex Acacii excommunicatio, duæ item synodi Romanæ, in quibus damnatus est Acacius, clare ac distincte commemorantur. Nam prima quidem synodus Romana designatur his verbis, quæ leguntur initio hujus epistolæ : *Cum Vitalis atque Misenus nostro judicio constituti, causas mandatæ sibi pro fide legationis exponerent, quoniam astutiores sunt filiis lucis filii tenebrarum, prævaricatores mandatæ sibi legationis, circumveniente magisque opprimente Acacio, sunt reperti*, etc. Deinde prima Acacii damnatio refertur his verbis : *Acacium quoque membris Christi perniciosius inhiantem, et per civitates ac provincias unam de fide catholica Ecclesiam dissipantem, inter episcopos sanctos, atque inter Christianos judicavimus non haberi*, etc. Altera autem synodus Romana, et secunda ejusdem Acacii damnatio paulo post memoratur his verbis : *Unde nunc causa Antiochenæ Ecclesiæ apud Beatum Petrum apostolum collecti, rursum dilectioni vestræ morem qui apud nos semper obtinuit, properavimus indicare.* Et aliquanto post : *Sic autem Acacius impietatem pestiferæ damnationis tetendit, ut etiam dejectus insultet, ut scissus sævire non desinat; et cum omnino extra corpus habeatur, ejus tamen membra dilaceret. Et de se scriptum esse testatur : Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit, adjiciens deteriora prioribus, persequendo jam mortuos : ejus anima graviter delinquendo, cor damnationem secundæ mortis incurrit. Qui Calendione episcopo sancto, quemadmodum cognovimus, nuper ejecto, Petrum totiens et a se ante damnatum, in ejus immisit Ecclesiam.* Dicet hic aliquis, non duplicem synodum Romanam his verbis quæ protulimus, designari; sed duplicem duntaxat actionem seu consessum unius synodi : idque ex eo satis declarari, quod ea quæ in utroque consessu gesta sunt, unica epistola continentur : cum si duplex revera fuisset synodus, duæ quoque scribendæ fuissent epistolæ. Ego vero primum quidem ita respondeo : Quod ad hanc disputationem attinet, parum referre, utrum duplex an una tantum fuerit synodus Romana. Mihi enim sufficit, dum Acacium iterata excommunicatione damnatum esse ostendero, quod initio hujus disputationis probandum susceperam. Verum ulterius jam progredior, et plus quam pollicitus sum, demonstrabo : duas scilicet fuisse illas synodos, in quibus damnatus est Acacius; non autem duas actiones unius synodi. Id autem his rationibus evincam. Utraque quidem synodus eodem anno, eodemque in loco collecta est (72), in basilica scilicet Beati Petri apostoli, Venantio V. C. consule, id est, anno Christi 484. Sed prior quidem collecta est die quinto Kalendas Augusti, ut colligitur ex subscriptione sententiæ depositionis a Felice papa ad Acacium missæ. Secunda vero congregata est Kalendis Augusti, ut colligo ex subscriptione epistolæ Felicis papæ ad Zenonem Augustum, quam primus in lucem edidit Jacobus Sirmundus, vir de litteris optime meritus. Ita quatuor duntaxat dierum spatium inter utramque synodum intercessit. Ex quo factum esse opinor, ut ea quæ in utraque synodo gesta erant, unica epistola complexi fuerint episcopi. Cæterum priori quidem synodo interfuerunt sexaginta septem episcopi; qui etiam sententiæ depositionis Acacii omnes subscripserunt, ut docet subscriptio ad calcem illius sententiæ subjecta. Secundæ vero synodo interfuere quadraginta tres episcopi, quorum princeps erat Candidus Tiburtinus, ut legitur in epistola synodica ejusdem concilii ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam consistentes. Denique prior quidem synodus Romana a Felice papa collecta est ad audiendam rationem legationis Vitalis atque Miseni, qui Alexandrinæ Ecclesiæ causa missi fuerant Constantinopolim. Altera vero synodus causa Antiochensis Ecclesiæ congregata est in urbe Roma, ut testatur epistola synodi Romanæ, ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam consistentes, cujus verba superius adduximus.

CAPUT IV.

De Actis posterioris synodi Romanæ.

Hujus posterioris synodi, quæ Antiochensis Ecfertur, et per *Tutum* defensorem Constantinopolim missa est : cum Valesius inter hasce synodos quatuor tantum dierum insterstitium fuisse statuat. Verum, ut argumentatur Pagius, in posteriori epistola synodica mentio fit ejecti Calendionis, tanquam novi criminis adversus Acacium objecti. Quod quomodo Romæ sciri potuit intra quatuor dierum spatium? Præterea, priori synodo 67 episcopi, posteriori 42 vel 43 tantum interfuere : ideoque intra quatuor dies utramque synodum habitam fuisse non est verisimile. W. Lowth.

NOTÆ.

(72) *Utraque synodus eodem anno collecta est.* Synodos Romanas Acacii causa celebratas ita recenset Pagius, ad ann. 484, n. 4, et 485, n. 4 : — Prima synodus in causa Miseni et Vitalis legatorum Constantinopolim missorum v Kal. Aug. anno 484, coacta, ubi Petrus Alexandrinus et Acacius communione ecclesiastica indigni pronuntiantur. Vid. Evag. l. III, c. 21. Secunda synodus III Non. Oct. ann. 485 coacta, ut ex veteri ms. notat Labbeus, ob Calendionem ab Ecclesia Antiochena expulsum; ubi iterata sententia contra Acacium

Digitized by Google

clesiæ causa Romæ celebrata est. Acta omnia interciderunt, præter epistolam synodicam, quæ scripta est universis presbyteris et archimandritis Constantinopoli et per Bithyniam consistentibus. Huic epistolæ subjuncta erat sententia Felicis papæ in Acacium. Quæ cum in priore synodo Romana perscripta fuisset, suppressa est aliquandiu, sicut antea observavi. Tandemque paucis post diebus, cum de Calendionis destitutione, et de violenta Petri Antiocheni irruptione nuntiatum fuisset, collecta iterum synodo constitutum est, ut eadem sententia per Tutum defensorem Ecclesiæ Romanæ ad Acacium portaretur. Traditæ sunt eidem Tuto litteræ ad Zenonem Augustum perferendæ, quibus supplicabant episcopi, ut decretis synodi obtemperare vellet. Aliæ item litteræ ad clerum et senatum ac populum Constantinopolitanum. His duabus autem epistolis subjectæ erant supradictæ litteræ synodicæ, scriptæ ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam consistentes, quibus universi et singuli subscripserant episcopi, numero tres et quadraginta. Quod quidem eo consilio factum est ab episcopis, ne ipsorum litteræ a malignis hominibus mutari possent, aut pravis interpretationibus corrumpi, ut testantur episcopi in epistola illa synodica, his verbis : *Ne quid autem maligne in litteris nostris mutari apud pravissimas mentes, aut aliter interpretari possit, primum has easdem litteras nostras clementissimo principi, sicut oportuit, supplicantes, ad dilectionem vestram, clerum, plebemque, et amplissimum senatum direximus, quibus singuli universique subscripsimus.* Exstant hodie litteræ, tum ad Zenonem Augustum, tum ad clerum et plebem Constantinopolitanam scriptæ, quas primus edidit Jacobus Sirmundus sub Felicis papæ nomine, quas ad hanc synodum pertinere non dubium est. Scriptæ sunt enim a Felice papa totius synodi nomine, sicut mos erat Ecclesiæ Romanæ jam inde ab antiquis temporibus, quemadmodum diserte testantur episcopi in epistola supra memorata. Subscriptiones autem episcoporum ex parte tantum supersunt. Solius enim Candidi Tiburtini episcopi legitur subscriptio. Reliquorum autem quorum et quadraginta episcoporum qui similiter subscripserant, nomina desiderantur. Scripsit præterea Felix ad orientales episcopos, mandans eis, ut a Petri Antiocheni, utpote hæretici, et synodali sententia damnati, communione abstinerent. Hæc epistola Felicis hodie quidem non exstat, sed ejus mentionem facit Victor Tunonensis in *Chronico*, ita scribens : *Theodorico V. C. cos. Felix Romanæ Ecclesiæ præsul, monachis et clericis per Orientem, Ægyptum et Bithyniam commorantibus scribit, ut Petrum Alexandrinum episcopum, Chalcedonensis synodi obtrectatorem, et ejus communicatores, id est, Acacium et Petrum Antiochenum, quam hæreticos vitent.*

CAPUT V.

His litteris acceptis, Tutus defensor Ecclesiæ Romanæ in Orientem navigavit. Cumque Abydum venisset, vitatis insidiis quæ illic dispositæ erant ad intercipiendos eos qui ex Occidentis partibus veniebant, Constantinopolim pervenit, ubi cum monachis Acœmitensibus collocutus, eorum opera ac ministerio sententiam damnationis quam attulerat, Acacio inter altaria tradidit, ejusque pallio affixit, ut scribit Victor Tunonensis, et Liberatus, ac Theophanes. Epistolas quoque Felicis papæ iis ad quos scriptæ erant, reddidit. Sed et edictum sententiæ Felicis papæ universis in urbe Constantinopoli legendum proposuit. Inter sententiam vero et edictum sententiæ hoc discrimen est, quod sententia quidem ipsum nominatim alloquitur Acacium. Nihil enim aliud est quam epistola Felicis papæ ad Acacium, causas depositionis illius continens, ut ex lectione ejus apparet. Edictum vero est, quo interdicitur universis, tam clericis, quam laicis, ne Acacio in posterum communicent. Id autem sic se habet : *Edictum sententiæ Felicis papæ, propter Acacii episcopi Constantinopolitani damnationem. Acacius, qui secundo a nobis admonitus, statutorum salubrium non destitit esse contemptor, meque in meis credidit carcerizandum, hunc Deus cœlitus prolata sententia, de sacerdotio fecit extorrem. Ergo si quis episcopus, clericus, monachus, laicus post hanc denuntiationem eidem communicaverit, anathema sit, sancto Spiritu exsequente.* Erravit igitur Blondellus, qui in libro *de Primatu*, scribit Tutum defensorem, vel potius monachos Acœmitenses, edictum sententiæ Felicis papæ Acacio tradidisse. Imo sententiam ipsam tradiderunt Acacio, ut præter scriptores supra memoratos, diserte testatur Evagrius in libro III. His omnibus fideliter peractis, sicut in mandatis acceperat, dolis Acacii circumventus est. Missus enim ad eum senex quidam Maronas nomine, magnam vim pecuniæ ei pollicitus est, si Acacio consentire vellet, eique omnia quæ Romæ contra ipsum agebantur, aperire. Quod quidem Tutus amore pecuniæ corruptus, scriptis litteris se facturum spopondit. Verum Rufinus et Thalassius archimandritæ, et cæteri monachi Constantinopoli et per Bithyniam constituti, simul atque Tutus Romam reversus est, litteras scripserunt ad Felicem papam, quibus eum de proditione Tuti certiorem fecerunt, missis etiam Tuti ipsius litteris. Quibus in conventu episcoporum recitatis, cum eas a se scriptas esse Tutus confessus fuisset, officio pariter et sacrosanctæ communione privatus est, ut docet Felix in epistola ad supradictos archimandritas, quam primus in lucem edidit Jacobus Sirmondus. In ea epistola corrupta sunt hæc verba : *Lectæ sunt enim litteræ ipsius in conventu fratrum, qualiter pacta, interposita persona, Marone condemnato, ei cui sententiam portarat, inhæsisse creditur.* Quæ sic corrigenda esse existimo : *Qualiter pacto interposito per senem Maronam, condemnato ei cui sententiam portarat, inhæsisse creditur.*

CAPUT VI.

Cæterum in edicto sententiæ quod superius adduximus, difficultate non carent hæc verba : *Acacius qui secundo a nobis admonitus* (73), etc. Primo quidem admonitum esse scimus Acacium a Felice papa per epistolam ad ipsum scriptam, quam legati sedis apostolicæ Vitalis atque Misenus Constantinopolim detulerunt. Sed secunda ejusdem admonitio quænam sit, et quando missa fuerit, obscurum est. Liberatus quidem in *Breviario* scribit, post damnationem Vitalis atque Miseni, cum Acacius manifeste deprehensus esset hæreticus, Felicem papam in synodicis litteris quas ad eum scripsit, ita posuisse : *Peccasti : ne adjicias ; et de prioribus supplica.* Liberatum secutus est Baronius in *Annalibus ecclesiasticis*. Verum observavi, in Acacianæ historiæ narratione Liberatum sæpius hallucinari : idque ex hoc loco manifestissime convincitur. Qui enim fieri potest, ut Felix papa has synodicas litteras

NOTÆ.

(73) *Acacius qui secundo a nobis admonitus.* Pagius ad ann. 484, n. 8, 9, statuit primam Acacii admonitionem factam a legatis pontificiis Vitali et Mesino anno 485, a quibus datus est ipsi citationis libellus qui incipit, *Episcopali diligentia commonemur*, etc. Secundam statuit cum Baronio ad nos pervenisse, sed a synodo Romæ congregata, verno tempore anni 484 missam vult. Cui cum non obtemperaret Acacius, missæ sunt synodicæ istæ litteræ, datæ V Kal. Aug. eodem anno, quibus Acacius communione ecclesiastica indignus pronuntiatur. W. Lowth.

Digitized by Google

quas refert Liberatus, post damnationem Vitalis ac Miseni, ad Acacium scripserit, cum constet Felicem papam, quarto aut quinto die post damnationem illorum, sententiam depositionis misisse ad Acacium, ut superius demonstravi? Alia igitur quærenda est admonitio, qua Acacius secundo admonitus fuerit a Felice. Mihi quidem hæc secunda admonitio non alia videtur esse, quam libellus citationis a Felice papa ad Acacium transmissus per Vitalem ac Misenum legatos : qui sic incipit : *Episcopali diligentia commonente, debuerat dilectio tua*, etc. Nec dubitabit, ut spero, quicunque eum libellum legerit, quin hæc sit secunda admonitio Felicis papæ ad Acacium missa. In hac enim epistola Felix papa benigne monet Acacium, ut accepto libello accusationis, quem Joannes Tabennesiota sedi Romanæ adversus ipsum obtulerat, Romam quamprimum proficisci maturet, objectis criminibus responsurus in conventu episcoporum Italiæ.

CAPUT VII.

In sententia item depositionis quam Felix papa misit Acacio, locus est quidam qui lectorem conturbare merito possit. Sic enim legitur in fine ejus sententiæ : *Sublatum tibi nomen et munus ministerii sacerdotalis agnosce, sancti Spiritus judicio, et apostolica auctoritate damnatus, nunquamque anathematis vinculis exuendus.* Nimia enim profecto videtur illa severitas, et aliena ab antistite Christiano, hominem anathematis vinculo ita obstringere, ut eo nunquam exui penitus possit. Sed non hæc fuit mens Felicis papæ, qui omnibus votis semper optavit, ut Acacius abjecto pristino errore, et repudiata hæreticorum communione, ad unitatem Ecclesiæ catholicæ reverteretur. Cum ergo dicit Acacium nunquam anathematis vinculis exuendum esse, verba sunt comminantis, quibus Acacio denuntiat nunquam illum anathematis vinculo liberandum, nisi resipuerit et ab hæreticorum communicatione sese penitus abruperit. Ita certe hunc locum explicat Gelasius papa in tomo de anathematis vinculo, in quo respondet Orientalibus, qui in sententia damnationis Acacii hæc Felicis papæ verba reprehendebant. Verba Gelasii sunt hæc : *Quod etiam in Acacii sententia rationabiliter intuendum est, in qua etiamsi ei dictum est : Nunquamque solvendus : non est adjectum tamen : Etiamsi resipueris ; etiamsi ab errore discesseris ; etiamsi prævaricator esse destiteris. Quapropter in aperto est, ita dictum : Nunquam solvendus : sed talis scilicet, qualis est et ligatus : non autem talis effectus, qui sicut ligandus non erat, sic absolutus esse dicebatur.* Et aliquanto post : *Itaque ipse in se insolubilem fecit esse sententiam, qui talis permanere delegit, qualis veraciter non posset absolvi*, etc.

CAPUT VIII.

Refellitur Baronii sententia.

Hæc sunt quæ ad illustrationem historiæ Acacianæ ex optimis scriptoribus collecta, pro virili parte contulimus ; quæ aut a Baronio prætermissa, aut secus quam oportuit commemorata sunt. Nam Baronius ad annum Christi 484 postquam retulit damnationem Vitalis atque Miseni, de Acacio ita scribit : « His peractis, alia sessione cognita est Acacii causa ; aliatisque in medium cunctis manifestis ab eo perpetratis criminibus, sententia omnium est judicatus, hæreticorum participatione pollutus. At ne sic quidem in eum excommunicationis sententiam intorquere Patribus hactenus visum est : sed scriptis ad eum rursum litteris synodalibus admonitus est ut resipisceret : alias sciret se excommunicationis sententia percellendum. De hac autem quæ præcessit sententiam admonitione testatur Liberatus. » Et paulo post : « Porro desiderantur ejusmodi litteræ synodales ad Acacium missæ. Constat autem tantum abfuisse ut Acacius resipisceret : ut mox Joannem illum Apameæ episcopum e qui nuper ipso Acacio agente, *fuerat a* pontifice cum Petro excommunicatus, *idem* crearit Tyri episcopum : Petrum vero Fu confirmarit in sede Antiochena, ut papæ litteræ datæ ad clerum Constantinopolitanu clarant, quæ inferius recitandæ erunt. » Multa in hac narratione quæ Baronio concedere non sumus. Primo enim quæ de synodalibus litte Felice papa ad Acacium missis scribit ex Lib diacono, ea nos paulo supra abunde, ut opi refutavimus. Deinde quod Baronius affirmat dila fuisse damnationis sententiam in Acacium, id nifeste refellitur ex epistola ipsius synodi Rom. ad universos presbyteros et archimandritas C stantinopoli et per Bithyniam consistentes. In enim epistola quæ gestorum in illa synodo Roma accuratam narrationem complectitur, primo q dem Vitalis ac Misenus damnati esse dicuntur postea vero, nulla interposita dilatione, Acacius sacerdotali honore et ecclesiastica communion removetur. Verba epistolæ sunt hæc : *His erg deterioribus compertis, Vitalem atque Misenum sacerdotali collegio et sacrosancta communione suspendimus, Acacium quoque membris Christi perniciosius inhiantem, et per civitates atque provincias, unam de Fide catholica Ecclesiam dissipantem, inter episcopos sanctos atque inter Christianos judicavimus non haberi. Qualiter enim fieri poterat, ut scindens tunicam Christi, quam nec crucifigentes eum dividere ausi sunt, in numero fidelium censeretur ? Igitur omnia quæ nobis in timore Dei competunt, cogitantes ac providentes, ne totics exstinctæ Eutychianæ pestis hæresecos, cujus Acacius defensor est ac patronus, serpens ut cancer Christi membra disperderet ; eum jam nunc ut partem putridam anathematizamus, sententia memorata abscissum.* Vides nullam hic mentionem fieri dilationis interpositæ ; sed post damnationem Vitalis atque Miseni, sententiam excommunicationis continuo in Acacium esse vibratam. Quod si dilatio interposita fuisset, procul dubio id retulissent episcopi in epistola synodica ad archimandritas. Id enim ad exaggerandum crimen Acacii, non mediocre pondus habuisset ; *sed nec* Gelasius papa in *Gestis de nomine Acacii*, mentionem ullam facit interpositæ dilationis. Sic enim scribit : *Quibus rebus habita synodo commotus beatissimus papa, Vitalem et Misenum ab officio et communione suspendit, Acaciumque damnavit.* Quod autem Baronius addit, Acacium post damnationem Vitalis atque Miseni, Joanni Antiochensi episcopo Tyriorum episcopatum tradidisse, in eo graviter hallucinatur. Diu enim ante synodum Romanam, in qua Vitalis ac Misenus damnati sunt, Joannem illum ad episcopatum Tyri promoverat Acacius, ut docet Gelasius in *Gestis de nomine Acacii*. Ibi enim scribit Joannem Tabennesiotam, cum Romam venisset, legereturque illi epistola Acacii ad Simplicium papam, qua postulabat ut Petrus et Joannes Antiocheni judicio sedis apostolicæ condemnarentur, hac etiam in parte gravissimos Acacii lapsus atque excessus observasse. Verba Gelasii sunt hæc : *Quod cum præfatus Joannes Alexandrinus episcopus relegisset, tacere non potuit, quod Joannem illum quem Acacius damnaverat cum Petro, et sine remedio pœnitentiæ fecit ab apostolica sede damnari ; post tot damnationes, Tyriorum miserit Ecclesiæ præsidere. Postquam ergo non solum nihil profecisse litteras prædecessoris sui sancti Felix papa cognovit, et ludibria quædam ab Acacio fieri in eversionem totius ecclesiasticæ disciplinæ, electis Vitale episcopo*, etc. Cum igitur Joannes Alexandrinus Romam venerit, Trocundo et Severino coss., hoc est, anno Christi 482, Joannis Antiocheni promotio ad episcopatum Tyri, quæ ab Acacio facta esse dicitur, ante illius adventum acciderit necesse est. Neque enim Joannes Alexandrinus narrabat Romanis, nisi ea quæ

Digitized by Google

ante ipsius adventum contigerant, et quæ Romani nondum didicerant. Sed et Felix papa in sententia damnationis adversus Acacium prolata ubi omnes illius excessus, seu, ut verbo ejusdem Felicis utar, transgressiones servato temporum ordine commemorat, hanc primam refert : « Alienarum tibi provinciarum jura temerarie vindicasti : hæreticos pervasores, atque ab hæreticis ordinatos, et quos ipse damnaveras, atque ab apostolica institisti sede damnari; non modo communioni tuæ recipiendos putasti, verum etiam aliis Ecclesiis, quod nec de Catholicis fieri poterat, præsidere fecisti; aut etiam honoribus quos non merebantur, auxisti. Testatur hoc Joannes, quem a Catholicis Apameæ non receptum, pulsumque de Antiochia, Tyriis præfecisti. » Sed et Liberatus in *Breviario* cap. 18 hanc promotionem Joannis Antiocheni ad episcopatum Tyri, quæ per Acacium facta est, refert ante legationem Vitalis ac Miseni, perinde ac Gelasius in *Gestis de nomine Acacii*; cujus etiam verba describit. Fefellit Baronium epistola synodi Romanæ ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam consistentes, in qua leguntur hæc verba : « Adjectum est etiam tunc cum ista in examinatione tractantur, quod Acacius Joannem illum Tyriorum Ecclesiæ fecerit præsidere, qui Apamenis a Petro Antiochenæ Ecclesiæ tyranno fuerat episcopus ordinatus, » etc. Verum hæc verba non id dicunt quod Baronius existimavit, Joannem scilicet Tyriorum Ecclesiæ ab Acacio præpositum fuisse, tunc cum Acacii causa in Romana synodo examinaretur : sed id tantum dicunt : Dum Acacii crimina in supradicta synodo discuterentur, adjectum illud esse inter cætera, quod Joannem Antiochenum olim a se damnatum, et quem a sede apostolica una cum Petro Antiocheno damnari curaverat, Tyriorum Ecclesiæ præfecisset. In quo duplex erat delictum : tum quod provincias nihil ad se pertinentes temere invasisset, Antiochenum scilicet, et Tyriorum episcopum ordinando : tum quod hominem, et a se, et a sedis apostolicæ judicio condemnatum, citra ejusdem sedis consensum, non modo in communionem suam recepisset, verum etiam ad honorem sacerdotii promovisset. Quod si quis scire desiderat, quandonam id factum fuerit ab Acacio; tempus ipsum mihi videor deprehendisse. Nam cum Calendio, jussu Zenonis Augusti, Antiochensis episcopus ab Acacio ordinatus fuisset Constantinopoli : id autem factum est anno Christi 482, Trocondo et Severino coss., Antiochenses ejus rei ignari, Joannem cognomento Codonatum eodem tempore episcopum creaverunt. Quod cum imperatori nuntiatum fuisset, Zeno suasu Acacii qui apud ipsum plurimum poterat, præcepit ut Joannes in episcopatum Tyri transferretur. Refert id Theophanes in *Chronico* pag. 110, his verbis : Ζήνων δὲ διὰ τὰ τολμηθέντα εἰς Στέφανον, ἐκέλευσεν τὸν Ἀκάκιον τὸν Κ.Π. χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας. Καὶ ἐχειροτόνησε Καλανδίονα. Ἦσαν δὲ οἱ Ἀντιοχεῖς χειροτονήσαντες διὰ ἄγνοιαν Ἰωάννην τὸν λεγόμενον Κωδωνάτον, ὃν ὁ Καλανδίων εἰς Τύρον πρωτόθρονον τῆς Ἀντιοχείας μετενεθρόνισεν. Ejusdem Joannis Codonati meminit Victor Tunonensis in *Chronico*; sed præpostere, ut solet. Sic enim scribit : « Post consulatum secundum Longini V. C. Petrus Antiochenus sub damnatione moritur, et in ejus loco Calendionem ordinat Acacius. Orientales autem episcopi, tanquam nescientes, Joannem cognomento Codonatum eidem Antiochenæ Ecclesiæ consecrant episcopum. » Theophanes quidem Joannem Codonatum in episcopatum Tyri ab Acacio translatum esse non dicit. Sed verisimile est Calendionem, qui ab Acacio consecratus fuerat, suasu Acacii Joannem illuc transtulisse. Quod ergo suadente et auctore Acacio factum fuerat, recte ab eo actum esse dicunt episcopi Italiæ in ep. synodica, et Felix papa in sententia damnationis Acacii. (Sciendum porro est Joannem hunc *Constantinopolitanum* vocari in epistola ad Acacium, quam primus edidit Holstenius in Collectione Romana; seu quod in ea urbe natus fuisset, seu quod primum illic presbyter fuerat. Eum quidem *Antiochenum* toto hoc capite sæpius appellavi, propterea quod Antiochensem episcopatum gessit aliquandiu. Præstat tamen eum *Constantinopolitanum* vocare, cum Simplicius papa ita eum appellet.) Unum adhuc superest in Baronii verbis superius allatis, quod merito quis reprehenderit. Epistolam enim illam synodi Romanæ ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam consistentes, vocat Baronius litteras Felicis papæ ad clerum Constantinopolitanum. Et quod ad Felicis quidem nomen attinet, id Baronio facile concesserim; modo eæ litteræ a Felice scriptæ intelligantur totius synodi nomine. Sed quod dicit Baronius, eas ad clericos Constantinopolitanos datas esse, in eo non assentior Baronio. Datæ enim sunt ad archimandritas urbis Constantinopoleos et provinciæ Bithyniæ, qui presbyterorum erant honore decorati. Certe episcopi in epistola illa ad universos presbyteros et archimandritas Constantinopoli et per Bithyniam consistentes, testantur se easdem litteras misisse ad clerum urbis Constantinopolis. Distinguendi sunt igitur presbyteri et archimandritæ Constantinopolis a clero ejusdem civitatis. Eosdem porro esse presbyteros et archimandritas docet epistola tertia Felicis papæ a Jacobo Sirmondo edita, quæ hanc habet inscriptionem : *Felix Rufino, Thalassio, presbyteris et archimandritis, et cæteris monachis circa Constantinopolim et Bithyniam constitutis.* (Item epistola Simplicii papæ ad Acacium, quæ legitur in Collectione Romana, pag. 194.)

Digitized by Google

ANNO DOMINI DLXX-DCVIII.

SANCTUS EULOGIUS

ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS.

—

NOTITIA.

(GALLAND. *Biblioth. Patrum*, t. XII, p. XIV.)

—

I. Eulogium primo Ecclesiæ Antiochenæ presbyterum fuisse, deinde monasterium rexisse sanctissimæ Deiparæ Justinianeorum, ac demum sedem Antiochenam fuisse adeptum, ex Photio intelligimus (*a*). In episcopatu Joanni I successit anno 579 vertente, ut ex tabulis Theophanis et Nicephori laterculo arguit Lequienus (*b*). Paulo aliter Pagius, qui eum ad thronum Alexandrinum anno 580 evectum fuisse scribit (*c*). Quamobrem neque Bollandi, neque Sollerii sententia est admittenda; quorum alter Eulogii præsulatus initium ad annum 576 retrahit (*d*); alter vero ad annum 577 mortuumque anno 604, tradit (*e*). Statuendus itaque annus Eulogii emortualis 607. Ipsum enim annos 27 episcopatu functum fuisse, tum ex Theophanis tabulis, tum ex Nicephoro Callisti erudimur (*f*), apud quem legimus ἔτη ἑπτὰ πρὸς τοῖς εἴκοσιν, ubi perperam interpres *viginti quinque*. Hinc proinde in Nicephori laterculo pro ιζ' emendandum prorsus κζ'; id est, pro 17 rescribendum 27, librariorum lapsu haud infrequenti. In tabulis ecclesiasticis ejus memoria recolitur die 13 Septembris : in Menologio autem Græcorum die 13 Februarii (*g*).

II. Vir fuit Eulogius pietate ac scientia præstans. De eo nonnulla scitu digna refert Joannes Moschus (*h*) : inter quæ illud in primis, quod cum idem præsul Alexandrinus Constantinopolim profectus esset, contubernio usus fuerat archidiaconi Romani domini Gregorii, summi et singularis viri omnique virtute ornati, qui sibi enarrasse affirmabat, haberi scriptam in ecclesia Romana miram historiam de sancti Leonis papæ epistola ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum, manu beati Petri apostolorum principis emendata. De hac item ejusdem sancti pontificis epistola quam Eulogius suscepit ac laudavit, aliud quiddam mirabile in *Græcorum Menologio* narratur (*i*). Cæterum noster antistes Alexandrinus fuit sane Gregorio charissimus, ut ex ipsius epistolarum *Regesto* intelligi potest. Ejus zelum sive in oppugnandis sive in convertendis hæreticis potissimum laudat summus pontifex; illiusque precibus Anglorum conversionem ascribit (*j*). Ipsum præterea Dei organum, veritatis ministrum et Petri sequacem appellat (*k*).

III. Complura litteris consignavit Eulogius, quæ tamen omnia ferme interciderunt, paucis exceptis fragmentis quæ servata Photius recenset (*l*). Ex iis inter alia exstant capita VII *De duabus naturis Domini Deique ac Salvatoris nostri*, inter Opuscula theologica et polemica sancti Maximi confessoris (*m*); quæ inde protulimus ex interpretatione Francisci Combefisii. Quibus quidem capitibus præmisimus ipsius *Orationem in diem festum Palmarum*, eodem Combefisio interprete (*n*) qui eam descripsit ex Regio codice Parisiensi, notisque illustravit. Edita quidem dudum fuerat ex Oxoniensi codice, ac Cyrillo Alexandrino tributa, cui quoque ascribitur in codice 285 *Bibliothecæ Coislinianæ* (*o*) : « Sed stylo ipso repugnante, inquit laudatus Combefisius (*p*), ut deprehenderat ejus apud Cyrillum interpres. Sic passim celebrior quis scriptis editis, etiam aliorum ad se scripta trahit, ubi maxime aliquid eis cum ipso

(*a*) Phot. *Bibl.* cod. 226.
(*b*) Lequien. *Or. Christ.* tom. II, p. 442.
(*c*) Pagi. ad ann. 581, § 12.
(*d*) Bolland. *Act. SS.* tom. II Jan., p. 497, num. 14.
(*e*) Soller. *Hist. chron. patriarch. Alexandr.* ad *Act. SS.* tom. V Jun., pag. 61, num. 359.
(*f*) Niceph. *Hist. eccl.* lib. XVIII, cap 56.
(*g*) *Menol. Græc.* part. II, p. 186, edit. Urbin. ann. 1727.
(*h*) J. Mosch. *Prat. spir.* capp. 146-148; apud Cotel. *Eccl. Gr. Monum.* tom. II, p. 414-416.
(*i*) *Menolog. Græc.* l. c.
(*j*) Greg. lib. VII, epist. 40, et lib. VIII, epist. 30, nov. edit. BB.
(*k*) Id. lib. X, epist. 35 et 39
(*l*) Phot. *Bibl.* codd. 182, 208, 225, 226, 227, 230, 260.
(*m*) Max. Opp. tom. II, p. 145 seq.
(*n*) Combef. *Auct. nov. Bibl. PP. Gr. L.* tom. I, p. 651-678.
(*o*) Monf. *Bibl. Coisl.* p. 402.
(*p*) Combef. l. c. p. 677.

Digitized by Google

convenit, uti hic in Eulogio et Cyrillo sedis ejusdem episcopis. Esse autem Eulogii suadet tota materia, magnaque illa ejus affinitas cum aliis ejusdem Eulogii defloratis a Photio. Ubique acris in Eutychianos depugnat, dignus plane, quem papa Agatho in sua ad sextam synodum suggestione, inter primos ac præcipuos synodi Chalcedonensis ac tomi Leonis defensores percenseat. Est oratio partim festiva, partim polemica. Pulchre ludit in verbis ac sensis Scripturæ. Antiquarius noster mediam fere abruperat : quod illis plagium haud omnino insolens est ; alias quoque deprehensum in Amphilochio et Chrysostomo.

NOTITIA ALTERA.

(Fabricius, *Biblioth. græc.* ed. Harles. t. X, p. 753.)

Eulogii patriarchæ Alex. (*a*) (Opus adversus Novatum, Photius codd. 182, 208, 280, et alia scripta 215 seqq.) τεῦχος τρίτον, volumen tertium, deperditum, in libros distinctum undecim , quorum primus continebat Apologiam pro litteris synodicis ad episcopum Rom. (Gregorium M. (*b*) missis , in quibus reprehendebatur, quod nec quatuor concilia œcumenica, nec Leonis Rom. epistolam nomine tenus probasset , nec anathema dixisset Eutychi, Dioscoro ac Severo ; secundus expositionem fidei ; tertius, quartus et quintus Apologiam pro synodo Chalcedonensi et Cyrillo Alex. adversus calumnias hæreticorum ; sextus, adversus eos qui putant humanis sive philosophicis conceptionibus veram theologiam Christianam posse subjici, πρὸς τοὺς οἰομένους ἀνθρωπίναις ἐπινοίαις δύνασθαι τὴν ἀληθῆ τῶν Χριστιανῶν ὑποβάλλειν θεολογίαν · septimus, ad Domitianum Melitenes (Armeniæ) episcopum, quod recte dicatur μία φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη (*c*). Octavus, Ad Christophorum quemdam, de locis quibusdam sacræ Scripturæ solutiones, et ἐν τῷ θ' σημείῳ in nono capite , vitæ monasticæ Encomium. Nonus, Paranesis ad eos, qui ab Ecclesia discesserunt, ipsi inter se in varias iterum partes misere divisi. Decimus, adversus Agnoetas monachos, quod scriptum laudatur a Gregorio Magno in epistola ad Eulogium Alex. a. C. 600, exarata, lib. VIII, 42. Undecimus, denique, Gesta synodi anno septimo Mauricii (ita legendum pro Marciano), Christi 588, habitæ adversus Samaritas Dositheanos (*d*), Dosthenum sive Dositheum quemdam, Simonis Magi æqualem (non, ut alii Samaritani, Josuam, nec Jesum nostrum), pro magno illo propheta per Moysen Deut. XVIII, 15, prædicto habentes, et resurrectionem mortuorum inficiantes, quam ex Mosaicis scriptis Eulogius confirmavit.

Indiculus scriptorum et hæreticorum, ab Eulogio in his libris memoratorum.

Ad paginas editionis Græcæ Photii Hœschelianæ.

Agnoetæ, contra quos scribit Eulogius, 464 seq.

Ambrosius : Ὁ θαυμάσιος ἐν τῷ περὶ ἐνανθρωπήσεως τετάρτῳ λόγῳ, 444, 452, ad Albinum, 445.

Amphilochius Sides episc. 463.

Apollinarius ἄνους. 437, 438, 439, 440, 445, 447, 448. Τὰ Ἀπολιναρίου νοοῦντες, 451 ; Νοσοῦντες, 552. Ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως λόγῳ, 447.

Arius, 448. Ἡ τῶν Ἀρειανῶν μανία, 466.

Athanasius, 438, 449. Ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως λόγῳ, 445.

Baradatus, 463.

Basilius M. 449, 457, a Severianis perstringitur : Ἡ τῶν Καππαδόκων καινοτομία καὶ Ἀθανασίου. Ἡ οἴησις, 448. Basilius, Ἐν τῷ πρὸς τὸν Ἀνόμοιον ἀγῶνι (Libris Contra Eunomium) 457.

Christophorus, ad quem scribit Eulogius, ὁσιώτατον eum appellans, 461.

Cyrillus Alex. 438, 444, 445, 446, 459, 463, 466. Ὁ διδάσκαλος, 446, 447, 457, 458. Ὁ θερμὸς τῆς ἀκριβείας ἐραστής, 441. Τίς ἂν ἄλλος μεγαλοφωνότερος ἢ ἀξιοπιστότερος, 442. Πολὺς ἐν διανοίᾳ οὐ τοῖς ῥήμασι καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀεὶ τὸν νοῦν καταπιστεύων, τοῖς δὲ νοήμασι καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ ὀνόματα συμμεταφέρων τε καὶ μεθαρμοζόμενος, 446. Ὁ γνώμων τῆς ἀκριβείας 452. Τῆς ἀκριβείας διδάσκαλος, 454. Epistolæ ad Succensum, 439, 446, 447, 449, 450. Ad Valerianum, Iconii episc. 431, 449, 452, 453, 462. Ad Acacium, Melitenes episc. 442 seq. 452. Ad Eulogium, 443, 447. Ἐν τῷ Θησαυρῷ, 453. Ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Θησαυρῶν, 446. Ἐν διαλόγῳ ὃς ἐπιγράφεται ὅτι εἷς ὁ Χριστός, 447. Ἐν τῷ δευτέρῳ ἀναθεματισμῷ, 450. Ἐν τῷ πρὸς βασιλίδας προσφωνητικῷ, 450. Ἐν λεγομένῳ πρώτῳ τόμῳ, 451. Ἐν τῇ πρὸς σέ δε * ἐπιστολῇ, 460, locus corruptus.

Dioscorus, 437, 447, 450, 451.

(*a*) Conf. vol. IX , p. 646 , et sæpius in hoc vol. X. Harl.

(*b*) Hujus Gregorii epist. ad Eulogium, lib. VIII, 35 et 42, quibus laudat eum, adversus Agnoetas bene scripsisse. Ad eumdem Eulogium lib. VII, indict. I, epist 29.

(*c*) Conf. Gataker. Opp. p. 42. G. et 226. *A*.

(*d*) Adde Lampium in Comment. in Joannem tom. I, p. 718.

Digitized by Google

Domitianus, Melitenes episcopus, ad quem scribit Eulogius, 459, 461.
Dosthen sive Dositheus, a quo Dositheani, contra quos scribit Eulogius, 466, 467, 468.
Eutyches, 437, 438, 439, 440, 448, 451.
Flaviani (CPol.) libellus Theodosio imp. oblatus 444, 460. Lectus in concilio Chalcedonensi, 451, 460.
Gregorius Neocæsariensis, ἐν τῷ περὶ τῆς κατὰ μέρος πίστεως, 445.
Gregorius theologus, 447, 457, 466. Ἐν τῷ ἀπολογητικῷ, 452. Οἱ θεολόγοι, 455.
Gregorii (Nazianzenus et Nyssenus), 448, 449.
Joannes Antiochenus episc. 441.
Julio Rom. tributa epistola ad Dionysium suspectæ fidei, 445, 448. Ejus epistola ad Docium, laudata a Cyrillo in synodo Ephesina, 445, 446.
Leo papa, 463. Ejus epistola, 437, 461. Perstringitur a Severianis τῶν ἐν Ἰταλίᾳ ὁ τύφος, 448.
Leonis imp. ἐγκύκλια γράμματα, quibus Chalcedonensis synodi decreta firmantur, 462.
Manes, 440, 448. Manichæi epistola ad Scythianum, 447.
Μωσαϊκὴ Ὀκτάτευχος, 466, Octo libri Vet. Test. in quibus familiam ducunt Moysis libri.
Nestorius, 440, 442, 443, 446, 452, 453.
Orientalium fides, 442, 444, 452, 453, 454.
Οἱ θεοφόροι Πατέρες, 457. Πολλοῖς τῶν Πατέρων, 457, etc.
Paulus, episcopus Emesenus, 441, 442.
Paulus Samosatenus, 448.
Ὁ Πνευματομάχος (Macedonius), in synodo CPol. condemnatus, 450.
Polemius, Apollinarii discipulus, 447.
Samaritani, contra quos scribit Eulogius, 466 seq.
Severus, 437, 444, 460, 463. Οἱ ἀπὸ Σευήρου, 447 seq. Πρὸς τὸν γραμματικὸν Σέργιον γράφων, 461. Ὁ καινὸς νομοθέτης, 457. Τῆς Σευήρου διασπορᾶς, 462.
Simeon Stylites, 463. Ὁ μέγας Συμεὼν ὁ ἐν τῷ στύλῳ τὸν ἀγγελικὸν ἐκεῖνον βίον διανυσάμενος.
Simon Magus, 466.
Synodi Alexandrinæ πίστις ἔγγραφος, missa a Cyrillo ad Nestorium ante synodum Ephesin. 450. Synodus Chalcedonensis, 444, 447, 448, 451, 460, 461. Sub Marciano et Leone (Thracc) impp 463. Synodus CPolitana, 447, 450. Synodus Nicæna, 448, 450, 457.
Theodoretus sanctis viris adnumeratur, 462.
Ὁ Θεολόγος (Joannes evangelista), 459.
Timotheus hæreticus, 463.
Theodorus Mopsuestenus, 451, 452
Valentinus hæreticus, 448. Ejus verba : Τῶν Γαλιλαίων ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεις λεγόντων, πλατὺν καταχέομεν γέλωτα· ἡμεῖς γὰρ τοῦ ὁρατοῦ καὶ ἀοράτου μίαν εἶναι τὴν φύσιν φαμέν, 446.

Libri duo pridem deperditi ad Domitianum Melitenes episcopum pro Leonis Romani, Nestorium pariter et Eutychem aversantis, tomo Apologiam complexi adversus Acephalos Timotheum, qui acutius, et Severum, qui fusius illum oppugnaverat. In hoc Eulogii scripto præclare demonstratum est : Μὴ δεῖν ἐκ μέρους τὰ συγγράμματα κρίνειν, μηδ' ἀποσπαράγματά τινα λαμβάνοντας διὰ τούτων τὴν ὅλην τοῦ γράφοντος ἐνδιαβάλλειν διάνοιαν, *De scriptis vel scriptorum mente non esse ferendum judicium ex partibus et laciniis, neque hinc illos onerandos calumnia.* Laudat inter alia Eustathii Antiocheni librum sextum contra Arianos; ita enim legendum, ἐν ἕκτῳ λόγῳ κατὰ Ἀρειανῶν pro ἐν ἓξ λόγοις, siquidem octo libros adversus Arianos scripserat Eustathius, de quibus dixi vol. VIII, p. 170 seq [vol. IX, p 135 seq. n. edit.]. Præterea Basilii epistolam ad Sozopolitas, et ad monachos. Memorat et Severi epistolam ad Julianum Halicarnassæum. Nonnullos interpretis Schotti in hoc et proximo Photii capite lapsus et hallucinationes notavit D. Elias Veielius in *Diatribe de sacris* οἰκονομίαις *generibus* p. 19 seq. Ulm. 1688, 4. [*V. Thesaur. epistol.*, Lacrozian., tom. III, p. 202.]

Ejusdem Eulogii presbyteri primum Antiocheni et abbatis S. Mariæ Justinianeorum, ac denique Alexandrini papæ sive episcopi, pro eodem Leonis Rom. tomo liber adversus Theodosium et Severum Acephalos, in Leone reprehendentes, quæ non modo synodus Chalcedonensis et Cyrillus, sed et SS. doctores Athanasius, Gregorius, Basilius, Ambrosius et Amphilochius suffragiis suis confirmarant. Hæc quoque Eulogii lucubratio intercidit. Vid. Reines., *Varr. lect.*, p. 152.

Ejusdem sancti viri στηλιτευτικὸς sive *Invectiva* in *Theodosianorum et* Γαϊνιτῶν, Caii (de quo supra, p. 216, ed. vet.), *sectatorum* subitaneam ac mox iterum rescissam reconciliationem et *concordiam*, conf. Reines. *Var. Lect.*, p. 466. Per οἰκονομίαν in hoc capite non incarnatio intelligenda cum Schotto est (*e*), inde totam orationem obscuram reddi fuit necesse, sed dispensatio ecclesiastica in servanda pace cum dissidentibus et vitandis turbis ac tumultibus, modo sana doctrina nihil inde detrimenti capiat Quemadmodum Gregorius Naz. ait Athanasium in verbis cessisse ac fuisse facilem, ubi in rebus consensum animadvertisset : atque in *Orat. de Pentecoste* reprehendit τοὺς ταῖς συλλαβαῖς δυσχεραίνοντας

(*e*) Quem eo nomine reprehendit Valesius ad Philostorg. VI, 3.

Digitized by Google

et προσπταίοντας τῇ φωνῇ, *infestos syllabis. et ad vocem offendentes*, Theophilus (Alex.) Gelasio (Cæsariensi) qui Eusebium Palæstinum (ita leg. pro Παλατῖνον), e sacris diptychis neutiquam eraserat : et Cyrillus (Alex.) Theodoro Mopsuesteno communicare non dubitavit. Hæc Eulogii *Invectiva*, quemadmodum et *Epistola* ejusdem adhuc presbyteri *ad Eutychium archiepisc. CPolitanum* (a. C. 582 defunctum), quam ei adjunctam Photius legit, hodie perinde, ut cætera illius pleraque omnia, desiderantur.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΥΛΟΓΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΑ ΒΑΙΑ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΩΛΟΝ.

—

S. P. N. EULOGII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

SERMO IN RAMOS PALMARUM, ET IN PULLUM ASINI.

Interprete Francisco Combefisio.

(Galland. *Biblioth. Patrum*, t. XII, p. 300.)

—

Α'. Βασιλικὴν οἱ πιστοὶ σήμερον ἐπιδημίαν ἑορτάζοντες, θεοπρεπῶς τῷ βασιλεῖ ὑπαντήσωμεν. Ὥρα λοιπόν· μὴ καθεύδωμεν· τὸν νοῦν πρὸς τὸν Θεὸν ἀνυψώσωμεν· τὸ πνεῦμα μὴ σβέσωμεν· τὰς λαμπάδας ἡμῶν φαιδρῶς ἐξανάψωμεν· τὸν χιτῶνα τῆς ψυχῆς ἐξαλλάξωμεν· τὰ βαΐα ὡς νικηφόροι βαστάξωμεν· μετὰ τοῦ ὄχλου τὰ τοῦ ὄχλου βοήσωμεν· μετὰ τῶν παίδων, ὡς οἱ παῖδες ὑμνήσωμεν· *Ὡσαννά· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Ἰδοὺ γὰρ ἦλθεν· ἰδοὺ ἐπέφανεν· ἰδοὺ ὁ Βασιλεὺς ἐπέστη. Πάλιν εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰσέρχεται· πάλιν σταυρὸς εὐτρεπίζεται· πάλιν τοῦ Ἀδὰμ τὸ χειρόγραφον ῥήγνυται· πάλιν παράδεισος ἀνοίγεται· πάλιν λῃστὴς εἰσοικίζεται. Πάλιν ἡ Ἐκκλησία χορεύει. Πάλιν ἡ πονηρὰ συναγωγὴ χηρεύει· πάλιν οἱ δαίμονες αἰσχύνονται· πάλιν οἱ Ἰουδαῖοι μαίνονται· πάλιν οἱ πιστοὶ διασώζονται. Πάλιν τὰ τῆς ἑορτῆς πάντα τῆς ἑορτῆς [a] κοινωνεῖ· πάντα τὸν Δεσπότην ὑμνεῖ. *Οἱ οὐρανοὶ εὐφράνθητε*· τὰ ὄρη ἀγάλλονται. *Οἱ ποταμοί, χροτήσατε*, προσέλθετε, βοήσατε, ὁρῶντες

I. Qui regium adventum, fideles, hodierna die celebramus, Regi, pro eo ac Deum decet, occurramus. *Tempus est* [1]; ne dormiamus; mentes ad Deum attollamus; Spiritum ne exstinguamus [2]; lampades nostras læte accendamus; animi tunicam mutemus; palmas ut victores gestemus; cum turba, turbæ in modum clamemus; cum pueris, puerorum instar canamus : *Hosanna : Benedictus qui venit in nomine Domini* [3]. Ecce enim venit : ecce apparuit : ecce Rex astitit. Rursum Hierosolymam ingreditur : rursum crux præparatur; rursus Adami chirographum rumpitur; rursum paradisus aperitur; rursum latro introducitur; rursum Ecclesia choros ducit : rursum improba Synagoga viduatur; rursus dæmones confunduntur; rursus furunt Judæi; rursus fideles salvantur. In festi partem cuncta veniunt; cuncta Dominum celebrant. *Lætantur cœli* [5] : montes exsultant. *Flumina, plaudite* [6] : accedite; clamate videntia prophetarum verba (1) jam res esse facta. *Colles, gestite* [7] : turbæ, jubilate; in-

[1] Rom, XIII, 11. [2] I Thess. V, 19. [3] Matth. XXI, 9. [4] Coloss. II 14. [5] Psal. XCV, 11. [6] Psal. XCVII, 8. [7] Psal. CXII, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Τῆς ἑορτῆς. Codex Oxon. τῇ ἑορτῇ.

NOTÆ.

(1) *Prophetarum verba*. Ita plane scripserit Eulogius : nihil enim τὸ, ἡμῶν, quadrat ut se ipse prophetis accenseat, qui futura in Christo ejusque passione impleta prænuntiaverit. Ac neque τὸ, ὑμῶν, ut flumina referat, quæ nec ipsa Christi res prædixerunt, quanquam refertur eorum vox in Dei laudem effusa. Psal. XCII, 3. Combef.

Digitized by Google

fantes, hymnos dicite; discipuli, prædicate; sacerdotes, loquimini theologi, glorificate(2); incolæ Sion, occurrite; gentes, congregamini; cœlestia, terrestria et inferna: omnis ordo et ætas. Venit enim erga omnes munificus: apparuit omnes miseraturus; universos gaudio impertiturus. Qui Deus esset, factus est homo, *estque visus in terra, et conversatus cum hominibus* [8]. Cum servis Dominus: cum debitoribus summus ac princeps erogator; cum perditis salus; cum damnatis redemptor; cum desperatis spes; cum dejectis erectio; cum scelestis misericors; cum fugitivis liberator; cum reis innocens; cum peccatoribus omni peccato vacans, cum ingratis, abunde in omnes liberalis.

A τὰ ἡμῶν [b] ῥήματα γενόμενα πράγματα. *Οἱ βουνοὶ, σκιρτήσατε·* οἱ ὄχλοι, ἀλαλάξατε· τὰ νήπια, ὑμνήσατε· μαθηταὶ, κηρύξατε· ἱερεῖς, λαλήσατε· θεολόγοι, δοξάσατε· οἱ ἐν Σιὼν, ὑπαντήσατε· τὰ ἔθνη, συνάχθητε, τὰ οὐράνια, τὰ ἐπίγεια, τὰ καταχθόνια, πᾶσα ἀξία καὶ ἡλικία· πάντας γὰρ εὐεργετήσων ἔρχεται· πάντας ἐλεήσων ἐπέφανε· πᾶσι χαριζόμενος τὴν ἀγαλλίασιν. Θεὸς ὢν, γέγονεν ἄνθρωπος, *καὶ ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη.* Μετὰ τῶν δούλων ὁ Δεσπότης· μετὰ τῶν χρεωφειλετῶν ὁ πλουτῶν· μετὰ τῶν ἀσώτων ἡ σωτηρία· μετὰ τῶν καταδίκων ὁ ἀγοραστής [c]· μετὰ τῶν ἀπεγνωσμένων ἡ ἐλπίς· μετὰ τῶν κάτω κειμένων ἡ ἀνάστασις· μετὰ τῶν ἀγνωμόνων ὁ ἐλεήμων· μετὰ τῶν δραπετῶν ὁ ἐλευθερωτής [d]· μετὰ τῶν ὑπευθύνων ὁ ἀνεύθυνος. Μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν ὁ ἀναμάρτητος· πρὸς τοὺς ἀχαρίστους, ὁ ἀφθόνως πᾶσι χαριζόμενος.

II. Vidistin', charissime, festivitatis mysterium? Vidistin' præsentis diei miracula? Heri Bethania festum diem agebat; hodie cuncta Ecclesia divina fruitur præsentia. Heri vitam alii largitus est: hodie ipse ad mortem venit. Heri quatriduanus ille excitatus est; hodie triduanus adest. Quatriduanum Lazarum ad vitam revocavit, ut humanæ naturæ ex elementis quatuor compositæ communem resurrectionem prævie confirmaret. Enimvero illic quidem Martha distrahitur, legalis cultus figuram gerens: hic autem Maria Domini pedibus assidet, Ecclesiæ in eum amoris vim ac assiduitatem præferens. Quique ante sex dies Paschæ per quinque corporis sensus quatriduanum Lazarum, unum in duabus fratrem largitus, illius vincula solvi jubet: ipse nunc venit vincula experturus. Venit autem, non cum turba aut tumultu; neque Virtutes, ac Principatus, Potestatesque undique invisibiliter satellitio circumfusas habens: non sedens in throno excelso et elevato [9]: non alis quibusdam ac igniformibus rotis et multioculis contectus; non tubis ac virtutibus, prodigiisque concutiens omnia territansque; sed in humana occultatus natura. Benignitatis enim adventus est, non potestatis: indulgentiæ, non districtionis; condescensionis, non ultionis. Non in Patris gloria apparet, sed in matris humilitate. Eum nobis adventum dudum prædicans Zacharias, universaque creata ad lætitiam provocans, velut in Ecclesiæ persona ad Jerusalem clamavit, dicens: *Gaude vehementer, filia Sion* [10]. Hac quoque Gabriel voce usus ad Virginem ait: *Gaude, gratiosa, Dominus tecum* [11]. Hac et Salvator ipse, cum a mortuis surrexisset, mulieribus incla-

B Β'. Ἴδες, ἀγαπητὲ, τῆς ἑορτῆς τὸ μυστήριον; Ἴδες τῆς παρούσης ἡμέρας τὰ θαύματα; Χθὲς ἡ Βηθανία ἑώρταζε, σήμερον πᾶσα ἡ Ἐκκλησία ἀπήλαυσε τῆς θείας παρουσίας. Χθὲς ἄλλῳ τὸ ζῆν ἐχαρίσατο· σήμερον αὐτὸς ἐπὶ τὸν θάνατον ἔρχεται. Χθὲς ὁ τετραήμερος ἀνίστατο· σήμερον ὁ τριήμερος ἐφίσταται. Τετραήμερον ἀνέστησε Λάζαρον, ἵνα τῆς ἐκ τεσσάρων στοιχείων συγκειμένης ἡμῶν φύσεως, τὴν κοινὴν ἀνάστασιν προπιστώσηται. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἡ Μάρθα περισπᾶται, τύπον τῆς νομικῆς λατρείας ἔχουσα· ἐνταῦθα δὲ, Μαρία τοῖς ποσὶ τοῦ Δεσπότου προσκάθηται, τῆς Ἐκκλησίας τὸ πρὸς αὐτὸν φίλτρον καὶ προσεδρίαν ὑπογράφουσα. Καὶ ὁ πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα, διὰ τῶν πέντε τοῦ σώματος αἰσθήσεων, τὸν τετραήμερον Λάζαρον ἐν ταῖς δυσὶ τὸν ἕνα χαρισάμενος ἀδελφὸν, ἐκείνου μὲν τὰ δεσμὰ ἐπιτρέπει λυθῆναι· αὐτὸς δὲ νῦν παραγίνεται δεσμευθῆναι. Καὶ παραγίνεται, οὐ σοβῶν, οὐδὲ θορυβῶν, οὐδὲ δυνάμεις, καὶ ἀρχὰς, καὶ ἐξουσίας ἀοράτως δορυφορούσας περικείμενος· οὐκ ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου καθήμενος· οὐ πτέρυξί τισι, καὶ πυριμόρφοις τροχοῖς, καὶ πολυομμάτοις [e] συγκαλυπτόμενος· οὐ σάλπιγξι, καὶ δυνάμεσι, καὶ τέρασι κατασιωπῶντα [f] ἀλλ' ἐν ἀνθρωπείᾳ φύσει κρυπτόμενος. Φιλανθρωπίας γὰρ ἡ παρουσία, οὐκ ἐξουσίας [συγχωρήσεως], οὐ δικαιοκρισίας· συγκαταβάσεως, οὐ κολάσεως. Οὐκ ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς δόξῃ, ἀλλ' ἐν τῇ ταπεινώσει τῆς Μητρὸς ἐπιφαίνεται. Ἣν παρουσίαν πόρρωθεν ἡμῖν ὁ θαυμάσιος Ζαχαρίας διηγόρευσε, καὶ πρὸς εὐφροσύνην συγκαλούμενος τὴν κτίσιν εἰς πρόσωπον ὥσπερ τῆς Ἐκκλησίας τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνακέκραγε, λέγων· *Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών.* Ταύτῃ τῇ φωνῇ καὶ Γαβριὴλ τῇ Παρθένῳ [g] κέχρηται, λέγων· *Χαῖρε,*

[8] Bar. iii, 38. [9] Isa. vi, 1. [10] Zach. ix, 9. [11] Luc. i, 28.

VARIÆ LECTIONES.

[b] Ἡμῶν. Leg. προφητῶν. [c] Ἀγοραστής, Oxon. ἐλευθερωτής. [d] Ἐλευθερωτής. Oxon. δίκαιος. [e] Πολυομμάτοις. Oxon. πολυόμμασι. [f] Κατασιωπῶντα. Leg. κατασείων Πάντα. [g] Τῇ Παρθένῳ. Oxon. πρὸς τὴν Παρθένον.

NOTÆ.

(2) *Theologi, glorificate.* Δοξάσατε· Ut id ipsum fere inculcet quod præcesserat, ἱερεῖς λαλήσατε. Ipsi enim theologi ac doctores, qui sacerdotes, ac præcipue primi: nec auctor ad alios hic sermones provocat, quam laudis ac glorificationis. Insolens est quod reddidit interpres Cyrilli: *Theologi, decernite*, nec aptum satis. Quid enim hic ad opiniones ac doctorum sententias? Combef.

Digitized by Google

κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς ταῖς γυναιξὶ κέκραγε, λέγων· *Χαίρετε*· ἵνα μάθῃς, ὅτι διὰ τὴν πάλαι φωνὴν, ἣν ἡ Εὔα ἤκουσε· τὸ, *Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα*· διὰ τοῦτο πρὸς τὰς γυναῖκας τὸ, *Χαίρετε*, ἀνεβόησε, καθὰ καὶ ὁ Ζαχαρίας ἐκήρυξε, λέγων· *Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών· κήρυττε, θύγατερ Ἰερουσαλήμ. Τί* τὸ κήρυγμα; εἰπὲ προφανῶς, ὦ προφῆτα· *Ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· ὕψωσον τὴν φωνήν σου. Τί* λέγων τῇ Σιών; *Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς ἔρχεταί σοι πραΰς.* Πῶς; Εἶπες τὴν παρουσίαν, εἰπὲ καὶ τὸν τρόπον. Ἆρα ἐφ' ἁρμάτων καὶ ὀχημάτων; ἆρα μετὰ δυνάμεως, καὶ στρατοπέδων, καὶ τῆς λοιπῆς τῶν βασιλέων φαντασίας; Οὐχὶ, φησίν. Ἀλλὰ πῶς; *Ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον νέον. Τί* λέγεις; Βασιλεὺς ποτὲ ἐπὶ πῶλον ἀναγῇ καὶ ἄδοξον καθήμενος παραγίνεται [h]; Ναὶ, φησίν. Οὐ γὰρ τὴν ἴσην ἔχων ἄλλοις ὑπεροψίαν ἔρχεται. Ἀλλὰ τί; Ἐν δούλου μορφῇ, ὡς νυμφίος, οὗτος πραΰς, καὶ ὡς ἀμνὸς ἥμερος καὶ ὡς σταγὼν ἡσυχῇ ἐπὶ πόκον, καὶ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν, καὶ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὕτω παραγίνεται τὴν ἄλογον φορῶν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, καὶ ἐν ἀλόγῳ καθήμενος, παιδεύων ἀνθρώπους μὴ ἐπαίρεσθαι· *Καθαιρῶν δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὑψῶν ταπεινούς· πεινῶντας ἐμπιπλῶν ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαποστέλλων κενούς·* δώδεκά τινας, καὶ τούτους οἰκτροὺς συνεπομένους αὐτῷ φέρων, καὶ διὰ τούτων τὰ ἔθνη συγκαλούμενος. Οὗτός ἐστιν ὁ ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ βλαστήσας κλάδος, ᾧ προσυπαντῶντες σήμερον τῶν Ἑβραίων οἱ παῖδες, κλάδους ἐλαιῶν ὡς ἐλεήμονι ἐπισείουσι, καὶ βαΐοις ὡς νικητῇ τοῦ θανάτου ἀνευφημοῦσι, καὶ λέγουσιν· *Ὡσαννά· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Τί* γάρ φησιν ὁ εὐαγγελιστής;

mavit, dicens: *Gaudete* [14], ut intelligas, idcirco quia olim Eva audiisset: *In doloribus paries filios* [15]: voce illa, *Gaudete*, mulieres compellasse, quemadmodum et Zacharias prædicavit, dicens: *Gaude vehementer, filia Sion; prædica, filia Jerusalem.* Quodnam præconium? expone palam, o propheta: *Super montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion: exalta vocem tuam.* Quid dicturus Sion? *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus* [16]. Quomodo? Adventum dixisti; modum expone. An in curribus ac vehiculis? an cum copiis ac exercitibus, equitibusque ac reliquo regum apparatu? Nequaquam, inquit. Qui ergo? *Sedens super asinam et pullum novum* (3). Quid ais? Rexne unquam venit immundo ac ignobili invectus pullo? Ita, inquit. Non enim cum eo fastu venit quo cæteri. Quid ergo? In servi forma, ut sponsus, mitis [16] ille ac agnus mansuetus; et sicut stilla placida in vellus: et sicut ovis ad occisionem, atque ut agnus innocens qui adducitur ad victimam; ita venit irrationalem hominis indutus naturam, et bruto insidens, docens homines ne efferantur: *Deponens potentes de sedibus, et exaltans humiles: esurientes replens bonis, divites dimittens inanes* [16]: duodecim, eosque miserabiles in suo comitatu habens, per quos gentes convocet. Ilic est ramus ille qui germinavit ex Jesse, cui hodie occurrentes pueri Hebræorum ramos olivarum ut misericordi prætendunt, palmisque ovant tanquam victori mortis, ac dicunt: *Hosanna: Benedictus qui venit in nomine Domini.* Quid enim ait evangelista?

Γ'. *Καὶ ἐγένετο ὅτε ἤγγισεν ὁ Ἰησοῦς εἰς Βηθφαγὴ καὶ εἰς Βηθανίαν, πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Ἐλαιῶν ἀπέστειλε δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ λέγων· Ὑπάγετε εἰς τὴν κατέναντι κώμην, καὶ εἰσερχόμενοι εἰς αὐτὴν, εὑρήσετε ὄνον καὶ πῶλον νέον, ἐφ' ᾧ οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐκάθισε· λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετέ μοι· καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, ἐρεῖτε, Ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει.* Εἶτα ἄγουσιν εἰς ἔργον τὸν τοῦ Λόγου λόγον, καὶ ἤγαγον τὴν ὄνον, καὶ τὸν πῶλον, καὶ ἐπέθηκαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐκάθισεν ὁ Ἰησοῦς· τύπος μὲν οὖν ἡ κατέναντι κώμη τοῦ βίου τοῦ παρόντος· ἀντικρὺ γὰρ ἦν, καὶ οὐ πλησίον τοῦ Θεοῦ. Ὅτε οὖν ἤγγισε πλησίον ταύτης τῆς κώμης· ὅτε σαρκωθεὶς γέγονε *Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς*, τότε λοιπὸν ἀποστέλλει

III. *Et factum est, cum appropinquasset Jesus ad Bethphage ac Bethaniam ad montem qui vocatur Oliveti, misit duos discipulos suos dicens: Ite in castellum quod contra est, in quod introeuntes, invenietis asinam* (3) *et pullum novum supra quem nemo hominum sedit. Solvite illum, et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicetis: Quia Dominus eo opus habet* [17]. Tum illi Verbi mandatum exsequuntur, ac asinam ac pullum adducunt; imposueruntque ei vestimenta sua, et sedit Jesus. Sane vero castellum illud contra positum, vitæ præsentis typum gerit. Quippe contra erat ac opposita, non prope Deum. Postquam igitur appropinquavit huic castello; cum nimirum assumpta carne factus est *Nobiscum Deus* [18], tunc demum mittit duos di-

[14] Matth. xxviii, 9. [15] Gen. iii, 16. [16] Isa. lxii, 11. [16] Isa. liii, 1 seqq. [16] Luc. i, 52, 53. [17] Luc. xix, 29-31; Matth. xxi, 1-3; Marc. xi, 1-3. [18] Matth. i, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[h] Ἀναγῇ — παραγιν. Oxon. παραγίνεται καὶ ἀδόξει καθήμενος.

NOTÆ.

(3) *Et pullum novum.* Πῶλον νέον, juxta LXX; sive illi ita scripserint, sive factum est vitio scribarum ἀντὶ τοῦ, πῶλον ὄνου· *pullum asinæ*: quomodo legerunt evangelistæ, et habent Hebræa. Male edita ex Oxon. pro ἐφ ᾧ quod sequitur, refertque solum pullum, qui solus ut juvenis necdum sarcinas aut quemquam hominum portaverat, repræsentant, ἐφ' ὧν· referendo etiam asinam, tanquam ipsa quoque neminem unquam gestasset, quod et reddit interpres: *quibus nemo hominum sedit*: contra quod ipsa res clamat, ac indicant Matthæus et Lucas. Combef.

Digitized by Google

scipulos suos, id est duo testamenta, ut adducant sibi duos populos; veterem asinam, ac exsoletam synagogam; pullumque juvenem, ac inexercitatum et rudem populum gentium. Dicendo autem *contra*, significat misisse solutum pœna, ac vocatum in cœlum eum qui in adversa parte paradisi deliciarum [19] positus erat: quem deinceps salutem adeptum videntes antiqui prophetæ apostolique ac sacri præcones, ei qui se ad spontaneam passionem in Sion ex superno demisit monte, sacra quadam pompa occurrunt, divinasque suas voces ceu quodammodo animatos olivarum ramos faustis omnibus submittentes, canunt: *Benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis.*

A τοὺς δύο μαθητάς· ἤγουν τὰς δύο Διαθήκας· ἀγαγέσθαι αὐτῷ τοὺς δύο λαούς· τὴν παλαιὰν ὄνον, καὶ γεγηρακυῖαν συναγωγήν· καὶ τὸν νέον πῶλον, καὶ τὸν ἀγύμναστον τῶν ἐθνῶν λαόν. Διὰ δὲ τοῦ *κατέναντι* εἰπεῖν, σημαίνει, ὅτι τὸν κατέναντι τῆς τρυφῆς τοῦ παραδείσου κατοικισθέντα, ἔπεμψε λῦσαι τοῦ ἐπιτιμίου, καὶ πρὸς οὐρανὸν καλέσασθαι· ὃν ἀνασωζόμενον λοιπὸν ὁρῶντες οἱ πάλαι προφῆται, ἀπόστολοι, καὶ ἱεροκήρυκες, τὸν ἐπὶ τὸ ἑκούσιον πάθος ἐν Σιὼν, ἐκ τοῦ ἄνωθεν ὄρους ἑαυτὸν ταπεινώσαντα, ἱεροπρεπῶς προσυπαντῶσι, καὶ τὰς θεολέκτους αὐτῶν φωνὰς ὡς ἐμψύχους οἱονεί πως ἐλαιῶν κλάδους εὐφημικῶς ἀναμέλπουσιν· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.*

IV. Quid ais? Misero pullo insidentem vides, clamasque: *Hosanna in altissimis?* Formam servi aspicis, atque in nomine Domini, Deum Dominum dicis? Plane, inquit; sedet super pullum, nec separatur a Patris sinu; laudatur a pueris, inque cœlis Deus a Seraphim prædicatur; Jerusalem ingreditur, nec tamen relinquit supernam Jerusalem. Videt eum, moxque occurrit ac clamat Joannes: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* [20]. Et alius: *Ecce Deus noster: ecce Dominus; ipse veniet et salvabit nos* [21]: per quem hodie oculi cæcorum aperti sunt. Unus quis ad Orientem clamat Domino: *Ecce homo, Oriens nomen ei* [22]. Alius ad Occidentem jubet: *Iter facite ei qui ascendit super occasum; Dominus nomen illi* [23]; atque hic quidem ait: *Surge, Aquilo* [24]. Ille clamat: *Veni, Auster.* David autem summa complexione, ac perspicue (4) omnibus partibus crucem explicans, prædicationem convocat ab oriente et occidente et aquilone et mari. Jeremias (5) velut quadam digiti indicatione venientem monstrans gentibus, canit dicens: *His est Deus noster, et non æstimabitur alius ad eum. Adinvenit omnem viam scientiæ. Post hæc autem, in terra visus est, et cum hominibus conversatus est* [25]; ait quidam ad Jerusalem: *Gaude et lætare, filia Sion* [26]. Aiter pueros hortatur: *Laudate, pueri, Dominum* [27]. Pueri respondent: *Hosanna: Benedictus qui venit in nomine Domini.* Iis Psaltes auditis Domino clamat: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem* [28]. Dominus populis præcipit: *Sinite parvulos venire ad me* [29]. Recte pueri affectati sunt vocem Elisabethæ. Nam dicente illa Virgine ac Dei-

B Δ'. Τί λέγεις; Ἐπὶ πώλου οἰκτροῦ καθήμενον ὁρᾷς, καὶ, Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, βοᾷς; Μορφὴν δούλου βλέπεις, καὶ ἐν ὀνόματι Κυρίου, Θεὸν Κύριον λέγεις; Ναὶ, φησίν· ἐπὶ πώλου καθέζεται, καὶ τοῦ πατρικοῦ κόλπου οὐ χωρίζεται· ὑπὸ παίδων ὑμνεῖται, καὶ ἄνω ὑπὸ Σεραφὶμ θεολογεῖται· εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰσέρχεται, ἀλλὰ τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ οὐ κατέλιπε· καὶ ὁρᾷ τοῦτον ἅμα, καὶ ὑπαντᾷ, καὶ βοᾷ Ἰωάννης· *Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*· καὶ ἄλλος· *Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἰδοὺ Κύριος, αὐτὸς ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς*, δι' οὗ [i] ὀφθαλμοὶ τυφλῶν ἠνοίχθησαν σήμερον. Ὁ μὲν πρὸς ἀνατολὰς τῷ Δεσπότῃ βοᾷ· *Ἰδοὺ ἄνθρωπος, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ*· καὶ ἄλλος πρὸς δύσιν διακελεύεται· *Ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν, Κύριος ὄνομα αὐτῷ*· ὁ μὲν λέγει· *Ἐξεγέρθητι, βορρᾶ*· ὁ δὲ βοᾷ· *Ἔρχου, νότε.* Δαβὶδ δὲ, περιεκτικώτατον καὶ σταυροφανώτατον, συγκαλεῖται τὸ κήρυγμα, ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ δυσμῶν, καὶ βορρᾶ, καὶ θαλάσσης. Ἱερεμίας, ᾄδει, ὡς δακτύλῳ τινὶ τοῖς ἔθνεσι δεικνύων τὸν ἐρχόμενον, καὶ λέγων· *Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.* Ὁ μὲν πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγει· *Τέρπου καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών*· ὁ δὲ τοῖς παισὶν ἐπιτρέπει· *Αἰνεῖτε, παῖδες, Κύριον.* Οἱ παῖδες ἀποκρίνονται· *Ὡσαννά· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Ὁ ὑμνῳδὸς τούτων ἀκούσας, τῷ Δεσπότῃ βοᾷ· *Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον.* Ὁ Δεσπότης τοῖς λαοῖς ἐπιτρέπει· *Ἄφετε τὰ παιδία*

[19] Gen. III, 24. [20] Joan. I, 29. [21] Isa. XXXV, 4. [22] Zach. VI, 12. [23] Psal. LXVII, 5. [24] Cant. IV, 16. [25] Baruch III, 36-38. [26] Zachar. II, 10. [27] Psal. CXII, 1. [28] Psal. VIII, 3. [29] Matth. XIX, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[i] Διʼ οὗ. Oxon. διό.

NOTÆ.

(4) *Ac perspicue omnibus partibus crucem explicans.* Longa hac paraphrasi conor reddere τὸ σταυροφανώτατον· nec video quid auctor aliud eo velit, quam ut crux quatuor extremis suis, quatuor velut mundi partes designet, a quibus omnibus David uno contextu prædicationem convocet. Haud certe placet quod reddidit interpres Cyrilli: *ac veluti septo comprehensis omnibus*: quo modo est durior metaphora, nec sit facile talem ejus vocis usum ostendere; quidquid sit de voce σταύρωμα· apud Plutarchum et alios. COMBEF.

(5) *Jeremias.* Liber Baruch, ceu appendix quædam ad Jeremiæ librum, ipsius hic Jeremiæ dicitur. Etiam sanctus Basilius Seleuciensis Orat. in sanctam Deiparam, Jeremiam citat in Baruch: sicque potuit Eulogius citare. Ib.

Digitized by Google

ἔρχεσθαι πρός με. Καλῶς ἠκουλούθησαν τῇ φωνῇ τῆς Ἐλισάβετ οἱ παῖδες. Ἐκείνης γὰρ τῇ Παρθένῳ καὶ Θεοτόκῳ εἰπούσης· *Εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου*· αὐτοὶ τῷ ἐξ αὐτῆς γεννηθέντι λέγουσιν· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Τί ἐστιν· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου;* Ὁ ἐρχόμενος, πόθεν; ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐκ τῆς Παρθένου; ὁ ἐρχόμενος, καὶ προερχόμενος· ποῦ; ἐπὶ τὸ πάθος. Ἐν ὀνόματι Κυρίου· τοῦ Πατρὸς δηλονότι, καθάπερ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· *Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα μου ὑπάγω.*

A paræ : *Benedictus fructus ventris tui* [30]; aiunt illi ejus Filio : *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Quid est : *Benedictus qui venit in nomine Domini ? Qui venit.* Unde ? De cœlo, aut ex Virgine. *Qui venit*, et procedit. Quo ? Ad passionem. *In nomine Domini :* Patris nimirum, quemadmodum ipse quoque Christus dicebat : *Ego a Patre exivi, et ad Patrem meum vado* [31].

Ε'. Ἴδες δόγμα θεολόγων ἰ ἐξ ἀπειρολόγων παίδων; οἱ παῖδες τὸν Δεσπότην τῆς κτίσεως [ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως [k]] ἐγνώρισαν· οἱ δὲ πατέρες αὐτῶν ἠγνωμόνησαν· οὗτοι ὡς Θεὸν ὕμνησαν, καὶ ἐκεῖνοι ὡς ἐχθρὸν ἐσταύρωσαν. Οὗτοι, *Ὡσαννὰ*, ψάλλουσι· ἐκεῖνοι, *Σταυρωθήτω*, κράζουσιν. Ἡ νέα καὶ ἀδαὴς ἡλικία σοφίζεται, καὶ *οἱ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν* καὶ σκοτίζονται. Οἱ παῖδες τὰ ἑαυτῶν ἱμάτια ὑπέστρωσαν, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, τὰ ἱμάτια αὐτοῦ διεμερίσαντο. Οὗτοι τοὺς ἑαυτῶν χιτῶνας ἐκδύονται, τὴν τῆς συναγωγῆς γύμνωσιν προμηνύοντες· ἅμα τε καὶ ἡμᾶς ἐκδύεσθαι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ Χριστῷ ὑποταγῆναι ὑποδεικνύοντες· [ἐκεῖνοι περὶ τοῦ χιτῶνος αὐτοῦ ἔλαχον [l]] οἱ παῖδες τὸν Χριστὸν μετὰ βαΐων ὑποδέχονται· οἱ πατέρες πρὸς αὐτὸν μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων ἔρχονται. Οὗτοι εὐλογοῦσιν· ἐκεῖνοι βλασφημοῦσιν. Οὗτοι ὡς ἄρνες ποιμένα ἐδέξαντο· ἐκεῖνοι ὡς λύκοι τὸν Ἀμνὸν ἐσφαγίασαν. Οἷον ἦν εἰκὸς ξένον καὶ παρὰ φύσιν τὸ θέαμα ἰδεῖν, νήπια θηλάζοντα ἐν ἀγκάλαις μητέρων γαλουχούμενα, τῇ μὲν μιᾷ χειρὶ τὸν μαζὸν τῆς ἑαυτῶν μητρὸς κατέχοντα· τῇ δὲ [δευτέρᾳ], τῷ ἐκ παρθένου μητρὸς τεχθέντι Θεῷ, τοὺς κλάδους τῶν βαΐων ἐπισείοντα, καὶ γάλα μητρικὸν, καὶ δόγμα Δεσποτικὸν ἐκ τοῦ στόματος προχέοντα· καὶ πρὸ τῶν λόγων [m], τῷ Θεῷ Λόγῳ καρπὸν χειλέων προσαναφωνοῦντα, καὶ λέγοντα· *Ὡσαννά*· τοῦτ' ἔστι, *Σῶσον δή* ἐν τοῖς ὑψίστοις.

V. Vidisti theologorum dogma a rudibus sermonis pueris ? Pueri, creaturæ Dominum ex ipsa natura agnoverunt (6) ; eorum autem patres ingrati exstiterunt : hi laudaverunt ut Deum ; illi ut inimicum crucifixerunt. Canunt hi *Hosanna ;* clamant illi, *Crucifigatur.* Juvenilis ac rudis ætas sapiens efficitur ; iique *qui se dicunt sapientes, stulti facti sunt* [32] ac tenebris offunduntur. Pueri suas vestes substraverunt ; eorumque patres, ejus vestes partiti sunt. Hi tunicas suas exuunt, synagogæ nuditatem præsignantes ; simulque nobis quoque operæ pretium exuere veterem hominem ac Christo subjici exemplo monstrantes : illi sortiti sunt de ejus tunica cujus foret [33]. Pueri cum ramis palmarum Christum suscipiunt ; patres in eum gladiis ac lignis instructi procedunt. Hi benedicunt ; illi blasphemant. Hi velut agni novelli Pastorem susceperunt ; illi tanquam lupi Agnum jugularunt. Quam plane admirabile ac præter naturam spectaculum illud lactentium infantum, maternis in ulnis sugentium ubera, una quidem manu tenentium matrum mammam, altera autem nato Deo Matre Virgine protendentium ramos palmarum, lacque maternum ac Dominicam doctrinam ab ore fundentium : necdumque concesso verborum usu, Deo Verbo labiorum acclamantium fructum, ac dicentium, *Hosanna* (7) : hoc est, *Salva quæso*, qui es in altissimis.

Ϛ'. Τίς ὁ παιδεύσας, ὦ παῖδες; τίς ὁ σοφίσας; τίς ὁ πρὸ καιροῦ τοῦ Λόγου, τὸν Λόγον μυσταγωγήσας; καὶ παρέστω Ἰουδαῖος [n] ὁ ἀχάριστος· παρέστω μοιχαλὶς ἡ συναγωγή. Εἰπὲ, ὦ Ἰουδαῖε, οὐχὶ Χριστὸν ἡμῖν ἅπαντες οἱ προφῆται ἐρχόμενον ἐκήρυξαν; Ναί, φησίν· τὸ δὲ ἀμφιβαλλόμενον τοῦτό ἐστιν [o]. Ἦλθεν,

VI. Quis vos, o pueri, docuit ? Quis vobis sapientiam indidit ? Quis necdum per ætatem libero sermonis usu, secretiori doctrina ad sermonem formavit ? Accedat ingratus Judæus ; adsit synagoga adultera. Dic sodes, Judæe, nonne prophetæ omnes Christum nobis venturum prædicavere ? Plane, in-

[30] Luc. I, 42. [31] Joann. XVI, 28. [32] Rom. I, 22. [33] Joan. XIX, 24.

VARIÆ LECTIONES.

i Θεολόγων. Oxon. θεολόγον. [k] Ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως. Hæc desunt cod. reg. [l] Ἐκεῖνοι — ἔλαχον. Addo ex conject. [m] Πρὸ τῶν λόγων. Oxon. πρῶτον λόγον. [n] Ἰουδαῖος. Oxon. Ἰούδας. [o] Τοῦτό ἐστιν. Deest, εἰ ἦλθ.

NOTÆ.

(6) *Ex ipsa natura.* Ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως. Accipit naturam, non ut distinctam contra gratiam ac affusum animo cœleste lumen, in quo pueri Messiam et regem Israel agnoverunt ; sed ut contra externam ac hominum doctrinam : quomodo etiam loquitur Paulus ad Rom. II, 14, dum ait gentes facere *natura*, φύσει, quæ sunt legis, Spiritu sancto velut instinctu movente, atque ad legis opera, sine lege ac externa insinuatione formante. COMBEF.

(7) *Hosanna.* Bene Cyrillus : σῶσον δή· haud ita Cyrilli interpres, *Salva nos :* cum potius fuisset dicendum, *Salva eum.* Est enim populi votum in Christum ceu regem ac Messiam ; perinde ac si dixissent : *Vivat Rex.* Sumptum est ex illo psalmi CXVII, 25. *O Domine, salvum me fac*, etc. Quod sequitur, ὁ ἐν τοῖς ὑψίστοις· positum est ab Eulogio ut glossa ; ut τὸ, ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, idem sit atque, *Salva* tu, Deus, qui es *in altissimis.* Alioqui exponi potest : Reboet fausta hæc acclamatio, *Salva, quæso, in altissimis.* Vide Franc. Lucam, et alios Matth. XXI, 9. ID.

Digitized by Google

quit : quod autem in dubium vertitur, illud est, An venerit. Venisse ais, an nondum venisse? Nondum, inquit. Præclare. Videamus ergo venturi dignitatem; tumque intelligemus, an adhuc venerit, necne. Deumne dicis eum qui venit, an nudum hominem? Nudum, inquit, hominem, similem Davidi. An ipsum Davidem? Davidi similem. O maligne cavillator! O insipiens corde! Quomodo igitur David ipse, Dominum a Domino venientem dicit? quemadmodum paulo ante pueros tuos audisti canentes atque laudantes : *Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, et illuxit nobis* [34]; et iterum : *Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [35]; et iterum : *Regnavit Dominus super gentes* [36]; et : *Dicite in nationibus quia Dominus regnavit* [37]. Quis vero Rex iste? Audi Isaiam de vobis clamantem : *Et cupient esse igni combusti* [38]. Cur ita, o propheta? *Quia parvulus natus est nobis; Filius et datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus : et vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, potens, Princeps pacis, Pater futuri sæculi.* Quid ais, o Judæe? Ecce prophetæ eum qui venit, clare Deum prædixerunt.

VII. Corripit hæreticus quod dictum fuit. Insilit statim Manichæus, et ait : Ilem, cum tu clare eum sis confessus Deum, qui carnem ex Virgine assumpsit; quomodo non ipsum fateris Deum mortuum et crucifixum, si utique unum eumdemque dicis, qui natus et crucifixus et mortuus est? *O stulti et tardi corde ad credendum, in omnibus quæ locuti sunt prophetæ* [39]! Audite, et credite, et confundimini. Subsistens illud Verbum Patris, terrenæ matris unitum substantiæ, cum obrutam olim peccato imaginem renovare vellet, factus est homo, servato in abjecta hominis conditione divinitatis fastigio; non mutata in passionem deitatis impatibilitate; nec assumpto peccato ex peccatrice natura, ne quod nobis esset saluti, ei fieret dehonestamentum; nostraque exaltatio, ejus inveniretur prolapsio. Haudquaquam mortuus deitate; quidquid Manichæus et Arius ac Marcion insaniant. Nam quid opus fuisset incarnatione? Non nudo corpore crucifixus (8); quanquam rumpatur Paulus Samosatensis, ut nos credamus tanquam puri hominis sanguinem. *Maledictus* enim, inquit Scriptura, *omnis qui pendet in ligno*, ac quisquis *spem habet in* puro *homine* [40]. Homo nos salvare non poterat. Nam

ἢ οὔπω; Οὔπω, φησί. Καλῶς. Ἴδωμεν οὖν τὸ τοῦ ἐρχομένου ἀξίωμα, καὶ τότε γνωσόμεθα, εἰ ἦλθεν, ἢ οὔπω. Θεὸν τὸν ἐρχόμενον λέγεις, ἢ ψιλὸν ἄνθρωπον; Ψιλὸν ἄνθρωπον, φησίν. Ὢ; τὸν Δαβὶδ, ἢ αὐτὸν τὸν Δαβίδ; Ὢ; τὸν Δαβίδ. Ὦ σοφιστὰ τῆς κακίας ὦ ἀσύνετε τῇ καρδίᾳ! πῶς οὖν αὐτὸς ὁ Δαβὶδ, Κύριον παρὰ Κυρίου τὸν ἐρχόμενον λέγει; καθὼς ἀρτίως τῶν σῶν παίδων ἀνυμνούντων ἠκουσας· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν·* καὶ πάλιν· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου·* καὶ πάλιν· *Ἐβασίλευσεν ὁ Κύριος ἐπὶ τὰ ἔθνη·* καὶ, *Εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι Κύριος ἐβασίλευσε.* Τίς δὲ οὗτος ὁ βασιλεύς; Ἠσαΐου ἄκουσον περὶ ὑμῶν βοῶντος· *Καὶ θελήσουσιν, εἰ ἐγερήθησαν πυρίκαυστοι.* Διατί, ὦ προφῆτα; Ὅτι *παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, Υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, Θαυμαστὸς, Σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, Ἄρχων εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος.* Τί λέγεις, ὦ Ἰουδαῖε, ἰδοὺ σαφῶς Θεὸν τὸν ἐρχόμενον οἱ προφῆται προεκήρυξαν.

Ζ'. Συναρπάζει τὸ ῥῆμα ὁ αἱρετικός· εἰσπηδᾷ θᾶττον ὁ Μανιχαῖος, καὶ φησιν· Ἰδοὺ δὴ σαφῶς Θεὸν ὁμολογήσας τὸν ἐκ Παρθένου σαρκωθέντα, πῶς οὐχ ὁμολογεῖς αὐτὸν Θεὸν παθόντα καὶ σταυρωθέντα, εἰ ἄρα ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν λέγεις τὸν γεννηθέντα, καὶ ταφέντα P καὶ παθόντα q; Ὦ *ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ, τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται!* Ἀκούσατε, καὶ πείσθητε, καὶ αἰσχύνθητε. Ὁ ἐνούσιος Λόγος τοῦ Πατρὸς, ἑνωθεὶς τῇ ἐπὶ γῆς οὐσίᾳ τῆς μητρὸς, τὴν πάλαι κεχωσμένην ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας εἰκόνα ἀνακαινίσαι βουλόμενος, γέγονεν ἄνθρωπος, τὸ ὑψηλὸν φυλάξας τῆς θεότητος ἐν τῷ ταπεινῷ τῆς ἀνθρωπότητος· οὐ μεταβαλὼν εἰς πάθος τὸ ἀπαθὲς τῆς θεότητος· οὐ μεταβαλὼν ἁμαρτίαν r ἐκ τῆς ἁμαρτησάστης φύσεως, ἵνα μὴ τὸ ἡμῖν σωτήριον, γένηται αὐτῷ ἀτιμαστήριον· καὶ ἡ ἡμῶν ὕψωσις εὑρεθήσηται αὐτῷ ἔκπτωσις. Οὐ θεότητι πάσχων, κἂν ὁ Μανιχαῖος, καὶ Ἄρειος, καὶ Μαρκίων μαίνωνται. Ἐπεὶ, τίς ἦν χρεία σαρκώσεως; οὐ ψιλῷ s σώματι σταυρούμενος· κἂν ὁ Παῦλος ὁ Σαμωσατεὺς καταράσσηται, ἵνα ἡμεῖς ὡς αἷμα t ἀνθρώπου πιστεύσωμεν. *Ἐπικατάρατος* γὰρ, φησὶν ἡ Γραφὴ, *πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου*, καὶ *πᾶς ὃς ἔχει ἐλπίδα ἐπὶ* ψιλὸν *ἄνθρωπον*. Ἄνθρω-

[34] Psal. CXVII, 26, 27. [35] Psal. CIX, 1. [36] Psal. XLVI, 9. [37] Psal. XCV, 10. [38] Isa. IX, 5, 6. [39] Luc. XXIV, 25. [40] Deut. XXI, 23; Jer. XVII, 5.

VARIÆ LECTIONES.

P Ταφέντα. Oxon. φανέντα. q Καὶ παθόντα. Cod. reg. σταυρωθέντα. r Μεταβ. ἁμαρτίαν. Forte μεταβ. ἁμαρτίας. s Οὐ ψιλῷ. Male edita, ὑψηλῷ. t Ἡμεῖς ὡς αἷμα. Oxon. μὴ εἰς αἷμα.

NOTÆ.

(8) *Non nudo corpore crucifixus.* Nudo deitate, οὐ ψιλῷ. Perperam Oxon. ὑψηλῷ· quod devorat interpres : *Sublimi corpore crucifixus.* Quid enim hoc ad Samosatensem, quem Eulogius exagitat? Nota ejus hæresis, ut purum hominem Christum contenderet, cujus vel modo utinam contentio omnis exstincta esset. COMBEF.

Digitized by Google

πος σῶσαι ἡμᾶς οὐκ ἴσχυεν· ἐπεὶ Μωϋσῆς ἄρα, ἢ τις ἐκ τῶν προφητῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθνήσκειν ἔμελλεν· ἀλλὰ πάντες ὑπὸ ἁμαρτίαν ἐτύγχανον· διὸ ἐδεήθημεν τοῦ Θεοῦ ἀναμαρτήτου σεσαρκωμένου, καὶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον σαρκὶ καταδεχομένου. Διὰ τοῦτο ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται, ἵνα ὅπερ ἔχει διὰ τῆς θεότητος ἀδύνατον, τοῦτο σχῇ δι' ἀνθρωπότητος δυνατόν.

A utique Moyses, aut unus quis prophetarum pro nobis habebat mori : at omnes peccato obnoxii erant (9); proinde necessum fuit impeccabilem Deum incarnari, ac mortem carne pro nobis suscipere. Ideoque ipse carnis expers incarnatur, ut quod non potest per divinitatem, id possit per humanitatem.

Η'. Πάσχει, καὶ οὐ πάσχει· τὸ πρῶτον, οὐ τῷ Λόγῳ λόγισαι· τὸ δεύτερον, τῆς σαρκὸς τοῦ Λόγου μὴ νόμιζε· [ὅμως δὲ τὴν σάρκα τοῦ Λόγου μὴ χώριζε.] Οὐ γὰρ χωρίζω, ἀλλὰ γνωρίζω, τῆς ἑκατέρας οὐσίας τὸ ἴδιον. Συμμένοντα, ἀλλ' οὐχὶ συμπαθόντα τὸν Λόγον λέγω· συγκρεμάμενον, ἀλλ' οὐχ ἥλους εἰς ἰδίαν φύσιν δεξάμενον· συνθαπτόμενον, ἀλλ' οὐ συνθανατούμενον· συγκλειόμενον, ἀλλ' οὐ συμπεριγραφόμενον· ψυχὴν ἐκ σώματος χωριζομένην, ἀλλὰ τὸν Λόγον οὐδενὸς αὐτῶν ἀφιστάμενον. Ὅθεν ὁ μὲν ᾅδης ἐσκυλεύθη, τῆς ἐνθέου ψυχῆς ἐκεῖ κατελθούσης. Πορευθεὶς γὰρ ἐκήρυξε καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ πνεύμασιν· ἐν δὲ τῷ τάφῳ, διαφθορὰν οὐκ εἶδε τὸ ἅγιον [u] σῶμα. Καὶ γὰρ ἦν ἀχώριστος ὁ Λόγος τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἐν ἑκάστῳ καιρῷ, οὐδαμοῦ ψιλὸν ἢ ἔρημον ἀφῶν ταύτην, ἢ ἄθεον, ἢ ὡς ἑνὸς τῶν καθ' ἡμᾶς τυγχάνουσαν σωμάτων. Ὅμως εἰ καὶ ἠνώθη καθ' ὑπόστασιν τῷ Λόγῳ ἡ λογικὴ ἡμῶν φύσις, ἀλλ' οὐκ ἐσώθη. Πῶς γὰρ σωθήσεται [v] τῷ προαιωνίῳ τὸ πρόσφατον; ἢ πῶς ὁμοιωθήσεται τῷ ἀνάρχῳ, τὸ ἔναρχον; διὸ καὶ ὁρᾷς αὐτὸν ἐπὶ πῶλον σήμερον· ἀλλ' ὡς ἄνθρωπον· διπλοῦς γὰρ ἦν. Ἐπεὶ, καὶ ηὔξησε, καὶ ἐθήλασε, καὶ ἐδάκρυσε, καὶ ἠγωνίασε νόμῳ τῆς ἡμετέρας φύσεως. Οὐ γὰρ ἠρνήσατο τὰ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀδιάβλητα πάθη σαρκωθεὶς ὁ Θεὸς Λόγος· ἐπεὶ ἄρα αὐτὴν πρὸ τούτων ἠρνήσατο. Οὐχ ὑπνοῖ ἐν τῷ πλοίῳ ὁ Θεὸς Λόγος· *Οὐ νυστάξει γὰρ, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ·* ἀλλ' ὑπνοῖ ἡ σὰρξ ἡ ἡμετέρα, ἣν ἐνεδύσατο ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος. Οὐ πεινᾷ, οὐ κοπιᾷ ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἡ θεία φύσις, ὡς Ἡσαΐας φησίν· *Ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ ἰσχυρὸς, οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει.* Πῶς οὖν πεινᾷ; Σαρκὶ τῇ ἐξ ἡμῶν. Πῶς πάσχει; Σαρκὶ τῇ ἐξ ἡμῶν. Πῶς δακρύει; Σαρκὶ τῇ ἐξ ἡμῶν. Πῶς ἐθανατώθη; Σαρκί· ζωοποιεῖται δὲ πνεύματι. Πῶς γῆν σαλεύει; Θεότητι τῇ ἐκ Πατρός. Πῶς τὸν ᾅδην πατεῖ; Θεότητι, οὐκ ἐξ ἡμῶν. Πῶς φησιν· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν;* Τῇ ἄνω πρὸ αἰώνων γεννήσει. Πῶς, *Ὁ Πατὴρ μείζων μού ἐστι;* Τῇ κάτω, ἐκ Παρθένου γεννήσει. Πῶς, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα;* Τῇ ἀκτίστῳ τοῦ Λόγου φύσει. Πῶς, *Οὐ δύναμαι ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ-*

VIII. Patitur, et non patitur : Noli primum Verbo tribuere : secundum, ne carnis Verbi putes : at nec carnem a Verbo separes : Non enim separo ; sed quod utriusque naturæ proprium est, designo. Conjunctum manere Verbum dico ; non simul pati ac affici : simul pendere ; haud tamen clavos in naturam suam accepisse : consepultum, sed non commortuum : una clausum, sed non pariter definitum : animam a corpore separatam, Verbum tamen a neutro recessisse. Quamobrem spoliatus quidem fuit infernus cum divina anima illuc descendisset. Profectus enim, etiam positis in inferno spiritibus prædicavit [41] ; at in sepulcro [42] sanctum ejus corpus corruptionem non vidit. Nullo enim tempore Verbum separari potuit a sua carne, ut eam nudam ac solam, aut sine Deo, vel quasi corpus unum nostris simile habentem, relinqueret. Cæterum, licet rationalis nostra natura unita sit Verbo secundum hypostasim, haud tamen est ei adæquata. Qui enim quod nuper editum est, ei adæquetur quod est ante sæcula ? Aut quomodo simile sit quod habet initium, ei quod principio caret ? Idcirco etiam vides hodie pullo insidentem, sed ut hominem. Duplex quippe erat. Nam et crevit, et suxit ubera, et flevit, et est contristatus, pro ratione naturæ nostræ. Non enim incarnatus Deus Verbum inculpatas naturæ nostræ renuit passiones ; alioqui (10) priorem illis ipsam renuisset. Non dormit in navigio Deus Verbum [43] : *Non dormitabit* enim, *neque dormiet, qui custodit Israel* [44] ; sed dormit caro nostra, quam Dei Verbum induit. Non esurit, nec fatiscit ex itinere divina natura, quemadmodum ait Isaias : *Deus magnus et fortis, non esuriet, neque laborabit* [45]. Quomodo ergo esurit ? Carne, quam sumpsit ex nobis. Quomodo patitur ? Carne nostra. Quomodo flet ? Humana carne. Quomodo fuit occisus ? Carne ex nobis sumpta : verum spiritu vivificatur. Quomodo terram concutit ? Divinitate quam habet a Patre. Quomodo conculcat inferos ? Divinitate, non humana virtute. Quomodo ait : *Ego et Pater unum sumus* [46] ?

[41] I Petr. III, 19. [42] Act. II, 31. [43] Matth. VIII, 24. [44] Psal. CXX, 4. [45] Isa. XL, 28. [46] Joan. X, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[u] Ἅγιον. Oxon. ἔνθεον. [v] Σωθήσεται. Scribe ἰσωθήσεται.

NOTÆ.

(9) *Omnes peccato obnoxii erant.* Cum Moyses, tum prophetæ alii, quibus ut sanctioribus reparationis nostræ negotium videbatur debere committi, ut ulli puræ creaturæ fuisset committendum. Interpres non bene ad redemptos refert. COMBEF.

(10) *Alioqui priorem illis eam renuisset.* Pulchra sententia in novos Eutychianos humana interimentes in Christo homine. Interpres Cyrilli : *Quandoquidem ipsam ante istas renuit ;* quibus absurdum ab Eulogio assumptum, ejus assertum facit.

Digitized by Google

Superna illa nativitate ante sæcula. Quomodo, *Pater major me est* [47]? Nativitate in inferioribus ex Virgine. Quomodo, *Qui vidit me, vidit et Patrem* [48]? Increata Verbi natura. Quomodo, *Non possum facere quidquam a memetipso* [49]? Quid ergo? Verbum ne minori præ Patre potentia est? Procul sit Ariana illa vesania. Quid est quod dicit : *Clarifica me, Pater* [50]? Corpus Verbi. Quis dicit : *Ego in Patre, et Pater in me est* [51]? Verbum quod est in corpore. Quomodo ait : *Patrem meum, et Patrem vestrum* [52]? Pater quidem Pater est, non carnis, sed Dei Verbi quod est ex ipso. Quomodo, *Deum meum, et Deum vestrum?* Deus est, non Verbi. Quomodo enim Deus exsistat æqualis sibi Dei? sed Deus illius quæ est in Verbo, formæ servi. *Antequam Abraham fieret, ego sum* [53]? Deus Verbum quod est in carne. *Dominus dixit ad me : Filius meus es tu : ego hodie genui te* [54]? Nimirum nova incarnatione Verbi : non enim alius erat, qui ante luciferum ex Patre genitus est [55], aliusque qui ex matre in Bethlehem incarnatus est. Tametsi enim Paulus Samosatensis hæc delirat ; haud tamen Paulus Tarsensis ista docet : sed cum Dei formam in servi forma significat, clamat : *Qui cum sit splendor gloriæ* [56] : cumque rursus carnis Verbo unitæ differentiam designat, ait : *Deus autem et Dominum suscitavit* [57] ; ut utriusque formæ in corpore discrimen ostendens, cum Manetem illum œconomiam phantasia discernentem ac inani specie. tum Paulum hominicolam Paulus apostolus prosternat.

A *δέρ ; τί οὖν ; ἀδύνατος ὁ Λόγος παρὰ τὸν* [x] *Πατέρα; ἄπαγε τῆς Ἀρειανικῆς φρενοβλαβείας ! Τί τὸ λέγον· Δόξασόν με, Πάτερ ;* Τὸ σῶμα τοῦ Λόγου. *Τίς ὁ λέγων· Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ; Ὁ ἐν τῷ σώματι Λόγος. Πῶς, Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν ;* Πατὴρ μὲν ὁ Πατὴρ, οὐ τῆς σαρκὸς, ἀλλὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ Θεοῦ Λόγου. *Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν ;* Θεὸς, οὐ τοῦ Λόγου· πῶς γὰρ ἔσται τοῦ ἴσου αὐτοῦ Θεοῦ Θεός; ἀλλὰ Θεὸς τῆς ἐν τῷ Λόγῳ μορφῆς τοῦ δούλου. *Πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι ;* Ὁ ἐν τῇ σαρκὶ Θεὸς Λόγος. *Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε ;* Τῇ προσφάτῳ τοῦ Λόγου σαρκώσει. Οὐ γὰρ ἄλλος ἦν ὁ πρὸ ἑωσφόρου ἐκ Πατρὸς γεννηθεὶς, καὶ ἄλλος, ὁ ἐν Βηθλεὲμ ἐκ μητρὸς σαρκωθείς. Εἰ γὰρ καὶ Παῦλος ὁ Σαμωσατεὺς ταῦτα παραφρονεῖ, ἀλλ' οὐ Παῦλος ὁ Ταρσεὺς ταῦτα νουθετεῖ. Ἀλλ' ὅτε μὲν τὴν τοῦ Θεοῦ μορφὴν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ σημαίνει, βοᾷ· *Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης·* ὅτε δὲ πάλιν τῆς ἐν τῷ Λόγῳ ἑνωθείσης σαρκὸς τὴν διαφορὰν σημαίνει, λέγει· *Ὁ δὲ Θεὸς καὶ τὸν Κύριον ἤγειρεν·* ἵνα ἀμφοτέρων τῶν ἐν τῷ σώματι μορφῶν ἀποδείξας τὴν διάγνωσιν, καὶ Μάνεντα τὸν φαντασιομάχον, καὶ Παῦλον τὸν ἀνθρωπολάτρην, Παῦλος ὁ ἀπόστολος καταβάλλῃ.

B

IX. Tu vero quid ais? Quid statuis, nove Manichæe ac pure puteque illius defensor amentiæ ? Non concedis carnem naturam nominari? At *Illic trepidas timore, ubi non erat timor* [58]. Nec vero Dominum revereris in tempore passionis dicentem : *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma* [59]? Si *promptus*, quomodo *infirma ?* Quænam Christi forma? qualis caro infirma? Omnino illa Adami, qui infirmatus est. Qui vero etiam positis genibus orat? Ergone Verbum precatur? Quomodo autem cum Deus sit, precatur Deum : siquidem est æqualis Patri, uti certe æqualis est? Plane precatur haud deitate, sed qua est homo. Nam alioqui quomodo dicit : *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* [60]? Qui habet potestatem, quomodo alterius auxilio indiget? Qui dicit : *Solvite templum hoc :* id est, suam ipsius carnem : *et in triduo excitabo illud* [61], quomodo, o deitatis oppugnator, qui templum suum excitat, cum templo solvitur? Si quidem enim ipse solutus est (11), omnino eget excitante? Tu quidem

C

D

Θ'. Σὺ δὲ τί λέγεις ; τί νομοθετεῖς, ὦ νέε Μανιχαῖε, καὶ καθαρὲ τῆς ἐκείνου μανίας ὑπέρμαχε ; οὐ δίδως τὸ ὀνομάζειν τὴν σάρκα φύσιν ; ἀλλ' Ἐκεῖ δειλιᾷς φόβῳ οὗ οὐκ ἦν φόβος. Οὐδὲ τὸν Δεσπότην ᾔδεισθα [y] λέγοντα ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους· *Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής ; εἰ πρόθυμος, πῶς ἀσθενής ; ποία Χριστοῦ μορφή; ποία σὰρξ ἀσθενής ; πάντως ἡ τοῦ ἀσθενήσαντος Ἀδάμ.* Πῶς δὲ καὶ κλίνων τὰ γόνατα προσεύχεται; ἆρα ὁ Λόγος εὔχεται ; καὶ πῶς Θεὸς ὢν, Θεοῦ δέεται; εἰ μὲν οὖν ἴσος τῷ Πατρὶ, ὥσπερ καὶ ἴσος· οὐ θεότητι εὔχεται, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος. *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν ;* ὁ ἐξουσίαν ἔχων, πῶς ἄλλου πρὸς βοήθειαν δέεται; ὁ λέγων· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον·* ἤγουν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα· *καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν·* πῶς, ὦ θεομάχε, τὸν ναὸν τὸν ἑαυτοῦ ἐγείρων, σὺν τῷ ναῷ λύεται ; εἰ γὰρ αὐτὸς λέλυται, ἀλλ' οὐ πάντως τοῦ ἐγείροντος δέεται; σὺ μὲν γὰρ φοβῆσαι, ὡς δοκεῖς, μὴ σῶμα Θεοῦ ἀκούων παθόν τι, ψιλῷ κτίσματι προσκυνήσῃς; καὶ κοινω-

[47] Joan. xiv, 28. [48] ibid. 9. [49] Joan. v, 19. [50] Joan. xvii, 5. [51] Joan. xiv, 10. [52] Joan. xx, 17. [53] Joan. viii, 58. [54] Psal. ii, 7. [55] Psal. cix, 3. [56] Hebr. i, 3. [57] I Cor. vi, 14. [58] Psal. xiii, 5. [59] Matth. xxvi, 41. [60] Joan. x, 18. [61] Joan. ii, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[x] Παρὰ τόν. Oxon. πρὸς τόν. [y] Ἤδεισθα. Oxon. αἰδῆσαι.

NOTÆ.

(11) *Ipse solutus est.* Αὐτὸς ὁ ἐγείρων· qui habet excitare : non αὐτὸς ὁ ναός· templum ipsum; uti male refert interpres Cyrilli. Levi mutatione crassissimum errorem verbis sequentibus corrigas, ἀντὶ τοῦ, ἀλλά· restituto ἆρα interrogativo, cum quo clara omnino ac solida procedit Cyrilli ratio. Vel sine interrogatione legendo ἆρα οὖν· eodem sensu.

Digitized by Google

νήσῃς· ἐγὼ δὲ τοῦτο τρέμω, μὴ θεότητα παθοῦσαν καὶ θανοῦσαν εἴπω, καὶ τὸ πᾶν τῆς Τριάδος ἀτιμάσω μυστήριον. Εἰ μὲν γὰρ ὁ Λόγος ἔπαθεν, ὁ δὲ Πατὴρ ἀπαθοῦς ἐστι φύσεως, πάντως ἄλλη ἦν οὐσία τοῦ Λόγου, καὶ ἄλλη ἡ τοῦ Θεοῦ Πατρός. Καὶ τί λοιπὸν Ἀρειανοῖς μάχεσθαι διὰ τοῦτο; εἰ δὲ μία οὐσία Πατρὸς, καὶ τοῦ Λόγου, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἔπαθε δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐν σαρκὶ, παθητῆς πάντως οὐσίας καὶ θνητῆς, καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Εἰ γὰρ συνέπασχε τῇ σαρκὶ ὁ Λόγος, πάντως καὶ συντέθνηκε. Καὶ εἰ συντέθνηκε, πῶς τὸν ᾅδην ἐσκύλευσε; πῶς τοὺς νεκροὺς ἀνέστησεν; εὑρεθήσεται δὲ καὶ θανὼν χωρισθεὶς πάντως τοῦ ζῶντος Πατρός. Καὶ εἰ τοῦτο, οὐκ ἔτι λοιπὸν Τριὰς ἐν οὐρανῷ κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, ἀλλὰ δυὰς, ἀναμένουσα τὸν Λόγον, ἵνα ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἀναστῇ, καὶ ἐν οὐρανῷ ἀνέλθῃ. Ὦ τῆς ἀθεμίτου τόλμης! ποῖος ὄφις ψιθυρίσας ἠπάτησε τοὺς θεομάχους παθητὸν τὸν ἀπαθῆ ἀποφήνασθαι; οἱ τὸν Κτίστην ποιοῦσι τῶν κτισμάτων ἀσθενέστερον. Οὐκ ἐντρέπῃ, ὦ αἱρετικὲ, ἥλιον ἐν δένδρῳ τυγχάνοντα, καὶ τὸ μὲν δένδρον τεμνόμενον, τὸν δὲ ἥλιον οὐδὲ χωριζόμενον, οὐδὲ συντεμνόμενον· τὸν δὲ τῆς δικαιοσύνης Ἥλιον παθητὸν λέγων ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι γενόμενον; οὐδὲ φονέα τινὰ ἢ κακοῦργον, ὦ κακοῦργε, ἑώρακας κεφαλὴν ἢ χεῖρας στερούμενον, τὴν δὲ ἀθάνατον [z] ψυχὴν αὐτοῦ μὴ συναποθνήσκουσαν τῷ σώματι; εἶτα ἔλαβον [a] οὗτοι καιρίαν τὴν πληγὴν ὑπὸ τοῦ Λόγου, καὶ πέπτωκεν ὁ θεομάχος· πάλιν ἀνέπνευσεν ὁ Χριστομάχος· πάλιν ἀναισχυντεῖ ὁ Ἰουδαῖος. Τί λέγων;

A metuere videris, ne cum Dei corpus passum aliquid audis, nudam creaturam adores, eique communices: at ego illud reformido, ne deitatem passam atque mortuam dicam, totumque Trinitatis mysterium probro afficiam. Si quidem enim Verbum passum est, Pater autem est impatibilis naturæ, omnino erit alia Verbi essentia, ac alia Dei Patris. Quid vero jam eo nomine habeamus cum Arianis pugnare? Quod si una est essentia Patris et Verbi ac Spiritus sancti, passum autem est Dei Verbum in carne; utique erunt et Pater, et Spiritus sanctus, patibilis ac mortalis substantiæ. Si enim Verbum una cum carne passum est, omnino etiam cum illa mortuum est. Quod est pariter mortuum, quomodo spoliavit inferos? Quomodo mortuos excitavit? Sed et quod mortuus sit, plane invenietur a Patre vivente separatus. Quod si ita est, non amplius erat in cœlo Trinitas tempore passionis, sed binitas, exspectans ut Verbum excitaretur a Patre, et rediret in cœlum. O nefandam audaciam? Quis serpens sibilo suo deitatis hostes decepit, ut patibilem esse, impatibilem Deum assererent, qui Creatorem, creatis rebus facient infirmiorem? Non te pudet, o hæretice, ut solem quidem in arbore exsistentem, cæsa arbore, nec separari ab illa, nec pariter cædi, dicas; Solem vero justitiæ, in suo asseras corpore factum patibilem? Neque, o perdite, vidisti, sic homicidam aut facinorosum aliquem, capite aut manibus truncari, ut tamen immortalis ejus anima haud interiret (12) una cum corpore? Quanquam hi lethale vulnus argumento hoc acceperunt, corruitque Dei oppugnator; rursum tamen animos resumpsit oppugnator Christi: rursus impudenter Judæus aggreditur. Quibus verbis?

B C

Ι'. Ὅρα, φησὶν, ὅτι οὐ Θεὸν, ἀλλ' ἄνθρωπον ἀπεκτείναμεν. Πρὸς ὃν εὐθέως καλὸν εἰπεῖν, *Σιώπα· πεφίμωσο·* λάβε κατόχιον ἐπὶ τῷ στόματι. Ἔστω· νόμον ἠθέτησας· ἔστω, *προφήτας ἀπέκτεινας·* οὐδὲ τὸν Δαβὶδ ἐρυθριᾷς περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγοντα· *Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησέ με;* Ὁ Πατὴρ ἄνω. Καὶ πάλιν· *Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.* Δύο ἔχει γεννήσεις ὁ εἷς καὶ μόνος Χριστός· μίαν ἐκ Πατρὸς ἀχρόνως, καὶ ἄλλην ἐκ μητρὸς ἀσπόρως· ὅταν οὖν λέγει· *Τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα·* ταῦτα ἐκ τῆς Μαρίας τῆς ἐξ Ἰούδα ἔλαβε· καὶ ἅπερ ἐξ Ἰούδα ἔλαβε, ταῦτα Ἰουδαίοις ῥαπίζειν καὶ μαστίζειν δέδωκεν· ἃ δὲ ὡς Θεὸς κατὰ φύσιν ἔχει, *Οὐκ ὄψεται ἄνθρωπος ἐκεῖνα, καὶ ζήσεται.* Ἀλλ' ὁ Ἰουδαῖος πάλιν· Πῶς οὖν ὁ προφήτης περὶ τοῦ Σταυρωθέντος

X. Vide, inquit, ut non Deum, sed hominem interfecerimus. Cui continuo operæ pretium dicemus: *Tace, obmutesce* [61]; ori frenum adhibe. Esto: legem aspernatus sis: esto, *prophetas occideris:* non revereris Davidem dicentem de Christo: *Ex utero ante luciferum genuit me* [62]? Nempe supernus Pater. Et rursum: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu: ego hodie genui te* [63]. Duas habet nativitates, unus ipse ac singularis Christus; unam ex Patre sine tempore, aliamque ex matre sine semine. Cum ergo ait: *Dedi dorsum meum in flagella, et genas meas ad alapas* [65]; hæc ex Maria ex tribu Juda suscepit: et quæ ex Juda suscepit, hæc Judæis percutienda ac flagellanda tradidit. Quæ autem ut Deus per naturam habet, ea *Homo non videbit, et vivet* [66]. Sed instat rursum Judæus: Quomodo ergo propheta de Crucifixo ait: *Et vidimus*

D

[62] Marc. IV, 39. [62] Psal. CIX, 3. [63] Psal. II, 7. [65] Isa. L, 6. [66] Exod. XXXIII, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[z] Δὲ ἀθάνατον. Male Oxon. διὰ θάνατον. [a] Εἶτα. Forte εἴτε.

NOTÆ.

(12) *Haud interiret una cum corpore.* Μὴ συναποθνήσκουσαν τῷ σώματι. Quam bona Græca, tam mala Latina novi interpretis Cyrilli, omissa negativa, ut animam una cum corpore interire dicat; seu potius prelum ut ejus repræsentet, quod saltem collectis vel ad calcem mendis, iisque sic enormibus ac periculosis, voluissem castigatum.

Digitized by Google

eum, et non habebat speciem, neque decorem[67]? Atqui vides iterum, o sceleste, ut scriptum sit de illo : *Speciosus forma præ filiis hominum*[68]. Quod si quæris, quisnam Deus possit esse recens? Ego vicissim abs te percontabor: Cujusnam hominis *ante solem permanet nomen, et ante lunam*[69], *generatione generationum* (13)? Et : *Descendit sicut pluvia in vellus; et sicut stilla stillans super terram*[70]. Rursus forsan dices : Quisnam Deus triginta argenteis venditur? Ego vero ex te vicissim quæram : Cujusnam hominis sanguis orbem totum redemit ac sanctificavit? Jam si te illud offendat, quod eum pullo insidentem hodie aspicis; quomodo non etiam illud dicis, o indocte, quod pueri nullo docente didicerant pariter, ac clamabant : *Benedictus qui venit in nomine Domini?* Ut autem Deus sit ac Dominus, qui pullo insidet qua est homo, adsit mihi tuus, sed non tuus David, de tuis edisserens pueris, dicatque quis ille sit quem ii hymnis prosequuntur, et quem Deum prædicant : David, inquam, velut ex adverso pulli stans, inque hunc modum clamans : Tu qui in superno throno sedes, quique in terra sedes in pullo : *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos. Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem*[71] ; nimirum, diabolum. Tu, qui pullo insides qua homo, Deus es verus : *Et videbimus cœlos opera digitorum tuorum.* Tu qui pullo insides, *lunam et stellas fundasti* (14)[72] ; tu *minuisti hominem paulo minus ab angelis;* gestansque ac induens hominem, extulisti eum super omnem principatum et potestatem, et *gloria et honore coronasti eum.* Tu, qui super pullo conspiceris, *Thronus tuus, o Deus, in sæculum sæculi :* Et : *Virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, ac* solus *odisti iniquitatem : propterea unxit te Deus, Deus tuus*[73] : eo quod formam servi acceperis. Unxit te, non unctione olei, sed Spiritu sancto : ipse enim est *oleum exsultationis.* Idcirco etiam dicebat Genitrix tua Virgo : *Exsultavit spiritus meus in Deo salutari*

λέγει· *Καὶ εἴδομεν*[b] *αὐτὸν καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος;* ἀλλ' ὁρᾷς πάλιν, ὦ ἀγνώμων, ὅτι περὶ αὐτοῦ γέγραπται· *Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.* Εἰ δὲ λέγεις· Ποῖος Θεὸς δύναται εἶναι πρόσφατος; κἀγώ σοι ἐρῶ· Ποίου ἀνθρώπου *πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεᾶς γενεῶν;* καὶ, *Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡς ἡ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τῆς γῆς.* Πάλιν δὲ ἴσως ἐρεῖς· Πεῖος Θεὸς τριάκοντα ἀργυρίων πιπράσκεται; κἀγώ σοι ἐρῶ· Ποίου ἀνθρώπου αἷμα κόσμον ὅλον ἐξηγόρασε καὶ ἡγίασεν; εἰ δὲ ἐκείνῳ προσκόπτεις, ὅτι ἐπὶ πώλου ὁρᾷς καθήμενον σήμερον, πῶς δὲ οὐ κἀκεῖνο λέγεις, ὅπερ οἱ παῖδες, ὦ ἀδίδακτε, ἀδιδάκτως ἔμαθον ἅμα καὶ ἔκραζον· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου;* Ὅτι δὲ Κύριος καὶ Θεὸς ὁ ἐπὶ πώλου ὡς ἄνθρωπος καθήμενος, παρέστω μοι ὁ σὸς, ἀλλ' οὐ σὸς Δαβὶδ, περὶ τῶν σῶν παίδων διερχόμενος, καὶ τὸν ὑπ' αὐτῶν ὑμνούμενον· εἰπάτω τί; ἐστιν ὁ θεολογούμενος· [καὶ] οἷον κατάντικρυ τοῦ πώλου ἑστηκὼς, καὶ οὑτωσὶ βοῶν· Σὺ ὁ ἐπὶ τοῦ ἄνω θρόνου, καὶ ἐπὶ τοῦ κάτω πώλου καθήμενος, *Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον, ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου, τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητὴν,* τὸν διάβολον. Σὺ ὁ ἐπὶ πώλου ὡς ἄνθρωπος, Θεὸς εἶ ἀληθινός· *Καὶ ὀψόμεθα τοὺς οὐρανοὺς ἔργα τῶν δακτύλων σου.* Σὺ ὁ ἐπὶ πώλου, *σελήνην καὶ ἀστέρας ἐθεμελίωσας·* σὺ *ἠλάττωσας τὸν ἄνθρωπον βραχύ τι παρ' ἀγγέλους,* καὶ φορέσας τὸν ἄνθρωπον, ὑψώσας σὺτὸν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ *δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν.* Σὺ ὁ ὁρώμενος ἐπὶ πώλου, *Ὁ θρόνος σου, ὦ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.* Καὶ, *Ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Σὺ ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ μόνος ἐμίσησας ἀνομίαν. Διὰ τοῦτο ἔχρισέν σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου,* ὅτι δούλου μορφὴν ἀνέλαβες. Ἔχρισέν σε, οὐκ ἐλαίου χρίσματι, ἀλλ' ἁγίῳ Πνεύματι. Αὐτὸ γὰρ ἐστι τὸ *ἔλαιον τῆς ἀγαλλιάσεως.* Διὸ καὶ ἔλεγεν ἡ σὲ

[67] Isa. LIII, 2. [68] Psal. XLIV, 3. [69] Psal. LXXI, 5. [70] ibid. 6. [71] Psal. VIII, 2, 3. [72] ibid. 4. [73] Psal. XLIV, 7, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[b] Εἴδομεν. Male item Oxon. οἴδαμεν.

NOTÆ.

(13) *Generatione generationum.* Γενεᾶς γενεῶν· quod clarius Latinus interpres præfixa propositione *in, in generatione.* Agellius putat deesse ἕως· seu subintelligi, ut sit, ἕως γενεᾶς· *usque in generationem.* Copulativam, quam addit Augustinus, et interpres Cyrilli probat, cum margine scribit, *Ισ. καὶ*· non admodum probo. Syxtina habent accusandi casu et plurali : Γενεᾶς γενεῶν· *generationes generationum :* quomodo est durior constructio; vide Agellium. Valde favet Eulogius ejus expositioni, ut τὸ, πρὸ τῆς σελήνης, sit velut; *in conspectu lunæ, ac quandiu luna duratura sit :* cum τὸ σὺν LXX interpretum, reddit τῷ, πρὸ· τὸ, συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ· τῷ, πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει· tanquam idem valeant.

(14) *Lunam et stellas.* Lapsu calami interpres, pro *luna* posuit *solem.* Haud ita demutanda auctorum verba, cum maxime illa sacra sunt, ac ipsa Scriptura. Sic paulo post, τὸ, σὺ ὁ ὁρώμενος ἐπὶ πώλου, reddit : *Qui super equo conspiceris :* quasi pullus ille cui Dominus insedit, equinus fuerit, non pullus asini; sintque equus et asinus idem animal; vel displiceat Christi illa humilitas, velitque offi ciosior homo, pro asello ei equum sternere. Apa gesis tanta illa libertas! Parco plura notare; quanquam plura sane succurrebant.

Digitized by Google

τεκοῦσα Παρθένος· *Ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρί μου*, ἡνίκα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτὴν ἐπεσκίασε. Σὺ δέ μοι σκόπει ὁ πιστὸς ἀκροατής, πῶς ἡ παναγία Παρθένος Θεὸν τὸν Υἱὸν αὐτῆς προσηγόρευσε. Καί φησι· *Θεός μου*, κατὰ τὴν θεϊκὴν αὐτοῦ οὐσίαν· Υἱός μου, κατὰ τὴν ἑαυτῷ ὑποστᾶσαν ἐξ ἐμοῦ οὐσίαν. Οὐ γὰρ ἔτεκον τῷ κόσμῳ ψιλὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν σεσαρκωμένον. Καὶ μάρτυς ἀξιόπιστος, ἡ σφραγὶς τῆς παρθενίας μου. Μὴ ἀτιμάσῃς, ὦ ἄνθρωπε, ὅπερ ἐξ ἐμοῦ ἔλαβεν ὁ Θεὸς περιβόλαιον, ἵνα μὴ τὸν περιβαλλόμενον καθυβρίσῃς· μὴ ὑβρίσῃς τὴν σκηνήν, ὅτι ὄντως ἄνευ χειρὸς συνερράφη τῷ σκηνώσαντι. Μὴ μερίσῃς τὸ φῶς ἐκ τῆς σαρκικῆς μου λαμπάδος, ἵνα μὴ σβέσῃ κακῶς τὸν τῷ κόσμῳ λάμψαντα ἥλιον, καὶ γενόμενον χωρὶς ἀνθρώπου ἄνθρωπον. Οὐ γὰρ ἐπ- B ἔγνων ἄνθρωπον, εἰ καὶ ἔγνων Θεὸν ἐν ἐμοὶ γενόμενον ἄνθρωπον.

meo[74]; cum eam Spiritus sanctus obumbravit. Tu vero mihi pensa, fidelis auditor, quomodo sanctissima Virgo Filium suum, Deum appellarit. Utique, inquit, *Deus meus*, secundum divinam ejus substantiam : Filius meus, secundum eam substantiam quam sibi de me assumpsit. Non enim mundo peperi purum hominem, sed Deum incarnatum. Cujus rei testis est locuples, constans virginitatis signaculum. Ne dedecores, o homo, quam ex me Deus sumpsit vestem, ne ei qui illam induit, contumeliam irroges. Ne injuria afficias tabernaculum; revera enim nulla manuum opera habitanti in eo fuit consutum. Ne lumen a carnali mea lampade separes, ut ne male solem exstinguas qui illuxit mundo, quique sine homine homo factus est. Non enim cognovi hominem, quanquam Deum novi in me factum hominem.

ΙΑ'. Ἔχεις, ὦ πιστότατον καὶ ἱερώτατον Χριστοῦ ποίμνιον, τὰ τῆς ἑορτῆς ἐγκώμια· σκίρτησον. Ἔχεις τὰ θεῖα καὶ ἄμωμα τῆς Ἐκκλησίας διδάγματα· τρύφησον. Ἔχεις τὰ ὅπλα τὰ πνευματικά· κατὰ τῶν λύκων τῆς ποίμνης πολέμησον· παίδευσον μὴ βλασφημεῖν· δίδαξον ὑπὲρ ἀληθείας ἀγωνίσαι· ἀπόδειξον ὅτι καθαρὰ ἀπὸ πάντων τῶν ζιζανίων τῆς ἡμῶν καὶ Χριστοῦ Ἐκκλησίας ἡ ἄρουρα. Εἰ μὲν οἷόν τε Λάζαρός τις εἶ, σειραῖς πταισμάτων ἢ ἐναντίων δογμάτων δεσμούμενος, σήμερον ὑπὸ τοῦ Λόγου ἄκουσον φωνοῦντός σου· *Δεῦρο ἔξω*, καὶ λύθητι, καὶ ἀνάστηθι. Εἰ δὲ μαθητής τις εἶ, καὶ τῶν πρὸς διδασκαλίαν ἐπιτήδειος [c], ἀποστάλθητι, καὶ λύσας ἄγαγε C Χριστῷ πῶλον καὶ πώλους, καὶ πολλοὺς τοὺς ἐν πλάνῃ προσδεδεμένους, καὶ εἰς τὴν κατέναντι πίστιν, καὶ κώμην ἀντικειμένους. Κἂν τινες ἀντιλέγουσι, καὶ τὴν λύσιν τῶν πεπεδημένων κακῶς ἐμποδίζειν δοκιμάζουσι, φάσκοντες· *Τί λύεις τὸν πῶλον;* καθὰ καὶ τοῖς τυφλοῖς ἐπετίμων μὴ κράζειν· εἰπὲ καὶ σὺ, *Ὅτι ὁ Κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει. Κύριος γὰρ λύει πεπεδημένους· Κύριος σοφοῖ τυφλούς*, καθὼς σήμερον τοῦ Εὐαγγελίου ἠκούσας. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν τῆς δικαιοσύνης Ἥλιον ἐπιδημήσαντα ἔγνωκαν, εἰκότως πρὸς αὐτὸν ἔκραζον· *Ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε, υἱὲ Δαβίδ.* Ὦ ξένων καὶ παραδόξων θαυμάτων! οἱ τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ οἱ βλέποντες Ἰουδαῖοι τυφλώττουσιν. Οὗτοι Κύριον ὁμολογοῦσι, κἀκεῖνοι· *Τίς ἐστιν οὗτος;* ἐπερω- D τῶσι. Φησὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστής· *Οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες, καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες, ἔκραζον, Ὡσαννά· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς Ἰερουσαλὴμ, ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις, λέγουσα· Τίς ἐστιν οὗτος;* Ἴδες τὸ ξένον τοῦ βασιλέως μυστήριον; ἐπὶ πώλου καθήμενος σείει τὴν πόλιν, καὶ ἐν σταυρῷ καθηλούμενος σείει τὴν οἰκουμένην· ἵνα σὺ μάθῃς, ὅτι τὴν πολύθεον τῶν εἰδώλων πλάνην σεῖσαι καὶ καταλῦσαι ἐλήλυθεν.

XI. Habes, fidelissime ac sanctissime Christi grex, festivitatis encomia : exsulta. Habes divinam ac inculpatam Ecclesiæ doctrinam : deliciare. Habes arma spiritalia : contra gregis lupos depugna : doce eos non blasphemare : doce certare pro veritate : ostende, Ecclesiæ nostræ ac Christi agrum a zizaniis omnibus mundum esse. Si in modum Lazari cujusdam habes, peccatorum vinculis aut contrariorum dogmatum revinctus, audi hodie a Verbo, *Veni foras*[75], ac solvere, et resurge. Sin autem quidam discipulus es, et ad doctrinam idoneus, vade mittente Domino, solvensque adduc Christo pullum, ac pullos pluresque in errore ligatos, atque in adversa fide ac castello oppositos. Si qui autem reluctentur, ac male, ne compediti solvantur, impedire velint, dicentes : *Quid pullum solvis*[76] ? eorum instar qui cæcos increpabant ne clamarent : dic tu quoque : *Quia Dominus his opus habet : Dominus enim solvit compeditos ; Dominus sapientes facit cæcos*[77], quemadmodum hodie audisti in Evangelio. Cum enim Solem justitiæ advenisse cognovissent, merito ad eum clamabant; *Miserere nostri, Domine, fili David*[78]. O inaudita et insolita miracula! Cæci visum recipiunt. Hi Dominum confitentur ; illique : *Quis est hic*[79] ? percontantur. Ait enim evangelista : *Turbæ autem quæ præcedebant et quæ sequebantur, clamabant dicentes : Hosanna : Benedictus qui venit in nomine Domini. Et cum intrasset Hierosolymam, commota est universa civitas dicens : Quis est hic*[80] ? Vidisti novum ac admirabile Regis mysterium? Pullo insidens civitatem commovet, ac cruci affixus orbem terrarum concutit ; ut docearis venisse ad idolorum, plurium numinum cultu impium errorem convellendum ac evertendum.

[74] Luc. I, 47. [75] Joan. XI, 43. [76] Luc. XIX, 33. [77] Psal. CXLV, 8. [78] Matth. XX, 30. [79] Matth. XXI, 10. [80] ibid. 9, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[c] Ἐπιτήδειος. Forte ἐπιτηδείων.

Digitized by Google

XII. Cerne autem abstrusum ac reconditum œconomiæ ejus mysterium. Cum in inferno positus ejus loci carcerem pulsaret, clamantibus supernis Virtutibus ad infernas : *Tollite portas, principes, vestras*[81], ut ingrediatur qui dicit : *Ego sum ostium*[82]; attonitæ adversæ virtutes respondebant : *Quis est iste rex gloriæ?* In terrenam introeunte Jerusalem, rei novitate stupefacti, quærunt : *Quis est iste?* Cœlestem Jerusalem repetente, cernentes intellectuales virtutes cum corpore eum quem nunquam vidissent propter incorpoream rationem, ascensus modum admiratæ, ambigebant invicem, dicentes : *Quis est iste, qui* corpore præditus in loca incorporea *venit?* Sed et illud mirandum, quomodo regiæ illæ virtutes percontentur, *Quis est iste qui venit*[83]? cum in ejus in terra nativitate pariter clamaverint ac cecinerint : *Gloria in altissimis Deo; et in terra pax; in hominibus bona voluntas*[84]; a quibus certe præclare edocti sunt Hebræorum theologi pueri dicentes : *Hosanna : Benedictus qui venit in nomine Domini : pax in cœlo, et gloria in altissimis*[85]. Sic enim Lucas habet. Eratque videre in Sion, cœlestia pariter ac terrestria vicariis sibi respondentia vocibus, seque mutuo salutantia. Dicunt superi : *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax;* inferi respondent : *Pax in cœlo, et gloria in altissimis.* Dixerunt angeli : *In terra pax;* homines clamarunt : *Pax in cœlo.* Quamobrem? Quod nimirum ille adsit, qui omnibus clamat : *Pax vobis*[86]. Pro quo propheta precabatur, dicens : *Domine Deus noster, pacem da nobis*[87]; hoc est, Mitte Filium tuum unigenitum, ut per eum nobis reconcilieris, videns naturam nostram per eum tibi unitam. Quam pacem videntes cœlestes chori clamabant : *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax;* id est, perfecta Dei cum inimicis reconciliatio, quam et pueri cum docti essent, clamabant : *Hosanna : pax in cœlo, et gloria in altissimis.* Nam quæ olim infense habebant, fraterna nunc charitate conserta sunt; unam cœlestia pariter ac terrena, Christo cœlesti simul ac terreno, divinitatis confessionem ac adorationem offerentia. Quamobrem jubent superi, ut ei inferi Divinitatis offerant confessionem : *Adorent eum omnes familiæ gentium*[88]. Inferi superis respondent : *Adorent eum omnes angeli Dei*[89]. David utrisque clamat : *Lætentur cœli, et exsultet terra*[90]. Respondent pueri : *Hosanna : Benedictus qui venit in nomine Domini.*

ΙΒ'. Ὅρα δέ μοι τοῦ κατ' αὐτὸν τῆς οἰκονομίας μυστηρίου τὸ ἄγνωστον. Ἐν τῷ ᾅδῃ σείοντος αὐτοῦ τὸ ἐκεῖ δεσμωτήριον, ὡς ἔκραζον αἱ ἄνω δυνάμεις πρὸς τὰς κάτω δυνάμεις· Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, ἵνα εἰσέλθῃ ὁ λέγων· Εἰμὶ ἐγὼ ἡ θύρα· ἐκπληττόμεναι αἱ ἐναντίαι δυνάμεις ἀντεφθέγγοντο· Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; εἰς τὴν ἐπὶ γῆς Ἱερουσαλὴμ ξενιζόμενοι πύθονται· Τίς ἐστιν οὗτος [ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης;] εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἀνερχομένου αὐτοῦ, ὁρῶντες αὐτὸν μετὰ σώματος, αἱ οὐδέποτε ἰδόντες αὐτὸν, διὰ τὸ ἀσώματον, νοεραὶ δυνάμεις, θαυμάζουσαι τοῦ ξένου τρόπου τὴν ἄνοδον, διηπόρουν πρὸς ἀλλήλας, λέγουσαι· Τίς ἐστιν οὗτος παραγενόμενος ἐν τοῖς ἀσωμάτοις χωρίοις ἐνσώματος; θαυμάσαι δὲ ἄξιον, πῶς πύθονται, Τίς ἐστιν οὗτος ὁ παραγενόμενος, αἱ βασιλικαὶ δυνάμεις, αἱ ἐν τῇ κάτω γεννήσει αὐτοῦ, βοήσασαι ἅμα καὶ ὑμνήσασαι· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· οἷς γε καλῶς ἐμαθήτευσαν τῶν Ἑβραίων οἱ θεολόγοι παῖδες σήμερον λέγοντες· Ὡσαννά· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. Οὕτως γὰρ ὁ Λουκᾶς εἴρηκε. Καὶ ἦν ἐν Σιὼν ἰδέσθαι ὥσπερ ἀντιφθεγγόμενα καὶ ἀνταστραπτόμενα ἀλλήλοις τὰ οὐράνια καὶ τὰ ἐπίγεια. Οἱ ἄνω λέγουσι· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· οἱ κάτω ἀποκρίνονται· Εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. Οἱ ἄγγελοι, Ἐπὶ γῆς εἰρήνη, εἰρήκασιν· οἱ ἄνθρωποι, Εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, κεκράγασι. Διατί; ἐπειδὴ ἐπέστη ὁ πᾶσι βοῶν· Εἰρήνη ὑμῖν· περὶ οὗ ὁ προφήτης ηὔχετο, λέγων· Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν· τοῦτ' ἔστι, Τὸν Υἱόν σου τὸν μονογενῆ ἀπόστειλον, ἵνα δι' αὐτοῦ καταλλαγῇς πρὸς ἡμᾶς, ὁρῶν τὴν ἡμετέραν φύσιν ἑνωθεῖσάν σοι δι' αὐτοῦ· ἥνπερ εἰρήνην ὁρῶντες οἱ τῶν ἄνω χοροὶ, ἐβόων· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· ἦγουν Θεοῦ πρὸς ἐχθροὺς τελεία καταλλαγὴ, ἣν καὶ οἱ παῖδες μαθόντες ἔκραζον· Ὡσαννά· Εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. Γεγόνασι γὰρ τά ποτε ἐχθρὰ, νῦν ἀδελφά· μίαν τὰ οὐράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια Χριστῷ τῷ οὐρανίῳ καὶ ἐπιγείῳ θεολογίαν προσάγοντα, καὶ προσκύνησιν. Ὅθεν θεολογίαν προσάγειν οἱ ἄνω τοῖς κάτω διακελεύονται· Προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν· οἱ κάτω τοῖς ἄνω ἀντιφθέγγονται· Προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. Ὁ Δαβὶδ τοῖς ἀμφοτέροις βοᾷ· Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. Οἱ παῖδες ἀπεκρίνοντο· Ὡσαννά· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.

XIII. Cum quibus nos quoque laudemus, ac festam nunc agamus lucem, non pompatice, sed divine : nedum manu, sed et animo, palmarum ramos tenentes, eumque supra nivem dealbantes, omnem ipsum veteris ac pelliceæ tunicæ mortalitatem, omni fastu ac elatione deposita, exuamus. Idcirco enim spirituum rex, non in curribus et exercitibus venit, sed misero ac vili pullo insidens,

ΙΓ'. Μεθ' ὧν καὶ ἡμεῖς ἀνυμνήσωμεν, καὶ ἑορτάσωμεν σήμερον· μὴ πανηγυρικῶς, ἀλλὰ θεϊκῶς· μὴ μόνον τῇ χειρὶ, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ, βαΐα κατέχοντες· καὶ ταύτην ὑπὲρ χιόνα λευκάναντες, πᾶσαν ἐξ αὐτῆς τοῦ παλαιοῦ καὶ δερματίνου χιτῶνος τὴν νέκρωσιν ἀποδυσώμεθα, πάντα τύφον καὶ ἔπαρσιν ἀποῤῥίψαντες. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ βασιλεὺς τῶν ἀσωμάτων, οὐκ ἐφ' ἁρμάτων καὶ στρατευμάτων παραγίνεται· ἀλλ'

[81] Psal. XXIII, 7. [82] Joan. X, 9. [83] Isa. LXIII, 1. [84] Luc. II, 14. [85] Luc. XIX, 38. [86] Luc. XXIV, 36. [87] Isa. XXVI, 12. [88] Psal. XXI, 28. [89] Psal. XCVI, 8. [90] Psal. XCV, 11.

Digitized by Google

ἐπὶ πώλου οἰκτροῦ καὶ μικροῦ καθήμενος ἔρχεται, σὲ παιδεύων μὴ ἐφ' ἵππων καὶ ἡμιόνων, *οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις*, ἐπαίρεσθαι. Διὸ καὶ ἡμεῖς συμμετριάσωμεν Χριστῷ, ἵνα καὶ συνέλθωμεν· μετὰ ἀγγέλων ὑμνήσωμεν· μετὰ τῶν παίδων δοξάσωμεν· μετὰ τοῦ ὄχλου τὰ τοῦ ὄχλου βοήσωμεν· μετὰ Βηθανίας σκιρτήσωμεν· μετὰ Λαζάρου τῶν νεκρῶν ἔργων ἀναστῶμεν· μετὰ τῶν ἐν Σιὼν χορεύσωμεν· μετὰ τῶν ἀναβλεψάντων τυφλῶν κράξωμεν· μετὰ νηπίων καὶ γερόντων αἰνέσωμεν· μετὰ μαθητῶν κηρύξωμεν· ἐλαιῶν κλάδους δι' ἐλεημοσύνης ἐν τῇ τοῦ βίου ὁδῷ καλῶς ὑποστρώσωμεν· κατὰ τοὺς παῖδας περικόψωμεν τῆς πολυΰλου ἡμῶν ὑπάρξεως τὸν ὄγκον· καὶ ἐλεημοσύνῃ ἑαυτοὺς ὑποστρώσωμεν ἐν τῇ ὁδῷ τῇ λεγούσῃ· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός*· ὅπως καὶ ἡμεῖς δι' αὐτῆς εὕρωμεν ἔλεος παρ' αὐτῆς, καὶ σὺν αὐτῇ εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Εἰς τὸ ἱερὸν τὸ μέγα συνεισέλθωμεν, καὶ οἱ προάγοντες, καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες· οἱ προάγοντες μὲν, οἱ ἐν τῇ τρίτῃ ὥρᾳ, καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες, οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην· καὶ οἱ προάγοντες διὰ πράξεων, καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες διὰ προθέσεως, ἅπαντες [σὺν] Χριστῷ [d], οἱ αὐτοὶ συνακολουθοῦντες, καὶ ἀκολουθήσαντες συμβασιλεύοντες αὐτῷ, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαύοντες, δόξαν καὶ μεγαλοσύνην ἀναπέμψωμεν, ἅμα τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A quo doceat, ut ne in equis et mulis, *quibus non est intellectus* [91], efferaris. Proinde nos etiam una cum Christo modestiam colamus, ut et simul ascendamus : cum angelis personemus hymnos : cum pueris glorificemus : cum turba, eadem ac ipsa clamemus : cum Bethania exsultemus : cum Lazaro, ab operibus mortuis resurgamus : cum Sionis incolis choros agitemus : cum cæcis quibus visus restitutus fuit, clamemus : cum pueris et senibus laudemus : cum discipulis prædicemus : ramos olivarum per misericordiam in vitæ itinere puerorum more rite sternamus : circumcidamus longe materialis nostræ substantiæ molem, nosque misericordiæ in via substernamus, quæ dicit : *Ego sum via* [92] : ut et nos per eam et cum ea misericordiam B inveniamus in superna Jerusalem. In magnum illud templum pariter ingrediamur, tum qui præcedimus, tum qui sequimur : qui præcedimus, qui nimirum hora tertia : et qui sequimur, qui circa undecimam : qui, inquam, per acta præcedimus ; quique sequimur per propositum animi ; omnes Christo, ei nunc ac olim comites, cum ipso regnantes, ac sempiternis bonis fruentes, gloriam ac magnificentiam submittamus, una cum Patre, sanctissimoque ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[91] Psal. xxxi, 9. [92] Joan. xiv, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[d] Χριστῷ. Leg. τῷ Χριστῷ.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ ΕΥΛΟΓΙΟΥ

ΠΑΠΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΕΠΤΑ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΥΟ ΦΥΣΕΩΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

—

BEATISSIMI EULOGII

PAPÆ ALEXANDRINI

CAPITA (15) SEPTEM

DE DUABUS NATURIS DOMINI DEIQUE AC SALVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI.

Interprete Franciſco Combefisio.

—

Α'. Εἰ μιᾶς φύσεως μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός ἐστιν, εἰπὲ, ποίας ; τῆς λαβούσης, C I. Si unius naturæ post unionem est Dominus noster Jesus Christus, rogo, cujusnam ? ejus quæ

(15) Exstant hæc septem Capita sancti Eulogii inter opuscula theologica sancti Maximi confessoris, Opp. tom. II, pagg. 145 seq. edit. Combefisianæ.

Digitized by Google

assumpsit, aut quæ assumpta est? quidve altera factum est? Sin autem exsistant ambæ, quomodo sunt una, nisi ex ambabus una composita facta est? Sin autem se res sic habet, quomodo non diversæ substantiæ Christus a Patre, qui omnis expers compositionis est?

A ἢ τῆς ληφθείσης; καὶ τί γέγονεν ἡ ἑτέρα; εἰ δὲ ὑπάρχουσιν ἀμφότεραι, πῶς μία, εἰ μὴ ἐξ ἀμφοτέρων μία ἀπετελέσθη σύνθετος; εἰ δὲ τοῦτο, πῶς οὐχ ἑτερούσιος ὁ Χριστὸς, τοῦ Πατρὸς ἀσυνθέτου ὑπάρχοντος;

II. Si nunquam duplicis naturæ Dominus noster Jesus Christus agnitus est, quomodo potest dici Christum post unionem unius esse naturæ, aut etiam prorsus nuncupari unio? Sin autem fides est fuisse Christum duplicis naturæ, dic, rogo, quandonam Christus erat duplicis naturæ, ac quando unius factus?

Β'. Εἰ οὐδέποτε δύο φύσεων ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὡμολόγηται ὤν, πῶς δυνατὸν λέγειν μιᾶς μετὰ τὴν ἕνωσιν τὸν Χριστὸν, ἢ καὶ ὅλως λέγειν ἕνωσιν; εἰ δὲ ὡμολόγηται ὁ Χριστὸς δύο φύσεων γεγονέναι, εἰπὲ πότε δύο φύσεων ἦν ὁ Χριστὸς, καὶ πότε γέγονεν ἐκ μιᾶς;

III. Ejusdemne Deus Verbum cum carne ab eo assumpta substantiæ est, an diversæ? At, si quidem ejusdem est, quomodo Trinitas non effecta quaternitas est? Sin autem caro diversæ substantiæ a Deo Verbo est, quomodo Christus non duplicis est naturæ?

Γ'. Ὁμοούσιος ὁ Θεὸς Λόγος τῇ παρ' αὐτοῦ ληφθείσῃ σαρκὶ, ἢ ἑτερούσιος; ἀλλ' εἰ μὲν ὁμοούσιος, πῶς οὐ γέγονε τετρὰς ἡ Τριάς; εἰ δὲ ἑτερούσιος ἡ σὰρξ τοῦ Θεοῦ Λόγου, πῶς οὐ δύο φύσεων ὁ Χριστός;

IV. Sunt qui unam Dei Verbi naturam incarnatam dicunt (16): arbitror autem vos quoque sic dicere. At enim, si hoc ita intelligendum, ut una sit Dei ac carnis substantia; quonam modo fieri potest ut idem creatum sit cum increato, et quod est sempiternum cum eo quod tempori subjectum est? Sin autem idcirco, quod una natura habeat alteram, aut ab altera habeatur, quis unam et unam non duas, sed unam appellari ferat?

Δ'. Μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην φασί τινες· οἶμαι δὲ καὶ ὑμᾶς οὕτω λέγειν. Ἀλλ' εἰ μὲν μιᾶς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς σαρκὸς τοῦτο νοητέον, πῶς οἷόν τε τὸ κτιστὸν τῷ ἀκτίστῳ, καὶ τὸ ἀΐδιον τῷ ὑπὸ χρόνον εἶναι ταυτόν; εἰ δὲ ὡς μιᾶς φύσεως ἐχούσης ἑτέραν, ἢ ἐχομένης ὑφ' ἑτέρας, τίς ὑποίσει μίαν καὶ μίαν, οὐ δύο, ἀλλὰ μίαν εἰπεῖν;

V. Si una natura Dei Verbi et Patris, quomodo non una natura Dei Verbi et Patris et carnis?

Ε'. Εἰ μία φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ τοῦ Πατρὸς, πῶς οὐ μία φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς σαρκός;

VI. Si nulla ratione Deus Verbum et caro sunt duo, quomodo non omni ratione Deus Verbum et caro unum sunt? Ac, si quidem Deus Verbum et caro omni ratione idem sunt, quomodo Verbum caro non erit, et caro Verbum, Patrique coæterna et consubstantialis haud secus ac Deus Verbum? Sin autem non omni modo Deus Verbum et caro unum sunt, quomodo non quadam ratione Deus Verbum et caro duo sunt?

Ϛ'. Εἰ κατ' οὐδὲν δύο ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σὰρξ, πῶς οὐ κατὰ πάντα ἓν ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σάρξ; καὶ εἰ κατὰ πάντα ἓν ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σὰρξ, πῶς οὐκ ἔσται ὁ Λόγος σὰρξ, καὶ ἡ σὰρξ Λόγος, καὶ συναΐδιος τῷ Πατρὶ, καὶ ὁμοούσιος ὡς ὁ Θεὸς Λόγος; εἰ δὲ οὐ κατὰ πάντα ἓν ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σὰρξ, πῶς οὐ κατά τι δύο ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σάρξ;

VII. Si fieri non potest ut magis uniantur Deus Verbum et caro, quam Deus Verbum et Pater, quomodo Deus Verbum unitus et caro nulla ratione sunt duo?

Ζ'. Εἰ ἀδύνατον πλέον ἡνῶσθαι τὸν Θεὸν Λόγον καὶ τὴν σάρκα, οὗ ἥνωται ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ὁ Πατὴρ, πῶς ἡνωμένος ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σὰρξ κατ' οὐδὲν εἰσι δύο;

FRAGMENTA.

Eulogii Alexandrini episcopi, sermo de Trinitate et de incarnatione unici Trinitatis Dei Verbi.

Εὐλογίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας Λόγος περὶ Τριάδος καὶ τῆς θείας οἰκονομίας τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου.

(Ex cod. Vatic. ed. Ang. Mai, *Script. Veterum* collect. VII, 177.)

In principio ante sæcula fuit Deus, et Deus fuit ante sæcula, et ante omnia fuit Deus (Verbum), ante mundum, ante angelos, ante cœlum, ante

Ἐν ἀρχῇ πρὸ αἰώνων ἦν ὁ Θεὸς, καὶ Θεὸς ἦν πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ πρὸ πάντων ἦν ὁ Θεὸς [Λόγος], πρὸ κόσμου, πρὸ ἀγγέλων, πρὸ οὐρανοῦ, πρὸ ἡλίου,

16) Athanas., Cyrill.

Digitized by Google

πρὸ φωτὸς, πρὸ ἀστέρων, πρὸ ἀνέμων, πρὸ ὑδάτων, πρὸ πνοῆς, πρὸ τῆς γῆς, πρὸ πάσης ὁρατῆς τε, καὶ ἀοράτου κτίσεως· οὗτος τοίνυν ὁ προάναρχος καὶ προαιώνιος ὁ ἄκτιστος Θεὸς οἰκείᾳ βουλήσει καὶ εὐδοκήσει ὡς μόνος οἶδεν αὐτὸς, καὶ ὅτε οἶδεν, καὶ ὅθεν οἶδεν, ἔκτισε πᾶσας τὰς οὐρανίους τῶν ἀγγέλων καὶ ἀσωμάτων στρατευμάτων καὶ ταγμάτων, ἀοράτων, πολυομμάτων, ἀομμάτων, ἐξαπτερύγων, θρόνων, οὐρανῶν δυνάμεις· εἶτα μετὰ ταύτας δημιουργεῖ τὸν ὁρώμενον ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς κόσμον, ἐξ ὧν ἐστι καὶ ὁ ἄνθρωπος, μίμημα τῆς ὁρατῆς καὶ [ἀοράτου] κτίσεως, ὁρατὴν μὲν ἔχων τὴν σάρκα, ἀόρατον δὲ τὴν ψυχήν. Τοῦτον τὸν ἄνθρωπον πλασθέντα ἐνουθέτησεν ὁ Θεὸς, δοὺς αὐτῷ εἰς ἐπιστροφὴν τὴν ἐκ τῆς πλάνης εἰδωλολατρείας νόμον γραπτὸν διὰ Μωϋσέως. Ἀλλ' οὐκ ἴσχυσεν ὁ νόμος τὸν ἄνθρωπον ἀνακαλέσασθαι· εἶτα ἀπέστειλεν προφήτας νουθετοῦντας, ἀπειλοῦντας, θαυματουργοῦντας. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ὁ πλανηθεὶς ἄνθρωπος ἐκ τῆς πλάνης ἐπεστρέψε. Τέλος δὲ λοιπὸν κατοικτίσας τὸ ἴδιον πλάσμα, ὁ Θεὸς αὐτὸς ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεὸς Λόγος συνανεστράφη, καὶ μορφὴ τοῦ Δεσπότου ἐπὶ γῆς κατῆλθεν, ἵνα ἡ μορφὴ τοῦ δούλου ἐν οὐρανοῖς ἀνέλθῃ.

Εἶτα ἐκπεσὼν τῆς προτέρας πλάνης καὶ ἐλπίδος ὁ πονηρὸς τῶν ἀνθρώπων πολέμιος, ὡς εἶδεν ἑαυτὸν ἡττηθέντα καὶ διὰ Χριστοῦ συντριβέντα, διὰ σταυροῦ πατηθέντα, καὶ διὰ βαπτίσματος βυθισθέντα, τά τε εἴδωλα καταστραφέντα, καὶ τὴν εἰδωλολατρείαν λοιπὸν ἐξ ἀνθρώπων καταργηθεῖσαν, καὶ τὴν θεογνωσίαν ἐν κόσμῳ κηρυχθεῖσαν, τί ποιεῖ ὁ κακοῦργος καὶ παμμήχανος; δευτέραν ἄλλην εἰδωλολατρείαν καὶ πλάνην εἰς οἰκουμένην κατέσπειρεν, τὰ τῶν αἱρέσεων ζιζάνια. Εὐθέως ἐπὶ τῶν ἀποστόλων Σίμωνα τὸν Μάγον ἀναστήσας μυσεράρχην πρῶτον τῶν τοῦ κόσμου αἱρέσεων, λέγοντα ἑαυτὸν εἶναι θεόν. Εἶτα δεύτερον Νικόλαον, ἐξ οὗ εἰ Νικολαΐται ἐλέγοντο. Εἶτα Θευδᾶν. Εἶτα ἑτέρους καθεξῆς οἰκείους ἐργάτας καὶ τῆς πλάνης ἐφευρέτας, δι' οὓς πλεῖσται καὶ διάφοροι ἅγιαι συνόδοι ὑπὸ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας συνηθροίσθησαν.

Οὕτω ποτὲ τότε ἀνέστη μυσεράρχης Ἄρειος Ἀλεξανδρείας πρεσβύτερος, λέγων κτίσμα εἶναι τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ, ἑτεροούσιον τοῦ Πατρός· καθ' οὗ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ νικητικὴ τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη' ἁγίων Πατέρων συνηθροίσθη, ὁμοούσιον ὁρίσασα τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον τὸν αὐτὸν ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀνθρωπότητα, κηρύξασα, οὐ κτίσμα ὄντα, ἀλλὰ Κτίστην· οὐ ποίημα, ἀλλὰ Ποιητὴν τῶν ἁπάντων. Εἶτα μετὰ χρόνους νε' ἀνεφάνη Μακεδόνιος ὁ δόλιος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, κτίσμα λέγων τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Δι' ὃν ἡ ἁγία σύνοδος τῶν ρν' ἁγίων Πατέρων γέγονεν, ὁμοούσιον λέγουσα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἄκτιστον, ἕνωσιν μίαν οὐσίαν Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, μίαν θεότητα, μίαν ἐξουσίαν, μίαν δύναμιν, ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν.

solem, ante lucem, ante sidera, ante ventos, ante aquas, ante flatum, ante terram, ante omnem visibilem invisibilemque creaturam. Hic igitur initii expers æternusque et increatus Deus propria voluntate et beneplacito, uti novit ipse solus, et quando novit et unde novit omnes cœlestes angelorum et incorporeorum exercituum et ordinum, invisibilium, et multis oculis præditorum et oculis carentium, sex alis instructorum, thronorum, cœlorum virtutes creavit. Tum post illas creat visibilem mundum, cœlo et terra consistentem, ad quem pertinet homo, imago visibilis [et invisibilis] creationis : siquidem carnem habet visibilem, animam autem invisibilem. Hunc hominem creatum commonuit Deus, legemque a Moyse conscriptam ei dedit, ut ab erroneo idolorum cultu averteretur. Quoniam autem lex hominem revocare non potuit, misit (Deus) prophetas cohortantes, minitantes, miracula patrantes. At neque sic homo seductus ab errore rediit. Ad extremum, figmenti sui misertus, Deus ipse in terra apparuit, et cum hominibus ut homo conversatus est Deus Verbum, ac species Domini in terram descendit, ut species servi ad cœlos eveheretur.

Tum igitur improbus hominum adversarius priori errore atque spe excidit. Cum autem videret sese superatum ac per Christum contritum, per crucem conculcatum, per baptisma ad abyssos detrusum, porro idola eversa, idololatriam ex hominibus deletam, Dei cognitionem in mundo prædicatam : quid agit improbus astutusque malorum inventor ? Aliam quamdam idololatriam et errorem in orbem terrarum diffudit, hæresium zizania. Jam enim apostolorum tempore excitavit Simonem Magum, detestabilem hæresium mundi principem qui semetipsum deum esse dixit. Secundo loco Nicolaum, e quo Nicolaitæ sunt appellati ; tum Theudam, et postea cæteros deinceps famulos suos errorisque inventores, propter quos plures ac diversæ sanctæ synodi ab Ecclesia catholica convocatæ sunt.

Sic temporis decursu surrexit abominandus Arius presbyter Alexandrinus, dicens creatum esse Filium Verbumque Dei, neque ejusdem cum Patre essentiæ : contra quem sancta synodus Nicæna trecentis octodecim sanctis Patribus composita, collecta est, edicens Filium secundum divinitatem Patri, eumdemque secundum humanitatem nobis consubstantialem esse, non creatum, sed Creatorem, non factum, sed Factorem universi. Deinde, elapsis quinquaginta quinque annis, prodiit Macedonius, dolosus ille episcopus Constantinopolitanus, qui Spiritum sanctum creaturam esse declaravit. Propter quem sancta synodus centum quinquaginta sanctorum Patrum coacta est, quæ promulgavit Spiritum sanctum increatum, id est, unam essentiam Patris, Filii, et Spiritus sancti, unam divinitatem, unam potestatem, unam virtutem, in tribus substantiis.

Digitized by Google

Præterlapsis iterum annis quinquaginta uno, emersit Nestorius, nefandus impurusque præsul Constantinopolitanus, qui hominiparam, non Deiparam esse sanctam Virginem asseruit. Propter hunc habita est prior Ephesina ducentorum sanctorum Patrum synodus, quæ proprie et revera Deiparam esse sanctam Virginem promulgavit, et Nestorium æterno anathemate percussit. Deinde post viginti quinque circiter annos, emersit Eutyches nefaustus monasteriorum Constantinopolitanorum archimandrita, dicens non consubstantiale nobis esse corpus Christi; eodemque fere tempore exstitit Dioscorus papa Alexandrinus qui unam in Christo naturam dixit. Propter hos duos detestandos hæresiarchas collecta est sanctorum Patrum synodus Chalcedonensis, quæ præter modo citatos hæresiarchas Nestorium quoque anathematizavit, Christum autem secundum humanitatem nobis consubstantialem edixit, et duas indivisibiles naturas cum una persona credendas statuit. Unus enim est Christus, et non duo, et composita ejus substantia.

Exstinctis igitur, id est anathematizatis, illis duobus hæresiarchis, annis fere centum post habita est fausta quinta synodus, sub Justiniano imperatore, adversus Origenem, Didymum et Evagrium, qui, vano sensu abrepti, animas nostras ante corpora in cœlis degere et pœnas æternas finem habituras esse, nugabantur: quibus cunctis rejectis, synodus divinitus inspirata illos anathemate feriit. Longum est de reliquis in diversis locis haud raro habitis sanctis synodis orationem texere, et de variis hæresibus tempus et locum quibus emerserint, enarrare. Quidam enim unum [Deum] esse negarunt, ut gentiles; alii duos, imo quatuor dicebant, ut Ariani et Manichæi; alii tres essentias in sancta Trinitate improbe blasphemaverunt, ut Sabelliani, atque unam in ea substantiam asseruerunt; alii rursus dispensatione Christi...

A Χρόνων δέ που πάλιν να' διαδραμόντων, προέκυψε καὶ Νεστόριος ὁ μιαρὸς καὶ ἀκάθαρτος πρόεδρος Κωνσταντινουπόλεως, ἀνθρωποτόκον λέγων τὴν ἁγίαν Παρθένον, καὶ οὐ Θεοτόκον· δι' ὃν γέγονεν ἡ ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον σ' ἁγίων Πατέρων σύνοδος, Θεοτόκον κυρίως καὶ ἀληθῶς κηρύττουσα τὴν ἁγίαν Παρθένον, καὶ Νεστόριον αἰωνίῳ ἀναθέματι ὑποβαλοῦσα. Ὃ διὰ πάντων δὲ περί που κε' χρόνων Εὐτυχὴς ὁ δυστυχὴς ἀρχιμανδρίτης μοναστηρίων Κωνσταντινουπόλεως, ἀνέκυψε μὴ λέγων ὁμοούσιον ἡμῖν εἶναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Λοιπὸν δὲ καὶ Διόσκορος προῆλθε τότε πάπας Ἀλεξανδρείας, μίαν φύσιν λέγων ἐν τῷ Χριστῷ· δι' οὓς τινας δύο μιαροὺς αἱρεσιάρχας συνηθροίσθη ἡ ἁγία σύνοδος ἡ Χαλκηδόνος τῶν ὀρθοδόξων ἁγίων Πατέρων ἀναθεματίσασα τοὺς εἰρημένους αἱρεσιάρχας, ὁμοῦ τε καὶ Νεστόριον, ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν Χριστὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα κηρύξασα, καὶ δύο ἀδιαιρέτους ὁρίσασα σὺν ἑνὶ προσώπῳ γνωριζομένας φύσεις· εἷς γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς καὶ οὐ δύο, καὶ σύνθετος αὐτοῦ ἡ ὑπόστασις.

B

Σβεσθείσης τοίνυν κἀκείνης, ἤγουν ἀναθεματισθείσης τῆς ξυνωρίδος τῶν αἱρεσιαρχῶν, διὲπεσέ που ρ' τούτοις χρόνοις καὶ γέγονεν ἡ μακαρία πέμπτη σύνοδος ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως κατὰ Ὠριγένους, Διδύμου, καὶ Εὐαγρίου, τῶν ματαιοφρόνων ληρωδούντων προϋπάρχειν τῶν σωμάτων ἡμῶν τὰς ψυχὰς ἐν οὐρανοῖς καὶ τέλος ἔχειν τὴν κόλασιν αἰώνιον· C ἅπερ ἅπαντα ἀπεβάλετο καὶ ἀνεθεμάτισεν αὐτοῖς ἡ θεόπνευστος σύνοδος. Μακρὸς δ' ἂν εἴη λόγος καὶ περὶ τῶν λοιπῶν τοπικῶν πολλάκις γενομένων ἁγίων συνόδων διηγήσασθαι, καὶ τῶν καθ' ἕκαστον καιρὸν καὶ τόπον, ἀναφανέντων ποικίλων αἱρέσεων, τῶν μὲν ἀρνουμένων τοῦ εἶναι ἕν, Ἕλληνες· τῶν δὲ δύο λεγόντων καὶ τὸ τέταρτον δὲ, Ἀρειανοὶ, Μανιχαῖοι, τρεῖς οὐσίας ἐπὶ τῆς ἁγίας βλασφημούντων Τριάδος καὶ αὐτῶν δὲ Σαβελλιανοὶ, μίαν λεγόντων ἐπ' αὐτῆς τὴν ὑπόστασιν· ἄλλων δὲ τῇ οἰκονομίᾳ Χριστοῦ....

FRAGMENTA DOGMATICA.

Ex Eulogio Alexandrino Contra eos qui dicunt, « Si dicitis habere Christum duas substantias, necessario sancta Trinitas incarnata est. »

D *Ἐκ τῶν συνηγορικῶν Εὐλογίου Ἀλεξανδρείας πρὸς τοὺς λέγοντας· « Εἰ φατε τὸν Χριστὸν δύο ἔχειν οὐσίας, πάντως ἡ ἁγία Τριὰς πᾶσα σεσάρκωται. »*

(Ang. Mai *Script. vet.* t. VII, 18, 19.)

Hæc sunt quæ ab adversariis objectantur. Forsan enim putant divinitatis essentiam divisibilem esse, cujus una pars in Patre cernatur, altera in Filio, et altera in Spiritu sancto, ceu quælibet persona ex parte solum; et non ex toto deitatis proprietates referat. Nos vero nequaquam eo impietatis venimus, ut in divina essentia divisionem aut sectionem imaginemur. Quin dicimus, quamvis personam certis

Ταῦτα τῶν ἐναντίων ὑπάρχει προβλήματα. Οἴονται γὰρ ἴσως μεριστὴν εἶναι τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν, καὶ τὸ μέρος αὐτῆς ἐν Πατρὶ θεωρεῖσθαι, τὸ δὲ ἐν Υἱῷ, τὸ δὲ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ὡς ἐκείνης ὑποστάσεως ἐκ μέρους, ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσι τοῖς τῆς θεότητος ἰδιώμασι γνωριζομένης. Ἡμεῖς δὲ οὐκ εἰς τοσοῦτον ἀσεβείας ἠλάσαμεν, ὡς μερισμὸν ἡγεῖσθαι καὶ κατατομὴν περὶ τὴν θείαν ὑπάρχειν οὐσίαν· ἀλλά φαμεν

Digitized by Google

ἑκάστην χαρακτηριστικὴν ὑπόστασιν ἀνελλιπῶς τὰ τῆς θεότητος ἔχειν γνωρίσματα, τὸ δημιουργικὸν, καὶ ὅσα περὶ τὴν ἄκτιστον φύσιν ὑπάρχει. Οὕτω γὰρ, καὶ ὁμοούσιον τὴν Τριάδα φαμὲν, ὡς τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁλοτελῶς ἐν τρισὶ προσώποις γνωριζομένης. Καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ τελείως ἔχει τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν· ὁμοίως ὁ Υἱὸς, ὁμοίως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τούτοις, καὶ ὁ τῆς ἀληθείας κήρυξ Παῦλος συνηγορεῖ φάσκων· *Ἐν αὐτῷ γὰρ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς.* Οὐ γὰρ τὸν Πατέρα φησὶ σεσαρκῶσθαι, ἀλλ' ὅτι πᾶσα ἡ θεότης ἐν ταῖς ὑποστάσεσιν ἀνελλιπὴς ὑπάρχει, ἐν Πατρὶ, ἐν Υἱῷ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ἐν ἑκάστῃ ὑποστάσει τελείως ἐνυπάρχουσα, κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ Σωτῆρος λέγουσαν· *Πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ἐμά εἰσι* · τουτέστιν, ὅσα τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ὑπάρχει γνωρίσματα, ταῦτα τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ σαρκωθέντος ἐστίν· οὐχ ὡς τοῦ Πατρὸς ὄντος Υἱοῦ, ἢ τοῦ Υἱοῦ ὄντος Πατρός. Ταῦτα γὰρ ὀνόματα σημαντικὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους σχέσεως ὑπάρχει. Πῶς οὖν μὴ εἴπωμεν τὴν οὐσίαν τῆς θεότητος ἀνελλιπῶς ἐν τῷ Χριστῷ εἶναι, ὁπότε τέλειον Θεὸν αὐτὸν εἶναί φαμεν; Πῶς δὲ, καὶ τοῖς τέλειον αὐτὸν ἄνθρωπον ὁμολογοῦσιν, οὐ πᾶσαν ἀνθρωπότητος οὐσίαν ἐνυπάρχειν αὐτῷ προσομολογήσομεν; Οὐ γὰρ μέρος αὐτῆς προσείληφεν, ὡς Ἀπολιναρίος φησι, σάρκα δίχα λογικῆς ψυχῆς, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν οὐσίαν, ὅ ἐστι σὰρξ ἐμψυχωμένη ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ.

Αὕτη γὰρ κοινῶς ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον ἀνθρώποις τελείως ἐνυπάρχουσα, *οὐσία εἰκότως ἂν ῥηθείη*· χωρίζονται γὰρ ἀλλήλων οἱ κατὰ μέρος, οὐ τῇ οὐσίᾳ, τοῖς δὲ παρεπομένοις ἰδιώμασι, μεγέθει, καὶ χρώματι, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ταῖς χαρακτηριστικοῖς τῶν προσώπων ποιότησι. Πῶς δὲ καὶ ἐκ δύο φύσεων φήσουσι τὸν Χριστὸν, εἰ μὴ ἀντὶ οὐσιῶν αὐτοῖς νοηθείη τὸ τῆς φύσεως ὄνομα; οὐ γὰρ ἀντὶ ὑποστάσεων χαρακτηριστικῶν, τολμήσουσι λέγειν· ἐπεὶ καὶ ἐκ δύο προσώπων ἀναγκασθήσονται εἰπεῖν· ἡ γὰρ ὑπόστασις ἡ χαρακτηριστικὴ, πρόσωπον δίδωσιν ἐννοεῖν· ἐν χαρακτῆρι δέ φημι, μήπως τῇ συνήθει τῶν αἱρετικῶν ἀπάτῃ δίχα χαρακτῆρος ὑποθῶνται τὴν ὑπόστασιν· τότε γὰρ τὴν τῆς οὐσίας σημασίαν ἀποφέρεται. Πῶς δὲ καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ ἡμῖν ὁμοούσιον τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἕνωσιν ὑποτίθενται; καὶ οὐ ναρκῶσι, δύο μὲν ὁμοούσια ὁμολογοῦντες, ἀρνούμενοι δὲ τὰς δύο οὐσίας;

notis obsignatam deitatis insignia possidere, ut nullum ei desit; puta bonitatem, creandi vim, et quæcunque increatæ naturæ conveniunt. Ideo enim Trinitatem esse consubstantialem profitemur; quia substantia eadem in tribus personis integerrime cognoscitur. Pater enim integram deitatis essentiam habet, veluti Filius, et Spiritus sanctus. Quæ Paulus veritatis præco confirmat, ubi ait: *In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Non enim incarnatum Patrem esse annuit, sed totam divinitatem nullo defectu in tribus personis exstare: quippe quæ in Patre, et Filio, et Spiritu sancto, et in unaquaque persona perfecte exsistat, secundum Salvatoris vocem: *Omnia quæ Patris mei sunt, mea sunt;* hoc est, quæcunque essentiæ Patris insignia, eadem et Verbi Dei sunt, etiam incarnati; non ut Pater Filius sit, aut Filius Pater. Hæc namque nomina relationem solummodo significant. Eccur ergo non dicamus divinitatis essentiam, absque ullo defectu, integram esse in Filio; quandoquidem ipsum esse perfectum Deum pronuntiamus? Qui vero cum his qui perfectum hominem illum esse fatentur, totam quoque humanitatis substantiam in eo esse non confiteamur? Non enim partem duntaxat ejus accepit, ut docet Apollinarius, sed substantiam integram sive carnem anima rationali et intelligente animatam.

Hæc enim communiter in singulis hominibus perfecte exsistens, *οὐσία εἰκότως ἂν ῥηθείη*, id est, recte est substantia. Singuli enim distinguuntur, sive separantur inter se non substantia, sed proprietatibus consequentibus, sive comitantibus magnitudine, colore, et, ut uno verbo dicam, characteristicis personarum qualitatibus. Quomodo enim ex duabus naturis Christum esse dicent, nisi nomen naturæ pro substantiis intelligant? Non enim audebunt dicere pro hypostasibus characteristicis dici ex duabus naturis, ne cogantur dicere ex duobus personis. Hypostasis enim characteristica persona intelligitur: dico autem hypostasim characteristicam, sive in charactere, ne, fraude hæreticis consueta, hypostasim sine charactere supponant. Tunc enim significationem substantiæ fert hypostasis. Quomodo autem consubstantialem Patri et nobis Christum post unionem ponunt, et non sunt stupidi confitentes quidem duo consubstantialia, negantes vero duas substantias?

Ἀντίθεσις πρὸς τοὺς λέγοντας, ἰδικὴν οὐσίαν εἶναι τοῦ Πατρὸς, καὶ ἰδικὴν τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὁμοίως τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Oppositio in illos, qui dicunt particularem substantiam esse Patris, et particularem Filii, similiterque Spiritus sancti.

Εἰ ὁ Λόγος, καθ' ὃ Λόγος ἐστὶν, φύσις ἐστὶν, οὐ καθ' ὃ Θεός· καὶ ὁ Πατὴρ, καθ' ὃ Πατὴρ, φύσις ἐστὶ, καὶ οὐ καθ' ὃ Θεός· καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθ' ὃ ἐκπορευτὴ, φύσις ἐστὶ, καὶ οὐ καθ' ὃ Θεὸς, οὐδ' ὁπότερος αὐτῶν ἔσται φύσει Θεός· εἴπερ τὸ Θεὸς, οὐκέτι καὶ πατρότης καὶ υἱότης καὶ ἐκπόρευσις· εἰ δὲ μὴ Θεὸς, κτίσμα πάντως. *Καὶ πάλιν*· Ἐν οἷς διακρίνεται τοῦ Πατρὸς ὁ Λόγος, τούτοις καὶ φύσις ἐστὶ,

Si Verbum, secundum quod est Verbum, natura est, non secundum quod Deus est; et Pater, secundum quod Pater, natura est, et non secundum quod Deus est; et Spiritus sanctus, secundum quod procedens natura est, et non secundum quod Deus est; horum neuter natura Deus erit; siquidem *Deus*, minime paternitas, filiatio et processio est; quod si non Deus est, creatura omnino. *Et*

Digitized by Google

rursus: In quibus distinguitur a Patre Verbum, in iis natura est, iisdem vero ad carnem assimilatur Verbum, ejusdem quidem ita naturæ erit ac caro, alterius autem naturæ ac Pater. Singularitatem in communitate naturæ habet cum particularitatibus quæ illum a communitate distinguunt, non secundum notas quæ illum ab iisdem substantia reliquis distinguunt, communis ejus natura est; sed secundum totam toto in illo exsistentem distincte naturam. Non enim aliud est subsistentia circa divinos genitores, ac substantia cum particularitatibus. Superat enim omnino subsistentia ejus substantiæ distinguentes ab iis qui ejusdem speciei sunt particularitates. Unde nihil in substantiæ istius definitione assumitur, sed in indicatione, siquidem apparentia solum occurrit, non substantia. Ideo Basilius dicit, quemque nostrum communi substantiæ ratione exsistentiæ participare; et particularitatibus per singulos, talem aut talem quemque esse. Si cogitatione moventes omnes quæ contingere possunt particularitates, et Petri naturam ipsam considerantes, ita definiendo dicimus, illum esse animal rationabile mortale. Eadem autem definitio in natura simpliciter a nobis assignatur; eadem ergo erit ratio in natura simpliciter, et in natura in aliquo considerata. Quomodo igitur non posse communem in singulis naturam esse, etsi sæpius ex illa dicitur, a vobis affirmatur? ita ut natura in singulis communis, subsistentia autem particularis sit. Si communem naturam Verbum non assumpsit, excusamur nos quod naturam dicimus illum assumpsisse, non quidem subsistentiales cujusque particularitates: hæ enim efficiunt Judam esse talem aut talem; quod omnibus omnino evidens est. Ideo e communibus substantiis unionem fieri dicentes, non necessitamur inducere omnes in invicem subsistentias, ut isti hypocritæ cavillantur. Si igitur perfectam et completam et superabundantem in illo divinitatis naturam hominem factam esse dicimus, quæ necessitas cogit nos talia dicendo ut Patrem et Spiritum ad hominis assumptionem quoque omnino demittamus? Quomodo enim, Petro crucifixo, et Paulo decollato, eo quod illorum uterque plenam et completam cum hominibus communem habuerit naturam, reliquos hæc supplicia læserunt omnes, qui eamdem naturam sortiti sunt? quia non naturarum sed subsistentiarum particularitates agnoscimus. Gregorius in secundo contra Eunomium sermone ita dicit de Patre, et Filio, et sancto Spiritu, quod per has appellationes, non naturarum differentiam agnoscimus, sed solas subsistentiarum distinctivas particularitates.

A τούτοις δὲ καὶ πρὸς τὴν σάρκα ταυτίζεται ὁ Λόγος· ὁμοφυὴς μὲν ἔσται οὕτω γε τῇ σαρκὶ, ἑτεροφυὴς δὲ τῷ Πατρί· τὸ καθέκαστον τὸ κοινὸν ἔχων τῆς φύσεως μετὰ τῶν ἀφοριστικῶν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἰδιωμάτων, οὐ κατὰ τὰ ἀφοριστικὰ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν λοιπῶν ὁμοουσίων, κατὰ ταῦτα ἡ κοινὴ φύσις ἐστίν· ἀλλὰ κατὰ τὴν ὅλην ὅλῳ ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ ὁριστικῶς φύσιν. Οὐδὲ γὰρ ἕτερόν ἐστιν ἡ ὑπόστασις κατὰ τοὺς θεοφόρους Πατέρας, ἡ οὐσία μετὰ τῶν ἰδιωμάτων· περιττεύει γὰρ πάντως ἡ ὑπόστασις τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῖς ἀφοριστικοῖς ἀπὸ τῶν λοιπῶν ὁμοειδῶν ἰδιώμασιν· ὅθεν οὐδὲν ἐν τῷ ὅρῳ τῆς οὐσίας αὐτῆς λαμβάνεται, ἀλλ' ἐν τῇ ὑπογραφῇ, ἐπειδὴ ἐπουσιώδη τυγχάνουσιν, οὐκ οὐσιώδη. Διὸ καὶ Βασίλειός φησιν, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν καὶ τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας B λόγῳ τοῦ εἶναι μετέχει· καὶ τοῖς περὶ αὐτῶν ἰδιώμασιν, ὅ ἐστιν ἀτόμοις ἐστὶ καὶ ὁ δεῖνα. Εἰ χωρήσαντες τῇ ἐπινοίᾳ τὰ συμβεβηκότα ἰδιώματα, καὶ ἐφ' ἑαυτὴν τὴν Πέτρου σκοπήσαντες φύσιν, ὁριζόμενοι οὕτω λέγομεν, ὅτι ζῷον λογικὸν θνητόν· ὁ αὐτὸς δὲ ὅρος καὶ ἐπὶ τῆς ἁπλῶς φύσεως παρ' ἡμῶν ἀποδίδοται, ὁ αὐτὸς ἄρα ἔσται λόγος ἐπὶ τῆς ἁπλῶς φύσεως, καὶ ἐπὶ τῆς ἔν τινι θεωρουμένης· ποῦ οὖν τὸ μὴ δύνασθαι τὴν φύσιν, τοῦ καθ' ἕκαστον κοινὴν εἶναι, κἂν πολλάκις ἐξ αὐτῆς λέγηται, ὅπερ ἐν βεβαιοῦται; ὥστε ἡ μὲν φύσις τοῦ καθ' ἕκαστον κοινὴ, ἡ δ' ὑπόστασις ἰδική. Εἰ τὴν κοινὴν φύσιν ὁ Λόγος οὐκ ἀνέλαβεν, ἀπολογούμεθα ἡμεῖς, ὅτι τὴν φύσιν εἴπομεν αὐτὸν ἀναλαβεῖν, οὐ μὴν τὰ ὑποστατικὰ ἑκάστου ἰδιώματα· C ταῦτα γὰρ ποιεῖ τὸν Ἰούδαν καὶ τὸν δεῖνα· ὅ τι τοῖς καθόλου πᾶσίν ἐστιν εὔδηλον. Διόπερ ἐκ κοινῶν οὐσιῶν λέγοντες τὴν ἕνωσιν γενέσθαι, οὐκ ἀναγκαζόμεθα συνεισάγειν τὰς ὑπ' αὐτὰς ὑποστάσεις πάσας, ὡς οἱ συκοφάνται ληροῦσιν. Εἰ τοίνυν τελείαν καὶ ἀνελλιπῆ καὶ ὑπερπλήρη ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τῆς θεότητος τὴν φύσιν ἐνανθρωπῆσαι λέγομεν, ποία ἀνάγκη ἡμᾶς τοῦτο λέγοντας πάντως καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα καταβιβάζειν εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν; Τί γὰρ Πέτρου σταυρωθέντος ἢ Παύλου ἀποτμηθέντος, καὶ θατέρου αὐτῶν πλήρη καὶ ὁλόκληρον τὴν κοινὴν ἔχοντος τῶν ἀνθρώπων φύσιν, τοὺς λοιποὺς τοῦτο παρέβλαψε, τοὺς ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἀναγομένους φύσιν; ὅτι οὐ φύσεων, ἀλλ' ὑποστάσεων ἰδιότητας διδασκόμεθα. Γρηγόριος ἐν δευτέρῳ κατ' Εὐνομίου λόγῳ D οὕτω φησὶ περὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, ὡς διὰ τῶν κλήσεων τούτων, οὐ φύσεων διαφορὰν διδασκόμεθα, ἀλλὰ μόνας τὰς τῶν ὑποστάσεων γνωριστικὰς ἰδιότητας.

Ex Eulogii Alexandrini Defensionibus.

(Ang. Mai *Script. vet.* t. VIII, p. 54-57.)

Audivi aliquem eorum strenue gestientem disserere, non esse naturam impersonalem, sed consectariam naturæ personam. Si igitur duæ sunt naturæ, admodum quoque esse duas personas, quomodo illorum qui talia proferunt non nos misereret, cum ita evidenter aberrent, et Nestorium

Ἐκ τῶν Συνηγορικῶν Εὐλογίου Ἀλεξανδρείας.

Ἠκουσά τινος αὐτῶν γενναίως οἰομένου διαλέγεσθαι ὅτι οὐκ ἔστι φύσις ἀπρόσωπος, ἀλλὰ παρέπεται τῇ φύσει καὶ πρόσωπον. Εἰ οὖν δύο φύσεις, πάντως καὶ δύο πρόσωπα· πῶς οὐκ ἂν τις τοὺς τὰ τοιαῦτα προβαλλομένους ἐλεήσειεν, οἳ σαφῶς οὕτω προσπταίουσιν; καὶ Νεστορίῳ προσποιούμενοι πο-

Digitized by Google

λεμεῖν, τοῖς αὐτοῦ προβλήμασι κέχρηνται, καὶ τὴν ἐκείνου νόσον τό γε ἐπ' αὐτοῖς ἀσπάζονται; Εἰ γὰρ οὐκ ἔστι φύσις ἀπρόσωπος, ἀλλὰ καὶ παρέπεται τῇ φύσει καὶ πρόσωπον, φασὶ δὲ ἐκ δύο φύσεων τὴν ἀπόρρητον ἕνωσιν ἐν Χριστῷ γεγονέναι, ἄρα ἐκ δύο προσώπων κατ' αὐτοὺς ὁ Ἐμμανουὴλ, καὶ ἀνέῳκται λοιπὸν τοῖς βλασφημοῦσι παῤῥησία δύο πρόσωπα λέγειν ἐν Χριστῷ, ὅπερ μανίας ἀνάμεστον. Οὐ γὰρ ἂν Πέτρον ἢ Παῦλον εἴ τις ἑνώσειε, μίαν ὑπόστασιν καὶ ἓν πρόσωπον εἴποι· αἱ γὰρ ὑποστάσεις, ἃ εἶναι πρόσωπα τὴν κατ' οὐσίαν καὶ σχέσιν ἕνωσιν ἐπιδέχονται, οὐ τὴν ἐνυπόστατον καὶ ἓν πρόσωπον ἀποτελοῦσιν. Κατ' οὐσίαν μὲν οὖν αἱ ὑποστάσεις ἑνοῦνται, ὡς ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· τρεῖς γὰρ ὑποστάσεις μιᾶς οὐσίας ὑπάρχουσιν.

Ἡ δὲ κατὰ σχέσιν ἕνωσις κατὰ πολλοὺς νοεῖται τρόπους, ἐν ὁμωνυμίᾳ, ἐν ἰσοτιμίᾳ, ἐν ταυτοβουλίᾳ, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια· ἐν ὁμωνυμίᾳ μὲν, ὡς Ἰούδας ὁ Ἰακώβου, καὶ Ἰούδας Ἰσκαριώτης· ἰσοτιμίᾳ δὲ καὶ ταυτοβουλίᾳ, ὡς Πέτρος καὶ Ἰωάννης· ἑκάτερος γὰρ ἀπόστολος καὶ αὔξειν ἠβούλοντο τὸ κήρυγμα τοῦ Χριστοῦ. Ὁ οὖν ἔφθην εἰπὼν αἱ δύο ὑποστάσεις ἦγουν πρόσωπα ἑνούμενα, οὐδέποτε μίαν ἀποτελοῦσιν ὑπόστασιν καὶ ἓν πρόσωπον. Εἰ οὖν ἐκ δύο φύσεων ὁ Ἐμμανουὴλ, ἡ δὲ φύσις πρόσωπόν ἐστι κατ' αὐτοὺς, ἔσται ἄρα καὶ ἐκ δύο προσώπων, ἅπερ οὐκ ἐπιδέχονται τὴν ἐνυπόστατον ἕνωσιν· καὶ οὕτω κατὰ τῶν διεφθαρμένων λόγον τὸ τῆς ἀθέου διαιρέσεως δόγμα χώραν εὑρήσει· καὶ Κύριλλος ἐκβληθήσεται πάλαι κατὰ Νεστορίου τοιαῦτα βοῶν, ὀνήσει δὲ κατ' οὐδένα τρόπον τὸν ὀρθὸν περὶ τῆς πίστεως λόγον εἰς τὸ οὕτως ἔχειν. Κἂν εἰ προσώπων ἕνωσιν ἐπιφημίζωσί τινες, ἀλλ' οὐχ οὕτως οὔτε ἡ ἀλήθεια ἀπαιτεῖ, οὔθ' ἡμεῖς ἀνεξόμεθα, ἀλλὰ τὴν ἀκλινῆ καὶ μέσην ὁδὸν βαδιούμεθα, τοὺς μὲν δυάδα προσώπων εἰσαγαγόντας ἀναθεματίζοντες, τὴν δὲ ἀλήθειαν τῶν ἐν Χριστῷ δύο οὐσιῶν ὁμολογοῦντες.

Ἀλλ' ἴσως ἐξ ἀπορίας διαστρέφειν πειρώμενοι τὴν τοιαύτην πεποίηνται πρότασιν· ἡμῶν γὰρ ἐνυποστάτως ἡνωμένας δύο φύσεις λεγόντων, ἐθελοκωφῶσιν, καὶ περιξύοντες τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, τῷ ἐνυποστάτως ἡνωμένας προβλήματι κέχρηνται καθ' ἡμῶν τῆς ἡμετέρας ὁμολογίας ἀπάδοντι, καί φασιν, Οὐκ ἔστι φύσις ἀπρόσωπος· τί τοίνυν αὐτοῖς τὸ σοφὸν τοῦτο βούλεται πρόβλημα; Εἰ μὲν ὅτι οὐ δυνατὸν τὰς φύσεις ἄλλως ἢ ἐν προσώποις θεωρεῖσθαι, τούτοις πᾶς τις καὶ τῶν μικρὰ εἰδότων συνομολογήσειεν· τίς γὰρ ἀγνοεῖ ὅτι καθόλου ἐν τοῖς κατὰ μέρος προσώποις, ὅπερ ταῖς χαρακτηριστικαῖς ὑποστάσεσι θεωρεῖται, εἴη τῆς θεότητος φύσις ἐν Πατρὶ, ἐν Υἱῷ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι; ὁμοίως ἡ ἀγγελικὴ φύσις ἐν Μιχαὴλ, ἐν Γαβριὴλ καὶ τοῖς λοιποῖς; καὶ ἡ τῆς ἀνθρωπότητος φύσις ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον γνωρίζεται προσώποις; Εἰ δὲ τοῦτο βούλονται κατασκευάζειν ὅτι πάσῃ φύσει ἰδιάζον περιέπεται πρόσωπον, ἐπὶ τῶν μὴ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένων φύσεων, ἅ ἐστιν οὐσιῶν, καὶ τοῦτον

impugnare simulantes, hujus argumentis utuntur, et illius morbum ita sibi adjudicant? Si enim non est natura impersonalis, sed naturam insequitur persona, dicunt e duabus naturis impossibilem in Christo unionem factam esse, ergo ex duabus personis secundum istos constat Emmanuel, et consequenter aperitur blasphemantibus libertas duas personas dicendi in Christo, quod est dementia refertum. Non enim, si Petrum et Paulum univeris, unam subsistentiam et unam personam dixeris; quæ enim subsistentiæ, quæ personæ unionem in substantia et relatione recipiunt, non unam subsistentiam neque unam personam perficiunt. Secundum substantiam igitur subsistentiæ uniuntur, ut in sancta Triade; tres enim ibi subsistentiæ unius sunt substantiæ.

Unio autem secundum relationem plurimis concipitur modis, in homonymia, in dignitatis et voluntatis conformitate, et aliis quæ hisce referuntur: in homonymia quidem, ut Judas Jacob filius, et Judas Iscariotes; in dignitatis autem et voluntatis conformitate, ut Petrus et Joannes, uterque enim apostolus et extendere volebant Christi prædicationem. Quod igitur jam asserui dicens: duæ subsistentiæ, personæ scilicet, unitæ, nunquam unam subsistentiam neque unam personam perficiunt. Si igitur ex duabus naturis constat Emmanuel, et quæque natura sit persona secundum istos, constabit ergo ex duabus personis, quæ non admittunt unionem in una subsistentia. Ita per istorum perditorum rationem hoc impiæ distinctionis dogma locum inveniet; et Cyrillus deridebitur cum talia dicit in Nestorium, et nullo modo proderit ut rectum circa fidei rationem, ut tale evadat. Quamvis personarum unionem patrocinantur quidam, non id tamen veritas postulat, neque nos feremus, sed inflexam et mediam viam sequemur, hos qui duadem personarum inducunt anathematizando, veritatem autem duarum in Christo substantiarum profitendo.

Sed forte ad difficultatem solvendam talem statuissent propositionem. Nobis enim in subsistentia unitas duas naturas dicentibus, surdos se præbent, et quasi nostram assertionem radentes, statuunt quidem unitas in subsistentia naturas, sed contra nos utendo propositione a nostra assertione discrepanti, et dicunt non esse naturam impersonalem. Quid igitur sapiens ista vult propositio? Siquidem non posse fieri dicant ut naturæ cognoscantur, nisi in personis hoc profecto illis concesserit quisquis vel modicum peritus sit. Quis enim ignorat id quod universale est in singulis personis, id est subsistentiis characteristicis inspicitur, puta, Divinitatis natura in Patre, Filio et sancto Spiritu? angelica in Michael, Gabriel et cæteris? et humanitatis natura in singulis cognoscitur personis? Sin autem contendunt unamquamque naturam personam propriam comitari; hoc quidem esse verum censuerim in naturis,

Digitized by Google

sive substantiis quæ secundum subsistentiam unitæ non sunt; at procul abest a vero, si sermo est de naturis quæ per compositionem et in subsistentia copulantur. Verum enim in hoc constat : quando differentes naturæ indivisibili unione coadunatæ, unam personam et unam subsistentiam perficiunt; si quatuor sint elementa, differentes sunt substantiæ, sed similiter unum efficiunt corpus in ligno aut lapide particulariter sumpto, quod est subsistentia.

Sed cum hoc exemplum breviter et nimis confuse adhibitum videtur, sumendum nobis est exemplum in homine una subsistentia prædito. In unoquoque nostrum animæ substantia alia est ac corporis substantia; sed tamen hæ duæ substantiæ conjunctæ in singulis unam personam efficiunt, verbi gratia, Joannem aut Paulum aut alium quemvis, duæ manentes. Non enim anima facta est caro, neque caro anima facta est. Hujus rei testis est Paulus veritatis præco, cum dicit; *interior homo et exterior*[1], ut differentiam significet substantiarum. Vestigia ejus secutus Joannes Constantinopolis episcopus et universæ Ecclesiæ doctor, talia scribit in suo scripto sermone In obscuritatem Veteris Testamenti. *Duplex enim illud animal homo duabus constans substantiis, sentiente una, altera autem cogitante, animam dico et corpus, et in cœlo et in terra cognationem habens. Nam per cogitantem substantiam communicat supernis virtutibus, per sentientem, terrestribus conversatur rebus, arctum factus utriusque creationis vinculum.* Ita ergo in Christo duarum substantiarum facta est unio in unam subsistentiam et unam personam; etsi obscure per exempla demonstratum sit; omnem enim unionem habita in Christo dispositio vere superans humanam fugit collationem.

Sed iterum iisdem epidemicis morbis, et secundum rationem luto immersi, hæc diverse prætendunt. Dicunt enim : non est substantia insubsistens; quomodo ergo non dicendum est in duabus subsistentiis, si duas substantias dicitis? Videte peritorum horum ignorantiam; hanc enim inconsiderate afferunt propositionem, nomina iterum immutantes. Quæ est enim substantiam inter et naturam differentia? unde idem nobis etiam in re præsenti sermo suppleretur. Dicerem enim istis: Etsi consideretur in proprietatibus characteristicis homo ex anima et corpore constans, plurimas subsistentias et plurimos homines illum efficere putatis? Non enim ad id stultitiæ venistis, ut nesciatis aliam esse animam in substantia ac corpus, aliamque corpus circa substantiam rationem servare. Si autem quæque substantia secundum vos particularem subsistentiam characteristicam recipit, jam mihi unione caret, et unus fit duo, ut vobis et inanibus subtilitatibus visum sit. Sin autem ego ex

[1] II Cor. IV, 16.

A ὀρθῶς ἔχειν ἡγοῦμαι τὸν λόγον· ἐπὶ δὲ τῶν ἐν συνθέσει καὶ ἐνυποστάτως ἡνωμένων, πόῤῥω τῆς ἀληθείας καθέστηκεν. Ἔστι γὰρ ὅτε διάφοροι φύσεις συνερχόμεναι κατὰ τὴν ἀδιαίρετον ἕνωσιν, ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ἀποτελοῦσιν ὑπόστασιν, εἰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, διάφοροι ὑπάρχουσιν οὐσίαι, ἀλλ' ὅμως ἓν ἀποτελοῦσι σῶμα τοῖδε τυχὸν τοῦ ξύλου ἢ λίθου τῶν ἐν ἰδιότητι θεωρουμένου, ὅπερ ἐστὶν ὑπόστασις.

Ἀλλ' ἐπείπερ παράδειγμα κρᾶσιν δοκεῖ πως ἐμφαίνειν καὶ σύγχυσιν, ληπτέον ἡμῖν τὸ κατὰ τὸν ἄνθρωπον παράδειγμα τὸν ἐν μιᾷ ὑποστάσει· ἐν ἑκάστῳ γὰρ ἡμῶν ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς ἑτέρα ἐστὶν, ὡς πρὸς τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος. Ἀλλ' ὅμως αἱ δύο οὐσίαι B συνελθοῦσαι ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον, ἓν πρόσωπον ἀποτελοῦσιν, φέρε εἰπεῖν Ἰωάννου ἢ Παύλου ἢ ἄλλου τινὸς, μείνασαι δύο. Οὔτε γὰρ ἡ ψυχὴ σὰρξ ἐγένετο, οὔτε μὴν ἡ σὰρξ ψυχὴ γέγονεν· μάρτυς δὲ τούτου Παῦλος ὁ κήρυξ τῆς ἀληθείας φάσκων, *Ὁ ἔσω ἄνθρωπος καὶ ὁ ἔξω*, ἵνα τὸ διάφορον σημαίνῃ τῶν οὐσιῶν· τούτῳ κατ' ἴχνος ἑπόμενος Ἰωάννης, ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος καὶ πάσης Ἐκκλησίας διδάσκαλος, τοιαῦτα γράφει ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ λόγῳ εἰς τὴν ἀσάφειαν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης· *Διπλοῦν γὰρ τοῦτο τὸ ζῶον ὁ ἄνθρωπος ἐκ δύο συγκείμενον οὐσιῶν, τῆς μὲν αἰσθητῆς, τῆς δὲ νοητῆς, ψυχῆς, λέγω, καὶ σώματος, καὶ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν γῇ συγγένειαν ἔχον. Διὰ γὰρ τῆς* C *νοητῆς οὐσίας κοινωνεῖ ταῖς ἄνω δυνάμεσιν· διὰ δὲ τῆς αἰσθητῆς, τοῖς ἐπὶ γῆς συνῆπται πράγμασιν, σύνδεσμος ὢν ἀκριβὴς ἑκατέρας τῆς κτίσεως.* Οὕτως οὖν ἐν Χριστῷ τῶν δύο οὐσιῶν γέγονεν ἕνωσις εἰς μίαν ὑπόστασιν καὶ ἓν πρόσωπον· εἰ καὶ ἀμυδρῶς διὰ τῶν παραδειγμάτων ἀποδέδεικται· πᾶσαν γὰρ ἕνωσιν ἡ ἐν Χριστῷ οἰκονομία ὡς ἀληθῶς ὑπεραίρουσα τὴν ἀνθρωπίνην διαδιδράσκει κατάληψιν.

Ἀλλὰ πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἐμφιλοχωροῦσι νοσήμασιν, καὶ κατὰ τὸν λόγον τῷ βορβόρῳ ἐγκυλιόμενοι· ταῦτα γὰρ πάλιν διαφόρως προβάλλονται· φασὶ γὰρ, Οὐκ ἔστιν οὐσία ἀνυπόστατος. Πῶς οὖν οὐκ ἐν δύο ὑποστάσεσι ῥητέον, εἴπερ ἄρα δύο οὐσίας φατέ; ὁρᾶτε τῶν κομψῶν τούτων τὴν ἄγνοιαν· τὴν γὰρ αὐτὴν ἡμῖν D ἀνοήτως εἰσήγαγον πρότασιν; τὰ ὀνόματα πάλιν ὑπαλλάξαντες. Τίς γὰρ διαφορὰ οὐσίας καὶ φύσεως; τίς δὲ προσώπου προέστην ἐν χαρακτῆρι ὑπόστασιν; Ὅθεν ὁ αὐτὸς ἡμῖν καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκέσει λόγος· εἴποιμι γὰρ ἂν πρὸς αὐτούς· Καὶ εἰ μὲν τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἐν ἰδιώμασιν χαρακτηριστικοῖς θεωρούμενον ἄνθρωπον, πολλὰς ὑποστάσεις καὶ πολλοὺς ἀνθρώπους δοκεῖτε ποιεῖν; οὐ γὰρ δὴ τοσοῦτον ἠλίθιοι πεφύκατε, ὥστε ἀγνοεῖν ἑτέραν μὲν εἶναι κατ' οὐσίαν τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ σῶμα, ἕτερον δὲ τὸ σῶμα τὸν περὶ τῆς οὐσίας λόγον ἐπέχειν· εἰ δὲ ἑκάστη οὐσία καθ' ὑμᾶς ἰδικὴν ὑπόστασιν χαρακτηριστικὴν ἀναδέχεται, κενά μοι τὰ τῆς ἑνώσεως, καὶ ὁ εἷς γέγονε δύο, ἵνα ὑμῖν δόξῃ καὶ τοῖς ματαίοις

Digitized by Google

σκινδάλμοις. Εἰ δὲ ἐγὼ ἐκ διαφόρων οὐσιῶν δύο A συγκείμενος, οὐκ εἰμὶ δύο ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ τὰς δύο ἔχω οὐσίας τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, καὶ ἐν ὑποστάσει μιᾷ θεωροῦμαι, τίς ἀνάγκη καὶ ἐπὶ Χριστοῦ τὰς δύο οὐσίας ὁμολογοῦντα, δύο φάναι καὶ ἰδικὰς τὰς ὑποστάσεις; Αὐτοῦ μὲν γὰρ τῇ φύσει τὰ θεῖα, αὐτοῦ δὲ διὰ τὴν ἐνυπόστατον ἕνωσιν τὰ ἀνθρώπινα· οὐ γὰρ ἐν ἑτέρῳ, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ἡ ἰδικὴ αὐτοῦ ὑπέστη σὰρξ, ὡς προείρηται· τὸ κοινὸν γὰρ ἔχουσα τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας τοῦτο, τὸ εἶναι σὰρξ ἐψυχωμένη ψυχῇ λογικῇ, ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ Λόγῳ ἔσχεν τὰ ἰδικά, τοῦτό ἐστι τὸ εἶναι τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ οὐχ ἑτέρου σάρξ. Πῶς οὖν ἑτέρα ὑπόστασις, ἡ μηδόλως καθ' ἑαυτὴν ὑποστᾶσα;

Ἄλλως τε μηδὲ τοῦτο ἀγνοείτωσαν, ὅτι ἀντὶ οὐσίας ἡ ὑπόστασις τοῖς ἁγίοις Πατράσι πολλάκις ἐν[νεν]όη- B ται, ὡς καὶ Κυρίλλῳ δοκεῖ· ἐν γὰρ τῷ γ' ἀναθεματισμῷ φησιν· *Εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν. Τὸ γὰρ ὑφεστηκὸς ἐνταῦθα δηλοῖ ἡ ὑπόστασις· οὐ γὰρ ἂν ὁ θεοφόρος ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ ὑποστάσεις ὠνόμαζεν ὁ ταῖς Νεστορίου βλασφημίαις ἀεὶ πολεμῶν, εἰ μὴ ἀντὶ οὐσιῶν αὐτὰς ἐδέχετο.* Ὁμοίως καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Ἄφρους ἐπιστολῇ φησιν· *Ἡ δὲ ὑπόστασις οὐσία ἐστί, Καὶ οὐδὲν ἄλλο σημαινόμενον ἔχει, ἢ αὐτὸ τὸ ὄν·* ὅπερ ὁ Ἱερεμίας ὕπαρξιν ὀνομάζει λέγων· *Καὶ οὐκ ἠκουσαν φωνὴν ὑπάρξεως·* ἡ γὰρ ὑπόστασις καὶ ἡ οὐσία ὕπαρξίς ἐστιν· ἔστι γὰρ καὶ ὑπάρχει. Εἰ οὖν τις ἐνυποστάτους κατὰ τοῦτον τὸν λόγον εἴποι τὰς οὐσίας, ὃ ἐστιν ὑπαρχούσας, οὐδὲ ἡμεῖς ἀρνηθείημεν· ἡ γὰρ ὑπόστασις C πρὸς τὴν οὐσίαν τῷ εἶναι μέν τι οὐ διαφέρει, ἀλλὰ τῷ τὴν μὲν κοινῶς εἶναι, φημὶ δὲ τὴν οὐσίαν· τὴν δ' ὑπόστασιν ἰδικῶς, ὅταν μετὰ τῶν καθόλου καὶ ἰδικόν τι ἔχοι. Οὐ κατὰ τοῦτο οὖν φαμεν τὴν ἡμετέραν ἐν Χριστῷ οὐσίαν ἐνυπόστατον εἶναι, οἷον ὑπόστασιν καθ' ἑαυτὴν χαρακτηριστικὴν καὶ πρόσωπον οὖσαν, ἀλλὰ καθ' ὃ ὑφέστηκέν τε καὶ ἔστι· ἐνίοτε γὰρ τὸ ὑφεστηκέναι δηλοῖ ἡ ὑπόστασις, ὅ ἐστιν οὐσία, ὡς ἀποδέδεικται, ὅταν τῶν χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων καὶ περὶ πρόσωπον θεωρουμένων ἐστέρηται.

differentibus substantiis duabus constans, non sum duo homines, sed duas habeo substantias, animæ et corporis, et in una subsistentia consideror, quæ necessitas est duas in Christo substantias profitentem, duas quoque dicere et particulares subsistentias? ad illum enim pertinent natura divina, et ad illum per subsistentialem unionem humana; non in alio nempe, sed in illo propria ejus exsistit caro, ut supra dicitur; communem caro hanc habens humanæ substantiæ proprietatem, animari scilicet ab animo rationali, in solo Deo Verbo habuit particularem, esse scilicet Dei Verbi et non alterius carnem. Quomodo ergo alia subsistentia, minime juxta seipsam subsistens?

Aliter ne hæc ignorent, pro substantia subsistentiam a sanctis Patribus sæpius reputari, ut sanctus Cyrillus docet; in isto enim anathematismo dicit; *Si quis in uno Christo distinguit subsistentias post unionem. Etenim exsistentiam indicat ibi subsistentia; non enim hic Theophorus in uno Christo subsistentias vocasset Nestorii blasphemias semper impugnans, nisi pro substantiis illas accepisset.* Similiter et sanctus Athanasius in sua ad Afros epistola dicit; *Subsistentia substantia est, neque aliam significationem habet, ac ipsum ens;* quod Jeremias exsistentiam vocat dicens: *Non audierunt vocem exsistentiæ*[2]: nam subsistentia et substantia exsistentia sunt; sunt etenim et exsistunt. Si quis ergo subsistentes secundum hanc rationem vocat substantias, id est exsistentes, nos minime contradicemus. Subsistentia enim in τῷ *esse* nihil, a substantia differt, sed in τῷ communem *esse*, de substantia loquor; subsistentia autem particularis est cum generaliter sumpta particulare aliquid habeat. Non ergo ideo dicimus nostram in Christo substantiam subsistentem esse, ut subsistentiam quæ per se characteristica et personalis sit, sed in quantum exsistit et est. Aliquoties enim exsistere indicat subsistentia, id est substantia, ut demonstratum est, quando characteristicis proprietatibus et in persona consideratis privatur.

Ἐκ τῶν Εὐλογίου Συνηγοριῶν *περὶ τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου.*

Ex Eulogii Defensionibus *De eodem argumento.*

Ang. Mai, l. c. p. 59, 60.

Ὁ κοινῶς καὶ ἐν πολλοῖς θεωρεῖται, οὐ τινὶ μὲν D πλέον, τινὶ δὲ ἔλαττον, ὑπάρχον, οὐσία ὀνομάζεται. Ἐπεὶ οὖν τῷ καθέκαστον ἀνθρώπῳ ἐξ ἴσου πρόσεστι τὸ εἶναι σάρκα ἐμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ, ὅ ἐστιν ἀνθρωπότης, κατὰ τοῦτο τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ δύο οὐσιῶν ὑπάρχουσαν γνώρισμα, μίαν φαμὲν οὐσίαν, ὡς κοινῶς ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ ἐξ ἴσου θεωρουμένην. Ἐπὶ δὲ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Ἐμμανουήλ, οὗ φαμεν ποιῆσαι μίαν οὐσίαν τὴν ἕνωσιν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος· ἐπεὶ ἀνάγκη καὶ ἐν πολλοῖς θεωρεῖσθαι, ὡς ἀποδέδεικται. Εἰ οὖν μίαν οὐσίαν φασὶ γενέσθαι τὰ δύο, πάντως που τῆς τοιαύτης οὐσίας μετειλήφασι καὶ ἕτεροι, καὶ ἐξ ἴσου τῷ Ἐμμα-

Omne quod universim et in pluribus consideratur, ut nec alii amplius, alii minus conveniat, οὐσία essentia nominatur. Quandoquidem homini cuilibet peræque convenit, ut sit caro animata animæ rationali (nam in hoc consistit humanitas) secundum hunc sensum humanitatem, qua naturæ duæ repræsentantur, unam essentiam dicimus, quippe quæ communi et æquali ratione in omnibus hominibus consideratur. At in hypostasi Emmanuelis unionem divinitatis cum humanitate essentiam unam negamus constituisse; alioqui essentiam hujusmodi in multis perspici necessarium foret. Natura enim, hoc est essentia, in multis peræque

[2] Jerem. x, 10.

Digitized by Google

spectatur, ut ostensum est. Si igitur naturam unam ambabus constitui affirment, essentiæ ejusdem ac Emmanuel alii consortes erunt, quod verum non est. Nec isti sycophantæ, quamlibet Deo bellum inferant, eo amentiæ venerint, ut et hoc astruant.

A νουῆλ, ὅπερ οὐκ ἔστι. Μηδὲ τοσοῦτον παραφρονήσειαν οἱ νῦν συκοφάνται, εἰ καὶ λίαν θεομάχοι καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ καθεστήκασι.

Et quibusdam interjectis :

Humanitatem, quia ex diversis rebus composita est, unius essentiæ dicimus, non quidem habita ratione animæ et corporis, sed magis ejus quod commune est; quippe cum in omnibus quæ ejusdem speciei sunt, communiter consideretur. Nam essentiæ definitio hæc est, quam Basilius tradidit dicendo : Quemadmodum commune se habet ad particulare, sic essentia ad hypostasim. Igitur ratio communitatis humanitatem, quæ in hominibus inspicitur, unius esse essentiæ dicimus : quia communi ratione omnibus et unicuique homini ex æquo B convenit ut sit animal rationale, intelligentiæ et disciplinæ capax. Istæc enim humanitatis definitio est. Ubi vero pensamus ea ex quibus constat, atque animam nominamus, et corpus consideramus, nequaquam inficiamur utrumque diversæ naturæ esse, et quæ essentiarum harum propria sunt, etiam post unitionem manere. Nam si corpus et anima sunt ejusdem essentiæ, quandoquidem eadem ratio est eorum quæ coessentialia sunt (alioqui vero corpus corruptelæ obnoxium est), omnino sequitur animam corruptibilem esse, et propter insanas nugacitates vestras falsi arguetur id quod asseritur, animam esse immortalem.

Καὶ μεθ' ἕτερα·

Τὴν ἀνθρωπότητα σύνθετον οὖσαν ἐξ ἀνομοίων πραγμάτων μιᾶς οὐσίας φαμὲν, οὐ πρὸς τὴν διαφορὰν τῆς ψυχῆς καὶ σώματος, ἀλλὰ πρὸς τὸ κοινὸν ἀφορῶντες· ὅτι κοινῶς ἐν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτὸ ἀναγομένοις θεωρεῖται. Οὗτος γάρ ἐστι τῆς οὐσίας ὅρος, ὡς Βασίλειος ἐπαίδευσε λέγων, ὅτι Ὃν ἔχει λόγον τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν. Κατὰ τοῦτον οὖν τὸν τῆς κανότητος λόγον, μιᾶς οὐσίας φαμὲν τὴν ἐν ἀνθρώποις ἀνθρωπότητα· ὅτι κοινῶς ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς καθ' ἕκαστον καὶ ἐξ ἴσου ὑπάρχει τὸ εἶναι ζῶον λογικὸν θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν· οὗτος γὰρ ὁ ὅρος τῆς ἀνθρωπότητος. Ἐπὰν δὲ τὰ ἐξ ὧν ἐστι λογισώμεθα, καὶ ψυχὴν ὀνομάσωμεν, καὶ σῶμα σκοπήσωμεν, τὸ ἑτεροφυὲς καὶ τὰ ἴδια τῶν οὐσιῶν καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν οὐκ ἀρνηθείημεν. Εἰ γὰρ τῆς αὐτῆς οὐσίας τὸ σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ, τῶν δὲ ὁμοουσίων ὁ αὐτὸς λόγος, φθαρτὸν δὲ τὸ σῶμα, οὐκοῦν ἄρα καὶ ἡ ψυχὴ διαφθείρεται, καὶ τὸ λέγειν ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχὴν, ψευδὲς ἀναδειχθήσεται διὰ τὰς ὑμῶν ἀνοήτους κενοφωνίας.

Ex Eulogii Defensionibus.

Ἐκ τῶν Εὐλογίου Συνηγοριῶν.

Ang. Mai, l. c. p. 61, 62.

Sciendum enim est nos, quando compositum dicimus unam absolute naturam, minime posse proprie in hoc simplicium adhibere nomina : exempli gratia, corpus e quatuor elementis constans, ex aqua dicimus, terra, aere et igne; aquam et terram, aerem et ignem proprie non possumus dicere, et ideo unam corporis, naturam vocamus, eo quod istud proprie simplicium nominibus designare non valemus. Item, e lapidibus et lignis domum dicimus, illam autem nec ligna nec lapides nullus posset nominare, si propriis vocibus uti vellet. Item hominem anima et corpore constare dicimus, non autem proprie esse animam et corpus; et hoc evidens est ex eo quod nequimus animæ aut corporis definitionem in utrumque adhibere, et pro- D pterea ex duobus naturis esse dicimus. Diversæ enim naturæ componentia et diversæ invicem substantiæ, unam in composito naturam reputamus. Non enim corpus et animam proprie loquentes vocamus hominem, etsi assuetum sit Scripturæ sæpius libertate utenti spiritus parte totum designare, tanquam non submissæ jugo servitutis dialecticæ vanitatis. In Christo autem ineffabilis et non humana intelligentia huic animæ juncta est nec justum exemplum in omnibus invenire ratione possumus, cum illum non solum ex divinitate et humanitate constare dicimus, sed in illo uti simplicium nominibus. Deum enim dicimus Christum et

C

Ἰστέον γὰρ ὅτι τότε τὸ σύνθετον μίαν ἁπλῶς λέγομεν φύσιν, ὅτε μηκέτι δυνάμεθα κυρίως ἐπ' αὐτοῦ τὰ τῶν ἁπλῶν λέγειν ὀνόματα· οἷόν τι λέγω· Τὸ ἐκ τεσσάρων στοιχείων σῶμα συγκείμενον, ἐξ ὕδατος, ἐφαμεν, καὶ γῆς ἀέρος τε καὶ πυρὸς, ὕδωρ καὶ γῆν ἀέρα τε καὶ πῦρ οὐκ ἂν εἴποιμεν κυρίως, καὶ διὰ τοῦτο μίαν σώματος φύσιν ἐπονομάζομεν, ὡς μηκέτι αὐτὸ κυρίως τοῖς ὀνόμασι τῶν ἁπλῶν ἐπονομάζειν ἰσχύοντες· καὶ πάλιν ἐκ λίθων καὶ ξύλων τὴν οἰκίαν φαμὲν, ξύλα δὲ αὐτὴν καὶ λίθους οὐκ ἄν τις καλέσοι, κυρίαις λέξεσι χρῆσθαι βουλόμενος· πάλιν τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος εἶναί φαμεν, σῶμα δὲ καὶ ψυχὴν οὐκέτι κυρίως· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸν τῆς ψυχῆς ἢ τοῦ σώματος ὅρον ἐπὶ τοῦ συναμφοτέρου ἀποδιδόναι, καὶ τούτου χάριν ἐκ δύο φύσεων λέγοντες (ἑτεροφυῆ γὰρ τὰ συνελθόντα καὶ ἀλλήλοις οὐχ ὁμοούσια), μίαν ἐπὶ τοῦ συνθέτου φύσιν δοξάζομεν· οὐδὲ γὰρ σῶμα ἢ ψυχὴν κυριολεκτοῦντες ἀποκαλοῦμεν τὸν ἄνθρωπον, εἰ καὶ σύνηθες τῇ Γραφῇ πολλάκις τῇ ἐλευθερίᾳ κεχρημένῃ τοῦ Πνεύματος ἐκ τοῦ μέρους τὸ ὅλον ἐπονομάζειν, ὡς ζυγῷ δουλείας οὐκ ἐνεχομένῃ τῆς διαλεκτικῆς ματαιότητος· ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ ἄφραστος μὲν καὶ ἀλάλητός ἐστι ἡ ἕνωσις οὐκ ἀνθρώπινος νοῦς ταύτης ἐφίκοιτο, οὐδὲ παράδειγμα εὑρεῖν ἴσον κατά γε πάντα, λέγω, δυνήσεται, ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν οὐ μόνον ἐκ θεότητος εἶναι καὶ ἀνθρωπότητός φαμεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἐπ' αὐτοῦ κεχρήμεθα τῶν ἁπλῶν· Θεὸν γὰρ λέγομεν τὸν

Digitized by Google

Χριστὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν, ὅπερ ἐπ' ἐκείνων λέγειν κυρίως οὐκ ἔχομεν· κυρίως γὰρ καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεὸς ὁ Χριστός· διὸ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεοτόκον τῆν ἁγίαν Παρθένον φαμέν· καὶ κυρίως κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, ἀληθῶς ἀποθανών, ἀληθῶς ἀναστάς· τούτου χάριν αὐτὸν μίαν φύσιν ἁπλῶς εἰπεῖν ἀδύνατον· διὰ τοῦτο τοίνυν ἡμεῖς καὶ ἐκ δύο λέγομεν φύσεων, ἐπειδὴ ἐκ θεότητος αὐτὸν ἴσμεν καὶ ἀνθρωπότητος συγκείμενον, καὶ ἑτεροφυῆ τὰ συνελθόντα γνωρίζομεν· καὶ δύο φύσεις διαιρετοὺς ἐπ' αὐτοῦ λέγομεν, ἐπειδὴ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον κυρίως τὸν αὐτὸν εἶναι δοξάζομεν· καθάπερ ὁ ἐν ἁγίοις φησὶ Κύριλλος ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ, *Ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τοῦτο κἀκεῖνο ὑπάρχοντα·* καὶ σκόπησον ὡς οὐκ εἶπεν, *ἐκ τούτου κἀκείνου ὑπάρχοντα* (καὶ τοῦτο γὰρ ἦν ἀληθὲς), ἀλλὰ *τοῦτο κἀκεῖνο ὑπάρχοντα·* τὸ γὰρ τοῦτο κἀκεῖνο, δύο πάντως ἐστὶ, κἂν αὐτὸς μὴ βουληθείης· πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς πρὸς Οὐαλεριανὸν τὸν τοῦ Εἰκονίου ἐπίσκοπον οὕτω γράφει· Οὐκοῦν ὁμολογοῦμεν ὡς μὲν τὸ ἀπὸ σαρκὸς σάρξ ἐστι, τὸ δὲ ἐκ Θεοῦ Θεός· ἔστι δὲ κατὰ ταυτὸν ἀμφότερα Χριστὸς εἷς ὢν Υἱὸς καὶ εἷς Κύριος μετὰ τῆς ἰδίας αὐτοῦ σαρκός· τὸ δὲ τὸν Χριστὸν εἶναι ἀμφότερα, τί ἕτερόν ἐστιν, ἢ δύο εἶναι φύσεις τὸν Χριστόν; οὐ γὰρ εἶπεν ἐνταῦθα ἐξ ἀμφοτέρων εἶναι τὸν Χριστὸν, ἀλλ' ὅτι ἀμφότερά ἐστιν ὁ Χριστὸς εἷς ὤν.

A eumdem hominem quod in istis proprie dicere non possumus; proprie enim et secundum veritatem Christus est Deus; ideo proprie et secundum veritatem Dei Matrem Virginem sanctam dicimus; et proprie secundum veritatem homo est idem, vere mortuus, vere resurgens. Quamobrem illum unam simpliciter naturam dicere impossibile est, propterea igitur nos et ex duabus naturis constare dicimus, cum divinitate illum scimus et humanitate constare, et diversæ esse naturæ componentia cognoscimus. Dicas quoque naturas distinctas in illo dicimus, cum Deum et hominem proprie eumdem esse reputamus. Sicut sanctus Cyrillus dicit in secunda ad Succensum epistola, *Unum et eumdem hoc et illud esse;* et notandum hanc non dicere *ex hoc et illo esse*, istud enim foret verum, sed *hoc et illud esse*. Hoc nempe et illud duo omnino sunt, etsi nolueris. Iterum idem ad Valerianum Iconii episcopum sic scribit: Ergo profitemur carnem quidem e carne esse, Deum vero ex Deo; est autem propter idem Christus utraque, cum sit unus Filius et unus Dominus cum propria sua carne. Christum autem esse utraque, quid aliud est, nisi duas esse naturas in Christo? non enim illic dixit ex utrisque esse Christum, sed utraque Christum esse cum unus sit.

Ἐκ τῶν Εὐλογίου Συνηγοριῶν *πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι « Εἰ δύο φατὲ οὐσίας, ὅ ἐστι φύσεις ἠνωμένας, πάντως μία γέγονε φύσις· τὰ γὰρ ἑνούμενα, πάντως ἕν τι γίνεται. »*

Ex Eulogii Defensionibus *ad eos qui dicunt: « Unam, si duas dicitis substantias, id est naturas, unitas esse, omnino factam esse naturam; unitas enim, omnino unum quid fieri. »*

Ang. Mai l. c. p. 63.

Εἰ μὲν τὸ ἕν τι γενέσθαι κατὰ τὴν χαρακτηριστικὴν ὑπόστασιν βούλονται κατασκευάζειν, ὀρθῶς καὶ λίαν εὐσεβῶς καὶ συνῳδὰ τοῖς ἐν Χαλκηδόνι δογματίζουσιν· κἀκεῖνοι γὰρ μίαν ὑπόστασιν ἀποφαίνονται, δύο δὲ τὰς οὐσίας· ἡ γὰρ σὰρξ ἔμεινε σὰρξ, εἰ καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου σὰρξ ἐγένετο, ὅ ἐστι προσείληφε σάρκα καὶ ἥνωσεν ἑαυτῷ ἀδιαιρέτως. Οὐ γὰρ τροπὴν ὑπέστη τὴν εἰς σάρκα· Θεὸς γὰρ ἀναλλοίωτος ὑπάρχει τῆς Τριάδος ἡ φύσις· ὡς ἔφην οὖν ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν ἐν τῷ Ἐμμανουὴλ τῷ ἑνὶ Χριστῷ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν αἱ δύο οὐσίαι· εἰ δὲ μίαν οὐσίαν φασὶ γεγονέναι τὰς δύο φύσεις, λελήθασιν ἑαυτοὺς ἀπατῶντες, καὶ σύγχυσιν ἢ τροπὴν ὑποτιθέμενοι, ὡς τῆς μιᾶς τραπείσης εἰς τὴν ἑτέραν ἢ συγχυθείσης· ὅτι γὰρ τὰ ἑνούμενα ἀτρέπτως καὶ ἀσυγχύτως φυλάττεται ἐν τῇ οἰκείᾳ ποσότητι, τοῦτο σαφῶς ὑμῖν παραστήσω διὰ παραδείγματος τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως ἡνωμένων κατὰ τὴν οὐσίαν, φημὶ δὲ πρὸς Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· οὐ γὰρ διὰ τὸ ἡνῶσθαι αὐτὰς, μία ὑπόστασις γεγόνασιν, ἀλλ' ἡνωμέναι μέν εἰσιν κατὰ τὴν οὐσίαν, ἐν τρισὶ δὲ καὶ ἡνωμέναις γνωρίζονται ὑποστάσεσιν· οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ δύο οὐσίαι ἡνωμέναι ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως ὑπάρχουσιν· κείσθω δὲ τὸ παράδειγμα εἰς μόνον τὸ παραστῆσαι τὸ πρόβλημα τὸ σαθρόν· ἐπεὶ τὸ τῆς ἐν Χριστῷ ἑνώσεως, ἔμπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς

C Si quidem *unum* quid fieri secundum characteristicam subsistentiam volunt statuere, recte et pie admodum et conformiter cum Chalcedoniæ Patribus dogmatizant. Hi enim unam subsistentiam declarant, duas autem subsistentias. Caro enim mansit caro, etsi Dei verbi caro facta sit, id est carnem sumpserit et sibi inseparabiliter univerit; non enim in carnem conversus est; nam Deus immutabilis est Triadis natura. Ut dixi igitur, inconfusæ manserunt in Emmanuel uno Christo Filio Dei post incarnationem duæ substantiæ; sin autem unam substantiam dicunt factas esse duas naturas, seipsos decipientes fallunt, cum confusionem seu conversionem statuant, tanquam una conversa fuerit in alteram aut cum altera confusa. Quod enim unitæ substantiæ absque conversione et confusione conserventur in propria quantitate, hoc clare vobis ostendam per exemplum trium subsistentiarum indivisibiliter et inconfuse unitarum secundum substantiam; de Patre dico, Filio et Spiritu sancto. Non enim illæ per unionem una substantia fiunt, sed unitæ quidem sunt secundum substantiam, in tribus autem et unitis subsistentiis esse cognoscuntur; ita in Christi dispositione duæ substantiæ sunt indivisibiliter et incoufuse unitæ. Proferatur hoc exemplum solummodo ad ostendendam controversiam inanem esse; cum unio in Christo non eadem

Digitized by Google

sit ac in Triade. Hic enim alius et alius, ne subsistentias confundamus, non aliud et aliud; unum enim et idem tria sunt in divinitate. In Emmanuel autem aliud est divinitas, aliud humanitas ne substantias confundamus. Non enim idem sunt æternum et temporale, visibile et invisibile; non autem dicitur alius et alius, ne hoc fiat. Duo enim unione unam personam efficiunt et unam characteristicam subsistentiam.

A Τριάδος ἔχει· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν, οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο· ἓν γὰρ τὰ τρία καὶ ταυτὸν τῇ θεότητι· ἐν δὲ τῷ Ἐμμανουὴλ ἄλλο μὲν θεότης, ἄλλο δὲ ἀνθρωπότης, ἵνα μὴ τὰς οὐσίας συγχέωμεν· οὐ γὰρ ταυτὸ τὸ ἄχρονον τῷ ἐν χρόνῳ, καὶ τὸ ὁρατὸν τῷ ἀοράτῳ· οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος, μὴ γένοιτο· τὰ γὰρ ἀμφότερα τῇ ἑνώσει ἓν πρόσωπον ἀπετελέσθη, καὶ μίαν ὑπόστασιν χαρακτηριστικήν.

Ex Eulogii Defensionibus.

Ne ergo negotia nobis præstent, qui nihil sanum cogitare volunt, sed inconsiderate garriunt, et rectam et irreprehensibilem fidem excutere nituntur. Nos enim unum Christum Dei Filium adoramus, in carne visum his qui in terra degunt; distinctionem tamen divinitatem inter et carnem admittimus. Deus enim Verbum æternus, est increatus, impassibilis, et quæ decent divinam perfectionem. Caro autem illius unum aliquid cum illo efficiens per arctam et subsistentialem unionem, de qua propheticus Joannes clamat, *Verbum caro factum est et habitavit in nobis* [3], temporalis, creata, passibilis est. Omnes autem illas carnis proprietates profitemur factas esse quoque Dei Verbi; nam si propria ejus caro fuerit, evidens est carnis proprietates ejus quoque futuras esse. Proprias enim sibi illas facit, etsi non subjiciatur illis divina ejus natura. Etenim omnes Verbi Dei esse post incarnationem carnis ejus proprietates, divina Scriptura nos docet, dicit enim: *Vidimus Dominum*, utrumque significans. Qui enim vidit carnem Christi, totum vidit, etsi invisibilis natura sit divinitas; et iterum: *Dominum gloriæ non crucifixissent* [4], divina nempe natura illo non patiente, sed propria carne. Docemur ergo his omnibus Dei Verbi incarnati fuisse et divinas et humanas proprietates; sed in his quibus dicitur Christum esurivisse, sitivisse, tactum aut passum fuisse, puto illum non in divina natura hæc expertum esse, sed in carne quam sumpserat, et per quam ut homo conversatus est.

Ἐκ τῶν Εὐλογίου Συνηγοριῶν.

Μὴ τοίνυν πράγματα ἡμῖν παρεχέτωσαν οἱ μηδὲν ὑγιὲς νοεῖν βουλόμενοι, ἀλλὰ μάτην εἰκαιολογοῦντες καὶ τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον [πίστιν] διαταράττειν ἐπιχειροῦντες· ἡμεῖς γὰρ ἕνα Χριστὸν Υἱὸν Θεοῦ προσκυνοῦμεν σαρκὶ ὀφθέντα τοῖς ἐπὶ γῆς· διαφορὰν B μέντοι τῆς θεότητος πρὸς τὴν σάρκα γινώσκομεν· καὶ γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος ἄχρονος, ἄκτιστος, ἀπαθής, καὶ ὅσα πρέπει τῇ θείᾳ μεγαλωσύνῃ· ἡ δὲ σὰρξ αὐτοῦ ἔν τι ὑπάρχουσα πρὸς αὐτὸν διὰ τὴν ἄκραν καὶ ἐνυπόστατον ἕνωσιν, δι' ἣν καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης βοᾷ· *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*, ἔγχρονος ὑπάρχει, κτιστὴ, παθητή· πάντα δὲ ταῦτα τῆς σαρκὸς ὁμολογοῦμεν γενέσθαι τοῦ Θεοῦ Λόγου· εἰ γὰρ ἰδία αὐτοῦ ἡ σὰρξ, δῆλον ὅτι καὶ τὰ τῆς σαρκὸς πάντα αὐτοῦ ἔσται· οἰκειοποιεῖται γὰρ αὐτὰ, εἰ καὶ μὴ ὑπέκειτο τούτοις ἡ θεία αὐτοῦ φύσις· ὅτι γὰρ πάντα τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐστὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ἡ θεία Γραφὴ ἡμᾶς παιδεύει· φησὶ γὰρ, *Ἑωράκαμεν τὸν Κύριον*, τὸ συναμφότερον λέγουσα· ὁ γὰρ ἑωρακὼς τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ, ὅλον ἐθεάσατο, εἰ καὶ ἀθέατος τὸ κατὰ φύσιν ἡ θεότης ὑπῆρχεν· καὶ πάλιν, *Οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν*· καίτοι τῇ θείᾳ φύσει αὐτοῦ μὴ παθόντος, ἀλλὰ τῇ οἰκείᾳ σαρκί· διδασκόμεθα οὖν ἐν πᾶσι τούτοις, ὅτι τοῦ Θεοῦ Λόγου σαρκωθέντος ἦν τά τε θεοπρεπῆ καὶ τὰ ἀνθρώπινα· ἀλλ' ἐν οἷς φησιν ὅτι ἐπείνησεν καὶ ἐδίψησεν ἢ ἐψηλαφήθη ἢ ὡράθη, νοῶ ὅτι οὐ τῇ θείᾳ φύσει ταῦτα πέπονθεν, ἀλλὰ τῇ προσληφθείσῃ σαρκὶ, καθ' ἣν ἄνθρωπος ἐχρημάτισεν (1).

S. Eulogii patriarchæ Alexandrini, ex lib. III, *Adversus Novatianos. Phot. Cod.* 280.

F. Francisco Combefis. interprete. *Biblioth. Concionat.* t. V, p. 127.

Quod ait Apostolus, *Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccato hostia* [5], non eo spectat tanquam sacrificium omnino sublatum velit: sed illud duntaxat, quod legis ritu peragitur. Nec modo id genus sacrificii vetat, sed et supremum judicium iis interminatur, qui post agnitam veritatem, ac cum mysticum sacrificium nacti sint, ad legale, quod tantorum ac hircorum immolatione præstatur, sacrificium redeunt. Hæcque adeo Paulus eo animo loquitur, ut Judæos, qui ad Christum jam accesserant revocet ab observatione legalium. Quemadmodum igitur legalibus baptismatis, sic et cruentis sacrificiis, iis interdicit. Judæi namque quos peccati reatus astringeret, primum quidem expiabantur, tumque aqua abluebantur ac intingebantur; ac postremo jam cruentis hostiis faciebant, a quibus eos avocans Apostolus, terribiles quoque

[3] Joan. I, 14. [4] I Cor. II, 8. [5] Hebr. X, 26.

(1) Sequebantur in codice plurimi Pisidæ iambi adversus Severum, quos ego more meo prætermisi, quia extant in editionibus.

Digitized by Google

minas adjicit. Quippe oportebat vera semel hostia in consummatione sæculi pro peccatis oblata (Agno scilicet Dei qui tollit peccatum mundi, immolato) non amplius restare, sed cessare offerri, multas illas legales ac typicas hostias pro peccatis. Teste enim eodem Apostolo, impossibile est, Agno Dei semel immolato, tolli rursus peccata taurorum sanguine ac hircorum. *Una enim*, inquit, *oblatione, consummavit in perpetuum sanctificandos* [6]. Quem igitur ad modum impossibile dixit sanguine taurorum atque hircorum auferri peccata, ad eumdem et sequentia dicit : *Voluntarie peccantibus nobis* [7], etc. Nam et quod nobis tremendum Dominici corporis sacrificium agitur, non aliarumque hostiarum oblatio est, sed ejus commemoratio quæ semel oblata est. *Hoc facite*, inquit, *in meam commemorationem* [8]. Et : *Quotiescunque facimus, mortem Domini annuntiamus* [9].

A

Εὐλογίου πάπα Ἀλεξανδρείας ἑρμηνεία εἰς τὸ, « Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με ; »

Eulogii papæ Alexandrini commentarius in illud : Simon Joannis, amas me ?

B

Ang. Mai *Class. Auct.* t. X, p. 483.

Ὅτι ἐρωτῶν ὁ Κύριος[εἶπε]τῷ Πέτρῳ · *Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με πλέον τούτων ;* οὐκ αὐτὸς ὁ πάντα εἰδὼς, θέλων μαθεῖν ἐπηρώτα, ἀλλ' ἐπεκέμελλεν αὐτῷ τὸ ποίμνιον καταπιστεύειν, ἵνα δείξῃ ὅσην ἔχει πρόνοιαν τοῦ ποιμνίου, τοῦτο ποιεῖ · ὁ γὰρ τὸν φίλτρῳ πολλῷ πρὸς τὸν Δεσπότην ἀναπτόμενον ἐφ' ἑαυτῶν τῷ ποιμνίῳ, τὴν ὅσην περὶ τὰ πρόβατα διάθεσιν παρίστησιν ἀναμφιβόλως · διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ τρίτον ἐρωτᾷ, τὴν πολλὴν περὶ τὰ λογικὰ πρόβατα ἐπιμέλειαν ἐνδεικνύμενος · ἅμα δὲ βαθμόν τινα τῶν ποιμαινομένων διέξεισιν · ἀρνία πρότερον βόσκειν ἐγκελευόμενος · εἶτα προβάτια, ἃ πρόβατα ὄντα, διά τινα πταίσματα κατασμικρυνθέντα τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς τελειότητος, εἰς προβάτια ἀνθυπέστρεψεν · καὶ λοιπὸν τὸ τρίτον τὰ τέλεια ἐπιφέρει πρόβατα · ἀρνίοις γοῦν εἰκάζονται οἱ ἔτι γάλακτος καὶ στοιχειώδους διδασκαλίας δεόμενοι · προβατίοις δὲ οἱ διά τινα παραπτώματα κατασμικρυνθέντες τῆς τελειότητος · προβάτοις δὲ οἱ εἰς τὸ τέλειον ἀναβεβηκότες καὶ τῆς πίστεως καὶ τῶν πράξεων · καὶ σκόπει ὅπως προτάττει τὰ ἀτελῆ τῶν τελείων · προηγούμενος γὰρ τῷ Δεσπότῃ σκοπὸς ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν σωτηρία, *Οὐ γὰρ ἦλθον*, φησὶ, *καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.*

Cum interrogaret Petrum Dominus, *Simon Joannes*, inquiens, *diligis me plus his* [10] ? non idem interrogabat ille qui omnia novit, ut disceret ; verum hoc agebat ut ostenderet quantam de grege quem Petro commissurus erat, gereret sollicitudinem : dum enim eum gregi præficeret qui maximo in Dominum amore ardebat, proprii erga oves suas affectus vehementiam evidenter declarabat. Propter eamdem causam ter interrogat, nempe ut maximam, quam habet rationalium ovium curam, manifestet ; verum etiam in prima illa interrogatione gradus quosdam eorum qui pascuntur, describit : agnos siquidem pascere primum jubet ; deinde oviculas, quæ, cum oves prius exstitissent, postea per lapsus quosdam virtute et perfectione deminutæ, in ovicularum ordinem retrocessere ; tum demum oves perfectas inducit. Agnis porro assimilantur qui lacte adhuc et elementari doctrina indigent ; oviculis qui per quædam delicta, perfectione deminuti sunt ; ovibus, qui ad fidei et vitæ perfectionem conscenderunt. Vide præterea quomodo imperfecta perfectis præponat : præcipuus videlicet Domini scopus fuit peccatorum salus : *Non veni* enim, inquit, *vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam* [11].

C

Τοῦ ἐν ἁγίοις Εὐλογίου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸ, « Ζεῦγος τῶν τρυγόνων. »

Sancti Eulogii Alexandrini in illud : « Par turturum. »

Ang. Mai *Class. Auct.* t. X, p. 493.

Πολλῶν ὄντων ζώων, ἃ ἐν τῇ τῶν καθαρῶν ἐτάχθη μερίδι, διὰ τί πέντε μόνα ἐθυσιάζοντο τοῖς παλαιοῖς, τράγος, καὶ κριὸς, καὶ βοῦς, τρυγὼν, καὶ περιστερά ; Ἐπειδὴ βούλεται ἡμᾶς ὁ Λόγος τὰς αἰσθήσεις ἡμῶν τὸν ἴσον ὑποβαλλομένας ἀριθμὸν καθαρὰς προσάγειν Θεῷ.

D

Cum plurima essent animalia quæ in purorum ordine haberentur, quare quinque tantum a veteribus immolabantur, nempe : hircus, aries et bos, turtur et columba ? His videlicet significat Scriptura, nos Deo puros offerre debere sensus nostros, qui parem numerum præ se ferunt.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Εὐλογίου Ἀλεξανδρείας.

Sancti Eulogii patriarchæ Alexandrini.

Ὅτι καὶ διὰ τῶν κυνῶν τὴν ὑπερβολὴν τῆς τοῦ πλουσίου ἀπηνείας ἐλέγχει ἡ παραβολή · οἱ μὲν γὰρ κύνες οἰκτείροντες αὐτοῦ τὴν πολλὴν ταλαιπωρίαν, ὅπερ ἐδύναντο ποιεῖν ἔπραττον περιλείχοντες καὶ οἷον ἀποσμήχοντες αὐτοῦ τὸ ἕλκος ταῖς γλώσσαις · ὁ

Canum mentione summam divitis crudelitatem coarguit parabola. Nam canes misericordia erga gravem Lazari calamitatem commoti, quod poterant gratificabantur, illius ulcera lingentes ac veluti linguis suis abstergentes. At dives canibus erga

[6] Hebr. x, 14. [7] ibid. 26. [8] Luc. xxii, 19. [9] I Cor. xi, 26. [10] Joan. xxi, 15. [11] Luc. v, 32.

Digitized by Google

contribulem suum durior ab his ipsis convincebatur. Merito igitur igni dives damnatus fuit.

Eulogii Alexandrini.

Hæc quoque propter pauperes recipit Deus, modo deinceps a peccato caveamus. Pulchre enim fit, si etiam avaritia collectis opibus amicos nobis in hoc mundo comparemus, qui illis quidem egent, sed Deo sunt divites : ut cum defecerimus, nullam habentes vitæ justitiam, saltem ob collata in eos beneficia, recipiant nos in tabernacula sua, qui nostram misericordiam experti fuere. Sed si ne de mammona quidem iniquitatis, id est avaritiæ, bene facere voluerimus, quis nobis credet, fore ut si partæ propriis laboribus opes adessent, ex his egenos misericorditer solaremur ? Nam si ne aliena quidem, et quæ absque labore avare possidemus, nolumus communicare, quomodo ea quæ propria videntur, nostrorumque laborum fructus impertituri cuiquam credemur ?

δὲ καὶ τῶν κυνῶν περὶ τὸν ὁμόφυλον ἀπηνέστερος, καὶ δι' αὐτῶν ἠλέγχετο τῶν κυνῶν· διὰ τοῦτο κἀκεῖνον τὸ πῦρ ἀδυσωπήτως μετέρχεται.

Εὐλογίου Ἀλεξανδρείας.

Δέχεται καὶ ταῦτα διὰ τῶν πενήτων ὁ Θεός· ἂν μόνον τοῦ λοιποῦ φυλαξώμεθα μὴ ἁμαρτάνειν. Καλὸν γὰρ κἂν διὰ τῶν τῆς πλεονεξίας χρημάτων φίλους κτᾶσθαι τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ πενομένους, πλουσίους δὲ κατὰ Θεόν· ἵνα ὅταν ἐκλίπωμεν, μηδὲν ἔχοντες ζωτικὸν δικαίωμα, δι' ὧν αὐτοὺς εὖ ἐποιήσαμεν, εἰς τὰς ἑαυτῶν ἡμᾶς σκηνὰς οἱ ἠλεημένοι ὑποδέξωνται· Εἰ δὲ μηδὲ ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἤτοι τῆς πλεονεξίας, εὖ ποιεῖν θελήσαιμεν, πῶς ἂν πιστευθείημεν ὅτι εἰ προσῆσαν ἡμῖν ἐξ οἰκείων κόπων χρήματα, τούτοις ἂν τοὺς ἐνδεεῖς ἠλεήσαμεν; Εἰ γὰρ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων καὶ ἃ χωρὶς κόπων πλεονεκτικῶς ἐκτησάμεθα, οὐ μετεδώκαμεν, ἃ καὶ οἰκεῖα δοκεῖ εἶναι, καὶ πόνων ἰδίων καρπὸς, πῶς ἄν τινι τούτων μεταδοῦναι πιστευθείημεν.

Mai, *Bibl. Nova Patrum*, III, 104.

Eulogii patriarchæ Alexandrini.

Remittuntur iniquitates in baptismo, tegentur in pœnitentia. Dictio autem, *non imputaverit Dominus* enucleat vocabulum *tegere;* nam recta pœnitentia peccata tegit, ut jam apud Deum non reputentur.

Εὐλογίου πάπα Ἀλεξανδρείας.

Τὸ μὲν *ἀφείθησαν*, ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, τὸ δὲ *ἐπεκαλύφθησαν* ἐπὶ τῆς μετανοίας τάττεται. Τὸ δὲ, *ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος*, ἐξήγησίς ἐστι τοῦ *ἐπικαλυφθῆναι*· ἡ γὰρ ὀρθὴ μετάνοια ἐπικαλύπτει τὰς ἁμαρτίας, ὥστε μὴ παρὰ τῷ Θεῷ λογίζεσθαι ταύτας.

De Operibus sancti Eulogii deperditis lege quæ Photius habet in Bibliotheca, *codd.* CCXXV, CCXXVI, CCXXX, CCLXXX, *hujus* Patrologiæ *tom.* CIII.

Digitized by Google

ANNO DOMINI DXCVI.

S. SYMEON JUNIOR.

DE S. SYMEONE STYLITA

IN MONTE MIRABILI PROPE ANTIOCHIAM SYRIÆ,

COMMENTARIUS PRÆVIUS CONR. JANNINGHI, SOCIETATIS JESU.

(Bolland. *Act. Sanct.* t. V Maii, p. 298.)

§ 1. *Trium ejusdem nominis Stylitarum diversitas, cognomina, et cultus.*

1. Græcorum Triodion, cujus in eorum ecclesiis usus est a Dominica Septuagesimæ usque ad octavam Pentecostes, in Canone Feriæ VI ante Dominicam Quinquagesimæ, quando fit *Memoria omnium sanctorum et Deiferorum Patrum, qui in monastica exercitatione singulariter eluxerunt*, Μνήμη τῶν ὁσίων καὶ Θεοφόρων Πατέρων, τῶν ἐν ἀσκήσει λαμψάντων, eorum celebriores sigillatim et ordine alphabetico laudandos proponit, per Canonem bene longum. In hujus autem canonis ode 6, strophe 3 (cujus et Baronius meminit ad an. 842, num. 27), Symeones quatuor sic commemorantur: Οὐρανὸς τετραφόστερος ἐφάνη ἐν γῇ, ἡ διὰ δὶς δύο αὖτη Συμεώνειος ὁμωνυμία, ἐν τοῖς στύλοις τρεῖς εἰσι, καὶ εἷς ὁ Σαλός. *Hæc bis duorum Symeonum homonymia, apparuit in terra velut cœlum quatuor luminaribus distinctum, quorum tres in columnis vixerunt, unus appellatur Salus.* Colitur ultimus die 1 Julii. Stylitarum duo notissimi sunt, etiam apud Moschos et quotquot alii Græcis ritibus utuntur; *senior*, 5 Januarii apud Latinos, apud Græcos 1 Septembris; *junior*, Latinis Fastis ignotus usque ad renovationem Martyrologii a Baronio factam, festivitatem habet celeberrimam Orientè toto die 24 Maii, nescio ex quo capite relatus ab eodem Baronio ad 3 Septembris, rato hunc illum esse quem ipsis Kalendis Græci celebrant. Tertius Stylitarum, cum titulis *Presbyteri et Archimandritæ*, solo hactenus nomine ferme notus nobis est: nec enim satis constat ipsum esse, qui in Cilicia vixit, et fulmine tactus obiit, Joanni Moscho in *Prato spirituali* laudatus: ad diem 27 Julii memoriam ejus Græci recolunt.

2. Eadem trium saltem Symeonum distinctio adeo per Orientem nota fuit, ut etiam ad Coptitas seu Christianos Ægyptios pertinuerit: quod apparuit ex eorum Kalendariis, in lucem editis a Jacobo Seldeno, lib. III de Synedriis Hebræorum c. 15, quorum unum laudat inveniendum apud se ad calcem Evangeliorum, Arabice in Ægypto perpulchre scriptorum, an. martyrum MII, id est Christi 1286; sic autem ibi referuntur: 4 mensis Vhot seu 1 Septembris *Symeonis Detenti*, cujus cognominis ratio haud facile apparet; 29 mensis Bachnes seu 24 Maii, *sancti Symeonis Magni*; 3 mensis Musre, id est 27 Julii, *Symeonis Stylitæ*. Itidem iisdem diebus recensentur etiam in Kalendario Syriaco, quod Patribus nostris Henschenio et Papebrochio, Romæ in collegio Maronitico, Latine dictavit D. Josephus, collegii ejusdem alumnus, hoc modo: *Obitus sancti Symeonis primi Stylitarum, sancti Symeonis..... sancti Symeonis Stylitæ.* Atque eodem fere modo, punctis etiam ad secundum notatis, loco vocis alicujus deficientis usuque extritæ, reperiuntur illi apud Seldenum, itidem ubi supra, in alio Kalendario quod composuit Mahumed Achmed Calcasendius *de festis Coptitarum*, ubi nomina sic leguntur: 1 septembris *Symeonis Stylitæ*, 22 pro 24 Maii *Festum Symeonis*, 27 Julii *Festum Symeonis Stylitæ*: quin etiam ad 14 Septembris additur, aliis omnibus ignotum, *festum Symeonis Stylitæ*; et Seldenus sua manu ascripsit, *alterius seu Junioris*; quam recte, ipse viderit. In Martyrologio Arabo-Ægyptio, quod iisdem Patribus interpretatus est Gratia Simonius, tunc ejusdem collegii alumnus nunc archiepiscopus Tripolitanus in Syria, solum invenitur *Memoria sancti Patris Symeonis Miraculosi*, ascripta 24 Maii.

Leo Allatius, in Diatriba de Symeonum scriptis optime de Symeonibus meritus, de *Juniore* agens, *Græci*, inquit, *recentiores, ut primum ab hoc secundo distinguant, primum Symeonem* τὸν ἐν τῇ μάνδρᾳ, *secundum hunc* τὸν ἐν θαυμαστῷ ὄρει *appellant*: utique a loco in quo singuli extremum vitæ diem obierunt, in sua quisque columna; primus longius ab Antiochia, inter hanc et Aleppum, uti testis est qui nuper adhuc columnam vidit Frater Antonius Gonzales Minorita: secundus haud longe

Digitized by Google

a suburbio Daphnes, in monte quem pluribus describemus infra. De primo abunde Bollandus noster egit in Januario, et cognominis prædicti rationem ex auctore haud paulo antiquiori Evagrio intelligendam dedit, allegatis ejus verbis, annos vitæ sic distribuentibus, ut dicatis egisse ἐν αὐτῇ καλουμένῃ Μάνδρᾳ ἕπτα καὶ τεσσαράκοντα ἔτη, *in ea quæ vocatur Mandra annos quadraginta septem*, videlicet ultimos vitæ suæ, idque supra varias successive columnas, intra eamdem Mandram erectas, prout ex Vita ab Antonio discipulo scripta intelligitur. Est autem *Mandra* in primo atque originario suo significato, locus maceria lapidea circumseptus, qualem sibi in Syriæ campis facere solebant pastores, intraque eam pecudes suas noctu colligere, ubi a lupis ac furibus tutæ essent. Talis, nec alia, fuit Mandra, quæ primo *Symeoni* nomen dedit ; quippe qui præter unum sibi ministrantem Antonium nullos sciatur habuisse discipulos ; et eo tantum fine loco quem columna sua occupabat circumduxit maceriam, ne promiscuus ad se accessus daretur etiam mulieribus : huic vero adjuncta erat mandra altera, intra quam sese peregrini hospitesque reciperent, donec ad sanctum admitterentur.

4. Cæterum quia paulatim usus obtinuit, ut monachorum cœnobia *Mandræ*, et harum præfecti dicerentur *Archimandritæ;* hinc factum ut Senior *Symeon*, qui jam passim cognominabatur *Symeon in Mandra*, in excusis Græcorum Ritualibus vocetur *Archimandrita*, præter totius historiæ fidem. Minus longe aberravit, erravit tamen auctor Synaxarii Claromontani, elogium ejus sic finiens : Ἐκ γοῦν τοῦ οἰκῆσαι τῇ λαύρᾳ τῇ ἐπονομαζομένῃ Μάνδρᾳ, λέγεται Συμεὼν ὁ τῆς Μάνδρας· ἐκ δὲ τοῦ εἰς διαφόρους στύλους ἀναχθῆναι, καλεῖται Συμεὼν Στυλίτης. *Ex eo quod habitabat in monasterio quod vocabatur Mandra, dicitur Symeo in Mandra : ex eo vero quod diversos Stylos*, id est columnas, *ascendit, nominatur Symeon Stylites*. Licet enim, teste Evagrio, *in monasterio, in quo primum divinas vivendi præceptiones didicit, annos vixit novem*, non tamen hoc monasterium proprio nomine vocabatur *Mandra*, sed *Timothei ;* neque congruum fuit, ut a loco quem pene puer habitaverat, nomen sortiretur post mortem. Fieri tamen potuit ut non solum super illas, quas ille successive dimiserat columnas ascenderent alii diu postea ; sed etiam, quamvis corpus esset Antiochiæ, plures tamen alii ibidem collecti, partim Stylitæ, partim Cœnobitæ, effecerint amplam ac famosam Mandram : ad quam quia undique accurrebatur a peregrinis, celebrem ibi *Symeonis* columnam visere cupientibus, apud recentiores invaluerit, ut cujus columna stabat in Mandra, ipsum quoque *in Mandra* cognominarent. Hæc, minus ibi explicata a Bollando, placuit hic deducere.

5. Secundus *Symeon* vere ac proprie vocari potuit *Archimandrita :* non enim solum columna ejus intra *mandram* conclusa fuit, uti **Senioris**, prout dicitur in Vita matris, apparuisse illa *e subdiali parte mandræ, in qua columna erat ;* sed eadem mandra intelligitur habuisse partes non subdiales, verum tectas per modum claustri monachalis circumcurrentibus monachorum cellis, quæ in impluvium atque in columnam prospectum habebant, quemadmodum etiam hodie videri, memini me audivisse ex iis qui Hierosolymis reversi, etiam Antiochæ dicebant se fuisse. Et hoc est *monasterium*, de quo in Vita sancti n. 168, ubi etiam fit mentio *inferioris* monasterii ad pedem credo montis positi, pro recipiendis hospitibus et aliis advenis, sicuti videre est in Italia monasterium positum ad pedem montis atque eremi Camaldulensis. Utrobique autem magnum discipulorum numerum habebat sanctus : quibus et vivendi normam præscripserat, cujus observationem moriturus commendavit. Fuit ergo vere *Archimandrita* hic *Symeon*. Nihil tamen opus erat ejusmodi eum titulo appellare, qui jam habebat ab omni memoria notionem nomenclaturam τοῦ ἐν τῷ θαυμαστῷ ὄρει, unde composito nomine *Thaumastoristam* appellat Allatius. Hujus cultui vetus Menologium Cryptæ Ferratæ, jussu Basilii imperatoris collectum, ex eoque acceptum nuper impressumque Basiliani ritus Horologium ascribit 23 Maii per unius diei anticipationem, satis frequenter in illo Menologio observatam a nobis, incertis an eam oporteat collectori, an solum scriptori imputare. Cætera omnia tam manuscripta quam typis excusa Menæa ac Synaxaria inhærent diei ab auctore Vitæ notato, qui est hic 24 Maii, quando etiam Menæa, quod alias rarum, ita tantum officium de hoc sancto peragunt, ut alterius alicujus nec commemorationem quidem adjungant.

6. Auctor officii atque canonis videtur fuisse sanctus Germanus, patriarcha Constantinopolitanus : hujus siquidem nomini ascribitur Troparium, post Similaria ad *Gloria*, quod est tale : Εἰς ὄρος ὑψηλὸν συμβολικῶς τὸ θαυμαστὸν ἀνελθών, καὶ τὴν σεπτὴν κιβωτὸν ὡς ἄδυτον εἰσελθών, πρᾶξιν ἀρίστην καὶ ἐπίβασιν θεωριῶν ἐπεδείξω, τῇ μὲν βίον λαμπρύνας, δεσμοῖς σιδηροῖς ὡς ὁρμίσκοις χρυσοῖς κοσμούμενος· τῇδε θεὸν ὁρῶν τε καὶ ὁρώμενος, καὶ μόνος μόνῳ προσλαλῶν· ὃν ἱκέτευε, σεβάσμιε Συμεών, ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Videtur respexisse auctor ad Noeticam arcam, in summis Armeniæ montibus quiescentem, sicut legimus Geneseos VIII. Verba ipsa Latine sic reddo : *In montem excelsum, symbolice mirabilem ascendens, et venerandam arcam velut adytum sacrum ingressus, optimam operationem et contemplationum divinarum sublimem gradum ostendisti te assecutum : hinc quidem ferreis vinculis, tanquam aureis monilibus, corpus exornans; inde vero Deum conspiciens ab eoque conspectus, dum solus soli loquereris; quem pro nostris animabus depreceris, quæsumus, Symeon venerande.* Elogio præfigitur distichon hujusmodi :

Digitized by Google

Θαυμαστὸν ὤχει πρὶν Συμεὼν γῆς ὄρος,
Πολὺ δὲ παυθαύμαστον οἰκεῖ νῦν ὄρος.

Quo indicatur, quod *qui in terra montem mirabilem habitabat, nunc cœli montem maxime mirabilem habitet:* et in hunc sensum etiam Ephemeris metrica:

Εἰκάδι ἡδὲ τετάρτῃ ὄρος Συμεὼν ἥμειψε·
Vicena quarta montem Symeon mutavit.

Evangellum denique præscribitur argumento aptum ex verbis Matthæi v: *Vos estis lux mundi: non potest civitas abscondi super montem posita*, etc.

7. Idem secundus seu *Junior Symeon*, etiam *presbyter* fuit, uti scitur ex Vitæ c. 19: nullus tamen hinc mihi scrupulus nascitur circa tertium, qui non solum æque ac ille *presbyter* fuerit, specialiter autem dictus sit *Archimandrita*. Nam licet alius quoque talis fuerit, communiter tamen appellabatur aliter. Quod autem nihil impediverit simul et *Stylitam* esse et *Archimandritam*, patet ex Vita secundi: quem etiam ex eadem intelligimus in sua columna non ita perstitisse, quin sæpe ab eadem descenderet, non solum ad discipulos intra mandram, sed etiam ad inferius monasterium visitandum. Et forte statio illa in columna, certis interrumpebatur conversationis communis intervallis. Id vero etiam necessarium fuit ei qui presbyter erat, ut posset divina celebrare mysteria, quemadmodum hunc de quo agimus sanctum Symeonem fecisse in anniversario suæ matris, legitur in hujus sanctæ Vita n. 71. Porro tertii illius Stylitæ Symeonis Vita optari facilius potest quam sperari. Nam quod ad Ephemerides Græco-moscas noster Pater Papebrochius die 21 Julii, postquam egit de sancto Symeone Salo, indicat se reperisse Vitam cujusdam *sancti Symeonis Junioris, Hegumeni sancti Mamantis in Xeracerco* (rectius *Xerocerco*), de quo dubitabat an posset inter sanctos referri, et quidem ad prænemoratum 26 Julii; id hic a me voluit suo nomine retractatum, postquam legit quæ de ejus non sana fide accuratissime congerit Leo Allatius p. 137. Demonstrat enim hic, ex illius potissimum scriptis propagatam inter monachos Græcos fuisse Omphalopsychorum de Lumine Taboræo hæresim; quam postea Gregorius Palamas aliique sequaces, dissimulato magistri nomine, pertinacissime propugnarunt lateque disseminarunt; et cui ut major conciliaretur auctoritas, conscripta illa Vita est, conflctaque eidem subjuncta miracula. Cum autem Palamas circum medium sæculi XIV floruerit, credibile non fit de tam recenti agere Menæa. Quod si ad manum Vita ipsa nunc esset, levi tunc oculo et solo titulo tenus olim inspecta, fortassis hunc qualemcunque et cujuscunque fidei Symeonem alio prorsus die mortuum ostenderet, et in columna unquam vixisse probaret. Restat igitur ut hic retractata, ibi deleantur. Edita porro fuit Allatii de Simeonum scriptis Diatriba annis quatuor postquam de illa Vita Patres nostri Parisiis contulerant cum Combefisio: unde non mirum si hic ipsis nihil certi tum responderit de orthodoxa Hegumeni Xerocercensis fide, et opusculorum una cum Vita descriptorum doctrina.

§ II. — *De Monte Mirabili, in quo sanctus Symeon Junior vixit.*

8. Sanctum Symeonem, de quo agimus, Juniorem Stylitam, in lucem primo editum, Antiochia, Syriæ notissima urbs, excepit, moxque in vicinum montem transtulit. Inde is se contulit in *Montem Mirabilem*, qui præcipua viri sancti palæstra ita dictus fuit, non (ut suspicatur quidam) ante hujus in illum adventum, unde cum hoc communicatum nomen fuisset; sed ex hujus ipsius inauditis atque admirandis plane operibus; uti mox indicat Prologus Vitæ quam damus: imo ex Dei ipsius nutu, quemadmodum n. 79 expresse narratur. Cum igitur in illius decursu frequens memoria fiat non tantum Montis illius Mirabilis, sed Antiochiæ quoque et Daphnes, haud otiosum fuerit, totam horum locorum descriptionem, elegantem sane atque accuratam, ex Joanne Phocæ, qui an. 1185 istic peregrinatus visa enarrat referre; ut ad manum habeat lector, veluti delineatum, loci in quo versamur totius situm. Sic ait ille n. 11:

Exstabat tum, cum erat, ad Orontem Antiochi Theopolis, theatrorum magnitudine, stoarum splendoribus, templorum structuris, copia item civium et divitiarum magnificentia superba ac tumens, lateque cæteras fere orientales urbes exsuperabat. Sed tempus ac vis barbara beatitatem illius exhausit: licet conspicua adhuc sit, et turrium altitudine et propugnaculorum validitate, et pratorum ac florum omnigena fecunditate, et in plures sese dividentium aquarum sibilis; cum placide fluvius circumfluat urbem et cingat, et molli tactu ejus turres circumplectatur. Insuper e Castalii fontis fluentis egregie irrigatur; cujus aquæ torrentium instar pelluntur, et frequentibus sulcorum rivis urbem universam perfundunt, eamque fluxibus aspergunt; operarum copia et conditoris magnificentia ex illis fontibus per montes ad ipsam civitatem laticibus corrigatis. Hic fama per orbem vulgatum Daphnes suburbium, proceris omne genus arboribus exornatum; et mons est maxime nobilis, quem admirandus Symeon in habitationem adaptavit.

10. *Hisce finitimus est mons Maurus et Scopulus, in quibus antiquitus multi Deo addictissimi viri, eum requirentes invenerunt, et ad hæc tempora perdurant, et laudatorum montium pulchritudine pellecti, silvas inhabitant. Castalius fons inter duos colles exsiliens, ex ejus, qui in mare procurrit, ima parte, eximia quædam aquarum irrigua evomit; in quo prægrandis assurgit porticus, cursum fontis concamerans. Hinc aquæ affluenter prosilientes, in duos rivos dividuntur. Earum una pars per altissimos ductus, veluti sulcos derivata, æque ac acrius fluvius, ex parte*

Digitized by Google

dextera superiorique in urbem influit ; altera sinistris fonti locis campestribus exundans, in paludibus superstagnat, universaque Daphnes prata irrorat, demum lævis Orontis fluentis immiscetur. Mons vero admirandus, inter urbem et mare elatus, res egregia ac spectabilis et advenientium oculis delicium, conspicitur : namque urbi Rhosoque conterminus, utraque ex parte montibus Scopulo Caucasoque constringitur. Orontes fluvius innumeris inflexionum vorticibus ad pedes montis profluit, et in mare aquas immittit.

11. *In montis hujusce vertice magnus ille vir, tranquille vitam agens et in corde ascensiones disponens, corpore sublimis extollitur, et cum ipso corpore æthereus fieri, interque Deum et homines medius esse, contendit. At qua ratione Deo dedito viro ista res admiratione digna evenerit, ipse dicam. Lapicidarum opera summitate Montis Admirandi alte excavata, monasterium ex uno ejusdemque naturæ lapide exstruxit, in cujus medio nativam columnam excidendam curavit, in eaque vestigia posuit, firmans, uti sacra sonant Eloquia, super petram pedes suos*[1]. *Versus solem vero exorientem, templum Deo pulcherrimum excitavit, in quod convocabat discipulos : atque ita sub dio ipse commorans, illi tota nocte in templo stantes, ut decebat sanctos, debitum Deo cultum offerebant.*

12. Hactenus perpulchre Joannes Phocæ. In quibus tamen sub finem paucula quædam, ex versione Allatii, quam et nos loco assignato integram dedimus, subobscura, hic cum Græco textu collata, clariora feci. Quid enim sibi vult istud : *In columna gradus appinxit*, ubi Græce est ἐν κίονι τὰς βάσεις ἔθετο? Rectius et argumento præsenti accommodatius interpretaberis : *In columna vestigia seu pedes posuit.* Innuere quippe vult scriptor, Symeonem ascendisse columnam, *in eaque stantem* sub dio laudasse Deum.

13. Sic igitur situm montis concipe. Non admodum procul ab Antiochia, ad Orontem fluvium condita, septentrionem versus urbs Rhosus mari adjacet : inter utramque terra, longiuscule in mare versus occidentem procurrens, in extremo Seleuciam continent, 130 stadia Antiochia dissitam adeo ut formam trigonam ternæ istæ civitates quodammodo repræsentent, pari ferme inter se spatio distantes. Hinc mons, qui Antiochiam Rhosumque dicitur committere, Seleuciam includit segregatque ab reliqua continente. Atque ita recte ponitur inter urbem Antiochenam atque mare elatus : quod ipsum etiam ex Vita n. 77 stabiliri potest. Habet porro mons iste oppositos duos alios ; quorum alter qui, *Scopulus* dicitur, Seleucia Rhosum tendenti media occurrit via, mari imminens ; et ab hac urbe, credo, *Scopolus Rhosicus* appellatur ; alterum, cui *Caucasus* nomen obtigit, in adversa esse parte *Montis Mirabilis*, videlicet orientali, ex narratione constare videtur. Quod si qui alii colles montesve ignobiliores, quemadmodum fieri assolet atque in Vita etiam proditur, circumfuerint : hic eminuisse inter omnes dicendus est, cum nominati *Scopulus* et *Caucasus* veluti pro appendicibus adjiciantur, nec ullum aliorum nomen excepto Mauro, aut hic, aut in Vita, forte, nec alibi memoriæ proditum inveniatur.

14. Et sane, quem eminus *advenientium oculis delicium* appellat auctor, non injucundus fuerit locus necesse est, quamvis in Vita, n. 92, *desertus incultusque, non ab aqua, tecto, aliave re ad vitam necessaria instructus dicatur.* Commendationem quippe meruisse potest ipsa sterilitate atque asperitate sua, quibus oculos, virentibus circum ridentibusque pratis assuetos, jucundius afficiebat. Potuit etiam laudari, quod injucundissimus inde prospectus esset. Sive enim (quod sanctis deliciarum omnium deliciosissimum est) erectos in cœlum vultus placet tollere, hic spatiosius lucidiusque conspicitur, nullis terræ fumigantis inamœnis vaporibus interceptum : sive terrena contemplari delectat, inde ac cœlestium meditationem securius ascensurum ; ubi, quæso, terrarum voluptatum amplior sanctarumque cogitationum fertilior campus ? Urbes imprimis subjectæ Antiochia ac Seleucia, memorabiles maxime ac speciosæ, quid non repræsentant ? Hinc Scopulus, asperitate sua amœnus ; inde celebrata omnium scriptis, ut merita, Daphne, quantum recreant ! Prope, sub ipso monte, ludit variis meandris atque anfractibus Orontes : procul patet spatiosissimum atque oculis interminabile pelagus ; patet item diversa terræ, hinc in colles elatæ, inde in valles depressæ, alibi arentis, alibi consitæ facies. Ecquid igitur deest, ut *delicium* dicatur mons iste ?

§ III. *De ætate sancti Symeonis Junioris.*

15. Duo hactenus perquam obscura, quæ ad distinctionem Symeonum Stylitarum, quæque ad Montem Mirabilem, solo fere nomine diu cognitum, attinent, prosecutis ; haud paulo gravior difficultas incumbit definiendi certum, si possit, tempus, quo Junior Symeon natus mortuusque fuerit. Neminem reperire licuit auctorem, qui determinatius aliquid affirmaret, quam fuisse Symeonem *temporibus Justini Senioris*. Imo neque Vita, quam subjicimus, diem annumve ortus aut obitus illius determinatum ponit ; suggerit tamen quædam hinc inde, ex quibus definiri certiora possint. Mox enim n. 10 habetur, Symeonem quinquennem fuisse, cum gravis terræ motus Antiochiam labefactavit, quo eversa illius quoque domus inter alias est, et pater ruinis involutus interiit. Definitum hic foret, si felicior Antiochia, minus frequentibus quassata motibus fuisset. Duorum meminerunt auctores Evagrius atque Theophanes, qui sub idem fere tempus, interjecto mensium triginta non amplius spatio, invaluerunt.

16. Priorem sic describit Evagrius l. IV, cap. 5 : *Iisdem Justini temporibus crebra graviaque incendia Antiochiæ contigerunt, quæ veluti duces fuerunt terrificorum terræ motuum, ibidem postea consecuto-*

[1] Psal. XXXIX, 3.

Digitized by Google

rum, præluseruntque calamitatibus venturis. Nam brevi post tempore, anno septimo imperii Justini et mense decimo ; mense Artemisio seu Maio ; die ejus nona ac vicesima, ipso meridie feriæ sextæ, ut vocatur, hebdomadis ; succussio ac motus terræ, invadentes urbem, pene totam funditus subverterunt. Post hæc successit ignis quoque, et calamitatem quasi cum illis partitus est. Quibus enim locis quassatio motusque pepercerant, illa ignis circum depascens in cineres favillasque redegit. Quæ porro urbis partes ruerint, quot homines flammis motibusque, uti similius vero est, interierint, quæ etiam mirabilia dicendique facultate omni majora contigerint, lugubri prosecutus est oratione Joannes rhetor, Historiam suam hic concludens. Euphrasius vero etiam ruinis interceptus, vitam finivit : ac morte sua publicam calamitatem auxit, nemine jam, qui profutura suggereret, superante. Addit Theophanes : *Omnes quoque ædes et ecclesiæ conciderunt, et urbis decor omnis deletus est : sed neque talis calamitas aliis sæculis quavis in urbe contigit. Pientissimus autem imperator Justinus, re cognita, ingenti dolore animi percussus, sublato capitis sui ornatu purpuraque deposita, plures dies saccum indutus luxit ; adeo ut festa quoque luce procedens in templum, coronam aut chlamydem gestare renuerit : verum sic simplici habitu cum solo mandya purpureo processerit, ac coram toto senatu ingemuerit, cæterique omnes lugubria induti una cum ipso luxerunt.* Hæc illi de priori Antiocheno terræ motu.

17. Verum priusquam ad alterum progrediamur, monitum lectorem velim, nos illum Evagrii locum, *anno septimo, mense decimo imperii Justini* (qui errare fecit Baronium, errorisque arguitur a Valesio in Adnotationibus hic), interjecta conjunctione *et*, sic corrigere, *anno septimo et mense decimo imperii Justini*, ut nempe statuatur hic motus, uti debet, accidisse octavo imperii anno ad finem vergente, qui refert annum vulgaris æræ 526, quando littera Dominicalis *D* faciebat diem 29 Maii cum Feria 6 hebdomadis convenire. Ita vero etiam ab Evagrio scriptum fuisse suadet expressissima mentio temporis, inter utrumque terræ motum elapsi, quod ait triginta mensium fuisse; quod tempus si adjicias ad diem 29 mensis Maii, dicti æræ vulgaris anni 526, exsurget annus ejusdem æræ 528, mensis November, dies 29, quo præcise posteriorem terræ motum sæviisse ex Theophane aliisque manifeste constat. Neque credibile est auctorem qui tam accurate minutissima quæque observavit, ut etiam horam et punctum temporis, quo motus cœpit, expresserit; aberravisse anno integro, præsertim cum vix potuerit ipsum secundi motus distinctum tempus præterire, a Theophane longe posteriore determinatum. Adde, si quid etiam hoc momenti habet, ipsa auctoris verba, in eadem fere periodo diversa loquendi forma utentis, ubi tamen eadem volunt significari. Sic ait : Ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς Ἰουστίνου βασι-

A λείας, μηνὶ δεκάτῳ · ἀνὰ τὸν Ἀρτεμίσιον μῆνα ἤτοι Μάϊον, ἐννάτῃ δὲ εἰκοστῇ αὐτοῦ ἡμέρᾳ. *Anno septimo imperii Justini, mense decimo : mense Artemisio seu Maio, die ejus nona et vicesima.* Cur si *mensem decimum anni septimi* vult intelligi, quemadmodum *diem vicesimum nonum* intelligit *mensis Artemisii seu Maii*; cur, inquam, utrobique non loquitur pariformiter? Secundo loco diem mensis indicat expresse per relativum αὐτοῦ, *ejus*, non item primo mensem anni ; nulla hic mentio relationis. Voluit igitur non anni septimi, sed supra illum, mensem decimum significare; quod ut liquidius foret nec in errorem quempiam deinceps induceret, particulam καί, *et*, quanquam vix necessariam, constante etiam sine illa sensu quem indicavimus, ad-

B jicere visum est.

18. Sed redeamus, unde digressi sumus. Posterioris motus calamitatem sic enarrat Theophanes anno 2 Justiniani, qui 528 est æræ communis : *Eodem anno mensis Novembris die nona supra vicesimam, hora diei tertia, feria quarta, indictione septima, biennio post superiorem cladem, Antiochia, civitas magna, plagæ cœlitus illatæ damnum iterum passa est. Ingens quippe terræ motus per horam unam factus, atque horrendus omnino mugitus e cœlo auditus est : omnia quoque ædificia et muri solo æquata sunt ; quæque substiterant in priori terræ motu veteres substructiones, eæ nunc funditus eversæ : denique quidquid tam imperatorum liberalitate,*

C *quam privatis civium sumptibus urbi conciliatum fuerat decoris atque ornatus, id tum omne dejectum in terram. His perceptis vicinæ civitates in luctum et publicas supplicationes effusæ sunt. Ea clade hominum quatuor millia, octingenti et septuaginta periere.* Hæc Theophanes, nihil aliud memorante Evagrio, quam *elapsis triginta mensibus, aliis rursum motibus urbem labefactatam esse.* Procopius nullam omnino hujus secundi motus facit mentionem : de priore hæc solummodo refert lib. II, cap. 14, de bello Persico : *Cum Justinus Romanis imperaret, tota maximo terræ motu conquassata urbe, plurima præclarissimaque ædificia subito corruerunt : et fama obtinet interiisse tunc temporis Antiochenorum trecenta millia.*

D 19. Posito jam utriusque terræ motus determinato tempore, alterius anno Justini octavo exeunte, vulgaris æræ 526, vicesima nona die Maii ; alterius anno Justiniani secundo, æræ vulgaris 528, vicesima nona die Novembris; indagandum restat, utri potissimum conveniat motus ille, qui, *Symeone* nostro jam quinque annos nato, Antiochiam concussit. Sic ego statuo. Cum unius tantum motus circiter illud tempus meminerit Vitæ auctor, illius meminisse, qui maxime luctuosus, qui variis eventibus memorabilior, qui fama latius dicta pluribus notus fuit. Talia enim memorari scriptoribus imprimis solent, præsertim cum certo tempore aliquid evenisse, expressum cupiunt ; prætermittentibus obscuriora minusque cognita, ne quid igno-

Digitized by Google

tum per aliud æque ignotum aut non multo notius, confudisse potius, quam illustrasse velint. Quidni igitur ad priorem terræ motum quinquennem Symeonis ætatem referamus? Certe, si Theophani credimus, *nunquam talis calamitas aliis sæculis quavis in urbe contigit*. Quid tristius aut memorabilius, quam subversa in urbe trecenta hominum millia occidisse, publicam calamitatem venerandum antistitem sua morte auxisse, augustissimum imperatorem inusitato hauditoque modo luxisse? Nihil istius modi in secundo motu accidisse legitur: imo hujus memoria apud auctores, qui propius ad illa tempora accedunt, vix ulla, ut vidimus, exstat, solo Theophane lugubrius rem describente.

20. Ex eodem tamen auctore illud etiam notasse juverit, quod de priore motu agens, *per annum unum*; de secundo, per *unam* solummodo *horam*, dicat tenuisse. Quod si minus solide, non suffragantibus aliis auctoribus, probari possit; obtinebit certe, priorem longiori spatio durasse, posteriorem breviori. Motus autem, de quo in Vita agitur, horæ unius intervallo absolvi non potuit, cum *Symeon* in templo Proto-Martyris orationi vacarit primo, postea labentibus passim ædibus inde se proripuerit, tandem egressus urbe circum erraverit, reversurus utique si motus cessasset; sed eo perseverante, denique inventus fuerit a nota muliere abductusque in montem, urbi admodum vicinum, ac ibidem dies septem perstiterit. At, puto, si prius finis motuum fuisset, illum aut per se repetiturum paternam domum, aut per mulierem matri, desiderium filii hoc præsertim statu rerum ægerrime ferenti, restituendum fuisse. Sit itaque hic annus *Symeonis* quintus, æræ vulgari quinquagesimus vicesimus sextus: et manifestum erit nativitatem ejus in annum 521, mortem vero, cum anno ætatis 75 obierit, in 596 incidisse.

21. Vixit igitur sub quinque continuis imperatoribus, Justino vetere, Justiniano, Justino Juniore, Tiberio II, et denique sub Mauritio; primi anno 4 natus, posterioris decimo quinto denatus, quarta et vicesima die mensis Maii. Horum autem terminorum intervallum annos 75 complectitur, quos ita *Symeonem* implevisse ex Vita constat. Annos quinque exegit in paterna domo usque ad terræ motum; hinc unus elapsus fuerit in monte ac primis vitæ monasticæ rudimentis, priusquam in columnam admitteretur. In hac humiliori, et potius basi quam columna, sub oculis Joannis anni 6, in secunda, pedes 40 eminente, 8 transacti. Sicque 20 erat annorum, ut meminit expresse Vita num. 72, cum inde migravit in Montem Mirabilem: ubi reliquum vitæ tempus confecit, annis 10 in petra sub dio, 45 usque ad obitum in columna perstans. Consentiunt his Menæa, et Synaxaria, unum si locum excipias, ubi stanti in columna 40 pedum annos 18 pro 8 tribuunt, facili, ut vides, errore: cui consequenter inhærentes universum vitæ tempus ad an. 85 faciunt excrescere: quod alii post alios deinceps transcripserunt.

§ IV. *De scriptis sancti Symeonis Junioris.*

Leo Allatius, de Symeonibus optime meritus, in *Diatriba de eorum scriptis*, hujus quoque nostri quædam recenset: quorum cum nulla mentio in Vita habeatur uspiam, juverit hic illa ex dicto auctore, non omnibus obvio, adnumerare, tanquam egregia viri et auctoritatis apud principes, et zeli pro Ecclesia, et pietatis erga Cœlites monumenta. Primum igitur scripsisse de imaginibus, constat ex Joanne Damasceno, qui orat. 3 de imaginibus partem inde recitat, cum hoc indicio auctoris, *Magni Symeonis, admirandi montis, de Imaginibus*. Secundo stylum contra hæreticos acuisse, eruitur e *Bibliotheca* Photii Cod. 231, ubi sanctus Sophronius patriarcha Hierosolymitanus in epistola Synodica, Honorio Romano Papæ (non *imperatori*, ut perperam interpres ponit, utpote annis ante ducentis et amplius vita functo), missa, colligens Patrum testimonia, ad comprobandum duplicem in Christo operationem, hujus quoque nostri Symeonis, ut videtur, meminit cum laude. Sic scribit loco assignato Photius: *Etiam Symonius, monachus et presbyter. Testimonium vero, quod sanctum agnoscit* Symeonem auctorem, *ex epistola ejus, ad Justinianum imperatorem data, quæ etiam contra Nestorianos et Eutychianos digladiatur, depromptum est. Ipse vero Justinianus, pius imperator, in iis quæ ad Zoilum patriarcham Alexandrinum scripsit, hanc epistolam thesaurum nominavit.*

23. Tertio recitatur ejusdem epistola quinta, ad Justinum Juniorem aut potius Justinianum imperatorem, in Synodo generali VII, agens contra insolentiam Samaritarum; quam § seq. descriptam dabimus. Quamvis autem istic dicatur Justino Juniori inscripta, inclinat tamen animus non parum ei, ut putem, ad Justinianum potius, Justini illius decessorem, datam esse: tum quod sub Justiniano Samaritarum audacia plus solito invaluerit, vix cognita sub Justino aliunde, quam ex hac, de qua ambigimus, Symeonis epistola, velut a posteriori, ut loquuntur in Scholis: tum quod epistola Caroli Magni, ex Capitulari de non adorandis imaginibus l. IV, c. 5, ab Allatio in *Diatriba* hic producta; et alia Hadriani I papæ ad eumdem Carolum pro synodo Nicæna II in editione Conciliorum Labbæana dictæ synodo subjuncta (utraque non longo post tempore scripta) exprimant nomen *Justiniani*, non *Justini*: tum denique etiam vel maxime, quod statim in principio Epistolæ dicantur Samaritæ in *sanctum templum*, quod imperator struendum curaverat, per summum scelus atque impietatem sæviisse. Incertum manet ex epistola, uter curaverit; non manet ex conjectura probabili. Cum enim totis sex libris complexus sit Procopius substructiones atque ædificia omnis generis fere innumera, ubique terrarum a Justiniano

Digitized by Google

excitata, interque ea numeretur templum Deiparæ Virginis Porphyreone ; circa quam civitatem tempestas præcipue indicatur desæviisse, Justini vero paucula quædam monumenta ab auctoribus memorentur ; facile quivis dijudicabit, utri verosimilius ac certius hæc epistola inscripta fuerit.

24. Reliqua ejusdem scripta enumerat Allatius hoc modo : 4. *Ejusdem* Τροπάρια εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Δημήτριον ἐν τῷ Στίχῳ · *Troparia in sanctum magnum martyrem Demetrium in Sticho*, 26 *Octobris*. 5. *Ejusdem* Εὐχὴ πρὸς τὸν Υἱὸν, ἰδίᾳ πρὸς τοὺς παρενοχλοῦντας λογισμούς· Oratio ad *Filium, particulariter ad repellendas obturbantes cogitationes*. Principium est : Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Λόγε τοῦ Θεοῦ ἀθάνατε, ὁ τῶν μεγίστων τουτωνὶ φύσεων τεχνίτης καὶ κυβερνήτης. Erat ea in Palatina et penes Allatium. 6. *Ejusdem* Εὐχὴ, λεγομένη μετὰ δακρύων εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὅταν ἐπέρχονται οἱ λογισμοὶ πορνείας· *Oratio recitanda cum lacrymis ad Dominum nostrum Jesum Christum, cum insurgunt cogitationes fornicationis*. Est principium : Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Λόγε τοῦ Θεοῦ, Λόγε ἀθάνατε, ὁ μὴ καταισχύνων τοὺς ἐπὶ σοὶ πεποιθότας. In Vaticana, Cod. 798. 8. *Ejusdem*. Εὐχὴ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου εἰς πονηροὺς λογισμούς· *Oratio in sanctissimam Deiparam pro pravis cogitationibus*. Principium : Παναγία Θεοτόκε ἀποδίωξον τοὺς πονηροὺς καὶ ἀκαθάρτους λογισμούς. *Ibidem*. Præter hæc, ab Allatio indicata, exstat quoque Epistola ejus in Vita beatæ Marthæ matris. Habetur autem dicta Epistola n. 69, inscripta Staurophylaci sanctæ resurrectionis Hierosolymis, quem de salute anxium animat, ac partem sanctæ crucis rogat. Atque præter hæc omnia, alia quoque illum scripsisse non pauca, quæ temporum injuria periere, in comperto est ex epistola de qua mox, contra Samaritas, quæ *quinta* indigitatur, sic ut aliæ necessario præcesserint. Eodem faciunt Evagrius et Vita, quam damus : quorum ille l. VI, c. 23, dicit, ista n. 190 Justinum epistolam a sancto accepisse.

§ V. *Epistola sancti Symeonis ad Justinum Junio-rem contra Samaritas hæreticos.*

25. Fidem solvimus, qua se obstrinxit Bollandus ad 5 Januari in Vita jam sæpe memorati Symeonis Stylitæ Senioris, per Metaphrasten scripta, cap. 11, annot. d, cum latius hic de *Samaritis* seu *Samaritanis* agendum promittit. *Neapolis*, Hebræis *Sichen*, seu *Sichem* et *Sichima*, urbs est Palæstinæ in Samaria episcopalis, hodie fere exstincta et a paucis habitata : distat a Samaria urbe IX P. M. in Austrum. Imminet urbi mons altus, Garizim nomine, quem olim in veneratione habebant et precationis causa adibant Samaritani : quorum jam tum Christi temporibus sectam Baronius tom. I *Annal.* locis variis, præcipue in *Apparatu* describens, inter alia hæc profert ex Epiphanio : *Quinam vero fuerint Samaritæ, nemo in divinis versatus Scripturis ignorat. Hi sunt, qui cum divisi essent a Judæis, non templum, non sacrificia, vel cæremonias communes cum illis habebant : cumque quinque tantum Moysis libros retinerent, prophetas ac cætera divinæ Scripturæ volumina negligenter rejiciebant ; non credentes resurrectionem mortuorum ; negantes et Spiritum sanctum*. Plura si vis, quære apud ipsum Epiphanium in *Panario*.

26. Iidem aliis successive sæculis impietate ac sceleribus famosi, licentius agere cœperunt temporibus Zenonis. *Cum enim coiissent subito*, ut scribit Procopius l. v *de Ædif.* c. 7, *facto Neapoli impetu in Christianos, festum in ecclesia celebrantes, quod Pentecoste vocatur, multos conficiunt ; illorum episcopum Terebinthium sacræ mensæ astantem occupant, offerentemque ineffabile sacrificium gladiis feriunt, vulneribus concidunt, manuum truncant digitis ; mysteriaque injuriose tractantes, piacula perpetrant digna Samaritanis, nobis silentio premenda*. Renuntiante hæc Constantinopolim et ostendente in se admissa scelera Terebinthio, Samaritarum insolentia ab imperatore armis repressa est. Deinde iterum moliti varia sub Anastasio imperatore, iterum pœnas dederunt, etiam supremas. Denique sub Justiniano crudelissime omnium sævientes, ea patrarunt opera, quæ audiri sine horrore nequeunt. Ita describuntur a Cyrillo in Vita sanctæ Sabæ, quæ Græca penes nos est, danda 5 Decembris.

27. *Jamque rerum potitus Justinianus moderabatur imperium, cum in Palæstina gens Samaritana regem sibi Julianum quemdam, et ipsum Samaritam, eligentes, multa contumeliose adversus Christianum nomen ausi fuerunt. Templis namque direptis subjiciebant ignem ; Christianos infinitis excruciatos tormentis tandem morti tradebant ; vicinos pagos incursionibus populabantur ; sanctorum thecas diffringentes, immittebant in flammas : et hæc sævities præcipue non admodum remotis Neapoli grassabatur locis. Porro episcopum sustulerunt gladio, comprehensisque quibusdam presbyteris, membratim primo ac frustatim illos secuerunt, cumque reliquiis martyrum in sartagine frixerunt : denique nullo audaciæ aut contumeliæ genere contra Christianos abstinuerunt*. Hæc immanissima scelera, et si qua præterea, circa Porphyrionem, ut putamus, patrata, potuerunt a mitissimo viro et miseris succurrere promptissimo, ubi gloria Dei et incolumitas Ecclesia periclitatur, exemplo aliorum sanctorum, istiusmodi extorquere epistolam, qualem subjicimus, ad Justinianum (ut supra probabiliter sustinemus) datam. Ipsam, non ut Baronius habet ex editione concilii III Nicæni Latina, sed ex Græco-Latina, quanquam non satis accurate translatam, ut istic Actione 5 versa est, hic accipe, utpote cum contextu auctoris Græci magis concordantem (1).

(1) Hanc Epistolam infra damus, post Vitam S. Symeonis.

Digitized by Google

31. Hactenus epistola, tam zelo divinæ gloriæ odioque scelerum plena, quam non instructa ab oratorio verborum ornatu; quod tamen officere nihil debet (ut vult epistola, quam Allatius in *Diatriba* hic, sub nomine Caroli Magni producit) quominus genuina *sancti Symeonis* dicatur, vim significationis potius quam fucum orationis spectantis. Refutat Allatius loco citato dictam epistolam, hæc præcipue argumenta complexam; quod sanctus *Justiniani imperatoris aures divinas nuncupaverit*; quod *eumdem misericordia uti prohibuerit*; quod *qui debuerat iram regis refrenare, illam magis magisque succenderit*; quod *ejus exemplo usus non sit, qui neminem vult perire*: quod denique *eidem imperatori Deum conregnare dixerit*. Vides quam inefficacia sint omnia, adeo ut operæ pretium non sit refutare. Resurgat propheta Elias, zelo divinæ gloriæ succensus, gravius multo in scelera istiusmodi invehetur, uti olim, ignem e cœlo accersens. Si quis refutata pluribus cupit, adeat citatum Allatii locum: nos in re, non admodum ad institutum nostrum faciente, longiores etiam fuimus, quam par est: sed promissa Bollandi solvimus.

§ VI. — *Memorabilia de sancto Symeone ex Evagrio.*

32. Plurimum auctoritatis conciliare debet Vitæ nostræ Evagrius Scholasticus, per illa quæ in Historia sua ecclesiastica de *sancto Symeone Stylita Juniore* memorat. Nam præterquam quod summæ fidei historicus sit, coævus Symeoni fuit, eoque familiariter usus, quemadmodum ex ipsismet verbis, mox subjiciendis, potest colligi: dicit enim, Gregorio patriarchæ Antiocheno innotuisse lethalem *sancti Symeonis* morbum, *indicante se*. Ostendit etiam commercium litterarum inter utrumque intercessisse, cum ait admonitum se a Sancto per litteras fuisse quadam super re, quam putabat omnibus clam esse. Certiora quoque profert indicia mutuæ consuetudinis Vita num. 238, ubi quæ *cognoverat in spiritu Symeon, Evagrio, pro sui in ipsum singulari propensione animi, jussit indicari*. Porro auctoritatem Vitæ, tam frequentia, inusitata, stupendaque miracula et inauditum vitæ institutum continenti, conciliat; cum vixdum mortuum *Sancti* appellatione non dubitat honorare; cum illum *cunctos sui temporis mortales virtute longe superasse*, pronuntiat; cum miraculum in se factum, idem quod in Vita n. 238 ponitur, enarrat. Neque tamen omnia, quæ de *sancto Symeone* hic refert, complectitur Vita nostra; desunt pleraque: atque ideo potissimum ea damus, ne quid scitu dignum prætercatur.

33. Audi igitur ipsum lib. v, c. 21, inter alia signa quæ Mauritio imperium portenderent, sic loquentem: *Denique Symeon, qui juxta urbem Antiochiam super columna stans vitam exegit, vir ad res gerendas aptissimus, et cunctis divinis virtutibus insignis, multa et dixit et fecit, quæ imperium Mauritio nuntiabant.* Quænam vero illa sint, non memini uspiam speciatim expressum legere, ne quidem in Vita nostra prolixiore; quæ multa quidem de Justino Juniore, eique prædicto imperio, de Mauritio vero prorsus nihil: unde, uti et ex sequentibus, pronum est colligere, quamvis prolixissima Vita contineat plurima, plura tamen præteriisse. Libro deinde sexto, cap. 23 toto, quasi compendium vitæ Symeonis sic texit: *Eodem tempore, cum Gregorius sanctum Symeonem lethali morbo ægrotare, me indicante, didicisset, ad eum confestim excurrit, ut postremæ salutationis officium ei exhiberet. Verum id quod cupiebat, consequi non potuit. Porro hic Symeon cunctos sui temporis mortales virtute longe superavit. Quippe a teneris unguiculis asperum vivendi genus in columna excoluerat: adeo ut dentes in columnæ statione ipsi mutati fuerint.*

34. *Columnam autem conscendit hujusmodi ex causa: Cum esset admodum tenera adhuc ætate, ludens et saltans per montis juga oberrabat: cumque in pardum incidisset, zonam collo ejus injecit; et belluam, innatæ feritatis oblitam, quasi joco trahens, ad monasterium suum deduxit. Quod contemplatus magister ejus, qui in columna vitam agebat, puerum interrogavit, quidnam hoc esset. Ille felem esse respondit, quem vulgo cattam nominant. Atque ex hoc facto conjecturam capiens, qualis quantusque Symeon in virtutis studio futurus esset, in columnam eum admisit. Qua in columna, et in altera quæ est in summo montis vertice, octo ac sexaginta exegit annos, omni gratiæ genere donatus. Quippe qui et dæmones abigeret, et morbos ac languores omnes sanaret, et futura perinde ac præsentia prævideret. Gregorio certe prædixit, eum mortem quidem ipsius visurum non esse; quæ vero post mortem futura essent, ignoraturum.*

35. *Cumque ego amissis liberis meis in varias cogitationes diducerer, et apud me quærerem quid causæ esset, cur gentilibus, quibus multi sunt liberi, idem non eveniret; quamvis nemini prorsus cogitationem hanc aperuissem, ille tamen cogitationes animi mei introspiciens, scripsit ad me, ut ab his cogitationibus abstinerem; quippe quæ haudquaquam placerent Deo. Idem, cum uxori cujusdam ex meis amanuensibus post partum lac obstructum esset, et infans in summo discrimine versaretur; contacta viri dextera, præcepit, ut eam conjugis suæ mamillis imponeret. Quo facto, statim lac quasi ex quodam fonte prosiliit, adeo ut totam mulieris vestem madefaceret. Sed et puerum quemdam, nocte intempesta a comitibus itineris per oblivionem relictum in via, leo impositum dorso suo ad Symeonis monasterium portavit; et jubente Symeone egressi ministri, puerum, qui a leone custodiebatur, introduxerunt. Multa quoque alia, memoriam omnem superantia, idem gessit, quæ et linguam disertam, et otium, et peculiare opus desiderant: quæque omnium pene mortalium*

Digitized by Google

linguis celebrantur. Omnium enim nationum homines, non Romani solum, verum etiam barbari, ad eum ventitabant; et quæcunque postulaverant, impetrabant. Pro cibo autem ac potu ei fuere rami cujusdam fruticis, qui eo in monte nascebatur. Utrumque hunc Evagrii locum transtulit etiam ad se, totidem pene verbis, Nicephorus Callistus l. XVIII, c. 7 et 24.

§ VII. *Alia de eodem memorabilia, ex synodo Nicæna II, et sancto Joanne Damasceno.*

Hic quoque paragraphus eodem faciet, quo superior: videlicet ut eo majoris auctoritatis censeatur esse Vita, quo graviores sunt auctores, qui sua, si non ex illa, certe eadem cum illic contentis, testimonia prompserunt. Ac primo quidem synodus Nicæna II, generalis VII, an. 787, Hadriano I papa, Constantino atque Irene imperatoribus, celebrata contra Iconoclastas, actione 4, in editione Græco-Latina Labbei, sic loquitur: *Joseph, reverendissimus monachus et Hegumenus monasterii Heracliæ, dixit: Et ego peccator librum fero, continentem Vitam sancti Symeonis Mirabilis Montis, et ut jubetis. Sancta synodus dixit: Legatur. Et accipiens Cosmas, Deo amabilis diaconus et Cubuclesius, legit. Ex Vita sancti Patris nostri Symeonis Mirabilis Montis capitulum 118, De femina, quæ Rhosopoli sterilis erat, valido dæmonio pressa, quæ sana et fecunda facta, imaginem Justi imposuit domi suæ, quæ magnifice miracula operabatur.* Quamvis autem idem miraculum infra quoque in Vita n. 123 referatur, quia tamen aliquantum discriminis intercedit, præcipue quoad phrasin, atque insuper auctoritatem accipit liber totus ex hac tantæ synodi probata narratione, videri possumus actum non agere, si illam narrationem hic adjiciamus. Sic igitur lectionem suam prosecutus est Cosmas diaconus:

37. *Mulier quædam erat Rhosopoli Ciliciæ, Theotecna dicta, quæ habitaverat cum viro suo annis viginti, et filium non habuit. Contigit autem eam etiam a dæmone a pueritia vexari, et mandere linguam. Vir autem ejus, ultra non valens sufferre tribulationis ejus angustiam, dimisit illam a domo sua, et per quatuor annos cum nulla est femina sociatus. Illa vero invento comitatu confugit ad Justum. Cum autem vidisset eum dæmon, statim fremuit et torquebatur coram eo, videns cum muliere spiritualem ejus imaginem, dicentem humana voce: Separabo te ab ea, maligne et immunde spiritus, et revertetur ad virum suum, et efficietur illi anno sequenti puer. Et ejulavit dæmonium ferociter conturbatum: O violentia adversus me! non est tuum matrimonii solutiones efficere: ut quid autem et filium eis das, cum a me filium minime fecerit? quid mali feci tibi, vel quid peccavi in conspectu tuo, quia separas me a muliere mea? Si servum me comparasses, dares me forsitan et in servitium hominibus. At vero Symeon ait: Quia malus servus es, recognosce te ipsum, maligne, et curre in flammas ignis, arsurus; et fer aquam et collige ligna. Et statim, veluti ventus, currens et vehementer æstuans dæmon, et tollens in muliere amphoram aquæ, minabatur; et impletam illam, et collecta de silva ligna attulit, ejulans et dicens: Væ mihi malo servo ac inventori malorum! quid passus sum? Nam a muliere mea separat me sanctus Symeon, et quid faciam infelix, nescio.*

38. *His autem dictis coram populo, qui convenerat; postquam adimplevit ministerium, quod sibi fuerat imperatum, clamavit altisone, loquens; et aspiciens contra se veniens fulgur ignis, currebat in muliere per circuitum status ejus, plurimum et dolenter cruciatus; et taliter protinus exiit: et muliere pristino ordini restituta, dimisit eam Symeon sanam; dicens ad illam: Vade, mulier, in domum tuam et cohabita cum viro tuo; ecce enim direxit Dominus cor ejus, ut recipiat te cum gaudio magno. Quod et factum est. Cumque illa reversa fuisset, statim rectum factum est cor viri sui ad diligendum eam; et ingressus est ad illam, et confestim concepit in utero: et completo anno tulerunt puerum ad servum Dei, laudantes et glorificantes Deum. Cum autem complessent orationem suam, et rediissent ad propriam domum, erexit mulier fide ducta imaginem Sancti in interiori domo sua: quæ operabatur miracula, obumbrata Spiritu qui habitabat in Sancto: et a dæmonio vexati emundabantur illic, et ex variis passionibus infirmati curabantur. In quibus et una mulier, fluxum sanguinis incessanter per quindecim annos passa, in fide accessit ad videndum imaginem; et continuo fluxus stetit. Dixit enim intra se, quia, Si tantum videro similitudinem ejus, salva ero. Videns autem quod exsiccatus esset fons sanguinis sui, ad hominem Dei protinus accurrit, adorans coram eo, laudans et glorificans Deum, ac enuntians miraculum in se perpetratum.*

39. Huic alterum etiam miraculum subjicitur cum hoc titulo: *Item legit* (Cosmas diaconus) *aliud miraculum sancti Patris Symeonis:* idemque est quod sanctus Joannes Damascenus oratione 3, *De imaginibus*, non procul a fine adducit, præfixo hoc titulo: *Ex Vita sancti Symeonis rerum admirabilium effectoris, narratio Arcadii archiepiscopi Cypri, miraculum* 132. Conferenti autem utrumque textum inter se, nullum mihi dubium est, quin ex eodem prorsus Græco sint translati, ita conveniunt principium, finis, periodi, omnia. Sicubi forte Græcus Damasceni textus exstat, qui nobis defit, comprobabit dicta. Est tamen altera versio, altera non paulo concinnior elegantiorque. Vidimus jam inamœniorem concilii, succedat placitura magis Damasceni. Neque hic, puto, operam perdituri sumus describendo hanc narrationem, quamvis eamdem, verbo tenus fere tantum discrepantem, in Vita num. 171 stylo nostro demus; erit enim usus utriusque mox § seq. Sic igitur titulo, jam supra adducto, subjungit Damascenus:

Digitized by Google

40. *Contigit autem illis diebus, ut vir quidam mercator civitatis Antiochiæ gravi molestia ab improbo dæmone affligeretur diuque angeretur, adeo ut suffocaretur, interclusa spirandi facultate. Hic profectus ad Sanctum, et ejus precibus sanitatem sic assecutus, ut si nihil unquam perpessus esset, cum in propriam domum rediisset, ut grati animi significationem daret, in loco civitatis publico atque illustri, supra fores officinæ suæ, imaginem statuit. Hanc infidelium quidam conspicati luminibus et velis decoratam, zelo pleni, sui similes homines incompositos concitarunt, ut multitudo conveniret confuseque vociferaretur : Tollatur e vita, qui hoc fecit, et imago dejiciatur. Divina autem providentia factum est, ut tum domi suæ non inveniretur. Cupiebant enim eum interficere; cum alius aliud clamaret : nam eorum nequitia multa et magna erat in conspectu Dei valde, et immensa invidia, qua quidem impulsi eo convenerunt, existimantes se nactos esse occasionem, qua sanctum hominem opprimerent et afficerent ignominia, quod sæpe impietatem et errorem illorum, qui cum ipsis de religione male sentirent, redarguisset. Cum igitur tantam insaniam cohibere non possent, cuidam militum mandarunt, ut gradus conscenderet et imaginem deturbaret. Qui cum ascendisset et manus extenderet, ut jussa perficeret, statim collisus est, e superiore loco delapsus deorsum in terram : et magnus tumultus in turba est excitatus. Inflammatique perrexerunt alterum adhibere, qui manu protenta cum detrahere imaginem ipse quoque conaretur, humi pariter affictus est. Quo quidem facto, metu omnes perterriti, crucis signum sibi ipsi cæperunt admovere. Verum cum adhuc infideles illi insanirent, tertium eodem impellere non destiterunt : qui cum manum extendisset, ut imaginem dejiceret, ipse quoque similiter confractus, in terram decidit. Tunc fideles omnes, qui circumstabant, magnus invasit timor, et infidelium cæcitatem atque audaciam admirati, imaginem adorantes cum precationibus discesserunt.* Hactenus Damascenus. Recitatis hisce a Cosma diacono coram Patribus concilii miraculis, hæc statim subjiciuntur, illorum, uti et totius Vitæ nostræ, fidem et auctoritatem augentia : *Constantinus sanctissimus episcopus Constantiæ Cypri dixit : Hæc quidem, honorabiles Patres, de his quæ lectæ sunt, audivimus et credimus.*

§ VIII. *De sancti Symeonis Vita, nunc primum a nobis in lucem edita, ejusque auctore.*

41. Cui plurimum Acta sanctorum, et nos, et tu Lector, Cœlitum studiosus gloriæ, debemus, est R. P. Petrus Possinus Societatis nostræ. Nomen ego; cætera libri ab ipso editi et frequens in hisce Actis memoria loquentur. Curavit ille, post nostrorum Henschenii atque Papebrochii discessum Roma, describi Vitam hanc ex codice Græco Bibliothecæ Vallicellanæ, quæ est Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii. Sed ipsum potius de his audi, litteris anno 1656, XII Kal. Julias Roma datis, sic A scribentem : *Quod de codice quæris, ex quo descripta sunt, erat is quidem in Bibliotheca Vallicellana mutilus et ἀκέφαλος · sed Laurentius Portius* (est is Symonis, qui *Dictionarium Latinum, Græco-barbarum et litterale* Parisiis 1635, edidit, frater ; et suam nobis operam in describendis Actis Græcis pretio moderato locavit, istius idiomatis admodum peritus), *sed Laurentius*, inquit, *Portius qui descripsit ex alio exemplari ibidem reperto, manu licet antiquissima et jam exolescente scriptura exarato, supplevit non parvo labore suo quod deerat, et integritati fere primigeniæ opus hoc reddidit.* Caput autem, quod reliquo corpori in codice defuisse et aliunde suppletum dicitur, est illa pars Prologi quam primis duobus numeris complexi sumus. Profert B præterea Possinus in eadem epistola suum de his Actis admodum laudabile, nec ponderis minoris judicium : *Ex animi mei sententia*, inquit, *profiteor me, in iis accurate perlectis, nihil nisi verisimiliter, prudenter, eleganter scriptum observasse. Ex quo cœpi legere, tenere me non poteram donec absolverem. Tanta erat voluptas ; nec minor teneræ religionis sensus, cor liquefacientis usque ad lacrymas. Itaque rara existimo reperiri ejus generis ecclesiastica monumenta, quæ fide, auctoritate, concinnitate compositionis, admirabilitate rerum non incredibiliter narratarum, pari cum his Actis jure editionem lucemque mereantur.* Verbum his non addo. Reliquam de se ipsa Acta fidem facient : perlege.

C 42. De auctore quantum assequi licet, dicamus. Principio Vitæ præfixus erat hic titulus, Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ ἐν τῷ Θαυμαστῷ Ὄρει, συγγραφέντα παρὰ Νικηφόρου τοῦ Μαγίστρου Ἀντιοχείας τοῦ Οὐρανοῦ· *Vita et conversatio sancti Patris nostri Symeonis in Monte Mirabili, conscripta a Nicephoro Magistro Antiochiæ, Cœlum dicto.* Unde vero hoc ei cognomentum ? Existimo quod ab eloquentiæ, quam in Antiochena civitate publice profitebatur, ornatu singulari, quia oratio ejus omnis rhetoricis luminibus, ut cœlum stellis, resplendebat. Habet quidem apud Græcos vox Μαγίστηρ vel Μαγίστρος significationem etiam aliam, ut sit titulus in aula imperatoris primarius, et Cæsareo proximus, teste Cedre- D no, quare etiam imperatorum fratres filiique eum non dedignati sunt, et hoc sensu Symeon ille, vulgo Metaphrastes, *Magister* quoque dictus est. Verum non pro una civitate aut loco dabatur hic titulus, ideoque semper invenitur sine ejusmodi additamento, sæpe etiam cum epithetis Περιβλέπτου aut Περιφανοῦς, *Conspicui* vel *Illustris*. Hic vero *Nicephorus* expresse dicitur *Magister Antiochiæ* : solitas autem civitates ejusmodi primarias, qualis Antiochia erat, magno stipendio conductos habere egregios eloquentiæ magistros vel ex Augustino scimus, ejusmodi spe Romam delato. Talem vero fuisse *Nicephorum* hunc nostrum quod et Possinus censuit, non ideo dubites, quia Nicephorus Callistus lib. XVIII *Historiæ eccles.* cap. 24, cum hujus

Digitized by Google

vitæ meminit, Latine sic vertitur ab interprete Langio, quasi *non ita docte ut magnitudo rerum flagitabat conscripta sit:* utitur enim ille adverbio μὴ ἀξίως, *non digne*, quod etiam Ciceronianæ eloquentiæ posset aptari, ad exprimendum singularem excellentiam, omni humano sermone sublimiorem: alioqui fatetur Nicephorus quod, *cum in hanc vitam incidit, obstupuit magnitudinem ac multitudinem eximiam operum a sancto patratorum:* ea autem, inquit, *usque hodie celebrantur omnium linguis, descripta* ὑπὸ Συμεῶνι (Νικηφόρῳ voluit scribere, aut etiam scripsit, sed sciolus aliquis nomen mutavit Metaphrastem intelligi volens) Μαγίστρῳ τῷ Οὐρανῷ· quod abbreviate scriptum, ex more Græcis usitatissimo, pro Οὐρανῷ, non capiens Langius prætermisit; clarum autem fit ex eodem cognomine ante Vitam integre expresso.

43. Ab alio quoque quam a Nicephoro Vitam *Symeonis* hujus litteris mandatam et posteritati transmissam esse, ex paragrapho superiore colligimus: cujus auctorem, quamvis non nominet concilium, ex Damasceno *Arcadium Cypri archiepiscopum* agnoscimus, nihilo notiorem *Nicephoro* nostro, nisi etiam obscuriorem velis; utpote qui ne per scripta quidem, quæ interciderunt, innotescit. Colligo etiam, prolixissimam fuisse Vitam illam, ac nostræ non valde imparem longitudine; ita *Capitulum* 118, ita *Miraculum* 132, supra recitata obtinent; multa enim præcessisse oportet. Imo nullum dubium, quin altera ex altera descripta sit Vita; et nostra potius ex illa Arcadii, additis pauculis vel exclamationibus, vel apostrophis, aliisve, ut rei exigentia et pietas auctoris tulerunt. Nam conferenti superioris paragraphi miraculum primum cum numero 123 Vitæ, et secundum cum num. 171, apparet, fundamentalia, notabilia, circumstantias etiam, utrobique eadem esse. In prioribus, locus *Rhosus* seu *Rhosopolis Ciliciæ* urbs; nomen mulieris *Theotecna*, tempus conjugii *anni viginti;* repudii *anni quatuor;* hæmorrhœæ *anni quindecim;* causa adeundi sanctum; aversio dæmonis; querelæ ejusdem; raptatio circum columnam: promissa mulieri data: conceptus, natus, oblatus filius; gratitudo, erecta icone; sanationes per illam factæ. quid plura? eadem utrobique notantur omnia. Non potuerunt ergo non vel altera ex alteris, vel utraque ex iisdem monumentis descripta videri. Qua confirmaberis in sententia, si concipias, vitam illam per capitula, numeris nostris fere paria, distinctam fuisse; sic enim istud miraculum propemodum pari intervallo utrobique a principio aberit: istic capitulum 118, hic numerus 123. En quantulum discrimen! Alterum miraculum paulo longius recedit in nostra Vita, quam Arcadiana; sed notandum numeros in vita nostra circa medium contractiores esse, quam versus initium: adeoque convenirent propius numeri, etiam hic nostri, cum numero istius miraculi, si æquali tenore ac spatio nostros ubique incidissemus.

44. Sed redeamus ad collationem miraculi, et videamus quæ videri possint in Vita nostra superaddita, vel decoris vel claritatis causa. Sunt illa peropportuna et e re nata. Ubi de dæmone agitur, interserit: *Quemadmodum isthoc scelus non loquitur nisi scelera.* Deinde accepta beneficia simul enumerat et velut parenthesi includit (*Neque enim a coætaneo sibi dæmone immunis, sed et marito integre sanata, restituta fuit: ad hæc puer quoque ex ea, quod nunquam ante, prognatus est*). Denique istam in fine conclusionem adjicit: *Ita viri sancti vel tenuis in imagine aspectus, signum crucis, virga, forma, verbum, invocatio, et si quid aliud rerum illius esset, sufficiebat cuilibet morborum generi depellendo.*

45. Hæc de prioribus. Otiosum foret posteriora simili modo conferre: conferat cui lubet: reperiet eadem utrobique. Refero duntaxat illa quæ adjecta videntur. Primum erectæ iconi suum addit ornatum, cum illam describit: *Pervenuste non solum coloribus, sed etiam amictu et tegumentis ornatam.* Paulo post exclamationem hanc interserit: *O Deus, quanta hostes adversus Sanctum tuum machinati sunt!* Mox cum extenderet unus in iconem manum, deturbatus dicitur venusta hac et pia apostrophe: *Manibus illis, quas tu, Christe, super illorum superbiam extulisti, dejicientibus.* Demum cum tertius quoque dejectus esset, quasi epiphonematis loco dicitur: *Multo prioribus majori ludibrio dignus, quod illorum exemplo nihilo sapuisset magis.* Quid hæc nisi parentheses, exclamationes, apostrophæ, epiphonemata, ex rebus nihil immutatis nata, et emphasis gratia venuste adjecta?

46. Ordo autem totus in hac historia est admodum naturalis, incipiens a nativitate, progrediens cum annis, desinens in morte: imo non vana erit suspicio, si miracula pleraque ordine temporis, quo facta sunt, putentur primum descripta esse: id enim ordo ætatis et hæ particulæ, *postea, deinde, post hæc, illis peractis*, ac similes, in principio miraculorum identidem repetitæ, videntur innuere. Hunc porro tam copiosum fontem habentibus nihil opus est rivulos Synaxariorum sectari, in quibus elogium alibi brevius, alibi prolixius legitur.

Digitized by Google

SANCTI SYMEONIS JUNIORIS

VITA

CONSCRIPTA A NICEPHORO, MAGISTRO ANTIOCHIÆ, *COELUM* DICTO.

Ex. Ms. Vallicellanæ Bibliothecæ apud Patres Oratorii Romæ, Cod. B.

Interprete Conrado Janningo Societatis Jesu. Edid. BOLLAND. *Act. Sanct.*, t. V Maii, p. 307.

PROLOGUS.

1. Benedictus Deus! Deo quippe benedici par est, a nobis præcipue, qui ad memoriam divini Symeonis faciendam accingimur, gestorum illius conscribendorum provincia suscepta: Symeonis, inquam, illius, qui in Monte Mirabili angelicam instituendo vitam effecit, id cognominis monti adhæsisse, et vicissim ipse ex eo traxit, seu potius illi nomen ex se dedit. Ipse namque manifestum Dei donum mundo datus est, a Deo priusquam formaretur electus, ante conceptionem annuntiatus, ante nativitatem sanctificatus: ut nos ipsum non modo intercessorem, mediatorem atque arbitrum qui corporibus nostris pariter ac animabus mederi posset, haberemus; verum etiam expressam vitæ solitariæ ideam et practicæ philosophiæ exemplar; si quis forte pauca quædam illius recte facta, quantum humana fragilisque natura patitur, æmulari posset: nam pleraque aut omnia imitari non nostræ facultatis est; sed naturæ immaterialis, incorruptibilis ac divinæ.

2. Præterea nihil tam natum est proborum animas amore recti inflammare, et provocare ad imitationem hominum virtute præditorum, quam vita hujusce viri, tanto divinæ gratiæ cumulo, ac tali cum Deo familiaritate libertateque agendi dignati, ut signorum magnitudine et excellentia operum obstupescant homines et emolliantur, atque ad operandum, si non omnino paria (quo enim pacto gradum virtutis ejus quispiam attingat?), certe quamdam cum illa congruentiam habentia, inflammentur, postquam tam exemplarem vitam, quasi accuratam magistram, nacti sunt: quæ quibusdam quidem abstinendum suggerit, contra vero quibusdam omni nisu incumbendum mandat, et tanquam manu recta ducit ad perfectissimum divinissimumque virtutis apicem; quo ubi perventum est, ostendit, quot hominem illum, qui semitam hanc pede inoffenso triverit, apud communem omnibus præmiorum distributorem Deum maneant remunerationes, quanta laborum merces exspectet. At qualem in præsenti materia adhibeam vocem? quam

α'. Εὐλογητὸς ὁ Θεός! αὐτὸν γὰρ εὐλογεῖν ἄξιον, καὶ εἰς μνήμην ἑαυτοὺς τοῦ θείου Συμεὼν καθιέντας, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἤδη συγγράφειν προῃρημένους· Συμεὼν ἐκείνου τοῦ κατὰ τὸ Θαυμαστὸν Ὄρος ἀγγελικὴν διαγωγὴν μετελθόντος, τοιαύτης τε τοῦτο τυχεῖν ἐπωνυμίας πεποιηκότος, ἢ καταλλήλου καὶ αὐτῇ μᾶλλον ἐξ ἑαυτοῦ μεταδόντος. Ἐπεὶ καὶ θεοῦ δῶρον ἀνθρώποις οὗτος σαφὲς, τοῦ καὶ πρὸ διαπλάσεως αὐτὸν ἐκλεξαμένου καὶ πρὸ συλλήψεως ἐπαγγειλάμενου, καὶ πρὸ γεννήσεως ἁγιάσαντος· ἵν' οὐ πρεσβευτὴν αὐτὸν μόνον καὶ μεσίτην καὶ διαλλακτὴν σώματά τε καὶ ψυχὰς ἰᾶσθαι δυνάμενον ἔχοιμεν, ἀλλὰ καὶ βίου τύπον ἐρημικοῦ, καὶ φιλοσοφίας πρακτικῆς ὑπόδειγμα. Εἴ τις ἄρα βραχύ τι τῶν ἐκείνου κατορθωθέντων, καὶ ὅσον ἐφικτὸν ἀνθρωπίνῃ καὶ ῥευστῇ φύσει, ζηλῶσαι δυνήσεται αὐτόν. πλείονα γὰρ ἢ καὶ πάντα σχεδὸν ἀΰλου μᾶλλον καὶ ἀνωλέθρου καὶ θείας.

β'. Ἄλλως τε δὲ καὶ πρὸς τὸν τοῦ καλοῦ ζῆλον, οὐδὲν οὕτως οἶδε διανιστάναι, καὶ τὰς ἀγαθὰς ψυχὰς πρὸς μίμησιν τέως τῶν κατὰ δύναμιν ἐκκαλεῖσθαι, ὡς ἀνδρὸς τοιούτου βίος, καὶ τοσαύτης μὲν ἐπιδημίας Θεοῦ καὶ χάριτος, τηλικαύτης δὲ πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεως καὶ παῤῥησίας ἠξιωμένου, ἵνα τῷ πρὸς σημείων μεγέθει, καὶ τῇ τῶν ἔργων ὑπερβολῇ καταπληττόμεναί τε καὶ μαλαττόμεναι, πρὸς ἐργασίαν, εἰ καὶ μὴ πάντη τοιούτων (οὐ γὰρ ἄν τις τῶν ἐκείνου τῆς ἀρετῆς ἐφίκοιτο μέτρων;) ἀλλὰ τῶν γε παραπλησίως ἐχόντων διαθερμαίνωνται, εἶτα καὶ διδάσκαλον ἀκριβῆ τὸν τοιοῦτον ἔχωσι βίον, τίνων μὲν ἀπέχεσθαι δέον ὑποτιθέντα, πρὸς ποῖα δὲ πάλιν ἑαυτὰς ὅλας ἐπιδιδόναι παρεγγυῶντα, καὶ ὥσπερ ἐπ' αὐτὰ χειραγωγοῦντα σαφῶς τὸ τῆς ἀρετῆς ἀκρότατον καὶ θειότατον, ἐκεῖ δὲ γενομένας ὑποδεικνύντα, ὅσων ὁ ταύτην ἀπροσκόπως τὴν τρίβον ἐλθὼν, παρὰ τῷ κοινῷ τούτων ἀγωνοθέτῃ Θεῷ τυγχάνει τῶν ἀμοιβῶν, ἡλίκας τῶν πόνων τὰς ἀντιδόσεις κομίζεται. Ἀλλὰ τίνα λάβοιμεν ἂν ἐπὶ τοῖς παροῦσι φωνήν; ποῖον δὲ καὶ λόγον εὕρωμεν τοῖς

Digitized by Google

πράγμασιν ἐξισούμενον ; ὁπότε καὶ μόνα τῆς αὐτοῦ γεννήσεως τὰ παράδοξα, ὅσα τε τῆς ἐν παιδὸς ἀρετῆς τῆς τε παρ' ἡλικίαν ἐνασκήσεως, καὶ τῶν παρὰ τὸ εἰκὸς τῆς φύσεως ἀγώνων, εἰ καὶ μὴ κατὰ ταυτὸν πάντα, ἀλλά τινα, μᾶλλον δὲ καὶ εἰ καθ' ἑαυτὸ τούτων ἕκαστον πᾶσαν οἷδε λόγου κατόπιν ἑαυτοῦ τιθέναι τέχνην καὶ δύναμιν.

A inveniam orationem rerum magnitudini parem ? quandoquidem sola, quæ nativitatem circumstant, quæque in virtute a puero exercita, in reliquæ vitæ occupatione et in certaminibus naturæ vires excedentibus elucent miracula, etsi non eodem modo omnia, quædam certe, imo vero unumquodque secundum se omnem dicendi artem et elegantiam, longe superent.

γ'. Τί δ' ἂν εἰ καὶ τὸ τῶν σημείων καὶ τῶν θαυμάτων πλῆθος καὶ μέγεθος, τάς τε θείας ἐκείνας ὄψεις, αἳ δὴ πολλαὶ πολλάκις αὐτῷ μυστικῶς τε καὶ ἀπορρήτως ὤφθησαν, ἐπεξελθεῖν βουληθείημεν ; ποίᾳ δὲ καὶ λόγου φύσει πρὸς ἑρμηνείαν τῶν ὑπὲρ λόγον χρησόμεθα ; ἐπεὶ καὶ πᾶν ὃ μὴ λόγῳ χωρητὸν, οὐδὲ λαλητόν. Πῶς γὰρ ὃ μὴ χωρήσει, φράσαι δυνήσεται ; ὅμως εἰ καὶ κρεῖττον ἢ κατὰ λόγου δύναμιν τὸ ἐγχείρημα, ἀλλὰ τὸ μέν τι συλλήψεται πάντως ἡμῖν ἡ θεία καὶ συμπαθὴς ἐκείνη ψυχὴ, καὶ Θεοῦ νῦν ἀμέσως τοῦ ποθουμένου κατατρυφῶσα · τὸ δὲ, καὶ συγγνώσεται. Συγγνώσεσθε δὲ καὶ πάντες ὅσοι τῆς ὑπερφυοῦς ταύτης καὶ καινῆς πολιτείας ἀκροαταὶ, μηδὲν τοῦ πρὸς δύναμιν ἐλλιποῦσιν, εἰ καὶ τοῦ πρὸς ἀξίαν πλεῖστον ἀπολειπόμεθα. Δεῖ δὲ μικρὸν ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀναγαγόντας, οἷον ὁ τοιοῦτος ἔφυ γονέων, καὶ ὅστις ὁ τῆς συλλήψεως τρόπος αὐτῷ πρότερον παραστῆσαι, ἵν' ἔχοιμεν τοῦ τοιοῦδε καρποῦ καὶ τὸ δένδρον εἰδέναι, ἢ μηδὲ τὴν ῥίζαν ἀγνοεῖν μᾶλλον, ἥτις τὸν οὕτως ὡραῖον ἐβλάστησε κλάδον.

3. Quid porro si signorum atque miraculorum multitudinem magnitudinemque ; quid si divinas eas visiones, quæ non raro Symeoni, arcano quodam et inexplicabili modo, plurimæ oblatæ sunt, oratione prosequi velimus ? qualis, quæso, illa oratio sit oportet, quæ omnem dicendi facultatem superantia expositura est, cum totum neque oratione B comprehendi possit, neque verbis proferri? quo enim pacto verbis quispiam assequatur, quod nequit cogitatione attingere? Nihilominus etsi major viribus nostris conatus sit, partim tamen, nullus dubito, opitulabitur nobis divina illa et miseratione plena Symeonis anima, quæ modo intuitione Dei adeo desiderati, nullo interposito medio, delectatur; partim etiam imbecillitati nostræ veniam dabit. Dabitis et vos, quicunque eminentis inauditæque hujusce conversationis auditores estis, nihil quantum per vires licebit prætermissuris, quanquam plurima, si rerum dignitatem spectetis, relinquamus. Oportet autem paulo altius sermonem repetentes, quibus oriundus parentibus, quis conceptionis modus sit, prius ob oculos ponere ; ut talis fructus arborem quoque cognoscemus, aut potius non ignoremus radicem, quæ tam decorum produxit ramum.

CAPUT I.

Parentes, nativitas, baptismus et pueritia sancti Symeonis.

δ'. Ἀνήρ τις ὀλίγοις ἔμπροσθεν χρόνοις ἐξ Ἐδέσης ὁρμώμενος, νέαν ἔτι τὴν ἡλικίαν ἄγων, ὄνομα Ἰωάννης, (σὺν) αὐτοῖς ὡς εἶχε γονεῦσι, κατειλήφει τὴν Ἀντιόχου · οἱ δὲ ἄρα βάναυσοι τὴν τέχνην ἦσαν, περὶ συλλογὴν μύρων καὶ πράσιν πονούμενοι, καὶ πᾶν ὅπερ ἂν αὐτοῖς ἐκείνη πορίσειεν, ἀφορμὴν τοῦτο βίου πεποιημένοι. Ἐπεὶ δὲ ἤδη καὶ γάμου τῷ υἱῷ καὶ συζυγίας ἔδει διὰ τὴν ἡλικίαν, διαλέγονταί τισι κόρης πατράσι (Μάρθα δὲ ὄνομα ταύτῃ), ἐφ' ᾧ πρὸς γάμους αὐτὴν ἀγαγέσθαι τῷ νεανίσκῳ. Καὶ οἱ μὲν ἀσμένως τοῦτο δεξάμενοι, τῇ θυγατρὶ μηνύουσιν · ἡ δὲ παρθενίαν ἠσπάζετο, μᾶλλον συναγαγεῖν αὐτὴν εἰδυῖα Χριστῷ τῷ ἀθανάτῳ νυμφίῳ τὰς παρθένους ψυχὰς εἰς τὸν ἐκείνου νυμφῶνα. Ἐπικειμένων δὲ αὐτῶν καὶ οὐκ ἀνιέντων, οὐχ ὅσιον πάλιν μὴ πάντα πείθεσθαι γονεῦσιν, οὐδ' εὐσεβὲς ἡγουμένη, Θεῷ τὴν τοῦ πράγματος δίδωσιν κρίσιν, καὶ αὐτῷ τὰ καθ' ἑαυτὴν ἐπιτρέψασα, παρὰ τὸν θεῖον τοῦ Προδρόμου ναὸν ἀφικνεῖται, ὃς πρὸ τῆς Ἀντιόχου ἵδρυτο, δυσωποῦσα, προσπίπτουσα, δεομένη, δάκρυσιν ἐκλιπαροῦσα μᾶλλον ἢ ῥήμασι, πληροφορίας περὶ τοῦ προκειμένου τυχεῖν · ἧς καὶ τυχοῦσα, τεκόντων εἴκει θελήμασι, καὶ γάμων κοινωνίᾳ τῷ Ἰωάννῃ συνάπτεται. Ἡ μὲν οὖν ἐναρέτως βιοῦσα, κοινωνὸν τὸν ἄνδρα καὶ τοῦ τρόπου ποιεῖται, οὐ

4. Multi jam anni sunt, cum vir quidam, nomine Joannes, oriundus Edessa, juvenili admodum ætate florens, cum ipsis quos habuit parentibus Antiochiam se contulit : parentes autem, mechanici opifices, conquirendis divendendisque unguentis dabant operam, et quidquid istiusmodi arte sibi comparassent, vitæ sustentationi impendebatur. Postea- C quam vero jam nuptiis conjugioque maturus per ætatem filius erat, colloquentes cum parentibus puellæ cujusdam, cui Marthæ nomen, eamdem juveni in matrimonium collocandam petunt. Atque illi quidem oblatam conditionem haud gravate acceptantes, filiam istius rei certiorem faciunt ; at hæc virginitatem amplexata, antiquius habebat, Sponso immortali Christo virginem suam animam, castis thalamis habendam possidendamque, collo- D care. Instantibus tamen parentibus nec quidquam de sententia sua remittentibus, existimans Martha, non satis æquum piumque esse, parentibus omnino morem non gerere, Deo rem totam decidendam committit ; ejusque arbitrio se suaque conformans omnia, ad sancti Præcursoris templum, quod in suburbio Antiochiæ est, se confert. Ibi pudore suffusa, procidens, orans, obsecrans, lacrymis potentius quam verbis obtestabatur, certior ut redderetur, quid præsenti re-

Digitized by Google

rum statu facto opus foret. Certior vero reddita parentum voluntati cedit, Joannique thalami societate conjungitur, et vitam religiose sancteque instituens, cum marito quoque mores suos participat, non solum vitæ auxiliatrix ipsi, verum etiam dux salutis facta. Deinde ad sancti Præcursoris denuo templum concessit, humi procumbens; nec quidpiam alterius rei præterquam panis, aquæ et salis gustans; non inclinato in latus corpore, somnum ibidem capiens; et lacrymas suas die nocteque in panem convertens eo fine, ut filius, intercedente sancto Joanne Baptista, concederetur sibi, eumdem Deo, velut alterum Samuelem, per oblationem reddituræ. Audet enim oratio nostra hucusque progredi, respiciens ad reliqua.

βίου μόνον αὐτῷ βοηθὸς, ἀλλὰ καὶ σωτηρίας ὁδηγὸς γενομένη. Ἔπειτα μέντοι τῷ αὐτῷ τοῦ Προδρόμου καὶ πάλιν προσεδρεύει ναῷ, ἐπὶ τοῦ ἐδάφους καθημένη, καὶ μὴ δ' οὕτινος οὖν ἑτέρου, ὅτι μὴ μόνον ἄρτου καὶ ὕδατος καὶ ἁλῶν γευομένη, μηδὲ εἰς πλευρὰν ἀνακλινομένη, ἀλλὰ καὶ ὕπνου ταύτῃ μεταλαμβάνουσα, καὶ ἄρτον ἑαυτῇ τὰ οἰκεῖα δάκρυα μᾶλλον ἡμέρας καὶ νυκτὸς ποιουμένη, ὥστε δοθῆναι παῖδα ταῖς τοῦ Βαπτιστοῦ πρεσβείαις αὐτῇ, ὃν αὐτὴ δοτὸν πάλιν κατὰ τὸν Σαμουὴλ προσάξει Θεῷ. Τολμᾷ γὰρ ἤδη μοι καὶ μέχρι τούτου, πρὸς τὰ ἑξῆς ὁ λόγος ὁρῶν.

5. Non multum intercessit temporis, cum ecce jucunda quædam noctu visio, ipse Prodromus apparet, Confide, mulier, inquiens; suscepta enim precatio tua est: cujus rei hæc odoris suavissimi compositio signum esto; quam ubi perceperis eadem domum totam suffumigabis; erit enim sat magna tibi copia. Mulier autem continuo expergecta, timore pariter et lætitia perfusam se animadvertit; timore quidem propter novitatem spectaculi, lætitia vero propter prolis petitæ pollicitationem (ecquis autem, o Christe rex noster, multitudinem bonitatis tuæ dignis celebret laudibus!), quasi globum suffitus magnum tenebat manibus; simulque humi se prosternens, ac prono in pavimentum capite, ante aram nixa genibus, quot grati animi voces, quot rivos lacrymarum non emittebat! Deinde arrepto thuribulo, tali locum implebat odoris suavitate, ut illam sentientes non satis cognoscerent qualis esset; quin etiam, cujusnam odor ille unguenti foret (tam inenarrabilis ac divina quædam res erat) verbis explicari nunquam potuit.

ε'. Οὐ βραχὺ τὸ ἐν μέσῳ, καί τις γλυκεῖα νυκτὸς ὁ Πρόδρομος ἐφίσταται ὄψις, Θάρσει, γύναι, λέγων αὐτῇ· προσεδέχθη γὰρ ἡ δέησίς σου, καὶ αὕτη σοι σημεῖον ἡ εὐωδία, φησὶν, ἣν καὶ λαβοῦσα θυμιάσεις τῷ οἴκῳ· ἀρκοῦσα γὰρ ἐφ' ἱκανὸν ἔσται σοι. Ἡ δὲ κατάφοβος ὁμοῦ καὶ περιχαρὴς αὐτίκα διυπνισθεῖσα, τὸ μὲν, τῷ καινῷ τοῦ ὁράματος, τὸ δὲ, τῇ τοῦ αἰτηθέντος ἐπαγγελίᾳ (Τίς σου, Χριστὲ βασιλεῦ, τὸ τῆς χρηστότητος πλῆθος ἀξίως ὑμνήσειεν!), ὡσεὶ σφαῖραν θυμιάματος μεγάλην εἶχε διὰ χειρὸς, καὶ παραχρῆμα ὡς εἶχεν ἑαυτὴν τῷ ἑδάφει δοῦσα, καὶ κεφαλὴν ἐπ' αὐτὸ πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου μετὰ καὶ γονάτων ἐρείσασα, ποίας εὐχαριστηρίους οὐκ ἐποιεῖτο φωνάς; τίνας δακρύων ὀχετοὺς οὐκ ἠφίει! Ἐξῆς δὲ λαβοῦσα θυμιατήριον, τοιαύτης ἐπλήρου εὐωδίας τὸν οἶκον, ὡς μηδ' ἔχειν τοὺς αὐτῆς ἀντιλαμβανομένους εἰδέναι σαφῶς, ἥτις ποτὲ αὕτη· καὶ ὁποίου ἂν εἴη μύρου (οὕτως ἀπόῤῥητόν τι χρῆμα καὶ θεῖον ἦν) ἑρμηνευθῆναι λόγῳ μὴ δυναμένη.

6. Illo igitur die totum pene odoramenti globum adolendo consumpsit, exigua quadam portione duntaxat relicta, quam strophiolo quod manu tenebat, involvit. Postera autem luce, excitata e somno, totam illam suffimenti quantitatem (res mira!) quam sanctus Præcursor dederat, invenit. Atque ipsa quidem eodem, quo pridie, modo factitabat, templumque rursus suavitudine odoris referciebat. Interjecto autem aliquanto tempore, sanctus Præcursor denuo ipsi grato somno sopitæ superveniens: Surge, inquit, mulier, et concede ad maritum tuum; concipies enim filium, vocabisque nomen ejus Symeon. Lac dexteræ mamillæ tuæ suget, et sinistra omnino abstinebit; erit enim filius dexteræ. Carnem et vinum, et quidquid industria atque ars humana noverit parare, non continget: sed panis et aqua, mel et sal nutrimentum illius erunt, sedulo autem custodiendus tibi erit, veluti vas sacrum et divino ministerio dicandum. Biennii porro elapso spatio, hac ipsa in ecclesia sacrum baptisma suscipiet, gratiæque baptismalis factus particeps, quid de se futurum sit, enuntiabit.

ς'. Τὴν μὲν οὖν σφαῖραν πᾶσαν σχεδὸν κατ' ἐκείνην ἀνάλωσε τὴν ἡμέραν, τῷ ναῷ θυμιῶσα, μικρὸν δέ τι μέρος ὑπολειφθὲν, τῷ ἀνὰ χεῖρα περιέδησεν ἐγχειρίῳ. Τῇ δ' ἐπιούσῃ αὖθις τοῦ ὕπνου διαναστᾶσα, εὗρε πάλιν ὅλην αὐτὴν, ὦ τοῦ θαύματος! ὡς ὑπὸ τοῦ ἁγίου δέδοτο. Καὶ ἡ μὲν, τὰ ἴσα τοῖς προτέροις ἔδρα, καὶ τὸν ναὸν αὖθις εὐωδίας ἐπλήρου. Χρόνου δέ τινος διαγενομένου, ὁ Πρόδρομος πάλιν αὐτῇ γλυκὺς ὄνειρος ἐπιστὰς, Ἀνάστηθι, φησὶ, γύναι, καὶ πορεύου παρὰ τὸν ἴδιον ἄνδρα· συλλήψῃ γὰρ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Συμεών· δεξιοῦ μαστοῦ γάλα θηλάσει σου, τοῦ εὐωνύμου δὲ καθάπαξ ἀφέξεται· ἔσται γὰρ τῶν δεξιῶν τὸ παιδίον· κρεῶν ἢ οἴνου, ἢ τῶν ὅσα τέχνη καὶ χεὶρ οἶδε σκευάζειν, οὐ μεταλήψεται, ἀλλ' ἄρτος ἡ τροφὴ καὶ ὕδωρ αὐτῷ, καὶ μέλι καὶ ἅλες· ὃ καὶ πάσῃ φυλακῇ τηρητέον. ὡς σκεῦος ἅγιον, καὶ Θεῷ εἰς λειτουργίαν ἐσόμενον. Διετὲς δὲ γεγονὸς ἐν τῷδε τῷ οἴκῳ τὸ θεῖον βάπτισμα δέξεται, καὶ αὐτὸ μετὰ τὴν ἐκ τοῦ βαπτίσματος χάριν, τὰ περὶ ἑαυτοῦ φθέγξεται.

7. Martha igitur tam præsenti divinaque apparitione dignata, perculsa et trepida domum suam

ζ'. Ἡ μὲν οὖν γυνὴ τοιαύτης καὶ οὕτω θείας ἐπιστασίας ἀξιωθεῖσα, ὑπόστρομος καὶ περιδεὴς εἰς τὸν

Digitized by Google

οἰκεῖον ἐπάνεισιν οἶκον, εἴσω πυλῶν τῆς Ἀντιόχου ὄντα· καταλαμβάνει δὲ τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα τῷ βιβλίῳ προσκείμενον, ὃ τὴν ἐξήγησιν τῆς ἱερᾶς τοῦ Προδρόμου κεφαλῆς περιεῖχεν, ὅπως ὁ τοσοῦτος θησαυρὸς, καὶ τοῦ μὴ λαθεῖν ἄξιος, ὑπὸ γῆν κρυπτόμενος εὑρεθείη. Σύμβολον, οἶμαι, τῆς τοῦ εὐαγγελισθέντος αὐτῇ προφητείας καὶ τοῦτο, ὅτι μέγα τι τῷ βίῳ ἀγαθὸν καὶ οὗτος φανεῖται. Παρὰ τῷ ἀνδρὶ τοίνυν καθίσασα, τῆς ἀναγνώσεως ἠκροᾶτο· ὡς δὲ αὖτη πέρας εἶχεν αὐτῷ, ἡ γυνὴ τὴν ὄψιν εἰς νοῦν λαμβάνουσα, φόβου καὶ χαρᾶς τὴν ψυχὴν ὑπόπλεως οὖσα, οὐδὲ καθεκτῶς ἔχειν οἷα τε ἦν, ἀλλά τι λίαν οἰκτρὸν ἑαυτὴν ὠλοφύρετο, ὡς μηδὲ πυνθανομένῳ τὴν αἰτίαν τῷ ἀνδρὶ ἀποκρίνεσθαι, ἀλλ' ἐν ἀπορρήτῳ καρδίας τὰ ὀφθέντα κατέχειν· ἐκείνη μὲν οὖν τῷ ἀνδρὶ συνοικοῦσα συνέλαβε ἀπὸ τότε κατὰ τὴν τοῦ Προδρόμου φωνὴν, καὶ συνετήρει πάντοθεν αὐτὴν ὥσπερ τι θεῖον ἐν ἑαυτῇ φέρουσα σκεῦος· οἷς μέντοι θαῤῥεῖν εἶχε, καὶ μάλιστα τῷ ἀνδρὶ, παρεδήλου πολλάκις, ὡς ἄῤῥενος ἐγκύμων εἴη γονῆς, καὶ ὅτι Συμεὼν τὸ τεχθησόμενον ὀνομάσοι. Τοῦ χρόνου δὲ ἤδη τῶν ὠδίνων συντελεσθέντος, τίκτει, τῶν τῆς λοχείας ὀδυνῶν αὐτῇ μὴ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐπιθεμένων, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀλύπῳ τοκετῷ χρησαμένη. Τεσσαρακοστῇ τοίνυν μετὰ τὸν τόκον ἡμέρᾳ προσάγει τὸ βρέφος τῷ τοῦ Προδρόμου ναῷ, ἀντιδιδοῦσα καθάπερ ὃ ἔλαβε, καὶ Θεῷ τῷ δεδωκότι καθιεροῦσα.

η'. Καὶ ἡ μὲν αὐτῷ τὴν δεξιὰν ἐπεῖχε θηλὴν, ὡς ὑπὸ τοῦ Προδρόμου εἴρητο, καὶ ταύτῃ τὸ βρέφος ἐτιθηνεῖτο· ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις ἔννοια γίνεται τῇ μητρὶ, καὶ τὴν εὐώνυμον αὐτῷ ἐπισχεῖν, καὶ δῆτα δεόμενον ἰδοῦσα θηλῆς, τὸν ἀριστερὸν ἐπέχει μαστόν. Καὶ τὸ μὲν οὐχ ἥπτετο, ἀλλὰ κλαυθμυριζόμενον ἀπεστρέφετο· ἡ δ' ἐπέμενε μᾶλλον ἐπέχουσα. Ὡς δὲ τοῦτο πᾶσαν ἐκείνην παρέτεινε σχεδὸν τὴν ἡμέραν, καὶ τὸ παιδίον ἄγευστον θηλῆς διεμεμενήκει τῆς νυκτὸς ἐκείνης (Ὦ πῶς σου τὰ θαυμάσια, Χριστὲ, διηγήσομαι!) συστέλλεται τῇ μητρὶ τὸ διοιδοῦν καὶ ἀνεστηκὸς τοῦ εὐωνύμου μαστοῦ, εἶτ' οὖν ὁ ὑποπιπλάμενος τοῦ γάλακτος κόλπος, καὶ ὑπολαίνεται καὶ ξηραίνεται, καὶ ἀνδρείῳ τὸ πᾶν ἴσα γίνεται· ὁ δεξιὸς δὲ, ὡς καὶ πρότερον εἶχεν, ἀῤῥόνως θηλάζειν τὸ παιδίον δυνάμενος. Μάρτυρες τοῦ τοσούτου θαύματος ὅσαι τῶν γυναικῶν ἐγγειτόνων, αἷς ἡ τούτου μήτηρ, χλωρὸν ὑπὸ δέους ὁρῶσα, τόν τε μαστὸν εὐθέως ἐδείκνυ, καὶ τὴν αἰτίαν ἐπεξηγεῖτο.

θ'. Διετὲς δὲ γεγονὸς τὸ παιδίον ἐν τῷ τοῦ Προδρόμου ναῷ, κατὰ τὴν ἐκείνου προφητείαν, τὸ βάπτισμα δέχεται, καὶ Συμεὼν ἐπικληθὲν ἄνεισιν ἐκ τοῦ ὕδατος. Γίνεταί δέ τι θαῦμα περὶ αὐτὸ τοῦ προτέρου παραδοξότερον. Γλώττῃ γὰρ εὐθὺς ἤρξατο τρανῇ λέγειν, ὃ καὶ τῷ Βαπτιστῇ δηλαδὴ προηγόρευτο· Ἔχω πατέρα καὶ οὐκ ἔχω, ἔχω μητέρα καὶ οὐκ ἔχω· τοῦτο δὲ καὶ ἐς ἑβδόμην ἐπέμενε λέγον ἡμέραν, σημαίνον ἐντεῦθεν τὴν οἰκείαν τῶν γηΐνων ἄρνησίν τε καὶ ἀναχώρησιν, καὶ τὴν πρὸς τὰ οὐράνια μᾶλλον οἰκείωσιν αὐτοῦ καὶ ἀνάβασιν. Ἐξ ἐκείνου τοίνυν ὁσάκις ἡ μήτης κρεῶν μεταλά-

revertitur, intra portas Antiochiæ sitam; accedit-que ad maritum, operam dantem lectioni cujusdam libri, narrationem de sacro Præcursoris capite continentis; quo scilicet pacto thesaurus ille, indignis sub terra tenebris abstrusus latitans, tandem inde eductus sit. Symbolum id ego existimavero prophetiæ mulieri denuntiatæ; quod hic quoque magnum aliquod huic mundo bonum appariturus esset. Igitur marito assidens, lectioni præbebat aures; qua finita, recordata visionis suæ repletam timore gaudioque mentem continere nequibat: sed luctuosum quid evenisse sibi lamentando simulabat, ut ne causam percontanti marito revelare respondendo cogeretur, verum in penetralibus cordis quæ viderat conclusa retineret. Porro illa viro congressa statim concepit, uti prædixerat sanctus Joannes; conservabatque se omni in loco, non secus ac si vas quoddam sacrum ferret: ac multis quidem, quibus confidebat, atque imprimis marito satis manifeste indicabat sæpius virilem se fetum gestare utero, eique nomen Symeon imponendum. Jam vero expleto graviditatis tempore, non modo nihil ægritudinis ex partu, prout rei natura fert, persensit, sed omnis omnino doloris expers enixa est. Quadragesima deinde a partu die infantem in sancti Joannis Baptistæ templum adducit, redditura eumdem quemadmodum acceperat, Deoque datori consecratura.

8. Dextrum porro uber, uti ab eodem sancto dictum erat, ei præbebat, ac nutrimentum suppeditabat. Paucis vero post diebus in mentem venit matri, sinistræ quoque mammæ admovere puerum; atque adeo poscentem ubera re ipsa admovet: at ille tangere renuens, ploransque faciem avertebat. Cum autem mater perseveraret, totoque pene illo die uber sinistrum porrigeret, et puer etiam nocte nihil materni lactis gustasset (quomodo prodigia Domini enarrabo!), contrahitur matri distentum atque tumidum lacte uber sinistrum; et sinus ante protuberans, mollis, aridus, et virili omnino similis efficitur: dexter vero, uti prius, retinebat affatim, unde puer nutriri posset. Testes rei tam admirabilis sunt, quotquot in vicinia mulieres; quibus mater præ verecundia erubescens illud ipsum uber monstravit, ac gestæ rei seriem exposuit.

9. Cæterum postea quam biennium compleverat puer, in divi Præcursoris æde, veluti ab eodem dictum erat, sacro baptismatis abluitur fonte, ac Symeonis nomine insignitus inde emergit. Accidit hoc ipso tempore prodigium quoddam admirabilius priore. Continuo namque clara voce (quod ipsum quoque sanctus Joannes prædixerat), proloqui incipiebat: Est mihi pater, et non est: est mihi mater, et non est; eumdemque in septimam usque diem continuabat sermonem, significans, se dein rebus terrenis nuntio remisso, a strepitu populi recessurum, cœlestibusque melius intentum, eo tota mente ascensurum. Profecto eo

Digitized by Google

illo tempore, quoties mater carnem manducasset, toto illo die uberibus abstinebat puer : quod cum sæpius factum esset, persuasum matri est, carnis esu omnino sibi uti interdiceret. Cum vero eo jam pervenerat, ut aliis quoque cibis vesci posset, panem illi melle illitum, et pro potu aquam porrigebat mater. Si quando autem ad balnea adducere ipsum niteretur, tam ægre patiebatur, tantamque præ se ferebat indignationem, ut renitentem continuo vox deficeret : quo animadverso, mater illud quoque in posterum tentare destitit.

A βοι, παρ' ὅλην τὸ παιδίον ἐκείνην ἀπείχετο θηλῆς τὴν ἡμέραν· ὃ δὴ πολλάκις γεγονὸς, πείθει τὴν μητέρα παντάπασιν ἀποσχέσθαι κρεωφαγίας. Ἀπέσθαι δὲ ἤδη καὶ τροφῆς δυναμένῳ, ἄρτον ἡ μήτηρ μέλιτι χρίουσα, καὶ ὕδωρ αὐτῷ ποτὸν ὥρεγεν. Εἰ δὲ καὶ λουτρῷ τοῦτο προσαγαγεῖν πειραθείη, οὕτω δεινὰ ἐποίει, καὶ ἀγαναχτοῦν ἐφαίνετο, ὡς καὶ αὐτὴν εὐθὺς αὐτὸ τὴν φωνὴν ἐπιλείπειν· ὅπερ οὖν τὴν μητέρα εἰδυῖαν μηκέτι βαλανείῳ τὸ παιδίον προσάγειν πείθει.

CAPUT II.

Terræmotum fugiens Pisam perducitur, inimicum sanat, columnam conscendit. Visiones variæ.

10. Accidit, Symeone nostro jam quinquenni facto, magnam Antiochiam gravi terræmotu (2) sic labefactari, ut non modo domus, ubi parentes illius morabantur, eodem rueret, verum ipse quoque pater, ruinis interceptus, vitam luctuoso exitu concluderet. Et mater quidem in oratorium tunc commotum abierat : ipse vero in æde protomartyris Stephani Antiochiæ sita se continebat. Verum terræmotu urbem miserandum in modum evertente, inde recedens, errabundus circumvagabatur, donec mulier quædam pia ac parentibus ejus familiariter usa, repertum forte in montem urbi admodum vicinum deduxit. Septem itaque dies mater quæsitum per urbem invenire nullo modo poterat; rataque ædificiorum passim labentium ruinis involutum periisse, gravissimo medullitus dolore premebatur, donec læta visione, sancto iterum apparente Prodromo, recreata, certiorque reddita est, quo filium loco reperiret. Abiens itaque, invenit illum apud dictam mulierem, hæc de ipso summa cum admiratione commemorantem, quod spatio dierum septem, bis persuasus alimenti quiddam sumere, solo pane et aqua contentus fuisset. Cum recepto igitur filio ad Joannis Baptistæ templum contendens, gratiis Deo et sancto, ut par erat, ibidem persolutis, urbem remeat.

ι'. Πενταέτους δὲ ἤδη τούτου γεγενημένου, συνέβη σεισμῷ τὴν Ἀντιόχου μεγάλῳ κατενεχθῆναι, ὡς μὴ μόνον τὸν οἶκον, εἰς ὃν οἱ τούτου γονεῖς κατέλυον, ἔργον τοῦ τοιοῦδε σεισμοῦ γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν B τὸν τούτου πατέρα τοῖς συμπτώμασιν ἐναποληφθέντα συγκαταλῦσαι τὸν βίον. Ἡ μὲν οὖν μήτηρ εἰς προσευχῆς τηνικαῦτα οἶκον ἐτύγχανεν ἀπιοῦσα, τὸ δὲ παιδίον, ὁ κατὰ τὴν Ἀντιόχου τοῦ πρωτομάρτυρος Στέφανου ναὸς εἶχεν. Τοῦ δὲ σεισμοῦ τὴν πόλιν δεινῶς καταστρέψαντος, οἷα πλανώμενον περιῆγεν, ἕως γυνή τις αὐτὸ, τῶν θεοσεβῶν καὶ τοῖς αὐτοῦ γονεῦσι γνωρίμων, εὑροῦσα, πλησίον τοῦ παρὰ τῇ πόλει κομίσειεν ὄρους. Ἑπτὰ τοῦτο τοίνυν ἡ μήτηρ ἡμέρας ἀνὰ τὴν πόλιν ζητοῦσα, ὡς οὐχ οἷά τε ἦν ἀνευρεῖν, ἐπικατασεισθῆναί τινας αὐτῷ νομίσασα τῶν οἰκοδομῶν, τά τε σπλάγχνα δεινῶς ἐστρέφετο, καὶ τὴν καρδίαν ἐκόπτετο· ἕως φαιδρά τις ὄψις αὐτῇ καὶ πάλιν ὁ Πρόδρομος ἐπιστὰς, γνωρίζει τὸν τόπον, C ὅπου γενομένη τὸ παιδίον εὑρήσει. Ἀπελθοῦσα τοίνυν ἡ μήτηρ, εὑρίσκει τοῦτο παρὰ τῇ γυναικὶ, ἐκεῖνα περὶ αὐτοῦ σὺν ἐκπλήξει διηγουμένῃ, ὡς ἅρα δὶς τὰς ἑπτὰ ἡμέρας πεισθείη τροφῆς μεταλαβεῖν, ἄρτου καὶ ταῦτα μόνου καὶ ὕδατος. Ἀπολαβοῦσα τοιγαροῦν τὸ παιδίον ἡ μήτηρ, καὶ παρὰ τὸν τοῦ Βαπτιστοῦ ναὸν ἀπελθοῦσα, Θεῷ τε καὶ αὐτῷ τὰ εἰκότα εὐχαριστήσασα, ἐπάνεισι εἰς τὴν πόλιν.

11. Dum istic agit, et quanta sibi, tum per visiones, tum per prophetias promissa de filio essent, quamque stupenda jam nunc circa eumdem facta vidisset, in animum revocat; pendetque dubia, num visa illa reipsa aliquando vere complenda essent : videt per somnum sese alatam in sublime efferri, manibus prensantem filium, eumque veluti gratum Deo donum offerre, atque hisce compellare verbis: Unice desiderabam hunc gloriosum ascensum tuum videre, fili : ita me famulam suam liberet Altissimus, quoniam inveni gratiam inter mulieres, ut ipsi possim reddere uteri mei fructum, dolores, et labores. Istiusmodi visionem sancta mulier conspicata, in voces prophetæ illius Symeonis perquam similes, quasi et ipsa oculis suis salutare quoddam vidisset, erumpebat, conservabatque omnia in corde suo.

ια'. Καθ' ἑαυτὴν δέ ποτε γενομένη, καὶ ὅσα περὶ τοῦ παιδίου αὐτῇ ὀφθείη καὶ λαληθείη, ὅσα τε παραδόξως ἐπ' αὐτῷ γενόμενα ἴδοι ἐν νῷ λαμβάνουσα, καὶ ὅ τί ποτε ἄρα τὸ ἐπ' αὐτῷ τελεσθησόμενον εἴη διαποροῦσα, ὁρᾷ κατὰ τοὺς ὕπνους ὑπόπτερον ἑαυτὴν ἀπὸ γῆς αἰρομένην, τό τε παιδίον χερσὶ κατέχουσαν, καὶ δῶρον ὥσπερ Θεῷ δεκτὸν ἀναφέρουσαν, τοιαῦτά D τε αὐτῷ ἐπιφθεγγομένην· Ἐπεθύμουν ἰδεῖν σου, τέκνον, τὴν θείαν ταύτην ἀνάβασιν, ὅπως τὴν δούλην αὐτοῦ ὁ Ὕψιστος ἀπολύσῃ με, ὅτι εὗρον χάριν ἐν γυναιξὶν ἀποδοῦναι καρπὸν αὐτῷ κοιλίας ἐμῆς, ὠδῖνας, καὶ πόνους. Ὄψεως μὲν δὴ τοιαύτης ἡ ὁσία τυχοῦσα, καὶ παραπλησίας οὕτω φωνὰς τῷ Προφήτῃ Συμεὼν φθεγξαμένη, ἅτε τοῖς ἑαυτῆς ὀφθαλμοῖς σωτήριον ἰδοῦσα καὶ αὐτὴ, εἰς καρδίαν πάντα συμβάλλουσα, καθ' ἑαυτὴν διετήρει.

(2) De hoc terræmotu jam egimus supra § 3, ubi de ætate sancti Symeonis, diximusque ad annum 526 spectare.

(3) Eadem visio narratur quoque in *Vita sanctæ Marthæ*, num. 2, nec multum diversimode.

Digitized by Google

ιβ'. Συμβάν δὲ τὸν Συμεὼν μετὰ ταῦτα κατ' ἐκεῖνο A τῆς Ἀντιόχου διάγειν, ὁ Χερουβὶμ εἰκότως ἀπὸ Τίτου ἐλόντος Ἱεροσόλυμα λέγεται, εἰκόνας τε περιωνύμους τῶν Χερουβὶμ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἀνελόμενου ναοῦ πρός τε τὴν Ἀντιόχου μετακομίσαντος, κάνταῦθα τῆς πόλεως ὡς ἐν ἐπιφανεστάτῳ στήσαντος. Τῇδε τοίνυν διάγων, ὁρᾷ κατ' ὀφθαλμοὺς, ἐπὶ τῆς ἀρχαίας τειχοποιΐας, φρικτῆς ἐκείνης ὁράσεως. Ὁρᾷ τοιγαροῦν, καὶ ἰδοὺ, ὁ Κύριος ἁπάντων καὶ Δεσπότης Χριστὸς, ὁ Θεὸς (πῶς ἂν παραστήσειε λόγος τὸ μέγα τῆς ἐπιφανείας ἐκείνης θέαμα;) ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ τε καὶ μετεώρου, βῆμά τε πρὸ αὐτοῦ φοβερὸν ἐωρᾶτο, τότε τῶν δικαίων πλῆθος συνήρχετο, καὶ ἡ βίβλος τῆς ζωῆς ἀνεῴγνυτο· καὶ ἀπὸ μὲν ἀνατολῶν ὁ τῆς τρυφῆς πυκάζων Παράδεισος, ἀπὸ δὲ δυσμῶν λίμνη πυρὸς ἀναβράζουσα, Πνεῦμά τε Κυρίου ἐπ' αὐτὸν λέ- B γον· Ἄκουε καὶ σύνες λόγους ζωῆς· συμβουλὴ γάρ σοι πρὸς ἐκλογὴν τοῦ καλοῦ τὰ ὁρώμενα. Ἡ μὲν γὰρ τῶν δικαίων λαμπρότης, καὶ ὁ τῆς τρυφῆς Παράδεισος, τὴν ἀΐδιον ἀγαλλίασιν ἐπαγγέλλονται· ἡ δὲ τοῦ πυρὸς γέεννα, τὴν ἀτελεύτητον ἀπειλεῖ τιμωρίαν. Ἄπιθι τοίνυν, τὸ ἀγαθὸν ἐκλεξάμενος, ὡς ἂν μὴ τῶν ἀθανάτων μόνον μετὰ τέλος δεινῶν ἀπαλλαγῇς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπηγγελμένων τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν ἀνεκλαλήτων ἀγαθῶν ἐπιτύχῃς.

ιγ'. Ταύτης τῷ Συμεὼν τῆς θεωρίας ὑποδειχθείσης, σύνεσίς τε παραδόξως αὐτῷ θειοτέρα καὶ κρυφίων ἀθεάτως ἀποκαλύψεων προσετέθειτο γνῶσις. Ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις ὁρᾷ πάλιν ὑπ' ὀφθαλ- C μοὺς ἄνδρα λευχειμονοῦντα, ὃς, Ἀκολούθει μοι, ἔφη. Καὶ ὁ μὲν ἠκολούθει παραχρῆμα τῇ σκιᾷ τοῦ ὀφθέντος· ὁ δὲ κατὰ τὴν Τιβερινὴν ἀπάγει χώραν αὐτὸν, τὴν ὑπὸ τῇ γείτονι Σελευκίᾳ κειμένην ἐπί τινα τόπον, ἐν ᾧ χωρίον, Πίλα συνήθει γλώττῃ καλούμενον, ἦν. Ἐνταῦθα τοιγαροῦν ὁ Συμεὼν ἀνὰ τὴν τοῦ ὄρους ἐρημίαν ὑπὸ θηρίοις διῆγε, μόνοις αὐτῷ κοινωνοῖς τῆς διαίτης, πλουσίου νύκτα καὶ ἡμέρας φωτὸς ἄνωθεν ἀπολαύων, καὶ ὑπὸ τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ λευχείμονος ἀνδρὸς ὁδηγούμενος, ὃς αὐτῷ καὶ τὰ ἀναγκαῖα ἐπήρκει. Ἡμέρας μὲν δή τινας τῇδε διεκαρτέρει, εἶτα καὶ αὐτῷ προσβαίνων ἤδη τῷ ὄρει, εὑρίσκει βραχὺ μοναστήριον, ἐν ᾧ τις Ἰωάννης, ἀρετὴν μετιὼν ἀνὴρ, ἐπὶ βάσεως ἱστάμενος ἦν, ᾧ καὶ πρὸ τοῦ τὸν Συμεὼν ἐπιβῆναι τοῦ ὄρους, πολλαὶ περὶ αὐτοῦ D πολλάκις ἐφάνησαν ὄψεις. Ποτὲ μὲν γὰρ παῖδα ἑώρα λευχειμονοῦντα, ἐπ' ὀχήματος φερόμενον ἐπὶ τὴν μονήν· ποτὲ δὲ πάλιν ἐν ἀέρι μέσῳ, στύλῳ φωτὸς ὁδηγούμενον, καὶ συμπεριϊστάμενον, καὶ τῇ μονῇ ἐπιβαίνοντα· ἄλλοτε δὲ προσάγοντα μὲν ἤδη τῇ μονῇ τὸν παῖδα, ἄγγελον δὲ ἀετῷ τοῦτον ὑποδεικνύντα, καὶ, Οὗτος ἐκεῖνος, λέγοντα, δι' οὗ σώζεσθαι μέλλοις. Ταῦτα ὁ μὲν ὁρῶν, τοῖς σὺν αὐτῷ μοναχοῖς διεξῄει· μονωτάτου δὲ ἤδη τῇ μονῇ τοῦ Συ-

12. Post hæc Symeon, cum forte in illo versaretur Antiochiæ loco, qui jure merito Cherubim appellatur, propterea quod Titus, eversa Hierosolyma, celebriores Cherubinorum statuas, ex templo ejus sublatas, Antiochiam transtulerit, ibidemque celeberrimo urbis loco posuerit: cum illo, inquam, loco versaretur Symeon, objicitur illi apparens super ruinosum parietem horrendum hocce spectaculum. Apparebat ecce Christus universorum Dominus (sed quæ sermonis facundia tam illustris apparitionis spectaculum pro dignitate enarret?), apparebat, inquam, Christus sublimi in throno, ante quem tribunal terribile; tunc immensa justorum multitudo confluebat, pandebaturque liber vitæ: spectabatur ab ortu refertus voluptatum paradisus, ab occasu vero stagnum ignibus æstuans; et Spiritus Domini dicebat ei: Ausculta et intellige verba vitæ; consule illa, quæ hic cernis ut eligas virtutem. Splendor iste sanctorum et paradisus voluptatis sempiternam exsultationem significant: ista autem gehenna ignis nunquam terminanda supplicia interminatur. Abi igitur, virtutemque elige; ut post vitæ hujus terminum, non modo libereris ærumnis nullum terminum habituris, verum etiam particeps fias bonorum ineffabilium, propositorum amantibus Deum.

13. Contemplatione ista Symeoni objecta, scientia quædam plusquam humana, quæ occulta et aciem nostram fugientia revelaret, mirabiliter eidem attributa est. Paucis post diebus videt denuo virum, albo vestimento amictum, dicentemque: Sequere me. Ille autem sequebatur continuo umbram apparentis sibi, ducentisque in regionem Tiberinam, conterminæ Seleuciæ subjectam, ad locum quemdam, consueto incolis idiomate, Pila appellatum. Hic Symeon deserto in monte agens inter feras, quas solas vitæ suæ consortes habebat, copioso lumine cœlitus immisso diu noctuque perfruebatur; ducente per omnia viro illo, qui candidatus apparuerat, et necessaria vitæ suppeditante. Aliquot istic loci dies perduravit, deinde ipsum quoque montem conscendens, exiguum invenit monasterium; in quo degens vir quidam, Joannes nomine (4), virtutis admodum studiosus, stabat super basim: cui viro prius etiam de Symeone frequentes obtigerant visiones, quam is ad montem advenisset. Alias quippe puerum, candido amictu circumdatum, in monasterium curru vehi; alias rursus per medium aera, columna lucida viam monstrante, ipsumque ambiente, eodem penetrare conspexerat. Accidit quoque eodem adductum Joanni exhiberi ab angelo, dicente: Hic ille est, per quem salutem consecuturus es. Hæc, illo quo videbat tempore sociis suis monachis retulerat

(4) Nusquam mentionem reperio hujus viri apud Græcos, cum tamen præter alia *virtutis admodum studiosus* hic, et *placide mortuus* num. 45, dicatur; et in *Vita B. Marthæ*, num. 22, *sancti* nomine decoretur. Est autem ille, qui a Radero nostro parte III *Viridarii*, cap. 4, *De Stylitis*, *Anonymus Stylita*, *Symeonis Junioris magister* nuncupatur, non parum obstrictus *Vitæ hujus scriptori Nicephoro*, quod post tot sæcula beneficio illius, non tantum innotescat nominatim Latinis, sed famam quoque sanctitatis et odorem virtutum late spargat.

Digitized by Google

Joannes : nunc vero cum Symeon in monasterio ipse comparebat, extemplo contulit ipsum cum revelationibus suis: certusque eumdem esse, qui frequenter oculis suis objectus fuerat, spiritali perfundebatur voluptate, gratiasque Deo præ exsultatione lacrymis potius quam labiis persolvebat.

μεὼν ἐπιστάντος, εἰς τὰς οἰκείας ἀποκαλύψεις εὐθὺς ὁ θεῖος ἀνὴρ ἐκεῖνος ἀνενεγκών, καὶ τοῦτον ἐκεῖνον τὸν αὐτῷ πολλάκις ὀφθέντα εἶναι συνείς, μεστὴν ἐπ' αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἡδονῆς ἔσχε, καὶ Θεῷ δάκρυσι μᾶλλον ἀγαλλιάσεως ἢ χείλεσιν ηὐχαρίστει.

14. Exinde Symeon diebus septem, expers curarum, sibi uni vacans, neque verbum promebat, neque alimenti quidquam admittebat; obstupescente prædicto viro Dei, quomodo in tam tenera ac juvenili ætate arduum adeo rigidumque vitæ institutum sectari posset. Deinceps profecto tertio quoque die, aut septimo, aut etiam decimo reparabat tantum vires, paucis quibusdam pro cibo maceratis leguminibus cum aqua sumptis. Sic itaque proficiebat, sicuti ætate, ita exercitatione virtutum, quanquam hæc longe magis illam superabat. Erat præterea speciosa venustaque forma, capillis aurum colore referentibus, et oculorum dignitate insignis : erat in disserendo promptus, in respondendo prudens, divina ubique gratia cœlitus plane data, perspicue in ipso elucescente. Hæc decora ille, qui probis omnibus invidet; ille, inquam, qui jam inde a rerum exordio infensissimus generis nostri hostis exstitit, nequibat ferre; sed in quemdam, haud procul monasterio morantem, pecorum pastorem, subdole, uti malitiæ ejus familiare est, ingressus; tanta hominem invidia in virum sanctum ob virtutum ejus fulgorem inflammat, ut mortem illi anxie machinaretur; jamque viam modumque circumspiceret, quo conceptum animo scelus opere compleret, seque e monasterio impune subduceret.

ιδ'. Ἑβδόμῃ τοίνυν ἐξῆς ἡμέρᾳ ἡσυχάζων ἦν ὁ Συμεών, καὶ μόνῳ συνὼν ἑαυτῷ, μήτε τι προϊέμενος ῥῆμα, μήτε τινὰ τροφὴν προσιέμενος, ὡς ἐκπεπλῆχθαι τὸν θεῖον ἐκεῖνον ἄνδρα, ὅπως ἐν ἁπαλῷ τῆς ἡλικίας καὶ νεαρῷ τραχεῖαν οὕτω καὶ σκληρὰν ἀγωγὴν ἐπεδείκνυτο· ἔπειτα μέντοι διὰ τρίτης, ἢ ἑβδόμης, ἢ καὶ δεκάτης ἐτρέφετο βρεκτῷ τινι βραχεῖ ὀσπρίῳ καὶ ὕδατι. Προέκοπτε τοίνυν ὥσπερ τὴν ἡλικίαν οὕτω δὴ καὶ τὴν ἄσκησιν, μακρῷ δὲ τῆς ἀσκήσεως μᾶλλον ἡ ἡλικία ἐλείπετο. Ἦν δὲ καὶ τὴν ἰδέαν ὁ Συμεὼν εὐπρόσωπος καὶ τερπνός, ἐπιχρύσῳ τε κόμῃ καὶ ὀφθαλμῶν κάλλει κοσμούμενος· ἦν δὲ καὶ λέγειν ἕτοιμος, ἀλλὰ καὶ συνετὸς ἀποκρίνεσθαι, θείας ὥσπερ αὐτῷ χάριτος ἄνωθεν (ὃ καὶ ταῖς ἀληθείαις ἦν) περιφανῶς ἐπανθούσης· ἃ, τὸν τοῖς ἀγαθοῖς βασκαίνοντα πᾶσι, τὸν ἐξ ἀρχῆς λέγω τῷ ἡμετέρῳ γένει πολέμιον, οὐκ ἦν ἐνεγκεῖν, ἀλλά τινα παρὰ τῇ μονῇ ποιμένα θρεμμάτων ὁ σκαιὸς ὑποδὺς, ὅπερ δὴ τρόπος τῆς ἐκείνου κακοτεχνίας, τοσοῦτον αὐτοῦ τῇ ψυχῇ φθόνον τῆς ἐκείνου ἀρετῆς ὑπανάπτει, ὡς καὶ φόνον ἐπ' αὐτὸν ὠδίνειν, καὶ ἤδη παραπειρᾶσθαι ὅπως ἂν ἀνέλοι τοῦτον τῆς μονῆς ὑπεξαγαγών.

15. Dum isthæc nequam ille volvebat animo, studioseque actitare conabatur, Deus, qui Symeonem priusquam conciperetur prædestinaverat sibi, non deerat famulo suo : nam hominis nefarii manus, jam proxime sceleri admovenda, repente exarescit; quod argumentum justæ Dei comminationis atque indignationis manifestum est : tantæque animam ipsius angustiæ invadunt, ut impar doloribus ferendis archimandritam adiverit, quomodo manus sua haberet, ostendens, atque infortunium suum miserabiliter lamentans. Illo autem causam percunctante, obmutescebat, ærumnas suas præ timore confusioneque occultans. Interjectis aliquot diebus, dolore magis magisque ingravescente, corpusque pessumiens attenuante, recurrit ad monasterium clam omnibus ad archimandritam, aperit delictum, indicat acerbum cordis dolorem, flet amare, levamen mali implorat. Quid hic agat archimandrita? Confestim advocato Symeone, quem abundantiore sancti Spiritus gratia præventum noverat, quid actum, quid consilii captum sit, declarat; justam Dei in miserum hominem animadversionem ponit ob oculos; quam miserabiliter ejusdem manus affecta sit, commonstrat : deinde ipsum, uti genuinum filium, aut verius patrem, rogat, afflicto veniam ut largiatur, et medelam vulneribus pluteat precando.

ιε'. Ταῦτα ὁ μὲν ἔστρεφε καθ' ἑαυτὸν, καὶ διὰ σπουδῆς ἐποιεῖτο. Θεὸς δὲ ὁ καὶ πρὸ συλλήψεως ἑαυτῷ τὸν Συμεὼν ἀφορίσας, οὐκ ἠμέλει τοῦ οἰκείου θεράποντος, ἀλλ' ἔργου ἄρχεσθαι ἤδη μέλλοντι τῷ ἀνδρὶ, ξηραίνεται ἀθρόον ἡ δεξιὰ, τῆς τοῦ Θεοῦ δικαίας ἀπειλῆς καὶ κινήσεως ἐναργὲς τεκμήριον· καὶ οἱ πόνοι τοσοῦτον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς καθικνοῦνται, ὡς μηδὲ τῶν ὀδυνῶν ἀνέχεσθαι δύνασθαι, ἀλλὰ προσελθεῖν τῷ Ἀρχιμανδρίτῃ, τήν τε χεῖρα ὡς ἔχοι δεικνύντα, καὶ λίαν ἐλεεινῶς ἀποδυρόμενον ἑαυτόν. Καὶ ὁ μὲν ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν, ὁ δὲ οὐκ ἔλεγε, δεινῶς ὑπὸ δέους εἰργόμενος. Ὡς δὲ πολλαὶ μετὰ ταῦτα διῆλθον ἡμέραι, τά τε τῶν ὀδυνῶν μᾶλλον αὐτῷ ἐπετείνετο, καὶ τὸ σῶμα ἔρρει τηκόμενον, πρόσεισι τῷ Ἀρχιμανδρίτῃ κατὰ μόνας τὰ πάντων λαθὼν ὄμματα, ἐξαγορεύει τὴν ἁμαρτίαν, δημοσιεύει τὴν πονηρὰν ἐκείνην τῆς καρδίας ὠδῖνα, κλαίει πικρῶς, αἰτεῖ θεραπείαν τοῦ πάθους. Τὸν Συμεὼν τοίνυν ἐκεῖνος αὐτίκα καλέσας, ᾧ καὶ πλουσιωτέραν ἤδει φοιτῶσαν τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, τά τε τοῦ δράματος αὐτῷ καὶ τῆς ἐπιβουλῆς ἀπαγγέλλει, τά τε τῆς τοῦ Θεοῦ δικαίας ὀργῆς προστίθησι, καὶ ὅπως ἡ χεὶρ τῷ ἀνδρὶ πεπόνθοι ἐλεεινῶς δείκνυσι, εἶτα καὶ ὅσα γνησίου δεῖται παιδὸς, ἢ τάλλα θέστερον μᾶλλον πατρὸς συγχωρῆσαί τε αὐτῷ καὶ θεραπείαν αὐτῷ τῆς πληγῆς ἐπεύξασθαι.

16. Symeon ergo, ante nativitatem electus a Deo,

ις'. Συμεὼν δὲ, ὁ τῷ Θεῷ ἐκλελεγμένος καὶ πρὸ

γενέσεως, οὐ μόνον ἀπὸ καρδίας εὐθὺς ἀφῆκε τῷ πλημμελήσαντι, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ μᾶλλον εὐχὴν ἀσμένως δεξάμενος, καθάπερ αὐτός τι μέγα λαβεῖν οὐ δοῦναι μέλλων, κεφαλὴν ὡς εἶχε καὶ γόνυ γῇ δεδωκὼς, καὶ τῶν οἰκτιρμῶν τῆς τοῦ Θεοῦ δεηθεὶς ἀγαθότητος, τῶν τε φιλανθρώπων ἐκείνων σπλάγχνων ἐλκύσας ἔλαιον, ἀνεστὰς, καὶ χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἀνατείνας, σφραγίζει τὴν ξηρανθεῖσαν καὶ πάσχουσαν κακῶς δεξιὰν, καὶ παραχρῆμα (τίς ἀκουστάς σου, Θεέ μου, ποιήσει τὰς αἰνέσεις;) ὑγιὴς ἔχουσα ὤφθη, καὶ τῇ ἑτέρᾳ παραπλησίως· οὐ χεῖρα δὲ μόνην εὐθὺς, ἀλλὰ καὶ σῶμα ῥώννυται, καὶ εἰς τὴν προτέραν εὐεξίαν εἰσάνεισιν· ὅπερ οὕτως ἐξέπληξε τοὺς παρόντας, ὡς καὶ ψυχὰς ὅλων αὐτοὺς ἀπὸ τότε τοῦ Συμεὼν ἐξηρτῆσθαι· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἰωάννην τοῦ λοιποῦ μετὰ δέους αὐτῷ διαλέγεσθαι. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο, καὶ οὕτω θαυμάσαι ἄξιον· τὸ δ' ἑξῆς, πολλῷ καὶ τούτου θαυμασιώτερον. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν ἀρετὴν παραθήγων, καὶ ὑψηλοτέρας ἤδη πολιτείας ἁπτόμενος, αἴτει γενέσθαι βάσιν ἐκ πλαγίου τῷ Ἰωάννῃ· ἧς γενομένης εὐθὺς ἐπιβὰς, καὶ στὰς ἐπ' αὐτῆς· ἦν δὲ μόδιος τῷ Συμεὼν ἡ περιβολὴ, ξύλου καρύας πεποιημένος.

A illico non solum dimisit homini ex intimo corde delictum, verum etiam libenter preces pro incolumitate ejus fundendas, addicens, plane ac si magnum beneficium accepturus, non daturus esset, capite, ut poterat, genibusque humi positis, implorata bonitate miserentis Dei, elicitaque benignorum illorum viscerum misericordia, surrexit, extensisque ad cœlum manibus, aridam atque ægre habentem dexteram signat. Et quis auditas faciet laudes tuas, mi Deus? sanata continuo alterique simillima apparuit manus, neque hæc tantum, sed et corpus totum eodem momento corroboratur, ac pristinum in statum restituitur. Quæ res tanta admiratione præsentes complevit, ut ex illo tempore Symeonem unice suspexerint; ipseque Joannes B nunquam deinceps nisi cum tremore illi collocutus sit. Atque hæc quidem magna admiratione digna fuere; id vero quod sequitur, multo etiam majore. Nam, quemadmodum Symeon ad altiorem semper altioremque virtutis gradum, jam nunc altissimum consecutus, se exstimulat, petiit basim erigi ex adverso Joannis, erectamque mox conscendit, atque instilit: modius autem e ligno nucis juglandis fabricatus, circumtegebat ipsum.

ιζ'. Ὁρᾷ πάλιν αὐτὸς ἐκ πλαγίου παῖδα κάλλει ὡραῖον, τήν τε καρδίαν πρὸς τὴν ὄψιν ἀναφλεγείς, καὶ ὅτι Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς εἴη γνοὺς, θαῤῥεῖ κατὰ τὸν ἠγαπημένον μαθητὴν καὶ αὐτὸς, τὴν περὶ τοῦ πάθους ἐρώτησιν, καί φησι· Κύριε, πῶς σε ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι; Ὁ δὲ ὑπομονὴν αὐτῷ καὶ C καρτερίαν, ἢ σώματος νέκρωσιν μᾶλλον ἑκουσίαν νομοθετῶν, τὰς χεῖρας τύπῳ σταυροῦ διατείνας, Οὕτω με, φησὶν, ἐσταύρωσαν, ἐμοῦ εὐδοκήσαντος. Σὺ δὲ ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου. Ἀλλὰ τότε μὲν ὁ Συμεὼν οὐ συνῆκε τὰ εἰρημένα. Ὕστερον δὲ συμβαλὼν ὅπερ ἐκεῖνα ἐβούλετο, πόνῳ τε καθ' ἡμέραν πόνον, καὶ ἄσκησιν ἀσκήσει προστιθεὶς οὐκ ἀνίει. Τῷ μὲν οὖν Ἰωάννῃ νυκτὸς ἑκάστης εὐχὴ ψαλμοὶ τριάκοντα ἦσαν, τῷ δὲ Συμεὼν νῦν μὲν πεντήκοντα, νῦν δὲ ὀγδοήκοντα, τὰ πολλὰ δὲ καὶ τὸ ψαλτήριον ὅλον, ὕπνου μὴ δὲ βραχὺ γευομένῳ, ἀλλὰ μηδὲ ἡμέρας ἔχοντι πάλιν τὸ στόμα δοξολογίας παυόμενον, ὡς μηδὲ τὸν Ἰωάννην τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτῷ καθαρεύειν, ἀλλὰ τοιαύτας πρὸς αὐτὸν παραινέσεσιν χρῆσθαι· D Ἱκανόν σοι, τέκνον, ὅτι σαυτὸν ἐξ αὐτοῦ γάλακτος καὶ θηλῆς ἐσταύρωσας τῷ Χριστῷ· τί δέ σοι καὶ ταῦτα τὰ τῆς ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐγκρατείας; παρακαλεῖν χρὴ καὶ τὸ σῶμα, ὕπνου τε καὶ τροφῆς τὰ μέτρια κοινωνεῖν, ἵν' ἐξαρκεῖν ἔχῃ σοι πρὸς τοὺς τῆς ἀσκήσεως πόνους. Εἰ δὲ γὰρ βρῶμα ἢ πόμα κοινοῖ τὸν

17. Videt hic rursus puerum, formæ dignitate egregium, cujus aspectu toto corde inflammatus; cum Christum Dominum illum esse cognovisset, non dubitat, exemplo dilecti discipuli, ipsum de passione ejus interrogare, inquiens: Domine, quo modo te Judæi affixerunt cruci? Dominus autem interroganti patientiam, tolerantiam aut potius mortificationem corporis voluntariam pro norma vivendi præscribens, manibus in modum crucis extensis: Ita, inquit, me, id unice expetentem, fixerunt cruci. Tu vero esto robustus, et viriliter age. Tum quidem non intellexit Symeon, quid isthæc sibi dicta vellent: postea vero, ubi intellexit, alios ex aliis labores aggressus est, et virtutum exercitiis alia atque alia incessanter addidit. Joanne igitur orationem suam, psalmos triginta, singulis noctibus persolvente, recitabat Symeon aliquando quinquaginta, aliquando octoginta, sæpe etiam Psalterium universum, somnum oculis suis nullum omnino videns, sed nec de die linguam suam a divinis laudibus decantandis cessare patiens; adeo ut Joannes non modo viribus ipsius timeret plurimum, sed ejusmodi quoque adhortatione nimis in se severum aggrederetur: Sufficiat tibi, fili, quod ab ipsis incunabulis te Christo crucifixeris: quid tibi cum hisce pœnitentiæ exercitiis,

(5) De forma modii columnaris dictum est 5 Januarii ad *Vitam sancti Symeonis Senioris*, § 2, quibus nunc addi nihil volumus, nisi quod etiam pellibus subinde *modius*, de quo mox, videatur tectus fuisse, ex num. 146, et columna ferreo septo munita, ex num. 219, item ex *Vita matris Marthæ*, num. 33, columnæ adjunctam fuisse scalam, per quam ad modium scandebatur, etiam ab infirmis curari petentibus, ut ibi etiam habetur n. 72, ac denique ex jam dictis ante Vitam § 1, locum columnæ fuisse intra mandram, id est maceriam lapideam, ne quis posset accedere, nisi admissus a fratre qui internuntii officio fungebatur: dicturque apud Evagrium, l. 1, cap. 13. Symeonis Senioris *modia, vix cubitis duobus in amicta* patuisse. Infra etiam, num. 46, constat, non semper apertum *modium* superne, sed omni ex parte nonnunquam clausum fuisse.

Digitized by Google

humanas vires excedentibus? Oportet et corporis curam gerere, eique mediocrem somnum alimentumque indulgere, ut sufficere laboribus asceticæ vitæ possit. Neque enim cibus et potus coinquinant hominem; nam: *Dedi vobis omnia sicut olera pabuli manducanda*, inquit sacra (6) Scriptura [1].

A ἄνθρωπον, *Δέδωκα γὰρ ὑμῖν πάντα φαγεῖν ὡς λάχανα χόρτου*, φησὶν ἡ θεία Γραφή.

18. Ad isthæc Symeon admodum prudenter respondens: Tametsi, inquit, illa non coinquinant hominem, nihilominus coinquinantes cogitationes excitant, easque turbidas morosasque efficiunt, et subtilissimam hominis mentem terræ affigunt, et tenebris veluti quibusdam involvunt. Etenim cum diu noctuque legem Domini meditamur, periculum haud est, ne abripiamur somni illecebris, uti queritur Propheta dicens: *Dormitavit anima mea præ tædio* [2] (quod utique tædium continentes pravarum cogitationum incursus afferunt, animæ intensionem sensim relaxantes), sed aperimus potius os B nostrum (desiderium intelligo et cordis fervorem ad custodiendum præcepta divina) ut attrahamus supernam gratiam seu Spiritum sanctum. Verum nihil tibi, mi Pater, per Dei amorem, cum meis hisce sermonibus; mihi ipse leges has fero, non aliis: mihi enim necessitas incumbit, ob juvenilem ætatem, tam aspere corpus meum tractandi.

ιη'. Πρὸς ἅπερ ἐκεῖνα τὸν Συμεὼν καὶ λίαν πρὸς σβυτικῶς ἀποκρίνεσθαι. Ὡς εἰ καὶ ταῦτα, φησὶν, οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τοὺς κοινοῦντας λογισμοὺς κινεῖ καὶ θολεῖ καὶ παχύνει, ἐνυλόν τε τὸν λεπτότατον ἐργάζεται νοῦν, ἀχλὺν αὐτῷ καθάπερ ἀνακεράσαντα. Νύκτα μέντοι καὶ ἡμέραν ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου μελετῶντες, οὐ συναρπαζόμεθα τῇ τοῦ ὕπνου μέθῃ. *Ἐνύσταξε γὰρ*, φησὶν, *ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀηδίας* (ἣν ἡ συνεχὴς τῶν ἐμπαθῶν λογισμῶν ἐργάζεται προσβολὴ, τὸν τῆς ψυχῆς τόνον ἠρέμα διαχαυνοῦσα), ἀλλὰ τὸ στόμα τηνικαῦτα μᾶλλον ἀνοίγοντες B (ὅπερ ἐστὶν ὁ περὶ τὰς θείας ἐντολὰς πόθος, καὶ ἡ τῆς καρδίας περὶ αὐτὰς θέρμη) τὴν ἄνωθεν χάριν εἴτ' οὖν Πνεῦμα ἑλκύσομεν. Ἀλλὰ, διὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀγάπην, μηδέν σοι πρὸς τοὺς ἐμοὺς λόγους, ἐμαυτῷ γὰρ νομοθετῶ καὶ οὐκ ἄλλοις· δεῖ γάρ μοι διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας, τοσαύτης περὶ τὸ σῶμα σκληραγωγίας.

CAPUT III.

Visiones aliæ; miracula; terriculamenta dæmonis.

19. Et hæc quidem Symeonis oratio, præter ætatem et exspectationem prolata, percellere audientes poterat: Christus autem qui ipsum sanctificaverat, quique priusquam pateretur sanctis suis discipulis apostolisque dixerat: *Confidite, ego vici mundum* [3]; gratiamque et virtutem patrandi miracula infuderat; ille similibus Symeonem donis impertiturus, palmisque contra diabolum pugnando obtentis nobilitaturus, similibus etiam ad ipsum vocibus uti dignatus est, dicens: *Confide, ego vici mundum*. Deinde etiam divinæ lucis claritate circumfunditur, detegiturque confestim omnis magnificentia atque imperium diaboli: ipse diadema in capite gestabat; astabant integræ dæmonum phalanges; ad voluptatis ornatum præsto erant aurum, pretiosi lapides, uniones, utpote magis aptæ ad inducendam voluptatem illecebræ; audiebatur tibiarum fistularumque sonus, et varius musicæ concentus; cernebatur peccatum specie puellæ, cum comitibus suis, ad turpitudinem homines al- D licientibus: illic curiositatis nequitiæque, hic diffidentiæ, inertiæ et oblivionis spiritus residebant; spiritus autem avaritiæ diductis immane rictibus hiabat, veluti non satiandus nisi universa absorpsisset; qui istiusmodi rerum species exhibentes, conabantur Symeonem quoque ad se pellicere. At ille consuetis armis, salutari Jesu nomine crucisque signo se muniens, universa confestim spectra

ιθ'. Τοιαῦτα μὲν δὴ τὰ τοῦ Συμεὼν, καὶ παρ' ἡλικίαν καὶ ἀκοὴν οὕτω πᾶσαν ἐκπλήττειν δυνάμενα· Χριστὸς δὲ, ὁ καὶ τὸν Συμεὼν ἁγιάσας, καὶ πρὸ τοῦ παθῆναι τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις· *Θαρσεῖτε*, εἰπὼν, *ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον*, καὶ χάριν αὐτοῖς καὶ σημείων ἐμπνεύσας δύναμιν, παραπλησίου μέλλων χαρίσματος καὶ τῷ Συμεὼν μεταδοῦναι, τήν τε κατὰ τοῦ διαβόλου παρασχέσθαι νίκην αὐτῷ, τῆς ἴσης αὐτὸν ἐκείνοις ἀξιοῖ καὶ φωνῆς, *Θάρσει*, καὶ πρὸς αὐτὸν εἰπὼν, *ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον*. Εἶτα καὶ θεία περὶ αὐτὸν ἔλλαμψις γίνεται, καὶ πᾶσα τοῦ διαβόλου ἀθρόον αἱ φαντασίαι καὶ βασιλεῖαι αὐτῷ ὑποδείκνυνται· διάδημα μὲν ἐκεῖνος ἐπὶ κεφαλῆς ἔχων, αἱ δὲ τῶν δαιμόνων αὐτῷ παρεστῶσαι φάλαγγες, χρυσός τε παρ' αὐτῷ πρὸς τὸν τῶν ἡδονῶν κόσμον, καὶ λίθοι τίμιοι, καὶ μαργαρῖται, ἵνα καὶ μᾶλλον εἶεν ἐπαγωγότεραι. Ἦν δὲ καὶ αὐλῶν ἀκούειν, καὶ σύριγγος, μέλους τε μουσικοῦ παντός· ὡς θυγατέρα τε τὴν ἁμαρτίαν συνοῦσαν τοῖς ὀλέθρια δελεαζομένοις· ἐκεῖ πανουργίας πνεῦμα καὶ πονηρίας. Ἐκεῖ ἀπειθείας καὶ ῥᾳθυμίας καὶ λήθης, τὸ δὲ τῆς φιλαργυρίας καὶ λίαν φοβερὸν ἐκεχήνει, ὥσπερ οὐδ' ἂν εἰ πάντα καταπίοι χορτάζεσθαι μέλλον. Ταῦτα οὕτως ὁρώμενα, καὶ τοιαύτην φαντασίαν ἐπιδεικνύντα, ἐπαγαγέσθαι πρὸς ἑαυτὰ καὶ τὸν Συμεὼν ἐπειρᾶτο· ὁ δὲ τῷ συνήθει καὶ νῦν ὅπλῳ, τῇ τοῦ Χριστοῦ φραξάμενος ἐπικλήσει, τήν τε τοῦ σταυροῦ σφραγῖδα τοῖς θεά-

[1] Gen. IX, 3. [2] Psal. CXVIII, 28. [3] Joan. XVI, 33.

(6) Ex versione LXX, quam ubique citari in hac *Vita* more Græcorum, notatum velim.

Digitized by Google

πασιν ἐκείνοις ἐπιβαλών, αὐτίκα πάντα διασκεδάζει, καθάπερ τι σκότος αὐγαῖς ἡλίου διαλυθέντα.

κ'. Μετὰ μέντοι τὰς νυκτώδεις καὶ νυκτὸς ἀξίας φαντασίας ἐκείνας τελεωτέρας αὖθις ἐλλάμψεως ὁ Συμεὼν ἀξιοῦται· ἐπεὶ καὶ φῶς ἀκολουθεῖν ἀναγκαῖον, σκότους ὑποχωρήσαντος. Ἀντενίσας γὰρ, εἶδε θεῖον εἰς οὐρανὸν, δόξα τε αὐτὸν ἐκεῖθεν εὐθὺς περιέλαμψε· καί τις τῶν πατριαρχῶν, μύρον ἡδύ τι καὶ θεῖον ἀπόζον ἐν χεροῖν ἔχων, ἀποσταγεὶς πρὸς αὐτὸν καὶ σφραγίσας, ἔχρισεν εἰπών· Ἐν τῷ μύρῳ τούτῳ διώξεις τοὺς δαίμονας, θείαν τε δύναμιν ἐξ ὕψους ἐν ὀσφύϊ περιζωσάμενος, κενὰς αὐτῶν τὰς προσβολὰς καὶ τὰς ἐπιβουλὰς ἀποδείξεις. Θάρσει τοιγαροῦν, πεποιθὼς τῇ τοῦ ποιήσαντός σε σφραγῖδι Χριστοῦ· οὐκ ὠφελήσει γὰρ ἐχθρὸς ἐπὶ σοὶ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει κακῶσαί σε.

κα'. Τοιαύταις ὁ θεῖος Συμεὼν ἐνετρύφα παρὰ Θεοῦ θεωρίαις, τοσαύτης ἐκεῖθεν πρὸς τοὺς ἀσκητικοὺς ἀγῶνας εὐδοκίας ἠξίωτο. Ἅπερ οὐκ ἐλελήθει τὸν Ἰωάννην· ὡς γὰρ τῶν ἑαυτοῦ φύντα σπλάγχνων, οὕτως ἐώρα τὸν Συμεὼν, διὰ τὸ πολὺ καὶ παρ' ἡλικίαν τῆς ἀρετῆς, καὶ μανθάνειν τὰ κατ' αὐτὸν περὶ παντὸς ἐποιεῖτο, οἷς ἀκόλουθα δήπου καὶ τὰ ἐξῆς. Ἀνὴρ γάρ τις παρειμένος τὸ ἰσχίον καὶ χρόνον ἤδη συχνὸν, ὀδύναις τε τοῦτο δριμείαις βαλλόμενος, ὡς μηδ' οἷός τε εἶναι παντάπασιν ἀνακύψαι, συνεχῶς τῇ μονῇ φοιτῶν, τήν τε ξένην τοῦ Συμεὼν ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ πολιτείαν ὁρῶν, πείθεται τὴν ψυχὴν, ὡς εἴπερ οὗτος ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθείη, ὑγιᾶ πάλιν αὐτὸν ὡς καὶ πρότερον ὁ Θεὸς ἀποκαταστήσει· καὶ προελθὼν τῷ Ἰωάννῃ δεῖται θερμῶς δεηθῆναι πάλιν αὐτὸν ἐκείνου προσεύξασθαι περὶ αὐτοῦ. Ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης πρὸς τὸ τοῦ ἀνδρὸς πάθος σπλάγχνα παθὼν, τῇ βάσει παραστῆναι τοῦ Συμεὼν παραγγέλλει· ἔπειτα παραινεῖ, συμβουλεύει τῷ Συμεὼν, ἱκέτης αὐτοῦ πάλιν ἐκεῖνος γίνεται, μὴ οὕτω σφοδρῶς ἀλγυνομένου τοῦ κάμνοντος ὑπεριδεῖν, ἀλλ' εὔξασθαί τε ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ χεῖρας αὐτῷ ἐπιθεῖναι. Ὁ δὲ καὶ λίαν ἀχθεσθεὶς, ἁμαρτωλὸν ἑαυτὸν ἐκάλει, καὶ ὡς μεῖζον ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, τὸ ἐπίταγμα παρῃτεῖτο. Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἰωάννης μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ οὐκ ἀνίει, ἀλλὰ θερμότερον ἔτι μᾶλλον ἐπέκειντο, ὑφὲ καὶ βραδέως πεισθεὶς, χεῖρά τε τῷ πάσχοντι ἐπιθεὶς, καὶ ὅλον ἑαυτὸν εἰς εὐχὴν ἐπιτρέψας· Ἐγὼ μὲν ὁ ἁμαρτωλὸς σφραγίζω, ἔφη, τῇ τοῦ Χριστοῦ σφραγῖδι, κατὰ δὲ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω τῷ πάσχοντι· καὶ παραχρῆμα θεραπείας τυχὼν, ἀπῆλθε, λαλῶν ὅλῃ γλώττῃ τὰς τοῦ Θεοῦ δυναστείας.

κβ'. Εἶτα προσάγεταί τις αὐτῷ δαιμονῶν· καὶ ὁ μὲν δαίμων τὸν Συμεὼν αὐτίκα ἰδὼν, ἁρπάσας ἐλεεινῶς τὸν ἄνθρωπον τῶν αὐτὸν κατεχόντων, εἰς ὃν ἐκεῖνος ἦν ἐνοικῶν, ἀνὰ τὰς ἐρήμους τοῦ ὄρους ἠλαύνετο. Ὁ Συμεὼν δὲ τοῦ πάσχοντος οἶκτον λαβὼν, καὶ τοῦτον ἐν ὀνόματι Κυρίου καλέσας, ἀναστρέφειν κελεύει· καὶ ὅς, ἅμα τῇ κλήσει παρῆν αὐτῷ παρεστώς. Ὁ δὲ τῷ δαίμονι εὐθέως ἐπιτιμήσας, τήν τε

A dissipat, quemadmodum dissipari tenebræ solent fulgore solis.

20. Lucifugis hisce nocturnisque visionibus discussis, meliori denuo illustratione dignus judicatur; tenebris quippe depulsis lumen succedere necesse est. Nam dum fixis templum intuetur oculis, videt Dei majestatem in cœlo: continuoque gloria inde diffusa Symeonem circumfulsit, et patriarcharum quispiam unguentum, quod suave ac divinum quidpiam redolebat, manibus prælatum, guttatim stillare facit, unxitque ipsum, dicens: In virtute hujus unguenti fugabis dæmonas, divinoque robore ab excelso lumbis accinctus, inanes ipsorum esse impetus insidiasque ostendes. Confide igitur, sperans in Christi, qui te creavit, signo: B non enim proficiet inimicus in te, et filius iniquitatis non apponet nocere tibi.

21. Istiusmodi submissis a Deo spectaculis recreabatur Symeon, præveniebaturque gratuita hac benevolentia, ut par asceticæ vitæ laboribus atque certaminibus fieret. Atque illa Joannem minime fugiebant: quippe Symeonem propter plurima præstantioraque, quam in illa ætate solent inesse, virtutum decora, non secus observabat quam filium ex se prognatum, instituendumque curabat omnibus, quæ ad ipsum spectabant: quorum utique effectus sunt quæ subnectuntur. Vir quidam a longo jam tempore viribus destitutus, gravissimis premebatur doloribus; nec ulla omnino adhibita medicina poterat levari: dumque identidem monasterium frequentat, insolitamque Symeonis in C illa ætate perfectionem notat, fiduciam concipit fore ut Deus pristinæ se valetudini restituat, si Symeon deprecator intercedebat. Itaque Joannem adiens enixe rogat, Symeonem precibus suis exorare velit, ut pro se misero intercedat apud Deum. Joannes, conspecto viri affecto corpore, commiseratione tactus, adduci ad columnam Symeonis ipsum imperat; deinde hortatu suasuque, supplex denuo factus, inducere virum sanctum conatur, ut ne despiciat tam graviter laborantem, sed preces pro ipso fundat manusque imponat. Is autem molestissime hoc ferens, peccatorem se nuncupabat, mandatumque, quod vires suas excedere inquietabat, deprecabatur. D Cumque Joannes cum suis nihil remitteret, imo etiam longe ardentius instaret, vix tandem aliquando exoratus, ægre habenti manus imposuit, seque dans totum orationi: Ego, inquit, peccator formo signum Christi; uti credidistis, fiat ægrotanti. Qui continuo sanitate donatus abiit, potentiam Dei pleno ore decantans.

22. Post hæc dæmoniacus ad Symeonem adducitur: at dæmon simul atque virum sanctum conspexit, ereptum miserabiliter e manibus tenentium, quem insidebat, hominem per deserta montis agitabat. Misertus ergo Symeon ita raptati, eum in nomine Domini vocatum reverti jubet: ille autem pene citius, quam vocatus esset, se coram stitit. Mox vir Dei increpitum dæmonem, signo crucis

Digitized by Google

Christi objecto, inde exterminans, hominem sanum ac sibi redditum dimisit. Ita in promptu semper erat Symeoni gratia cœlestis : nec ullus, qui ipsum accedebat, revertebatur vacuus, sed reportabat, quidquid petierat, voti compos.

23. Cupidus porro Symeon absolutum per omnia virtutis ædificium struendi, perveniendique ad perfectissimum tolerantiæ gradum, dicit aliquando ad Joannem : Quam late pateat dominium Satanæ, et quantæ sint ejusdem perniciosæ divitiæ, quanto etiam studio omnem suam applicet vafritiem, ut virtutis zelatoribus bellum moveat, jam pridem monstravit mihi Dominus. Ait Joannes : Dominus te, fili, nequissimis illius machinamentis eripiet. Subsumens Symeon : Exsecrabiles, inquit, vires ejus, quantumvis sollicite aliud ex alio malum molientes, effectu carebunt. Ubi vidit Joannes, quam vilipenderet insidias inimici, veluti ad mentem revocare, in officioque continere aberrantem cupiens, ut ne teter spiritus, hinc animæ illius arrogantiam superbiamque tentans ingerere, lateret diutius : Non ita, inquit, fili mi, sis animatus ; neque tam imbelli cum hoste negotium nos habere, putato : imo vero calceos indutus ferreos, perpetuo monachis struit insidias, et sicubi occasionem nactus commodam fuerit, violenter impressionem facit. Precandus nobis potius invocandusque est Emmanuel : ipse perpetuo nobiscum futurus est ; ipse præsentia sua omnem inimici vim irritam reddet.

24. Hæc malignum spiritum ad tantam contra Symeonem adegerunt rabiem, ut repente superveniens, crebros strepitus, super pellem qua tegebatur, horribiliter insonantes, cieret ; subtus autem dæmonas, veluti angues subjiceret, tam formidolosa illico sibila emittentes, atque adeo vehementem incutientes terrorem, ut auribus ferre non sustinerent monachi ; quin etiam, cum detracta circumquaque pelle, nihil omnino visu perciperent, inexpugnabili crucis signo contra istiusmodi terriculamenta sese munientes, recederent. Non hic stetit vafrities nequam hostis : præludium illa erant. Serpentes ingenti numero adversus Symeonem coactos in aciem educit, nocturnaque spectra multimoda specie comminiscitur, quibus ipsum perterrere, atque ab eximiis illis asceticæ vitæ operibus absterrere diu conatur. At generosa illa propter Christum anima, hisce terroribus non modo non cedens, sed contra majori etiam contentione, quam antea enitens ad virtutem, et quibus terrenda putabatur illis ipsis fiduciam adaugens, vocem extulit cecinitque : *Altissimum posui refugium meum* [4] ; propterea non timebo *a timore nocturno, a sagitta volante per diem, a negotio perambulante in tenebris, a ruina et dæmonio meridiano* [5].

25. Conspicatus igitur malus dæmon in vanum se laborare, tunc quidem istiusmodi machinamentis abstinuit. Deinde vero mense Apelæo, qui no-

A τοῦ Χριστοῦ σφραγῖδα ἐπιβαλών, καὶ τοῦτον ἐκβαλὼν ἐκεῖθεν, καὶ ἀπελάσας, ὑγιῆ τὸν ἄνθρωπον ἀπολύει. Οὕτως ἀεὶ παραμένουσαν αὐτῷ τὴν ἄνωθεν εἶχε χάριν, καὶ τῶν αὐτῷ προσιόντων οὐδεὶς ἦν διακενὴς ἀναστρέφων, ἀλλὰ τυγχάνων οὗπερ ἐβούλετο.

κγ'. Βουλόμενος δὲ πρὸς ἀρετὴν διὰ πάντων οἰκονομεῖσθαι, καὶ ὑπομονὴν ἀεὶ καταρτίζεσθαι, φησί ποτε πρὸς τὸν Ἰωάννην· Ὡς ἄρα ἡ μὲν τοῦ Σατανᾶ κτῆσις, καὶ ὅσος ὁ τούτου ὀλέθριος πλοῦτος, ὑπεδείχθη μοι πρώην παρὰ Θεοῦ· τίς δὲ λοιπὸν ἡ σπουδὴ τῆς ἐκείνου πολυτεχνίας, δι' ἧς τοῖς ἀρετῆς ἐρασταῖς πολέμους ἀναρριπίζει. Καὶ ὁ Ἰωάννης· Ὁ Κύριος, ἔφη, τέκνον, ἐξελεῖταί σε τῆς ἐκείνου κακοτεχνίας. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Συμεών, Ἐπικατάρατός τε καὶ ἄπρακτος ἔσται, φησὶ, τῶν ἐκείνου δυνάμεων ἡ φροντὶς, μεθ' B ὧν τὰς πονηρὰς συσκευάζεται πράξεις. Ἰδὼν τοίνυν ὁ Ἰωάννης ὅπως ἐν οὐδενὸς μέρει τὰς ἐπιβουλὰς ἐτίθετο τοῦ ἐχθροῦ, καθάπερ αὐτοῦ τὸ φρόνημα καταστέλλων, ἵνα μὴ λάθῃ, τῇ τούτου ψυχῇ τύφον, ἐνεῦθεν ὁ σκαιὸς ἐμποιήσας· Μὴ οὕτω, τέκνον. Ἔχε, φησὶ, μηδ' οὕτως ἀσθενὴς ὁ πολέμιος λογιζέσθω σοι, ἀλλὰ σιδηρᾶς μᾶλλον ὁπλὰς ὑποδεδεμένος, ταύτῃ τι διὰ παντὸς τοῖς μοναχοῖς ἐφεδρεύων, καὶ εἴ που καιροῦ λάβοιτο, βιαίως ἐπιτιθέμενος· ἀλλὰ ἐπικλητέον ἡμῖν φάναι τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ αὐτὸς ἔσται διὰ παντὸς μεθ' ἡμῶν, καὶ αὐτὸς αὐτοῦ τῇ τῆς οἰκείας παρουσίας ἐπιφανείᾳ καταργήσει τὰς ἐνεργείας.

C κδ'. Ταῦτα πρὸς τηλικαύτην κατὰ τοῦ Συμεὼν ἐκμαίνει λύσσαν τὸν πονηρὸν ὡς ἀθρόον ἐπιστάντα, φόνους τε συχνοὺς ἄνωθεν τῆς σκεπούσης αὐτὸν μηλωτῆς φοβερὸν ἠχοῦντας ἐπινοῆσαι, καὶ κάτωθεν δαίμονας ὡς ὄφεις ὑποβαλεῖν, δεινόν τι κομιδῇ συρίττοντας καὶ σφόδρα δεδιττομένους, ὡς μηδὲ τὴν ἀκοὴν οἷόν τε εἶναι στέγειν τοὺς μοναχούς· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν δήπου περιελόντας τὴν μηλωτὴν, ἐπεὶ μηδὲν αἰσθητῶς ὁρᾷν εἶχον, τῷ ἀμάχῳ τοῦ σταυροῦ τύπῳ κατὰ τῶν δεινμάτων ἐκείνων σημειουμένους ἀνεχωρεῖν. Οἷς οὐκ ἦν ἀρκεῖσθαι μόνοις τὸν πονηρὸν, ἀλλὰ καὶ πλῆθος ἑρπετῶν κατὰ τοῦ Συμεὼν αὖθις ἐπισυνάγει, καὶ νυκτερινὰς ἐπινοεῖ πολυειδεῖς φαντασίας, καὶ χρόνον ἐπὶ μακρὸν ἐκταράττειν ὥσπερ αὐτὸν οἰόμενος, ἵνα πρὸς τοὺς ὑπερφυεῖς ἐκείνους ἀπαγορεύσῃ D ἀσκήσεως πόνους. Ἡ δὲ γενναία διὰ Χριστὸν ἐκείνη ψυχὴ, οὐχ ὅπως τούτοις οὐδὲν ἐνδιδοῦσα, τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ φιλονεικοτέρα πρὸς ἀρετὴν ἑαυτῆς γινομένη, ἐκείνα μᾶλλον αὐτῶν τεθαῤῥηκυῖα τῇ φωνῇ κατεπῇδε· *Τὸν Ὕψιστον ἐθέμην καταφυγήν μου, διὰ τοῦτο οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ.*

κε'. Εἰδὼς τοίνυν ἀνήνυτα κάμνων ὁ πονηρὸς, τηνικαῦτα μὲν αὐταῖς ὡς εἶχεν ἀπέστη δυνάμεσιν. Ἀπελλαίου δὲ μηνὸς ὕστερον, ὃς Δεκέμβριος ἡμετέρᾳ

[4] Psal. xc, 9. [5] ibid. 5, 6.

Digitized by Google

διαλέκτῳ καλεῖται, πάσας ὡς ἐδόκει καλῶς τὰς ὑπ' αὐτὸν φάλαγγας ἐξαρτύσας, δευτέρᾳ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἐπιστρατεύει τῷ Συμεών, καὶ τὸν γεγλυμμένον αὐτίκα μόδιον ἅρας αὐτῇ μελωπῇ, ἀφίησι κατὰ τοῦ κρημνοῦ. Δεξιὰ δὲ Κυρίου εὐθὺς ἐπ' αὐτὸν, δεξιὰ Κυρίου ποιοῦσα δύναμιν· καὶ ὁ μὲν ἀκλινῶς ἐπὶ τῆς βάσεως ἑστὼς καὶ προσευχόμενος ἦν· ὁ δὲ ὄμβρους ἀπὸ τῆς θαλάσσης καὶ ἀνέμους, καὶ τυφῶνας καὶ πρηστῆρας, καὶ καταιγίδας ἐκίνει, ἀστραπαί τε διάπυροι καὶ φλογώδεις, καὶ βρονταὶ βαρεῖαι καὶ σκληραὶ ἐξερρήγνυντο, ὡς μὴ τὰς ψυχὰς μόνον ἐκτεταράχθαι τοὺς μοναχοὺς ἀλλὰ καὶ τὰ ὦτα τούτους ἐκκεκωφωμένοις προσοικέναι. Ὁ μὲν οὖν Συμεὼν ἀκλόνητός τε καὶ ἀπερίτρεπτος, οὐ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ νοῦν πρὸς τηλικαύτας ἵστατο βίας.

κς'. Ὁ δὲ θεῖος Ἰωάννης ἐκόπτετο τὰ σπλάγχνα περὶ αὐτοῦ, ἀστακτὶ δακρύων, καὶ τοὺς μοναχοὺς καθ' ἕνα τε καὶ κοινῇ συγκαλῶν. Οἱ δὲ τῷ παραλόγῳ τῆς βίας καταπλαγέντες, οὐδὲ ἀποκρίνασθαι οἷοί τε ἦσαν· ἀλλ' ἢ μὲν ἀποθανεῖται νῦν, ἔλεγον, πρὸς ἀλλήλους, ὁ Συμεών. Εἶτα καὶ τὰ ἐκ τοῦ πονηροῦ προσετίθεσαν. Ποῦ, φησὶν, ἡ ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ πολιτεία; ποῦ ἡ τῆς ἀσκήσεως μανία; ποῦ ἡ τῶν θαυμάτων ἐπίδειξις; αὐτὸς παραστήτω νῦν ἑαυτῷ βοηθὸς, αὐτὸς τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς διαδράτω κίνδυνον. Τοῦ δ' οὖν Ἰωάννου μὴ ἀνιέντος, ἀλλὰ συντονωτέρᾳ μᾶλλον ἔτι καὶ περιπαθεστέρᾳ τῇ φωνῇ χρωμένου, Μὲ δὲ μία σοι δι' ἐμὲ λύπη, Πάτερ, μηδὲ φροντὶς, ὁ Συμεὼν ἀποκρίνεται· ὁ μὲν γὰρ ἐχθρὸς κατήργηται ἤδη καὶ καταβέβληται· ἐμοὶ δὲ ἔρρωται τῇ ἄνωθεν χάριτι πάντα, καὶ ἀσφαλῶς τὰ τῆς στάσεως ἔχει. Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ συνίασι καὶ οἱ μοναχοὶ, καταλαβεῖν αὐτὸν ἤδη τεθνεῶτα νομίζοντες· ἀλλὰ κρεῖττον ἢ κατὰ προσδοκίαν ἀπήντα τὸ ἐλπισθέν. Καὶ ὁ μὲν, ψυχὴν ἅμα καὶ ὄψιν ἠγαλλιᾶτο, ὡς διὰ τοῦ προσώπου τὴν ἔνδον φαιδρότητα παραδείκνυσθαι· οἱ δὲ, παρὰ τοῦ θείου Ἰωάννου τὰ εἰκότα ὀνειδιζόμενοι, ἀνεχώρουν.

stra lingua December nuncupatur, omnibus (ut quidem videbatur) phalangibus instructis, secunda noctis vigilia, adoritur Symeonem; subitoque excavatum modium, cum ipsa pelle arreptum, in præceps dat. Dextera autem Domini continuo fuit super ipsum, dextera Domini faciens virtutem ipse siquidem immotus stabat supra columnam, orabatque; dæmon vero a mari imbres, ventos, procellas, turbines igneos ac tempestates ciebat, fulminaque inflammata et ignita: et tonitrua tam horrenda atque fragosa erumpebant, ut non modo totis artubus contremiscerent monachi, verum etiam surdorum instar nihil auribus persentiscerent. Interea Symeon, inconcussus ac circumverti nescius, non corpore tantum, sed vel maxime animo, adversus illos impetus stabat.

26. Divinus interim Joannes cruciabatur intimis visceribus Symeonis causa, ubertim lacrymans, monachosque in unum publice convocat: qui inopinatæ tempestatis violentia consternati, nihil dare responsi poterant universi; sed inter se, Jam forte Symeon morte occubuerit, inquiebant. Deinde etiam quædam e pessimo profecta spiritu adjiciebant, dicentes: Ubi nunc conversatio illius humana sublimior? ubi illud insanum exercitationis genus? ubi ostentatio prodigiorum? Opituletur nunc sibi ipse, et periculum a capite suo amoliatur. Inter hæc Joanne nullum dolendi modum faciente, sed magis etiam intensa ac lugubri voce personante, responsum Symeonis auditur: Nihil tibi mea causa, mi Pater, quod crucieris aut doleas: in vanum recidere machinamenta hostis turpiter prostrati; me autem si spectes et columnam (quæ superum gratia est), salva omnia. Simul atque illuxit, progrediuntur una monachi, ipsum, ut putabant, jam mortuum suscepturi: verum euntibus, melior opinione sua spes, occurrit ipse Symeon, et animo et vultu pariter exsultans; externis vultus notis internum animi gaudium non obscure testantibus. Monachi porro, ut meriti erant, a divino Joanne increpiti, ad se quisque revertebantur.

CAPUT IV.

Exhortatio duplex Symeonis, et pœnitentia.

κζ'. Ὁμιλίας δέ ποτε πρὸς αὐτοὺς ὁ Συμεὼν ἀφάμενος, τοιαῦτα παραδόξως αὐτοῖς διελέγετο, ἢ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δυνάμει μᾶλλον ἐφθέγγετο, ὃ καὶ διὰ παντὸς ἐμφιλοχωρεῖν εἶχεν αὐτῷ καὶ ἡδέως ἐπαναπαύεσθαι· Ἔλεγε τοίνυν, Ὅτι δημιουργήσας ἐν ἀρχῇ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, νοῦν ἐν αὐτῷ κατέστησεν ἡγεμόνα, δοκιμαστὴν ὥσπερ καὶ δικαστὴν τῶν ἐγγινομένων ἡμῖν λογισμῶν ἀγαθῶν τε καὶ φαύλων, ὥστε οὐδεὶς ἄγνοιαν ἔχειν τοῦ καλοῦ τε καὶ μὴ τοιούτου λέγειν δυνήσεται. Εἰ τοίνυν αἱ τῶν ἡδονῶν ἐπιθυμίαι περιγένωνται ἡμῶν, καὶ ὑπ' αὐτῶν αἰχμαλωτισθῶμεν, καὶ μὴ μᾶλλον γενναίως ἀγωνισώμεθα πρὸς αὐτὰς, μηδὲ δυνάμει τῇ πάσῃ στῶμεν πρὸς τὰς αὐτῶν προσβολὰς, ψεῦσται πάντως τῆς ἑαυτῶν ὁμολογίας γινόμεθα, ἣν τῷ Χριστῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος καὶ

27. Cum incidisset aliquando Symeon in colloquium cum monachis, talia præter exspectationem disseruit, aut potius virtute sancti Spiritus, qui perpetuam in ipso sibi gratamque habitationem elegerat suaviterque requiescebat, elocutus est; videlicet: Quod, cum Deus in principio conderet hominem, mentem ei ducem, arbitrum, ac velut judicem cogitationum bonarum malarumque indiderit, ut ne quis ignorantiam virtutis vitiorumque posset prætendere. Si quæ igitur prava voluptatum desideria nos invadant, iisque quodammodo captivi teneamur, et non viriliter pedem conferamus, nec tota virtute invadentium insultus reprimamus; fallax atque mendax est professio nostra, quam Christo tum per baptismum, tum per sus-

Digitized by Google

ceptionem monastici hujus habitus coram electis Dei angelis fecimus. Fateor quidem a natura ingenitam nobis concupiscentiam esse : quis enim negare queat se concupiscere ? sed a concupiscentiis non superari, id rationis prædominantis opus est, nostramque in malum propensionem velut freno constringentis. Similiter et gulam, et amorem proprium, et iracundiam, et invidiam, et si quæ alia perturbatio animi est, cum opposita quamque virtute comparare, et ab ea discernere judicio valemus ; sicque ex altera parte quod magis cum probitate conjunctum est, eligere ; quod ab ea alienum, reprobare. Etenim Dominus Deus noster duas nobis semitas ostendit, alteram angustam et spinis ærumnarum obsitam, quæ per se gradientes ducit ad vitam : alteram vero patentem laxamque, cujus terminus barathrum perditionis. Igitur, fratres, nobis ipsi vim inferamus, ut rapiamus quod vim patitur regnum Dei, qui nos omnes conservaturus est ad gloriam majestatis suæ. Amen.

A τοῦ μοναδικοῦ τοῦδε σχήματος, ἐνώπιον τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων, ὡμολογήσαμεν. Φύσει μὲν γὰρ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ προσόντος ἡμῖν, οὐδεὶς ἐπιθυμεῖν ἀρνήσασθαι δύναται· τὸ δὲ μὴ τῶν ἐπιθυμιῶν ἡττᾶσθαι, τοῦ ἐπικρατοῦντός ἐστι λογισμοῦ, τὴν ἡμετέραν ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπὴν ἀνείργοντος. Παραπλησίως δὲ καὶ γαστριμαργίαν, καὶ φιλαυτίαν καὶ θυμὸν, καὶ φθόνον, καὶ εἴ τι ἄλλο ψυχῆς πάθος, τῷ αὐτῷ λογισμῷ πρὸς τὴν ἀντικειμένην ἕκαστον ἀρετὴν παρατιθέναι καὶ κρίνειν δυνάμεθα, καὶ οὕτως ἐκ παραλλήλου τὸ βέλτιον αἱρεῖσθαι, τὸ φαῦλον διακρουόμενοι. Ἐπεὶ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς δύο τρίβους ἡμῖν ὑποδείκνυσι, τὴν μὲν στενὴν καὶ τεθλιμμένην, ἥτις ἀπάγει πρὸς τὴν ζωὴν τοὺς δι' αὐτῆς ὁδεύοντας, τὴν δὲ πλατεῖαν καὶ ἄνετον, ἥτις ἐπ' αὐτὸ φέρει τῆς ἀπωλείας τὸ βάραθρον. Διασώμεθα τοιγαροῦν ἑαυτοὺς, ἀδελφοὶ, ἵνα καὶ τὴν βιαστὴν ἁρπάσωμεν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, ὃς φυλάξει πάντας ἡμᾶς εἰς δόξαν τῆς αὐτοῦ μεγαλωσύνης. Ἀμήν.

B

28. Isthæc quidem commemorabat Symeon. At Joannes non Symeonis illa, sed sanctissimi arcanique Spiritus, quem et ipsius ore perspicue loquentem viderat, esse verba asseverabat. Ephraim vero, qui per id temporis magnæ urbi Antiochiæ præsidebat archiepiscopus, de sanctorum illorum standi consuetudine, et præcipue Symeonis, deque austero hujus laboriosoque admodum vitæ instituto, et conversatione sublimi ac perpetuo cum certamine conjuncta certior factus, ipse viæ se dedit, coram spectator futurus. Cumque vidisset quomodo Christo crucifixus Symeon in illo ætatis flore esset; oculos illorum quæ prius audierat nunc testes nactus, Deum pleno ore magnificabat, confitebaturque non minus lacrymis quam verbis : quæque præsenti miraculo fuerant, ad sua revertenti nunquam non in ore versabantur.

κη'. Ὁ μὲν οὖν Συμεὼν ταῦτα πρὸς αὐτοὺς ἀεξῄει· ὁ δὲ Ἰωάννης οὐκ ἐκείνου τὰ ῥήματα ἔλεγεν εἶναι, ἀλλὰ τοῦ παναγίου καὶ τελειωτικοῦ Πνεύματος, ἃ καὶ δι' αὐτοῦ σαφῶς ἤδει φθεγγόμενον. Ἔφραὶμ δὲ, ὁ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς μεγαλοπόλεως Ἀντιοχείας ἀρχιεπίσκοπος, περὶ τῆς στάσεως τῶν ὁσίων τούτων πειθόμενος, καὶ μάλιστα τοῦ Συμεὼν, τῆς τε τραχείας αὐτοῦ καὶ λίαν ἐπιπόνου διαγωγῆς, καὶ τῆς ἀπαραμίλλου καὶ ὑπερφυοῦς πολιτείας, κατὰ θέαν τούτων ἐλθὼν, ὅπως τε τῷ Χριστῷ ἐσταύρωτο παρ' ἡλικίαν ἰδὼν, καὶ ὄψεις τῶν ἀκουσθέντων μάρτυρας θέμενος, θεὸν ἦν ὅλῳ στόματι μεγαλύνων, καὶ αὐτῷ δάκρυσιν οὐχ ἧττον ἢ ῥήμασιν ἐξομολογούμενος, ἅπερ ἦν αὐτῷ καὶ παρόντι θαῦμα, καὶ εἰς τὴν πόλιν ἐπανελθόντι διήγημα.

C

29. Quid porro Symeon ? Quemadmodum amoris sui in Christum ignem, alio semper alioque igne adjecto, magis succendere cupidus, nulla gravissimorum cruciatuum satietate capiebatur, petit aliquando ab aliquo se invisente funem, acceptumque circum corpus convolvit constringitque tam arcte, ut exesa carne, quæ istic mollis admodum ac tenera est, nudæ costæ exstarent. Corpus itaque exulceratum pessime habere; et ulcerum sanies, concreto sanguine mista, pannoso amictui conglutinari. Is vero qui hæc patiebatur, nihilo magis dolorum acerbitate commovebatur, quam si alienum corpus ægre habuisset. Verum processu temporis tantus fetor e putrescentibus ulceribus generatus est, ut ad multorum nares delatus, gravis esset monachis, imo et ipsi Joanni : quamobrem percunctantibus illis gravissimi odoris causam, prætextus semper aliquos pro sui purgatione comminiscebatur Symeon : donec per rimam fenestræ speculatus monachorum quidam, conspicatusque sanguinis pure misti stagnum, discit dolorum ejus arcanum; at-

D

κθ'. Ὁ δὲ πῦρ ὥσπερ ἐπὶ πῦρ, ἀνάπτων ἀεὶ τοῦ εἰς Χριστὸν ἔρωτος, οὐδένα τε κόρον διὰ τοῦτο τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ καμάτων εἰδὼς, αἰτεῖ ποτε σχοινίον τινὰ τῶν αὐτῷ προσιόντων· ὃ καὶ λαβὼν εὐθὺς, ὅλον ἐν χρῷ τὸ σῶμα περιελίσσει καὶ διασφίγγει οὕτω σφοδρῶς, ὡς διαφαγεῖν αὐτοῦ τὰς σάρκας, ἁπαλάς τε οὔσας καὶ τρυφερὰς, γυμνὰς αὐτῶν τὰς πλευρὰς ἀποδεῖξαν. Ἦλκωτο μὲν οὖν αὐτῷ τὸ σῶμα, καὶ πονηρῶς εἶχεν· οἵ τε τῶν ἑλκῶν ἰχῶρες αἵμασι πεπηγόσιν ἀνακιρνάμενοι, τῷ τριχίνῳ συγκακόλλητο ῥάκει· ὁ δὲ καθάπερ σαφῶς ἄλλου πάσχοντος, οὕτω τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἀλγηδόνων ὑπερεώρα. Τοῦ γρόνου δὲ καὶ δυσωδίαν ἐντεκόντος τοῖς ἕλκεσιν, ὡς ἤδη πολλὴ αὕτη, καὶ πολλῶν ὀσφρήσει προσβάλλουσα αἴσθησίν τε τοῖς μοναχοῖς ἀλλὰ καὶ τῷ Ἰωάννῃ παρεῖχεν. Οἱ μὲν ἐπυνθάνοντο τῆς ὀσμῆς τὴν αἰτίαν· ὁ δὲ Συμεὼν προφάσεις τινὰς εἰς ἀπολογίαν ἐπλάττετο, ἕως διὰ τῆς θυρίδος τῶν μοναχῶν τις παραθεωρήσας, καὶ λίμνας αἱμάτων ἕλκεσιν ἀναπεφυρμένας ἰδὼν, μανθάνει τὸ τοῦ πάθους μυστήριον, καὶ παραυτὰ τῇ θέᾳ ἐπαγγέλλει τῷ Ἰωάννῃ. Καὶ ὃς οὐκ ὀλίγα δεινὰ

Digitized by Google

παθήσας ἀναγκάζει τὸν Συμεὼν ἆραι κατὰ μικρὸν τὸ σχοινίον· ἀρθῆναι γὰρ ἀθρόον οὐκ ἦν, ἐκδαπανῆσαν ἤδη καὶ διασῆψαν τὰς σάρκας, καὶ ταύταις ἄχρις ὀστέων ἐγκοιλανθέν.

λ'. Περιερχομένου δὲ τούτου, καὶ δάκρυα προστιθέντος καρδίας δήγματα, ἐπετίμα ὁ Ἰωάννης καὶ προσωνείδιζε φιλοστόργως· Μὴ δῆτα, λέγων, ὦ τέκνον, μὴ οὕτως ἑαυτοῦ χρῆναι λίαν ἀφιλανθρώπως ἔχειν. Ὁ δὲ τότε μὲν πατρικαῖς ἐπιτιμήσεσιν εἶξας, ἀπέθετο τὸ σχοινίον· μετὰ δὲ ταῦτα λαμβάνων αὐτὸ πάλιν ὁμοίως περιειλίσσετο, οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς σφίγξεως ἢ διατάσεως, ἀλλὰ χαυνότερόν πως καὶ φορητότερον· ἐσπούδαζε γὰρ ὑπωπιάζειν ἀεὶ τὸ σῶμα καὶ κατατρύχειν, τοὺς ἐπανισταμένους ἐξ αὐτοῦ τῇ ψυχῇ πολέμους ἀκούων· ἅπερ ἐξίστη τοὺς μοναχοὺς ἐν ἡλικίᾳ μαλίστα τοιαύτῃ γινόμενα. Αἰτοῦσι τοίνυν ἀκοῦσαι λόγους παρ' αὐτοῦ σωτηρίας, καὶ ὁ Συμεὼν ὁμιλίας αὖθις ἀψάμενος, ἢ τῷ ἐνοικοῦντι μᾶλλον κινούμενος Πνεύματι, ᾧ καὶ πρὸ μητρικῶν ὠδίνων ἐξείλετο.

λα'. Πατέρες ἔφη, καὶ ἀδελφοί, οὐ χρὴ τὸν ἀσύνετον ἐμὲ περὶ σωτηρίας ψυχῆς τῇ ὑμετέρᾳ πολιᾷ διαλέγεσθαι· ὅμως ἐπεὶ πατρικοῖς οὐκ ἔστι μὴ πείθεσθαι λόγοις, Ἔργον μοναχοῦ τὴν ἐγκράτειαν οἶμαι, ὥστε ἠρεμεῖν αὐτῷ τὰς τοῦ σώματος ἡδονάς, ἔχοντι τὴν ψυχὴν ἐν εἰρήνῃ, τό τε συνεχῶς ψάλλειν, καὶ ἀδιαλείπτως τῷ νῷ προσεύχεσθαι· ἔργον μοναχοῦ ἡ ἀγάπη, καὶ ἡ μετὰ ταπεινῆς καρδίας ὑπακοὴ, δι' ἧς καὶ Χριστὸς εἶλε τὸν θάνατον, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, ἵνα τὰς ἐπιθυμίας τῆς σαρκὸς καὶ ἡμεῖς δι' αὐτῆς θανατώσωμεν, τότε ἐν ἐξομολογήσει κλαίειν, καὶ ἐν συντριβῇ καρδίας ὡς ὁ Τελώνης προσεύχεσθαι, φωνή τε σύμμετρος καὶ λόγος εὔτακτος, καὶ ἡ ἐν πραότητι καὶ ἡσυχίᾳ διαγωγή. Ἔργον μοναχοῦ, τὸ μὴ ὀμνύειν ὅλως, πλὴν τοῦ Πίστευσον ἢ Συγχώρησον, ἥ τε τῶν τῆς φιλαργυρίας σκανδάλων φυγὴ, καὶ ἡ τῶν ὄντων μετάδοσις, καὶ τὸ μὴ μόνον μηδέ ποτέ τινος καταλαλεῖν, ἀλλὰ μηδὲ καταλαλοῦντος ἀνέχεσθαι, συμπάσχειν τε τοῖς ἐν ὀδύνῃ, καὶ ἀδελφῶν πόδας νίπτειν, καὶ ταῖς αὐτῶν χρείαις διακονεῖσθαι, τό τε μὴ τοῦ χαλεποῦ πάθους τῆς ὑπερηφανίας ἡττᾶσθαι, ἀλλὰ πάντων ἔσχατον ἑαυτὸν εἶναι ἡγεῖσθαι.

λβ'. Ἔργον μοναχοῦ, ἡ εἰς πάντας μεγάλους τε καὶ μικροὺς, ἐνδόξους καὶ ἀδόξους, πλουσίους καὶ πένητας, ὡς εἰς αὐτὸν Χριστὸν ἀγνὴ φιλαδελφία τε καὶ φιλοξενία, καὶ ὑποκρίσεως καθαρεύουσα πάσης διακονία. Μοναχὸς γὰρ πρὸς μὲν τὰς κατὰ κόσμον βλέπων ὑπεροχὰς, καὶ πρόσωπα τῶν τοιούτων λαμβάνων, πτωχὸν δὲ καὶ πένητα προσιόντα καὶ δεόμενον ἀπωθούμενος, ὁ τοιοῦτος οὐχ ἕξει παρουσίαν εἰς τὸν νυμφῶνα, οὐδὲ ἀπαντήσεται, οὐδὲ συνεισ-

A que continuo ab hoc spectaculo ad Joannem nuntiaturus accedit. Is autem non modice dolens et consternatus, adigit Symeonem, ut sensim funem auferat; nam confestim solvendi nulla spes erat, utpote qui jam consumptis et putrefactis carnibus ad ossa usque penetrasset.

30. Interim ad amplexus properantem Symeonem, lacrymasque contriti cordis indices adjicientem, increpat Joannes paterneque objurgat : Non profecto, mi fili, inquiens, non ita barbarum in modum corpus tractare fas tibi est. Cui paternæ castigationi ille tunc quidem cedens, funem solvit: verum haud ita multo post resumptum denuo circum corpus astrinxit, quamvis non tam arcte et violenter, sed aliquanto laxius tolerabiliusque : eo
B quippe Symeonis cura omnis intendebat, ut corpus suum castigaret semper et in servitutem redigeret, probe scilicet ignari quanta inde prælia immineant animæ. Quæ res, in tali præsertim ætate, perculit vehementer monachos, rogantes verba salutis ab ore ipsius excipere sibi denuo ut liceret. Nec abnuens Symeon, interno Spiritu, a quo maternum ante partum electus fuerat, movente, aggreditur dicere.

31. Patres fratresque, inquiebat, mei, non æquum est, me ingenio tam imbecilli ad hunc vestrum canitie venerandum cœtum verba facere : sed nec æquum est seniorum dictis non obtemperare. Sic igitur existimo, eo connitendum esse monacho
C præcipue, continens ut sit; ut nuntio corporis voluptatibus remisso, tranquillitatem pacemque animi conservet, ut continenter psallat, ac sine intermissione mentali vacet orationi. Eo connitendum monacho, charitate ut ardeat, et corde humili præcipienti obediat : obedientia quippe est, per quam Christus ipse mori elegit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, ut et nos desideria carnis nostræ per ipsam mortificaremus. Eo quoque connitendum monacho, ut in confessione ploret, contritoque corde cum publicano preces suas fundat ad Dominum : ut vox moderata, sermo decenter compositus, atque omnis in mansuetudine et tranquillitate conversatio sit. Eo connitendum monacho, ut ne juret omnino, sed solum
D dicat, Crede, vel, Ignosce ; ut scandalum avaritiæ declinet; ut facultates suas distribuat; ut non modo nunquam de alterius fama detrahat, sed etiam ne ferat quidem detrahentem; ut compatiatur in luctu positis; ut fratrum pedes lavet utilitatique studeat; ut periculosa illa animi passione, superbia dico, non superetur, sed omnium postremum se reputet.

32. Eo connitendum monacho, ut omnes tam magnos quam parvos, tam gloriosos quam inglorios, tam divitiis affluentes quam egenos, non secus ac Christum, charitate casta, hospitalitate et obsequio, omnis hypocriseos experte præveniat. Monachus namque, qui ad rerum mundanarum splendorem oculos reflexit, earumque species cupide contemplatur, mendicum vero, pauperemque et egenum a se repellit, non admittetur ad

Digitized by Google

nuptias, nec speret obviam iturum se cum exsultatione immortali Sponso, ut cum eo ingrediatur : sed potius illud sibi velim persuadeat, fore ut, exstincta ob olei defectum lampade, miserabiliter ab ipso excludatur. Eleemosyna quippe consuevit misericordiam consequi illis, qui misericordes in egenos sunt, eosque gravibus ærumnis liberare; testante id ipsum Christo ac confitente, præstitam pauperi misericordiam, sibi præstitam reputatum iri. Dicit enim : *Quandiu fecistis uni ex his minimis, mihi fecistis*[6] : adeo ut qui non miseretur fratris, Filium Dei censendus sit palam negavisse, Sadducæos quodammodo imitatus, non credendo resurrectionem esse, neque in spem inde pronanantem oculos reflectendo. Ne igitur latentem sub auro dæmonem pluris feceritis, quam necessitatibus fratrum succurrisse; dæmonem, inquam, qui et ipsum Christum aggredi non est veritus, ita loquens : *Hæc omnia dabo tibi, si cadens adoraveris me*[7]. Ne Christum mundi fallacis opinioni mendicitatem pauperis præferentem, et non habentem ubi caput reclinaret, contumelia afficiatis; illum, inquam, Christum, in cujus potestate cœli sunt ac terra. Etenim cum Abraham hospitalitatem in omnes exerceret, meruit Deum, angelis duobus comitatum, sub specie viatoris conspicere : similiter et Lot, qui angelos hospitio excepit. Verumtamen date operam sedulo, ut in divitibus atque pauperibus æqualiter Deum quæratis; quod effectum dabitis, si consideretis in paupere divitem et contra in divite pauperem; si pedes eorum lavetis cum gratiarum actione et charitate in testificationem animi, si suppeditetis hilariter de facultatibus vestris quidquid eorum usus deposcit, si denique universos velut unum intueamini; aut potius Christum in omnibus vos cernere, existimetis. Divitiæ monachorum, Patres fratresque, nihil possidere : si quis tamen iis abundet, non sibi potius abundet quam proximo.

ελεύσεται φαιδρῶς τῷ ἀθανάτῳ νυμφίῳ, ἀλλὰ τοῦτον ἑαυτῷ ἐλεεινῶς ἀποκλείσει, δι' Ἔνδειαν ἐλαίου τῆς λαμπάδος ἀποσβεσθείσης· ἐλεημοσύνη γὰρ αὐτοὺς ἐλεεῖν πέφυκε πρώτους, καὶ μεγάλων ἐξαιρεῖσθαι κακῶν τοὺς ἑαυτῆς ἐργάτας, αὐτὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντα Χριστὸν ἔχουσα, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναδεχόμενον, τὸν εἰς τοὺς πένητας ἔλεον. Ἐφ' ὅσον γὰρ ἐποιήσατε, φησὶν, ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε· ὥσπερ ὁ μὴ τὸν ἀδελφὸν ἐλεῶν πάλιν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ σαφῶς ἠρνηται, τρόπον τινὰ κατὰ τοὺς Σαδδουκαίους τῇ ἀναστάσει καὶ αὐτὸς ἀπιστῶν, καὶ πρὸς τὰς ἐκεῖθεν οὐ διαβλέπων ἐλπίδας. Μὴ οὖν προτιμήσητε τῆς τοῦ ἀδελφοῦ χρείας τὸν ἐγκρυπτόμενον τοῖς χρήμασι δαίμονα, ὃς καὶ αὐτῷ Χριστῷ τετόλμηκε προσβαλεῖν, εἰρηκώς· Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι· μὴ τῇ κοσμικῇ φαντασίᾳ τὸν τὴν πτωχείαν τοῦ πένητος ὑπερχόμενον, καὶ μὴ ἔχοντα ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, Χριστὸν ἀτιμάσητε, οὗ εἰσιν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ. Ἐπεὶ καὶ Ἀβραὰμ ξενίσας οἶδε Θεὸν σὺν ἀγγέλοις ὄντα ἐν ἐδοιπόρου σχήματι· ὁμοίως δὲ καὶ Λὼτ ἀγγέλους ὑποδεξάμενος. Ἀλλὰ καὶ ἐν πλουσίῳ καὶ πένητι ζητεῖτε Θεὸν, πένητας μὲν ὡς πλουσίους, πλουσίους δὲ πάλιν ὡς πένητας λογιζόμενοι, πόδας τε αὐτῶν μετ' εὐχαριστίας Θεοῦ καὶ ἀγάπης ἐν διαθέσει ψυχῆς νίπτοντες, καὶ ἱλαρῶς αὐτοῖς ἐκ τῶν ὄντων ἐπαρκοῦντες τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ὡς ἕνα τε τοὺς πάντας ὁρῶντες, ἢ καὶ Χριστὸν ἐν αὐτοῖς μᾶλλον ὁρᾷν νομίζοντες. Πλοῦτος μοναχοῖς, ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, ἡ ἀκτησία· εἰ δὲ κέκτηταί τις, μὴ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλὰ τῷ πλησίον κεκτήσθω.

33. Eo comitendum monacho, ut tum corpore tum animo continens sit. Si quem vestrum lasciva cogitatio incessat, fratres, in anxietate spiritus et compunctione cordis confugiens ad Deum, ita cum lacrymis clamet : Domine Jesu Christe, tu qui misericors et miserator Deus, qui totius consolationis Dominus, tu qui fuisti semper, futurusque es in æternum, tu qui amantissimus nostri Pater, qui confidentes in te non pateris confundi; tu, inquam, eripe me ex potestate hostium, succurre animæ meæ, salvum me fac in misericordia tua, tu qui exsultatio mea es. Libera me ab insidiis eorum qui circumdederunt me : tu quippe nosti, qui solus omnia nosti, et quem ne abscondita quidem cordis latere possunt, tu, inquam, nosti, istiusmodi impura cogitata, non a me accersita, sed invitum multumque reluctantem animum subiisse. Memento quia pulvis sum, nec, quæso, in condemnationem mihi illa cedant. Domine, Domine, virtus salutis meæ, sub umbra tua protege me in die belli. Ne tradideris me, Domine, a concupiscentiis meis peccatori : miserere mei, Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, et sub umbra alarum tuarum sperabo : Deus meus, ne longe recedas a me : Deus in

λγ'. Ἔργον μοναχοῦ, σωφροσύνη σώματος, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς· εἰ δέ τινα ὑμῶν, ἀδελφοὶ, λογισμὸς ἀκαθαρσίας εἰσέλθῃ, ἐν συνοχῇ πνεύματος καὶ καρδίας ὁλολυγμῷ πρὸς Θεὸν μετὰ δακρύων ἐκεῖνα βοάτω· Δέσποτα Χριστὲ, ὁ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ τοῦ ἐλέους Θεὸς, ὁ πάσης παρακλήσεως Κύριος, ὁ ἀεὶ ὢν καὶ διαμένων εἰς τοὺς αἰῶνας, ὁ μόνος φιλόστοργος Πατὴρ, ὁ τοὺς ἐπὶ σοὶ πεποιθότας μὴ καταισχύνων, ῥῦσαί με ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν μου, πρόσχες τῇ ψυχῇ μου, σῶσόν με ἐν τῷ ἐλέει σου τὸ ἀγαλλίαμά μου, λύτρωσαί με ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με· σὺ γὰρ οἶδας, ὁ μόνος πάντα εἰδὼς, ὃν οὐδὲν οὐδὲ τῶν τῆς καρδίας κρυφίων λαθεῖν δύναται, ὡς οὐκ ἐμῆς εἶσι ταῦτα γνώμης γεώργιον, ἀλλὰ κατὰ πολύ μοι τὸ ἀκούσιον ἐπεφύη. Μνήσθητι ὅτι χοῦς εἰμι, καὶ μὴ εἰς κατάκριμα λογισθήτω μοι. Κύριε, Κύριε, δύναμις τῆς σωτηρίας μου, ἐπισκίασον ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου ἐν ἡμέρᾳ πολέμου· μὴ παραδῷς με, Κύριε, ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας μου ἁμαρτωλῷ· ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, ἐλέησόν με, ὅτι ἐπὶ σοὶ πέποιθεν ἡ ψυχή μου, καὶ ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων σου ἐλπιῶ· ὁ Θεός μου, μὴ μακρύνῃς ἀπ' ἐμοῦ, ὁ Θεός μου, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες· βοηθός μου καὶ ῥύστης μου εἶ σὺ, ὁ Θεός μου, μὴ χρονίσῃς.

[6] Matth. xxv, 40. [7] Matth. iv, 9.

Digitized by Google

adjutorium meum intende, adjuva me, quoniam liberator meus es tu : Deus meus, ne elongeris a me.

λδ'. Ταῦτα ὁ ῥυπαροῖς λογισμοῖς πολεμούμενος προσεύχου Θεῷ· εἶτα ῥίψον τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν ἐνώπιον τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ εὐθέως ἐπισκιάσει σοι. Ἀποστρέψεσθε τοίνυν, ἀδελφοί, τοὺς ῥυπαροὺς λογισμούς, οὓς τίκτει τὸ πλήρωμα τῆς γαστρός· διώκετε δὲ μᾶλλον τὴν εἰρήνην καὶ τὸν ἁγιασμόν, ὧν χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται Κύριον, ὃς οὐδὲ τὰς τοῦ ἐχθροῦ μηχανὰς ἀπέκρυψεν ἀφ' ἡμῶν· οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ, φησί, τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. Ἀλλ' ἐάν τις ὑμῶν πρὸς ὄρεξιν βρωμάτων διερεθίζηται, νοείτω τίς ὁ ξαίνων τὴν ὄρεξιν· ἐάν τις ὑπὸ σαρκικοῦ πολέμου διαθερμαίνηται, ἐπιγινωσκέτω τίς ὁ τὸ πῦρ ἀνάπτων, καὶ τῆς εἰς τὸ κακὸν ἀφορμῆς ἐκκοπὴν ἐπινοείτω. Στῆτε τοιγαροῦν ὡς ἀθληταὶ γενναῖοι, ἀνακρίνοντες ἑαυτοὺς διὰ παντός, ἀδελφοί, καὶ οἰχήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ τῆς ἁμαρτίας ἐνέργεια· ἐν τούτοις ἀεὶ μελετῶντες, ταῦτα καθ' ἑαυτοὺς ἐξετάζοντες, εὐνοεῖτε τῷ οἰκείῳ Δεσπότῃ· ἵνα καὶ ἡ προκοπὴ ὑμῶν ᾖ φανερὰ, τοῦ ἐν Κυρίῳ καυχᾶσθαι κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ λέγειν, *Ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, τότε ἄμωμος ἔσομαι, καὶ καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης, καὶ ἔσονται εἰς εὐδοκίαν τὰ λόγια τοῦ στόματός μου*· ἔσονται δὲ τότε μᾶλλον, ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, εἰς εὐδοκίαν, ὅταν μετὰ τοῦ ἀκατακυριεύτους ἡμᾶς εἶναι, ἔτι τὰ λόγια τοῦ στόματος καὶ δάκρυσιν ᾖ καρδίας κατηρτυμένα.

λε'. Ἡ ψαλμῳδία κατάνυξιν ἐχέτω· αἱ πρὸς Θεὸν φωναὶ, καὶ τὸ τῶν χειρῶν ἔργον, ὡς ἀγγέλων παρεστώτων ὑμῖν ἐκτελείσθω· ὁ δύο χιτῶνας ἔχων, τῷ μὴ ἔχοντι μεταδότω· ἡ νηστεία καθ' ἡμέραν ὑμῖν ἄχρις ἐννάτης παρατεινέσθω· νηστεύοντες δὲ μὴ κατὰ τοὺς ὑποκριτὰς σκυθρωπάζωμεν, ἀλλὰ φυλακὴν τῷ στόματι θώμεθα, καὶ περιοχῆς θύραν τοῖς χείλεσι. Ξένῳ ἀδελφῷ ὑπαντῶντες, ταχέως μετάνοιαν βάλλετε, λέγοντες, Πῶς ἔχομεν; εἶτα δοτέον χώραν τῇ σιωπῇ· εἰ δέ τινι καὶ διαλεχθῆναι ἀναγκαῖον, προτρέψει τὸν ἀδελφὸν ἀγάπην λαβεῖν· εἶτ' οὖν ἄρτον ζωῆς, καὶ φιλοθέοις αὐτὸν διηγήμασι, καὶ πολιτείαις Πατέρων ἐστιατέον. Μὴ γινώμεθα κενόδοξοι τῇ διαλέκτῳ, ἀλλ' ἡ τῶν ἐντολῶν ἡμῖν τήρησις μᾶλλον τὴν ἀληθῆ δόξαν περιποιείσθω, ἐν ἁπλότητι καρδίας ταπεινουμένοις. Τὸ φιλόπτωχον ἡμῖν ἀπὸ τοῦ ὑστερήματος ἔστω καὶ ἐνδείας· ἡ πρὸς Θεὸν εὐχαριστία μὴ ἐκλειπέτω, ἀλλ' ἐν τῷ στόματι ὑμῶν τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπὶ πᾶσιν ἁγιαζέσθω, ἢ καὶ στόμα μᾶλλον ὑμῖν καὶ καρδίαν ἁγιαζέτω.

A 34. Ita ad Deum ora, quisquis impuris sordidisque cogitationibus infestaris; deinde prostratus ante divinam illam bonitatem, infirmitatem tuam confitere; et ipsa continuo in visceribus suis proteget te. Exterminate igitur e mentibus vestris, fratres, cogitationes turpes, quas abundantia ventrisque satietas solet parere : pacem vero et sanctitatem sectamini potius, sine quibus nemo videbit Dominum, qui machinationes inimici non celavit nos : non enim ignoramus consilia ipsius. Si quis autem vestrum ad immoderatam cibi appetentiam irritari se sentiat, cogitet, quis illam excitet : si quis a carnali concupiscentia incalescat, indaget quis ignem illum succendat; constituatque apud se mali principium ac radicem penitus evellere. State igitur, ut generosos pugiles decet, dijudicantes vosmetipsos, fratres; et certi estote quod omnis efficacia et vis peccati evanescet. Hæc perpetuo meditantes, hæc sedulo apud vosmetipsos expendentes, benedicite Domino : ut profectus vester manifestetur gloriando in Domino, juxta quod scriptum est, et dicendo : *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et emundabor a delicto magno, et accepta erunt verba oris mei* [a]. Erunt autem tunc acceptiora, Patres fratresque mei, verba oris nostri, quando, invictis nobis permanentibus, lacrymis quoque cordis condita fuerint.

35. Psalmorum cantus e corde compuncto procedat : orationum jacula ad Deum emittite, et opera manualia perficite, memores semper præsentiæ angelorum : qui duas habet tunicas, alteri nullam habenti communicet : quotidianum jejunium in nonam usque horam diei extrahatur. At cum jejunamus, cavendum est ne hypocritarum more luridum mœstumque præferamus vultum, sed videndum ut custodiam ponamus ori et ostium circumstantiæ labiis nostris. Cum fratri peregre advenienti occurritis, celeriter inclinato corpore dicite : Ecquid valemus? deinde vos iterum silentio date. Si cui autem diutius colloquendum est, ille fratrem invitabit ad refectionem vel etiam ad panem vitæ manducandum, tum narrationibus divinum quiddam spirantibus, tum sanctorum Patrum vitis mensæ appositis. Cavendum est ne ob linguæ peritiam vana gloria efferamur; sed danda potius opera ut, mandata Dei in simplicitate ac humilitate cordis custodientes, veram gloriam assequamur ac conservemus. Amor voluntariæ paupertatis ab ipsa penuria atque inopia capiat incrementum : gratiarum actio Deo debita nunquam deficiat vobis, sed in ore vestro nomen Domini sanctificetur in omnibus, aut os vestrum potius sanctificet cor vestrum.

λς'. Ἀδελφῷ περί τινος φαύλου πράγματος μὴ συνδυαστέον, ἀλλὰ προσεκτέον μᾶλλον ἑαυτοῖς, ἀδελφοί, καὶ πάντα δοκιμαστέον πρῶτον, εἶτα τοῦ καλοῦ δυνάμει τῇ πάσῃ περιεκτέον. Μηδεὶς ἐν ὑμῖν διάβολος ἔστω· τῆς γὰρ ἐκείνου μερίδος ἐστὶν ὁ συνταράσ-

36. Cum fratre pravi quidpiam forte molienti nolite conspirare, sed ad vos ipsos potius conversi, explorate prius omnia; tum quod propius a virtute abest, totis viribus sectamini. Nullus inter vos diabolus sit : diaboli quippe partes sunt fraterni-

[a] Psal. XVIII, 14.

Digitized by Google

latem disturbare. Labia vestra necnon cor vestrum veritatem perpetuo loquatur. Si inter accumbendum sitiveris, cave dicas, Da quod bibam: sed nutibus significato illi, qui accumbentibus ministrat, necessitatem tuam; siti vero expleta, tacite demittito calicem. Si excreandi necessitas urget, memento non in conspectu fratrum pituitam ejicere: sed surgito, Patrit usque salvere jussis, procul inde recedito; cumque necessitati feceris satis, in silentio reversus loco tuo te repone, et quæ apposita sunt, tanquam ministerio angelorum eo delata, religiose manducato. Vini usu monachis omnino interdictum esto: si cui tamen propter infirmitatem corporis utendum est, utator quam parcissime. Non enim ignorare debetis, per vinolentiam aptum vos dæmoniis habitaculum fieri; illa quippe in corpore flammas libidinis succendit, illa gravium somnorum causa est; illa pingue quod mentem, pulcherrimam hominis ducem, e loco suo deturbet.

A σων τὴν ἀδελφότητα· ἀλλὰ τά τε χείλη ἀληθεύειν ἀεὶ καὶ ἡ καρδία λαλείτω. Ἐὰν ἐν τῇ τραπέζῃ διψήσῃς, οὐκ ἐρεῖς, Δός μοι πιεῖν· ἀλλὰ νεύματι σημανεῖς τῷ διακόνῳ τῆς χρείας, καὶ σιγῇ παρέξει σοι. Φλέγματος ἐπικατασπασθέντος τῷ θώρακι οὐκ ἐναντίον πτύσεις τῶν ἀδελφῶν, ἀλλὰ ἀναστὰς, Εὐλογήσατε, Πατέρες, ἐρεῖς, πόρρω τε τούτων γενόμενος, καὶ τὴν χρείαν πληρώσας, ἡσυχῇ πάλιν ἐλθὼν, τῇ τραπέζῃ ἑαυτὸν παρενείρῃς, εὐλαβῶς τε μεταλήψῃ τῶν προκειμένων, ὡς ὑπὸ παραστάταις ἀγγέλοις. Οἶνος παντάπασι μοναχοῖς ἀπαγορευτέος· εἰ δέ τις αὐτῷ διὰ σώματος ἀσθένειαν χρῷτο, λίαν ὀλίγῳ κεχρήσθω· παροικία γὰρ δαιμόνων σαφὴς ἡ πολυοινία· τῷ τε γὰρ σώματι πυρώσεως ὑπανάπτει φλόγας, καὶ βαρὺν μὲν τὸν ὕπνον, ἀμβλυτέρας δὲ τὰς φρένας ἐργάζεται, ἔξω τε καθάπερ ἑαυτοῦ τὸν ἡγεμόνα καθίστησι νοῦν.

B

37. Cum infirmatus fueris, medicus tibi Deus esto. Cum fratrum quispiam inciderit in morbum qui olidum fœtorem emittit, ne deprecetur ministerium curatoris monachus, ne vereatur commodare manum, et detersa pure vulnera curare: imo vero infirmi lectum sternito, et si qua re indigere audiat, prompte suppeditato, idque ita, ut nihil convicii jaciat, nihil magni a se factum arbitretur, sed uti servus domino suo benigne famuletur, donec communis universorum Dominus nos visitans ex alto recreet sibique restituat laborantem. Isthæc sunt, fratres, quæ observare vos velim: isthæc præstare satagite, si optabilem illam aliquando audire vocem cupitis: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*[a]: quia vidistis me esurientem, et nutrivistis; sitientem, et dedistis potum; nudum, et cooperuistis; infirmum et carcere detentum, et accessistis invisuri ad me. *Qui habet aures audiendi audiat*[b], dicit Dominus, cui gloria in sæcula. Amen.

C

λζ'. Ἰατρὸς ἀῤῥωστοῦντι Θεὸς ἔστω σοι. Ἀδελφοῦ πάθει δυσωδίαν τίκτοντι περιπίπτοντος, μὴ παραιτήσηται μοναχὸς ἅψασθαί τε αὐτοῦ καὶ ἀπαντλῆσαι τὸ τραῦμα, ἀλλὰ καὶ κοίτην αὐτοῦ στρώσει. καὶ ὅτου δέοιτο πυνθανόμενος ἑτοίμως ὀρέξει, οὐκ ὀνειδίζων, οὐ μέγα τι δρᾶν οἰόμενος, ἀλλὰ ὅσα δεσπότῃ δοῦλος εὐγνωμόνως ὑπηρετῶν, ἕως ὁ κοινὸς ἁπάντων Δεσπότης ἐπισκεψάμενος ἄνωθεν, ἐγείρῃ τὸν κάμνοντα. Ταῦτα τηρείτω ἡ ἀδελφότης, ταῦτα ποιεῖν σπουδαζέτω, εἰ μέλλοιμεν τῆς εὐκταίας ἐκείνης ἀκοῦσαι φωνῆς· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*, ὅτι πεινῶντά με εἴδετε καὶ ἐθρέψατε, διψῶντα καὶ ἐποτίσατε, γυμνὸν καὶ περιεβάλετε, ἀσθενῆ καὶ ἐν φυλακῇ καὶ ἤλθετε πρός με. *Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω*, εἶπεν ὁ Κύριος· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

CAPUT V

Visio, ardor patiendi, acceptus Spiritus sanctus, tentationes, mors Joanni prædicta.

38. Hisce auditis, stupore atque admiratione completi sunt monachi, præcipue Joannes, qui Symeonem, quantum ad sapientiam spiritualem dicendique efficaciam attinet, alterum Davidem appellabat, narrabatque quomodo nocte illa per somnium divina quædam virtus oblata sibi fuisset, quæ dextera expressum e favo mel effundebat ac Symeonem multiplici scientia informabat. Alter etiam e corona fratrum simul astantium, ætate grandior interrogabat, num istic loci columbæ essent. Cunctis negantibus, retulit quomodo candidam columbam per fenestram ad Symeonem advolantem, indeque rursus avolantem ac sublimem abeuntem conspicatus fuisset. Dum hæc illi inter sese conferunt, sentit Symeon in cœlum quodammodo se rapi, et per universas mundi plagas late vagari;

λη'. Τούτων ἀκούοντες οἱ μοναχοὶ, κατεπλήττοντο, καὶ μᾶλλον ὁ Ἰωάννης, ὃς καὶ νέον Δαυΐδ, ὅσα γε εἰς πνευματικὴν σοφίαν καὶ λόγου δύναμιν, ἐκάλει τὸν Συμεών, κἀκεῖνο δὲ προσετίθει, ὡς ὀφθείη τῆς νυκτὸς ἐκείνης αὐτῷ θεία κατὰ τοὺς ὕπνους δύναμις, οἱονεί τι μέλι κηρίου τῇ δεξιᾷ κατέχουσα, καὶ τῷ Συμεὼν γνησίως μεταδιδοῦσα. Ἕτερος πάλιν τοῦ τῶν ἀδελφῶν χοροῦ γέρων, τοῖς λοιποῖς συμπαρεστὼς ἐπυνθάνετο, εἰ ἐνταῦθα εἶεν περιστεραί· οὐκ εἶναι δὲ πάντων διαβεβαιουμένων, ἔλεγεν ὡς ἢ μὴν λευκήν τινα περιστερὰν αὐτὸς ἴδοι πρὸς τὸν Συμεὼν διὰ τῆς θυρίδος εἰσπτᾶσαν, ἐκεῖθέν τε αὖθις ἀποπτᾶσαν, καὶ εἰς ἀέρα χωρήσασαν. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα πρὸς ἀλλήλους αὐτοὶ διεξῇεσαν, ὁρᾷ καθάπερ ὁ Συμεὼν ἁρπαζόμενον εἰς οὐρανὸν ἑαυτὸν, καὶ κατὰ παντὸς οἷα μέρους τῆς γῆς ἁπλούμενον, εἶτα διὰ κλιμάκων ἑπτὰ ἀναγό-

D

[a] Matth. xxv, 34. [b] Luc. xiv, 35.

Digitized by Google

μενον· ὡς δὲ πυνθάνεσθαι τί ποτε εἴη τὰ παρόντα ἐδόκει, φωνῆς ἀκούει λεγούσης, ὡς ἄρα Οἱ ἑπτὰ οὐρανοί εἰσιν οὗτοι, δι' ὧν ἀνῆχθης· ἔξῃς δὲ καὶ αὐτὸν ὁρᾷ τὸν παράδεισον, παλάτιόν τε φωτὸς ἐν αὐτῷ, καὶ πηγὴν μύρῳ βλύζουσαν, καμάρα δὲ τῇ πηγῇ ἐφειστήκει, θείας ἀκριβῶς χειρὸς ἔργον, οὐδένα δὲ ἀνθρώπων ἐκεῖ, ὅτι μὴ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸν Λῃστὴν ἴδοι μόνους. Ἐν ἑαυτῷ δὲ γεγονὼς, ἀπαγγέλλει τῷ Ἰωάννῃ τὴν ὄψιν· ὁ δὲ χείλεσιν ἀγαλλιάσεως ἦν αἰνῶν τε ἅμα καὶ εὐλογῶν τὸν Θεὸν, ὃς τηλικαύτην αὐτῷ δεδώρητο χάριν. Ὁ μὲν οὖν Συμεὼν τηλικαύταις ὑψοῦτο πρὸς Θεὸν ἀναβάσεσιν.

λθ'. Ἐπὰν δέ τις αὐτῷ προσέλθοι ἐνδύματος ἐνδεὴς, ἐξεδύετο τὸ οἰκεῖον ἐκεῖνος, πᾶσαν ὡς οἷόν τε λανθάνων αἴσθησιν, καὶ παρεῖχε τῷ δεομένῳ· καὶ ὁ μὲν ἐκάθητο γυμνὸς τὰ πολλὰ καὶ χειμῶνος, θείας ἄνωθεν χάριτος περιβολῇ σκεπόμενος. Ἐλύπει δὲ τὸ πέρα φύσεως τοῦτο τῆς τοῦ Συμεὼν κακοπαθείας τὸν Ἰωάννην, ὅσα καὶ πατὴρ αὐτοῦ καὶ μήτηρ κηδόμενον. Ποτὲ τοίνυν βαλόμενος ὁ Συμεὼν ἐπὶ νοῦν τοὺς τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα μαρτύρων ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶνας, ὅπως ὥρᾳ χειμῶνος ἐπὶ λίμνης αἴθριοι τῷ παγετῷ διεκαρτέρουν, τό τε στῆθος παίων καὶ δακρύων, ὑετοὺς τῶν ὀφθαλμῶν καθιείς, Οἴμοι! ἔλεγεν, οἴμοι! Ὅσοις οἱ μάρτυρες ἄθλοις, ἡλίκαις διὰ Χριστὸν κολάσεσι, τάς τε μελλούσας βασάνους διέφυγον, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων τετυχήκασιν ἀγαθῶν! ἐγὼ δὲ τί ὁράσω; Πῶς τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων ὁ ἄθλιος φύγω, οἳ κἀνταῦθα τὸ σῶμα ἔδονται, κἀκεῖ μοι πάλιν οὐ τελευτήσουσι; Ταῦτα ἔλεγε, τούτοις ἠδολέσχει, τοιαῦτα προσανεκλαίετο. Εἶτα γόνατα πρὸς γῆν καὶ χεῖρας ἐρείσας, οὕτω πᾶσαν ἐκείνην τὴν νύκτα πικρῶς ἑαυτὸν ἀπωδύρετο, ὥσπερ αὐτῷ καὶ καρδίας τοῖς δάκρυσι συνεκχεομένης, ὡς καὶ τὰ σπλάγχνα τὸν θεῖον Ἰωάννην παθόντα, Μάχαιρά σοι λείπεται, φάναι, ἣν λαβὼν σεαυτὸν διαχειρίσεις· οὕτως αὐτοῦ γνησίως περιεκαίετο.

A tum deinde per septem scalas deduci. Percentanti autem, quid rebus illis, quæ oculis subjiciebantur, aliquando futurum esset, audita vox est dicens: Illi septem cœli sunt per quos ascendisti. Post hæc ipsum conspicatur paradisum, in eoque palatium fulgentissimum et fontem unguento pretioso scaturientem; fonti autem imminebat fornix, dignum artifice divino opus: sed nullum inibi hominem præterquam solum Adamum et bonum Latronem observabat. Ad se reversus Symeon exponit Joanni visionem, lætis vocibus laudanti Dominum ac benedicenti, quod talem famulo suo gratiam impertitus esset. Atque hi sunt gradus, quibus Symeon efferebatur ad Deum.

59. Si quando ipsum accederet quispiam vestis indigus, suam sibi ipse detractam, omni commiserationis sensu, quantum fieri poterat, dissimulato, porrigebat petenti, perennabatque nudus ipsa etiam plerumque hieme, divinæ charitatis amictu cœlitus coopertus. Verum hic insolens supraque naturam castigandi sui modus gravem animi sensum ingerebat Joanni, non minus de Symeone, quam pater materve solet, anxio. Quodam tempore revocans ad animum Symeon quadraginta sanctorum martyrum religionis ergo suscepta certamina, pensitansque quam sereno hilarique vultu in lacu frigore conglaciato brumali tempestate durarent, percusso pectore lacrymarumque imbre oculis profluente, Hei mihi, inquit, hei misero mihi! quantis illi martyres certaminibus, quam acerbis propter Christum cruciatibus toleratis, et tormenta sempiterna evaserunt, et promissam beatitatem consecuti sunt! Ego autem quid agam? quo pacto stridorem dentium miser effugiam, dentium, qui tum hic rodendo corpus comminuent, tum istic nihilominus in perpetuum me dilaniabunt? Talia identidem promebat ore, talia meditabatur animo, talia miserum in modum totus lamentabatur: tum genibus manibusque humi positis pronus, seipsum tam acerbe tota illa nocte deplorabat, vitam veluti cum lacrymis profundens, ut vir divinus Joannes, intimis visceribus commotus, dicere auditus sit: Quid tandem, Symeon? Ferrum solummodo deest, quominus violentias tibi ipse manus inferas.

μ'. Ἔπειτα μέντοι πρὸς ἑτέραν μείζονα τῶν προτέρων ἄσκησιν ἑαυτὸν ὁ Συμεὼν ἐξεπόνει· ἔγνω γὰρ ἐπὶ τῶν ἑαυτοῦ καθίσαι ποδῶν· ὃ καὶ παρ' ὅλον ἐνιαυτὸν πεποίηκεν, ἀσάλευτος μείνας, καθάπερ ἐπὶ πέτρας τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἀκριβῶς ἡδρασμένος. Τῷ μὲν οὖν χρονίῳ τῆς καθέδρας, καὶ τῇ τῶν σαρκῶν ἀπαλότητι, ταῖς κνήμαις οἱ μηροὶ συμπεφύκεσαν, μέλος ὥσπερ ἓν γεγονότες, σῆψίς τε τούτοις ἐντετηκυῖα, τὸν Ἰωάννην, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς δυσωδίας ἐπλήρου. Ἧς ὅθεν τε ἦν, καὶ ὅπως εἶχε γνωσθείσης, ἰατρόν τινα μεταπεπτειλάμενος ὁ Ἰωάννης, τῇ τέχνῃ πρὸς τὸ τοῦ Συμεὼν πάθος χρῆσθαι ἠξίου. Ὁ δὲ κατεγέλα· Ζῇ Κύριος ὁ Θεός μου, λέγων, οὐκ ἀνθρωπίνη μοι τέχνη ψαύσειεν ἢ χείρ. Ἐπ' ἐκεῖνον γὰρ ἐπέρριψα ἐμαυτὸν, καὶ αὐτὸς ποιήσει. Ταῦτα ὁ μὲν ἔλεγεν· Θεὸς δὲ οὐ διὰ μακροῦ ἐπλήρου, καὶ ἀπὸ τῆς πληγῆς ὁ Συμεὼν ἴατο, τούς τε μηροὺς ἔῤῥωτο, καὶ ταῖς κνήμαις ἐχρῆτο· καὶ χαριστήρια Θεῷ τοσαύ-

40. Successu deinde temporis aliud exercitationis genus excogitans, priori longe magis stupendum, ad illud sese exstimulavit. Constituit igitur, pedibus suis pro sedili uti, quemadmodum et reipsa usus est anno integro, immotusque persedit, veluti super petram dilectionis Christi probe firmatus. Factum est igitur diutino illo situ et carnis teneritudine tibias cum coxis coalescere, et unicum solummodo membrum apparere, unde generata putrefactio tetro odore, non Joannem solum, sed alios quoque fratres complebat. Ubi autem fetoris causa indagata repertaque est, medicum accersivit Joannes, arte sua medelam affecto corpori adhibiturum. Quid ad hæc Symeon? In risum effusus: Vivit Dominus meus, inquit, ac Deus meus: absit ut humana aut ars aut manus medica vulnera mea tractet. In Dominum projeci curam mei, ipse medicabitur me. Hæc ille. Deus autem prædictioni fidem deesse non

Digitized by Google

sivit: brevi siquidem a vulneribus curatus est, corroboratis coxis et tibiarum usu recepto: pro quo beneficio auctori Deo gratias persolvit, omne illud tempus, quod solitis contemplationibus præscripserat, stando transigens, pedibus genibusque suo munere fungentibus.

της εὐεργεσίας, στάσιν ἐπὶ γονάτων αὖθις καὶ ποδῶν ἀπεδίδου καιρὸν, ὃν αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ λογισμοῖς οἰκείοις ὡρίσατο.

41. Jamque appropinquabat Pentecostes sacra lux, cum dixit Symeon: Ecquis dignus est Spiritum sanctum recipere sicut visus est Christi discipulis atque apostolis, linguarum ignitarum specie descendens? Quibus reponente Joanne, haud tutum esse istiusmodi prodigia flagitare, resumpsit ille sermonem dicens: Voluntatem timentium se faciet Dominus, preces eorum exaudiet, et salvabit ipsos. Quæ cum dixisset, erectis in cœlum oculis, corde ac corpore, ita oravit: Domine omnipotens, qui sancto tuo Spiritu jam olim virtutem cœlorum firmasti, et faciem terrarum innovasti; secutis vero temporibus illum sanctis apostolis atque discipulis tuis, speciem ignis præferentem, impertitus es; quo factum, ut non vernaecula sua tantum, sed et peregrinis linguis locuti sint; demitte illum nunc quoque mihi peccatori: servus tuus sum ego, instrue me, et docebor mandata tua: tu enim potens es ab infantili ore laudes tibi concinnare. Ita precatus, ecce confestim (o quis tuam, universorum fabricator Deus, benignitatem enarret?) ecce veluti fax e cœlo devolans tanta Symeonem gratia cumulavit, ut non tantum oris facundia et Spiritu, quo loquebatur universos sacro quodam stupore percelleret, verum etiam de vita solitaria, de pœnitentia, de futuro judicio, ad horrorem dissereret: multas quoque sacrarum Litterarum obscuras sententias interpretabatur, apertasque dilucida explicatione omnibus ante oculos ponebat. Atque hæc res Joannem majori etiam stupore complevit, talia de Symeone dicere coactum: Quam mirabilia hic opera faciet! quantulo minora ipsorum apostolorum prodigiis! quoniam et pari fere gratia præventus est. Sed majorem adhuc timorem Dei monachorum animis incussit, magis aptis efficacia signorum quam vi verborum moveri.

μα'. Προσαγούσης δὲ ἤδη τῆς θείας Πεντηκοστῆς, ἔλεγεν ὁ Συμεών, Τίς ἄρα δέξασθαι ἄξιος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς τοῖς Χριστοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις ὤφθη, γλωσσῶν ἐν εἴδει πυρίνων ἐπιδημῆσαν; Ἐφ' οἷς, Οὐκ ἀσφαλὲς, ὦ τέκνον, τὰ τοιαῦτα ζητεῖν, εἰπόντος τοῦ Ἰωάννου, ὑπολαβὼν, Θέλημα, φησὶ, Κύριος τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιήσει καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούσεται, καὶ σώσει αὐτούς. Ταῦτα εἶπεν, καὶ ὀφθαλμοῖς εἰς οὐρανὸν καρδίᾳ ἅμα καὶ σώματος ἀτενίσας, τοιαῦτα προσηύχετο· Δέσποτα παντοκράτωρ, ὁ τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ πρότερον μὲν τὴν δύναμιν τῶν οὐρανῶν στερεώσας, καὶ τῆς γῆς ἀνακαινίσας τὸ πρόσωπον, ἔπειτα δὲ τοῖς ἁγίοις σου μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις ἐν εἴδει πυρὸς ἀποστείλας, ὡς λαλεῖν αὐτοὺς ἑτέραις γλώσσαις καὶ οὐ πατρίοις, κατάπεμψον τοῦτο νῦν καὶ τῷ ἁμαρτωλῷ ἐμοί· δοῦλός σού εἰμι ἐγὼ, συνέτισόν με, καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σου, ὁ καὶ ἀπὸ νηπίου στόματος αἶνον εἰδὼς καταρτίζεσθαι. Ταῦτα τοῦ ὁσίου προσευχομένου (τίς ἂν σου, Δημιουργὲ τῶν ἁπάντων, ἐξαριθμήσαιτο τὸ φιλάνθρωπον;) καθάπερ τις λαμπὰς ἀθρόον ἄνωθεν καταπτᾶσα, τοσαύτης αὐτὸν ἐπλήρωσε χάριτος, ὡς μὴ τῇ τῆς γλώττης ὁμιλίᾳ μόνον, καὶ τῷ Πνεύματι ᾧ ἐλάλει, καταπλήττειν ἐπιεικῶς ἅπαντας, ἀλλὰ καὶ λόγους περί τε μοναδικοῦ βίου, καὶ μετανοίας, καὶ τῆς μελλούσης κρίσεως τάττειν· πολλά τε τῶν βαθέως καὶ ἀποκρύφως ταῖς θείαις Γραφαῖς εἰρημένων διερμηνεύειν δῆλά τε πᾶσι καὶ οἷον ὑπ' ὀφθαλμοὺς προτιθέναι. Ὃ τὸν μὲν Ἰωάννην μείζονος ἐπ' αὐτῷ θάμβους πληρῶσαν, ἐκεῖνα περὶ αὐτοῦ φάναι παρασκευάζει, ὡς ἄρα θαυμαστὰ οὗτος ἔργα ποιήσει, καὶ οἷα μικροῦ τὰ τῶν ἀποστόλων, ὅτι καὶ παραπλησίας ἠξίωται χάριτος· πλείονα δὲ Θεοῦ φόβον ταῖς τῶν μοναχῶν ἐνῆκε ψυχαῖς, σημείων ἐνεργείᾳ μᾶλλον ἢ λόγων δυνάμει καταρτισθείσας.

42. Porro etiam visa objecta monachis per quietem admirabilia sunt: quorum aliqui tres gradus, in iisque totidem sedes videre sibi videbantur: percontantesque eccujus istæ essent, et cui recipiendo exaltandoque pararentur, audierunt vocem, Symeoni puero destinari. Hic interea, fulgorem faciei virtutisque suæ parem soli diffundens, divina charitate plenus, quemadmodum ascensiones adhuc sublimiores disposuerat in corde, ita terrenarum rerum conversatione relicta, columnam quadraginta ut minimum pedes altam erigi mandat. Quod factum ubi Antiocheno tum temporis archiepiscopo innotuit, et ipse et episcopus Seleuciæ venerunt, crebrisque accensis facibus, multo cum lumine atque hymnis Symeonem, quanta vix dici potest, cum devotione ad aram adductum, diaconum ordinant, deducuntque ad hanc columnam; postea-

μβ'. Ἔπειτα μέντοι καὶ ὄψεις ἐν ὕπνοις ὤφθησαν τοῖς μοναχοῖς παραδόξως, καί τινες αὐτῶν τρία βήματα, καὶ τρεῖς ἐν αὐτοῖς θρόνους ἐδόκουν ὁρᾷν· πυθομένους δὲ τίνα ταῦτα εἶεν, καὶ ὅτου πρὸς ὑποδοχὴν καὶ δόξαν ἑτοιμασθείεν, ἀκοῦσαι φωνῆς, ὅτι Συμεὼν τοῦ παιδός. Ὁ Συμεὼν τοίνυν ἴσα ἡλίῳ ὄψιν ἅμα καὶ ἀρετὴν ἐξαστράπτων, χάριτός τε θείας πληρούμενος, ἀναβάσεις ἔτι μᾶλλον ὥσπερ ἐν τῇ καρδίᾳ ἐτίθετο, οὕτω καὶν τῇ τῶν γηΐνων ἀναχωρήσει ἀμέλει, καὶ κίονα πόδας οὐ μεῖον ἢ τεσσαράκοντα τὸ ὕψος ἐπιτάττει γενέσθαι. Ὡς δὴ γεγονὸς τῷ τηνικαῦτά τε τῆς Ἀντιοχέων ἀρχιεπισκόπῳ γνωσθὲν, ἐλθὼν ἐκεῖνος μετὰ τοῦ κατὰ Σελεύκειαν ἐπισκόπου, λαμπάδας τε συχνὰς ἀναψάμενοι, ὑπὸ πολλῷ φωτὶ καὶ ὕμνοις τὸν Συμεὼν τῷ θυσιαστηρίῳ μεθ' ὅσης οὐδ' ἂν εἴποι τις εὐλαβείας προσάγοντες, διάκονόν τε χειροτονοῦσι, καὶ εἰς τὸν κίονα τοῦτον

Digitized by Google

ἀνάγουσιν, ἕκτον ἐπὶ τῆς βάσεως ἐκείνης ἤδη παρὰ τῷ θείῳ Ἰωάννῃ χρόνον διηνυκότα. Σπουδὴ δὲ ἦν τῶν παρόντων ἑκάστῳ, καὶ μάλιστα τοῖς τοῦ βήματος, τῷ μὲν, διαβαστάσαι, τῷ δὲ τοῦ ἐνδύματος ἅψασθαι, τῷ δὲ καὶ πλησίον γενέσθαι, καθάπερ τῷ πλέον μετασχόντι πλείονος παρὸν τυχεῖν καὶ τῆς εὐλογίας.

A quam in illa basi sex annos sub disciplina divi Joannis moratus fuerat. Volupe hic erat studia spectare cujusque præsentium, præcipue ministrantium altari; aliis sanctum a terra sublevantibus, aliis vestimenta tangere cupientibus, plerisque propius propiusque adesse conantibus, omnibus quasi ratum habentibus, plus benedictionis relaturos illos, qui plus studii contulissent.

μγ'. Ὁ μὲν οὖν ἱερὸς Συμεὼν ἐπὶ τοῦ κίονος στὰς, ὄγδοον ἐν αὐτῷ διεκαρτέρησεν ἔτος, ὡς ἐξῆς προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει μοι. Ὁ δὲ Ἰωάννης, καίτοι διαθήκας μετὰ τοῦ Συμεὼν διαθέμενος, ἡνῶσθαί τε διὰ παντὸς αὐτῷ τὴν πνευματικὴν ἕνωσιν, καὶ ἀχώριστος αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαμένειν, ὅμως ὅτι μὴ τὴν ὄψιν ἐκείνου γλυκεῖαν καὶ θείαις ἀνθοῦσαν χάρισιν ὀφθαλμοῖς εἶχεν ὁρᾷν, ἐδάκνετο τὴν καρδίαν καὶ ὠδυνᾶτο, καὶ εἰς φανερὰ πολλάκις κατέπιπτε δάκρυα. Τῷ Συμεὼν δὲ μείζονες τῶν προτέρων ἀγῶνες ἐπὶ τοῦ κίονος ἦσαν. πραότης τε πλείων αὐτῷ προσετίθετο, καὶ ἡ τῆς καρδίας κατάνυξις ηὔξετο, τά τε δάκρυα ὑετοὺς ἐμιμεῖτο, καὶ ἡ γλῶττα τοῖς εἰς Θεὸν ὕμνοις ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσι σαφῶς ὡμοίωτο.

43. Beatus itaque Symeon, stans super columnam, annos octo ibidem perduravit, uti progressu deinceps orationis docebitur: Joannes autem, quamvis pactus cum Symeone esset, adhæsurum se illi semper spiritualis vinculo conjunctionis, et nullo unquam tempore separatum iri, nihilominus quod suavi aspectu illius, gratiæ divinæ copiam prodente, B frui oculis non liceret, angebatur corde, dolebatque tantopere, ut in lacrymas conspicuas non raro prorumperet. Interea virtutum studia Symeoni in columna majora erant prioribus: incrementum capiebat mansuetudo, augescebat compunctio cordis, uberiores fluebant lacrymæ pluviarum imbrem imitatæ, lingua in decantandis Deo hymnis nihil beatis cœli spiritibus concedebat.

μδ'. Ὡς ἂν δὲ μὴ καυχήσηται, φησὶ, πᾶσα σὰρξ, ἡνίκα τοιαύτης ἐτύγχανεν ἐπιβὰς ἡλικίας, ἥτις φύσεως πέφυκε γονὴν προϊέναι, ὡπλίσατο κραταιῶς ὁ Σατανᾶς, ὥστε νυκτὸς αὐτὸν ἐνυπνίοις ἐπηρεᾶσαι. Τῷ δὲ, εἰ καὶ τὸ σῶμα κατ' ἐκεῖνο τῆς ὥρας ὕπνου ἥττητο, ἀλλ' ἡ ψυχὴ ἐγρήγορέ τε καὶ διανέστηκε, καὶ οὕτως ἑαυτῇ προσέχουσα, ὡς μὴ μόνον ἐνδόσιμον μηδὲν, μηδὲ μαλακὸν παθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν ὕπνον εὐθὺς ἀπορρίψαντα, κατώδυνον ὅλον καὶ δακρυώδη παίειν τὰς ὄψεις, καὶ τοιαῦτα ἑαυτῷ ἐποδύρεσθαι· Φεῦ οἷα παθεῖν ὁ δείλαιος ἔμελλον! οἷον προσθεῖναι τραῦμα, ὅπερ οὐκ ἰατρὸς, οὐ τέχνη, οὐ φάρμακον, οὐκ ἄλλο τι θεραπεῦσαι ἴσχυσεν ἄν! Ἀλλὰ σοὶ τῷ μόνῳ Δεσπότῃ καὶ Σωτῆρι ψυχῶν, τῷ μόνῳ νεφρῶν καὶ καρδιῶν ἐταστῇ προσπίπτω, δεικνὺς τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, ἐπεὶ καὶ πάντας ἐλεεῖν οἶδας, ὁ καὶ πάντα σαφῶς δυνάμενος. Ταῦτ' ἔλεγε, καὶ ἰδοὺ, ὁρᾷ τινα κστιόντα πρὸς αὐτὸν ἄνωθεν, τὸ εἶδος σεμνὸν, τὴν τρίχα γηραιὸν, τὸ σχῆμα καὶ τὴν στολὴν ἱερέα, ποτήριον σωτηρίου χερσὶ κατέχοντα, εὐωδία τε κατέσχε τὸν τόπον. Καὶ ὁ φανεὶς τῶν ἀχράντων οἱονεὶ μυστηρίων τῷ Συμεὼν κοινωνήσας, Ἀνδρίζου, καὶ κραταιούσθω, φησὶν, ἡ καρδία σου· οὐχ ὑποπέσῃ γὰρ ἐνυπνίων ἐνεργείαις οὐκέτι, φυλακὴν ἐπὶ τῇ ἄνωθεν ἐλπίδι πᾶσαν τῆς ἑαυτοῦ καρδίας τιθέμενος· ὃ τοσοῦτον ἐπὶ πένθει πένθος τῷ Συμεὼν προστίθησιν, ὡς ἐπί τινας ἡμέρας ἄχρις ἐννάτης ὥρας μηδὲ τὴν θυρίδα ὀπωσοῦν παρανοίγειν, ἀλλ' ἀκριβῶς αὐτὴν ἐπικεκλεισμένην ἀνομίλητον παντάπασι διαμένειν, ἑαυτῷ μόνῳ καὶ Θεῷ προσαδολεσχοῦντα.

44. Ne autem, uti dicitur, glorietur omnis caro, quæ jam ad id ætatis pervenit, ut procreandis liberis apta sit, bellum Symeoni Satanas acerrimum indixit, usque adeo ut noctu etiam dormienti non leve periculum tentator crearet. Verumenimvero, tametsi per illud tempus somno succubuerat corpus, anima nihilominus vigilabat, erecta semper tamque C attenta rebus suis, ut non modo nihil inde motionis libidinosæ pateretur, verum etiam excusso confestim somno mœstus atque lacrymabundus faciem percuteret, atque ita secum ipse lamentaretur: Væ misero mihi, quam prope a scelere abfui! quam pene inflictum mihi vulnus fuit, cui nec medicus, nec ars, nec pharmacum, nec aliud quidlibet afferre opem ullam potuisset! At tibi, Domine et Salvator animarum nostrarum, tibi soli renum ac cordium scrutatori supplex accedo, detegens infirmitatem meam; quoniam tu et misereri omnium soles, et medicari omnibus potes. Hisce finitis, ecce iterum quemdam conspicit ad se descendentem ab æthere, venerabilem forma, canitie conspicuum, specie atque habitu sacerdotem, calicem salutiferum manibus præferentem: locusque suavi odoris fragrantia repletus erat. Et is, qui apparebat, intemerata sacramenta Symeoni communicare visus: Viriliter, inquit, age, et confortetur cor tuum; non succumbes posthac illusionibus insomniorum, si cordis tui custodiam Deo firmiter sperando commiseris. Res illa priori Symeonis luctui spiritusque contritioni tantum addidit incrementum, ut diebus aliquot ad horam usque nonam fenestram nullo modo adaperiret, sed bene obfirmatam retinens intus ipse lateret, commercio omni humano abstinens, sibique soli et Deo vacans.

με'. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ τοῦ Ἰωάννου τοὺς συνήθεις ἐπὶ τῆς οἰκείας βάσεως μετιόντος ἀγῶνας, ὑγιῶς τε κατὰ σῶμα καὶ ἀνότως ἔχοντος, ἐγγίζουσαν ἤδη προγνοὺς τὴν ἐκείνου ἐκδημίαν ὁ Συμεὼν, τοιούτοις

45. Inter hæc Joannes quoque in columna sua consuetas sibi exercitationes strenue obibat, corpore bene sanus, nec invaletudinis ulla sentiens indicia: cujus tamen migrationis jamjam instantis præscius

Digitized by Google

Symeon, talibus ad eum verbis usus est : Ne animo deficias, Pater, si obitus diem, quæ genus humanum sine discrimine universum manet, tibi quoque appropinquare audiveris ; intellexi enim citatum esse te a Deo ; quod tibi quidem et quotquot virtutum tuarum æmulatores sunt requies potius ac vita est ; peccatoribus vero angustia, luctus, et mors (quod utinam non esset !) certissima. Nunc autem paterna tua ac spirituali benedictione me imperti : ac memento mei cum ad concupita tibi gaudia transieris, beataque illa visione omne desiderium transcendente dignatus fueris, ut nos quoque devicto mundo aliquando tecum eo transeamus, et facti compotes votorum, mutuo aspectu iterum fruamur. Neutiquam turbatus est ad hoc nuntium Joannes, utpote jampridem ad illa animo comparatus : hoc tantum reponit : Benedicat te, fili mi, Deus Pater quem quæsivisti ; et unigenitus Patris Filius quem desiderasti, et vivificus Spiritus cujus sancta gratia ditatus es ; unica illa et immensa Deitas te ducat per omnia, illa securum præstet, illa consoletur : qui benedixerint te benedicti ab illa erunt, et qui maledixerint maledicti. Adjiciat tibi Deus honorem, propter illum quo me prosecutus es, quoniam me ut alterum parentem honorasti : quid autem mater tua ? gratiam et misericordiam impetret a Deo, quæ tanta mihi adjumenta subministravit. Cum audivissent hæc, qui aderant fratres, supremaque vale dicentis verba esse animadvertissent, attoniti atque exanimati hærebant ; et vix tandem, ecquid de Symeone mandatum sibi vellet, interrogabant. Qui ait : Illud exopto, ut ardens studium virtutes Symeonis æmulandi animos omnium inflammet, et precibus ejus adjuvari mereantur ; quoniam magnum et honorabile Deo, vas electionis est. Postquam hisce verbis instituisset ipsos, et simul precibus Deo commendasset, paululum quievit, et quasi sopitus leni somno, decessit.

A πρὸς αὐτὸν μηνύμασι χρῆται· Μὴ ἀθυμήσῃς, Πάτερ, εἰ τοῦ θανάτου κατὰ πάσης φύσεως ἀνθρωπίνης κοινῶς ὀδεύοντος, ἐφίστασθαί ἤδη μέλλει καὶ σοὶ τὰ τῆς τελευτῆς· ἑώρακα γάρ σε μετακληθέντα ὑπὸ Θεοῦ, ὅπερ σοὶ μὲν καὶ ὅσοις τὴν ἀρετὴν κατὰ σὲ ἀνάπαυσις μᾶλλόν ἐστι καὶ ζωή, ἁμαρτωλοῖς δὲ στενοχωρία, καὶ λύπη, καὶ σαφὴς (ὡς εἴθε μὴ ὤφελον !) θάνατος. Ἀλλὰ νῦν μὲν τῆς πατρικῆς σου καὶ πνευματικῆς εὐλογίας μετάδος μοι, μέμνησο δέ μου καὶ πρὸς τὸ σοὶ ποθούμενα διαβαίνων καὶ τῆς μακαρίας ἐκείνης θέας τῶν ὑπὲρ ἔφεσιν ἀξιούμενος, ὥστε διαβῆναι παρὰ σὲ καὶ ἡμᾶς τὸν κόσμον νικήσαντας, καὶ ἀλλήλους ὄψεσθαι πάλιν μετὰ χρηστῶν τῶν ἐλπίδων. Οὐ ταραχθεὶς τοίνυν πρὸς τὴν ἀγγελίαν ὁ Ἰωάννης (ἡτοίμαστο καὶ γὰρ ἐκ πλείονος), Αἱ μὲν σαὶ, τέκνον, B εὐλογίαι, φησὶ, παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὃν ἐζήτησας, καὶ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ ὃν ἐπόθησας, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος οὗ τὴν χάριν ἐπλούτησας, τῆς μιᾶς καὶ ἀμετρήτου θεότητος, αὐτή σοι εὐηγία πρὸς πάντα καὶ ἀσφάλεια καὶ παράκλησις· οἱ εὐλογοῦντές σε ηὐλόγηνται παρ' αὐτῆς, οἱ δὲ καταρώμενοί σε κατήρανται· προστεθείη δέ σοι παρὰ Θεοῦ καὶ τιμὴ τῆς εἰς ἐμὲ τιμῆς ἕνεκεν, ὅσα με καὶ πατέρα τετιμηκότι· ἡ δὲ σὴ μήτηρ, ἔλεος αὐτῇ καὶ χάρις παρὰ Θεῷ, [ἐφ'] οἷς τοσαῦτά μοι διηκόνησε. Τούτων οἱ παρεστῶτες ἀκούοντες, καὶ ὅτι ἐξόδια εἴη τὰ ῥήματα συνιέντες, ἄθυμοί τε καὶ κατηφεῖς ἑστήκεσαν. Ἔπειτα μέντοι, Καὶ τίνας ἐπισκήπτεις ἡμῖν ἐντολὰς περὶ τοῦ Συμεών ; ἐπηρώτων· ὁ δέ φησιν, Ἵν' ἀνθρώποις γε πᾶσι σπουδὴ γένηται φοιτᾷν ὡς αὐτὸν, C καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ εὐχῆς ἀξιοῦσθαι, ὅτι μέγα τι καὶ τίμιον ἐκλογῆς σκεῦός ἐστι τῷ Θεῷ. Ὁ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν, καὶ συνταξάμενος αὐτοῖς, ἅμα καὶ ἐπευξάμενος, καὶ παραθέμενος αὐτοὺς τῷ Θεῷ, εἶτα μικρὸν ἡσυχάσας, καὶ ὥσπερ ὕπνῳ καταληφθείς, ἐξεδήμησε.

CAPUT VI.

Orationis tempora : dæmones superati : potestas contra illos et virtus miraculorum cœlitus data.

46. Joannis ex hac vita exitus, austerioris vitæ principium Symeoni fuit : qui, dolori et compunctioni majori se daturus, modium alium, nulla fenestella perforatum, impositum columnæ subiit, veluti ipsius lucis usura aspectuque se privans. Hic per integrum pene diem, ad horam scilicet nonam usque, continenti vacabat orationi : hora autem nona thurificationis officium alia excipiebat oratio : deinde sole jam occumbente aliam denuo exordiebatur, a qua tandem sole diem reducente desistebat : ac tunc demum illud sibi occinens : *In pace in idipsum dormiam et requiescam, quoniam tu, Domine, singulariter in spe habitare fecisti me*[10] ; somnum perinde ac famulum accersebat, indulgebatque illi parcissime, ad necessarium duntaxat corporis usum. Oratio autem ejus erant, Psalterium totum et Mosaicæ cantiones, plagæque dex-

Συμεὼν δὲ τὴν ἐκδημίαν ἀρχὴν οἰκείων καθάπερ ἀγώνων πεποιημένος, τῷ γε πένθει καὶ αὖθις προστίθησι, καί τινα μηδὲ θυρίδα ἔχοντα μόδιον ἐπὶ τοῦ κίονος ὑπεισιν, οἷα καὶ αὐτοῦ φωτὸς ἀπαστερῶν ἑαυτόν. Εὐχὴ δὲ παρ' ὅλην σχεδὸν ἡμέραν D ἄχρι τέως ἐννάτης διηνεκὴς αὐτῷ ἦν· κατὰ μέντοι τὴν ἐννάτην, εὐχὴ πάλιν ἡ τοῦ θυμιάματος τὴν εὐχὴν διεδέχετο· εἶτα ἡλίου ἤδη δυομένου, εὐχῆς ἑτέρας ἀρχόμενος, ἀνίσχοντος πάλιν ἐπαύετο· τηνικαῦτα γὰρ ἐκεῖνα ἑαυτῷ ἐπιλέγων, *Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω, ὅτι σὺ, Κύριε, καταμόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με*, τὸν ὕπνον ὅσα καὶ οἰκέτην ἐκάλει, διακονῆσαι μικρὸν αὐτῷ πρὸς τὴν ἀναγκαίαν τοῦ σώματος χρείαν. Ἡ εὐχὴ δὲ, τό τε Ψαλτήριον ὅλον καὶ αἱ τοῦ Μωσέως ᾠδαὶ ἦσαν, πληγαί τε κατὰ τῶν στέρνων τῇ δεξιᾷ (ἡ ἀριστερὰ γὰρ πρὸς Θεὸν τέτατο) καὶ δακρύων ὀχετοὶ τὸ τρίχινον

[10] Psal. iv, 9, 10.

Digitized by Google

ἐκεῖνο λούοντες ἔνδυμα, ἐξῆς δὲ ἀνάγνωσις καὶ Θείων μελέτη λογίων. Θυμίαμα μέντοι λαμβάνων τῇ δεξιᾷ, προσέφερε πολλάκις Θεῷ καὶ ὁ καπνὸς (ὁ Θεός μου, τίς ἀπαγγελεῖ τὰ θαυμάσιά σου!) καὶ χειρὶς ἀνθράκων ἀνῆει· ἄλλοτε δὲ καὶ ὅλου συμφάλλοντος αὐτῷ ἠσθάνετο καὶ συναποδιδόντος τὸ Ἀλληλούϊα. Τὰ πολλὰ δὲ οὐδὲ ὕπνου τὸ παράπαν ἐγεύετο, ὥστε καὶ τριάκοντα νύκτας ὅλας καὶ ἡμέρας ἴσας ἐπέμεινε, προσευχόμενος ἀπαλλαγῆναι τῆς τοῦ ὕπνου μέθης· ἀλλ' ἐῤῥέθη μυστικῶς αὐτῷ καὶ ἀποῤῥήτως ὑπὸ τῆς χάριτος, ὅτι Δεῖ σε βραχὺ καθεύδειν.

A tera inflictæ pectori (nam sinistra ad Deum tendebatur) et veluti rivuli lacrymarum pannosam detritamque lacernam irrigantes: hæc vero excipiebat lectio atque meditatio divinorum oraculorum. Incensum quoque dextera prehensum offerebat sæpe Deo, et fumus (o quis mirabilia Domini annuntiabit?) sine prunis sublime ferebatur: alias vero audiebatur simul psallere cum turba, simulque Alleluia subjicere. Longissimo sæpe tempore nihil omnino somni oculis videbat, adeo ut triginta interdum noctes integras totidemque dies continuaret, rogitans Deum, expertem somni vitam ducere: verum, gratia intus loquente, arcanum tacitumque responsum accepit: Oportet aliquantulum quieti te tradas.

μζ'. Ταῦτα δεινῶς ὥπλισε πάλιν τὸν πονηρὸν ἐπ' αὐτὸν, ὄφει πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν τῷ παλαιῷ καὶ νῦν ὀργάνῳ χρώμενον· πλὴν ὅσον ἐκεῖ μὲν πείθειν, ἐνταῦθα δὲ φοβεῖν ἔμελλεν. Ὑποβεβλήκει γὰρ ὄφιν αὐτῷ, φοβερόν τι χαίνοντα καὶ συρίττοντα, καὶ δακεῖν ἀπειλοῦντα· ὁ δὲ θαῤῥαλέᾳ καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ λαβόμενος, παίων ἦν κομιδῇ καὶ συντρίβων, ἕως τῶν ὁσίων χειρῶν ἐκείνων διολισθήσας καὶ κατὰ γῆς πεσὼν, ἀφανὴς ἐγεγόνει, αὐταῖς ὡς εἶχε φολίσι τὸ οἰκεῖον ἔνδυμα παρὰ τοὺς αὐτοῦ πόδας ἀφεὶς, τοσούτου θαύματος ἀψευδὲς μαρτύριον. Τοῦτο χαλεπωτέρα γίνεται πληγὴ τῷ βασκάνῳ, καὶ τὰς οἰκείας δυνάμεις συναγαγὼν, τόν τε κίονα κύκλῳ διαλαβὼν, ἀνατρέπειν αὐτὸν εἰς ἔδαφος ἐπειρᾶτο. Ἀλλ' ἡ θεία χάρις, ὥσπερ τις ἄνωθεν ἀστραπὴ διάττουσα, φεύγειν ὅσα καὶ μάστιγι τούτους ἐλαυνομένους ἐποίει, μέγα τι καὶ δεινὸν ὀλολύζοντας. Ἀλλὰ τὸν φθόνον οὐκ ἦν ἠρεμεῖν, ἀλλὰ πτέρυγας πετεινοῦ λαβὼν ὁ ἐχθρὸς (τὸ πρόσωπον δὲ παιδίου εἴχαστο τῷ προσώπῳ), προσβάλλει τῷ Συμεών· ὁ δὲ τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον διατυπώσας, ὡσεὶ καπνὸν αὐτίκα διασκεδάζει. Ἔπειτα μέντοι κρότοις ἐναερίοις καὶ θορύβοις καὶ ἠχοις ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτοῦ κέχρητο, δῆθεν ὡς ἐπ' αὐτὸν ἐπιών· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀθρόον ἐκ νότου λίθῳ μεγάλῳ τὸν κίονα βάλλει· καὶ ὁ μὲν περιτρέπει, ἡ θεία δὲ χάρις ἐν ὁμοιώματι περισνερᾶς εὐθέως ἐπιφανεῖσα, τὴν περιτροπὴν ἔστησεν. Ἐξῆς δὲ καὶ χεῖρας αὐτοῦ δεσμεῖν τοῦ πονηροῦ πειρωμένου, τῷ παλαιῷ καὶ πάλιν φαρμάκῳ τῷ σταυρῷ κάνταῦθα χρησάμενος, εὐθὺς αὐτοῦ τὴν δύναμιν σβέννυσι.

B 47. Hæc iterum adversus illum armaverunt dæmonem ad insidiandum ei tunc quoque antiquo suo instrumento usum, sub illo tamen discrimine, quod in paradiso blandis lenociniis persuadere, hic gravi terrore dejicere conatus sit. Submisit itaque serpentem, horribiliter hiantem sibilantemque, et mordere minantem: quem vir sanctus, audaci manu juxta ac mente apprehensum, valide allisit contrivitque, donec sanctis illius manibus elapsus in terram, evanuit ex oculis, demissa ad pedes sancti pelle, ut erat squamis tecta, pro irrefragabili testimonio miraculi. Gravissime illud sensit impostor; tum, omnes in unum vires colligens, comprehensam per ambitum columnam in terram dare laborat: verum gratia divina, in modum fulguris cœlestis emicans, machinatores illos velut C flagello compellebat arripere fugam, horrendum frementes atque ejulantes. Non hic stetit invidia inimici: alas volucris sibi adaptat, et faciem pueri assimilans, conspectui Symeonis se offert; qui efformato crucis signo confestim, ut ventus fumum, dissipavit hostem. Tunc crebris plausibus tumultibusque cum ingenti sono supra caput ejus in aere excitatis, in ipsum facturus impetum videbatur: magnæ quoque molis saxum ex parte australi in columnam jacit: quæ impetu illo eversa fuisset, nisi gratia divina, in similitudine columbæ apparens, ruentem stitisset. Postea etiam, eodem spiritu vinculis constringere manus Symeonis tentante, hic ad pharmacum, jam pridem contra illius venenum præD sentissimum, sacrosanctum, inquam, crucis signum confugiens, cunctas tentantis vires infregit.

μη'. Τέλος οἷά τις ἀναιδὴς αὐτῷ πρόσεισι παῖς, μέλας ὅλος καὶ ἰδεῖν αἰσχρὸς, χεῖρας ἰταμῶς ἐπιβαλεῖν, καὶ εἰς συμπλοκὴν ἐλθεῖν ἐπειγόμενος, Ἔτι τὸ ἅπαξ τοῦτο, λέγων, παλαίσω σοι, καὶ εἴπερ οὐ κατισχύσω σου, τὸ γοῦν παρὸν ἀπελεύσομαι. Ταῦτ' ἔλεγε, καὶ μετὰ μεγάλων ἠχων καὶ θορύβων ἐπῄει, ταραχῆς πάντα πληρῶν, ἵνα τῷ παραλόγῳ τῆς ἐφόδου καὶ καταπλήξῃ. Ὁ δὲ μηδὲν ὑποτρέσας, ἀλλὰ πρὸς τὸ οἰκεῖον ὅπλον εὐθὺς τὰς εἰς Χριστὸν βλέψας ἐλπίδας, εὐψύχως τε τὴν πάλην καὶ νεανικῶς ὑποστάς, λαβόμενος αὐτοῦ τῶν χειρῶν, ὀπίσω τε περιαγαγὼν αὐτὰς καὶ δεσμήσας, ἀφανῆ τίθησι, κενὰς αὐτοῦ τὰς ἀπειλὰς ἀποδείξας. Εἶτα ἠδύ τι πρὸς οὐρανὸν ἰδὼν,

48. Denique, uti puella quædam effrons, viro Dei accedit, totus niger, totus aspectu deformis: manusque collo jamjam injecturus, et in complexum ruere festinans: Certaminis, inquit, aleam, adhuc semel tecum luctans, jaciam: et siquidem non prævaluero tibi, in præsentia recedam. Isthæc elocutus grandi cum sono strepituque irruit, omnia replens tumultu, ut vel ipsa invasionis insolentia terrorem inculeret. At ille neutiquam se avertens, consueta corripuit arma, spem scilicet in Christo positam, alacrique ac generoso animo certamen aggrediens, manus hostis apprehendit, easque post tergum adductas vinciit, atque ita ex oculis

Digitized by Google

recedere coegit, edoctum vanas esse ejus minas. Deinde suaviter in cœlum sublatis oculis, hymnos Deo in gratiarum actionem, aut, si ita vis, in victoriæ obtentæ commemorationem, cecinit, accenso ad hoc cereo quem utraque manu tenebat, cuique epinicia sua commensurabat; non enim prius cessabat a cantu quam consumpta cera lingua, lumen exstingueretur.

A τοὺς εὐχαριστηρίους, εἰ δὲ βούλει, ἐπινικίους προσῆγεν ὕμνους Θεῷ, φῶτα ποιήσας καὶ κηρὸν ἑκατέρᾳ χειρὶ κατέχων, οἷς συνεμέτρει τὸν ἐπινίκιον· οὐ γὰρ πρότερον ἡ γλῶττα τῶν ὕμνων πέπαυτο, ἕως τοῖς κηροῖς καυθεῖσι τὸ φῶς ἔσβεστο.

49. Interea temporis (verum quæ oratio res, omni eloquentia superiores, explicet? me certe ad nudam illarum memoriam tremor occupat), interea, inquam, videt orientem versus apertum cœlum et inibi Dominum nostrum Jesum Christum: videbatur autem veluti circulus quidam ex electro, multo lumine et flamma rutilante, ipsum ambire; videbantur et archangeli Michael atque Gabriel, placide a dexteris alter, alter a sinistris constituti; videbantur denique nubes plurimæ, quæ erant suppedaneum illius apparebantque veluti pulvis pedum ejus. Confestim igitur Symeon, manibus mentisque oculis elevatis, adorabat illum, qui sibi apparebat, ut juxta beneplacitum ipsius fructus utiles in se progignerentur. Quid ad hæc ille, qui glorificantes se glorificare solitus est quantuncunque supereminens Deus? Digitis innuens ter Symeonem signavit: atque ecce dæmones, tanquam caprarum porcorumque greges, super faciem terræ (contra quos data Symeoni potestas fuit, et in confirmationem potestatis virga in manu ejus), omnes imbelles facti, illico in fugam se præcipitabant, veluti fumus aut pulvis a facie sancti deficientes.

μθ'. Ἐν τοσούτῳ δὲ ὁρᾷ (ἀλλὰ πῶς ἂν τὰ κρείττονα λόγου λόγος γνωρίσειε; φρίκη γάρ με καὶ πρὸς τὴν μνήμην εἰσέρχεται), ὁρᾷ τοίνυν, καὶ ἰδοὺ ἀνέῳκτο μὲν ἐξ ἀνατολῶν ὁ οὐρανός, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐπ' αὐτοῦ Χριστὸς ὁ Θεός· ὅρασις δὲ ὡς ἠλέκτρου κύκλῳ περὶ αὐτὸν ἐν φωτὶ καὶ πυρὶ στρεφομένου. Μιχαὴλ τε καὶ Γαβριὴλ οἱ τῶν ἁγίων ἀγγέλων πρῶτοι, ὁ μὲν ἐκ δεξιῶν πράως, ὁ δ' ἐξ ἀριστερῶν παρεστῶτες, τό τε τῶν νεφελῶν πλῆθος ὑποπόδιον αὐτοῦ καθάπερ τις κονιορτὸς ποδῶν αὐτοῦ. Χεῖρας τοιγαροῦν ὁ Συμεὼν αὐτίκα καὶ ὄμματα καρδίας πετάσας, ἐδεῖτο τοῦ ὀφθέντος, ὥστ' εὐδοκῆσαι καρποὺς ἀγαθοὺς αὐτῷ δι' αὐτοῦ προσαχθῆναι. Τί οὖν ἐνταῦθα; Ὁ τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν ἀντιδοξάζειν εἰδὼς καὶ πολλῷ τῷ μέσῳ Θεός, νεύσας τοῖς δακτύλοις ἐσφράγισε τρίς· καὶ ἰδοὺ οἱ δαίμονες, ὥσπερ αἰγῶν καὶ χοίρων βοσκήματα ἐπὶ πρόσωπου τῆς γῆς (ἐξουσία τε κατ' αὐτῶν τῷ Συμεὼν δεδομένη ῥάβδος τε διὰ χειρὸς αὐτῷ βεβαιοῦσα τὴν ἐξουσίαν), καὶ φεύγειν ἐκεῖνοι πάντες ἀγεννῶς ὡρμημένοι, ὅσα τε καπνὸς ἢ χοῦς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ ἐκλείποντες.

B

50. Visionem hanc sua quoque miracula consecuta sunt; nam quotquot malis spiritibus aut alia quavis ægritudine vexati ad Symeonem accesserunt, liberati quisque malo suo reversi sunt. Viderunt etiam et sanctus ipse, et plures alii, quibus ea gratia concessa fuit, tres angelos Dei, quorum alter ad dexteram, alter ad sinistram, tertius pone tergum Symeonis stantes, atramentum manibus tenebant; et qui sanitatem consecuturi erant, jubente sancto, velut in sindone, ipsa nive candidiore, scribebantur: neque singuli tantum, sed quam plurimi etiam simul, qui salutis causa accesserant, referebant obtentam. Nam multi aliquando a dæmonibus insessi, spumam ore ejectantes, Symeonem adiverunt; qui impressit singulis salutare crucis signum; jussitque spiritus in nomine Filii Dei, pro nobis in crucem suffixi, inde facessere: atque illi, nulla interposita mora, abitum parantes multumque vociferantes, reliquerunt homines liberos et incolumes, puro ore laudes Deo celebrantes. Cæterum qui circumstabant Symeonem angeli, ad miracula et medicationes opem suam conferentes, ita ipsi astiterunt aliquo tempore; deinde pro more jussi scribere a sancto, negarunt id se facturos imposterum, dicentes: Auctus es perspicua Dei potentia et virtute: cuncta deinceps te intercedente evenient pro fide accedentium tibi; patrabuntur miracula per impositionem manuum tuarum, per tactionem melotes, per fimbriam sacci, per virgam palmeam,

C

D

ν'. Τῇ δ' ὄψει τοίνυν ταύτῃ καὶ τὰ θαύματα ἠκολούθει, καὶ πάντες ὅσοι πνεύμασι πονηροῖς, ἢ καὶ ἄλλοις πάθεσι κάμνοντες ἐκείνῳ προσῆσαν, ἐλεύθεροι τοῦ λυποῦντος ἕκαστος ἐπανῄεσαν. Ἐωρῶντο γὰρ αὐτῷ τε τῷ Ἁγίῳ, καὶ πολλοῖς ὅσοι καὶ τοιαῦτα δηλαδὴ βλέπειν ἠξίωντο, ἄγγελοι Κυρίου τρεῖς, ὁ μὲν ἐκ δεξιῶν, ἕτερος δ' ἐξ εὐωνύμων, οἱ δ' ὄπισθεν ἑστῶτες τοῦ Συμεὼν, τό τε μέλαν αὐτοῖς ἐν χεροῖν, καὶ τῶν ἰαθῆναι μελλόντων ἕκαστος τοῦ ἁγίου λέγοντος, ὡς ἐν σωματείῳ λευκοτέρῳ καὶ χιόνος ἐγράφετο· οὐ καθ' ἕνα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ πλῆθος θεραπείας οἱ προσιόντες ἐτύγχανον. Προσῆλθον γάρ ποτε πολλοὶ κατὰ ταυτὸν δαιμονῶντες, καὶ ἀφρὸν τοῦ στόματος παραπτύοντες· ὧν ἑκάστῳ σφραγῖδα ποιήσας, τοῖς τε πνεύμασιν ἐν ὀνόματί φησι τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ δι' ἡμᾶς σταυρωθέντος ἀπαλλαγὴν παραγγείλας, ἀπαλλαγῆναι παραχρῆμα παρασκευάζει, μέγα βοῶντα καὶ ὑγιῶς ἔχοντας τοὺς ἄνδρας ἀπολιπόντα, νηφαλίῳ στόματι τὰς αἰνέσεις τοῦ Θεοῦ μεγαλύνοντας. Οἱ μὲν οὖν κυκλοῦντες αὐτὸν ἄγγελοι, καὶ πρὸς τὰ θαύματα καὶ τὰς ἰάσεις διακονούμενοι, παρέμενον οὕτως αὐτῷ μέχρι καιροῦ· εἶτα κατὰ τὸ σύνηθες αὐτοῖς εἰπόντος γράψαι τοῦ Συμεών· Οὐκέτι, φασὶν ἐκεῖνοι, γράφειν οὐ μὴ προσθῶμεν· ἠῦξηνται γὰρ ἐν σοὶ περιφανῶς αἱ τοῦ Θεοῦ δυναστεῖαι, καὶ πάντα λόγῳ καὶ δυνάμει λοιπὸν κατὰ τὴν τῶν προσερχομένων πίστιν γενήσεται διὰ σοῦ ἐν ἐπιθέσει χειρῶν σου, ἐν ἁφῇ μηλωτῆς σου, ἐν κρασπέδῳ τοῦ σάκκου σου, ἐν τῇ βαΐνῃ σου ῥάβδῳ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ ψιλῆς κόνεως παρὰ σοῦ

Digitized by Google

δεδομένης, καὶ δι' αὐτῆς δὲ τῆς τοῦ σοῦ ὀνόματος ἐπικλήσεως· ὅπου γὰρ ἡ σὴ μνήμη, ἐκεῖ καὶ ἡ θεία χάρις, πᾶσαν ἀσθένειαν κατὰ πάντα καιρὸν ἰωμένη. Ὄψονται δέ σε πολλοὶ καὶ ἐν οἰκίαις καὶ ἐν ὁδοῖς, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἔργοις αὐτῶν· καὶ πάντες ὅσοι δεήσονται τοῦ Θεοῦ διὰ σοῦ μεσίτου, ἐν ἐρήμοις, ἐν ὄρεσιν, ἐν θαλάσσῃ, ἐν γῇ, ἐν φυλακῇ, ἐν αἰχμαλωσίᾳ σωτηρίαν παρὰ σοῦ κομιοῦνται· πᾶσί τε θλιβομένοις ἔσῃ καταφυγὴ, καὶ χαίρουσιν ἀσφάλεια, καὶ πᾶς ὁ πεπιστευκὼς δοῦλον ἐκλεκτὸν εἶναί σε Θεοῦ, ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσεται, καὶ πατήσει ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Ταῦτα οἱ μὲν εἰπόντες, ἀπῆλθον, τῷ δὲ Συμεὼν ἔτι μᾶλλον ἐξ ἐκείνου τὰ θαύματα πλείω ἐπέῤῥει, ὡς καὶ τυφλοῖς ὀφθαλμῶν φῶς διὰ μόνης ἐκείνου προσευχῆς χαρισθῆναι. A

quinimo per pauxillum pulveris ad te dati, et solam nominis tui invocationem; ubicunque enim memoria tua recoletur, ibidem et gratia Dei præsto erit, omnem omni tempore infirmitatem curatura. Videbunt te multi in domibus, in itineribus, in quovis opere suo; et quicunque precabuntur Deum per intercessionem tuam, in solitudine, in montibus, mari, terra, carcere, servitute exsistentes, sanitatem per te recuperabunt: omnibus afflictatis tu eris refugium, gaudentibus omnibus securitas eris: quisquis crediderit electum Dei servum esse te, super draconem et basiliscum gradietur, et ambulabit super serpentes et scorpiones, superior omni veneno inimici. His dictis, abierunt angeli; Symeon autem ex illo tempore pluribus etiam miraculorum gratiis affluxit, adeo ut cæcis per solam ipsius precationem lumen oculorum concederetur. Sed ea nunc sigillatim prosequamur.

CAPUT VII.

Miracula circa energumenos, mortuum, et veneficia; alia per discipulos facta; mirabilis visio.

να'. Ἵνα δὲ καὶ τὰ καθ' ἕκαστον ἐπεξίοιμεν, προσῆλθέ τις αὐτῷ γυνὴ, τέκνον ἄλαλον καὶ δαίμονι κάτοχον ἔχουσα· καὶ ἡ μὲν ἐπιτεθειμένην τὴν θυρίδα ἰδοῦσα, τίθησι τοῦτο παρὰ τῇ τοῦ κίονος βάσει· παραχρῆμα δὲ οἷά τις ἐξέλαμψεν ἄνωθεν ἀπὸ τῆς μηλωτῆς ἀστραπὴ, τῇ δὲ ἦλος συνέζευκτο, καὶ φωνὴ κατόπιν ἠκούετο· Ἔξελθε, τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα, διωκόμενον ὑπὸ Χριστοῦ διὰ τῆς ἐν τῷ Συμεὼν χάριτος, λέγουσα· καὶ ὁ παῖς ἀπὸ τῆς διπλῆς εὐθὺς ἴατο μάστιγος, οὐ τῆς τοῦ δαίμονος μόνον ἐπηρείας ἀπηλλαγμένος, ἀλλὰ καὶ λαμπρᾷ γλώττῃ Θεὸν καὶ τὸν αὐτοῦ θεράποντα μεγαλύνων. Μετὰ δὲ ταῦτα πρόσεισί τις ἀνὴρ αὐτῷ τῆς Καππαδοκῶν ὡρμημένος δαίμονι δεινῶς ἐταζόμενος, Ἐλέησόν με, δοῦλε τοῦ Θεοῦ, κράζων, ὑπὸ δαίμονος θανατούμενον· τοῦτο δὲ καὶ εἰς τρίτην ἐξῆς ἡμέραν ἐπέμενε δρῶν. Παρακύψας τοίνυν ὁ ἱερὸς Συμεὼν, τῷ τε πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ ἐπιτιμήσας, εἶτα καὶ κράσπεδόν τι τοῦ οἰκείου σάκκου φυλακτήριον τῷ ἀνδρὶ δεδωκὼς, ὑγιῆ τοῦτον οἴκαδε ἀπολύει. Ὁ δὲ οἷς ἂν ἐντύχοι πάλιν ὁμοίως πάσχουσι (πεπαίδευτο γὰρ τὸ συμπαθὲς ἐξ ὧν πέπονθεν), ἑτοίμως τὸ δοθὲν μετεδίδου· οἱ θεραπείας καὶ αὐτοὶ τυγχάνοντες, τῷ κοινῷ προτῆεσαν εὐεργέτῃ Θεῷ, καὶ αὐτῷ τὰς εὐχαριστίας ἀποδιδόντες. C D

51. Accessit viro sancto mulier quædam, quæ puerum mutum et dæmone obsessum habebat: cumque obfirmatam fenestram conspicaretur, puerum ad columnæ basin deponit. Continuo autem tanquam fulgur desuper e melote Symeonis emicuit, cui additus sonus auditaque post tergum vox est, quæ dicebat: Exi, impurissime spiritus, fugatus a Christo per gratiam Symeonis. Ita puer duplicis mali curationem accepit, non tantum vexatione dæmonis liberatus, sed clara etiam voce Deum pariter ac famulum ejus magnificans. Deinde accedit vir quidam e Cappadocia oriundus, qui a difficili dæmone graviter torquebatur, clamans: Miserere mei, serve Dei, quia a dæmone perimor: idque tribus diebus continuis factitare perseverabat. Cumque tandem prospexisset sanctus impurumque spiritum increpuisset, deinde et particulam sacci sui pro amuleto dedisset homini, incolumem illum domum dimisit. Is autem in quoscunque incidisset simili malo laborantes (jam enim ex malo suo aliorum misereri didicerat), datam sibi particulam cum illis prompte communicabat: qui et ipsi sanitatis participes facti, ad communem benefactorem Deum, gratias acturi, se conferebant.

νβ'. Νεανίαν τινὰ δαίμων τοσοῦτον ἠνώχλει, ὡς ῥίπτειν ἑαυτὸν κατὰ γῆς, καὶ λίαν ἀσχημόνως σπαράττειν, ἤδη δὲ καὶ τῆς οἰκείας γλώττης ἐλεεινῶς παρατρώγειν. Τοῦτον τοιγαροῦν τῷ θείῳ Συμεὼν προσελθόντα, καὶ θερμῶς αὐτοῦ καταδεηθέντα, ἐπιτιμήσει κατὰ τοῦ πονηροῦ πνεύματος, τοῦτον ἀπαλλάττει τοῦ ἐνοχλοῦντος, καὶ ὑγιῶς αὐτίκα δείκνυσιν ἔχοντα. Ἀντιοχέα τινὰ κατεῖχε περὶ τὸν στόμαχον πάθος, οὕτω δεινῶς αὐτοῦ στρέφον τὰ ἔνδον, ὡς καὶ τῷ ἐδάφει προσερῤῥίφθαι πολλάκις, οἷά τινι δαίμονι καταβεβλημένον. Οὗτος τοιγαροῦν προσέρχεται τῷ ἁγίῳ, δάκρυσι μηνύων τὴν καρδίας ὀδύνην, καὶ τοῦ πά-

52. Juvenem quemdam horrendum adeo in modum infestabat dæmon, ut humi se projiceret, turpiter unguibus laceraret, linguam etiam suam miserabiliter voraret. Isthunc infelicem divinus Symeon ad se progressum, ferventerque deprecantem, castigato verbis malo spiritu, liberat, et confestim bellissime habentem exhibet. Antiochenum quemdam stomachi dolor invaserat, tam acerbe intestina versans, ut terræ sæpius allideretur tanquam a dæmone prostratus. Is itaque sanctum adit, lacrymis testans cordis angores, iisque levari precando contendens: quibus exoratus Symeon, oratu

Digitized by Google

pannosæ vestis suæ porrigit; moxque incolumitas dolentem consequitur.

53. Homo quidam, cujus forte exstinctus erat filius, firmiter sibi persuadens, nihil per sanctum non impetrandum, quod a Deo postulasset (quoniam ita natura comparatum est, ut quod ardenter quis expetit, id impetratu facile credat), illico ad divinum Symeonem accurrit, dolenter plorans, ejulans, plangens, multisque aliis modis atque factis æstum cordis sui exprimens; clamatque: Miserere mei, serve Dei, miserere filii mei, mihi nuper morte crepti; quem nondum, uti communis defunctis lex exigit, in sepulcrum intuli, nec quidquam terræ illi injeci; credens quod tu perfectum des apud Deum, quidquid volueris; omninoque confido de benignitate tua, forte ne despicias me naturali in filium amore totis visceribus æstuantem. Tactus commiseratione, cognitoque secreto divinæ gratiæ instinctu, reversuram in puerum animam, surrexit atque ad patrem conversus: Vade, inquit, in nomine Domini nostri Jesu Christi, filius tuus vivit. Hic, nihil de fide verborum dubius, celeritate qua potest maxima domum revertit: et (quæ autem mens, o sæculorum Rex immortalis et unice, tantum miraculum comprehendere valeat!) vivum invenit filium; quem continuo acceptum, aut potius præter spem receptum, itinere relecto, Symeoni sistit. In quas hic voces exsultabundus non resolvit os suum! quos in grati animi testimonium hymnos Deo sanctoque non cecinit!

54. Quemadmodum autem par erat, proficere tantum gratia Symeonem, quantum ætate, et propius accedere ad Deum, qui accedebat ipsi: conspicatur rursus (verum quæ dicendi facultas explicet, quod animus nequit comprehendere? caligat enim, facta solum rei mentione, timetque ad reliqua progredi), conspicatur, inquam, Dominum ac Deum nostrum. Præsto erant sanctorum angelorum turmæ, stabat equus ante Symeonem colore candido, angelorum primi ferebant diadema, quod erat ex pretioso lapide, cruxque affixa illi erat; et stella, in modum fulguris coruscantis, superemicabat, videbanturque illo redimire Symeonem et creare regem. Hic autem ita illos alloquitur: Non auferetis mihi tritam hanc lacernam, quam pro gloria Christi indutus sum. Illi contra: Per hoc, inquiunt, Deo ejusque unigenito Filio coronator, et tanquam purpuram induitor Spiritum sanctum; et dominaberis cum beatis mentibus in regno nunquam terminando. Posteaquam hæc dicta excepit Symeon, inexplebiliter in corpusculum suum sævire cupidus, divellique a mundo mundique rebus, et propius ad Deum divinaque accedere festinus, irretortis in Dominum oculis, sic inquit: Domine et conditor rerum omnium, quandoquidem me indignum dignatus fueris pari cum sanctis tuis gloria atque regno; precor benignita-

θους ἀπαλλαγῆναι δεόμενος. Ὁ δὲ πρὸς τὰς αὐτοῦ δεήσεις ἐπικλασθείς, κράσπεδόν τι τοῦ οἰκείου ῥάκους ὀρέγει, καὶ τοῦτο θεραπεία παραχρῆμα τῷ πάσχοντι γίνεται.

νγ'. Ἀνθρώπῳ τινὶ συνέβη τὸν υἱὸν τελευτῆσαι, ὁ δὲ μηδὲν ἀδυνατεῖν τῷ ἁγίῳ πιστεύων ὅπερ ἂν τοῦ Θεοῦ δεηθείη (ἐπεὶ καὶ πέφυκε φύσει, πᾶν ὃ σφόδρα βούλεταί τις, τοῦτο καὶ ῥᾳδίως πιστεύειν), εὐθὺς παρὰ τὸν θεῖον Συμεὼν ἀποτρέχει, κλαίων πικρῶς, ὀλολύζων, κοπτόμενος, καὶ πολλοῖς ἄλλοις σχήμασί τε καὶ πράγμασι τοὺς καύσωνας τῆς καρδίας παρασημαίνων· Ἐλέησόν με, δοῦλε τοῦ Θεοῦ, λέγων, ἐλέησον ἄρτι θανάτῳ τὸν παῖδα ζημιωθέντα, ὃν οὐδὲ τῷ κοινῷ τῶν τεθνηκότων ἔθαψαν νόμῳ, οὐδὲ γῆν ἐπέβαλον ἤδη κειμένῳ, πιστεύων ὡς ὅπερ ἂν καὶ βούλῃ, ἀνύσεις παρὰ Θεῷ· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ θαῤῥῶν σου τῇ χρηστότητι πάλιν, ὡς οὐ παρόψει με, σφοδρῶς ὑπὸ τῆς φύσεως οὕτω τὰ σπλάγχνα καιόμενον. Ἔλεον τοῦτον τοίνυν λαβών, καὶ γόνατα θεὶς ἐπὶ γῆν, τοῦ ἄνωθεν πάλιν αὐτὸς ἐλέους ἐδεῖτο, καὶ γνοὺς ἀποῤῥήτως ὑπὸ τῆς χάριτος τὴν εἰς τὸν παῖδα τῆς ψυχῆς αὖθις ἐπάνοδον, ἀναστάς, καὶ πρὸς τὸν πατέρα τοῦ παιδὸς ἐπιστραφείς, Ἐν ὀνόματι, φησὶ, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πορεύου, ὁ υἱός σου ζῇ. Ὁ δὲ, τῷ λόγῳ παραχρῆμα πιστεύσας, καὶ οἴκαδε τὴν ταχίστην ἐπανελθών (ποία, μόνε τῶν αἰώνων ἀθάνατε βασιλεῦ, ἀκοὴ θαῦμα τοσοῦτον χωρῆσαι δυνήσεται!), ζῶντα τὸν υἱὸν εὑρίσκει· ὃν καὶ λαβὼν εὐθὺς, ἢ παρ' ἐλπίδα μᾶλλον ἀπολαβών, καὶ πρὸς τὸν Ἅγιον ἀναστρέψας, ποίας ἀγαλλιωμένῳ στόματι φωνὰς οὐκ ἠφίει; τίνας οὐκ εὐχαριστηρίους ὕμνους Θεῷ καὶ τῷ Συμεὼν ἀπεδίδω;

νδ'. Οἷα δὲ εἰκὸς προκόπτειν ὥσπερ ἡλικίᾳ τὸν Συμεὼν, οὕτω καὶ χάριτι, καὶ μᾶλλον ἐγγίζειν Θεῷ τῷ ἐγγίζοντι, ὁρᾷ μετὰ ταῦτα πάλιν (ἀλλὰ πῶς ἂν τὰ μηδὲ νῷ λεπτὰ λόγος ἑρμηνεῦσαι δυνήσεται; ἰλιγγιᾷ γὰρ ἤδη καὶ πρὸς τὴν μνήμην, καὶ δέδιε προσβῆναι τοῖς ἑφεξῆς), ὁρᾷ τοιγαροῦν τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν, παρεστήκει δὲ καὶ θείων ἀγγέλων τάγματα, ἵππος τε πρὸ τοῦ Συμεὼν εἱστήκει τὸ εἶδος λευκὸς, καὶ διάδημα φέροντες τῶν ἀγγέλων οἱ πρῶτοι, ἦν δὲ ἄρα λίθου τιμίου, σταυρός τε αὐτῷ προσεπεπήγει, καὶ ἀστὴρ ὅσα καὶ ἀστραπὴ φωτίζων ὑπερανεῖχεν, ὥστε περιβαλεῖν αὐτὸν τοῦτο καὶ βασιλεῦσαι. Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς, Οὐκ ἀφαιρήσεσθε, φησὶν, ἀπ' ἐμοῦ τὸ τρίχινον ἔνδυμα τοῦτο, ὅπερ εἰς δόξαν Χριστοῦ ἠμφίεσμαι. Οἱ δὲ, Στεφανώθητι διὰ τούτου Θεῷ καὶ τῷ μονογενεῖ Υἱῷ αὐτοῦ, εἶπον, καὶ ὅσα πορφύραν ἔνδυσαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ βασιλεύσεις σὺν ἁγίοις βασιλείαν οὐδέποτε λήγουσαν. Ταῦτα ἐπειδὴ ῥηθεῖη τῷ Συμεὼν, ἀπλήστως ἐκεῖνος τῆς τοῦ σώματος νεκρώσεως ἔχων, ἄλλως τε δὲ καὶ κόσμου καὶ τῶν τοῦ κόσμου ῥήγνυσθαι σπεύδων, καὶ πρὸς Θεὸν καὶ τὰ θεῖα μᾶλλον ἀνάγεσθαι, ἀγενὲς εἰς τὸν Δεσπότην ἰδὼν, Δέσποτα πάντων, ἔφη, καὶ ποιητὰ, ἐπεί με τὸν ἀνάξιον ἀξιοῖς ἁγίοις συμβασιλεύειν, δέομαί σου τῆς ἀγαθότητος μηκέτι με τῶν τοῦ βίου ῥυπωμάτων μεταλαμβάνειν, μηδὲ σιτίοις ἀνθρωπίνοις χρῆσθαι. Ταῦτα τοῦ Θεοῦ δεηθεὶς, Δεσποτικῇ ἀκούει

Digitized by Google

φωνῆς εὐδοκούσης τὴν αἴτησιν, καὶ παραχρῆμα ἐνδύουσιν αὐτὸν ἐπάνω τῶν ἀσκητικῶν ῥακίων καταστολὴν δόξης οἱ ἄγγελοι, μεγαλοπρέπειάν τε καὶ ὡραιότητα, τό τε διάδημα τιθέασιν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸν φανέντα ἵππον καθίζουσιν. Εἶτα καὶ σύμφωνος ἀγγέλοις πᾶσι, Χριστῷ καὶ τῷ αὐτοῦ θεράποντι Συμεὼν ᾖδετο ὕμνος· αὐτός τε ὁ πονηρὸς τῷ Ἁγίῳ καὶ τὰ τοῦ πονηροῦ πνεύματα, οἷον καταπεπληγότα ἐδείκνυτο.

tem tuam, ut ne qua deinceps necessitas incumbat mihi, vitæ sustentandæ causa, hominibus consueta cibaria sumendi. Hæc precatus inaudit vocem Domini, benevole assentientis petitioni : advolantesque velociter angeli asceticam super lacernam induunt eum stola gloriæ, majestatis ac decoris; diademate cingunt caput ejus, et super equum, qui apparebat, imponunt eum. Post hæc consonus hymnus angelis omnibus Christo et famulo ejus Symeoni canebatur : ipse autem nequam spiritus cum suæ nequitiæ sociis, veluti profligatus, exhibebatur sancto.

νε'. Μετὰ γοῦν τὴν θείαν ἐπιφάνειαν ταύτην, ἀκόλουθα πάλιν τοῖς προλαβοῦσι τὰ ἐπαγόμενα. Ἄνθρωπος γάρ τις γέροντι δεινῶς ἐχθραίνων, καὶ σφόδρα διαφθονούμενος φαρμάκοις ἐπ' αὐτὸν ἐχρήσατο· τὰ δ' ἄρα τοσοῦτον ἔδρασαν, ὡς ἑαυτὸν μὲν καὶ παῖδας (ἐτύγχανε γὰρ υἱοὺς ἔχων) εἰς γῆν καταῤῥήγνυσθαι, τὰ δὲ τούτου κτήνη κατὰ χρημνῶν ἐλαυνόμενα φέρεσθαι. Ἐνδείας τοίνυν ἄρτων, οἷα συμβαίνειν φιλεῖ, πρὸς τὴν τῶν μοναχῶν καὶ τῶν πενήτων χρείαν ἐν τῇ μονῇ γενομένης, ἄγγελος ἐν ὕπνῳ τῷ γέροντι παραστὰς, Ἀναστὰς, φησὶ, λάβε σῖτον, καὶ παρὰ τὸν θεῖον Συμεὼν πορευθεὶς, τὸν μὲν πένησι καὶ τοῖς μοναχοῖς τροφὴν κομιεῖς· σοὶ δὲ κράσπεδον τῶν τριχίνων ἐκείνου λαβόντι ῥακίων, ἀφεθήσεταί τὰ τοῦ οἴκου δεσμά. Σῖτον μὲν οὖν εὐθέως ἐκεῖ προθύμῳ ποδὶ, προθυμοτέρᾳ δὲ καὶ γνώμῃ κομίζει. Ἔπειτα μέντοι βώλακα γῆς καὶ ὕδωρ λαβὼν ὑπὸ τῷ κίονι τίθησιν· εἶτα ἐκχέει τὴν οἰκείαν ἐνώπιον τοῦ ἁγίου δέησιν, ἀπαγγέλλει τὴν θλῖψιν, δεῖται θερμῶς, ὥστε προσεύξασθαι περὶ αὐτοῦ, τά τε παρακείμενα εὐλογῆσαι, καί τι τοῦ τῶν ῥακίων αὐτῷ μεταδοῦναι κρασπέδου. Ἅπερ ὡς ἐδεῖτο λαβὼν, καὶ οἴκαδε ὡς εἶχεν ἐπανελθὼν, ἀφ' ἑαυτοῦ πρώτου μέχρι καὶ τοῦ σμικροτάτου διαῤῥαντίζει, ὅπερ οὐκ αὐτῷ μόνῳ καὶ παισὶ καὶ βοσκήμασιν, ἀλλὰ καὶ ὅλῳ οἴκῳ πρὸς θεραπείαν τῆς φαρμακείας ἤρκεσεν.

55. Post divinam hanc revelationem, secuta sunt alia, præmissis similia et admiranda. Homo quidam, gravi odio nec leviori invidia senem quempiam prosequens, veneno ipsum aggredi statuerat : partim igitur tantum effecit, ut senex cum filiis (pater quippe erat) in terram prostratus, partim vero ut pecudes ejus in præcipitia actæ sint. Facta per id tempus, uti fieri assolet, annonæ charitate in eremo, deficientibusque monachis et pauperibus panibus, angelus in somnis astitit seni, dixitque : Surge, accipe frumentum, et ad virum Dei Symeonem proficiscere : ac frumentum quidem cibandis pauperibus atque monachis portabis; tu vero, recepto lacernæ ipsius frustillo, familiam, quibus astringitur vinculis solutam, postliminio gaudebis. Ille mox gressu alacri, sed animo alacriore, frumentum advehit : deinde acceptam terræ glebam atque aquam sub columna deponit. Tum vero totum se in preces effundit coram sancto, exponit calamitatem, orat ferventissime pro se ut deprecetur, et quæ apposita erant cibaria impertiat benedictione sua, atque e pannosa lacerna sibi largiatur aliquid. Votorum autem compos factus, domumque ut poterat reversus, ducto a se initio omnia ad minimum usque lustrali illa aqua conspergit; idque suffecit adversus veneficia; integra, non tantum seni, pueris, jumentis, sed universæ quoque domui, sanitate reddita.

νς'. Εἶτα πολλοὶ κατὰ ταυτὸν προσῆλθον αὐτῷ διαφόροις πάθεσιν, οἱ μὲν νόσοις ποικίλαις, οἱ δὲ καὶ δαίμοσιν ἐνοχλούμενοι· ὁ δὲ τούτων ἑκάστῳ θερμῶς ἐπευξάμενος, ἀλλὰ καὶ χεῖρας ἐπιθεὶς, πρὸς Θεὸν διὰ παντὸς [κατὰ τὰς θείας] ἐντολὰς αἰρομένας, ἅπαντας ἀπήλλαξε τοῦ λυποῦντος. Τῆς δὲ περὶ αὐτοῦ φήμης, καὶ τῶν ἑκάστης ἡμέρας θαυμάτων πανταχόσε διαδοθέντων, ὄχλου τε πρὸς αὐτὸν συῤῥέοντος πλείστου, πλήθεσι τοσούτοις μόνος ἀρκεῖν αὐτὸς οὐ δυνάμενος, ῥάβδους εὐλογήσας παρέσχε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἃς τοῖς πάσχουσιν ἐκεῖνοι πάλιν ἐπιτιθέντες, καὶ μάλιστα τοῖς ὑπὸ πονηρῶν πνευμάτων κατεχομένοις, Τάδε λέγει, ἔφασαν, ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Συμεὼν (ἵνα καὶ τῇ μνήμῃ τῶν τῆς ἀγγελικῆς ἐκείνης γλώττης ῥημάτων ἁγιασθῶμεν)· Ἐξέλθετε τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα ἐκ τῶν πλασμάτων τοῦ Θεοῦ. Καὶ αὐτίκα διὰ πάσης αἰσθήσεως ἦν ὁρᾶν ἐλαυνόμενα. Ἑκάστῃ μέντοι ῥάβδῳ ἄχρι τριῶν ἀνθρώπων ἡ τῶν θαυμάτων ἐνέργεια ὥριστο· εἶτα πάλιν ἁπτόμενος αὐτῆς ἐκεῖνος, ηὐλόγει, καὶ παραπλησίως αὐτὴ πάλιν τοῖς θαύμασι κέ-

56. Hujus deinde exemplo venere plures ad virum Dei non uno malo laborantes : alios morbi varii, alios dæmones infestabant. Pro singulis ille supplex Deo factus, impositisque manibus, quas semper secundum divina præcepta sublatas habebat, doloris causam ab universis removit. Fama porro de Symeone deque miraculis ejus quotidianis longe atque late pervagata, confluentibus ad se ingenti numero turbis, cum sufficere unus ipse nequiret laborem cum discipulis partitus, consecratas iis virgas porrexit : quas ipsi ægre habentibus, ac præcipue a malo spiritu insessis admovertes inquiebant : Hæc dicit servus Dei Symeon (ut nos quoque verborum angelica illius lingua prolatorum commemoratione sanctificemur) : Exite, impuri spiritus e creaturis Dei. Nec mora, videbantur per omnes sensus expelli. Virtus autem illa miraculosa, cuique virgæ indita, trium hominum sanatione circumscribebatur : dein Symeon iterata tactione illam iterum benedicebat, inde miracula ut prius

Digitized by Google

operantem: id autem sapienter sic instituerat sanctus, ne inanis gloriæ cogitatione discipuli efferrentur.

χρητο, σοφῶς αὐτοῦ καὶ τοῦτο οἰκονομοῦντος, ὥστε μὴ λογισμῷ τοὺς μαθητὰς κενοδοξίας ἁλῶναι.

CAPUT VIII.

Abiguntur feræ et hostes; revelantur calamitates, et eveniunt; deseritur sanctus Symeon a discipulis.

57 Verum enimvero quis singula Symeonis gesta miraculosa recenseat? quæ lingua enarrandis, quæ manus conscribendis, quæ oratio explicandis sufficiat? Vir quidam, Georgius nomine, non admodum longe in solitudinem progressus, inciderat in feras: cumque esset inops consilii, sancti nomen in suppetias advocat, quo facto rictus ferarum illico constringuntur. Neque id tantum, sed ad sanctum quoque omnes, ita ut erant, curriculo tendentes, ora sua columnæ basi imponunt, tanquam gnaræ, quis sibi id vinculi injecisset, ac more precantum ibidem persistentes, solutæ sunt. Atque illud etiam plus admirationis habet, quod priusquam advenissent feræ, quid illis factum esset, Symeon circumstantibus prænuntiasset.

58. Regio Antiochiæ subjecta tam frequentibus scatebat feris, specie diversimodis et insidiando perniciosis, ut non viri tantum feminæque tuti non essent ab illorum laniena, sed infantes quoque domibus suis, ubi latebant, extracti iisdem præda cederent; viæ omnes interciperentur, et agricultura cessaret, nisi forte tanto numero convenissent, ut apta ad resistendum turma forent. Legantur ergo istius regionis quidam ad sanctum, ut petant liberari tam sæva vicinitate. Ille autem ut erat mansuetus, hoc orantibus responsi dedit: Indicia hæc sunt justæ indignationis, qua nobis succenset Deus. Dicit quippe apostolus ejus Paulus [11]: *Quia propter hæc venit ira Dei in filios diffidentiæ;* qualia nempe sunt, fornicatio, immunditia, passiones, prava desideria, avaritia quæ est idolorum servitus. Quapropter omni sedulitate custodiamus nosmetipsos, ne deinceps tristitia afficiamus Spiritum sanctum, in quo signati sumus in diem redemptionis [12], in quo et arrham accepimus ad spem vitæ sempiternæ: vult enim Pater misericordiarum, ut nos, libidinosi filii, procul ab ipso aberrantes, pœnitentiam agamus, ut per sacrificium mundum unigeniti illius Filii, Domini nostri et Dei et Servatoris Jesu Christi, ad ipsum convertamur. Per quem enim jampridem remissionem obtinuimus, et accessum ad Patrem habuimus, is nunc quoque, propitius nobis factus, castigabit feras silvarum, nec unquam post timendum vobis ab illis erit, perpetua indemnitate fruiturus. Hisce illi auditis pleno ore Deo ac Symeoni gratias persolverunt: feræ autem ex illo tempore, e dicta regione abeuntes, solum verterunt.

ν'. Ἀλλὰ πῶς ἄν τις τῶν τοῦ Συμεὼν θαυμασίων ἕκαστα καταλέγοι; ποῖα δὲ γλῶττα διακονήσειεν αὐτοῖς ἢ χεὶρ; ἢ τίς εἰς ἑρμηνείαν ἀρκέσειε λόγος; Ἀνὴρ γάρ τις ὄνομα Γεώργιος οὐ διὰ μακροῦ τῆς μονῆς θηρίοις περιπεπτώκει· ἐν ἀμηχάνῳ τοίνυν εἰδὼς ἑαυτὸν, τὸ τοῦ Ἁγίου ὄνομα καλεῖ πρὸς ἄμυναν· καὶ παραχρῆμα δεσμοῦνται τοῖς θηρίοις αἱ σιαγόνες. Καὶ οὐ τοῦτο θαυμαστὸν μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ παρὰ τὸν Ἅγιον ὡς εἶχεν εὐθὺς δρομαίως τὰ θηρία ἐλθόντα, τιθέασι τὰ στόματα παρὰ τῇ τοῦ κίονος βάσει, καθάπερ, ὅθεν αὐτοῖς ἡ πέδη, αἰσθανόμενα, κἀκεῖθεν αἰτούμενα καὶ λαμβάνοντα λύσιν. Κἀκεῖνο πάλιν θαυμασιώτερον, ὅτι καὶ πρὸ τῆς τῶν θηρίων παρουσίας, τὰ περὶ αὐτῶν τοῖς παροῦσιν ὑπὸ τοῦ Συμεὼν προηγόρευτο.

νη'. Πολλοῖς ἔδρυεν ἡ χώρα θηρίοις ἡ ὑπὸ τῇ Ἀντιόχου κειμένη, τό τε εἶδος ποικίλοις, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ὀλεθρίοις, ὡς οὐκ ἄνδρας μόνον καὶ γυναῖκας ὑπ' αὐτῶν διαφθείρεσθαι, ἀλλὰ καὶ παιδία τούτοις ἐκ τῶν οἴκων ἅρπαγμα γίνεσθαι, ὁδῶν τε αὐτοὺς καὶ γεωργίας ἀποκεκλεῖσθαι, εἰ μὴ κατὰ πλῆθος ἀθροισθεῖεν, καὶ χεὶρ ἱκανὴ πρὸς ἀντιπαράταξιν γένοιντο. Ἀνίασι τοίνυν πρὸς τὸν Ἅγιον οἱ τῆς χώρας, ἀπαλλαγὴν αἰτοῦντες χαλεποῦ γειτονήματος. Ὁ δὲ πράως ὑπολαβών, Ἀδελφοί μου, ἔφη, τεκμήρια εἰσι ταῦτα τῆς τοῦ Θεοῦ καθ' ἡμῶν δικαίας ὀργῆς καὶ κινήσεως· φησὶ γὰρ ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος, *Διὰ ταῦτα ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας*, ἅτινά εἰσι, πορνεία, ἀκαθαρσία, πάθος, ἐπιθυμία κακὴ, πλεονεξία, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία· διὸ πάσῃ φυλακῇ τηρήσωμεν ἑαυτοὺς, μηκέτι λυπῆσαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθημεν εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως, ἐν ᾧ καὶ τοὺς ἀρραβῶνας ἐλάβομεν ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου· θέλει γὰρ ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν τὴν ἡμετέραν τῶν ἀσώτων υἱῶν τῶν ἐξ αὐτοῦ μακρυνθέντων μετάνοιαν, ἵνα διὰ τῆς καθαρᾶς θυσίας τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, Κυρίου δ' ἡμῶν καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέψωμεν. Δι' οὗ καὶ τὴν ἄφεσιν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, ὃς καὶ νῦν ἡμῖν ἵλεως γεγονὼς, ἐπιτιμήσει τοῖς θηρίοις τοῦ δρυμοῦ, καὶ οὐκέτι φόβος ὑμῖν ἐξ αὐτοῦ οὐδεὶς ἔσται, ἀλλὰ τὸ λοιπὸν ἐλεύθεροι τῆς τούτων βλάβης διαμενεῖτε. Ταῦτα οἱ μὲν ἀκούσαντες, ὅλῳ στόματι Θεῷ καὶ τῷ Συμεὼν ηὐχαρίστουν· τὸ δὲ τῶν θηρίων πλῆθος ἐξ ἐκείνου τῆς χώρας ἀπῆλλακτο.

59. Adolescens quidam supra Daphnen (7), fixo obtutu solem orientem intuitus, facultatem amiserat videndi: cujus parentes, omnibus aliis remediis desperatis, in nomine Christi et famuli ejus Symeo-

νθ'. Νεανίας τις ἄνωθεν τῆς Δάφνης, ἀνίσχοντι προσβλέψας ἀτενὲς τῷ ἡλίῳ, τὴν ὀπτικὴν σβέννυται δύναμιν· τῶν ἄλλων τοίνυν ἁπάντων οἱ τούτου γονεῖς ἀπογνόντες, ἅπτουσι λυχνίαν ἐπ' ὀνόματι Χρι-

[11] Ephes. v, 6. [12] Ephes. iv, 30.

(7) Dubium est utrum velit *supra*, id est ultra *Daphnen* suburbium habitasse juvenem, cui hoc accidit; an ibi existenti infortunium cæcitatis obvenisse.

Digitized by Google

στοῦ, καὶ τοῦ θεράποντος αὐτοῦ Συμεὼν, ἔτι καὶ θυμίαμα προσαγαγόντες · καὶ αὐτίκα τῷ νεανίσκῳ (ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, Κύριε, ἧς ἐξεργάσω τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σέ!) τὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὖθις ἐπάνεισι φῶς. Ἕτερος ὑπό τινος νόσου τὴν κοιλίαν διώγκωτο · ἰατρικαῖς τοίνυν τέχναις οἰμώζειν εἰπὼν τὸν θεῖον Συμεὼν εἰς ἴασιν τοῦ πάθους ἐξεκαλεῖτο. Καὶ δείκνυσιν ὕπνος αὐτῷ τὸν ἄνδρα σωτήριον, ἐπιθέντα τῷ πάθει τὸ Εὐαγγέλιον. Καὶ συναπέπτη τῷ ὕπνῳ τὸ πάθος, καὶ ὑγιὴς ὁ κακῶς ἔχων διυπνισθεὶς, τῷ Ἁγίῳ προσελθὼν τὸ γεγονὸς ἀπαγγέλλει.

ξ'. Οὕτω δὲ τῶν παρ' αὐτοῦ θαυμάτων ἴσα καὶ ποταμοῖς χεομένων, συνέῤῥευσάν ποτε πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοὶ, κηροὺς ἀνάψαντες, καὶ τούτους ἐπὶ καλάμων πηξάμενοι, Θεῷ τε δι' αὐτοῦ προσφέροντες ἀναθήματα · ἐπειδὴ καὶ τοῦτο δεκτὴν ἕκαστος ἤδει θυσίαν, ὅπερ ἂν δι' αὐτοῦ προσενέγκοι. Ὁ δὲ πρὸς ταῦτα μὲν καὶ λίαν ἀπαραδέκτως εἶχε · πρὸς δὲ τοὺς ὄχλους, Εἰ καὶ τὰ παρ' ὑμῶν, ἔλεγε, προσφερόμενα λαμβάνειν αὐτὸς, ἀδελφοὶ, μὴ βουλοίμην, παλαιὰν φυλάττων καὶ ἠλικιῶτιν συνήθειαν · ἀλλὰ δεκτὰ γεγένηται ἤδη Θεῷ, τῷ ἀνενδεεῖ μὲν ἁπάντων, μόνην δὲ προαίρεσιν παρ' ἡμῶν εἰς ἀγαθὸν ἀπαιτοῦντι. Ὅπερ ἐλύπει τὰ πλήθη, καὶ σφόδρα τῆς ἑκάστου καρδίας ἥπτετο, εὐπροσδέκτου καθάπερ αὐτῷ τῆς θυσίας οὐ γεγενημένης. Τοῦτο τοίνυν ἰδόντας τοὺς μαθητὰς βουλεύσασθαι καθ' ἑαυτοὺς, ὥστε κρύφα λαμβάνειν τὰ κομιζόμενα. Ὁ δὲ μηδὲ τὴν ἐνθύμησιν αὐτῶν ἀγνοήσας, αὐστηροτέρᾳ φωνῇ καλέσας αὐτοὺς, Ἠγνόηται, φησὶν, ὑμῖν, ὁ τί ποτε ἄρα πεπόνθοι παρὰ τῷ Ἰσραὴλ, ὁ τῷ χαλεπῷ πάθει τῆς φιλαργυρίας ἁλούς, καὶ τὸ χρυσοῦν βούγλωσσον συλήσας τοῦ ἀναθέματος; τί δὲ Γιεζὴ τὸ Ἐλισσαίου παιδάριον, ὅπως τὴν Ναιεμὰν λέπραν κατεδικάσθη; ἀλλὰ καὶ Ἰούδας αὐτὸς τῆς ἀποστολικῆς ἐκπεσὼν χάριτός τε καὶ τάξεως, προδότης τε τοῦ Διδασκάλου γενόμενος καὶ ἀπαγξάμενος, καὶ μέσος λακήσας; Πρὸς ταῦτα δέει ληφθέντες οἱ μαθηταὶ, ῥίψαντες εἰς ἔδαφος ἑαυτοὺς αἰτήσαντές τε συγγνώμην καὶ λαβόντες, ἀνέστησαν, πολλὰ σφίσιν αὐτοῖς τῶν προτέρων ἐπιμεμφόμενοι λογισμῶν.

ξα'. Ἀπεκαλύφθη ποτὲ τῷ Συμεὼν ἅπερ ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου φεῦ! ἐπάγεσθαι ἤμελλε. Τὰ δὲ ἦν, πνεῦμα μάχαιραν ἐγκεχειρισμένον, καὶ ἄνωθεν ἐπ' αὐτὴν φερόμενον. Ἐδόησε τοιγαροῦν πρὸς Κύριον ὑπὲρ αὐτῆς τῇ καρδίᾳ, ἔστη τε κατὰ τὸν Μωϋσῆν ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐκκαῦσαι πᾶσαν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ. Ὁ δὲ φησι πρὸς αὐτόν· Ἰδοὺ ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῆς ἀνέβη πρός με, ἐπ' ὀργήν μου καὶ ἐπὶ θυμόν μού ἐστιν ἡ πόλις αὕτη, καὶ ἀφανιῶ αὐτὴν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, καὶ δώσω πῦρ ἐπ' αὐτὴν καὶ ῥομφαίαν καὶ θάνατον · αὐτὴ παρώργισέ με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῆς, τιθεῖσα τράπεζαν τοῖς δαίμοσι καὶ τῇ τύχῃ, κἀγὼ ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτήν.

nis, candelam accendunt, insuper et incensum offerunt : cum e vestigio (quam multiplex est benignitas tua, Domine, quam sperantibus in te exhibuisti!) oculi adolescentis iterum illuminantur. Alter, cui venter morbo quodam intumuerat, nihil arte medica levaminis expertus, Symeonem remedium doloris sui postulabat : ecce autem salutaris somnus exhibet illi virum, sacrum Evangelium dolenti membro imponentem, quo somnus pariter et dolor depulsi sunt. Sanus igitur post somnum factus, qui male habuerat, ad sanctum accessit, et quod contigerat renuntiavit.

60. Dum ita Symeon miraculosa beneficia quasi pleno effundit alveo, accidit aliquando turbas ad illum frequentes confluere, accensos cereos summis arundinibus infixos præferentes, anathemata Deo per Symeonem oblaturas : noverat enim quisque acceptabile id sacrificium fore, quod per illius manus immolatum fuisset. At ille dona quidem minime rata habuit atque accepta; turbas vero ita est allocutus : Oblationes vestras ego non admisero, fratres, antiquæ et hodiernæ consuetudinis servandæ studiosus : verumtamen acceptatæ jam a Deo sunt, qui rerum nostrarum nil indigus, solam intentionem bonam boni consulit. Quæ oratio tristitiæ non mediocri turbis fuit, et animos non aliter pupugit, quam si reprobata oblatio fuisset. Quod animadvertentes discipuli consilium inierunt inter se, ut clam subducerent quæ allata erant. Verum Symeon, quem cogitationes illorum haud fugiebant, severa voce advocatis dicit : Nunquid ignari estis, quanta olim passus sit Israel propter eum, qui avaritiæ gravi affectui se tradidit, et linguam (8) auream rapuit ex anathemate? Quid Giezi, puer Elisæi? nonne lepræ, qua Naaman fuerat infectus, damnatus est? Quid memorem Judam, qui e numero et gratia apostolorum excidit, proditor Magistri sui factus; et strangulatus crepuit medius? Ad hæc verba exanimati timore discipuli, proni se in terram dedere, veniam deprecantes; quam ubi impetrarunt, surgentes multis sese incusavere ob priora sua cogitata.

61. Revelata quodam tempore Symeoni sunt mala quæ super Antiochiam inducenda essent. Erant autem hujusmodi : angelus gladium tenens manu in aere ferebatur supra civitatem. Inclamavit igitur sanctus Dominum pro ea toto corde, stetitque ut alter Moyses coram illo, ut averteret furorem illius, impediretque ne majore iracundia inflammaretur. Dicit autem Dominus ad illum : Ecce clamor peccatorum urbis illius ascendit ad me, iram ac furorem meum incurrit impia; dispердam ipsam in peccatis suis : immittam ignem, et gladium, et mortem : ipsa irritavit me per idola sua, ponens mensam dæmonibus et fortunæ; ego quoque per gentem insipientem irritabo ipsam.

(8) *Achan*, is fuit qui, Josue VII, de anathemate Jericho tulit (uti Septuaginta habent) γλῶτταν *linguam*, quod vulgatus textus *regulam* vertit : ms. nostrum βούγλωσσον, quæ herba cum floret in scapum assurgit, longioris instar virgæ, rectum ac teretem.

Digitized by Google

Hanc visionem non poterat propter comminationum atrocitatem supprimere Symeon; sed advenientibus quibusdam Antiochiæ ad se viris integritate vitæ insignibus, rem totam cum animi sui gravi sensu narravit: eventu quoque prope diem subsequente. Non multum enim intercessit temporis, cum Deus Chosroen Persarum regem, et Chaldæos illi subditos, gentem bello acrem juxta ac celerem (velociores namque dicuntur equi illorum pantheris, et ferociores Arabiæ lupis), velut aquilam prompte advolantem ad escam, ex Oriente (9) suscitat; qui gravi exercitu civitatem cinxerunt. Symeon igitur ad Dominum rursus elevavit vocem suam pro illa, si forte super iis quæ prius erat comminatus pœniteret; et propitius fieret peccatis civitatis, nec disperderet illam aut traderet gladiis Assyriorum. Verum nihil manifesti signi reddebat Dominus, quoniam ira furoris ejus abundabat, et misericordia absconderat se a facie illius. Constituit ergo Symeon denuo illum precibus interpellare; cum ecce: Non me pœnituit, inquit, sed certo certius traditurus sum civitatem, et alii quidem in ore gladii occasuri sunt, aliis in servitutem abreptis: tibi vero crucem meam insigne pacis constituam, quæ te conservet; uti non ita diu post videbis.

A Ταύτην ὁ μὲν τὴν ὄψιν οὐχ οἷός τε ὢν ἐν αὐτῷ στέγειν διὰ τὴν ἀπειλήν, παραβαλοῦσιν αὐτῷ τισιν ἐκ τῆς Ἀντιόχου, βίον εὐλαβῆ ζῶσιν ἀνδράσιν, ἐν ὀδύνῃ ψυχῆς ἐξηγήσατο, κατὰ πόδας δὲ καὶ ἡ ἔκβασις ἠκολούθει· οὐ πολὺ γὰρ τὸ ἐν μέσῳ καὶ κινεῖ Χοσρόην βασιλέα Περσῶν ὁ Θεὸς, τό τε ὑπ' αὐτὸν ἔθνος καὶ Χαλδαίους τὸ πικρὸν καὶ τὸ ταχινὸν (ἐξαλοῦνται γὰρ, φησὶν, ὑπὲρ παρδάλεις οἱ ἵπποι αὐτῶν, καὶ ὀξύτεροι ὑπὲρ τοὺς λύκους τῆς Ἀραβίας), ὡς ἀετὸν πρόθυμον ἐπὶ τὸ φαγεῖν ἐκ τῆς Ἕω, ὃς βαρεῖ τῷ στρατῷ τῇ πόλει παρεμβεβλήκει. Ἐβόησε τοίνυν πρὸς Κύριον αὖθις ὑπὲρ αὐτῆς Συμεών, εἰ ἐφ' οἷς ἔδειξε πρότερον αὐτῷ μεταμεληθείη, καὶ ἱλάσεται ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, καὶ οὐ διαφθερεῖ, οὐδὲ παραδώσει τοῖς Ἀσσυρίοις ἐν ῥομφαίᾳ τὴν πόλιν· ἀλλ' οὐκ ἦν δήλωσις παρὰ Κυρίου, ὅτι ἡ ὀργὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ πλήρης, καὶ παράκλησις κέκρυπτο ἐξ ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Προσέθετο τοίνυν περὶ αὐτῆς προσεύξασθαι πάλιν ἀποκριθείς· Οὐ μεταμεμέλημαι, εἶπεν, ἀλλὰ παραδιδοὺς παραδώσω αὐτὴν, ὥστε τοὺς μὲν ἐν στόματι μαχαίρας πεσεῖσθαι, τοὺς δὲ εἰς αἰχμαλωσίαν πορευθῆναι, σοὶ δὲ τὸν σταυρόν μου τὸ τῆς εἰρήνης βραβεῖον θήσομαι φύλακα, ὡς οὐ μετὰ πολὺ ὄψει.

62. Videt itaque in raptu mentis gratiam sanctissimi Spiritus, crucem manu præferentem advolantemque ad se; videt et angelos binos eamdem cingentes, in quorum manibus arcus tensi, et jacula emitti parata. Illo autem, quid isthoc rei esset percontante: Crux, inquiunt, salvum te et securum adversus hostes quoscunque præstabit; tela vero impetum eorum, qui hostili modo te invadere conantur, retundent inexpugnabili virtute Dei, qui tui custodiam ubique nobis demandavit. Hac admirabili visione sancto exhibita, altera protinus succedit hujusmodi. Videbatur sibi videre urbem scalis ad mœnia applicatis oppugnari, Barbarisque jam ingressis, intus lamenta et væ personare; tantaque anxietate plena esse omnia, ut non pauci e muris foras se in præceps misere darent, salutem suam fugæ credituri. Videt deinde duas urbis portas, qua septentrionem qua meridiem spectat, apertas et frequentes admodum per illas sese subducentes: tanquam parcente Deo sanguini justorum inibi versantium, et non sustinente bonos cum impiis disperditum iri. Ostendebat illi visio monachos quoque e suorum numero duos, metu barbarorum profugos, seque e fratrum sodalitio per pusillanimitatem proripientes, quorum in barbarorum manus incidentium, alter quidem gladio finiebat vitam, alter in captivitatem abducebatur.

ξβ'. Ὁρᾷ τοίνυν ἐν ἐκστάσει πάλιν ὁ Συμεὼν τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριν σταυρὸν ἐγκεχειρισμένην καὶ πρὸς αὐτὸν καταπτᾶσαν, ἀγγέλους τε δύο παρεμβαλόντας, τόξα δὲ αὐτοῖς ἐν χερσὶν τεταμένα καὶ βέλη στρεφόμενα· ὅ τι δὲ ταῦτα εἴη πυθομένου, Ὁ μὲν σταυρὸς, ἡ σωτηρία καὶ ἡ κατὰ πάντων ἐχθρῶν ἀσφάλεια, εἶπον· τὰ δὲ βέλη, κατὰ τῶν ἐπὶ σὲ πολεμίοις ὁρμαῖς χρωμένων, ὥστε ἀποστρέφειν αὐτοὺς τῇ τοῦ Θεοῦ ἀμάχῳ ἰσχύϊ, τοῦ σε διὰ παντὸς ἡμῖν φυλάττειν ἐντειλαμένου. Ταύτης τῷ Ἁγίῳ παραδόξως τῆς ὀπτασίας φανείσης, ἔπειτα μέντοι δείκνυταί τις αὐτῷ καὶ ἄλλη τοιαύτη. Ἔδοκει τὴν πόλιν διὰ κλιμάκων ἐπὶ τῷ τείχει πολιορκουμένην ὁρᾷν, εἶσω τε αὐτῆς τοὺς βαρβάρους γεγενημένους, θρῆνόν τε καὶ οἰμωγὴν καὶ συνοχὴν ἐν αὐτῇ, ὡς καὶ πολλοὺς διὰ τῶν τειχῶν ἑαυτοὺς ἀβούλως καταχρημνίζειν, φυγῇ τὴν σωτηρίαν πιστεύοντας· εἶτα καὶ δύο πύλας αὐτῆς κατά τε ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν διανοιγείσας, καὶ πολλοὺς διὰ τούτων ὑπεξιόντας, τοῦ Θεοῦ καθάπερ τοῦ τῶν ἐν αὐτῇ δικαίων αἵματος φεισαμένου, καὶ μὴ συναπολέσθαι καὶ αὐτοὺς σὺν ἀσεβέσιν ἀνασχομένου· ἐδείκνυ δὲ τῷ Ἁγίῳ ἡ ὄψις, καὶ δύο τῶν σὺν αὐτῷ μοναχῶν, δέει τῶν βαρβάρων λιποτακτήσαντας, καὶ τῆς τε μονῆς καὶ τῆς ἀδελφότητος μικροψύχως ἀποῤῥαγέντας, οὓς καὶ βαρβαρικῆς γενέσθαι χειρὸς ἔργον, τὸν μὲν μαχαίρᾳ πεσόντα, τὸν δὲ εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαχθέντα.

63. Et hæc divinarum revelationum summa erat: sequebaturque non multo post effectus (10). Muri

ξγ'. Τὰ μὲν οὖν τῶν θείων ἀποκαλύψεων ἐν τούτοις ἦν. Εἵπετο δὲ ἄρα οὐκ εἰς μακρὰν καὶ τὰ ἔργα. Τεῖχη

(9) Seniorem Chosroen hic intellige, avum ejus qui postea crucem cepit: ille autem anno 539 Syriam depopulatus est, qua de re Theophanes ad annum 12 Justiniani.

(10) Describit fuse obsessam, captam, vastatam urbem Procopius lib. 2 *de bello Persico*, cap. 8; libro etiam 2 *De ædificiis*, cap. 8, ubi multa de restauratione urbis per Justinianum locutus, hæc

Digitized by Google

τε γὰρ τῆς πόλεως ἔκαυσε πῦρ, καὶ κατέφαγεν ἅμφ- A quippe Antiochenæ urbis conflagrarunt igni, eo-
εδα αὐτῆς, καὶ ἔπεσον ἐν πλατείαις αὐτῆς νεανίσκοι, demque per circuitum absumpta ipsa est ; juvenes
καὶ ἐπλήσθησαν αἱ ὁδοὶ νεκρῶν, καὶ οὕτω κατ' ἄκρας ceciderunt in plateis illius, et viæ cadaveribus op-
ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων ἑάλω, ὡς τοὺς μὲν τῶν ἐν αὐτῇ pletæ sunt ; occupataque summo loco ab Assyriis
ῥίψαντας διὰ τῶν τειχῶν ἑαυτοὺς, τοὺς δὲ διὰ τῆς urbe, pars incolarum e muris se præcipitarunt, pars
πρὸς ἄρκτον τῆς τε πρὸς μεσημβρίαν πύλης ὑπεξ- per aquilonarem atque australem portas egressi se
ελθόντας διαφυγεῖν, δύο τε τῶν περὶ αὐτὸν μοναχῶν fugæ dederunt. Contigit autem duos illius mona-
δείσαντας ἐκεῖθεν ἀναχωρῆσαι, καὶ τὸν μὲν ζῶντα chos formidine captos recedere, quorum alter vi-
τοῖς βαρβάροις ἁλῶναι, τὸν δὲ πεσεῖν, ξίφει τὴν κε- vus in barbarorum venit manus, alter gladio caput
φαλὴν ἐκκοπέντα. Ἕτερον μέντοι τῶν αὐτοῦ μονα- amputatus interiit; tantum autem abfuit ut qui apud
χῶν, τοσοῦτον ἀπέσχε δεινόν τι πρὸς τῶν βαρβάρων Symeonem remanserant molestiæ quidpiam a bar-
παθεῖν, ὅσῳ καὶ τοὺς ὑπ' ἐκείνων ἀνήκεστα πεπον- baris sustinerent, ut etiam illi qui passi gravissima
θότας, παρ' αὐτὸν ἐρχομένους θεράπειαν τυγχάνειν. et ab iisdem erant ad ipsum venientes, incolumi-
Παρέβαλον γάρ τινες αὐτῷ στρατιῶται, τοὺς βαρ- tatem recuperarent. Nonnulli quippe milites acces-
βάρους διαφυγόντες, ὧν εἷς, οὐ τὸν μηρὸν παντάπασι serunt ad illum, barbarorum manibus elapsi ; quo-
μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅλον πόδα παρεῖτο, χαλεπαῖς τὴν B rum unus, undique non tantum luxato femore, sed
ψυχὴν ὀδύναις βαλλόμενος. Συμπαθὲς τοιγαροῦν ὁ toto etiam diffracto crure, gravissimis jactabatur
θεῖος Συμεὼν εἰς αὐτὸν ἰδὼν, βαΐνην τε ῥάβδον ἐνὶ cruciatibus. Commiseratione autem tactus Symeon
τῶν μαθητῶν ἐγχειρίσας, σφραγίσαι κατὰ τοῦ μηροῦ ad tam luctuosum spectaculum, cuidam discipulo-
κελεύει τὸν πάσχοντα, καὶ ἡ σφραγὶς, οὐ τῶν ὀδυνῶν rum palmeam virgam suam tradit in manus, jubet-
ἀπαλλαγὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥῶσις εὐθὺς τοῦ τε μηροῦ que affectum femur illa signari ; quo facto, non
καὶ τοῦ ποδὸς τῷ στρατιώτῃ γίνεται. tantum vacuitas a doloribus, sed etiam robur suum
femori pedique rediit.

ξδ'. Τῶν δ' οὖν Ἀσσυρίων τὰ περὶ τὴν Ἀντιόχου 64. Infestabant Assyrii incursionibus circum An-
κατατρεχόντων, τό τε ὄρος περινοστούντων, καὶ ὁρμῇ tiochiam late omnia ipsumque oberrabant mon-
πρός τε τὸν κίονα ἤδη καὶ τὴν μονὴν κεχρημένων, tem, jamque in columnam et monasterium impetu
τοῖς παροῦσιν εὐχὴν παραγγέλας, γόνατά τε τῷ ruituri erant, cum Symeon, præsentibus oratione
ἐδάφει πρῶτος καὶ ὄψεις ἐρείσας, ἀπελαθῆναι τού- indicta, primus ipse genua ac faciem pronus humi
τους ἐκεῖθεν προσηύχετο· καὶ παραχρῆμα εἰς γῆν ὡς figens, expelli infestos inde hostes precatus est. Nec
εἶχον, αὐτοῖς ἅρμασι καὶ ἵπποις κατενεχθέντες, τῆς C interposita mora ulla, ex equis curribusque detur-
τε πρόσω πορείας μεταμεμέληντο, καὶ ἄσμενοι μᾶλ- bati in terram, nihil progredi ulterius curarunt, sed
λον ἢ ἦλθον ἀνέστρεφον. Ἄλλοτε πάλιν τῶν αὐτῶν citissime qua venerant reversi sunt. Alias eorum-
Ἀσσυρίων τινὲς ἀνῆεσαν εἰς τὸ ὄρος· ὁ δὲ Ἅγιος τῷ dem Assyriorum quidam redierunt ad montem,
συνήθει καὶ νῦν φαρμάκῳ, τῇ πρὸς Θεὸν εὐχῇ κέ- adversus quos sanctus solo medicamine, precatione,
χρητο. Δέσποτα Θεὲ, λέγων, πάσης σαρκὸς, ὁ γνόφῳ inquam, usus, dixit : Domine Deus universæ carnis,
τὸ Σινᾶ ὄρος ἐπὶ τοῦ θεράποντός σου Μωσέως σκεπά- qui montem Sinaï tempore Moysis servi tui operui-
σας, αὐτὸς νῦν τῇ χάριτί σου σκέπασον καὶ ἡμᾶς, sti caligine, operi in præsentia nos quoque gratia
ὥστε ἀθεάτους μεῖναι τοῖς τῶν ἀσεβῶν τούτων ὄμ- tua, ut ne deprehendamur ab impiis hisce. Nec plura
μασι. Καὶ αὐτίκα (ὦ ἀβύσσου χρηστότητος! ὦ Θεοῦ (o abyssum bonitatis, o aures divinas, precationi-
ὤτων, δεήσεσι τῶν φοβουμένων αὐτὸν διὰ παντὸς bus timentium Deum nunquam non intentas!)
προσεχόντων!) ἀχλὺς ἄνωθεν ὑπὸ νεφέλῃ καταχε- caliginosa nubes cœlo effusa non modo Symeo-
θεῖσα, οὐχ ὅπως αὐτὸν τοῖς βαρβάροις, ἀλλ' οὐδὲ τῶν nem non permisit videri a barbaris, sed neque
περὶ αὐτόν τινα εἶασε θεαθῆναι. Καὶ οἱ μὲν οὕτως sociorum ejus quemquam. Ita illi quidem discesse-
ἀπῆλθον, μηδὲ εἰς τὸν κίονα καὶ τὰ ὑπὸ τὸν κίονα runt, nec columnam aut quæ infra columnam age-
βλέψαι, μηδὲ προσχεῖν ὅλως συγχωρηθέντες· πλου- D rentur cernere, nec audire quidquam omnino per-
σία δὲ καὶ τοῦ Συμεὼν κατεχεῖτο χάρις, τήν τε ὄψιν missi : copiosior autem Symeonem perfudit gratia,
κατ' ἐκεῖνο τῆς ὥρας ἐκλάμποντος, καὶ ἡδίον τι cum et facies ejus mirabiliter rutilaret, et suavissi-
παντοδαπῶν μύρων ἀπόζοντος· ὡς καὶ τῶν μαθητῶν mum quemdam varii unguenti odorem diffunderet :
τινα περὶ ὄρθρον ἰδόντα, ὅπως μὲν περὶ τὴν ὄψιν αὐ- quod etiam discipulorum non nemo, sub auroram
γῆς, ὅπως δὲ ὅλος εὐωδίας ἔχει, ἐν θαύματος λόγῳ animadvertens quantus a vultu splendor, quanta ab
τοῖς λοιποῖς διηγήσασθαι. ejus corpore fragrantia promanaret, condiscipulis
mirabundus narravit.

ξε'. Οἷα δὲ πολλάκις, καὶ μηδ' ὁτιοῦν ἀνῦσαι δύνα- 65. Cæterum cum jam sæpius tentato prœlio
σθαι κατ' αὐτοῦ πεπεισμένος ὁ [δαίμων], τὴν μὲν ἐκ persuasum haberet cacodæmon, nihil quidquam

subdit : *Ita Justinianus Aug. prospexit muris Antiochiæ, quam et ipse restituit, cum eam hostes flamma funditus delevissent. Rebus enim consumptis omnibus penitusque sublatis, nihil et urbis incensæ, omnibus penitusque sublatis, nihil ut urbis incensæ, nisi ruderum tumuli, passim exstaret; quo cujusque domus antea stetisset loco, dignoscere Antiocheni non poterant.*

Digitized by Google

adversus sanctum proficere se posse; aperto marte congredi non ausus, dolose per discipulos insidias struit, gravi mentes illorum terrore succutiens; adinventoque prætextu quod continuis Assyriorum incursibus expositi essent, persuasit eis ut transferendas in locum securiorem sedes decernerent. Adeunt ergo bene mane Symeonem, rogantes, secum tantisper loco ut cedat, dum in patriam suam rediissent Assyrii: Neque enim possumus, inquiunt, morari diutius in hoc monte, propter crebras hostium incursiones. Tantum vero abfuit, ut is tale quid admitteret, ut omnem potius lapidem moverit, quo ipsos retineret. Cumque multa dixisset tentassetque, nec acquieturos sibi unquam videret: Itote, inquit, fratres, in pace; si vos namque, amici ac proximi mei, eminus stare malueritis, ego nihilominus semper mente vobiscum sum. Cum hæc dixisset sanctus, dimittentes ipsum in columna discipuli recesserunt. Invadentibus autem continuo monasterium barbaris, porrigens Symeon ad cœlum manus: Domine, inquit, omnipotens, qui in brachio virtutis tuæ disperdidisti inimicos tuos, confortetur nunc quoque manus tua, exaltetur dextera tua. Nondum ille precari desierat, et barbari jam imbelles, fuga se inde proripiebant; dixisses potenti quadam manu expulsos.

A τοῦ φανεροῦ πρὸς αὐτὸν οὐ θαρρεῖ πάλην, διὰ δὲ τῶν μαθητῶν δολίως ἐπιβουλεύει, πάθει δειλίας αὐτῶν τὰς ψυχὰς κατασείσας, πρόφασιν τὴν συνεχῆ τῶν Ἀσσυρίων εὐρὼν πάροδον, κἀκεῖθεν ἁπάραντας ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καταστῆναι σκολιῶς ἀναπείσας. Οἱ δὲ προσίασιν ἅμα ὄρθρῳ, συναπάραι σφᾶς καὶ αὐτὸν ἀξιοῦντες, ἄχρι τῆς ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐπανόδου τῶν Ἀσσυρίων· οὐδὲ γὰρ οἷόν τέ φασι προσμένειν ἔτι τῷ ὄρει, οὕτως αὐτῶν κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπιόντων. Ὁ δὲ τοσοῦτον ἀπέσχε προσέσθαι τι περὶ ἑαυτοῦ τοιοῦτον, ὅσῳ καὶ αὐτοὺς ἐπισχεῖν μᾶλλον περὶ πλείστου πεποίητο. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ εἰπών τε καὶ δράσας, οὐ μεταπεισθησομένους ἑώρα, Πορεύεσθε, φησὶν, ἀδελφοί, ἐν εἰρήνῃ· εἰ γὰρ καὶ οἱ φίλοι μου καὶ οἱ ἐγγιστά μου ἀπὸ μακρόθεν στῆναι προῄρεσθε, ἀλλ' ἐγὼ B τῷ πνεύματι ἀεὶ μεθ' ὑμῶν εἰμι. Ταῦτα τοῦ Ἁγίου εἰπόντος, οἱ μὲν ἀφέντες αὐτὸν ἐπὶ τοῦ κίονος ἀνεχώρησαν. Ἐπιστάντων δὲ κατὰ πόδας τῇ μονῇ τῶν βαρβάρων, χεῖρας οὐρανῷ δοὺς ἐκεῖνος, Δέσποτα, φησὶ, Κύριε παντοκράτορ, ὁ ἐν τῷ βραχίονι τῆς δυνάμεώς σου διασκορπίσας τοὺς ἐχθρούς σου, κραταιωθήτω καὶ νῦν ἡ χείρ σου, ὑψωθήτω ἡ δεξιά σου. Οὔπω τέλος εἶχεν αὐτῷ ἡ εὐχὴ, καὶ οἱ βάρβαροι φεύγειν ἐκεῖθεν ἀγεννῶς ἐπεχείρουν, καθάπερ ὑπό τινος βαρείας χειρὸς ἐλαυνόμενοι.

66. Tametsi porro famulus Dei a discipulis suis ita destitutus desertusque fuerit, gratia tamen divina, admodum præsens, a latere ejus nunquam abscessit; non tantum mentem illius lætitia replens, sed ineffabilem quamdam, uti diximus, diffundens fragrantiam, quæ lacernæ qua amictus erat ad extremum usque inhæsit. Gaudebat itaque solitudine, ac tribus consequentibus diebus soli orationi et Deo vacans (usque eo enim *potens es, Domine, et veritas tua in circuitu tuo* [12]) conspicatur utrimque sanctos angelos duos, alterum a dexteris, alterum a sinistris, dicentes ipsi: Confide, non enim solus es; sed nos tecum sumus. Interea barbaris reditum in patriam meditantibus, servantur et discipuli: visoque quanta Symeon lætitia atque gratia redundaret, lætis vocibus ipsi quoque gratias Deo reddiderunt.

ξς'. Ὁ μὲν οὖν τοῦ Θεοῦ θεράπων, εἰ καὶ τῶν οἰκείων οὕτω μαθητῶν ἔρημος ἀπολέλειπτο, ἀλλὰ παροῦσαν εἶχε σαφῶς τὴν θείαν ἄνωθεν χάριν, οὐκ C ἀγαλλίασιν μόνον ἐμποιοῦσαν, ἀλλά τινα καὶ ἄφατον, ὡς ἔφημεν, εὐωδίαν αὐτοῦ καταχέουσαν, ἥτις καὶ τοῖς ῥακίοις, οἷς ἐκεῖνος ἠμφίεστο, παρέμεινε διὰ τέλους. Ἦν τοίνυν χαίρων τῇ περὶ αὐτὸν ἐρημίᾳ, καὶ τρίτην ἑξῆς ἡμέραν εὐχῇ μόνῃ καὶ Θεῷ σχολάζων (ἐν τοσούτῳ δὲ *δυνατὸς εἶ, Κύριε, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου*) ὁρᾷ δύο τινὰς ἑκατέρωθεν ἁγίους ἀγγέλους, τὸν μὲν ἐκ δεξιῶν, τὸν δ' ἐξ ἀριστερῶν, λέγοντας αὐτῷ· Θάρρει, οὐδὲ γὰρ εἷ, φησὶ, μόνος, ἀλλὰ μετὰ σοῦ καὶ ἡμεῖς. Ἐν τούτῳ δὲ τῶν βαρβάρων ἐπανόδου μνησθέντων, ἀνασώζονται καὶ μαθηταὶ, καὶ τοῦτον ὅπως ἀγαλλιάσεώς τε καὶ χάριτος εἶχεν ἰδόντες, ἀγαλλομένοις Θεῷ καὶ αὐτοὶ χείλεσιν ηὐχαρίστουν.

CAPUT IX.

Liberatio captivorum; transitus in montem mirabilem; alia miracula.

67. Verum quis sermo res a divino homine ea tempestate gestas, quot servituti addictos libertati restituerit, et per medios hostes salvos eduxerit, paucis queat ob oculos ponere? unum alterumve necesse est memorare. Frater ille, cujus a barbaris capti mentionem fecimus paulo (11) ante, mirabilia sancti opera (ita enim fieri consuevit ut anima, intolerabilibus ærumnis pressa, cum quadam voluptate in memoriam illa revocet, quæ meliorem afferre spem nata sunt) cuidam militi

D ξζ'. Ἀλλὰ τίς ἂν λόγος τὰ τηνικαῦτα παρὰ τοῦ θείου Συμεὼν γεγονότα, καὶ ὅπως τῶν αἰχμαλωτισθέντων πολλοῖς ὀπτανόμενος ἀνίει τῆς αἰχμαλωσίας αὐτοὺς, καὶ διὰ μέσων ἔσωζε τῶν βαρβάρων, ἐν βραχεῖ παραστήσειεν; ἑνὸς δὲ, ἢ καὶ δύο τούτων ἀναγκαῖον ἐπιμνησθῆναι. Ὁ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἔναγχος ληφθεὶς ἀδελφὸς, οὗ καὶ μικρῷ πρόσθεν ὁ λόγος ἔθετο μνήμην, τὰ τοῦ ἁγίου θαυμάσια, οἷα εἰῶθεν ἐν ἀμηχάνοις κακοῖς οὖσα ψυχὴ τῶν χρηστοτέραν ἐλπίδα παρεχομένων ἡδέως ἀναμιμνήσκεσθαι,

[12] Psal. LXXXVIII, 9.

(11) supra, num. 63.

Digitized by Google

πρός τινα στρατιώτην σχολάριον ἐξηγεῖτο, αἰχμάλωτον καὶ αὐτὸν ἀγόμενον, καὶ ὑπὸ σιδηραῖς κατεχόμενον πέδαις· καί τι καὶ κλαίων ἐπ' ἐνίοις αὐτῶν, εἶτα ζέσας τὴν ψυχὴν τοῖς περὶ αὐτοῦ διηγήμασιν, ἐκ μέσης τε τὸ τοῦ Ἁγίου ὄνομα καρδίας καλέσας, ὥστε τῆς χαλεπῆς ἐκείνης ἀναγωγῆς ἀνεθῆναι, διὰ μέσου τῶν βαρβάρων ὁρμᾷ, καὶ μηδ' ὑπό του τούτων κατασχεθεὶς, ἀνασώζεται. Ὅπερ ὁ στρατιώτης ἰδὼν, καὶ πιστεύσας δύνασθαι τοῦτο καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸν Ἅγιον δρᾶσαι, βοᾷ μετὰ θερμῶν δακρύων εὐθὺς, Δέσποτα Χριστὲ ὁ Θεὸς τοῦ δούλου σου Συμεών, ῥῦσαί με τῆς πικρᾶς ταύτης καὶ βαρβάρου χειρὸς καὶ δουλείας. Ταῦτα καμνούσῃ ψυχῇ φθεγξαμένου, (*Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, τίς ὅμοιός σοι*;) τὰς μὲν σιδηρᾶς ἐκείνας αὐτίκα πέδας εἶχεν ἡ γῆ, αὐτὸς δὲ ἀναμέσους ὀξεῖ τῷ ποδὶ τοὺς βαρβάρους ἐχώρει, πρὸς τὴν οἰκείαν φερόμενος· ὃς ἀπαθὴς κακῶν ἐπανελθών, ἕκαστα σαφῶς ἐξηγεῖτο.

A scholari (12), qui et ipse in carcerem abreptus ferreis compedibus constringebatur, narravit. Et tum quidem suis sociique ærumnis illacrymabatur, deinde animo inter hujusmodi narrationes æstuans, ex intimo corde nomen sancti invocat: ut dura illa servitute laxaretur, precatur; per mediam Barbarorum turbam pervadit; ac nemine uno prohibere aut retinere conato, libertatem consequitur. Rem novam intuitus miles, credensque, eadem in se quoque sanctum posse, confestim non sine lacrymis exclamat: Domine Jesu Christe, Deus famuli tui Symeonis, eripe me e Barbarorum manibus et acerbissima hac servitute. Hisce e corde afflicto prolatis, (*Domine Deus virtutum, ecquis similis est tui* [14]?) illico ferreæ compedes in terram B ceciderunt, et ipse celeri gradu per medios Barbaros evadens in patriam delatus est; ac postquam rediisset malis atque ærumnis liber, singula diserte enarravit.

ξη'. Γέρων τις τὰς ὄψεις ἀνακοπείς, ἐκάθητο τυφλὸς προσαιτῶν· ἐτύγχανε δὲ ἄρα κατωτέρω μικρὸν τῆς μονῆς, ὅτε δι' ὀλίγου ταύτης ἦλθον οἱ βάρβαροι, καί τις αὐτῶν (οἷα φιλεῖ βάρβαρος χεὶρ, ἕτοιμος εἰς ἀναίρεσιν εἶναι, καὶ παίγνιον ἡδύ τι ποιεῖσθαι τὴν ἑτέρων ἀπώλειαν) τῷ ξίφει τοῦ τραχήλου κατενεγκὼν, καιρίαν τὸν γέροντα πλήττει· καὶ ὁ μὲν ἄφωνος ἔκειτο, μόνῳ τῷ μικρὰ πνέειν νεκρὸς εἶναι μὴ πιστευόμενος. Ὑπερ οὖν τὸν τοῦ Θεοῦ θεράποντα τῷ ἐνοικοῦντι πνεύματι γνόντα, ἐντεῖλασθαί τισιν ἀνελομένους τὸν γέροντα κομίσαι πρὸς ἑαυτόν. Τοῦ τυφλοῦ τοίνυν παρὰ τῷ κίονι κομισθέντος, γῆν ἐκεῖνος C καὶ ὕδωρ λαβὼν εὐλόγησεν, εἶτα τῶν μαθητῶν ἑνὸς ταῦτα τῇ πληγῇ ἐπιθέντος, γίνεταί τι κάνταῦθα σημεῖον, ὀφθαλμῶν μᾶλλον ἢ ὤτων εἰς πίστιν δεόμενον· οὐ γὰρ ὀστᾶ καὶ νεῦρα μόνον εὐθὺς, τό γε παράδοξον, συνῆπτο πρὸς ἄλληλα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν φῶς, ὃ καὶ τούτου παραδοξότερον, τῷ τυφλῷ ἀπεδέδοτο, ὡς καὶ τὴν γείτονα θανάτου πληγὴν ἐκείνην μετὰ βραχὺ συνουλῶσαι, καὶ τὰς ὄψεις ἐρρῶσθαι, μιᾶς καρπὸν εὐχῆς διπλῆν θεραπείαν κομισαμένῳ. Ὅπερ τῷ ταχεῖ τῆς φήμης πτερῷ πανταχοῦ ἀθρόον διαφοιτῆσαν, πολλὰ πανταχόθεν πλήθη ποικίλαις νόσοις κατεχομένων παρὰ τὸν Ἅγιον ἐποίει συῤῥεῖν, οὓς ἐκεῖνος εὐχῇ καὶ σφραγῖδι, τῷ τε μεγάλῳ καὶ ποθεινῷ τοῦ Ἐμμανουὴλ ὀνόματι θεραπεύων, ὑγιεῖς ἀπέλυεν ἐπανήκειν.

68. Senex quidam erat oculis captus, qui juxta viam sedens mendicabat stipem: erat autem paulo infra monasterium (13), quando ex improviso illuc venerunt Barbari: quorum unus (ut est turba illa in cædem prompta, et aliorum interitum gratum sibi lusum reputat), ense in jugulum demisso, lethalem seni plagam infligit: qui ita saucius jacebat elinguis, exiguo tantum spiritu qui superarat prohibente quominus obiisse crederetur. Quam rem interno spiritu cognoscens famulus Dei, quibusdam præcepit, sublatum senem ad se ut deportarent: quo facto, acceptam terram atque aquam benedixit, et discipulorum aliquis vulneri applicavit. Ecce autem miraculum, non tam aures quam oculos ad fidem faciendam requirens: neque enim ossa solum et nervi, quod ipsum satis mirabile, statim cohæserunt inter se; sed etiam oculorum lumen, quod longe mirabilius, cæco restitutum est: atque ita unius orationis fructum geminam curationem retulit, alteram persanati tantillo tempore lethiferi vulneris, alteram usus oculorum recepti. Res tanta, velocibus famæ alis perlata, ubique terrarum statim percrebrescens, undique diversis infirmitatibus laborantes quam plurimos confluere ad sanctum fecit; quos ipse, precibus et crucis signo, in excelso et desiderabili Emmanuelis nomine sanatos, dimisit domum D quemque suam.

ξθ'. Ὁρῶντα τοίνυν τὸν πολὺν περὶ αὐτὸν ὄχλον, καὶ ὅπως ἡσυχάζειν οὐκ εἶχεν ὅσον ἐβούλετο, τὸ Ἀποστολικὸν ἐκεῖνο εἰσῆει, *Μή πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.* Περιενόει δὲ ἤδη καὶ Ἠλίου τὸ Καρμήλιον, τοῦ τε Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ τὴν ἐπὶ τὸ τῶν Ἐλαιῶν ὄρος ἄνοδον· ἄλλως τε δ' ἦν καὶ Θεοῦ

69. Conspicienti porro frequentissimam circum se turbam, et cogitanti quod tantam capere quietem non posset quantam vellet, illud Apostoli in mentem venit: *Ne forte cum aliis prædicavero ipse reprobus efficiar* [15]. Quare volvebat animo identidem et Carmelum Eliæ, et montem Olivarum, Christi

[14] Psal. LXXXVIII, 9. [15] I Cor. IX, 27.

(12) Scholaris, *gr.* σχολάριος. *Erant autem* Scholares, *perfectæ probatæque in bello virtutis milites, promoti ad altiorem dignitatem, ut nempe ad custodiam imperatoris noctu diuque in aula versarentur, et prodeuntem in publicum magnificentiæ et ornatus causa comitarentur: postea tamen illa dignitas non generosioribus collata fuit, sed familiaribus; tandem etiam venalis proposita desidi cuique, teste Agathia lib.* v. *Vide plura de his* 7 *Febr. ad Acta sanctorum MIII Militum Martyrum.*

(13) *Frequentis concursus ad sanctum fieri soliti indicium hoc est.*

Digitized by Google

Domini ascensu celebrem : verum aliud meditabatur providentia divina, cui Symeon et motiones cordis, et cogitationes mentis, et reliquas animæ operationes commiserat. Statuit igitur, columna, in qua octennem jam stationem egerat, relicta, altum in proximo montem, redeunti a columna ad dexteram situm, conscendere. Erat ille perquam aridus, nec ulla aquæ scaturigine rigabatur : hinc nullis omnino hominum vestigiis tritus, gratum erat serpentibus ac feris stabulum. Jamque Symeon tota mente eo ascenderat, cum visus sibi est Dominum et Salvatorem nostrum Christum, angelorum exercitu, cujus numerum inire haud facile, comitatum, in montem illum descendentem, similiter et lucidissimam nubem, radicem illius per circuitum obtegentem intueri : audire vero emissam e nube vocem, dicentem : Festina, Symeon, conscende montem hunc mirabilem; ita enim deinceps appellabitur : sanctificatus namque est a me ; in quo mirabilius adhuc nomen tuum faciam, quoniam ego tecum sum. Ad hæc monstrabat illa vox petram, in qua Deus Dominus noster conspiciebatur, præcipiens ut illam Symeon conscenderet. Scabellum autem pedum, quod eadem incomprehensibili visione ostendebatur (o lumen!) longe splendidius ipso sole fulgebat. Atque hæc est visio et vocatio Symeonis in montem mirabilem.

A τὸ πρᾶγμα οἰκονομία, ὑφ' ᾧ καὶ κίνημα καρδίας ὁ Συμεών, καὶ ἐνθύμιον, καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου πεποίητο. Ἔγνω τοιγαροῦν τὸν κίονα μὲν ἀπολιπεῖν, ἐφ' οὗ ὀκταετῆ στάσιν ἤνυεν ἤδη, τῷ δὲ μεγάλῳ πλησίον ὄρει προσαναβῆναι, ὅπερ δεξιᾷ τοῦ κίονος ἀνιόντι διάκειται. Ἦν δὲ τοῦτο ἐσχάτως ἄνυδρον, καὶ διὰ τοῦτο κομιδῇ μὲν ἀνθρώποις ἄβατον, ἑρπετοῖς δὲ καὶ θηρίοις ἡδίστη διατριβή. Ἐπ' αὐτὸ τοίνυν ἀνελθεῖν καὶ γνώμης ἅμα καὶ μελέτης ἔχων, ἐδόκει τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Σωτῆρα Χριστὸν μετὰ στρατιᾶς ἀγγέλων οὐδ' ὅσης ἀριθμήσασθαι ῥάδιον, ἐπ' αὐτὸ καταβεβηκότα ἰδεῖν, νεφέλην τε φωτὸς τὰς ὑπωρείας κύκλῳ καλύπτουσαν, φωνῆς τε ἀπὸ τῆς νεφέλης ἀκοῦσαι· Σπεῦσον, ἀγάθηθι Συμεὼν ἐπὶ τὸ θαυμαστὸν ὄρος τοῦτο, λεγούσης· οὕτω γὰρ ἂν ἀπὸ τοῦ νῦν εἴη B καλούμενον· ἡγίασται γὰρ παρ' ἐμοῦ, ἐφ' ᾧ καὶ θαυμαστώσω μᾶλλον τὸ ὄνομά σου, ὅτι καὶ μετὰ σοῦ εἰμι ἐγώ. Ὑπεδείκνυ δὲ ἡ φωνὴ καὶ πέτραν, ἐφ' ἧς ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς ἑωρᾶτο, ἐπ' αὐτὴν ἀναβῆναι τὸν Συμεὼν ὑποτιθεμένη. Τὸ δὲ τῆς ἀπροσίτου θέας ἐκείνης τῶν ποδῶν ὑποπόδιον· φεῦ τοῦ φωτός· ὡς καὶ αὐτοῦ φαιδρότερον μᾶλλον ἦν ἐκλάμπον ἡλίου. Τὰ μὲν δὴ τῆς ὀπτασίας, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ θαυμαστὸν ὄρος κλήσεως τοῦ Ἁγίου, τοιαῦτα.

70. Convocato itaque fratrum collegio, singula quæ viderat enarravit : tum provectioris ætatis quemdam morum suavitate notissimum, monasterium incolentibus præesse jussit : cumque ipsos Deo precibus commendasset, e columna descendit ; atque iter, quod in cacumen montis ducebat, ingressus, clarissima visione ducatum præstante, properavit, ut memoratam petram contingeret. Pullus asinæ deferebat eum, a nemine unquam homine conscensus : id quod ego quidem existimo, symbolum benevolentiæ erga Symeonem Christi Domini fuisse, necnon miraculorum, quæ ille inter adeundum montem virtute hujus patraturus erat : illa enim de causa, et pullo asinæ insedit, uti Christus Hierosolyma ingrediens; et similis Domino (loquar enim tametsi audax videar) haberi meritus est.

ο'. Ὁ δὲ τὴν ἀδελφότητα συγκαλέσας, καὶ αὐτοῖς ἕκαστα ὡς ἴδοι διηγησάμενος, ἕνα τε τῶν πρεσβυτέρων τὴν ἡλικίαν, καὶ τρόπων χρηστότητι μαρτυρούμενον, προεστάναι τῆς μονῆς καταστήσας· ἐπευξάμενός τε αὐτοῖς, καὶ Θεῷ παραθέμενος, τοῦ κίονος κάτεισι, καὶ τῆς ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους φερούσης ἅπτεται, ὁδηγῷ τῇ φανείσῃ χρώμενος ὄψει, καὶ τὴν πέτραν ἐκείνην καταλαβεῖν ἐπειγόμενος. Πῶλος μὲν οὖν ἦγεν αὐτὸν, ἐφ' ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐκάθισε πώποτε, τῆς τοῦ ὀφθέντος εὐδοκίας οἶμαι Χριστοῦ καὶ τοῦτο σύμβολον καὶ τῶν σημείων, ὧν ἐπιβαίνων τοῦ ὄρους ὁ Συμεὼν ἔμελλε τῇ αὐτοῦ δυνάμει ποιεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐπὶ πώλου φερόμενος, ὡς ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκεῖνος, καὶ ὁμοιότητι (φθέγξομαι γὰρ, εἰ καὶ τολμηρὸν) τοῦ Δεσπότου τετιμημένος.

71. Morabatur haud procul a monasterio vir quidam omni pedum motu destitutus, membrisque misere mutilus; omnibus autem, qui sanctum adibant et quantacunque infirmitate afflictabantur, salutem reportantibus, huic uni adhibenda sanationis remedia (nescio sane quam ob rem, nisi quadam occulta et inexplicabili dispositione) lenta erant et differebantur. Sic igitur in hunc usque diem procrastinatus ille, sancto, post descensum e columna, sistitur; cujus jubentis ad preces et crucis signum, consuetam nempe medicinam, ita corroboratus est, ut statim veloci pede sanctum præcucurrerit, re potius quam verbis curationem suam extollens. Cumque haud procul a montis vertice abesset Symeon, descendit e pullo et precationi se dedit; qua finita, ingens angelorum

οα'. Ἦν δέ τις κατὰ τὴν μονὴν ἀκινήτως τοῦ D ποδὸς ἔχων, καὶ τοῦτον ἐσχάτως πεπηρωμένος· πάντων τοίνυν ὅσοι τῷ Ἁγίῳ προσῄσαν θεραπείας ἀξιουμένων, ὅτῳ δήποτε τούτων ἕκαστος πάθει κατείχετο, ἐπ' αὐτῷ μόνῳ τὰ τῆς ἰάσεως (οὐκ οἶδ' ὅπως, ἢ λόγοις ἀπορρήτου πάντως οἰκονομίας) ὤκνει καὶ ἀνεβάλλετο. Οὗτος τοιγαροῦν εἰς δεῦρο ταμιευθείς, προσάγεται τῷ Ἁγίῳ μετὰ τὴν ἐκ τοῦ κίονος κάθοδον, ἐκείνου κελεύσαντος, εὐχῇ τε καὶ σφραγῖδι, τῷ συνήθει φαρμάκῳ, ῥώννυται, ὃς καὶ ὁρμαίως εὐθὺς ἦν τοῦ Ἁγίου προπορευόμενος, πράγμασι μᾶλλον ἢ ῥήμασι μεγαλύνων τὰς ἑαυτοῦ σωτηρίας. Ὁ μέντοι Συμεὼν ὅτε δι' ὀλίγου τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους γεγόνει, ἀποβὰς τοῦ πώλου προσηύξατο, καὶ τῆς [εὐχῆς] τέλος ἤδη λαβούσης, ἀκούει στρατιᾶς ἀγγέλων τὸ Ἀμὴν ἐπιποίσης. Σταυρὸς δὲ λίθινος ἐπέχει

Digitized by Google

τὸν τόπον, ὃν μετὰ τὴν εὐχὴν ἐκεῖνος ἱδρύσατο. Ἀτενίσας οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, ὁρᾷ τὴν τοῦ ὄρους κορυφὴν θείᾳ χάριτι περιλαμπομένην· καὶ γνοὺς τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι τὸν ὑποδειχθέντα τόπον αὐτῷ, ἄσμενος εὐθέως προστρέχει, καὶ τῆς πέτρας, ἐφ' ἧς τοὺς Δεσποτικοὺς εἶδε πόδας ἑστῶτας, χαίρουσιν ὡς εἶχε ποσὶν ἐπιβαίνει. Τὸν μέντοι πῶλον εἰς τὴν μονὴν ὑπὸ τῶν μαθητῶν καταχθέντα ἡ τρίτη μετὰ τὴν κάθοδον ἡμέρα εἶχε νεκρὸν, οὐδὲν πλέον ἐπιβιόντα, οὐδέ τινα ἕτερον ἐπιβῆναι τὸ παράπαν αὐτοῦ ἀνασχόμενον.

A exercitus auditus est actinere, Amen. Crucem autem lapideam habet locus, quam finita precatione ibidem sanctus posuit: qui oculos inde circumferens, deprehendit verticem montis divina gratia circumfulgentem; eoque cognoscens ipsum eumdem esse, qui sibi præmonstratus fuerat, volenti animo illuc contendit; ac petram, super quam stetisse Domini pedes conspexerat, gaudens, quam poterat alacerrime, conscendit. Reductus a discipulis ad monasterium pullus, tertia post descensum die mortuus est; quasi pertæsus longiorem vitam atque alium sessorem, quem nullum omnino passus est.

οβ'. Τῆς μὲν οὖν ἡλικίας εἰκοστὸν ἦν τοῦτο ἔτος τῷ Συμεὼν, τῆς δ' ἐπὶ τοῦ προλαβόντος κίονος στάσεως ὄγδοον· ὁ δὲ στὰς ἐπὶ τὴν πέτραν ἡδέως, τήν τε μηλωτὴν περιθέμενος, καὶ ταύτῃ Θεῷ κατὰ μόνας ὁμιλεῖν τὸ μετὰ ταῦτα νομίσας, ὡς τῆς ἐπιούσης ὄχλον οὐκ ὀλίγον εἶδεν ἀσθενῶν πλήθη φόρτον κομίζοντας, οἵτινες τῷ κίονι παραβαλόντες, καὶ τοῦτον ἀνελθεῖν τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους πυθόμενοι, οὐδὲ τὴν ἄνοδον ὤκνησαν. Τούτους τοίνυν ἰδὼν, καὶ οἷον ἄθυμος γεγονὼς, εἰ μηδ' ἐνταῦθα συγκεχώρηται ἰδιάζειν· ὅμως πρὸς τὰ τούτων δάκρυα καὶ τοὺς ὀδυρμοὺς παθὼν, καὶ χεῖρας ἑκάστῳ τῶν κακῶς ἐχόντων ἐπιθεὶς ἰασίμους, ὑγιεῖς ἀπολύει.

72. Erat is Symeoni annus ætatis vicesimus, stationis vero in dicta columna actæ, octavus. Dumque super petram voluptate affluens consistit, ac meloten (14) indutus, istic solitarius deinceps cum Deo colloqui cogitat; postera mox die ecce turbam non modicam cernit, infirmos plurimos succollantem, et ad columnam deportantem. Qui cum propius essent facti, edoctique sanctum inde in verticem montis migrasse, eo se sine cunctatione contulerunt. Ubi accedentes conspexit Symeon animo fuit anxio, quod ne hic quidem sibi soli vivere liceret, nihilominus motus miserorum lacrymis lamentisque, manus singulis imposuit medicantes, et persanatos dimisit.

ογ'. Ἐφάνη δὲ τηνικαῦτα λέων ἀνὰ τὸ ὄρος, ὃς ἀνθρώπῳ τινὶ συναντήσας πρὸς τὸν Ἅγιον ἀνιόντι ἄγριόν τι καὶ κομιδῇ φοβερὸν ὥρμησεν ἐπ' αὐτόν· ὁ δ' ἐν ἀφύκτῳ κινδύνου ὤν, καὶ ὑπὸ δέους ὅ τι καὶ ῥάσει μὴ ἔχων, Τὸν στέφανον, φησὶ, καὶ τὴν ἄνωθεν τοῦ Συμεὼν χάριν, ἀπόστρεψον ἀπ' ἐμοῦ μηδέν με βλάψας ἢ λυμηνάμενος. Καὶ ὁ θὴρ αὐτίκα τὴν τοῦ ὅρκου δύναμιν αἰδεσθεὶς, ἀπῆλθε, μηδὲν αὐτὸν πλέον διαταράξας. Ταῦτα ὁ μὲν παρὰ τὸν Ἅγιον ἀνελθὼν ἐξηγήσατο· οἱ δὲ παρόντες περιδεεῖς γεγονότες, δέονται κοινῇ τοῦ Ἁγίου ἀπελαθῆναι τὸν θῆρα τοῦ ὄρους. Κἀκεῖνος εὐθὺς Ἀναστάσιόν τινα (εἷς δὲ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν οὗτος, ἀφ' οὗ καὶ αὐτὸς, κατὰ τὸν ἐμὸν Ἰησοῦν τὸν οἰκεῖον δεσπότην καὶ νομοθέτην, ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια)· τοῦτον οὖν ὀνομαστὶ καλέσας· Ἄπιθι παρὰ τὸ τοῦ λέοντος κατάλυμα, ἔφη, καὶ τάδε ἐρεῖς αὐτῷ· Ἐν ὀνόματι Κυρίου, φησὶν ὁ παῖς αὐτοῦ Συμεὼν, ἀπόστηθι τοῦ ὄρους τούτου· οὐκ ἔσται γάρ σοι κατοικία, οὐδὲ διατριβὴ ἐν αὐτῷ. Ταῦτα δ μὲν ἀπελθὼν εἰρήκει τῷ λέοντι· ὁ δὲ ὑπήκουσεν ὅσα καὶ οἰκέτης εὐγνώμων ἀγαθῷ δεσπότῃ πειθόμενος, τοῦ τε ὄρους εὐθέως ἀπῆρεν ὑπὸ τοῖς πάντων ὄμμασι, καὶ πρὸς τὸν Μέλαντα καλούμενον ποταμὸν, καὶ τὰ τῆς Ἀμανοῦ ἐχώρησεν ὄρη· τιθασσὸς οἷα καὶ χειροήθης, ἀντὶ τοῦ πρώην βλοσυροῦ καὶ βιαίου γεγενημένος. Ὅπερ οὖν οὐδεμίαν θαύματος ὑπερβολὴν ἀπολεῖπον, θαυμασιώτερον ἔτι μᾶλλον ἔχει τὸ ἐπαγόμενον, ὅτι καὶ εἰς ὥρας ἐξ ἐκείνου ὁ θὴρ

73. Apparuit per idem tempus in monte leo, qui cuidam ad sanctum iter habenti obviam factus, ferus atque admodum terribilis in hominem irruit. Is inevitabili versans in discrimine, atque adeo perculsus ut nec de fuga cogitaret quidem: Per coronam, inquit, et gratiam cœlitus Symeoni datam recede a me, nec quidquam nocumenti aut noxiæ mihi des. Eodem autem momento fera, virtutem adjurationis reverita, inde abscessit, nihil amplius terroris aut turbationis afferens. Rem hanc homo ipse, cum ad sanctum pervenerat, enarravit. Astantes autem, concepto inde metu, precati sanctum sunt unanimiter, ut feram facessere juberet ex monte. Qui Anastasium quemdam (erat is discipulorum unus, ex quo ad exemplum Jesu mei Domini ac legislatoris septem dæmonia exegerat) nominatim vocans: Abi sis, inquit, ad leonis specum atque hæc illi edicito in nomine Domini: Dicit Domini famulus Symeon, apage ex monte hoc: non enim habitatio tibi hic aut domicilium erit. Hæc, ut jussit sanctus, abiens ille leoni edixit: is autem dicto audiens, non aliter quam servus obsequens benigno domino, et e monte illo in omnium conspectu migravit, et ad flumen Melanta (15) montesque Amanos se contulit, quasi, prisco rigore ac ferocia positis, cicur mansuetusque factus. Quod sequitur miraculum nulli omnino quantumvis magno cedere debet,

(14) *De melotis vide plura* 17 *Januarii ad Vitam sancti Antonii abbatis*, § 5.

(15) *Uterque versus septentrionem situs est respectu Montis Mirabilis; at* Melas *fluvius facile altero tanto remotior quam mons Amanus: ille Cappadociam perluens in Euphratem influit; iste Syriam a Cilicia determinans, ab Issico sinu versus Boream procurrit, donec Tauro commissus obliquo tractu ad Euphratem terminatur.*

Digitized by Google

mo admirabilius omnibus est : nempe quod exinde statis per annum temporibus solita fuerit fera ad sancti mandram venire, aptaque pro foribus vocis edita submissionem ac obedientiam quodammodo testificari, tum inde mitis et tractabilis ad proprium domicilium redire, et si quos forte per viam obvios habebat, cum venerationis signo de illa decedere.

A εἰς τὴν τοῦ Ἁγίου μάνδραν ἐτησίως ἔφοιτα, πρὸ πυλῶν τε αὐτῆς ἱκανῶς ὠρυόμενος, καὶ τὰ τῆς ὑποταγῆς οἷον ἐπιδεικνὺς ἐκεῖθεν καὶ ἥμερος εἰς τὰ οἰκεῖα πάλιν ἤδη ἐχώρει, εἴ που τισὶν ἀνὰ τὴν ὁδὸν ἐντύχοι, αἰδοῖ εἴκων καὶ αὐτῆς ἐξιστάμενος.

74. Interea pestilens (16) morbus homines invaserat, qui urbes, agros, pagos inficiens, præsentem illis afferebat perniciem, artemque omnem eludebat. Cognovit Dei famulus, quod Dominus adversus populum suum ira succensus esset : tactusque miseratione eorum, exemplum Phinees (17) imitari constituit; ac supplices seu potius propitiatorias manus ad Deum tetendit, donec luem grassantem sisteret, et progredi ulterius prohiberet. Qua in re non illud tantum admiratione dignum, quod obicem malo posuerit; sed illud quoque vel maxime, quod illi etiam data sit gratia curandi contactos. Multi quippe ex illo tempore ejusmodi morbo correpti, invocato sancti Symeonis nomine, videbantur ipsum domi suæ intueri, velut afferentem (res mira!) morbidis medelam ac sanitatem. Et vero visio reipsa constabat, ac veritas repræsentationem mentis comprobabat, omni infirmitatis languore a corporibus depulso. Multi quoque aliis atque aliis ægritudinibus doloribusque pressi, lucerna domi accensa oblatoque thymiamate, Dei per intercessionem famuli ejus opem poscebant, et doloribus eximebantur. Quotquot vero olei laborabant penuria, tantillum quid sibi comparantes, accendebant lampadem in sancti nomine, et triduo consequenti aut etiam quatriduo plerumque (quam admirabilis in sanctis suis Deus!) lumen non exstinguebatur : quod miraculosum beneficium ii, quibus obtigerat, ad sanctum mox abeuntes, annuntiabant.

οδ'. Ἐν τούτῳ δὲ λοιμικῆς νόσου τοῖς ἀνθρώποις ἐπισκηψάσης, πόλεις τε καὶ ἀγροὺς καὶ κώμας φθειρούσης ἀτεχνῶς καὶ λυμαινομένης, γνοὺς ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων ὅτι ὠργίσθη θυμῷ Κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, τά τε σπλάγχνα παθὼν ἐπ' αὐτοῖς, μιμεῖται τὸν Φινεὲς καὶ αὐτὸς, καὶ χεῖρας ἱκετηρίους, εἰ βούλει δὲ ἱλαστηρίους, ἐκτείνας Θεῷ, μέχρι τούτου τὰ τῆς πληγῆς ἵστησι, μηκέτι περαιτέρω ταύτην ὁδεῦσαι παραχωρήσας. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον θαυμάσαι ἄξιον, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ τῆς ἰάσεως αὐτῷ δέδοτο· πολλοὶ γὰρ ἐξ ἐκείνου τῶν ὑπὸ τῆς τοιαύτης νόσου κατειλημμένων, τὸ τοῦ θείου Συμεὼν ἐπικαλούμενοι ὄνομα, ἐδόκουν οἶκοι τοῦτον ὁρᾶν (ὦ τοῦ θαύματος!) ἐπισκεπτόμενον ὥσπερ καὶ τὴν νόσον αὐτοῖς θεραπεύοντα· καὶ ἡ ὄψις ἔργον ἦν, καὶ τὴν φαντασίαν ἀλήθεια ὑπεδέχετο, καὶ τὴν νόσον εὐθὺς ἀπετίθεντο. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἑτέροις πάθεσι καὶ νόσοις ἐταζομένων, λυχνίαν κατ' οἶκον ἅπτοντες, θυμιαμά τε προσφέροντες, διὰ μεσίτου τὸν Θεὸν τοῦ οἰκείου θεράποντος ἐπεκαλοῦντο, καὶ τοῦ λυποῦντος ἕκαστος ἀπηλλάττετο· ὅσοις δὲ τοῦ μὲν ἀρκοῦντος ἡ χεὶρ ἐλαίου ἠπόρει, βραχὺ δέ τι πορίζοντες ἑαυτοῖς, λυχνίαν ἐπ' ὀνόματι τοῦ Ἁγίου ἥπτον, εἰς τρίτην ἐξῆς ἡμέραν, ἢ καὶ τετάρτην αὐτῇ τὰ πολλὰ (ὡς θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς Ἁγίοις αὐτοῦ!) τὸ φῶς οὐκ ἐσβέννυτο· ἄπερ οἱ τῶν θαυμάτων ἀπολαύοντες τούτων, παρὰ τὸν Ἅγιον εὐθὺς ἀνιόντες ἀπήγγελλον.

B

C

CAPUT X.

Prædictiones variæ; infirmi ab angelis ad sanctum Symeonem missi; misericordia in pauperes.

75. Convocatis aliquando sub hymnos matutinos fratribus : Oremus, inquit, fratres, pro Ecclesia Dei : pontifex quippe illius Ephræmius (18) supremum diem obiturus est : nam vidi ego me ipse in spiritu stantem ad caput lecti, quo decumbere consuevit; ac dixi : Væ urbi isti, defuncto Ephræmio! væ! væ! et decessum illius quodammodo lamentatus fui. Deinde ad me reversus, inventus fui flevisse, manifestis lacrymarum signis adhuc in genis hærentibus. Tum rursus extra me rapior; et rursus lamenta eadem lacrymæque. Deinde tertium quoque recurrente eadem visione, talem aliquam audivi vocem : Quis novit quare qui venturus est absit? Ita Symeon ad fratres : qui per illum tempus intellexerant de Ephræmio quod recte valeret. Deinde

οε'. Ποτὲ γοῦν περὶ τοὺς ἑωθινοὺς ὕμνους τοὺς ἀδελφοὺς συγκαλέσας· Προσευξώμεθα, φησὶν, ἀδελφοὶ, περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας· μέλλει γὰρ ὁ ταύτης ἀρχιερεὺς Ἐφραίμιος καταλύειν ἤδη τὸν βίον. Ἑώρακα γὰρ ἐμαυτὸν ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος ἑστῶτα πρὸς κεφαλῇ τῆς κλίνης, ἐφ' ᾗ καθεύδειν εἰώθει, καί· Οὐαὶ τῇ πόλει ταύτῃ, λέγοντα, σοῦ ἐκδημοῦντος, οὐαὶ, καὶ τὴν αὐτοῦ μετάστασιν ὥσπερ ἀποκλαιόμενον. Ἐν ἐμαυτῷ τοίνυν γενόμενος, εὑρέθην δεδακρυμένος, ἐπὶ τῶν παρειῶν τε φέρων τῶν δακρύων τὰ ἴχνη. Δευτέρα τοιγαροῦν ἔκστασις ἐπ' ἐμὲ, καὶ πάλιν οἱ αὐτοὶ θρῆνοι, καὶ πάλιν δάκρυα. Εἶτα καὶ τρίτη περὶ τῶν αὐτῶν ὄψις, καί μοι τοιαύτη τις ἠκούσθη φωνή· Τίς οἶδεν ὅθεν ὁ ἐρχόμενος εἴη; Ταῦτα ὁ μὲν εἰρήκει τοῖς ἀδελφοῖς· οἱ δὲ τηνικαῦτα

D

(16) *Hujus symptomata et circumstantias late describit Procopius lib.* II, *cap.* 22, *de bello Persico, et Evagrius lib.* IV, *cap.* 29. *Accepisse videtur ex Theophane anno* 542.

(17) *In eo scilicet, quod iram Dei averterit a populo; non autem in modo : Phinees enim gladio, ut dicitur Numer.* 25, *Symeon vero precibus usus placavit Deum.*

(18) *Cum Ephræmi ordinatio facta sit saltem anno* 527, *et is passim dicatur* 18 *annis sedisse, anno* 545 *obiisse eum oportet.*

Digitized by Google

μὲν ἐπύθοντο περὶ Ἐφραιμίου ὡς ὑγιαίνοι. Μετὰ δὲ ταῦτα καλέσας αὖθις ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος αὐτούς· διαυγάζουσα δὲ ἦν ἤδη Παρασκευή· Ὁ ἀρχιερεὺς τοῦ Θεοῦ κατὰ τὴν νύκτα, φησὶ, πρός αὐτὸν ἐξεδήμησε· τεθέαμαι γὰρ αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ὑπὸ πλήθει λευχειμονούντων τῇδε παραβαλοῦσαν· ἡ δὲ ἠσπάσατό με, καὶ μνήμην αὐτῆς ποιεῖσθαι πρὸς Θεὸν ἐνετείλατο, ἔτι καὶ σχέσεως αὐτοῦ πρός τε αὐτὸν ἐμὲ καὶ τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν ἀναμνήσασα. Ταῦτα ὁ μὲν περὶ τοῦ ἀρχιερέως τοῖς ἀδελφοῖς προειρήκει· οἱ δὲ τὸν καιρὸν ἐπισημηνάμενοι, εὗρον τῆς νυκτὸς ἐκείνης τὸν θεῖον Ἐφραίμιον ἐκδεδημηκότα. A

ος'. Πολλῶν δὲ, οἷα εἰκὸς, τῆς καθέδρας ἐφιεμένων, καὶ ταύτην ἑαυτοῖς σπουδαζόντων, συνέβη Δομνῖνόν τινα, τῆς Θρᾳκῶν ὡρμημένον, πτωχείου κατὰ Λυχνίδα πόλιν προεστῶτα, τῇ βασιλίδι τηνικαῦτα κατά τινα χρείαν ἐπιδημῆσαι· ὃς νόμῳ φιλίας τισὶ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις ᾠκειωμένος, τῷ βασιλεῖ παρ' αὐτῶν (Ἰουστινιανὸς δὲ ἦν οὗτος) εἰσάγεται. Ὁ δὲ κανονικῆς ἀκριβείας, ἀποστολικῶν τε παραγγελμάτων ὀλίγα φροντίσας, τῇ πρώτῃ τοῦ ἀνδρὸς θέᾳ καὶ τὴν ψῆφον συνάπτει· Ἰδοὺ ὁ τῆς Ἀντιόχου πατριάρχης, εἰπών· καὶ τὸν θρόνον εὐθέως ὁ Δομνῖνος καταλαμβάνει. Παριὼν δὲ διὰ τῶν προαστείων τῆς Ἀντιόχου, καὶ τοὺς ἐν τῷ ναῷ τοῦ δικαίου Ἰὼβ, ὃς πρὸ τῆς πόλεως ἵδρυτο, λελωβημένους ἰδὼν, καὶ δεινῶς αὐτοὺς βδελυξάμενος, δεῖν ἔγνω τούτους ἐκεῖθεν ἀλλαχοῦ μεταστῆσαι, ἵνα μὴ πρὸ τοῦ τῆς πόλεως κόσμου φησὶν ἄγος εἴεν. Ὑπὲρ αὐτοὺς αἰσθομένους, καὶ πρὸς τὸν Ἅγιον, ὡς ἕκαστος εἶχε δυνάμεως, ἀνελθόντας, τοὺς μὲν ποσὶ καὶ βακτηρίᾳ, τοὺς δὲ φόρτον ἐκεῖ κομισθέντας, τὴν δὲ τοῦ ἐν Ἁγίοις Ἐφραιμίου συμπάθειαν, καὶ ὅσα μετ' αὐτῶν ἔδρα, οἵας τε τοῦ νῦν ἀρχιερέως τῆς ἀσπλαγχνίας πεπείρανται, καὶ ὅπως οὐδὲ πρὸ τῆς πόλεως αὐτῷ τούτους ὁρᾶν ἀνεκτὸν, θρήνοις ἅμα καὶ ὀδυρμοῖς ἀπαγγεῖλαι. Τὸν δὲ πολὺν αὐτῶν οἶκτον λαβόντα· Παύσασθε, ἀδελφοὶ, φάναι· οὐδεὶς ὑμᾶς ἐκεῖθεν μεταστῆσαι δυνήσεται. Ἀλλ' ἡ παιδεία Κυρίου αὐτὴ συναλγεῖν αὐτὸν διδάξει τοῖς πάσχουσιν, ὥστε πείρᾳ μαθεῖν, ὃ γεωργοῦσαν οὐκ ἔσχεν οἰκοθεν τὴν προαίρεσιν. Ταῦτα εἶπε, καὶ μετ' ὀλίγον οὕτω χεῖρες καὶ πόδες τῷ ἀρχιερεῖ κάμπτονται, ὡς μηδὲ δύνασθαί τι δρᾶσαι δι' αὐτῶν τὸ παράπαν, ἀλλ' οἷά τινα νεκρὸν ἔμψυχον διαβασταζόμενον φέρεσθαι. B C D

76. Pluribus, ut fit, cathedram illam appetentibus, sibique comparare satagentibus, factum est ut vir quidam, Domninus (19) nomine, ex Thracia oriundus, præfectus cuidam juxta Lychnida (20) civitatem ptochotrophio, negotiorum causa imperatricem per illud tempus conveniret : qui amicitiæ jure quibusdam aulicis familiarior factus, ab illis ad imperatorem (erat is Justinianus) adducitur. Imperator, ut erat regularis disciplinæ atque apostolicarum constitutionum parum studiosus, primo mox congressu virum suffragio suo eligit : Ecce, inquiens, hic est Antiochiæ patriarcha. Et Domninus statim ad sedem illam se confert. Transiens itaque per suburbia Antiochena, videnque in templo justi Job, quod urbi vicinum est, saucios mutilosque homines, quos vehementer exsecrabatur, inde censuit alio transferendos : Ne, inquiens, pro urbis hujusce ornatu, dedecus illi sint. Quod ut a miseris istis rescitum est, ad sanctum, uti quisque poterant, iter instituerunt, alii pedibus ac baculo, alii humeris delati : atque coram ipso cum planctu et lamentis commemorabant, quanta sibi exhibita fuisset a sancto Ephræmio misericordia, et quam paterne secum egisset : contra vero, quam nunc immitem experirentur episcopum, quodque ne urbis quidem extra portas ipsos toleraret. Sanctus vero multum illos miseratus : Exspectate, inquit, fratres : nemo vos loco illo poterit movere. Castigatio Domini docebit ipsum misereri afflictorum, ut discat experientia, propositum suum minime conducibile fuisse. Post hæc oracula brevi elapso tempore, tam acri dolore manibus pedibusque cruciari episcopus cœpit, ut nihil quidquam rei tractare illis posset, et sicut corpus exanime ferri necessum haberet.

οζ'. Ἀνδρί τινι κατὰ τὴν Περσῶν πρὸς χαλεπὸν παλαίοντι δαίμονα, ἀπαλλαγήν τε τούτου μηδεμίαν εὑρίσκοντι, Ἄγγελος Θεοῦ παραστὰς, Ἄπιθι, φησὶ, παρὰ τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ Συμεών· οἰκεῖ δὲ κατὰ μετέωρον ὄρος ἐκ πλαγίου τῆς Ἀντιόχου, θαλάσσης οὐ διὰ μακροῦ κείμενον· δι' αὐτοῦ τοιγαροῦν παρὰ Κυρίου ἴασις ἔσται σοι. Καὶ ὃς τὴν μεταξὺ πᾶσαν ἀνύσας, καὶ ὡς τὸν Ἅγιον ἀφικόμενος, ἕκαστα σαφῶς ἀπαγγέλλει. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ δεηθεὶς, ἐξελθεῖν τῷ δαίμονι

77. Homini cuidam Persæ gravis admodum cum dæmone lucta erat, quo nec liberari ullo modo poterat. Astitit huic angelus, dixitque : Abi ad servum Dei Symeonem, commorantem in sublimi monte, ex adverso Antiochiæ, non ita procul a mari sito : illo intercedente certa tibi manet a Deo salus. Exsecutus ille omnia est; cumque pervenisset ad sanctum, singula palam enarravit : qui fusa ad Deum prece, exire dæmonem jubet; cujus conti-

(19) *Nicephoro et Theophani* Domnus ; *sedit annos* 14.

(20) *Quam hic auctor* Lychnida *vocat, aliis* Lychnidus *et* Lychnidium *appellatur urbs archiepiscopalis Macedoniæ.*

Digitized by Google

nuo planctus, tumultuatio, atque clamores auditi sunt, utpote non ferentis viri sancti increpationem, clamantisque : Missum me fac; et exeo : scio enim quis sis, et quantam Filii Dei virtutem habeas. Dum hæc fiunt, visum obsesso est, coronam capiti Symeonis circumdari; cujus et pulchritudo et auri intermicantis nitor, et gemmarum splendor, et crucis impositæ lux, lucisque fulgor ac venustas, et circumvolitantium angelorum cohortes, tam insolita erant omnia, ut exsequi verbis nemo possit : illis autem velut igne quodam, pertinax dæmon coactus est emigrare; quemadmodum deinde miser ille, jam sibi redditus, palam divulgabat, sanus domum suam repetens, et opera Dei gentibus annuntians.

78. Juvenem quemdam invaserat dæmon, quem tam miseris torquebat modis, ut præ nimia corporis extensione oculi sedibus suis erupturi viderentur. Periclitanti igitur, cunctis deficientibus, adest e cœlo angelus, habitu ac specie militis, abire ipsum in montem mirabilem ad sanctum Symeonem jubens. Ipse enim, inquit, a vexationibus dæmonis te liberum præstabit. Statim igitur juvene iter ad sanctum ingresso, sanctoque inexpugnabilem Christi crucem ipsi imprimente, videbatur sibi dæmon ignito fulmine perstringi, exclamans : Quid hocce, serve Dei? quid me tam immaniter cremas? nequeo enim terribilem Dei manum, quæ in te est, sustinere. Illa est, quæ non solum nos igneo consuevit flagello ejicere, sed et populi ægritudinibus omnis generis medelam afferre. Isthæc nequam spiritus per obsessi linguam elocutus, continuo abactus est : juvenis vero liberatus, oculis suis angelum, omnia militis referentem, astare Symeoni conspexit, cumque eo colloqui familiariter, quemadmodum deinde ipsi narravit. Post hæc et pro incolumitate pedis sui precatus est adolescens; erat quippe is admodum debilis, et fere ad gradiendum inutilis : qui, imposita a Symeone manu medicante, oratione fusa, et signo crucis impresso, confestim integer ac firmus alteri omnimode similis fuit.

79. Alter violentia dæmonis faciem distortam habebat, sed invocavit nomen Symeonis pro remedio : ecce autem in medio aere conspicatus ipsum est, virgam igneam gerentem, et cum impetu ad se delabentem. Non tulit impurus spiritus adventum viri, in turpem fugam conversus : moxque vultus misero restitutus, deinceps se habuit recte et convenienter naturæ. Quidam in pede morsus erat a serpente, jamque venenum vulneri putrefactionem generans, manum artemque medicorum supervacaneam reddebat, et præsentem mortem minabatur; eamque ipse æger, rebus omnibus desperatis, exspectabat. Interim hortantur quidam, spem suam in sancto ut collocet, utpote qui solus ingruens discrimen possit arcere. Credidit ipse, invocatoque sancti

A παραγγέλλει· καὶ αὐτίκα κλαυθμοὶ τοῦ δαίμονος, καὶ θόρυβοι καὶ κραυγαὶ οὐκ ἐνεγκόντος τὴν ἐπιτίμησιν, Ἄνες μοι, καὶ ἔξειμι, λεγόντος· οἶδα γὰρ τίς τε εἶ, καὶ ἥτις ἡ ἐν σοὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐνέργεια. Ἐν ὅτῳ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, ἐδόκει τῷ πάσχοντι τὸν στέφανον ὁ Συμεὼν τῇ κεφαλῇ περικεῖσθαι· τὸ δὲ τοῦ στεφάνου κάλλος, αἱ δὲ τοῦ χρυσοῦ ὡραιότητες, αἱ δὲ τῶν λίθων αὐγαὶ, ὁ δ' ἐπὶ τῷ στεφάνῳ σταυρὸς, τὸ δὲ τοῦ σταυροῦ φῶς, αἱ δὲ τοῦ φωτὸς πάλιν ἀστραπαί τε καὶ χάριτες, τὸ δὲ κυκλόθεν τῆς Ἀγγελικῆς στρατιᾶς πλῆθος, ἄῤῥητόν τι χρῆμα καὶ ἀπόῤῥητον ἦσαν· ὑφ' ὧν ὁ χαλεπὸς δαίμων ἐκεῖνος ὡς ἀπὸ πυρὸς ἀπηλλάγη, ὡς μετὰ ταῦτα σαφῶς ἐκνήψας αὐτὸς, ὁ τοῦ πάθους ἀπαλλαγεὶς ἐξηγεῖτο, ὑγιὴς εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανιὼν, καὶ τὰ τοῦ

B Θεοῦ ἔργα τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγέλλων.

οη'. Νεανίσκῳ τινὶ δαίμων ἐπιπηδήσας, οὕτω κακῶς αὐτὸν διετίθει, ὡς καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ νεανίσκῳ δοκεῖν ὑπὸ τῆς πολλῆς τοῦ σώματος τάσεως μέλλειν ἤδη τῶν οἰκείων πυθμένων ἐξάλλεσθαι. Κινδυνεύοντι τοίνυν, καὶ τοῖς ὅλοις ἀπορουμένῳ, Ἄγγελος ἄνωθεν ἐπιστὰς ἐν εἴδει καὶ σχήματι στρατιώτου, ἀφικέσθαι παρὰ τὸ θαυμαστὸν ὄρος αὐτὸν πρὸς τὸν θεῖον Συμεὼν ἐπισκήπτει· Αὐτὸς γάρ σε, φησὶ, τῆς τοῦ δαίμονος ἐπηρείας ἐλευθερώσει. Αὐτίκα γοῦν τοῦ νεανίσκου τῷ Ἁγίῳ παραβαλόντος, ἐκείνου τε τὴν ἄμαχον αὐτῷ τοῦ Χριστοῦ σφραγῖδα ἐπιβαλόντος, ἐδόκει διὰ πυρὸς ἀστραπῆς ὁ δαίμων ἑαυτὸν ὁρᾷν τιμωρούμενον· Τί τοῦτο, δοῦλε τοῦ Θεοῦ; λέγων· τί με δεινῶς πυρπολεῖς; οὐδὲ γὰρ τὴν ἐν σοὶ τοῦ Θεοῦ

C χεῖρα δύναμαι στέγειν τὴν φοβερὰν, ἥτις οὐχ ἡμᾶς πέφυκε μόνον μάστιξι πυρίναις ἐλαύνειν, ἀλλὰ καὶ νόσους τῷ λαῷ παντοδαπὰς θεραπεύειν. Ταῦτα τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο πνεῦμα τῇ τοῦ πάσχοντος γλώττῃ φθεγξάμενον, εὐθὺς ἀπελήλατο· οὗπερ ὁ νεανίσκος ἀπαλλαγείς, Ἄγγελον ὑπ' ὀφθαλμοὺς ἑώρα τῷ Συμεὼν ἐν ὁμοιώματι στρατιώτου παρεστηκότα, ὡς αὐτὸς ὕστερον ἐξηγεῖτο, καὶ αὐτῷ γνησίως διαλεγόμενον. Εἶτα καὶ περὶ τοῦ ποδὸς ἐδεῖτο· ἦν γὰρ ἀσθενῶς ἔχων τῷ νεανίσκῳ· μικροῦ δὲ καὶ ἀχρήστως ὁ πούς· χεῖρα τοίνυν τῷ ποδὶ τοῦ Συμεὼν ἐπιθέντος εὐχῇ θεραπευομένην, τῷ τε τοῦ σταυροῦ τύπῳ διασφραγίσαντος, ὑγιῶς αὐτίκα, καὶ θατέρῳ τὸ πᾶν

D εἶχεν ὁμοίως.

ο'. Ἕτερός τις, δαίμονι τὴν ὄψιν διάστροφος, τὸ τοῦ θείου Συμεὼν ὄνομα εἰς ἴασιν τοῦ πάθους ἐπεκαλεῖτο, καί ποτε τοῦτον ἐν αἰθέρι μέσῳ ῥάβδον διὰ χειρὸς ἔχοντα πυρίνην ὁρᾷ, καὶ σφοδρῶς ἐπ' αὐτὸν φερόμενον. Τοῦ γοῦν ἀκαθάρτου πνεύματος ἐκείνου τὴν ἔφοδον οὐκ ἐνεγκόντος, ἀλλ' εἰς φυγὴν ἀγεννῆ τραπομένου, τό τε πρόσωπον τῷ πάσχοντι εὐθέως ἀποκατέστη, καὶ ὀρθῶς τοῦ λοιποῦ καὶ κατὰ φύσιν εἶχεν. Ὄφει δέδηκτό τις ἰοβόλῳ τὸν πόδα, καὶ σῆψιν ὁ ἰὸς ἐμποιήσας, οὐ χεῖρα μόνον καὶ τέχνην ἰατρῶν ἀπαγορεύειν ἐποίει, ἀλλ' ἤδη καὶ θάνατον ἠπείλει σαφῆ· πρὸς ὃν καὶ μόνον ὁ πάσχων, τῶν ἄλλων ἀπογνοὺς ἁπάντων, ἐώρα. Ὑποτείνουσι δέ τινες τὰς εἰς τὸν Ἅγιον ἐλπίδας αὐτῷ, καθάπερ ἐκείνου μόνου στῆναι πρὸς οὕτω φανερὸν κίνδυνον δυναμένου, οἷς

Digitized by Google

καὶ πιστεύσας, καὶ τὸ τοῦ Ἁγίου καλέσας ὄνομα, καὶ τῆς ἐκείνου γῆς ἐπιβαλὼν τῷ ποδί, αὐτίκα ἔῤῥωτο.

nomine, ac pede humi posito, statim confirmatus fuit.

π'. Ἄξιον δὲ μηδ' ἐκεῖνο παραλιπεῖν, αἴτιον ὂν μάλιστα τοῦ τοιαῦτα θαυματουργεῖν. Προσῆλθέ τις προσαιτῶν τῷ Ἁγίῳ Δίου μηνὸς, ὃν ἡ παρ' ἡμῖν γλῶττα Νοέμβριον καλεῖν οἶδεν. Ὁ δὲ Πείσθητι, φησὶν, ἀδελφὲ, ὡς οὐδὲν ἄλλο μοι πρόσεστιν, ὅτι μὴ τὸ τρίχινον ἔνδυμα τοῦτο, καὶ σύγγνωθι. Ὅπερ εἰ βούλει λαβεῖν, ἰδού σοι καὶ αὐτὸ ἀποδύσομαι. Τοῦ δὲ δεῖσθαι καὶ τούτου διὰ τὴν πενίαν εἰπόντος· Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς, ἔφη· καὶ ἀποδυσάμενος εὐθὺς, Δέξαι, ἀδελφὲ, λέγει. Καὶ ὁ μὲν ἀπῆει λαβών· ὁ δὲ γυμνὸς ἀπολέλειπτο, οὐδ' ὁτιοῦν κάλυμμα σαρκὸς ἕτερον, ὅτι μὴ μόνον ἐπὶ τοῦ στήθους κουκούλιον βραχὺ περικείμενος· καὶ οὐ ταύτῃ μόνον παραχειμάσας, ἀλλὰ καὶ εἰ; ὄγδοον ἐξῆς διακαρτερήσας μῆνα. Εὐγενίου δὲ τῶν μαθητῶν ἑνὸς παραδιαζομένου τοῦτον λαβεῖν τι περιβόλαιον ἑαυτῷ, ἡνίκα μάλιστα χειμῶνος ἐνειστήκει τὸ ἀκμαιότατον· Ὁ Ἰχθὺς, ἔλεγεν, ἐπειδὴν μᾶλλον χειμῶνος ῥιγώσῃ, γλυκύτερος γίνεται, καὶ οὐδὲ δυσῶδές τι τούτου ἀπόζει· ὥσπερ τοὐναντίον ὅσῳ θέρους θερμαίνεται, τοσοῦτον οὐκ ἀηδέστερος γίνεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ σκώληξι πέφυκεν βρύειν· οἳ δὴπουθεν ἀναμένουσιν ἐκεῖ καὶ ἡμᾶς, ἐνδύμασι καὶ βρώμασι τοῦ βίου θερμαινομένους.

80. Iniquum est et illud prætermittere, quod præcipua causa fuit tam mirabilium operum. Mense Dio, qui nostra lingua November dici consuevit, accessit quidam sancto, quidpiam stipis rogitans. Cui ille : Crede, inquit, frater, nihil mihi suppetere præter hanc cilicinam lacernam, et ignosce : quod si illam desideres, en tibi exuo. Cumque ille reponeret, indigere se propter inopiam : Benedictus, ait, Dominus Deus : exutamque statim porrigens, Accipe, inquit, frater : et ille, accepta veste, abiit. Symeon vero nudus relictus, nihil quo carnem tegeret, habebat, nisi brevem cucullam (21), qua pectore tenus caput amiciebatur : sicque non modo hiemem traduxit, sed octo etiam continuos menses perduravit. Cumque discipulorum unus dictus Eugenius, adigeret ipsum, sibi chlamydem ut circumdaret, præsertim hieme rigidissima instante : Quanto, inquiebat Symeon, magis riguit piscis hiemali tempore, tanto delicatior est, minusque fetoris inde redolet : uti contra quanto calescit magis in æstate, tanto insipidior esse, pluribusque scatere vermibus consuevit, qui utique et nos manent, indumentis cibisque hujus vitæ incalescentes.

πα'. Ὁρᾷ ποτε θεωρίαν ὁ Συμεών· ἡ δὲ ἦν (ὡς αὐτὸς τηνικαῦτα οὐκ ἀπεκρύψατο) σεισμὸς ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου πᾶσαν, οὐ γῆν μόνον, ἀλλὰ καὶ καρδίαν σαλεύων, ὅπερ ἀγανακτήσεως, φησὶ, Θεοῦ σύμβολον· εἶτα καὶ τὸ τῆς ἀπειλῆς φάρμακον τὴν μετάνοιαν ὑπετίθει, καὶ τὴν θείαν ἠγγυᾶτο φιλανθρωπίαν. Ταῦτα ὁ μὲν εἰπὼν, ἐδεῖτο τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ πρὸς ἔλεον τὸν θελητὴν τοῦ ἐλέους ἐξεκαλεῖτο. Κατ' ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν εἴρητο ταῦτα, σείει μὲν ὁ Θεὸς μέγα περὶ πρώτην νύκτα, ἀποστροφὴ δὲ τῆς ἀπειλῆς οὐδεμία, οὐδέ τις στάσις ἦν τῆς κινήσεως, ἀλλὰ σεισμὸς ἐπὶ σεισμῷ, καὶ καρδίας πάσης θραυσμὸς, ἥ τε γῆ φοβερὸν ἐμυκᾶτο, τὴν θείαν ὥσπερ ὀργὴν μηνύουσα, ὡς τοὺς ἀνὰ τὴν πόλιν πᾶσαν καὶ χώραν, οὐκ ἄνδρας μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ἡλικίαν, τὸν ἑαυτὸν κόσμον ἀποθεμένους, ἐν σάκκῳ καὶ κλαυθμῷ καὶ νηστείᾳ πρὸς τὸν Ἅγιον ἀντέναι, τὸν οἰκεῖον αὐτῷ προσανακλαιομένους θάνατον· *Ἐκάλεσε γὰρ ἐπ' αὐτὴν Κύριος Σαβαὼθ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, κλαυθμὸν καὶ κοπετὸν*, καὶ ξύρησιν

81. Habuit aliquando sanctus visionem istius modi, ut ipse narrando revelavit : oriebatur Antiochiæ motus (22), non solum terram, sed et corda hominum graviter succutiens : aiebatque indignationis divinæ indicium illum esse. Tum et remedium minitationibus istis pœnitentiam suggessit, et benignitatem Dei adfuturam spopondit. Cumque hæc dixisset, precabatur misericordiam Dei, et volentem misereri ad miserendum excitabat. Illam autem diem, qua hæc dixerat, subsequente prima nocte valide quassavit Deus terram sine ulla remissione minarum, sine ulla motus cessatione. Alia ex alia quassatio sentiebatur, omnium animi deficiebant, terra horrendum in modum mugiebat, velut indicans iracundiam divinam; adeo ut in universa et urbe et regione, tam viri quam feminæ, pueri atque ætas quælibet, rejecto ornatu suo, induti saccos, perfusi lacrymis, jejunio luridi ad sanctum accurrerent, instantem sibi mortem una cum ipso lamentantes. *Vocavit enim super civitatem Dominus Sabaoth in die illa ploratum et planctum* [18],

[18] Isa. XXII, 12.

(21) *Gr.* Κουκούλιον. *Nota vestis est, qua caput operitur; et humilitas significatur, teste Dorotheo doct.* 1. Accipimus etiam cucullam, quæ est symbolum humilitatis. *Varia fuit forma pro temporum ac instituti ratione, uti etiam nunc est. Hic talis forte intellecta fuerit, qualem describit Cassianus de habitu monachi* lib. 1, cap. 4. Cucullis parvis, usque ad cervicis humerorumque confinia demissis, quibus tantum capita contegant, indesinenter diebus utuntur ac noctibus.

(22) *Videtur hic ille motus esse, de quo Theophanes ad annum* 548 *sic :* Hoc anno frequentes terræ motus pluviæque ingentes incubuere; mense vero Februario terræ motus adeo vehemens fuit, ut omnes de salute desperantes metuque prostrati, decretis publicarum processionum precibus, Deum ut ab imminente periculo servaret, supplices exorarent. *Et Procopius de bello Gothico* lib. III, cap. 29, *hoc modo :* Anni hujus hiems crebris, iisque vehementissimis et maxime horribilibus terræ motibus infesta fuit : qui omnes Byzantii aliisque in locis noctu contigerunt, et incolis, obrutum iri se arbitrantibus, gravem attulerunt metum, sine ulla pernicie.

Digitized by Google

et rasuram capitis, cincturam saccorum, ut dixit sanctus Isaias. Quinetiam græcizantium nonnulli, vanam fallacemque astrologiam blaterantium, et astrorum raptu sublunaria hæc nostra simul moveri arbitrantium, interdicebant jam tum sibi civitate, tanquam penitus ruitura propediem.

82. Symeon igitur, Sabbati quadam die illucescente, læto atque exporrecto vultu ad populum : Confidite, inquit, nolite timere : redarguta quippe est fallax meteorologorum scientia, quoad res futuras caliginosa atque cæca, et quæ sibi ipsa perspicue imponit. Ecce enim remisit Dominus furorem populo suo, et servos suos consolatus est. Vidi etenim, atque ecce versus orientem aperti sunt cœli, et arcanum quoddam atque ineffabile lumen Unigeniti emicuit, dilectionem ejus et benignitatem vobis ob pœnitentiam exhibens. Ego vero ad visionem elevatis manibus exclamans dixi (23) : Domine amator hominum, qui et gladium sæpe vibras, et arcum tendis, et utrumque justam quidem ob iracundiam facis : quique iterum consueta bonitate tua utrumque inhibes, nostramque præstolaris conversionem ; audi ex templo sancto vocem meam, perveniat ad te clamor meus. Ecce enim mota est terra et omnes habitantes in ea ; commota est et contremuit, et fundamenta montium conturbata sunt et commota sunt : quoniam tu ipsis iratus, Domine, concussisti terram et conturbasti eam, ostendisti populo tuo dura. Verumtamen finem pone tremori, tempera benignitate minas, contine flagellum : non enim in æternum projicies et non appones ut beneplaceat tibi adhuc, aut in finem abscindes misericordiam tuam : non oblivisceris misereri, Deus, aut continebis in ira miserationes tuas. Tu enim solus es misericors, et propitius fies peccatis nostris, et non disperdes ; sed multiplicabis ad avertendam iram tuam, et non accendes super nos omnem iram tuam. Ita precatus Deum sanctus, ad populum exivit : et terra statim quievit, imperio illius a quo fundata est : et populus deterso nupero fletu lætitiam animo vultuque testati recesserunt, potentiam Dei annuntiantes. Quis autem tam disertus lingua, et facundus sermone, ut hæc Symeonis pro publica salute gesta, atque efficacem apud Deum intercessionem, potentiamque impetrandi petita, tum illa quoque quæ privatim singulis præstitit, possit dicendo adæquare?

κεφαλῆς, καὶ ζῶσιν σάκκων, ὁ θεῖος εἶπεν ἂν Ἡσαΐας. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἑλληνιζόντων τινὰς, πρός τε τὴν ματαίαν τῆς ἀστρολογίας κεχηνότων ἀπάτην, καὶ τῇ τῶν ἀστέρων φορᾷ συμφέρεσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς οἰομένων, ἀπαγορεύειν ἤδη τὴν πόλιν, ὡς πᾶσαν αὐτὴν ὅσον οὐδέπω καταπεσεῖσθαι μέλλουσαν.

πβ'. Μιᾶς γοῦν τῶν σαββάτων ἡμέρας ὑπολαμπούσης, ἱλαρᾷ πρὸς τὸν λαὸν ὁ Συμεὼν καὶ γλυκείᾳ τῇ ὄψει· Θαρσεῖτε, μὴ φοβεῖσθε, εἶπεν, ἐλήλεγκται γὰρ ἡ πλάνος τῶν μετεωρολόγων τέχνη, περὶ τὸ μέλλον τυφλώττουσα καὶ αὐτὴ περιφανῶς ἑαυτὴν ψευδομένη. Ἰδοὺ γὰρ ἀνῆκε Κύριος τὴν ὀργὴν τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρακέκληται. Εἶδον γὰρ καὶ ἰδοὺ ἀνεῴγεισαν μὲν πρὸς Ἀνατολὰς οἱ οὐρανοί· ἀπόῤῥητον δέ τι καὶ ἄῤῥητον τοῦ Μονογενοῦς ἐξήστραψε φῶς, φιλανθρωπίαν ῥέμα τῇ μετανοίᾳ ὑμῶν ὑποφαῖνον. Μέγα δὲ πρὸς τὴν ὄψιν ἐν ἐπάρσει χειρῶν μου βοήσας, Δέσποτα φιλάνθρωπε, εἶπα, ὁ καὶ ῥομφαίαν πολλάκις στίλβων, καὶ τόξον ἐντείνων, δι' ὀργὴν μὲν δικαίαν ἀμφότερα, ὑπὸ δὲ τῆς συνήθους πάλιν ἐπέχων χρηστότητος, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐπιστροφὴν ἀναμένων ἄκουσον ἐκ ναοῦ ἁγίου φωνῆς μου, εἰσελθέτω ἡ κραυγή μου ἐνώπιόν σου. Ἰδοὺ γὰρ ἐστάγη ἡ γῆ, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ, ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη, καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων ἐταράχθησαν καὶ ἐσαλεύθησαν. Ὅτι ὠργίσθης αὐτοῖς, Θεὸς, συνέσεισας αὐτὴν καὶ συνετάραξας αὐτὴν, ἔδειξας τῷ λαῷ σου σκληρὰ, ἀλλ' ἴασαι τὰ συντρίμματα αὐτῆς, κέρασον φιλανθρωπίᾳ τὴν ἀπειλὴν, στῆσον τὴν μάστιγα· μὴ γὰρ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσῃ καὶ οὐ προσθήσεις τοῦ εὐδοκῆσαι ἔτι, ἢ εἰς τέλος τὸ ἔλεός σου ἀποκόψεις. Μὴ ἐπιλήσῃ τοῦ οἰκτειρῆσαι ὁ Θεὸς, ἢ συνέξεις ἐν τῇ ὀργῇ σου τοὺς οἰκτιρμούς σου· σὺ γὰρ εἶ μόνος οἰκτίρμων, καὶ ἱλάσῃ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ οὐ διαφθερεῖς, ἀλλὰ πληθυνεῖς τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμόν σου, καὶ οὐχὶ ἐκκαύσεις πᾶσαν ἐφ' ἡμᾶς τὴν ὀργήν σου. Ταῦτα ὁ μὲν τοῦ Θεοῦ δεηθεὶς, εἶτα καὶ πρὸς τὸν λαὸν διεξῆει· ἡσυχάζουσα δὲ διέμενεν εὐθέως ἡ γῆ τῇ τοῦ θεμελιώσαντος αὐτὴν διατάξει· καὶ αὐτοὶ φαιδροὶ ψυχάς τε καὶ ὄψεις ἀντὶ τῶν πρώην πενθικῶς ἀνεχώρουν, ἀπαγγέλλοντες τὰς τοῦ Θεοῦ δυναστείας. Τὰ μὲν δὴ τοῦ Συμεὼν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς σωτηρίας τοιαῦτα, καὶ τοσαύτην μὲν εἰσφέροντα πρὸς Θεὸν πρεσβείαν, τηλικαύτης δὲ τυγχάνοντα παῤῥησίας· ἃ δὲ καὶ ἰδίᾳ πάλιν ἑκάστῳ καὶ κατὰ μέρος ἐποίει, τίς οὕτω γλῶτταν πολύς τε ἅμα καὶ περιττὸς; ὥστε καὶ λόγον ἐξισῶσαι τοῖς θαύμασιν;

CAPUT XI.

Virtus Symeonis in feras et dæmones ; auxilium præcipitanti et leproso latum.

83. Post hæc vir quidam, Joannes nomine, non procul a domo sua in feras inciderat : irruebant illæ belluino more sanguinis sitientes ac minantes cædem. Hic vero nihil ad defensionem penes

πγ'. Ἀνὴρ γάρ τις μετὰ ταῦτα ὄνομα Ἰωάννης, οὐ διὰ μακροῦ τῆς αὐτοῦ οἰκίας θηρίοις περιπεπτώκει, ὧν φόνιόν τι καὶ τοῦτ' αὐτὸ θηριῶδες ἐπ' αὐτὸν ὁρμησάντων, οὐκ ἔχων ὅ τι καὶ χρήσεται λοιπὸν ἑαυτῷ'

(23) *Oratio illa Symeonis tota fere e Psalmis desumpta, a nobis quoque juxta versionem* LXX *Latine reddita est.*

Digitized by Google

(ἐξέλιπε γὰρ ἥ τε καρδία τῷ ἀνδρὶ, καὶ ἡ σὰρξ) ἀντ' ἄλλου τινὸς ὅπλου, τὸ τοῦ Ἁγίου προβάλλεται ὄνομα, καὶ αὐτὸν ἐκάλει ὡς ἄμυναν· καὶ αὐτίκα προσήλωντο τῇ γῇ στόματά τε καὶ πόδες αὐτοῖς (ὢ τοῦ θαύματος!) καθάπερ τισὶν ἀφύκτοις ἐχόμενα πέδαις, ἕως ἀπαθὴς κακῶν ἀπέσωστο, ἐξομολογούμενος τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Ἑτέρῳ πάλιν τρεῖς δαίμονες ἐνοικοῦντες ἦσαν (ὅπερ ἀπόχρη καὶ μόνον ἱκανῶς παραστῆσαι, οἷα παρ' αὐτῶν ὁ δείλαιος πάσχοι, ὁπότε καὶ τούτων ἑνὸς οὐ φορητὴ ἡ ἐπήρεια), παρεῖτο δὲ καὶ τὰς ψύας, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφῄρητο φῶς. Πρόσεισι τῷ τοῦ Θεοῦ δούλῳ τοίνυν, ὅλος πίστις, ὅλος ἐλπὶς, ὅλος δέησις, οἷοις συνέχοιτο κακοῖς ἐλεεινῶς ἀπαγγέλλων. Συμπαθὲς τοιγαροῦν εἰς αὐτὸν ἐκεῖνος ἰδὼν, εἶτα καὶ εἰς σπλάγχνα βλέψας τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τῶν ἐκείνου δεηθεὶς οἰκτιρμῶν· χαμαί τε πτύσας, καὶ τοῦ ἐντεῦθεν πηλοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ τυφλῷ διαχρίσας· Ἐν τῷ ὀνόματι, φησὶ, τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ πτυέλῳ καὶ γῇ τὸν ἐν γεννητοῖς τυφλὸν βλέψαι ποιήσαντος, ἀνάβλεψον. Καὶ παραχρῆμα (πολλὰ ἐποίησας σὺ, Κύριε ὁ Θεός μου, τὰ θαυμάσιά σου) τό τε φῶς αὐτῷ ἐῤῥωτο, καὶ ὑγιῶς οἱ ὀφθαλμοὶ εἶχον. Ἔπειτα μέντοι πλήξας τῇ βαΐνῃ ῥάβδῳ τὰς ψύας, ἐπιτιμήσας δὲ καὶ τοῖς δαίμοσιν, ὅλον δείκνυσιν εὐθὺς ὑγιῆ, μιᾶς ἔργον εὐχῆς κακῶν τοσούτων ἀπηλλαγμένον.

πδ'. Ἄλλος τοὺς πόδας ἑκατέρους μακρὸν ἤδη πεπήρωτο χρόνον, ὡς μηδὲ τὸ παράπαν αὐτοῖς χρῆσθαι δύνασθαι. Ἱστεύσας οὖν δυνατὴν εἶναι τῷ ἁγίῳ τὴν θεραπείαν, ὁρᾷ τοῦτον ὄναρ αὐτοὺς τῇ βαΐνῃ πλήξαντα ῥάβδῳ, καὶ ἡ πληγὴ, τοῦ τε ὕπνου κατὰ ταὐτὸν ἀπαλλαγὴ καὶ τοῦ πάθους ἐκείνῳ γίνεται, ὡς καὶ μηνυτὴν αὐτὸν δι' ἑαυτοῦ φοιτῆσαι τῷ Συμεὼν, τῆς εὐεργεσίας καὶ τοῦ θαύματος ἄγγελον. Γυνή τις Ἰουλιανὴ τὴν κλῆσιν τὸ σῶμα πεπονηκυῖα, καὶ μηδ' ὁτιοῦν ἑαυτῇ χρήσασθαι δυναμένη, πρόσεισι τῷ Ἁγίῳ, δακρύων ὠνουμένη τὴν θεραπείαν, ὅσπερ αὐτὴν ἰδὼν πολλὰ χέουσαν, καὶ τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτῇ παθὼν, παίει τῇ βαΐνῃ ῥάβδῳ· καὶ ἡ μὲν ῥώννυται παραχρῆμα, νόσου τὸ λοιπὸν ἄχρι γήρως οὐδεμιᾶς πειραθεῖσα. Τῇ δὲ ἦν ἀδελφὴ μασθοὺς ἅμα καὶ πόδας νοσοῦσα, καὶ λίαν ἀμφοῖν περιαλγῶς ἔχουσα· προσάγει τοίνυν τῷ Ἁγίῳ καὶ ταύτην, καὶ ὃς τῷ τοῦ σταυροῦ τύπῳ διασφραγίσας, τοῦ πάθους εὐθέως καὶ αὐτὴν ἀπαλλάττει, τὰς ὀδύνας σβέσας, καὶ ἃς ἔχουσα τύχοι πληγὰς ἰασάμενος.

πε'. Τῇ δὲ πάλιν θυγάτριον ἦν, προσώπου μὲν καὶ ὥρας ἔχον οὐκ ἄφυῶς, κλόνῳ δὲ σώματος τοσούτῳ καὶ παρέσει κάτοχον, ὡς καὶ φρενῶν ἔρημον εἶναι, οἰκτιστα καὶ τούτων ἐξεστηκός. Ὁ μὲν οὖν τῆς παρέσεως καὶ τῆς ἀναισθησίας αἰτία δαίμων ἦν χαλεπὸς, ἐπιπηδήσας τῷ κοράσιῳ· ἡ δ' αἰτία πάλιν τῆς ἐκ τοῦ δαίμονος ἐπηρείας, ἁμάρτημα τῆς μητρὸς, κακίας εἰσπραξιν ἐκτίνον τὴν τῆς παιδὸς πάρεσιν. Ἀράμεναι τοίνυν αὐτὴν, ἥ τε μήτηρ καὶ ἡ τῆς μητρὸς ἀδελφὴ, φόρτον ἐλεεινὸν, φόρτον εἰς δάκρυα καὶ ἄψυχα κινοῦν, ῥίπτουσι πρὸ τοῦ Ἁγίου·

A se habebat, ceciderateque jam et animis et corpore. Pro armis igitur aliis sancti nomine se munit; ipsum in subsidium advocat, dictoque citius ferarum ora atque vestigia (res mira!) terræ cohærent, veluti quibusdam inenodabilibus pedicis constricta; donec iste indemnis discrimini ereptus esset, confitens Domino misericordiam suam, et filiis hominum mirabilia ejus. Rursum alius a tribus obsidebatur dæmonibus, unde perspicue datur intelligere, quam acerbe infelix iste torqueretur, quandoquidem unius etiam solius vexatio intolerabilis sit. Laxata huic dependebat cutis, imo et oculorum lumen erat ereptum. Confugit igitur ad servum Dei, firmus fide, spe plenus, oratione fervidus, quantisque prematur malis lamentabiliter exponit. Commovetur miseB ratione Symeon, hominem respicit, inde ad misericordiam supremæ bonitatis reflectit oculos, precibusque eamdem implorat. Tum humi exspuit, temperatoque inde luto cæci oculos inungens: In nomine, inquit, unigeniti Filii Dei, qui sputo et terra illum a nativitate sua cæcum lumine oculorum impertivit, respice: statimque (quam multa facis mirabilia, Domine Deus meus!) et oculis corroboratis lucem percepit, et perfectum illorum usum obtinuit. Deinde palmea virga laxatam cutem percutiens, increpitis dæmonibus, confestim omni ex parte sanum exhibuit, unius orationis ope tot malis liberatum.

84. Alteri ob diutinam utriusque pedis inflammaC tionem nullus omnino eorum usus erat: credidit penes sanctum medicamen sibi superesse, quem et conspicit per somnum virga palmea se percutientem tali plaga, quæ simul et somno et dolore eum privavit: uti ipse per se Symeonem adiens, idem beneficii et miraculi nuntius, testatus est. Mulier quædam Juliana appellata, ob totius corporis infirmitatem impotens quæ se alicui rei applicaret, ad sanctum confugit, lacrymis sibi sanitatem comparatura. Quam ubi ille vidit, ubertim flentem miseratus, virga palmea ferit: et mulier convalescit illico, nec ullo deinceps usque ad senium morbo tentata fuit. Erat huic soror, quæ et ipsa uberibus pedibusque affectis vehementi cruciabatur dolore: adducit igitur hanc quoque ad eumdem medicum; D qui impresso crucis signo laboranti succurrit, cruciatum tollit, vulneribus medetur.

85. Hæc rursus filiolam habebat forma non invenusta, quam tanta membrorum perturbatio ac paralysis occupaverat, ut et deliquium animi pateretur sæpe, et a statu mentis miserandum in modum dejiceretur. Causa paralyticæ infirmitatis difficilis dæmon erat, qui puellam incesserat: atque iterum dæmonis sævientis causa peccatum matris, in punitionem nequitiæ paralysim proli afferens. Sublatam itaque puellam mater ac matertera, sarcinam miserabilem, sarcinam lacrymas etiam inanimatis elicientem, ad sancti pedes projiciunt:

Digitized by Google

quod cum ille non ignoraret, illud præsertim operam dare semper solitus, ut ad se accedentes cum incolumitate corporis, etiam animam, si qua forte eam labes inficeret, per confessionem lustrarent, quatenus tum corpore tum anima, imo hac potius quam illo, curati reverterentur. Dum igitur in gesta atque cogitata illarum inquirit, ut duplex beneficium, sicuti diximus, corporis ac animæ pariter curatorum impertiretur, peritissimus ille non solum investigandi spiritualium morborum causas, sed medelam quoque afferendi paratissimus; pudor atque timor illas incessit, precatæque sunt, terra sibi prius dehisceret, quam vitæ tam angelicæ viro, in carne carnis experti, ac pene spirituali scelus suum revelarent.

86. Dum ita secum illæ luctantur, metu plenæ, accidit matrem Symeonis Martham, mulierem vere sanctam, more suo illuc accedere : apparuit autem illa anxie hærentibus, uti lumen in nocte caliginosa, mulier mulieribus, sexus similitudine sibi conjunctis; quæ ad pedes illius se quam poterant citissime abjicientes, eosdemque cum lacrymis calentibus amplectentes, miserum infelicis puellæ statum exponunt, peccatum suum enuntiant, causam cur sancto illud explicare nequeant proponunt. Martha porro non solum feminarum, sed et matrum sanctissima, infirmitatem muliebrem nequaquam aspernata, neque sexus communis oblita; quin potius vehementi illarum dolore ac ploratu commota, et se ipsam quoque matrem esse, uterumque gestasse ex commiseratione erga illas ostendens, elevatas e terra cum sarcina paralyticæ puellæ ad filium suum adduxit : Præsta, inquiens, fili, hanc non parvam matri gratiam, et si quid peccatum sit, condonans, invoces Dominum Jesum Christum, extensa more consueto dextera signes in virtute Domini puellam. Vides quam misere atque acerbe torqueatur; signa illam cruce, et sanitas omnimoda consequetur; sine, hanc gratiam ego mulier mulieribus hisce, et mater huic matri, gravissimo dolore cordis (quantum mihi colligere datur) æstuanti, a te exorem. Ad istas matris filii amantis preces filius matris amans, nihil rénuens, adjutricem confestim manum accommodat, signatamque invocato Christi nomine puellam, salvam atque valentem non minus mente quam corpore feminis reddit; matremque non solum fecit super prole lætantem, sed suam quoque multam ex eo honoratam, quod ipsa ideo quod mater esset, matri incolumem filiam obtinuisset.

87. Virgo quædam tenera, duplici affecta malo, acerbo dæmone, et pedis dolore, videt per quietem sanctum, vestem lucidam aut lucem potius ipsam indutum, gladiolum manu præferentem, eumque velut pedi ejus infigere conantem. Adit ergo hunc, in somniis nixa, confisaque quod ab illo sanitas sibi esset conferenda. Cumque invocasset sanctus Christi nomen, virginemque crucis signaculo tertium

A ὅπερ ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων οὐκ ἀγνοήσας, ἄλλως τε δὲ κἀκεῖνο διὰ παντὸς ἔργον πεποιημένος, τὸ τοὺς αὐτῷ προσιόντας, μετὰ τῆς κατὰ σῶμα θεραπείας, εἴτι καὶ ψυχῆς αἶσγος, καὶ τοῦτο δι' ἐξομολογήσεως ἀποτίθεσθαι, ὡς ἀμφότερα σῶμά τε καὶ ψυχὴν ὑγιαίνοντας, ἢ ψυχὴν πρὸ τοῦ σώματος μᾶλλον, οὕτως ἐπανιέναι. Ὡς οὖν πράξεις αὐτῶν καὶ λογισμοὺς ἀνηρεύνα, ἵνα καὶ διπλῆς, καθάπερ ἔφημεν, οὐ σώματι μόνον, ἀλλὰ καὶ πνεύματι, μεταδῷ τῆς ὑγείας, οἷος ἐκεῖνος, οὐκ ἀνιχνεῦσαι μόνον αἰτίαν ψυχικῶν πάθους παντὸς ἐμπειρότατος, ἀλλὰ καὶ θεραπείαν εὐθὺς ἐπαγαγεῖν ἕτοιμότατος, αἰδὼς ἐκείνας εἶχε καὶ δίος, καὶ διαστῆναι πρότερον αὐταῖς τὴν γῆν ηὔχοντο, ἢ τῷ οὕτως ἀγγελικῷ τὸν βίον, καὶ ἀσάρκῳ μικροῦ καὶ ἀΰλῳ, τὸ μῦσος ἀνακαλύψαι.

B πς'. Ὡς οὖν ἀγωνίας ἦσαν οὕτω καὶ δέους μεσταί, συνέδη τὴν οἰκείαν αὐτῷ μητέρα, τὴν θείαν ὡς ἀληθῶς Μάρθαν, ὡς ἔθος, παραβαλεῖν· ἥτις φῶς ὥσπερ αὐταῖς ὑπὸ νύκτα πολλὴν ὤφθη, γυνὴ γυναιξί, τὰ συγγενὲς ἐχούσαις ἀπὸ τῆς φύσεως, καὶ πρὸ τῶν ἐκείνης ποδῶν ἑαυτὰς ὡς εἶχον βαλοῦσαι, καὶ μετὰ θερμῶν αὐτῶν δακρύων λαβόμεναι, τά τε περὶ τῆς παιδὸς διεξίασι, καὶ τὸ ἁμάρτημα εὐθὺς ἐξαγγέλλουσιν, ἔτι καὶ τὴν αἰτίαν προσθεῖσαι, δι' ἣν τὰ πρὸς τὸν Ἅγιον ἀνεξαγόρευτα ταύταις. Ἡ μέντοι ὁσιωτάτη γυναικῶν, ἀλλὰ καὶ μητέρων ἐκείνη, γυναικείας οὐδαμῶς ἀσθενείας ὑπεριδοῦσα, οὐδὲ τὸ συγγενὲς ἀγνοήσασα· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ σφόδρα τοῖς αὐτῶν πάθεσι καὶ θρήνοις C ἐπικλασθεῖσα, τό τε καὶ αὐτὴ μήτηρ εἶναι μητρικῶν τε πειραθῆναι σπλάγχνων, ἀπὸ τῆς συμπαθείας τῆς περὶ αὐτὰς δείξασα, τοῦ ἐδάφους αὐτὰς ἀναστήσασα, καὶ παρὰ τὸν υἱὸν σὺν τῷ φόρτῳ τοῦ παρειμένου θυγατρίου εἰσαγαγοῦσα· Δὸς ταύτην, ἔφη, μητρὶ, τέκνον, οὐ μικρὰν χάριν, καὶ πᾶν εἴ τι τυχὸν ἁμάρτημα συγχωρήσας, τὸν οἰκεῖον δεσπότην Χριστὸν ἐπικάλεσαι, καὶ ὡς σύνηθες ἐκτείνας τὴν δεξιάν, σφράγισον ἐπὶ τῇ αὐτοῦ δυνάμει τὴν παῖδα· ὁρᾷς ὅπως ἀθλίως καὶ χωλεπῶς πάσχουσαν, τῇ παρὰ σοῦ δὲ σφραγῖδι ἕψεται πάντως καὶ θεραπεία, ἵνα γυνὴ γυναιξὶν, ἀλλὰ καὶ μήτηρ μητρὶ χαρίσωμαι, δεινῶς (ὅσα ἐμὲ εἰδέναι) τὴν καρδίαν πυρπολουμένῃ. Πρὸς τοιαύτας τοίνυν φιλόπαιδος μητρὸς ἀξιώσεις υἱὸς φιλομήτωρ οὐκ ἀνανεύσας, ἀλλὰ δοὺς ὑπουργὸν D αὐταῖς εὐθέως τὴν δεξιὰν, καὶ τὴν παῖδα τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπικλήσει σφραγίσας, ὑγιᾶ ταύτην, οὐ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ φρένας, αὐταῖς ἀποδίδωσιν, οὐ μητέρα μόνον ἐπὶ τέκνῳ δείξας εὐφραινομένην, ἀλλὰ πολλῷ καὶ τὴν ἑαυτοῦ μητέρα μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ σεμνυνομένην, ὅτι τῷ μήτηρ αὐτὴ γενέσθαι, μητρὶ σωτηρίαν παιδὸς χαρίζεται.

πζ'. Κόρη τις παρθένος διχῇ πέπληκτο, χαλεπῷ δαίμονι καὶ πάθει ποδός· ὁρᾷ τοιγαροῦν τὸν Ἅγιον ὄναρ, ἔνδυμα φῶς αὐτόχρημα περικείμενον, ξιφίδιόν τε διὰ χειρὸς ἔχοντα, καὶ τὸ μὲν τῷ ποδὶ καθάπερ ἐπάγειν μέλλοντα. Πρόσεισι τοίνυν, οἷς κατὰ τοὺς ὕπνους ἴδοι πιστεύουσα, ὅτι παρ' αὐτοῦ καὶ τὴν ἴασιν κομιεῖται. Ὁ δὲ τὸ τοῦ Χριστοῦ καλέσας ὄνομα, τῷ τε τοῦ σταυροῦ τύπῳ τρίτον αὐτὴν διασφραγίσας, οὐ

Digitized by Google

τὸν δαίμονα μόνον ἐκβάλλει δεινῶς ἐλαυνόμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ πάθος αὐτῆ τοῦ ποδὸς θεραπεύει. Γυνή τις οὕτω χαλεπῶς ἐμεμήνει, ὡς καὶ καθ' ὕδατος αὐτὴν ὑπὸ τοῦ δαίμονος πολλάκις κατενεχθεῖσαν παρὰ βραχὺ κινδύνου γενέσθαι· αὕτη συνεχῶς ὁρᾷν ἐδόκει τὸν Συμεών, ὄψιν ἐκείνου καὶ στάσιν φανταζομένη· καίτοι μηδέποτε τῷ Ἁγίῳ παραβαλοῦσα. Ἔγνω τοιγαροῦν καὶ ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, οὗ τὰς τῶν χαρακτήρων καὶ τοῦ ἤθους αὐγὰς ὁ νοῦς ἐφαντάζετο· ἐπεὶ δὲ παρ' αὐτὸν ἦλθοι καὶ αὐτῷ ἀτενίσοι, οὐκ ἐνεγκὸν τὸ δαιμόνιον τὴν τοῦ ἀνδρὸς παρουσίαν. ἔξεισι δεινῶς ὀλολύζον, νήφουσαν αὐτὴν ἀπολελοιπός. Εἶτα πρόσεισί τις αὐτῷ καὶ ἄλλη δαιμονίῳ πνεύματι κάτοχος, καὶ τὸ μὲν εὐθὺς ἐπιτιμηθὲν ἀπελαύνεται.

A munivisset, non solum dæmonem graviter exagitatum exterminavit, sed pedis quoque dolorem curavit. Mulier quædam tam graviter furebat, ut non raro in aquas deturbaretur a dæmone satis cum periculo; videbatur hæc sibi nunquam non spectare Symeonem, ejus vultum ac stationem identidem sibi imaginans, tametsi nunquam illum adivisset. Censuit igitur oculis sibi intuendum esse, cujus lineamenta atque mores tam clare splendideque sibi mens repræsentaret: posteaquam vero pervenisset ad sanctum, fuissetque intuita; dæmon, viri præsentiam non ferens, exiit cum horrido ejulatu, muliere integra relicta. Deinde et alia quædam dæmonio subjecta ad sanctum venit, et ipsum continuo increpitum excessit.

πη'. Ἐξῆς δὲ προσάγεταί τις ὑπὸ τοῦ τεκόντος δαιμονῶσα νεᾶνις, καὶ τὴν γλῶσσαν οἰκτιστα διαμασσωμένη, οὐχ ἧττον τοῖς ἑαυτῆς πάθεσιν, ἢ τοῖς τοῦ πατρὸς ἄνθραξιν, οἷς ἐπ' αὐτῇ τὰ σπλάγχνα ἐπίμπρατο, ἔλεον αὐτῆς τῷ Συμεὼν ἐμποιοῦσα, οὗ καὶ τῷ δαίμονι ταύτης ἐξελθεῖν παραγγείλαντος, ὑγιαίνουσα φωνὴν ἅμα καὶ γλῶτταν εὐθὺς ἡ νεᾶνις ἦν, τῷ τε πατρὶ δακρύων ἡδονῆς μᾶλλον ἀντὶ τῆς πρώην ὀδύνης, καὶ μεγίστης εἰς Θεὸν ἐξομολογήσεως ἀφορμή. Ὥσπερ δὲ πολλαὶ γυναικῶν εὐχαῖς ἐκείνου πνευμάτων πονηρῶν ἀπηλλάγησαν, οὕτω πολλαὶ πάλιν ἐκείνου διδασκαλίαις πνεῦμα θεῖον ὠδίνασαι, καὶ μνηστῆρσι κατὰ Θέκλαν τὴν μαρτυρίου τρίβον γυναιξὶ τεμοῦσαν ἀποταξάμεναι, καὶ γάμων ὑπεριδοῦσαι, παρθένους ἁγνάς σοι τετηρήκασιν ἑαυτὰς, ἀθάνατε νυμφίε Χριστὲ, σῷ τε νυμφευθεῖσαι κάλλει, καὶ σὴν ἀγαπήσασαι ὡραιότητα. Ἀλλ' ἡμῖν καὶ αὖθις ἐχέσθω τῆς ἀκολουθίας ὁ λόγος.

B 88. Post hæc adducitur a patre juvenis quædam dæmoniaca, quæ linguam sibi miserrime mandendo comminuens, non minus suo ipsius cruciatu quam patris cujus ex compassione viscera adurebantur, ad miserendum sui Symeonem commovebat: quo dæmoni egressum imperante, sanata puella vocis linguæque usum mox expeditum habuit; pater vero lacrymas, non jam doloris, ut ante, sed voluptatis indices, fundendi et magnalia Dei confitendi occasionem. Quemadmodum autem frequentes illius precibus nequissimo spiritu liberatæ sunt mulieres: ita vicissim ejusdem doctrina atque institutione frequentes, sanctiore spiritu concepto, sponsis suis exemplo Theclæ, feminis imitanda martyrii via prægressæ, nuntium remiserunt, nuptias spreverunt, virgines sese castas tibi, Christe immortalis sponse, conservaverunt; tuæ pulchritudini desponsatæ, tuam dignitatem amoribus prosecutæ. Sed eo revertatur oratio, unde digressa est.

πθ'. Προσῆλθέ τις τῷ θείῳ Συμεὼν, οὕτω κακῶς ὑπὸ δαίμονος πάσχων, ὡς μὴ πλευρὰς ἀμφοτέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ σῶμα ὅλον ὑπ' αὐτοῦ συντετρίφθαι. Οἷα γοῦν τὰ τῆς ἀπορρήτου Θεοῦ σοφίας, ὅτ' ἄν τινι παραδόξως ἐπινεύσῃ τὴν σωτηρίαν! Ἐδόκει τῷ πάσχοντι τὸν Ἅγιον ὅσα καὶ ἰατρὸν ὁρᾷν, ἐφ' ἑκατέρας αὐτοῦ πλευρᾶς τε καὶ χεῖρας οἱονεί τινι φλεβοτόμῳ χρώμενον· καί τινος ὕλης ἐκεῖθεν μοχθηρᾶς κενουμένης, συνεκεκένωτο καὶ ὁ δαίμων ἐπιτιμήσει τοῦ Συμεών. Ἀπαθής τε κακῶν ὁ πάσχων εἱστήκει, χείλεσιν ἀγαλλιάσεως ᾠδὴν τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν. Εἶτα προσάγεταί τις αὐτῷ παράλυτος, ὅλος διῳδηκὼς τρίτον ἤδη χρόνον, μηδὲ τῆς κλίνης διαναστὰς, ἀλλὰ καὶ ταύτης ἀκινητότερος μένων, καὶ παραπλησίως τῷ προτέρῳ καὶ οὗτος ἀπολαύει τῆς θεραπείας. Ἐξῆς δὲ προσελθὼν αὐτῷ τὴν χεῖρα πηρὸς, ὁ μὲν θεραπεύεται αὐτίκα καὶ οὗτος τυγχάνει. Τῶν δὲ παρόντων, οἷα εἰκὸς, πρὸς τὰ παράδοξα ταυτὶ καταπεπληγμένων, οἱ μὲν θείαν ἐν αὐτῷ δύναμιν ἄνωθεν (ὅπερ ἦν) ἔλεγον εἶναι, τοῖς δὲ καὶ σκανδαλίζεσθαι καὶ τῆς ἐν αὐτῷ χάριτος μᾶλλον καταλαλεῖν ἐπῆει. Ὅπερ τὸν θεῖον Συμεὼν ἐπιγνόντα· Ἐγὼ μὲν ἄνθρωπός εἰμι, φάναι, ἁμαρτωλὸς, δοῦλος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ καὶ σταυρῷ δι' ἡμᾶς ὁμιλῆσαι φιλανθρώπως ἀνασχομένου, οὗ τῷ τε ὀνόματι καὶ τῇ δυνάμει ταῦτα ποιῶ· ἀλλ' ἅπερ

C 89. Venit quidam ad sanctum Symeonem tam misere a dæmonio habitus, ut utroque non modo latere, sed toto quantum est corpore contusus contritusque esset. Sed, o quam inenarrabilis Dei sapientia, cuidam nec opinanti restituere salutem volentis! videre sibi miser visus est sanctum per omnia medico similem, utrique lateri manuique velut scapellum secandæ venæ gratia admoventem; cumque extraheret quamdam inde vitiatam materiam, expulit simul et dæmonem D increpatione sua; stetitque dæmoniacus doloris expers, recuperatam sanitatem cum exsultatione ac cantu celebrans. Rursum adducitur paralyticus, qui totus intumuerat, et tres jam annos lecto affixus, inde non surrexerat: consecutusque sanitatem est simili, ac prior modo. Deinde et alius manu mutilus accedens similiter sanatus est. Obstupescentibus autem, ut pronum est fieri, quotquot aderant tanta miracula spectantes: alii dicebant, supernam in illo virtutem (ut erat) residere; alii hinc scandalizabantur, et divinæ quæ ipsi assistebat gratiæ maiebant detrahere. Diversa autem utrorumque sensa cognoscens Symeon, Ego, inquit, homo peccator sum, servus Filii Dei, ignominiam ac mortem crucis propter nos benigne passi. Illius ego nomine ac

Digitized by Google

virtute hæc patro. Sed quæ vos in corde de me perperam cogitastis, propitius vobis ignoscat Deus; adversus ipsum enim aperuistis os vestrum, non adversum me; Altissimo injuriam irrogastis in iniquitate vestra cogitationibus et verbis. Ex hisce vero sancti dictis tantum emolumenti ceperunt fideles, quanto infideles pudore suffusi sunt.

90. Pagus erat, Severa dictus, ubi in præcipiti præruptoque juxta viam loco pinus excreverat : accidit aliquando ut pagi incolæ nonnulli sub arboris umbra considerent, atque unus e numero, nomine Jacobus, illam cupidine fructuum carpendorum conscenderet. Quod dum agit, conspicit duos dæmones ad se properantes, arreptumque pedibus in subjectum præcipitium jactantes, cujus simul et arboris altitudo septuaginta fere pedum erat. Dum igitur in extremum capitis discrimen se ferri sentit, nec saluti desperatæ aliter succurri posset, quam potest clarissima voce promptam semper opem, inexpugnabilem virtutem, non imminutam gratiam, famulum Dei Symeonem inclamat. Ecce autem inclamatus ille supponit labenti manus, iisque supinis illum excipit, et erectum humi deponit. Deinde rursum videt terram ita diduci ut ipsa detegerentur fundamenta; videt et sanctum cippis dæmones includentem et in abyssum ablegantem; ac denuo terram, ut initio fuerat, coeuntem. Quo tempore, tantis miraculis atque ostentis præventus fuit Jacobus, eodem Symeon, quæ circa ipsum divina virtute contigerant, fratribus suis retulit. Nondum autem sermoni finem imposuerat, cum vicini quidam Jacobi, gaudio atque admiratione pleni accurrunt, accepti beneficii gratiam confitentes, et quæ facta erant palam annuntiantes.

91. Leprosus quidam accessit sancto, et, ne quis amentiæ nos arguat, iisdem, quibus olim leprosus ille ad Christum, ad hunc verbis usus est dicens : Si vis, potes me mundare [16]. Et sanctus pari cum fervore ac fide, quam in illo præcipue respexerat, fretus Domino, qui omnia credenti possibilia esse enuntiavit : Volo, inquit, te mundari : verum fac domum abeas, et benignus Deus, qui nostra causa e cruce suspendi dignatus est, ipse per immensam bonitatem tuam te inviset. Dictis fidem adhibens leprosus, domum redit, atque illa nocte (quæ lingua misericordiam tuam annuntiet, Domine Deus, rex noster?) conspicit juvenem quemdam specie fulgenti, dicentem : Ut credidisti, fiat tibi. Quæ verba somnum excusserunt homini, et cum somno lepram; et totus mundatus fuit, præco potentiæ divinæ re potius quam verbis factus. Cumque quod retribueret non haberet, gratitudinem animi exhibuit; acceptoque nummo aureo, recurrit ad sanctum; non, ut prius, sanie diffluens ac lepra contabescens, sed reviviscenti reflorescentique

[16] Matth. VIII, 2.

ὑμῖν εἰς καρδίαν περὶ ἐμοῦ, πλεως ὑμῖν εἴη Θεός· εἰς ἐκεῖνον γὰρ ἔθεσθε τὸ στόμα ὑμῶν καὶ οὐκ εἰς ἐμὲ, ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐν πονηρίᾳ διανοηθέντες τε καὶ λαλήσαντες. Ταῦτα παρὰ τοῦ ἁγίου λεγόμενα, τοσαύτης τὰς τῶν πιστῶν ψυχὰς ὠφελείας ἐπλήρου, ὅση τὰς τῶν ἀπίστων ὄψεις ἐκάλυπτεν ἐντροπή.

ιγ'. Κώμη τις ἦν καλουμένη Σευήρα, στρόβιλος δὲ κατ' αὐτὴν ἐπί τινος χρημνοῦ μεγάλου καὶ ἀπορρώγος τῇ ὁδῷ παρεπεφύκει. Ἔτυχε μὲν οὖν καθῆσθαί ποτε τῶν ἐκ τῆς κώμης τινὰς ὑπὸ τῇ τοῦ δένδρου σκιᾷ· ἕνα δὲ τούτων Ἰάκωβον ὄνομα, ἐπιθυμίᾳ τῶν ἐκ τοῦ δένδρου καρπῶν, ἐπ' αὐτὸ ἀναβῆναι. Ὁρᾷ τοίνυν δύο δαίμονας ἐπ' αὐτὸν ἐλθόντας ὁ Ἰάκωβος οὗτος, τῶν τε ποδῶν λαβομένους, καὶ τοῦτον κατὰ τοῦ χρημνοῦ ῥίψαντας. Τὸ μὲν οὖν τοῦ δένδρου καὶ τοῦ χρημνοῦ ὕψος περὶ τοὺς ἑβδομήκοντα πόδας ἦν· ὁ δὲ εἰς ἔσχατον κινδύνου φερόμενον ὁρῶν ἑαυτὸν, καὶ μηδ' ὁτιοῦν ἐν οὕτως ἀμηχάνῳ κακῷ δρᾶσαι δυνάμενος, φωνῇ ὡς εἶχε μεγάλῃ, τὴν ἑτοίμην βοήθειαν, τὴν ἄμαχον δύναμιν, τὴν οὐ βραδύνουσαν χάριν, τὸν τοῦ Θεοῦ θεράποντα Συμεὼν ἐπεκαλεῖτο. Καὶ ἰδοὺ, χεῖρας ὑπέχων ἐκεῖνος, καὶ ταύταις αὐτὸν ὑπτίαις δεξάμενος, καὶ ὀρθιον στήσας. Εἶτα πάλιν ὁρᾷ τὴν γῆν οὕτω διασχοῦσαν, ὡς ἀνακαλυφθῆναι καὶ τὰ θεμέλια ταύτης, κλοιά τε τὸν Ἅγιον τοῖς δαίμοσι περιθέντα, κατὰ τῆς ἀβύσσου τε αὐτοὺς ἀφέντα, καὶ τὴν γῆν αὖθις ὡς τὸ ἀπαρχῆς συνελθοῦσαν. Ὁ μὲν οὖν Ἰάκωβος τοιούτων ἠξίωτο θαυμάτων ἅμα καὶ θεαμάτων· ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ ὁ Συμεὼν τὰ εἰς ἐκεῖνον θεῖα δυνάμει γενόμενα πρὸς τὴν ἀδελφότητα διεξῄει. Οὔπω τέλος αὐτῷ εἶχεν ὁ λόγος, καὶ ἀφικνοῦνταί τινες τῶν πλησιοχώρων αὐτῷ Ἰακώβῳ, θαύματος μεστοὶ τὰς ψυχὰς, χάριτάς τε τοσαύτης εὐεργεσίας ὁμολογοῦντες, καὶ σαφεῖς τῶν γεγενημένων ἄγγελοι.

ιδ'. Προσῆλθέ τις τῷ Ἁγίῳ λεπρὸς, καὶ (μή τις ἡμᾶς ἐπιτιμάτω τῆς ἀπονοίας) ὡς ποτε καὶ τῷ Ἰησοῦ τὰ αὐτά τε φθεγγόμενος ἐκείνῳ, Ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι, καὶ μετὰ τῆς ἴσης θέρμης καὶ πίστεως. Πρὸς ὃν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος ἰδὼν, τῷ τε οἰκείῳ Δεσπότῃ, δυνατὰ τῷ πιστεύοντι πάντα εἰπόντι, θαῤῥήσας, Θέλω, φησὶ, καθαρισθῆναί σε, ἀλλ' ὕπαγε σοι λοιπὸν οἴκαδε ἀπελθεῖν, καὶ ὁ ἀγαθὸς Θεός μου, ὁ καὶ σταυρῷ κρεμασθῆναι δι' ἡμᾶς οὐκ ἀπαξιώσας, αὐτός σε τῇ μεγάλῃ ἐπισκοπῇ τῆς οἰκείας χρηστότητος ἐπισκέψεται. Τούτοις ὁ λεπρὸς πιστεύσας, ἐπάνεισιν εἰς τὸν οἶκον· καὶ τῆς νυκτὸς ἐκείνης (ποῖα γλῶσσα, Χριστὲ βασιλεῦ, ἐξαγγελεῖ τὰ ἐλέη σου;) ὁρᾷ λαμπρόν τινα νεανίαν τὸ εἶδος, εἰπόντα αὐτῷ, Ὡς ἐπίστευσας, γενηθήτω σοι. Καὶ τὸ ῥῆμα τὸν λεπρὸν διϋπνίζει, καὶ τῷ ὕπνῳ συναπῆλθεν ἡ λέπρα· καὶ καθαρὸς ὅλος ἦν, πράγμασι μᾶλλον ἢ ῥήμασι κηρύττων τὰς τοῦ Θεοῦ δυναστείας. Ἀντίδοσιν τοίνυν ἀγαθοῦ τοσοῦδε μὴ ἔχων, ὅμως τῆς ψυχῆς δεικνὺς τὴν εὐγνωμοσύνην, χρυσίον λαβὼν, φοιτᾷ παρὰ τὸν Ἅγιον αὖθις, οὐχ ὡς πρώην ἰχῶρι

Digitized by Google

ζέων καὶ λέπρᾳ κατεσκληκώς, ἀλλ' οἷον ἀναβεβιωκὼς ἄρτι καὶ ἀναθήλας, ὅπως τῆς παραδόξου ταύτης ἰάσεως τύχοι, σαφῶς ἐξηγούμενος. Ὁ δὲ τὸ μὲν χρυσίον κατὰ τὸ σύνηθες οὐ προσήκατο, ἀλλ' ἀντιμισθίαν ἱκανὴν αὐτῷ πρὸς Θεὸν διηνεκῆ παραγγέλλει μᾶλλον εὐχαριστίαν. Ἰουλιανὸς δὲ τῶν μαθητῶν εἷς, νοῦν ἔσχεν ἀπὸ τοῦ χρυσίου λαβεῖν· ὅπερ τὸν θεῖον Συμεὼν τοῖς ἔνδον ὀφθαλμοῖς οὐ διαλαθόν· Εἰ βούλει, πρὸς τὸν μαθητὴν ἔφη, μετὰ τοῦ χρυσίου καὶ τὴν λέπραν ἀναλαβεῖν, ὡς Γιεζὴ τοῦ Ναιεμὰν ἐκεῖνος, καὶ τρόπον ἕτερον αὐτὴν ἐξωνήσασθαι, λαβὼν μᾶλλον ἢ δεδωκώς; Τούτων ἀκούσαντα τὸν μαθητὴν οὐκ ἀποσχέσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ συγγνώμην εὐθὺς αἰτῆσαι τοῦ ἐνθυμήματος καὶ λαβεῖν.

A similis, quomodo nec speratam quidem adeptus sanationem esset manifeste ac palam divulgans. Sanctus vero aurum more suo non admisit, sed pro remuneratione digna perpetuas Deo gratias persolvere injunxit. Julianus porro unus discipulorum, induxit in animum accipere aurum: quod ut internos Symeonis oculos non latuit, ait discipulo: Visne cum auro simul et lepram accipere, ut Giezi ille lepram Naami, et alio modo illam redimere, dans potius quam accipiens? His auditis non modo abstinuit discipulus ille, sed veniam quoque concupiscentiæ suæ illico petiit, et accepit.

CAPUT XII.

Monasterium monitus a Deo exstruit: aquam impetrat ac diutissime conservat.

ιβ'. Τὸ μέντοι ὄρος, ἐν ᾧ τὴν ἀγωγὴν ὁ Συμεὼν ἐποιεῖτο, ἔρημος ἦν ἀτεχνῶς, οὐχ ὕδατος, οὐκ ἄλλου πρὸς τὰ ἀναγκαῖά τινος εὐπορούμενον, ὅτι μὴ καλύβης, καὶ ταύτης μιᾶς, ἣν οἱ μαθηταὶ μετρίαν ἑαυτοῖς ἐπήξαντο σκέπην· αὐτὸς γὰρ ἐπὶ τῆς πέτρας, ὡς ἐμνήσθημεν, ἐν ὑπαίθρῳ εἱστήκει, δερματίνην μηλωτὴν περικείμενος. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ πανταχόθεν συνέῤῥει πρὸς αὐτὸν ἑκάστοτε πλήθη, οὐ πνεύμασι πονηροῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ παντοδαποῖς σώματος πάθεσι καὶ νόσοις κατειλημμένων (ἐπίεζε δὲ αὐτοὺς ἥ τε ἄφιλος ἐρημία, καὶ ἡ τῶν ἀναγκαίων ἔνδεια, καὶ τὸ ἐσχάτως ἄνυδρόν τε καὶ ἄστεγον), ὁ κοινὸς καὶ φιλάνθρωπος ἁπάντων Ποιητὴς καὶ Πατὴρ καὶ Δεσπότης, ὁ τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ τῇ μεγάλῃ, καὶ τῷ βραχίονι αὐτοῦ τῷ ὑψηλῷ πάντα ποιῶν, ὁ μέγας τῇ βουλῇ καὶ δυνατὸς τοῖς ἔργοις, ὁ εἰδὼς ὧν χρείαν ἔχομεν, καὶ ἀφ' οὗ ἀποκρυβήσεται οὐδὲν, οὗτος καὶ νῦν τῷ Συμεὼν παραδόξως ὀφθείς· Οὐχ ὁρᾷς τὴν ὀλιγόψυχον ταύτην γενεὰν, ἔφη, ὅπως ἀδύνατος αὐτοῖς ἡ ἐνταῦθα διατριβὴ, μὴ προσόντων τῶν κατὰ χρείαν; Ἀλλὰ παρ' ἐμοῦ ταῦτα καὶ αὐτοὶ κομιοῦνται, καὶ σὺ πραγμάτων διαμενεῖς ἐλεύθερος.

B 92. Cæterum mons in quo Symeon degebat, locus erat desertus incultusque, non ab aqua, tecto, aliave re ad vitam necessaria instructus; tuguriolum, idque unicum, habebat, quod discipuli sibi refugium non amplum coagmentaverant: Symeon quippe, ut supra meminimus, in petra sua sub dio stans perennabat, pelliceæ melotæ involutus. Postea vero cum omni ex parte frequens turba quotidie ad ipsum confluueret hominum, tum a malignis spiritibus, tum ab omnis generis morbis ac doloribus, correptorum, miserosque illos excipere tam inamabilis eremus, rerum necessariarum penuria, defectus aquæ ac domicilii; communis ac benevolus omnium Creator, Pater atque Dominus, qui potentia sua immensa et brachio sublimi moderatur universa, magnus ille consilio et potens opere, qui non ignorat, quibus nos homunculi indigeamus, quique nihil ignorare potest; ille ipse hic quoque Symeoni apparens: Nonne vides, inquit, quam pendeat animis hæc turba? quam ægre hic morari possint, deficientibus omnibus, quæ ad vitæ usum faciunt? Verum isthæc jam a me ipsis suppeditabuntur; et tu deses permanens manum operi non admovebis.

ιγ'. Τούτων ἀκούσας μακαρίας ἀκοῆς ἐκείνης ὁ Συμεὼν, ὁρᾷ οἱονεί τι μέτρον κατέχοντα χερσὶν Ἄγγελον, καὶ τὰ τοῦ μοναστηρίου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ σεβασμίων ναῶν διαχαράττοντα ἴχνη, νεφέλην τε φωτὸς ὅλον τὸ θαυμαστὸν καλύψασαν ὄρος, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα ἐν ὁμοιώματι χειρὸς τὰ ὑπὸ τῇ νεφέλῃ δεικνύον· καὶ ὅτι Ταῦτα ἔσται σοι πάντα, λέγον αὐτῷ, εἰς ὑπουργίαν τῶν τῇδε οἰκεῖν τε καὶ ἐπιξενοῦσθαι μελλόντων. Μεγαλυνῶ γὰρ ἐπὶ ἔθνη καὶ βασιλεῖς καὶ μεγιστᾶνας τὸ ὄνομά σου, καί σου τούτων πολλοὶ δεηθήσονται· εἶτα καὶ πολλὰ πλήθη διαφόρων ἐθνῶν αὐτῷ ὑπεδείκνυ, πανταχόθεν εἰς αὐτὸν συνιόντα. Τούτοις πληροφορηθεὶς τὴν καρδίαν ὁ Συμεὼν, εὐδοκίαν εἶναι Θεοῦ συστῆναι περὶ αὐτὸν μοναστήριον, καὶ ἱκανῶς ἐπὶ πᾶσιν εὐχαριστήσας, ἐπέτρεψε τοῖς μαθηταῖς πάλιν οὗτος κατὰ τὸν ὑποδειχθέντα τόπον τοῦτο διαχαράξαι.

93. Beata illa voce dignatus Symeon, conspicatur quasi angelum mensuræ quiddam manibus tenere, et monasterii augustorumque templorum i co struendorum delineare vestigia; conspicatur quoque nubem lucidam, quæ montem totum mirabilem tegebat, necnon Spiritum Dei in forma manus, ea quæ sub nube erant ostendentem, dicentemque: Hæc omnia tibi erunt in subsidium illorum, qui commoraturi hic aut hospitaturi sunt; magnificabo quippe nomen tuum apud gentes et reges et optimates; et multi horum supplicabunt tibi. Post hæc diversorum populorum multitudinem ingentem monstrabat, undique ad ipsum properantem. Hisce omnino persuasus Symeon, placitum Deo esse, ut monasterium circa ipsum construeretur: maximis illi gratiis persolutis, commisit discipulis curam illius juxta ostensam formam designandi; juxta quam et positum est.

ιδ'. Καὶ τὸ μὲν κατὰ τὴν ἐκείνῳ φανεῖσαν ὄψιν

94. Deus interea, qui se Symeoni revelaverat

Digitized by Google

et mensuram formamque habitaculi per angelum præscripserat, promissis suis effectum deesse non sivit: sed suscitat ex Assyriis aliisque gentibus homines infinitos, qui dæmoniacos atque aliter infirmos complures ad sanctum deferebant, a quo per signum crucis ac preces curabantur : illi vero nihil quidquam penes se habentes, quod retribuerent (quæ enim pro tali beneficio sufficiens retributio ?) nihilominus gratitudinis opera exhibentes, aptandis lapidibus structuræque promovendæ una manum admovebant, fixum sibi temporis intervallum definientes, sumptusque ac quælibet congrua instrumenta de suo comparantes : neque putantes tantum rependere, quantum ex benedictione accipiebant. Porro duobus tribusve diebus quam tempus illis præfinitum exspirasset; alii rursum plures aderant, infirmos similiter portantes : qui pari modo sanitate a sancto donati, parem manuum suarum operam ædificio dabant : ac sic deinceps alii atque alii semper affluebant, fama jam ubique dilata. Et hac ratione opus perficiebatur.

ριε'. Ταύτῃ τοιγαροῦν ἀπαρτισθέντος τοῦ στύλου, περὶ τρίτην ὥραν ἡμερινὴν, ὑπὸ μυριάσιν ἀγγέλων ἐπιφανεὶς ὁ Χριστὸς, ποθεινῆς ὁμοῦ καὶ φρικτῆς ἐκείνης ἐπιφανείας, ἐν ἄρτῳ τε καὶ οἴνῳ πνευματικῶς προσκομίσας (αὐτὸς δὲ ἦν ὁ καὶ προσφέρων ἅρα καὶ προσφερόμενος) τὴν τοῦ οἰκείου θεράποντος ὑπὸ μόνοις τοῖς ἐκείνου ὀφθαλμοῖς, οἳ καὶ πρὸς τηλικαύτην ὄψιν ἠξίωντο διαβλέπειν, ἡγίασε στάσιν. Ἅπερ ἰδόντα τὸν Συμεὼν πόθῳ τε τῆς ἐπὶ τὸν στύλον ἀνόδου πόθον, καὶ σπουδῇ σπουδὴν προσλαβεῖν· καὶ τοὺς εὐδοκιμωτέρους τῶν μαθητῶν συγκαλέσαντα, τὴν θείαν αὐτοῖς ἐν πνεύματι ταπεινώσεως ἐξηγήσασθαι ὄψιν, ἀξιῶσαί τε τούτους ἑορτὴν ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἄγειν λαμπρὰν, φόβῳ θείῳ τὴν καρδίαν εὐφραινομένους, τὸ μὲν διὰ τὸ φρικτὸν τῆς ἐπιδημίας, τὸ δὲ διὰ τὸ ὑπερφυὲς τῆς χρηστότητος. Ἡ δὲ ἦν, ἡ ἐπαύριον τῆς Πεντηκοστῆς, καθ' ἣν καὶ τὴν εἰς τοὺς Χριστοῦ μαθητὰς ἑορτάζομεν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐπιδημίαν· κατ' αὐτὴν γὰρ ἐπιφανέντα τὴν ἡμέραν αὐτῷ καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν ἁγιάσαι τὴν στάσιν αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τοῦ στύλου, τὴν μυστικὴν ἐπ' αὐτοῦ θυσίαν προσαγαγόντα, οἷα συγγενές τι σκεῦος τοῖς ἀποστόλοις εὑρόντα, καὶ συγγενοῦς αὐτῷ χάριτος ἐκείνοις μεταδιδόντα. Ταύτην ὁ μὲν δέδωκεν ἐντολὴν τοῖς ἐπισημοτέροις τῶν ἀδελφῶν, ἥτις παρὰ τῇ μονῇ καὶ εἰς δεῦρο τηρεῖται.

115. Hoc modo cum illa omnibus partibus esset perfecta, circiter horam diei tertiam apparuit Christus, infinita angelorum turma stipatus; in hac tam desiderabili quam tremenda apparitione, panis ac vini spiritualem faciens oblationem (ipse autem erat qui offerebat et offerebatur) famulo suo, cujus solius oculi tali visione fruebantur, stationis futuræ locum sanctificabat. His visis Symeon desiderio conscendendi in columnam desiderium addens, et studium studio; convocatis probatæ magis vitæ fratribus divinam visionem in spiritu humilitatis enarravit; precatusque est, ut spiritu C divini timoris gaudentes, lucem illam quam festivissimam agerent; cum timore quidem propter reverentiam Dominici adventus, cum gaudio vero propter abundantiam bonitatis. Erat is dies postridie Pentecostes, qua adventum Spiritus sancti in discipulos Christi celebramus: illo namque ipso die manifestavit se ipsi Dominus, et stationem super columnam consecravit, mysticum ibidem sacrificium offerens; et quasi vas electionis apostolis simile invenisset, similem illorum gratiam etiam huic impertiens. Hæc porro fratribus spectatioris virtutis data præceptio, ad præsens usque tempus in monasterio viget (32).

ριζ'. Τῆς δ' ἐπιούσης Κυριακῆς (εἶη δ' ἂν ἡ ἑξῆς τῆς Πεντηκοστῆς), μετὰ τὰς ἑωθινὰς ᾠδὰς, τὰς μὲν τῆς μονῆς πύλας τοῖς ἔξωθεν φοιτῶσι κελεύει καθάπαξ ἀποκλεισθῆναι· αὐτὸς δὲ τοὺς ἀδελφοὺς πάντας συναγαγὼν, Θεῷ τε θυμιάσας, καὶ γόνυ κλῖναι πᾶσιν αὐτοῖς ἐπιτάξας, κεφαλὴν μετὰ τῶν γονάτων τῇ γῇ καὶ οὗτος ἐρείσας, δάκρυά τε τὰ καὶ θυμιάματος Θεῷ μᾶλλον ἡδίω καὶ εὐωδέστερα θερμῶς ἐπισπείσας, ἄχρι πολλοῦ προσηύξατο· ἐπὶ τέλει δὲ τῆς εὐχῆς τὸ Ἀμὴν αὐτῶν ἐπειπόντων, ἀναστὰς πρῶτα μὲν συγχώρησιν αὐτοῖς πάσης ἁπλῶς ἀντιλογίας, καὶ παντὸς οὕτινος οὖν ἑκουσίου ἢ ἐν ἀγνοίᾳ ἐδίδου· εἶτα παρ-

D

116. Postera Dominica, quæ erat post Pentecosten, hymnis matutinis absolutis, portas monasterii undequaque claudi peregre adventantibus jubet; coactisque discipulis omnibus, post oblatum Deo incensum, imperat ut genua curvent; ipse autem non sic tantum, sed et capite humi stratus, lacrymasque Deo gratiores atque omni incenso odoratiores ferventer libans, in multum tempus orationem protraxit. Ad hujus finem subjungentibus discipulis Amen, surrexit ille: ac primum quidem delicti cujuscunque, seu deliberate seu per ignorantiam admissi veniam ipsis dedit; deinde adhor-

(31, 32) *Colligi datur ex duobus hisce locis, scriptorem non admodum multo post vixisse.*

Digitized by Google

tatione instituta divinum inprimis mandatum inculcavit, ut diligerent inter se, Quemadmodum, inquit, ego dilexi vos. Tum hortatur, curam accuratam ut habeant professionis suæ et illorum quæ cum illa conjuncta sunt; puta, mortificare membra sua quæ sunt super terram, rerum mundanarum tractatione abstinere, in opus manuale incumbentes panem sibi comparare quotidianum, cordis sui curam cum omni vigilantia gerere; precibus, sacrarum Litterarum meditationi, divinisque hymnis nunquam non vacare; super omnia non contristare Spiritum sanctum, in quo, aiebat, signati sumus in diem redemptionis.

117. Hæc atque plura similia locutus, Deum ejusque sanctissimam Matrem, et electos angelos, eorum quæ audierant dictorum testes appellavit. Deinde pro mundo universim supplicavit; illis, qui dona spernunt quique recte faciunt, non modo peccatorum remissionem, sed et retributionem bonorum omnium precatus, ac discipulos, benedictione impertitos Deoque commendatos, dermocucullum (33), uti vulgo appellatur, jubet exuere: post hæc illorum se voluntati commisit; qui manibus partim gestientibus, partim horrore quodam tremulis apprehensum in novo collocarunt throno, sacrosanctum Evangelium pectore gestantem, cujus fructus uberes imo cordis recessu conditos habebat. Hac igitur ratione portatus, totum obivit monasterium, et cuilibet domunculæ benedictionem impertitus est, ne quidem præteriens cellam penuariam, cui divitem commeatum precabatur. Antecedebat sancta Martha, Symeonis secundum carnem mater, sed quæ eum pro patre suo spirituali habebat, plaudens atque exsultans, quod talem uteri sui fructum obtulisset; præferebat autem crucem manu, altioribus cogitatis cum animi gaudio singulari intenta. Atque hoc modo vir sanctus in Dei templum introductus, inde in sacram suam columnam reducitur, anno quidem a quo in lapide steterat decimo; ætatis vero tricesimo (34).

ἀνέσεως; ἀψάμενος, πρὸ μὲν πάντων τὴν Δεσποτικὴν ἐντολὴν ἐνετέλλετο, ὥστε ἀγαπᾷν ἀλλήλους, Καθὼς ἐγὼ, φησὶν, ἠγάπησα ὑμᾶς· ἐξῆς δὲ, καὶ τοῦ ἐπαγγέλματος, καὶ τῶν ὅσα τοῦ ἐπαγγέλματος ἔχεσθαι σπουδῇ παρηγγύα· τὰ δὲ ἦν, νεκρῶσαι μὲν αὐτοὺς τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τῆς δὲ τῶν παραξαλλόντων κοσμικῶν συντυχίας ἀπέχεσθαι, ἔργῳ χειρῶν ἐπιῶντας τὸν ἐπιούσιον πορίζεσθαι ἄρτον, φυλαττῇ πάσῃ τὴν ἑαυτῶν καρδίαν τηρεῖν, εὐχῇ καὶ Γραφῶν ἱερῶν μελέτῃ καὶ θείοις διὰ παντὸς ὕμνοις σχολάζοντας, ἐπὶ πᾶσιν μὴ λυπῆσαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Ἐν ᾧ, φησὶν, ἐσφραγίσθημεν εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως.

ριζ'. Ταῦτα καὶ πολλὰ τούτοις ὁμοίως ἔχοντα πρὸς αὐτοὺς εἰπὼν, Θεόν τε τοῖς λεχθεῖσι, τήν τε παναγίαν αὐτοῦ Μητέρα, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς ἀγγέλους, οἷα καὶ τῶν λεγομένων ἀκροατὰς ἐπιμαρτυράμενος· ἔπειτα περὶ τοῦ κόσμου κοινῇ δεηθεὶς τά τε δωρεὰν μισοῦσι τοῖς τε δράσασιν εὖ οὐκ ἀμνηστίαν μόνον ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ ἀγαθῶν μᾶλλον ἀντίδοσιν ἐπευξάμενος, εὐλογήσας τε τοὺς μαθητὰς καὶ Θεῷ παραθέμενος, ἐκδῦσαι τὸ συνήθως οὕτω λεγόμενον δερμοκούκουλον αὐτὸν ἐπιτάττει. Ἔπειτα μέντοι τούτοις ἑαυτὸν ἐπιδιδόντα, χερσὶν οὐ ποθούσαις μόνον ἀλλὰ καὶ φριττούσαις αὐτὸν δεξάμεναι, ἔν τινι καινῷ καθίζουσι θρόνῳ, τὸ θεῖον ἐπὶ τοῦ στήθους Εὐαγγέλιον φέροντα, οὗ τοὺς καρποὺς ἐν καρδίᾳ μᾶλλον εἶχε κόλποις δαψιλῶς φυομένους. Ταύτῃ τοιγαροῦν βασταζόμενος τὴν μονὴν περιῆγεν, ἕκαστον οἰκίσκον αὐτῆς εὐλογῶν· οὐχ ἥκιστα δὲ τὴν τῆς τροφῆς ἀποθήκην καὶ ἀφθονίαν αὐτῇ ἐπευχόμενος. Ἡ γοῦν ὁσία Μάρθα ἡ τούτου κατὰ σάρκα μήτηρ, ὃν κατὰ πνεῦμα πατέρα μᾶλλον αὐτὴ πεποίητο, τῷ υἱῷ καλλωπιζομένη, ὅτι τοιοῦτον καρπὸν ὠδίνων δεδώκει Θεῷ, σταυρόν τε διὰ χειρὸς λαβοῦσα, προηγεῖτο μάλα φαιδρῶς ἐν ὑψηλῷ τῷ φρονήματι. Καὶ οὕτως εἰς τὸν θεῖον ναὸν ὁ τῷ ὄντι θεῖος ἀνὴρ εἰσαχθεὶς, ἐπὶ τὸν ἱερὸν ἐκεῖθεν ἀνάγεται στύλον, ἐν ἔτει τῆς μὲν ἐπὶ τοῦ λίθου στάσεως δεκάτῳ, τῆς δὲ ἡλικίας τριακοστῷ.

CAPUT XV.

Curantur obstructa alvus, cæcitas, sterilitas, hæmorrhois, dolor dentium.

118. Quæ porro contigerunt novam denuo scribendi materiam suppeditant: talia autem tantaque sunt, ut, tametsi nihil aliud dictum fuisset, videri possint omnia miraculorum gratiæque divinæ fluenta exhausisse; adeoque non modo descriptu sed vel enumeratu perquam difficilia esse. Sistitur sancto adolescentula quædam, præter naturæ ordinem morbo tentata: non enim secessu naturali demissum in ventrem cibum, sed per matricem reddebat. Imposuit ille ventri manum, manum

ριη'. Τὰ δ' ἐντεῦθεν ἀρχὴν τῷ λόγῳ πάλιν ἑτέραν παρέχεται, τοσαῦτά τε καὶ τοιαῦτα ὄντα, οἷα καὶ εἰ μηδὲν ἕτερον εἴρητο, μηδεμίαν θαυμάτων ἢ θείας ἄνωθεν χάριτος ὑπερβολὴν ἀπολείπειν, καὶ ὅσα οὐχ ὅπως συγγράφειν, ἀλλὰ μηδ' ἀριθμεῖν ἁπλῶς, ῥᾴδιον εἶναι. Προσάγεταί γάρ τις αὐτῷ νεᾶνις παρὰ τὸ εἰκὸς τῆς φύσεως πάθει κατεχομένη· οὐ γὰρ διὰ τῶν κατὰ φύσιν ἐξόδων αὐτῇ, ἀλλὰ διὰ τῆς μήτρας ὑπεχώρει τὰ εἰς γαστέρα σιτία. Χεῖρα τοίνυν αὐτῆς ἐπιθεὶς τῇ κοιλίᾳ, χεῖρα πρὸς Θεὸν ἀεὶ νοερῶς αἰ-

(33) *De* cuculla *egimus supra ad caput* 10 *Annot.* Dermocucullus *idem fuerit, nisi quod ex pellibus confectus.*

(34) *Secundum dicta Comm. prævii num.* 20 *fuit hic annus Christi* 551, *quo Pascha celebratum* 9 *Aprilis Pentecosten attulit* 28 *Maii, et Dominicam sequentem, qua columnam ascendit sanctus* 4 *Junii.*

Digitized by Google

ρρομένην, καὶ παρ' αὐτοῦ πᾶν ὅπερ ἂν αἰτήσοι πάλιν λαμβάνουσαν, τήν τε δημιουργὸν σοφίαν τὸν Κύριον ἡμῶν ἐπικαλεσάμενος καὶ Θεὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀπαλλάττει τὴν νεᾶνιν τοῦ πάθους, καὶ κατὰ φύσιν ἀποκαθίστησι ταύτην. Ὅπερ τηλικοῦτον ὄν, ἀδελφὸν εἰς θαύματος λόγον ἔχει τὸ ἐπαγόμενον.

A versus Deum semper intentionaliter elatam, manum a Deo quidquid petierit impetrantem; atque invocavit artificem Sapientiam, Dominum nostrum Filium Dei: sicque liberavit puellam morbo, et secundum naturam exonerari fecit (35). Quod tantum cum sit, habet tamen aliud in ratione miraculi sibi par, id quod subnectitur.

ριθ'. Ἀνδρί γάρ τινι τὴν κλῆσιν Ἐπιφανίῳ, Χαρανδαμενῷ τὴν κώμην, παιδίον ὡσεὶ τριετὲς ἦν, λίχνως τε περὶ τὴν ὄρεξιν ἔχον, καὶ πλείονος ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν τροφῆς πιπλάμενον. Συμβὰν τοιγαροῦν αὐτῷ τὰ περὶ γαστέρα διαφραγῆναι, οὐδὲ δι' ἐνιαυτοῦ τὰ ἐξ αὐτῆς ὑπεχώρει. Καὶ τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ ὄγκου ἤδη ῥηγνύμενον, κλαυθμῷ συνείχετο, πικρὸν καὶ τὸ γλυκὺ πᾶσιν ἡλίου φῶς τοῖς τεκοῦσιν ἐργαζομένῳ· οἱ δὲ πάσης ἄλλης ἀπορούμενοι θεραπείας, τὸ θεῖον αὐτῷ τοῦ Συμεὼν ὄνομα κατεπῇδον, ἔτι καὶ τῆς ἐκείνου κόνεως αὐτῷ ἐπιχρίοντες (οὐδὲ γὰρ τῆς φήμης τῶν τοῦ ἀνδρὸς θαυμάτων ἀμαθεῖς ἦσαν, οὐχ ἧττον ἢ αὐγῆς ἡλίου βλέποντες ὀφθαλμοί), καὶ τὸ μὲν παιδίον εὐθὺς ῥᾷον εἶχε, καθάπερ αὐτῷ τῆς τροφῆς εἰς ἀνυπαρξίαν χωρούσης· τὰ δὲ κατ' αὐτὸ διὰ θαύματος ἔκειτο τοῖς πολλοῖς, ὅσοι τε ὁρᾷν, ὅσοι τε περὶ αὐτοῦ μανθάνειν εἶχον, ἕως παρὰ τὸν ἅγιον κομισθέντι χεῖρα κάνταῦθα, χεῖρα πρὸς Θεὸν ἰσχύουσαν, ἐπιθεὶς, τὰς συνήθεις τῇ φύσει πάλιν ἐξόδους ἀποδεδώκει.

B 119. Cuidam viro, Epiphanio nomine, e pago Charandameno, puer erat circiter triennis, insana vorandi cupiditate æstuans, et majori quam ætati illi convenit, alimenti copia se farciens. Accidit helluoni huic ita obstrui alvum, ut anno integro exonerari non posset. Et ille quidem nimio tumore ruptus, perpetuis indulgebat lacrymis: quibus et parentibus, gratum alias solare lumen, acerbum reddidit atque invisum. Hi vero omni alia destituti ope, divinum Symeonis nomen super filium invocant, ejusdemque pulverem ipsi inspergunt (neque enim ignari erant famæ, de mirandis viri operibus late sparsæ, non minus quam oculi recte ordinati splendentis solis media die) et confestim levius habere cœpit puer, æque ac si ei cibus per secessum emitteretur; omnibus autem qui eum videbant vel audiebant de illo erat stupori, donec sanctus delato ad se manum, apud Deum plurimum valentem, imponens, naturæ consuetos meatus iterum reseravit.

ρκ'. Πρεσβύτερός τις ἀπὸ χωρίου Παράδεισος λεγομένου, Θωμᾶς ὄνομα, ἀναθέματι τὸν θεῖον Συμεὼν, οὐκ οἶδ' ὅθεν καὶ ὅπως, ἢ φθόνῳ πάντως τοῦ βασκαίνειν ἄνωθεν τοῖς καλοῖς πεφυκότι, ὑποβεβλήκει. Οὗτος ὡς εἰς δυσμὰς ἀφίκετο βίου, καὶ ἡ ψυχὴ χωρίζεσθαι ἤδη τοῦ σώματος ἔμελλεν, ἀποκέκλειστο μὲν αὐτῷ ἡ φωνὴ, δίκας ὥσπερ τῆς εἰς τὸν ἅγιον ἐκτίνουσα βλασφημίας, οἱ ὀφθαλμοὶ δὲ ἄγριόν τι καὶ τεταραγμένον ἀνεῳγότες ἦσαν, ἄνω βλέποντες καὶ οὐδὲ μῦσαι δυνάμενοι· καὶ ταύτῃ δεινῶς ἄχρι καὶ εἰς ἑξήκοντα ἡμέρας ἠτάζετο, ἢ ἐπαιδεύετο, ἢ ἐμαστίζετο, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ τι χρὴ προσαρμόσαι τῷ πράγματι ὄνομα. Τοῖς γοῦν περιοίκοις καὶ ὅσοι τῷ ἀνδρὶ ἐκ γειτόνων ἐτύγχανον, οὐ συλλαλιὰ πρὸς ἀλλήλους μόνον ἦν τὸ εἰς αὐτὸν γεγονὸς, ἀλλὰ καὶ πρὸς Θεὸν εὐχὴ, λυθῆναι τὴν μηκίστην καὶ χαλεπωτάτην ἐκείνην αὐτῷ τιμωρίαν. Καί ποτε πολλῶν περὶ αὐτὸν ἀθροισθέντων, καὶ φθέγξασθαί τι βιαζομένων, τῆς γλώττης αὐτῷ μικρὸν ἀνεθείσης (οἷα τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα!), ἵν' αὐτῷ τε τὰ τῆς πικρᾶς ἐκείνης μάστιγος στῇ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις οὗτος παιδεία γένηται, Συγχώρησίν μοι παρὰ τοῦ θείου Συμεὼν αἰτητέον ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τοῦ ἀναθέματος, ἔφη· τούτου γὰρ ἄρτι τὴν παροῦσαν εἰσπράττω κόλασιν.

C 120. Presbyter quidam ex loco qui dicitur Paradisus (36), Thomas nomine, Symeonem anathemati subjecerat, nescio quare aut quomodo, nisi ex sola invidia, præstantiora quæque ægris intueri solita. Cum hic ad vitæ occasum magnis passibus progrederetur, jamque animæ emigrandum e corpore esset; vox ipsa velut impiæ in sanctum blasphemiæ pœnas solvens intercludebatur, oculique truculentum ac turbidum in modum aperti, sursum aspectabant et ne nictare quidem valebant, atque ita in sexagesimum usque diem torquebatur, aut castigabatur, vel potius flagellabatur, vel nescio quo alio vocabulo. Omnes igitur circum vicini non modo frequenter sermocinabantur inter se de illo quod ipsi fiebat; sed preces quoque ad Deum fundebant, ut longissimis gravissimisque illis miser eriperetur tormentis. Cum vero aliquando ingens D turba circum ipsum confluxisset, et quiddam proloqui cogeret; soluta paululum lingua (qualia sunt judicia Dei tam acerbo illum flagello castigantis in documentum aliorum!) Venia, inquit, temeritate meæ, quæ Symeoni anathema dixi, ab eodem petenda vobis est, fratres: hujusce enim sceleris, quas videtis, do pœnas.

ρκα'. Καὶ οἱ μὲν πρεσβείαν εὐθὺς παρὰ τὸν ἅγιον στέλλονται· ὁ δὲ (καὶ γὰρ ἦν θερμότερος τὰ τοιαῦτα διδόναι μᾶλλον ἢ τοὺς αἰτοῦντας λαμβάνειν, οἷα καὶ

121. Mox illi legationem expediunt ad sanctum: qui ut erat promptior ad dandum, quam qui petebant ad accipiendum, quique probe noverat il-

(35) *Meminit P. Papebrochius lectum sibi, cum esset Lovanii, medici non ignobilis librum, ubi is inter alia asserebat, curatam a se puellam nobilem, quæ usque ad eam ætatem obstructo ordinario urinæ meatu ipsam reddebat ver umbilicum, unde humentibus semper vestibus contingebat eam gravi fetore molestam omnibus esse.*

(36) Paradisus *urbs Syriæ apud Ptolomæum in regione Laodicena, non procul ab ortu Orontis fluvii.*

Digitized by Google

lud in lucro ponere, quod dabat; advocato discipulorum uni (qui Symeon appellabatur), non solum petitam indulgentiam dedit; sed, ut affectus animi datæ veniæ conjunctus fratrem plenius consolaretur : Cape, inquit, unum ex benedictis panibus, et abiens cum istis porta presbytero; et dimittet ei Deus peccatum : nam simul atque amplexatus panem fuerit, exspirabit. Accepit continuo discipulus ille panem ac portavit : ad cujus præsentiam æger resipiscens sibique redditus, libens ambabus manibus panem apprehendens osculatus est, atque in ipso amplexu spiritum reddidit : dixisses emigrandi facultatem ante non obtinere potuisse, sed ad graviora sustinenda violenter detentum; donec a Symeone, quem scilicet blasphemus impetierat, e corpore excedendi venia apportaretur. Atque hoc quidem Dei opus est, hinc promissa sua implentis et honorifice glorificantis illos, qui ipsum glorificare propositum habent, inde vero corrigentis revocantisque ad frugem, per inflictam huic misero pœnam, illos qui inique agunt : id vero quomodo fiat, narrandum non est.

A τοῦτο σαφῶς κερδαίνειν εἰδὼς ὃ δίδωσι) τῶν μαθητῶν ἕνα καλέσας, Συμεὼν τὴν προσηγορίαν, οὐχ ἁπλῶς δίδωσι ταύτην, ἀλλ' ἵνα καὶ διάθεσις ψυχῆς τῇ συγγνώμῃ προσῇ, τὸν ἀδελφὸν ἐπὶ πλέον πληροφοροῦσα, Ἕνα, φησὶ, τῶν τῆς εὐλογίας ἄρτων λαβών, ἄπιθι σὺν αὐτοῖς κομίζων τῷ πρεσβυτέρῳ, καὶ ἀφεθήσεται αὐτῷ ἡ ἁμαρτία παρὰ Θεοῦ· ἀσπασάμενος γὰρ τὸν ἄρτον εὐθὺς ἀναπαύσεται. Τοῦ δὲ τὸν ἄρτον αὐτίκα λαβόντος καὶ κομίσαντος, πρὸς τὴν αὐτοῦ παρουσίαν ἐκεῖνος ἀνενεγκών, ἀσμένως τε χερσὶν ἀμφοτέραις δεξάμενος καὶ φιλήσας, συναποδίδωσι τῷ ἀσπασμῷ καὶ τὸ πνεῦμα, καθάπερ ἐκδημῆσαι μὴ συγχωρούμενον, ἀλλὰ καὶ βιαιότατα κατεχόμενον, καὶ χαλεπώτατα πάσχον, ἕως παρὰ τοῦ Θείου Συμεὼν, εἰς ὃν δηλαδὴ καὶ τὰ τῆς βλασφημίας, ἡ λύσις ἀφίκοιτο. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν πληροῦντός ἐστιν οἰκείαν τοῦ Θεοῦ κάνταῦθα ἐπαγγελίαν, καὶ φιλοτίμως δοξάζοντος τοὺς αὐτὸν δοξάζειν προῃρημένους· πρὸς δὲ καὶ τοὺς ἀσυνέτως ἔχοντας, διὰ τῆς εἰς ἐκεῖνον πληγῆς, σωφρονίζοντος· ἐκεῖνο καὶ πῶς οὐ διηγητέον·

122. Contigit in locis montanis, feminam quamdam parere infantem tam cæcum, ut oculorum neque partes imæ, neque orbes, neque vestigia ulla in facie expressa viderentur. Hinc parentes acerbissimi doloris telo saucii, tollentes puerum, lacrymas etiam ab oculis nihil ad se attinentium ciere valentem, ad virum sanctum accelerant, unicam in desperatis spem. Cum autem enitentes in montem, tantisper laborem itineris quiete levaturi, subsedissent, cernunt (o suavissimum spectaculum oculis parentum !), cernunt puerum habere oculos naturæ congruos, acieque recte ordinata intueri : ac seposita omni mora, contentiore gradu ad sanctum festinant, nuntiantes misericordiam et mirabilia ei sua. Ita non raro gratia Symeoni cœlitus data prævertit adventum medelam petentium, spectata eorum animi promptitudine; et priusquam ipsi petitionem suam enuntiarent, illa donum conferebat. Verum quis tantæ in dicendo facundiæ atque contentionis, ut varietatem ac multitudinem miraculorum ejus sufficienter exponat?

B

C

ρκβ'. Συνέβη κατὰ τὴν ὀρεινὴν γυναῖκά τινα παιδίον τεκεῖν οὕτω τυφλὸν, ὡς μηδὲ ὀφθαλμῶν πυθμένας, μηδὲ κοιλότητας, μηδὲ ἴχνη τούτων τῷ προσώπῳ ἐντετυπῶσθαι. Βέλους τοίνυν πικρότερον οἱ τεκόντες βαλλόμενοι τὰ σπλάγχνα, φόρτον ἀράμενοι τὸ βρέφος, δάκρυα καὶ μηδὲν προσήκουσιν ὀφθαλμοῖς κινεῖν δυνάμενον, παρὰ τὸν θεῖον ὥρμηντο τοῦτον ἄνδρα, τὴν μόνην ἐν ἀμηχάνοις ἐλπίδα. Ὡς οὖν ἀντόντες διὰ τοῦ ὄρους ἐκάθισαν, ὥστε τὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ πόνον βραχύ τι διαναπαῦσαι, ὁρῶσιν (ὦ γονέων ὀφθαλμοῖς ἡδίστου θεάματος!) ἔχοντας τῷ παιδίῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς κατὰ φύσιν, ὑγιαίνοντί τε βλέμματι βλέποντας· καὶ παραχρῆμα συντονωτέρᾳ πρὸς τὸν ἅγιον τῇ πορείᾳ ἐχρῶντο, ἀπαγγέλλοντες τὰ ἐλέη καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. Οὕτως ἡ παρ' αὐτῷ χάρις ἄνωθεν τὴν τῶν αἰτούντων πολλάκις ἔφθανε παρουσίαν, τῇ τῆς καρδίας ἑτοιμασίᾳ προσέχουσα, καὶ πρὶν ἢ τὴν αἴτησιν ἐκείνους θέσθαι, αὐτὴ τὴν δωρεὰν ἐκπληροῦσα. Ἀλλὰ τίς οὕτω γλῶττα περιττὴ καὶ φιλότιμος, ὡς τὸ ποικίλον ἐκείνου τῶν θαυμάτων καὶ πολυειδὲς ἱκανῶς παραστῆσαι;

123. Mulier quædam in Rhoso (37) Ciliciæ urbe, Theotecna appellata, jam inde a puella dæmoni obnoxia, eumdem procedente ætate velut comitem habebat, nec a sese unquam recedentem, imo gravissime etiam turbantem et linguam miserabilem in modum laniantem. Cohabitaverat illa viro jam annis viginti, sterilitate et dæmonis vexatione castigata; cumque nulla daretur a pœnis cessatio, impatiens longioris cohabitationis vir suus illam repudiavit. Quatuor post hæc efluxerant anni, viro alias nullas nuptias ambiente, quando illa ad sanctum Symeonem ejusque inexpugnabilem adversus hujuscemodi mala virtutem confugit. Cumque propius jam abesset a columna, spectaretque sanctum et ab

D

ρκγ'. Γυνὴ γάρ τις ἐν Ῥοσῷ, πόλει τῆς Κιλικίας, ὄνομα Θεοτέκνα, δαιμονίῳ πνεύματι κάτοχος ἐκ παιδὸς γενομένη, σύγχρονόν τε τῆς ἡλικίας ὥσπερ αὐτὸ καὶ μηδέποτε διαζευγνύμενον αὐτῆς ἔχουσα, ἀλλὰ δεινῶς αὐτὴν καταῤῥῆσσον καὶ τῆς γλώττης οἰκτιστα παραπτόμενον. Αὕτη καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἀνδρὶ συνοικήσασα, καὶ ἀτεκνίᾳ μετὰ τῆς ἐκ τοῦ δαίμονος ἐπηρείας ἡ Θεοτέκνα μαστιζομένη, ὡς οὐδεμίαν εὗρισκε τοῦ πάθους ἀπαλλαγὴν, οὐκέτι φορητῆς οὔσης ἐκείνῳ τῆς συνοικήσεως, ἀπολέλυτο παρ' αὐτοῦ. Τετάρτου τοίνυν μεταξὺ διαῤῥεύσαντος χρόνου, ὁ μὲν ἀνὴρ δευτέρων οὐ πεπείρατο γάμων, ἡ δὲ πρὸς τὸν θεῖον Συμεὼν καταφεύγει, καὶ τὴν ἄμικτον ἐκείνου κατὰ τῶν τοιούτων ἰσχύν. Ἐπεὶ δὲ ἤδη

(37) *Hoc ipsum miraculum ex concilio* II *Nicæno supra etiam dedimus* § 7; *de* Rhoso *autem seu* Rhosi *urbe similiter actum supra est* § 2.

Digitized by Google

τοῦ στύλου πλησίον ἔλθοι, ἴδοι τε τὸν μέγαν καὶ ὑπ' αὐτοῦ θεαθείη, τὴν ἐγγύτητα τὸ δαιμόνιον καὶ τὴν θέαν ὥσπερ οὐκ ἐνεγκὸν, ἤρξατο δεινῶς ἐκμαίνειν καὶ βρύχειν ἐσχάτως τε τὴν γυναῖκα σπαράττειν, καὶ, Ὦ βία, κράζειν, ἄγριόν τι καὶ κομιδῇ μεμηνὸς, τί μοι πρὸς σὲ τοσοῦτον ἡμάρτηται, ὅτι με χωρίζεις τῆς ἐμαυτοῦ γυναικός; ὁ μιαρὸς τῷ ὄντι τὰ μιαρὰ φθεγγόμενος, Ἵνα τί δὲ, φησὶ, καὶ παῖδα δίδως αὐτῇ, ἄπαιδι τοσούτους ἐξ ἐμοῦ χρόνους μεμενηκυίᾳ; Ἐδόκει γὰρ τῇ γυναικὶ τηνικαῦτα, ὡς μετὰ ταῦτα νήψασα ἐξηγεῖτο, σὺτὸν ὥσπερ τὸν ἅγιον λέγοντα τοιαῦτα ὁρᾷν· Σὺ μὲν, πνεῦμα πονηρὸν, ἐκ τῆς γυναικὸς καὶ ἄκον ἀπελαθήσῃ· αὐτὴ δὲ πρὸς τὸν οἰκεῖον ἐπιστρέψει ἄνδρα, καὶ παιδίον αὐτοῖς τοῦ ἐπιόντος ἔτους γενήσεται. Ὁ μὲν οὖν χαλεπὸς δαίμων ἐκεῖνος, ἄλλα τε πολλὰ μανικὰ καὶ δαιμονιώδη κράζων ἦν, ὥσπερ εἰκὸς, Οὐαί μοι τῷ κακῷ οἰκέτῃ! οὐαὶ τῷ κατὰ πολὺ δρῶντι τὸ ἀκούσιον ἃ προστέταγμαι!

A ipso spectaretur vicissim, non ferens diabolus congressum et aspectum illum, cœpit terribiliter furere, frendere, ac mulierem discerpens, O vim! vociferari, et agresti prorsus modo furibundus exclamare: Quod meum tantum in te peccatum, ut ex hac mea me muliere ableges? Et quemadmodum isthoc scelus non loquitur nisi scelera: Cur, inquit, fecunditate illam donas, tot jam annis artibus meis ac technis infecundam? Videbatur autem tunc temporis sibi mulier, uti deinde liberata enarravit, Symeonem intueri veluti sic interminantem: Tu quidem, pessime spiritus, vel invitus ex hac muliere abigeris, ipsa vero ad maritum suum revertetur, et filius ipsis anno proximo nascetur. Dæmon igitur, tum alia multa insana ac diabolica more suo vociferabatur, tum illud præcipue: Væ mihi nequam servo! væ mihi, qui ut plurimum præter voluntatem meam ago, quod imperatum est!

ρκδ'. Ταῦτα ἔκραζεν, ὅσα καὶ ὀργάλῳ τῇ γυναικὶ χρώμενος, καὶ κύκλῳ τοῦ στύλου ταύτην ἐλεεινῶς περιῆγε, καθάπερ ἀπὸ προσώπου φεύγων τοῦ Συμεὼν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος ἐλαυνόμενος· τέλος, Ἔξειμι, μέγα βοήσας, ἀπῆλθε σωφρόνως ἔχουσαν αὐτὴν ἀπολελοιπώς· πρὸς ἣν ὁ ἱερὸς Συμεὼν, Ἐπάνηκε, γύναι, παρὰ τὸν ἴδιον ἄνδρα, ἔφη· συνέσῃ γὰρ αὐτῷ τοῦ λοιποῦ, καὶ κοιλίας ἐξ αὐτοῦ καρπὸς ἔσται σοι. Ἡ μὲν οὖν κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ ἁγίου πρὸς τὸν ἄνδρα ἐπανελθοῦσα, ἀσμένως τε παρ' αὐτοῦ εἰσδεχθεῖσα, καὶ παιδίον τοῦ ἐπιγενομένου ἐνιαυτοῦ τέξασα, τῷ μεγάλῳ πάλιν αὐτὸ μετὰ τοῦ συζύγου προσάγει, εὐχῆς ὂν ἐκείνου μᾶλλον ἢ τῶν αὐτῆς ὠδίνων καρπόν. Προσάγει τοίνυν τὸ παιδίον τῷ δεδωκότι, καθάπερ ἐγκαλλωπιζομένη τῷ δώρῳ, καὶ ταύτῃ τὸν δοτῆρα μᾶλλον ἢ γλώττῃ κηρύττουσα. Εἶτα καὶ οἴκαδε πάλιν εὐλογίας τυχὸν ἐπανάγει, καὶ ἀντίδοσιν ἡ γυνὴ τοσαύτης καὶ οὕτω ποικίλης εὐεργεσίας (οὐ γὰρ δὴ συνοίκου δαίμονος ἀπήλλακτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀνδρὶ ἀνασέσωστο· πρὸς δὲ, καὶ παῖδα ἐξ ἑαυτῆς, ὅπερ οὐδέπω πρότερον, ἴδοι)· ἀντίδοσιν τοίνυν ἀγαθῶν τοσούτων, ἀνίστησιν εἰκόνα οἴκοι τοῦ Συμεών· χρυσοῦ μὲν ὡς ἡ προαίρεσις εἶχεν οὐκ εὐπορουῦσα, ὃ δὲ χρυσοῦ μακρῷ τιμιώτερον πίστιν εἰσενεγκοῦσα τοσαύτην, ὡς οὐ δαιμονῶντας μόνον καὶ πολλοῖς πάθεσιν ἄλλοις συνεχομένους, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἐπὶ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει αἱμόῤῥουν καθαρᾶς ἐκεῖ τυχεῖν καὶ περιφανοῦς θεραπείας. Οὕτως αὐτοῦ καὶ θέα ψιλὴ, καὶ σφραγὶς, καὶ ῥάβδος, καὶ τύπος, καὶ λόγος, καὶ κλῆσις, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν ἐκείνου παντὸς ἤρκει γενέσθαι πάθους ἀπαλλαγή.

B 124. Hunc in modum clamitans, pro instrumento edendæ vocis muliere usus, circum columnam miserabili spectaculo ipsam agebat; quasi fugitans a facie sancti, ejusque spiritus virtute cedere loco coactus. Denique altum clamans, Exeo; exivit, relicta muliere rectius se habente; ad quam sanctus Symeon: Redi, inquit, mulier, ad maritum tuum; cum ipso consuetudinem deinceps habebis, et prolem ex illo concipies. Obediens sancto mulier, revertit ad virum suum, comiter ab illo excipitur, filium anno insequente parit: quem et ad C magnum Symeonem, cujus precum potius quam sui uteri fructum reputabat, una cum conjuge adducit, eique qui dederat illum offert, lætitia atque plausu indicans magnitudinem doni; atque hoc pacto viri sancti famam latius quam lingua propagabat. Post hæc mulier donatum sibi puerum domum reducit, et remunerationis loco pro tantis tamque variis beneficiis (neque enim solum a cohabitante sibi dæmone immunis, sed marito integre sanata restituta fuit, ad hæc puer quoque ex ea quod nunquam ante, est prognatus), effigiem Symeonis domi suæ statuit. Et aurum quidem, ut erat vitæ conditio, non suppetebat; verum quod auro pretiosius, talem afferebat fidem, ut non dæmoniaci tantum variisque morbis detenti, sed etiam D mulier quædam annos jam quindecim fluxum sanguinis passa sanitatem isthic loci omnimodam perfectamque invenerit. Ita viri sancti vel tenuis in imagine aspectus, signum crucis, virga, forma, verbum, invocatio, et si quid aliud rerum illius esset, sufficiebat cuilibet morborum generi depellendo.

ρκε'. Εἶτά τις αἱμόῤῥους ἑτέρα, ἐκ τινος κώμης Μυλιτῶν λεγομένης, ἔτος ἤδη τρίτον τῷ χαλεπῷ τούτῳ πάθει πιεζομένη, πρόσεισιν ἐκ τῶν ὀπισθίων τῷ Συμεὼν, κατὰ τὴν αἱμόῤῥουν ἐκείνην, τὴν τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ τολμήσασαν ἅψασθαι· καὶ ὁμοῦ τε ψαύει, καὶ τυγχάνει τῆς θεραπείας. Ὁ γὰρ αὐτὸς ἦν καὶ νῦν Δεσπότης, ὥσπερ ἐκεῖ δι' αὐτοῦ, οὕτω διὰ

125. Deinde hæmorrhoissa altera, ex pago quodam Mylitorum dicto, grave sanguinis profluvium jam triennio passa, a tergo appropinquavit Symeoni, exemplum secuta hæmorrhoissæ illius evangelicæ, tangere Christum meum ausæ, quem simul et tetigit et sanitatem obtinuit. Idem quippe Dominus, quemadmodum istic olim per se ipse, ita hic per

Digitized by Google

servum suum infirmitatem abigebat, et pro paritate fidei parem quoque misericordiam largiebatur. Abiit igitur hæc similiter ac illa (de qua supra memini) valetudine recuperata; quodque illa mediante sancti imagine, hæc ab ipso prototypo consecuta est.

A τοῦ θεράποντος ἐνταῦθα λύων τὸ πάθος, καὶ πρὸς πίστιν ἴσην, ἴσον καὶ τὸν ἔλεον νέμων. Ἀπῆλθε τοιγαροῦν ὁμοίως τῇ προλαβούσῃ καὶ αὕτη τὴν ὑγείαν κομισαμένη, ὃ πρὸ μικροῦ τῆς εἰκόνος ἐκείνη, τοῦτο νῦν αὕτη τοῦ πρωτοτύπου τυχοῦσα.

126. Non diu post adest magno Symeoni ex pago alio, cui Magia vocabulum, vir quidam, septuaginta ut summum annos natus; qui acerrimo dentium dolore cruciatus, enixe precabatur, salutiferam ut sibi manum imponeret, quo dens affectus excuteretur radicitus, jam nunc acerbitate cruciatuum mobilis. Ita ille precabatur, lacrymis per genas decurrentibus, mœrentis animi signis mentiri nesciis. Sanctus vero benigne respondens, Nonne, inquit, magis e re tua foret, si et alium dentem enasci, quam hunc ægre habentem solummodo evelli, peteres? Ad quæ verba ille mente animoque inflammatus (uti fieri consuevit ad insperati cujusdam boni pollicitationem), ambabusque manibus, ut poterat, ex melote sancti suspensus, ejicit, per impositionem manuum illius, uberem e cœlo gratiam elicientem, putridum corruptumque una cum radicibus dentem: nec multi abierunt dies, cum alter (o rem non admodum creditu facilem!) enatus ad perfectionem crevit. Et hujusce prodigii testes oculati plures fuere, quibus ille ipse, qui beneficium nactus erat, ostendebat, mirantibus, in tam provecta ætate, præter naturæ ordinem fieri potuisse. Sed quanquam id tantum sit, concedit tamen illi, quam porro dicturi sumus, visioni.

ρκς'. Ἐξῆς δὲ προσῆλθέ τις ἀνὴρ τῷ μεγάλῳ ἐκ τινος κώμης (Μαγία δὲ κέκλητο αὕτη), ἔτος οὐ πλεῖον ἢ ἑβδομηκοστὸν γεγονώς, δριμείαις τὸν ὀδόντα βαλλόμενος ὀδύναις· ἐπιτεθῆναί τε αὐτῷ τὴν ὁσίαν ἐκείνου χεῖρα δεόμενος, ὥστε τοῦτον παντάπασιν ἐκκρουσθῆναι, σαλευόμενον ἤδη τῶν πόνων ταῖς προσβολαῖς. Ταῦτα ὁ μὲν ἐδεῖτο, δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν καθιεὶς, τὰ ψυχῆς ἀλγούσης ἀψευδῆ σύμβολα· ὁ δὲ χαριέντως ὑπολαβών, Μή ποτέ σοι βέλτιον, ἔφη, καὶ ἄλλον ἐκφῦναι μᾶλλον αἰτεῖν, ἢ τὸν πονήρως ἔχοντα μόνον ἀποβαλεῖν; Καὶ ὃς πρὸς τὸ ῥῆμα τὴν ψυχὴν ἀναζέσας (ὃ πέφυκεν ἀεὶ δρᾷν ἀγαθῶν ἀπροσδοκήτων ἐπαγγελίᾳ) ἀμφοτέραις τε τῆς μηλωτῆς ὡς εἶχεν ἐκρεμασθείς, ἀποβάλλει μὲν αὐταῖς ῥίζαις, ἐπιθέσεως χειρῶν ἐκείνου πολλὴν ἄνωθεν ἑλκούσῃ τὴν χάριν, τὸν διεφθαρμένον ὀδόντα· ἕτερος δὲ μετά τινας ἡμέρας (ὦ πράγματος οὐ ῥᾳδίως πιστευομένου!) ἐφύετό τε καὶ ηὔξετο. Καὶ τούτου μάρτυρες πολλῶν ὀφθαλμοὶ, οἷς εἰς θαῦμα παρὰ τοῦ τυχόντος τῆς εὐεργεσίας ἐδείκνυτο, τὸ ὀψὲ δηλαδὴ τοῦ χρόνου, καὶ τὸ παρ' ἡλικίαν τῆς φύσεως. Ὅπερ δὴ τηλικοῦτον ὄν, ὑποχωρεῖ τῇ λέγεσθαι ἤδη μελλούσῃ μετ' αὐτὸ θεωρίᾳ.

127. Quodam Sabbato, decantatis ante noctem Vesperis, congregati erant, ut ferebat consuetudo, circum Symeonem discipuli; qui illos de more ad vigilandum nocte ista hortabatur: deinde docere eos incipiens, quæstiones quasdam difficiliores ac parabolas in medium prolatas elucidabat; qua re ita suaviter afficiebat illorum animos, tantoque Dei timore ac dulcedine doloris cor exhilarantis cumulabat, ut quod de sirenum cantu dicitur propemodum in se experirentur; præterquam quod delectationem istam consequebatur mors, hanc immortalitas excipiat. Finito igitur sermone Symeonis, fratres consuetas preces fundere cœperunt; cumque psalmum *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*, recitarent, apparuit sancto Christus Dominus præclara in visione, astans a dexteris. Ut vidit ille, ut mente illustratus, eaque tota abreptus est; non quiescentibus tamen labiis, nec cœptam orationem intermittentibus. Interea cernebat quasi passerem supra fratrum capita circumvolitantem, hymnos cum ipsis suavissime canere, movere linguam eodem quo ipsi modo, easdem quas ipsi modulationes promere (uti deinde ipsis quoque manifestavit): infallibile omnino testimonium, quod jucundum esset Deo, secundum prophetam, eloquium eorum [20].

ρκζ'. Ποτὲ γὰρ ὀψὲ Σαββάτου μετὰ τοὺς ἑσπερινοὺς ὕμνους, κατὰ τὸ σύνηθες τῶν μαθητῶν περὶ αὐτὸν ἀθροισθέντων, ἀγρυπνίαν, ὡς ἔθος, ἐκείνης αὐτοῖς τῆς νυκτὸς παραγγείλας· εἶτα διδασκαλίας ἀρξάμενος, αἰνίγματά τε καὶ παραβολὰς αὐτοῖς προτείνας καὶ ἐπιλύσας, οὕτως αὐτῶν διέθηκε τὰς ψυχὰς, καὶ τοσοῦτον αὐταῖς ἐνέσταξε θεῖον φόβον, καὶ λύπης καρδίαν εὐφραινούσης γλυκύτητα, ὡς μικροῦ καὶ τὸ τῶν ᾀδομένων αὐτοὺς σειρήνων παθεῖν, πλὴν ὅσον εἰς θάνατον μὲν ἐκεῖ τὸ θέλγον, ἐνταῦθα δὲ τελευτῶν εἰς ἀθανασίαν. Τὴν διδασκαλίαν δὲ τῆς συνήθους αὐτοῖς εὐχῆς διαδεξαμένης, καὶ τὸν μακαρίζοντα τοὺς ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ ψαλμὸν, τοὺς ἐν νόμῳ Κυρίου πορευομένους, διὰ στόματος ἐχόντων αὐτῶν, ἐπιφαίνεται τῷ Συμεὼν ὁ Δεσπότης Χριστὸς, μακαρίας ἐκείνης ἐπιφανείας ἐκ δεξιῶν αὐτῷ παρεστώς· καὶ πρὸς μὲν ὄψιν ὁ νοῦς ἐφωτίζετο, καὶ ὅλος ἐκείνης ἐγίνετο, τὰ χείλη δὲ οὐκ ἠρέμει, οὐδὲ ἀπελιμπάνετο τῆς εὐχῆς. Ἐν τοσούτῳ δὲ ὡσεὶ στρουθίον ὁ Συμεὼν ὑπὲρ κεφαλῆς τοῖς ἀδελφοῖς ἑώρα περιιπτάμενον, συνυμνολογοῦν τε αὐτοῖς ἥδιστα καὶ συνᾴδον, καθάπερ ἐπίσης ἐκείνοις καὶ γλῶτταν κινοῦν, καὶ τούτοις τὰ αὐτὰ συμφθεγγόμενον, ὡς μετὰ ταῦτα καὶ αὐτὸς καθίστατο δῆλον. Ὅπερ οὖν ἠδυνθῆναι κατὰ τὸν Προφήτην Θεῷ τὴν ἐκείνων διαλογὴν, ἀψευδὲς πάντως μαρτύριον.

[20] Psal. cxvi, 34.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

In caritate annonæ frumentum multiplicat et diu conservat imminutum.

ρκη'. Ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐκ ἄξιον προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις; ὅτι μηδὲ ὀλίγου ποτὲ σίτου τῷ ταμιείῳ τῆς μονῆς ὑπολελειμμένου, τὸ μὲν καὶ πρὸς τὸ στενὸν τῆς παρούσης οἱ μαθηταὶ διαίτης ἀχθόμενοι, τὸ δὲ καὶ πρὸς τὸ μέλλον (οἷα τοῖς μικροψύχοις φιλεῖ συμβαίνειν) ὁρῶντες, προσελθόντες αὐτῷ πάντες, τέσσαρες ἐπὶ τριάκοντα ἤδη τὸν ἀριθμὸν ὄντες, οὓς ἀπὸ διαφόρων ἰάσατο παθῶν ἢ πληγῶν, ἐπιτρέψαι αὐτοῖς ἠξίουν λαμβάνειν τὰ προσφερόμενα, ἐφ' ᾧ αὐτάρκη τε τὸ παρὸν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ μέλλον αὐτοῖς εἶναι τὰ ἀναγκαῖα, Ὥστε σὲ καὶ τοὺς τῆς ἡμετέρας, φασὶ, σωτηρίας μισθοὺς κομίσασθαι, ἵνα μὴ τῷ ἄγαν σκληρῷ τε καὶ ἐπιπόνῳ τῆς παρὰ σοὶ ἀγωγῆς ἐκκακήσαντες ἐνθένδε ἀπαναστῶμεν· σοὶ γὰρ οἶδας ὅτι καὶ σώματα καὶ ψυχὰς ἑαυτῶν ἀνεθέμεθα. Ὁ δὲ πράῳ τῷ ἤθει, πραοτέρῳ δὲ καὶ φρονήματι, μικροψυχίαν αὐτοῖς ἠρέμα προσονειδίσας, εἶτα καὶ εἰς ὑπόμνησιν ἐνῆγε τῶν τοῦ Θεοῦ θαυμασίων, ὅπως μὲν οἱ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ, τοῦ πρώτου Ποιμένος καὶ Διδασκάλου, τῷ τῶν ὄχλων πλήθει ποτὲ δυσχεραίνοντες εἶεν, διά τε τὴν ἄφιλον ἐρημίαν ἐκείνην, καὶ τὴν τῶν ἄρτων ἔνδειαν· ὅπως δὲ πέντε ἄρτοις αὐτὸς χορτάσειε πεντακισχιλίους ἄνδρας, ἔτι καὶ δώδεκα κοφίνους αὐτοῖς, τὰ περισσεύματα τῶν ἄρτων ὑπολιπόμενος· ὅπως δὲ πάλιν ἄρτοις ἑπτὰ κορέσειε τετρακισχιλίους, ἄνευ γυναικῶν καὶ παιδίων. Καὶ νῦν σὺ εἶ αὐτὸς, φησὶ, ὁ Βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου, ὃς ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν ὑπομονὴν ἡμῶν, ἐπιβλέψεις καὶ οὐ παρόψει. Σὺ γὰρ διὰ τῆς σοῦ Προφήτου διδάσκεις με γλώττης, *Οὐκ ἔστιν ὑστέρημα, λεγούσης, τοῖς φοβουμένοις σε, καὶ τοὺς ἐκζητοῦντάς σε μηδαμῶς ἐλαττωθήσεσθαι παντὸς ἀγαθοῦ*. Εἰ δὲ μὴ ταύτῃ δοκεῖ καὶ ἡμῖν [an ὑμῖν?], σπαράττομαι μὲν ὅσα καὶ πατὴρ τὰ σπλάγχνα, ὥσπερ εἰκὸς, καὶ λίαν ἀλγῶ τὴν διάζευξιν. Ὅμως ἀνεῖται πᾶσα ὑμῖν ὁδὸς, ὦ τέκνα καὶ ἀδελφοί· πορευτέον ἑκάστῳ λοιπὸν ἣν βούλοιτο.

ρκθ'. Πρὸς ταῦτα δυσὶ πάθεσι τούτοις οἱ μαθηταὶ φόβῳ καὶ χαρᾷ μερισθέντες, τὸ μὲν διὰ τὴν ἐπιτίμησιν, τὸ δὲ καὶ τὰς χρηστοτέρας ἐπαγγελίας, αὐτοὶ μὲν γόνυ κλίναντες, αἰτοῦσιν εὐθὺς συγχώρησιν καὶ λαμβάνουσιν· ὁ δὲ τὸν ἀδελφὸν Ἀντώνιον καλέσας (οὗτος γὰρ ἦν ὁ ἐπὶ τοῦ σιτῶνος τεταγμένος) ἐκέλευσεν, εἴ πού τινες ἐν αὐτῷ κόκκοι εἶεν, συλλέξαντα πρὸς αὐτὸν ἐνεγκεῖν. Τοῦ δὲ κομιδῇ ὀλίγους εὑρόντος, εἰς χεῖράς τε τῷ μεγάλῳ κομίσαντος, εἰς οὐρανὸν ἀνασχὼν ἐκεῖνος, Ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, εἶπεν, ὁ διδοὺς οὐ κτήνεσι μόνον, οὐδὲ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις σε, ἀλλὰ καὶ πάσῃ σαρκὶ τροφὴν αὐτῶν, ὁ διὰ σπλάγχνα οἰκτιρμῶν σου, ὁ διὰ πολλὴν ἄβυσσον τῆς φιλανθρωπίας σου ἄρτοις ὀλίγοις χιλιάδας κορέσας, αὐτὸς καὶ τὸν βραχὺν τοῦτον πλήθυνον σῖτον, εἰς δόξαν αἰνέσεώς σου, εἰς εὐχαριστίαν λαοῦ σου, εἰς μεγαλοπρέπειαν τοῦ ὀνόματός σου.

[81] Psal. xxxiii, 11.

128. Illud porro qui fieri potest ut supradictis non adjungam? Non nisi exiguus quandoque frumenti numerus in horreo monasterii reliquus erat, cum discipuli partim ob præsentis annonæ caritatem anxii, partim de futuro (uti pusillanimis solet accidere) solliciti, accesserunt ad Symeonem simul omnes, jam quatuor et triginta numero, quorum diversimodis ægritudinibus vulneribusque medicatus ille fuerat; flagitabant autem facultatem sibi fieri accipiendi illa, quæ afferebantur; ut haberent quod præsenti et futuræ necessitati sufficeret: Ut salutis quoque nostræ mercedem, inquiunt, reportes; ne nimium severo laboriosoque apud te vitæ instituto exanimati hinc discedamus: tibi quippe, ut ipse nosti, corpora pariter et animas nostras commisimus. Sanctus autem benigno vultu, benigniore etiam animo, pusillanimitatem ipsis paulatim exprobrans, ad memoriam revocavit mirabilia a Deo præstita opera; quomodo nempe discipuli Christi, primi Pastoris atque Magistri, turbis aliquando sequentibus propter inamœnam solitudinem panumque inopiam indignati fuissent: quomodo autem Christus quinque panibus totidem hominum millia pascens, reliquerit etiam duodecim cophinos, iis quæ redundabant oppletis; et quomodo rursus septem panibus quatuor millia, exceptis feminis puerisque, saturasset. Tum inquit, Etiamnum tu ipse es, Rex meus et Deus meus, qui respicis patientiam nostram, respiciesque, et non despicies. Tu enim per os Prophetæ tui doces me, dicentis: *Non est inopia timentibus te; et inquirentes te non minuentur omni bono* [81]. Quod si vobis quoque ita esse non videatur, lacerarer non aliter quam pater visceribus meis, ut par est, et perquam acerba mihi separatio futura esset. Nihilominus nulla vobis interclusa via est, filii fratresque; abeat quisque quo animo collibitum suo fuerit.

129. His auditis, gemino agitati affectu discipuli, timoris altero, altero gaudii, illo ob increpationem, hoc ob promissiones benignas, curvant genua ac veniam deprecantur et impetrant. Symeon vero fratrem Antonium (erat is a re frumentaria) advocavit jussitque, si qua grana superessent, collecta ad se afferre. Ille post sedulam inquisitionem paucula quædam inventa manibus ad magnum Patrem apportavit: qui in cœlum oculos intendens: Deus, inquit, omnipotens, qui non tantum jumentis pullisque corvorum invocantibus te, sed omni etiam carni das escam suam; qui per viscera misericordiæ tuæ, per multam bonitatis tuæ abyssum, pauculis panibus saturasti hominum millia; hæc quoque pauca frumenti granula multiplica ad gloriam laudis, ad gratiarum actionem populi, ad majestatem nominis tui.

Digitized by Google

130. Ita precatus, carbones poposcit; quos, ubi suffitum injecerat, fratri Antonio una cum granulis in manus tradit, et : Vade, inquit, suffito horreum, atque projectis istic hisce granulis, firmato ostium ac recedito. Fecit is ut imperatum erat: postridie autem primo diluculo eidem a Symeone præcipitur, ad horreum redeat, visurus quo res frumentaria loco sit: noverat quippe preces suas nequaquam steriles fore. Ivit jussus (quam inexplicabilis bonitas tua, Christe!) ac reperit horreum oppletissimum frumento, fructibus vere citra laborem, citra semen occasionemve natis; sola oratione agricolationem et stercorationem supplente. Opus id fuit illius profecto manus, quæ prodigium in multiplicatione panum operata est; quæ in solitudine mensam instruxit; quæ manna de cœlo pluit; quæ ex arida petra, non solum aquæ, sed ipsius quoque mellis fontem elicuit.

A ρλ'. Ταῦτα προσευξάμενος, καὶ ἀνθρακας ἐνεχθῆναι κελεύσας, θυμίαμά τε τούτοις ἐπιβαλὼν, καὶ μετὰ τῶν κόκκων τῷ ἀδελφῷ ἐγχειρίσας, Ἀπελθὼν, θυμίασον ἐν τῷ σιτῶνι, ἔφη, καὶ τούτους ἐν αὐτῷ διαρρίψας, τὰς θύρας ἐπιθεὶς ἀναχώρησον. Ὁ μὲν οὖν ἔδρασεν ὡς προστέταχτο. Τῆς ἐπιούσης περὶ πρώτην ὥραν, ἐπιτραπὲν αὖθις αὐτῷ παρὰ τοῦ Συμεὼν τὸν σιτῶνα ἰδεῖν ὅπως ἔχοι (ἤδει γὰρ οὐκ ἄγονον ἐκεῖνος αὐτῷ τὴν εὐχὴν ἐσομένην), ἀπελθὼν (τῆς ἀνεκφράστου σου, Χριστὲ βασιλεῦ, χρηστότητος!) εὑρίσκει τοῦτον σίτου σαφῶς ὑποπεπλησμένον, καρπῶν ἀμόχθων ὄντως καὶ ἀσπόρων καὶ ἀνηρότων, μόνης εὐχῆς γεωργίαν, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ποιότητος, ἔργον χειρὸς ἀκριβῶς ἐκείνης, ἧς τὸ κατὰ τοὺς ἄρτους θαῦμα καὶ ἡ ἐν ἐρήμῳ τράπεζα, τό τε ἐξ οὐρανοῦ μάννα, καὶ ἡ B ἀπὸ στερεᾶς πέτρας οὐχ ὕδατος μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ μέλιτος βλύσις.

131. Discipulus igitur, miraculi magnitudine obstupefactus, curriculo ad magistrum properat, id quod factum erat annuntians: qui mox cum discipulis publice coram Deo flexit genua, incensum obtulit, Dominicam orationem recitavit, cœlestique invocato Patre (quicum ipsi ob insignes virtutes familiaritas, qualis filium decet, intercedebat, cujusque liberale donum præsens munificentia erat), dignas ei pro tanto beneficio gratias persolvens, atque præcipiens, easdem singulis Sabbati diebus in horreo iterari cæremonias, similesque benefactori gratias reddi; mandavit ut pinsendis panibus darent operam, nec ab incepto unquam desisterent, memores semper salutaris illius præcepti, quod Christum in fratribus vult pasci. Illi se accingunt operi, nec patiuntur manibus ullum a subigenda farina otium concedi diu noctuque; diebus enim in labore transactis conjungebantur noctes, faciebatque candela ut diei lumine opus neutiquam indigerent. Cum autem tot ad sanctum turbæ, et plures atque plures in dies confluerent: illud etiam magis fortasse prædicto miraculo admirandum venit, quod frumentum illud tam plenis manibus ablatum, infinitorumque hominum necessitati impensum, nihilominus per tres continuos annos suffecerit.

ρλα'. Ὁ μαθητὴς τοίνυν τῷ τοῦ θαύματος μεγέθει καταπλαγεὶς, πρόσεισι τῷ διδασκάλῳ δρομαίως, τὸ γεγονὸς ἀπαγγέλλων· καὶ ὃς κοινὸν μετὰ μαθητῶν θεῷ γόνυ κλίνας, θυμίαμά τε προσαγαγὼν, τὴν τε Δεσποτικὴν εὐχὴν προσευξάμενος, καὶ τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα καλέσας (πρὸς ὃν διὰ τῆς ὑπερφυοῦς ἀρετῆς ἔσχε τὴν υἱῷ προσήκουσαν οἰκειότητα, καὶ οὗ δόσις ἀγαθὴ τὰ παρόντα), τοσούτου τε πράγματος ἀξίως εὐχαριστήσας, καὶ οὕτως ἀνὰ τὸν σιτῶνα δρᾶν ἑκάστου Σαββάτου τοῖς ἀδελφοῖς παραγγείλας, καὶ τοιαύτην εὐχαριστίαν ἀποδιδόναι, ἐντέλλεται τὸ λοιπὸν αὐτοῖς ἀρτοποιεῖν τὴν χεῖρα μηδέποτε παυομένους, C ἀλλ' ἀεὶ τῆς μακαρίας ταύτης καὶ Χριστὸν διὰ τῶν ἀδελφῶν τρεφούσης ἐντολῆς ἐχομένους. Τὰς μὲν οὖν χεῖρας οὔτε ἡμέρα ἔστη τῆς ἀρτοποιίας τοῖς ἀδελφοῖς, οὔτε νὺξ, ἀλλὰ καὶ νύκτες μᾶλλον περὶ αὐτὴν πονουμένοις ἡμέραις συνήπτοντο, καὶ τὸ τῆς νυκτὸς ἔργον ὁ λύχνος τοῦ τῆς ἡμέρας φωτὸς παρεῖχεν οὐδὲν ἐνδέον. Τοσοῦτοι παρὰ τὸν ἅγιον ὄχλοι, καὶ οὕτως ἀριθμοῦ κρείττους ἀεὶ συνέῤῥεον, ὃ καὶ τοῦ προλαβόντος τάχα παραδοξότερον, ὅτι καὶ οὕτως ὁ σῖτος ἐκεῖνος ὅλαις χερσὶν ἐκφορούμενος, καὶ τοσαύταις ἐπαρχῶν μυριάσιν, ὅμως καὶ εἰς τρίτον ἐξῆς ἐνιαυτὸν ἤρκεσε.

132. Post hæc humani generis hostis, priorem suam cum Symeone luctam recordatus, aut potius antiquam cladem reparare cupidus, unum e fratribus invadit, vel allicit, aut quasi vinctum trahit, quem aptum imprimis pessimis suis machinationibus reperiebat, natione Isaurum, nomenclatura Angulam, quod lingua Syriaca pigrum interpretari aiunt. Haud tamem scio utrum id ei nominis initio sit inditum, quod postea ejusmodi factus est; an deinde conformiter operibus id sibi comparaverit. Hunc igitur ingressus cacodæmon, universam fratrum communitatem per ipsum concitat adversus sanctum; qui pariter posita verecundia ac reverentia ipsum adeuntes : Quæ ista tua, inquiunt, tam supra modum effusa misericordia? ubinam

D ρλβ'. Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς προτέρας πάλης ἀναμνησθεὶς ὁ ἐχθρὸς, ἢ τὴν παλαιὰν φιλονεικῶν μᾶλλον ἀνακαλέσασθαι ἤτταν, ὑποδύεται τῶν ἀδελφῶν ἕνα, ἢ ἐπισπᾶται, ἢ ἐπάγεται, οἰκείως ἑαυτῷ δηλαδὴ πρὸς κακοτεχνίαν εὑρὼν ἔχοντα, Ἴσαυρον τὸ γένος, Ἀγγουλᾶν τὴν προσηγορίαν, ὃ τῇ τῶν Σύρων γλώττῃ φασὶ τὸν ὀκνηρὸν ὀνομάζεσθαι. Οὐκ οἶδα, εἴτε τοῦτο τὴν ἀρχὴν κληθέντα, ὃ μετὰ ταῦτα γεγόνει, καὶ τοῖς ἔργοις τὴν κλῆσιν ὕστερον τῇ πράξει μεταβαλόντα, καὶ κατάλληλον τοῖς ἔργοις ἁρμοσάμενον τὴν προσηγορίαν. Τοῦτον τοιγαροῦν ὁ ἐχθρὸς ὑποδὺς, πᾶσαν ἐκταράττει δι' αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ τὴν ἀδελφότητα· καὶ ἀναίδην αὐτῷ προσελθόντες, Τίς ἡ τοσαύτη καὶ οὕτω πέρα τοῦ μετρίου, φασὶν, ἐλεημοσύνη; ποῦ δὲ τῶν ἱερῶν οἴκων ἢ φροντιστηρίων ψυχῆς τοιοῦτό τι γινό-

Digitized by Google

μενον ἴσμεν; οὐχὶ καὶ αὐτὸς ἐν Ἱεροσολύμοις ὁ Κυ- A
οιακός ἐστι τάφος, θαυματουργῶν ἐξαίσια; μήπου τι
παραπλησίως ἔχον ἐκεῖ τοῖς ἡμετέροις ἐστίν; οὐχὶ
πᾶς ὁ προσευχῆς προσιὼν χάριν ἢ θεραπείας, ἰδίαις
μᾶλλον χρῆται δαπάναις; τοὐναντίον μὲν οὖν οὐχὶ καὶ
προσφέρει τὸ κατὰ δύναμιν; πῶς τοίνυν, καὶ πόθεν,
ἢ μέχρι πόσου, ἑαυτοῖς καὶ τοῖς προστοῦσιν ἡμεῖς
ἐπαρκέσομεν;

terrarum in sacris domibus atque asceteriis simile quid fieri recordamur? Nonne ipsum quoque Domini sepulcrum Hierosolymis inusitata operatur miracula? nunquid tamen istic par huic nostræ eleemosynarum largitio? Nonne sua vivit quadra quisquis aut orationis aut opis causa eo accedit? imo quod contra est, nonne istic offert de suo quantum potest? Quomodo igitur nos et unde, aut quousque et nobis et accedentibus nos sufficiemus annonam?

ρλγ'. Οἱ μὲν οὖν ταῦτα καὶ πολλὰ τούτοις ὅμοια εἶπον· ὁ δὲ πράως ὑπολαβών, Τῆς μεγάλης καὶ τοῦτο τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας, ἔφη, περὶ ἡμᾶς, ἀδελφοί, τὸ μὴ πρὸς ἀλλοτρίας χεῖρας ἡμᾶς, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἡμετέρας μᾶλλον ἑτέρους ὁρᾶν, καὶ τὸ μὴ ὅπως ἄν τι καὶ βραχὺ λάβοιμεν παρ' ἑτέρων αἰτεῖν, ἀλλ' B
ἀφθόνως μᾶλλον ἔχειν ἑτέροις ἡμᾶς ἐπαρκεῖν. Οὐ γὰρ ἐξ ὧν αὐτοὶ κοπιῶμεν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἀπονητὶ μᾶλλον τῆς ἄνωθεν χρηστότητος ἀπολαύομεν, ἐκείνοις παρέχομεν, ὃ καὶ σπουδαστέον ὑμῖν, εἴπερ ἄλλο τι διὰ παντὸς, καὶ πάσης ἄλλης ἐργασίας προτιμητέον, εἴ τι τῆς ἐκείνου μέλει θεραπείας ὑμῖν, τοῦ ἔλεον θέλοντος μᾶλλον καὶ οὐ θυσίαν. Πρὸς ταῦτα τοῦ Ἀγγουλᾶ πειραθέντος ἰταμώτερον ἀποκρίνασθαι, εἰδὼς ὁ θεῖος ἀνὴρ δι' ἐκείνου συσκευάσθαι τῷ ἐχθρῷ τὴν ἐπιβουλὴν, ἐπιτιμήσας σφοδρότερον οὐκ ἐκείνῳ, ἀλλὰ τῷ δι' αὐτοῦ μᾶλλον ἀναιδῶς φθεγγομένῳ, Σὺ μὲν, ἀγαθοῖς πᾶσι πολέμιε (οὐδὲ γὰρ ἀγνοῶ σου τὰς δολιότητας), ἔφη, τὸν ταλαίπωρον τοῦτον ὑπεισελθών, θορύβους σπουδάζεις καὶ ταραχὰς ἐπεγείρειν μοι, ἐπεὶ C
καὶ συγκεχώρηται σαφῶς ἄνωθεν. Εἶτα καὶ πρὸς τὸν Ἀγγουλᾶν ἐπιστραφείς, Ἀλλ' οὐαί σοι τῷ δυστήνῳ, ἔφη, ὅτι ταύτῃ συγγενῶς ἔχων εὑρέθης τῷ δυσμενεῖ, ὡς καὶ ὀργάνῳ σοι χρῆσθαι πρὸς τὴν κακίαν. Ἐξῆς δὲ καὶ πρὸς τὴν ἀδελφότητα πᾶσαν, Κοινωνητέον, φησὶν, ἐκ τοῦ ὑστερήματος ὑμῖν, ἀδελφοὶ, καὶ τῆς ἀναγκαίας χρείας κοινωνητέον τοῖς ὄχλοις, ἐπεὶ οὐκ ὀλίγα ὑμῖν ἐν ὑστέρῳ μεταμελήσει.

133. Hæc et his similia illis turbide elocutis, sedate subsumens sanctus, sic infit: Et illud singularis Dei circa nos sollicitudinis signum est, fratres, quod non ex alienis manibus nobis, sed aliis potius ex nostris victitandum sit; quodque, ut parum quid accipiamus, alienam implorare opem non debeamus, sed tantam habeamus rerum copiam, ut et cæteris succurrere possimus. Neque vero illa, quæ manuum nostrarum opere conquisivimus, sed illa, quibus citra laborem nostrum, suppeditante divina bonitate, fruimur, egentibus largimur; quod et faciendum nobis sedulo semper est si quid aliud; et omni alio opere pluris æstimandum, si quid nos cultus illius tangit, qui dicit: *Misericordiam volo, et non sacrificium*[21]. Cum Angulas ad hæc incitatus turbulentius responsum pararet, cognosceretque vir Dei per illum moliri insidias suas dæmonem, ad hunc, prætermisso fratre per cujus os inverecunde multa effutiebat, increpationem graviter convertens: Tu, inquit, bonis omnibus inimice (neque enim me fugiunt tuæ fraudes), misellum hunc clam ingressus, turbas mihi tumultusque ciere satagis, quoniam illius faciendi desuper quoque facultas tibi concessa est. Tum ad Angulam conversus: Sed et tibi misero væ, inquit, quod tam familiaris hosti nostro inventus sis, ut te fraudis suæ instrumentum præbueris. Denique universos fratres sic alloquitur: Communicandum nobis aliquid ex inopia nostra est, et ex illis, quæ ad usum nos alias non paucorum ad extremum pœnitebit.

necessarium faciunt, erogandum turbis: quoniam

ρλδ'. Ταῦτα πρὸς αὐτοὺς εἰπὼν, καὶ τὴν ψυχὴν τῆς αὐτῶν οὐκ οἶδ' εἴτε ἀναλγησίας χρὴ λέγειν, εἴτε μικροψυχίας περιαλγήσας, ὁρᾷ θείῳ ψυχῆς ὄμματι κείμενον καθάπερ τὸ θεῖον Εὐαγγέλιον ἐπὶ τοῦ σιτῶνος, καὶ ὡς ἐπεισελθόντες ἐνδεεῖς καὶ διαρπάσαντες αὐτὸ φύγοιεν, καὶ ὡς αὐτὸς μὲν διά τινος ὁδοῦ βασιλικῆς ὄπισθεν τούτων καταδιώκοι, φθάσαι δὲ οὐχ οἷός τε ὢν, ἐκ μέσης αὐτῆς ἀναστρέψειε, καὶ ὡς ἑκάστης ἡμέρας ἄρτους ἀπὸ τότε τῶν τριῶν ἐν αὐτῷ πλείους οὐχ εὕροι· οὓς λαμβάνων, ἄνω τε πρὸς Θεὸν βλέπων, καὶ τὴν ἐκεῖθεν αὐτοῖς ἐπευχόμενος εὐλογίαν, εἶτα διαθρύπτων, παρετίθει τοῖς δεομένοις, καὶ ὡς ἕκαστον κλάσμα μέγιστος αὐτίκα γίνοιτο ἄρτος. Ἐν ἑαυτῷ τοίνυν γενόμενος, καὶ συμβαλὼν τὴν ὄψιν ἀφαίρεσιν εἶναι τῆς ἄνωθεν χάριτος, οἷς ἔμελλον ἀνακόπτειν οἱ μαθηταὶ τὸν εἰς τοὺς πένητας ἔλεον, πάντας αὐτοὺς συγκαλέσας, καὶ ἅπερ ἴδοι σαφῶς ἀπαγγείλας προσευχὴν ἐπιτρέπει μετὰ δα-

134. Ubi finem dicendi fecit, acerbo animi affectus dolore est, ex illorum, stuporene dicam, an pusillanimitate suborto. Tum conspicatur oculo interiore sacrum Evangelium, veluti in horreo jacens; accurrentesque inopes rapere illud ac fugere: ipsum autem se regia quadam via fugientium tergis instare, retrahere vero nullo modo posse, ideoque iter ex media via relegere: ex illo porro tempore singulis diebus tres non amplius in horreo granario panes reperiri, quos ipsum accipientem, ac sursum oculos ad Deum intendentem, cœlestique benedictione impertientem, denique frangentem apponere egentibus, quodque autem frustum illico in panem maximum converti. Redditus igitur sibi, atque conjiciens, visionem signare divinæ gratiæ oblationem, propterea quod eleemosynas, pauperibus erogari solitas, imminutas vellent; convocatis omnibus quæ sibi per visionem ostensa

[21] Osee, vi, 6; Matth. ix, 13.

Digitized by Google

essent, enuntiat; ac precationem cum lacrymis indicit, solum nempe adversus divinas comminationes remedium, ut Deum sibi propitium redderent. Dum illi mox fructus pœnitentiæ dignos faciunt contritionique indulgent, miseratus Symeon lacrymas ad Deum effundit, lacrymas multiplicem elicere cœlo misericordiam valentes: tum modicum quid frumenti ex horreo allatum manu excipiens, atque ad manum Dei supremam respiciens, inde benedictionem precibus accersivit, quæ cum aperitur, solet omne animal implere. Frumentum autem (o inusitatam agriculturam! o semina orationis, fertilem quoque terram fertiliorem reddentis!) plurimum augescens, in longissimum tempus usui communi abundantissime sufficiebat, neque minimam partem minuebatur.

A κρύων αὐτοῖς, τὸ μόνον ἰσχύον κατὰ τῆς θείας ἀπειλῆς φάρμακον, ὥστε διαλλαγῆναι, φησὶν, ἡμῖν τὸν Θεόν. Τῶν δὲ μετάνοιαν ἀξίως εὐθὺς ἐπιδειξαμένων, συναλγήσας αὐτῶν τῇ συντριβῇ, καὶ δάκρυα πρὸς Θεὸν ἐχχέας τὰ πολὺν ἐκεῖθεν ἕλκειν δυνάμενα [ἕλεον], σῖτόν τε βραχὺν ἐκ τοῦ σιτῶνος κομισθέντα λαβὼν ταῖς χερσὶ, καὶ πρὸς χεῖρα πάλιν αὐτὸς τὴν ὑψηλὴν ἰδὼν, τὴν ἐξ αὐτῆς ἐπηύξατο εὐδοκίαν, ἣ πᾶν ἐμπιπλᾷ οἷδε ζῶον ἀνοιγομένη· καὶ ὁ σῖτος (ὦ παραδόξου γεωργίας! ὦ σπερμάτων εὐχῆς καὶ γῆν ἀγαθὴν εἰς γονιμότητα παριούσης!) ηὔξετο, μέχρι πολλοῦ ταῖς χρείαις ἀφθόνως ὑπηρετῶν, καὶ μηδ', ὅτιοῦν ἐλαττούμενος.

CAPUT XVII.

Armat suos contra dæmones varia molientes.

135. Aliquanto post aliam rursus habet visionem, B quæ virum pene exanimabat: coactis in unum fratribus: State, inquit, ut generosos decet, adversus impendentes tentationes: permisit quippe Dominus vos tentari, ut et splendidiore vos circumdet corona. Librum igitur Job prophetæ, ex quo noverat ipsis et tolerantiam augere, et supernæ consolationis spem corroborare, in manus capit: indictoque cunctis silentio atque attentione, a capite orsus ad calcem usque librum explicando evolvit: sicubi vero quiddam proverbialis notionis occurreret, id et penitius enucleabat, et latentem in eo sensum spiritus ipsum illuminantis splendore illustrabat; tandemque adhortationem ex Apostolo commode concludebat, sic inquiens: Audivistis, quid Job sustinuerit; et cognovistis quem sibi finem C Dominus habuerit præfixum: *State igitur succincti tumbos vestros in veritate et calceati pedes in Evangelio pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis tela nequissimi ignea exstinguere*[22]. *Existimo enim quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis*[23]: *id enim quod in præsenti est momentaneum tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna*[24].

ρνε'. Ὁ δὲ ταπεινὰ περὶ ἑαυτοῦ καὶ φρονῶν καὶ ῥυεγγόμενος, ἄχρι μέν τινος ὤκνει καὶ ἀνεβύετο, εὐλαβῶς ἔχων τοῦ ἀξιώματος, καὶ λίαν ἐπαινουμένῃ φειδοῖ περὶ αὐτὸ χρώμενος. Ὡς δὲ προσθεὶς ἐκεῖνος, Εὐλόγησον, ἔφη, αὐτίκα τε μετὰ τὴν εὐλογίαν εἴσω τῆς κιγκλίδος ἐγένετο, ἀνενεγκὼν εἰς τὴν ὄψιν ὁ

D 155. Sanctus autem, humiliter de se sentiens et loquens, adhuc aliquantulum detrectabat et differebat cum timore ac veneratione dignitatem, perquam laudanda ad illam tarditate progrediens. Cum vero ille foris stans dixisset (41) : Benedic; statimque a benedictione intra cancellos se intulisset,

(38*) *Isaiæ* vi, 6. Volavit ad me unus de Seraphim, et in manus ejus calculus (LXX carbo) quem forcipe tulerat de altari.

(39) Dionysius ep. Seleuciæ *interfuit concilio generali quinto Constantinopoli anno* 553. *Dubitatur in editione Labbæi, fueritne* Seleuciæ Syriæ, an Isauriæ episcopus. *Hic dubium tollitur; abest autem* Seleucia *ista cognomento* Pieria *solum* 150 *stadiis ab Antiochia, ab ostio Orontis* 40, *postea facta archiepiscopalis.*

(40) *Videtur hoc nomine significari modius sive cellula supra columnam posita.*

(41) *Consueta salutandi forma inter ecclesiasticos, qua alter ab altero benedici sibi petebat. Sic in Actis sanctæ Mariæ Ægyptiacæ num.* 13, *de ipsa et Zosimo dicitur*, Jacebant ambo, alter ab altero benedici volens; nec aliud utrinque audiebatur quam, Benedic.

Digitized by Google

revocavit animum sanctus ad visionem illam, quam pridie ac pridem hac super re conspexerat; quam scilicet expresse cum illa concordarent, quæ modo fiebant; quamque distincte nunc exitu completa cerneret, quæ prius secreto atque occulte repræsentata fuerant: deinde etiam divinæ illius vocis, quæ auribus insonuerat, recordatus; et quomodo coram se haberet episcopum, etiam ad vim faciendam paratum, dicentemque quod eum, quidquid demum fieret, non esset dimissurus; rem beneplaciti (ut vere erat) divini esse considerans, incurvat ille quidem collum etiam invitus; episcopus vero, manibus capiti religiose admodum et circumspecte impositis, dici solitas orationes persolvit; suaviumque lacrymarum imbre inter precandum perfusus, anima nescio quod divinæ virtutis indicium sentiente, sacerdotem consecravit, tertio et tricesimo ætatis anno.

A Συμεών, ἦν χθὲς καὶ πρώην περὶ αὐτοῦ ἐωρᾶκει ὅπως τε σύμφωνον αὐτῇ τὸ γεγενημένον, καὶ ὅπως ὅπερ ἐκείνη παρέδειξεν αὐτῷ κρυφίως καὶ ἀπορρήτως, τοῦτο τοίνυν ἐπὶ τοῦ πράγματος ἴδοι· ἔπειτα μέντοι καὶ τῆς θείας φωνῆς ἐκείνης τῆς πρὸς αὐτὸν ἀν[εν]εχθείσης ἐπιμνησθείς, ὡς πρὸς ἀνάγκης αὐτῷ καταστάντα καὶ τὸν ἐπίσκοπον εἶχε, καὶ οὗ ἂν εἴη καὶ γένοιτο μεθήσειν λέγοντα, εὐδοκίας (ὃ καὶ σαφῶς ἦν) τῆς ἄνωθεν ἀντικρυς τὸ πρᾶγμα κατανοήσας, κλίνει μὲν τὸν αὐχένα καὶ ἄκων· ὁ δὲ τὴν χεῖρα τῇ κεφαλῇ ἐπιθείς, εὐλαβῶς κομιδῇ καὶ περιλαγμένως τότε συνήθεις εὐχὰς ἐπεπίπων, καὶ δάκρυων ἡδὺ τῶν εὐχῶν καταχέας, τὸ ψυχῆς θεῖόν τι πασχούσης ἐναργὲς σύμβολον, ἱερέα τελειοῖ, τρίτῳ τῆς ἡλικίας ἐπὶ τριάκοντα ἔτει.

156. Post hæc episcopus, dicta acceptaque salute, revertitur, lætus quod manus suas in tali vase consecrando Spiritui sancto commodasset: Symeoni vero accesserunt discipuli, rogantes, ut divinorum mysteriorum primitias offerret. Verum ille profectum suum in sancto Spiritu constitutum habens, anxio erat animo, exemplo ferventium amatorum, quomodo sacrificium Deo suo gratissimum offerret, ac majori illum afficeret voluptate; viditque per apparitionem se ipsum istiusmodi oblatione sacram liturgiam perficientem; atque angelorum sanctorum cohortes, vestibus nive candidioribus amictorum, stantium ante columnam, et motione quadam manuum inusitata veluti bene precantium, ac tali concludentium dicta epilogo: Si quis huic fidei confessioni non communicat, anathema sit. Tum vidit Deum quoque, cœlesti signo angelorum voces comprobantem, ac sigillo quasi suo munientem. Itaque postquam talia circa divinum sacrificium edoctus, testificationes tam certas, tam solidas, tam perspicuas, et quibus, si ita vis, contradici nil potest, acceperisset, promptissima deinceps et lingua et spiritu illud obtulit. Nos vero cætera viri miracula prosequamur.

B ρνς'. Ὁ μὲν οὖν εἰρήνην δοὺς ἦ καὶ λαβὼν ἀνεχώρησε, χαίρων ὅτι τὰς χεῖρας ἐπὶ τοιούτῳ σκεύει τῷ Πνεύματι χρήσειεν· τῷ δὲ Συμεὼν οἱ μαθηταὶ προσελθόντες, ἠξίουν τὴν θείαν αὐτὸν ἐπιτελέσαι μυσταγωγίαν. Ὁ δὲ τὴν προσκομιδὴν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ συντάξας, ἠγωνία κατὰ τοὺς θερμοὺς τῶν ἐραστῶν, ὅπως ἂν τῷ ποθουμένῳ Θεῷ προσενέγκοι, καὶ αὐτῷ μᾶλλον ἡδυνθείη τὰ τῆς θυσίας. Καὶ ὁρᾷ ἐν ἀποκαλύψει ἑαυτὸν μὲν τὴν θείαν διὰ τῆς τοιαύτης ἀναφορᾶς λειτουργίαν ἐπιτελοῦντα, τάγματα δὲ ἁγίων ἀγγέλων χιόνος λευκότερα τὰς ἀναβολάς, πρὸ τῆς αὐτοῦ στάσεως ἑστῶτα, καί τινι κινήσει χειρῶν ἐξαισίᾳ C οἷον ἐπευφημοῦντα, κἀκεῖνο προσεπιλέγοντα· Εἴ τις τῇ ὁμολογίᾳ ταύτῃ τῆς πίστεως οὐ κοινωνεῖ, ἀνάθεμα ἔστω· ἔξῃς δὲ καὶ Θεὸν ἄνωθεν ἐπευδοκοῦντα, καὶ τὰς φωνὰς ὥσπερ ἐπισφραγίζοντα. Ὁ μὲν οὖν ταῦτα μυηθεὶς περὶ τῆς θείας μυσταγωγίας, καὶ τοιαύτας πληροφορίας λαβών, καὶ οὕτως ἀσφαλεῖς καὶ βεβαίας ἢ λαμπρὰς καὶ ἀναντιῤῥήτους, εἰ βούλει, προθύμῳ τὸ λοιπὸν αὐτὴν ἐπετέλει καὶ γλώττῃ καὶ πνεύματι· ἡμῖν δὲ καὶ τὰ πρὸς τὰ ἑξῆς ὁ λόγος βαδιεῖται τῶν τοῦ ἀνδρὸς θαυμασίων.

CAPUT XX.

Bacillo, verbo, aqua manuum, varia patrat. Mortuum suscitat.

157. Vir quidam, natione Iber, per calores æstatis in area quadam somnum capiebat vino potus, quemadmodum ebriosis solet accidere, idque hiante ore: cum adrepens coluber, percepto odore, per fauces viri ad viscera usque sitibundus penetrat: qua re ille in extremum periculum adductus, nihil quidquam quod sibi applicaret, remedii inveniens, confestim ad sanctum Symeonem advolat, unicum in morbis perfugium, unicam in tanto malo medicinam. Is autem calamitosi viri misertus, ventrem, quem coluber uti antrum suum incolebat, bacillo suo signat, atque monasterio exire jubet. Jussum factum: in egressu statim exonerat via naturali vivum serpentem, et incolumis redit

D ρνζ'. Ἀνήρ τις Ἴβηρ τὸ γένος, ἐν ἀκμῇ θέρους ἐπί τινος ἄλωνος ἐκάθευδεν ὑπὸ οἴνου, οἷα δὴ φιλεῖ τοῖς οἰνωθεῖσι συμβαίνειν, καὶ τὸ στόμα κεχήνει. Ὕφεως τοιγαροῦν αὐτῷ προσερπύσαντος καὶ τῆς ὀσμῆς αἰσθομένου, ἐν δίψει τε πρὸς τὰ ἔγκατα τοῦ ἀνδρὸς εἰσδύντος, ἐν παντὶ κινδύνου γενόμενος, καὶ ὅ τί ποτε χρήσηται λοιπὸν ἑαυτῷ μὴ ἔχων, παρὰ τὸν θεῖον εὐθὺς Συμεών, τὴν μόνην ἧκει τοῦ πάθους καταφυγήν, τὴν μόνην τηλικούτου κακοῦ λύσιν. Ὁ δὲ τὸν ἄνδρα τῆς συμφορᾶς ἐλεήσας, τὴν κοιλίαν, ἣν ὅσα καὶ φωλεὸν ὁ ὄφις ᾤκει, τῇ ῥάβδῳ διασφραγίσας, ἔξω γενέσθαι τῆς μονῆς ἐπιτρέπει. Ἐξελθὼν τοίνυν εὐθέως ἐκεῖνος, κενοῖ διὰ τῶν φυσικῶν ἐξόδων ζῶντα τὸν ὄφιν, καὶ οἴκαδε ὑγιὴς ἐπανήκει, θαῦμα οὐ πᾶσιν

Digitized by Google

δμασι, ἀλλὰ καὶ ὠσὶν, τὸ τηνικαῦτα ἰδεῖν, καὶ ὅσοις εἰς δεῦρο πάλιν ἀκοῦσαι γένοιτο.

A domum, miraculum factus non omnium tantum oculis, sed etiam auribus; oculis quidem, quotquotquot in præsentem usque diem audire licuit.

ρνη'. Εἶτα προσάγεταί τις αὐτῷ νεᾶνις, οὐ χωφεύουσα μόνον καὶ μηδαμῶς φθεγγομένη, ἀλλὰ καὶ τρόμῳ τὸ πᾶν σῶμα τοσούτῳ συνεχομένη, ὡς μηδ' ὀλίγον τε εἶναι διακρατεῖν ἑαυτὴν, ἀλλὰ σινδόνι μᾶλλον βαστάζεσθαι· ἔσβεστο δὲ καὶ ὁ πατὴρ ἤδη τῆς κόρης τοὺς ὀφθαλμούς. Καὶ ὁ μὲν ὑφ' ἑτέρων χειραγωγούμενος, ἡ δὲ φερομένη· ὁ μὲν ἵσταται πρὸ τοῦ ἁγίου τυφλὸς, ἡ δὲ προτίθεται. Ὁ μὲν οὖν πατὴρ εἰς ἑαυτὸν ἀναδεχόμενος τὴν τῆς παιδὸς πάρεσιν (ἐπεὶ καὶ πατὴρ, κἀκείνου μᾶλλον τὸ πάθος ἦν, εἰ καὶ τῆς παιδὸς ἐνομίζετο). ἱκέτης ὑπὲρ τῆς διπλῆς ἐγίνετο συμφορᾶς, οὐ πάρεσιν αὐτῶν ἰαθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τύφλωσιν. Ὁ δὲ θεῖος Συμεὼν ἀμφοῖν τὰ σπλάγχνα περιαλγήσας, εἰς σπλάγχνα τε πάλιν αὐτὸς φιλανθρωπίας Θεοῦ βλέψας, καὶ γόνυ κλίνας αὐτῷ, παρ' οὗ τὸν ἔλεον ἤδει πλουσίως χεόμενον, ἀναστὰς, τὴν Δεσποτικὴν φωνὴν (ἐπιτιμήσει δέ μοι τῆς τόλμης οὐδεὶς, ἐπεὶ κἀκείνου σαφῶς ἡ φωνὴ, *Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει*)· ἀναστὰς τοίνυν, τὴν Δεσποτικὴν ἔφη φωνήν· Ἡ παῖς, ἀνάστηθι καὶ στῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου. Τῆς δὲ αὐτίκα μέλη πάντα ῥωσθείσης, καὶ ὁμοῦ τῷ κελεύσματι ποσὶν οἰκείοις διαναστάσης, τοῖς αὐτοῦ χείλεσιν ἐκεῖνος τὸν δάκτυλον ἐκπιέσας, στόματί τε τῆς κόρης αὐτὸν καὶ ὠσὶν ἐμβαλὼν, λαλοῦσαν ἐλευθερίως εὐθὺς καὶ ἀκούουσαν ὁρᾶσθαι τοῖς παροῦσι παρεῖχεν. Εἶτα πρὸς τὸν πατέρα ἐπιστρέψας, καὶ δακτύλῳ πάλιν ὁμοίως τῇ αὐτοῦ γλώττῃ διαβραχέντι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιχρίσας, Δεσποτικῇ κἀκείνῳ τὸ φῶς ἐνεργείᾳ χαρίζεται. Ἐκεῖνος γὰρ ἦν κἀνταῦθα σαφῶς ἐνεργῶν, εἰ καὶ διακόνῳ τῷ θεράποντι κέχρητο, καὶ οὕτω μιᾶς προσευχῆς καρπὸς διπλῆ θεραπεία γίνεται.

158. Rursum adducitur illi puella, non tantum audiendi loquendique facultate destituta, sed tanto etiam tremore membris omnibus correpta, ut impotens, quæ se ipsam sustineret, linteo involuta gestari deberet: patri vero ejus, exstinctum erat oculorum lumen. Et iste quidem ab aliis manu ductus, stabat coram sancto cæcus; illa vero apportata, ibidem collocata jacebat. Pater itaque paralysin filiæ suam ipsius esse reputans (cum enim pater esset, dolor, qui filiæ putabatur, ipsum potius ægre habebat), supplex pro duplici calamitate deprecanda fit, obtestans non solum ut paralysi remedium, sed cæcitati quoque afferatur. Sanctus vero B Symeon, ipse quidem amborum commiseratione visceraliter tactus, oculos vero in viscera misericordiæ divinæ conjiciens, genua ei flexit, a quo largiter effundi misericordiam sæpe expertus fuerat: surgensque deinde Dominica illa voce (nec vero temeritatis me quisquam arguet, quoniam clarissime dicit ipse Dominus: *Qui credit in me, opera quæ ego facio ipse faciet* [41]), Dominica, inquam, illa voce usus est: Puella, surge, et sta super pedes tuos. Cumque puella mox omnibus confirmata membris, simul atque jussa fuit, pedibus suis erecta staret; rursum ille admotum prius labiis suis digitum ori auribusque puellæ inseruit, et loquentem libere audientemque præsentibus spectandam exhibuit. Hinc ad parentem conversus, digitoque, similiter C lingua madefacto, oculos illinens, divina virtute illi quoque usum videndi largitus est. Deus quippe erat, qui isthæc tam manifesta miracula operabatur, etsi famulo suo pro ministro uteretur: atque ita unius orationis fructus duplex curatio fuit.

ρνθ'. Ἔπειτα μέντοι καὶ γυναικῶν αὐτῷ πλήθη προσῆλθον, αἱ μὲν ξηραὶ τοὺς μαστοὺς, οἷα γάλακτος ἀπορούμεναι, καὶ τὰ βρέφη ἐλεεινῶς ἀνθ' ἱκετηρίας προβάλλουσαι· αἱ δ' ἐν γαστρὶ μὲν ἔχουσαι καὶ ὠδίνουσαι, πνεύμασι δὲ πονηροῖς ἐταζόμεναι, ὡς καὶ αὐτὰ πρὸ τῆς ὠδῖνος τὰ ἔμβρυα κινδυνεύειν ἀμβλῶσαι· τὰς δὲ ἀτεκνοῦσα μήτρα ἐλύπει, καὶ τὴν ἀπαιδίαν χαλεπῶς ἀπωδύροντο. Ἀλλ' αἱ μὲν εὐχαῖς ἐκείνου τὴν θηλὴν ἀναθήλασαι, καὶ γάλακτος αὐτὴν ὑποπεπλησμέναι, αἱ δὲ τῶν πνευμάτων ἀπαλλαγεῖσαι, αἱ δὲ λυθεῖσαι τὴν στείρωσιν ἐπανῆλθον, μητέρες μετὰ ταῦτα γενόμεναι, καὶ καρπὸν παρ' ἐλπίδα κοιλίας ἐπιδοῦσαι.

159. Ingens quoque mulierum turba secutis temporibus ad sanctum convenerunt: quarum aliæ ubera arefacta lacteque destituta apportantes, infantes suos spectaculum miserabile pro supplicationis actu ante ipsum collocabant: aliæ portantes uterum et e propinquo partu laborantes, malignis spiritibus ita exagitabantur, ut infantibus nondum editis periculum non leve crearetur: aliis uterus infecundus dolori erat sterilitatem suam incessanter lamentantibus. Verum illæ precibus sancti D mammas tuberantes lacteque plenas receperunt; istæ spiritibus abactis liberatæ sunt, hæ sterilitate sublata revertentes, matres factæ sunt, ventris sui fructu præter spem edito.

ρξ'. Ἐξῆς δὲ προσάγεταί τις ἀνὴρ Ἀντιοχεὺς, αὐτῷ μεγέθει σώματος μέγιστος, καὶ οὐ πόρρω πολὺ γιγάντων, πικροῖς τά τε ἄλλα πάθεσι καὶ νόσοις κατειργασμένος, καὶ τὴν χεῖρα ξηρὰν ἔχων ἤδη καὶ οἱονεὶ τεθνηκυῖαν. Ἰδὼν τοιγαροῦν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος αὐτὸν, οὐ θεατοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλ' οἳ καὶ τῶν ἀδήλων ἦσαν

160. Alias sistitur vir quidam Antiochenus, corporis proceritate maximus nec multum dissimilis giganti, qui, præter alios quibus torquebatur dolores ac morbos, manum aridam habebat et jam quasi mortuam. Videns illum Dei famulus, non quidem oculis exterioribus, sed interioribus, quæ abscon-

[41] Joan. XIV, 12.

Digitized by Google

dita sunt intuentibus et penetrantibus occulta; cognoscensque gentilem religione esse: Si vis, inquit, sanus fieri, invoca nobiscum in simplicitate cordis unigenitum Dei Filium, Dominum nostrum Jesum Christum, sanctamque Virginem Dei Genitricem, ex qua nasci voluit secundum carnem, credens in unum Deum Patrem omnipotentem, in ipsum unigenitum ejus Filium, et in sanctissimum ac vivificantem Spiritum, fallacia vero idola exsecratione publica devove atque detestare; et inposterum doloris expers futurus es, omni ex parte sanatus. Verum ille ex his dictis nihilo promptior ad credendum factus, sed fallaci suæ perniciosæque gentilitati pertinaciter adhærere pergens, inde tanquam onus inutile ejectus est, nihil omnino opis consecutus congressu suo.

A αὐτῷ θεατοῖ, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἑρμηνευταῖ, Ἕλλησα τὴν θρησκείαν ὄντα, Εἰ θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι, φησὶν, ἐπικάλεσαι διὰ τῆς ἡμῶν εὐτελείας τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὴν ἁγίαν Παρθένον καὶ Θεοτόκον, ἐξ ἧς εὐδόκησε γεννηθῆναι τὸ κατὰ σάρκα, πιστεύων εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ἐν αὐτῷ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, τὴν ἐπὶ τοῖς εἰδώλοις πλάνην ἀναθέματι λαμπρῷ περιβάλλων, καὶ τὸ λοιπὸν ἀλύπως ἔσῃ καὶ καθαρῶς ὑγιαίνων. Ὁ δὲ πειθομένην οὐκ εἶχεν τὴν καρδίαν τοῖς λεγομένοις, ἀλλὰ τῆς οἰκείας ἔτι περιεχομένην ἀπάτης τῆς Ἑλληνικῆς ἐκείνης καὶ ὀλεθρίου, ἔνθεν τοι καὶ κενὸς ἐῤῥίπτο φόρτος, οὐδενὸς χρηστοῦ τυγχάνων τῆς προσεδρείας.

B

161. Cum vero in tali statu diu multumque perstitisset, videretque alios omnes quotquot fidem amplexi fuerant incolumitate donari; sibi contra ne tantillam quidem levandorum malorum spem affulgere: nuntio ethnicorum superstitionibus remisso, Christe, inquit, qui a famulo tuo Symeone, cum Deus esses, prædicaris ex sancta Virgine Maria natus homo; da aures faciles precibus illius in adjutorium meum. Ita precatus, tam bellam confessionem suam pœnitentiæ lacrymis gratiorem fecit, et pristinum errorem exsecratus est. Quod cum Symeonem non fugeret, affundi aquam jubet, lotisque manibus suis laboranti viro portari: qui illa usus, recte continuo habere, manusque arida et mortua velut reviviscere ac novum induere vigorem; totusque sanus non corpore tantum, sed quod pluris est, animo quoque, domum remeare, grandius beneficium quam speraverat exspectaveratque adeptus.

ρξα'. Ἐπεὶ δὲ πολὺ τοῦτο ἦν καὶ μέχρι πολλοῦ, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἑώρα πάντας ὅσοι πίστει προσῄεσαν τὴν θεραπείαν κομιζομένους· ἑαυτῷ δὲ μηδοτιοῦν πρὸς ἀπαλλαγὴν κακῶν τοσούτων ἐπισημαῖνον· ἀπαγορεύσας τῇ τῶν Ἑλλήνων θρησκείᾳ, Χριστὲ, ὁ παρὰ τοῦ δούλου σου Συμεὼν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου Μαρίας τεχθῆναι κηρυσσόμενος Θεὸς, ἔφη, πρόσχες εὐχαῖς ἐκείνου εἰς τὴν βοήθειάν μου. Ταῦτα ἔφη, καὶ δάκρυσι μετανοίας τὴν καλὴν ταύτην κατηρτίσας ὁμολογίαν, ἀναθέματι τὴν προτέραν αὐτοῦ δίδωσι πλάνην· ὅπερ οὐκ ἀγνοήσαντα τὸν ἱερὸν Συμεὼν ὕδωρ ἐνεχθῆναι κελεῦσαι, καὶ τὰς χεῖρας ἀπονιψάμενον τῷ πάσχοντι μεταδοῦναι· τὸν δὲ χρησάμενον C εὐθέως ἀνορθωθῆναι, τήν τε ξηρὰν ἢ νεκρὰν ἐκείνην χεῖρα οἷον ἀναβιῶναι, καὶ ἀναθῆλαι, καὶ ὑγιῆ οὐ σῶμα μόνον ἀλλὰ καὶ ψυχὴν, ὃ καὶ σωματικῆς ὑγείας μακρῷ μεῖζον, οἴκαδε ἀφικέσθαι, πολλῷ τοῦ ἐλπισθέντος ἀγαθοῦ πλεῖον λαβόντα τὸ ἀπροσδόκητον.

162. Superiori quodam modo affine est id quod proxime sequitur, reliqua vero multo majora. Alius quidam gentilis, qui et ipse idololatrarum erroribus imbutus, paralyticus erat: advectus ad Symeonem, professione fidei Christianæ (bono utique, nec labore nec pretio comparabili) salutem consecutus est duplicem, eoque magis æstimandam, quanto pluris est anima quam corpus. Verum erat illi filius quoque, gravissima ægritudine fere desperatus, quem tum ipse tum mater sublatum, dulce utrique pondus, ad sanctum afferebant: sed in itinere puer animam reddidit, parentibus acerbum decessum, uti ipsis mos est, lamentantibus. Cum vero, jam persuasi nihil in ulteriore itinere opis superesse, constituissent domum regredi, illud patri in mentem venit: Quid? qui me paralyticum et portari necesse habentem roboravit, et pedum membrorumque omnium usum restituit, nonne poterit hunc quoque filium meum resuscitare?

ρξβ'. Συγγενὲς τῷ εἰρημένῳ τὸ ἐπαγόμενον ἄχρι τινὸς, τὰ δ' ἑξῆς τούτου, μείζονα πολλῷ καὶ τοῦ προλαβόντος. Ἕλλην γάρ τις ἕτερος, τῆς εἰδωλικῆς πλάνης καὶ οὗτος, παράλυτος αὐτῷ κομισθείς, τῆς εἰς Χριστὸν καὶ αὐτὸς πίστεως, πράγματος ἀμόχθου καὶ ἀδαπάνου, σωτηρίαν διπλῆν πορίζεται, ἢ πολλαπλῆν, ὃ καὶ μᾶλλον, ὅσῳ καὶ τῆς ψυχῆς τὸ διάφορον. Ἀλλ' ἦν ἔσχατα νοσῶν αὐτῷ καὶ υἱὸς, ὃν οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ ἡ μήτηρ λαβόντες, ἡδὺ D φόρημα τεκοῦσι, προσφέρουσι τῷ ἁγίῳ. Μεταξὺ δὲ τῆς πορείας, οἴχεται μὲν ὁ υἱὸς τὴν τελευτίαν γονεῦσι καὶ πικρὰν ἐκδημίαν· καὶ θρηνοῦσιν αὐτὸν, ὅσα πατράσι νόμος. Οἰηθέντες δὲ μηδεμίαν αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ νῦν ὄνησιν εἶναι τῆς εἰς ἐκεῖνον ὁδοῦ, ἔγνωσαν οἴκαδε ἀναστρέφειν, εἶτα ἐκεῖνο τὸν πατέρα εἰσέρχεται, ὡς ἄρα Ὁ παρειμένον ἐμὲ καὶ φερόμενον ῥώσας, καὶ χρῆσθαι μὴ ποσὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι μέλεσι παρασχὼν, ἦπου δυνατὸς οὗτος καὶ τὸν υἱὸν ἀναστῆσαι.

163. Talibus animo volutis uxorique communicatis, resumunt iter versus sanctum, magna non modo spe fulti, sed etiam roborati fide. Jamque sub-

ρξγ'. Ταῦτα καθ' ἑαυτὸν διανοηθεὶς καὶ τῇ γυναικὶ κοινολογησάμενος, στέλλονται τὴν παρὰ τὸν ἅγιον αὖθις, μετὰ τοιαύτης οὐκ ἐλπίδος μόνον ἀλλὰ καὶ πί-

Digitized by Google

στεως. Ἤδη δὲ τὴν μονὴν εἰσιοῦσιν, ἔτυχέ τινα μαγιστριανὸν ὑπαντήσαντα τούτοις ἐπέχειν τὴν εἴσοδον, περιττὸν εἶναι λέγοντα καὶ οὐκ εὔκαιρον τὸ γινόμενον. Εἰ γὰρ καὶ πᾶσι Κύριος ἐγγὺς τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν οἶδε ποιεῖν, ἀλλὰ ψυχὴν ἅπαξ τοῦ σώματος ἐκδημήσασαν ἀναστρέψαι πάλιν ἀμήχανον. Ὅπερ τὸν θεῖον ἄνδρα μὴ ἀγνοήσαντα ὅλον ἑαυτὸν συντεῖναι, καὶ πρὸς Θεὸν οὐ χεῖρας μόνον ἀλλὰ καὶ καρδίας ὀφθαλμοὺς ἀνατείναντα, Χριστὲ, φάναι, Πατρὸς ἀνάρχου Υἱὲ μονογενὲς, ἐφ' ὃν καὶ πεπιστεύκαμεν καὶ πεποίθαμεν, ἡ δύναμις ἡμῶν καὶ καταφυγὴ, οὐ σὸς ἀψευδὴς λόγος, οὐ σὴ πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐπαγγελία· *Ἐὰν ἔχητε πίστιν, οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν*; Ταῦτα πρὸς Θεὸν ἡσυχῇ διελέχθη, καὶ τὸ νεκρὸν τοῦ παιδὸς σῶμα πρὸ αὐτοῦ τεθῆναι κελεύσας γόνατά τε θεὶς, καὶ ἱκανῶς προσευξάμενος, εἶτα διαναστὰς θαῤῥαλέᾳ πρὸς τὸν κείμενον γλώττῃ, Ὁ καλέσας τετραήμερον ἐκ τάφου Λάζαρον, ἔφη, καλεῖ σε δι' ἐμοῦ τοῦ δούλου αὐτοῦ. Καὶ παραχρῆμα (ὦ Θεοῦ δυναστείας! ὦ ἀβύσσου χρηστότητος! ὦ καὶ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἀπίστου καὶ ἀπιθάνου θεάματος!) διανέστη πάντων ὁρώντων, καὶ ζῶν τοῖς τεκοῦσιν ὁ νεκρὸς ἀποδίδοται, θαῦμα οὐ μόνον οὐ χωρητὸν ἀκοῇ μὴ τυχούσῃ τῆς θέας, ἀλλ' οὐδὲ ὀφθαλμοῖς ἰδοῦσι πιστὰ μικροῦ τιθέμενον τὰ ὁρώμενα.

ibant monasterium, cum forte magistrianus (42-43) quidam obviam factus, arcet illos introitu, supervacaneum dictitans et actum agere : tametsi enim prope sit Dominus omnibus invocantibus se in veritate, et voluntatem timentium se soleat facere : nihilominus animam corpore semel egressam eo postliminio reverti nunquam posse. Cum hæc perspicue innotuissent viro Dei, totum se intendens, levatis ad cœlum manibus mentisque oculis, Christe, inquit, Patris principio carentis unigenitus Filius, in quem et credimus et speramus, virtus et refugium nostrum, non fallit verbum tuum, nec promissio discipulis facta : *Si habueritis fidem, omnia vobis possibilia sunt* [31]. Hæc cum Deo secreto collocutus, imperat pueri cadaver ante se poni; tum genibus positis prolixe oravit, surgensque confidenti voce mortuo dixit : Qui quadriduanum excivit e sepulcro Lazarum, evocat te per me servum suum. Nec interposita mora est, surgit (o potentiam divinam! o bonitatis abyssum! o spectaculum, videntibus etiam oculis persuasu credituque difficile!), surgit inspectantibus cunctis, et vivus parentibus suis redditur. Illud profecto miraculum est, quod non auribus modo eorum qui rei gestæ non interfuerunt, sed ipsis quoque intuentibus coram oculis incomprehensibile videtur, utpote magnitudine sua fidem oculorum superans.

CAPUT XXI.

Paralyticus, surdus, mutus, furiosus, claudus curantur.

ρξδ'. Οὔπω τέλος εἶχε τὸ τοιοῦτο περὶ τὸν νεκρὸν θαῦμα τῷ Συμεὼν, καὶ προσήνεγκαν ἄνθρωπον αὐτῷ συγκύπτοντα, καὶ οὐ μόνον οὐδαμῶς ἀνακύψαι δυνάμενον, ἀλλὰ καὶ τράχηλον καὶ κεφαλὴν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα οὕτω πεπεδημένον, ὡς μηδ' ὅτῳ οὖν μέλει δύνασθαι χρῆσθαι· ὃς τοῦτον ἰδὼν, ἐλεεινῇ ὡς εἶχεν ἐβόα φωνῇ, Ἐλέησόν με, δοῦλε τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου. Ὁ δὲ χεῖρα τῷ τραχήλῳ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιθεὶς, ἐπικλήσει θείᾳ δυναμουμένην, ἀνῆκε τῆς ἀφύκτου πέδης ἐκείνης τὴν κεφαλὴν, εἶτα τῇ αὐτῇ τοῦτον χειρὶ κατὰ νώτου παίσας ὁμοῦ τῇ πληγῇ καὶ τὴν τῶν ὀδυνῶν ἀπαλλαγὴν, καὶ τὴν τῶν μελῶν λύσιν, καὶ τὴν τοῦ παντὸς σώματος ἐλευθερίαν χαρίζεται. Καὶ οὕτω πέμπτου ἐπὶ τριάκοντα ἐνιαυτοῦ, μελῶν πέδη καὶ σώματος πάρεσις, ὡς τοῦ πάσχοντος ἀκούειν ἦν, τὸν τῆς ἀσθενείας χρόνον δημοσιεύοντος, ἀφῇ μιᾷ καὶ πληγῇ παραδόξως λύεται.

164. Nondum plane absolutum erat miraculum, quod in mortuo jam dicto patrabat Symeon, cum hominem adducunt alium, incurvatum, nec solum non valentem se ullo modo erigere : verum etiam collo, capite, ac toto corpore ita contractum impeditumque, ut membri nullius usum liberum haberet. Ut hic Symeonem vidit, voce quam potuit maxime lamentabili clamavit : Miserere mei, famule Dei altissimi. Sic invocatus manum imponit collo viri, manum invocatione divina potentem, et nexibus solutis caput restituit sibi : tum eadem manu viri tergum percutit et ipsa percussione depulsionem dolorum et membrorum solutionem, et corporis totius expeditum usum concedit. Atque ita impedimenta vinculaque membrorum ac paralysis corporis, quæ jam quinque et triginta annos tenuerant (quemadmodum ex ipso ægro audire licuit, tempus infirmitatis suæ publice enuntiante), tactione una unaque percussione, præter exspectationem mirabiliter soluta fuerunt.

ρξε'. Εἶτα προσηνέχθησαν αὐτῷ νεάνιδες δύο, ἡ μὲν τὴν γλῶτταν πεπεδημένη, ἡ δὲ τὰ ὦτα κωφεύουσα· ἐξ αὐτῆς δὲ ὅμως ἑκάτεραι τῆς εἰς φῶς προόδου τῷ πάθει κατειλημμέναι. Ὧν ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων

165. Hisce ita peractis prodierunt adolescentulæ duæ, altera loquendi, altera audiendi facultate carente : et illos quidem defectus ab ipso ortu secum in hanc lucem intulerant. Movit illarum

[31] Matth. xxi, 21.

(42-43) *Gr.* Μαγιστριανός. *Quod plerumque interpretantur* agens in rebus, *ideo quod re ipsa in sacris, aut militia, aut aliis etiam, munus aliquod exerceat: et est quasi officialis magistri officiorum; de quo magistro ante vitam* § 8, *egimus. Vide plura de* Magistriano *in Glossario Græco-barbaro Meursii et Fabrotii ad Cedrenum.*

Digitized by Google

ætas florida et juvenilis commiserationem famulo Dei, præ doloris sensu in gemitus soluto. Oculos itaque spe plenus in cœlum intendens, ut inde auxilium advocaret; et digitum alterius ori, alterius auribus immittens; illius continuo linguam solvit, hujus vero aures aperuit, ita ut et loqueretur et audiret utraque sine impedimento.

166. Illud quoque silentio involvendum non est, utpote demonstrans similiter viri sancti et potentiam apud Deum, et benignitatem erga homines, opis indigos. Vir quidam allatus fuit, ætate provectus admodum et capillis canus, qui tua, invide humani generis inimice et salutis nostræ hostis infense, tua, inquam, operante in eo malitia nihil non agebat absonum indecensque. Nam si quando a dæmoniis, ipsum semper exagitantibus, impulsus totam pererraret civitatem, quas non effutiebat blasphemias! quam turpitudinem inausam relinquebat! Qui vero in ipsum infelici occursu seu die seu nocte incidebant, proxime a periculo aberant: violento enim ac insano impetu eos invadens, vestimenta frustatim dilacerabat, colloque injectis manibus improvidos suffocare nitebatur. Neque hic furiæ steterunt: propriam suam carnem (o miserum!) dentibus abreptam mandere ac comminuere spectaculo miserabili visus fuit, atque his etiam non paulo immaniora patrare. Agebatur dies Jovis sancta ac veneranda, qua Dominus noster cum discipulis cœnatus, ab illorum uno traditus fuit, cum asinæ forte occursans, linguam ei extraxit, firmiterque dentibus suis prehensam (vah spectaculum!) præcidit, ac dentibus comminutam laceravit, sanguinem circum os defluentem bibens ac lingens, idque in canitie tam venerabili, et grandi senecta; atque sub occasum vitæ: quod adeo intuentium oculos male habebat, ut lacrymas exprimeret; et miserum superesse in vivis dolentes, mortem illi pro beneficio precarentur. Asina interim, licet tam crudeliter ab ipso tractata et mutilata linguam, nihilominus, dæmone qui virum nihil pœnæ passa fuisset.

167. Adducitur ergo senex ad virum sanctum, statimque ab incolentibus eum dæmoniis per caput suspenditur, veluti non ferentibus sancti conspectum: quo illos percunctante, cur tandem ita in senem debacchati fuissent, illi amare flentes (dixisses viri præsentia quasi sævo flagello exceptos esse), Ad hoc, inquiunt, missi sumus, ut vel in aquam vel in ignem ipsum præcipitaremus: talium enim rerum isti (hem insaniam!) ministri seduli et exsecutores sunt. Dies igitur et noctes pariter quinque multifariam ab his incolis tortus fuerat acerbeque vexatus; cum illos graviter castigatos facessere inde, et nunquam deinceps sedem istam repetere jubet: nec præceptum eventu caruit. Jussi namque, multum vociferantes hominemque jactantes e vestigio evanuerunt, non ausi inposterum illuc reverti: senex autem violento illo

A τοῦ τῆς νεότητος ἄνθους οἶκτον λαβών, ὡς καὶ συμπαθὲς αὐταῖς οἷον ἐπιστενάξαι, εἰς οὐρανὸν τὰ πλήρες ἐλπίδος ἰδών, ἵνα καὶ τὴν ἔκεῖθεν ἐλκύσῃ βοήθειαν, καὶ τὸν δάκτυλον ἐμβαλὼν, τῆς μὲν τῷ στόματι, τῆς δὲ τοῖς ὠσὶ, τῇ μὲν εὐθὺς λύει τὴν γλῶτταν, τῇ δὲ ἀνοίγει τὰς ἀκοὰς, ὡς τὴν μὲν φθέγγεσθαι, τὴν δὲ ἀκούειν, ἐλευθερίως ἀμφότερα.

ρξς'. Ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνο λεγέσθω, τῆς ἴσης ὁ τοῦ ἀνδρὸς καὶ παρὰ Θεῷ δυναστείας, καὶ περὶ τοὺς οἴκτου δεομένους φιλανθρωπίας. Προστηνέχθη γάρ τις ἀνὴρ αὐτῷ, τὴν μὲν ἡλικίαν πρεσβύτης, καὶ τὴν τρίχα ἤδη λευκὸς, σῇ δὲ πάντως ἐνεργείᾳ, βάσκανε τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἐχθρὲ καὶ τῆς ἡμετέρας ἄνωθεν σωτηρίας πολέμιε, τῶν ἀτόπων B ἀπεχόμενος οὐδενός. Ὡς γὰρ ὑπὸ τῶν ἀγόντων ἀεὶ δαιμόνων αὐτὸν ἐλαυνόμενος, πᾶσαν περιῄει τὴν πόλιν, τί μὲν τῶν βλασφήμων οὐ λέγων; τί δὲ τῶν αἰσχίστων οὐ δρῶν; Οἷς ἂν ἡμέρας ἢ νυκτὸς πονηρὸν συνάντημα γένοιτο, οὐ πολὺ πόρρω τούτους κινδύνου καθίστη· φόνιόν τι γὰρ αὐτῶν καὶ μανικὸν δραττόμενος, τά τε ἱμάτιά σφισι περιερρήγνυ, καὶ τὸν τράχηλον περιάγων ἄγχειν αὐτοὺς ἐπειρᾶτο, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἰδίων, οἴμοι! σαρκῶν ἤπτετο καὶ τούτων ἐλεεινῶς παρατρώγων ὡρᾶτο, καὶ ἄλλα τούτων οὐκ ὀλίγῳ χαλεπώτερα ἔδρα. Ποτὲ γοῦν ὤφ περιτυχὼν, ἡ σεβασμία δ' ἦν καὶ μεγάλη πέμπτη, καθ' ἣν ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς τοῖς μαθηταῖς συνδειπνήσας, ὑφ' ἑνὸς αὐτῶν παραδέδοτο, τὴν γλῶτταν C ἐκεῖνος ἐξελκύσας τῆς ὄνου, ὀδοῦσί τε ἰδίοις (φεῦ τοῦ θεάματος!) ἀπτόμενος ταύτης καὶ παρατέμνων, διεμασᾶτο, πίνων ἀθλίως καὶ περιλείχων τοῦ αἵματος, καὶ ταῦτα ἐν οὕτω σεμνῇ πολιᾷ, καὶ βαθεῖ γήρᾳ, καὶ βίου δυσμαῖς· ὃ καὶ φιλανθρώπους ὀφθαλμοὺς ἐκίνει πρὸς δάκρυα, καὶ τὸν δύστηνον ὠδύροντο τῆς ζωῆς, καὶ θάνατον αὐτῷ μᾶλλον ὡς εὐεργέτην ἐπηύχοντο. Ἡ μέντοι ὄνος, καίτοι γε τοιαῦτα παρ' αὐτοῦ πάσχουσα, καὶ τὴν γλῶσσαν δαπανωμένη, ὅμως ἐνεργείαις τῶν ἐν αὐτῷ δαιμόνων εἱστήκει, μηδενὸς ὥσπερ ἀλγεινοῦ πειρωμένη.

insidebat agente, non aliter substitit quam si

ρξζ'. Ἄγεται τοιγαροῦν παρὰ τὸν θεῖον ἄνδρα ὁ γηραιὸς, ὃς ὁμοῦ τε εἶδεν αὐτὸν, καὶ ὁμοῦ ὑπὸ τῶν D ἐνοικούντων αὐτῷ δαιμόνων κατὰ κεφαλῆς ἥρτητο καθάπερ οὐκ ἐνεγκόντων τὴν θέαν. Ὁ μὲν οὖν ἅγιος ἐπυνθάνετο αὐτῶν, τί δή ποτε τοιαῦτα τῷ γέροντι παροινήσειαν. Οἱ δὲ πικρὸν κλαίοντες, οἷα καὶ τῇ μάστιγι τῆς ἐκείνου παρουσίας δεινῶς ἐταζόμενοι, Ἡμεῖς ἐπὶ τοῦτο, φησὶ, ἐπεστάλμεθα, ὥστε καὶ καθ' ὕδατος βαλεῖν αὐτὸν ἢ πυρός· τῶν γὰρ τοιούτων ἐκεῖνοι (φεῦ τῆς μανίας!) διάκονοι σπουδαῖοι καὶ ὑπηρέται. Ἡμέρας μὲν οὖν πέντε καὶ νύκτας ἴσας, ποικίλως βασανιζόμενος ὑπ' αὐτῶν ἦν, καὶ πάσχων κακῶς· εἶτα σφοδρότερον αὐτοῖς ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων ἐπιτιμήσας ἐξελθεῖν τε τοῦ ἀνδρὸς, καὶ μηκέτι πάλιν εἰς αὐτὸν ἐπανελθεῖν ἐπιτάττει· καὶ τὸ πρόσταγμα ἔργον ἦν. Καὶ οἱ μὲν πολλὰ κράξαντες καὶ σπαράξαντες, εὐθέως ἀπῆλθον, οὐκέτι

Digitized by Google

τολμήσαντες αὖθις εἰς αὐτὸν ἀναστρέψαι· ὁ δὲ τοῦ χαλεποῦ κλύδωνος ἐκείνου καὶ τῆς ζάλης ἀπολλαγείς, καθεστηκὼς εἰστήκει καὶ νήφων, ἀναλόγως τῆς πρὶν ἀσχημοσύνης καὶ ἀκοσμίας τῇ καταστάσει καὶ σεμνότητι χρώμενος. Τῇ μέντοι δνῳ, οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ τοῦτο παραλιπεῖν ἄξιον, χοῦς ἐκ τοῦ Συμεὼν ὀλίγος, θεραπεία τῆς γλώττης αὐτίκα γίνεται.

ρξη'. Μετὰ ταῦτα προσάγονταί τινες ἄνδρες αὐτῷ δύο, τὸν ἕτερον τοῖν ποδοῖν ἑκάτερος αὐτῶν ἰαθῆναι δεόμενος· ἦν γὰρ ἕτερος ἀμφοῖν σεσηπώς, καὶ τέχνης ἰατρῶν ἰσχυρότερος, θατέρῳ δὲ τοῖν ἀνδροῖν τὸ πάθος σχεδὸν καὶ σύντροφον ἦν, τεσσαρακοστὸν αὐτὸν ἐκπιέζον ἔτος. Ἀλλὰ τῷ μὲν χοῦς τῆς ἐκείνου γῆς κραθεὶς ὕδατι, τῷ δὲ ἁφὴ σύμμικτος εὐχῇ θεραπεία κατέστη· καὶ τὸν οἰκεῖον ἑκάτερος πόδα νεαρὸν ὥσπερ ἀπολαβών, οὐχ ὡς πρώην οἰμώζοντες καὶ φερόμενοι, ἀλλὰ σκιρτῶντες καὶ χαίροντες ἐπανῆκον. Ἔπειτα τυφλῷ τινι προσενεχθέντι, γλυκεῖά τις ὄψις ὁ ἅγιος γίνεται. Κατὰ γὰρ τὴν πρώτην νύκτα, καθ' ἣν προσ[εν]ήνεκτο, ἐδόκει νεανίαν ὁ τυφλὸς ὁρᾷν, τρίχινον ἔνδυμα περικείμενον, τὴν ὄψιν λαμπρὸν, τοὺς πόδας γυμνὸν, φέροντα ῥάβδον τῇ δεξιᾷ, βαΐνη δὲ αὐτη, Δὸς δόξαν, λέγοντα, τῷ Θεῷ. Ἡ μὲν οὖν φαντασία οὕτω τὴν ἀλήθειαν ἐμιμεῖτο, ὡς καὶ διυπνισθέντι τῷ τυφλῷ δοκεῖν ἔχεσθαι τῆς τοῦ φανέντος ἔτι χειρὸς, φιλεῖν τε αὐτὴν ἐμφύτα, καὶ μηδὲ ἀποσπασθῆναι ταύτης τὰ χείλη βούλεσθαι· ὑπεδήλουν γάρ τι καὶ τοιοῦτον οἱ ὕπνοι. Ὡς δὲ πρὸς τὸν ἅγιον τῆς ἐπιούσης περὶ πρώτην ἕω εἰσήχθη, σφραγίσαντος ἐκείνου τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, βλέψας (τῆς ἀπορρήτου σου Χριστὲ καὶ βασιλεῦ χρηστότητος!) εὐθὺς ὁ τυφλὸς, τόν τε θεῖον ἰδὼν Συμεὼν, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνου ὄψιν ἐκκαυθεὶς τὴν καρδίαν, αὐτὸν ἔλεγεν εἶναι τὸν ἐν ὀνείρῳ φανέντα, καὶ τῆς χειρὸς ἐζήτει λαβέσθαι, ἧς αὐτῷ νυκτὸς ὄψις ἐμφορηθῆναι παρέσχε· καὶ τὸν ὄνειρον ἡδονῆς ὅλοις χείλεσι, ταῖς τῶν παρόντων ἀκοαῖς ἐπεξῆει.

A turbine ac tempestate liberatus, stabat plane restitutus sibi mentisque compos, et tanto ferebatur mansuetus verecundusque, quam ante violentus atque impudens. Quid autem asina? neque enim ipsa digna est præteriri. Pauxillum pulveris, a sancto acceptum, sanitatem linguæ ejus confestim attulit.

168. Post hæc afferuntur viri quipiam duo, uterque pedi suo altero affecto remedium poscentes: unius namque jam putrefactus, artem respuebat medicorum; alium acerbus dolor, fere ab ipso ortu continuatus, quadraginta jam annos excruciabat. Illorum alteri nihilominus pulvis terræ illius, aqua subactus; alteri contactus, oratione adjutus, salutifera medicina exstitit: et domum B suam uterque rediit, jam non portati, gementes plorantesque, ut prius; sed gaudentes et exsultantes, recepto usu pedis qualem juvenes haluerant. Persanatis iis, Symeon allato cuidam cæco jucundum per se spectaculum fuit. Etenim prima ab adventu nocte visus sibi est videre juvenem, cilicino amictu circumdatum, vultu splendidum, nudum pedibus, ferentem dextera virgam (palmeam illam puta) dicentemque: Da gloriam Deo. Hæc repræsentatio tam perfecte imitabatur veritatem, ut evigilans cæcus arbitraretur, etiamnum se manum illius, qui apparuerat, tentare osculari, nec labia inde avelli permittere: aliquid enim istiusmodi monstratum fuerat in somnis. Cum vero postera die sub diluculum adductus est ad sanctum, impresso ab C eodem oculis crucis signo, vidit continuo cæcus (o ineffabilem Christi bonitatem!) intuitusque sanctum atque ipso intuitu succensus et inflammatus, illum eumdem esse exclamavit, quem per quietem conspexerat, cujus manum retinere tentaverat, et osculari potuerat ad satietatem: neque cessabat somnium tam jucundum plenis buccis in aures præsentium immittere.

CAPUT XXII.

Injuriosi in sanctum ejusque imaginem miraculo et judicio prædicto puniti: indulgentia, misericordi reo facienda; præscita.

ρξθ'. Ἐν τούτῳ δέ τινες ἄνδρες τῆς Ἀντιόχου, χαλεπὴν νοσοῦντες ἀσέβειαν, ὡς μήτε τι σαρκὸς D ἁμάρτημα ἐν εὐθύνης τίθεσθαι λόγῳ, μήτε τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ἀνάστασιν προσδοκᾷν ἢ ἐξέτασιν, καὶ τῶν τῇδε βεβιωμένων ἀντίδοσιν· ἀλλὰ τοὺς μὲν τῇ τῶν ἀστέρων φορᾷ νέμειν τὸ πᾶν, καὶ τοῖς ἐκείνων σχήμασι καὶ κινήμασι κατὰ τῆς προνοίας ἀνοήτως παραχωρεῖν, τοὺς δὲ τύχην δογματίζειν καὶ τὸ αὐτόματον· τοὺς δὲ μετεμψύχωσίν τινα πρεσβεύειν καὶ εἱμαρμένην. Οὗτοι γοῦν παρὰ τὸν θεῖον Συμεὼν ἀντιόντες, διαλέξει πρὸς αὐτὸν ἐχρῶντο, καὶ ἀποδεικτικῇ σοφίᾳ, ᾗ καὶ μᾶλλον ἐφρόνουν, καὶ πιθαναῖς ἀντιθέσεσιν. Ἀλλ' ἦν ἐκείνου μὲν καὶ θεία τις ἐπικαθημένη πειθὼ τοῖς χείλεσιν, ᾗ τῶν λογολεσχῶν τουτων, καὶ περιττῶν τὴν μανίαν μᾶλλον ἢ τὴν σοφίαν, οὐδεὶς ἠδύνατο ἀντιλέγειν. Τὸ δὲ πλέον τῆς κατ' αὐτῶν ἰσχύος, καὶ ἡ τῶν σημείων ἐνέργεια, ὃ

169. Interea viri quidam Antiocheni eo impietatis devenerunt, ut peccatorum carnis rationem in judicio non reposcendam, sustinerent; nec corporum nostrorum resurrectionem, aut gestorum examen, eorumque retributionem ullam exspectarent; dictitantes alii quidem, astrorum cursu gubernari omnia, eorumque figuris ac motibus contra providentiam insano modo parere; alii vero, fortunam atque casum decernere; alii denique, transmigrationem animarum fatumque primas obtinere. Isti Symeonem aggressi disputando, demonstrativa, qua præstabant, arte et persuasibilibus contentionibus utebantur. Verum insidebat sancti labiis vis quæ dam persuadendi divina, cui loquacium istorum et infamia potius quam sapientia abundantium nullus poterat contradicere. Quanto autem major potentiæ ac signorum contra illos virtus erat,

Digitized by Google

tanto majorem contra hunc adigebantur ad insaniam.

170. Denique contigit (43) cuidam Antiocheno, homini plebeio ac opifici, ita obstrui meatus per quos spiritus commeans ingreditur egrediturque, ut, accedente etiam longiori temporis intervallo, quo tenuit malum, suffocatum iri se putaret. Hic se tandem contulit ad sanctum Symeonem, obtentaque sanitate, domum reversus, in grati animi testimonium ac tanti beneficii memoriam, statuit sancto pro foribus suis iconem, eamque non solum luminaribus, sed etiam aulæis tapetiisque ornabat. Quod impii nefariique homines conspicati, æstuantes invidia, congregantesque cohortem suorum, turmatim accurrerunt, magna voce clamantes (o Deus, quanta hostes adversus sanctum tuum machinati sunt!) : Tolle illum, qui talia fecit; signum illico deturbetur. Opifex autem ille, divina procul dubio dispositione, aberat hoc ipso tempore ab officina; alioqui enim tumultuantium manus non evasisset incolumis.

171. Omnem itaque adversus iconem vertentes iracundiam, præceperunt uni militum, similis farinæ ac infidelitatis homini, ut illam conscensis scalis deturbaret : qui cum in altum evasisset, ut jussus erat, jamque conaretur manus injicere; manibus illis, quas tu, Christe, super illorum superbiam extulisti, dejicientibus, repente gravi casu terræ allisus est. Quod cum aliorum quidem mentibus non vulgarem incussisset metum, impiorum iram non parum adauxit. Alium ergo eo adducere conati sunt, ignaviam prioris incusantes : quem mox similia patientem potius, quam facientem conspexerunt, utpote pari casu dejectum. Neque sic tamen insani isti intellexerunt, sed oculos ad veritatem tam manifestam claudentes cæcutientesque, addiderunt etiam tertium: cui etiam paria jam dictis evenerunt. Cum enim extendisset manus adversus iconem, nescius iisdem se contra se potius uti, deturbatus similiter est, jacuitque prostratus; multo majori ludibrio prioribus dignus, quod illorum exemplo nihilo sapuisset magis. Tum vero præ pudore velantes faciem abiverunt, miserandi propter experimentum, magis vero propter infortunia: fideles autem lætati, gaudium ore, et exsultationem lingua testabantur.

172. Hisce renuntiatis Symeoni, perparvam ille sui injuriæque sibi illatæ rationem habens, toto autem zelo contra blasphemias in Dominum suum prolatas exardescens, indesinenter orationi vacabat perstabatque in consueto cordis, oris ac labiorum exercitio. Deus vero, justus dispensator ac legislator, ultionis immemor non fuit. Raptus quippe Symeon spiritu, conspicere hæc visus est. Putabat, Constantinopoli se in palatio imperatoris versari, ac virum quemdam, cui magna potestas in partes

A καὶ κατ' αὐτοῦ μᾶλλον ἐξέμαινε τοὺς ἀνοήτους.

ρο'. Ἀμέλει καὶ συμβάν τινι τῶν ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου, ἀνδρὶ βαναύσῳ καὶ ἀγοραίῳ, τοὺς ἀναπνευστικοὺς ἀποφραγῆναι πόρους, δι' ὧν τὸ πνεῦμα εἴσεῖ τε καὶ ἐκρεῖ διηθούμενον· συχνὸν ἐκεῖνος τῷ πάθει συνεχόμενος χρόνον, καὶ ἀποπνίγεσθαι ἤδη νομίζων, προσῆλθε τῷ Συμεών· θεραπείας τε παρ' αὐτοῦ τυχών, καὶ οἴκαδε αὖθις ἐπανελθών, εὐγνωμοσύνης οἱονεί τι δεῖγμα, καὶ τηλικαύτης εὐεργεσίας ἀπομνημόνευμα, εἰκόνα πρὸ τῆς αὐτοῦ φλιᾶς ἀνέστησε τῷ ἁγίῳ, φιλοτίμως οὐ φωτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ παραπετασμάτων ἔχουσαν. Ὅπερ ἰδόντας τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ φθόνῳ τὰς ψυχὰς ἀναζέσαντας, τὸ οἰκεῖον ἀθροῖσαι σύνταγμα, καὶ κατὰ πλῆθος ἐπελθόντας (ὁ Θεός,

B ὅσα ἐπονηρεύσαντο οἱ ἐχθροὶ κατὰ τοῦ ἁγίου σου!)· Λῖρε τὸν τοῦτο δράσαντα, μέγα βοᾶν· ἡ εἰκὼν τὸ τάχος καταβεβλήσθω. Ὁ μὲν οὖν χειροτέχνης ἐκεῖνος, θειοτέρᾳ δὲ πάντως οἰκονομίᾳ τὸ πρᾶγμα, οὐκ ἔτυχε τηνικαῦτα τῷ ἐργαστηρίῳ παρών· ἢ γὰρ ἂν οὐδὲν τοῦ θορύβου χρηστὸν ἀπέλαυσε.

ρα'. Πάντα δὲ κατὰ τῆς εἰκόνος ἐκεῖνοι τὸν θυμὸν τρέψαντες, ἐπέτρεψαν ἑνὶ τῶν τῆς ἴσης αὐτοῖς ἀπιστίας στρατιωτῶν, διά τινος ἀνελθόντα κλίμακος, αὐτὴν καθελεῖν. Ὁ δὲ τὴν ἄνοδον ὡς προστέταχτο θέμενος, ὡς ἤδη καὶ χεῖρας ἐπιβαλεῖν ἐπεχείρει, χειρῶν ἐκείνων, ἃς σὺ, Χριστὲ βασιλεῦ, ἐπῆρας ἐπὶ τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν, ἀθρόον ἐκεῖθεν πτῶμα χαλεπὸν κατηνέχθη· ὃ ταῖς μὲν τῶν ἄλλων ψυχαῖς

C οὐ μικρὸν ἐνέσεισε δέος, τοῖς δὲ ἀσεβέσιν ἐπὶ μᾶλλον τὸν φθόνον ἠύξησε. Καὶ δεύτερον ἄλλον ἀναγαγεῖν πειραθέντες, οἷα τοῦ προτέρου δειλίαν κατεγνωκότες, ὡς τὰ ἴσα παθόντα μᾶλλον καὶ αὐτὸν ἢ δράσαντα εἶδον, παραπλήσιόν τε τῷ προτέρῳ πτῶμα κατενεχθέντα· μὴ καὶ ταύτῃ γοῦν οἱ ἀσύνετοι συνιέντες, ἀλλὰ πρὸς οὕτω φανερὰν ἀλήθειαν μύοντες ἢ τυφλώττοντες, προσέθεντο καὶ τρίτον ἀναγαγεῖν. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα τοῖς προλαβοῦσι καὶ αὐτῷ συνέβη, καὶ τὰς χεῖρας κατὰ τῆς εἰκόνος ἐκτείνας, ἔλαθε καὶ

D ἑαυτοῦ μᾶλλον ὥσπερ αὐταῖς χρησάμενος, καὶ καταβληθείς, ἔκειτο καὶ οὗτος, πτῶμα τῶν προτέρων πολὺ καταγελαστότερον, ὅσῳ μηδὲ σωφρονισθεὶς ὠφθη τῷ ὑποδείγματι. Οἱ μὲν ἐντροπῇ καλυψάμενοι τὰς ὄψεις ἀπῆλθον, ἐλεεινοὶ τῆς πείρας, ἐλεεινότεροι τῆς ἀτυχίας· τοὺς δὲ πιστοὺς φαιδρότης εἶχε, καὶ χαρᾷ αὐτοῖς ἐπληροῦτο τὸ στόμα, καὶ ἡ γλῶσσα μᾶλλον ἀγαλλιάσεως.

ροβ'. Τούτων τῷ Συμεὼν ἀγγελθέντων, ὀλίγα μὲν ἑαυτοῦ καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ὕβρεως ἐκεῖνος φροντίσας, τῷ δὲ παντὶ ζήλῳ περὶ τῆς εἰς τὸν οἰκεῖον Δεσπότην βλασφημίας χρώμενος, εὐχῇ προσαδολεσχῶν εἱστήκει τῷ συνήθει καὶ καρδίας ἔργῳ καὶ χειρῶν καὶ χειλέων· Θεὸς δέ, ὁ τοῦ δικαίου ταμίας καὶ νομοθέτης, οὐκ ἠμέλει τῆς δίκης, ἀλλ' ἁρπαγείς κατὰ πνεῦμα ὁ Συμεών, ὁρᾷν ἑαυτὸν ἐδόκει καθάπερ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ βασιλικῷ παλατίῳ γενόμενον, ἑστάναι τε ἄνδρα, ᾧ μεγάλην ἐξουσίαν ἐπὶ

(44) *Hoc miraculum etiam ante Vitam* § 7 *ex Damasceno retulimus.*

Digitized by Google

ἐκεῖ ἕως διὰ τοῦ πνεύματος δίδοσθαι, καὶ αὐτὸν ἐν ταῖς πλατείαις περιιέναι τῆς Ἀντιόχου, τόν τε Ἰορδάνην ποταμὸν αὐτῷ ἕπεσθαι, καὶ τὸν ἐν Ἐδὲμ παράδεισον ὥσπερ ἀποκαλύπτεσθαι· καὶ ὡς πονηρὸν θηρίον ἔν τινι σπηλαίῳ κρυπτόμενον ἐκεῖθεν ἐξενεχθὲν διὰ μέσης ἄγοιτο τῆς πόλεως ὑβριζόμενον· καὶ ὡς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων διαταθεῖσιν ὁ ἄρχων ἐκεῖνος ἐπιθείη πληγὰς οὐ πόρρω θανάτου, ὥστε σάρκα πᾶσαν ἐπιεικῶς καταπτῆξαι· καὶ ὡς τῶν αὐτῷ γνωρίμων τις τῷ ἄρχοντι παρεστὼς εἰς ἐξέτασιν, ἀπαθὴς κακῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀφεθείη.

A Orientales a spiritu tribuebatur, plateas Antiochenas obire, fluvium vero Jordanem vestigia ipsius sequi, et paradisum, qui in Edem est, velut detegi ac revelari: tum vero feram pessimam, specu quadam latentem, inde emitti, actamque per mediam civitatem, cladem non modicam inferre; homines porro multos feram insequentes ab illo principe plagis male mulctari fere usque ad mortem, adeo ut omnis caro admodum consternaretur; denique e notis ac familiaribus suis quempiam dicto principi astare examinandum, ab eoque omnis calamitatis ac periculi immunem, dimissum esse.

ρογ'. Ταῦτα ὁ μὲν ἰδὼν, τοῖς μαθηταῖς ἐξηγήσατο· ἐξῆς δὲ καὶ ὅ τί ποτε τὰ ὀφθέντα βούλεται σαφῶς ἐπεξῆει, ὡς ἄρα φοβερὸς ἐλεύσεται ἄρχων, καὶ τὰς ἀσεβείας αὐτῶν ἐλέγξει, τῶν δὲ καὶ θανάτου τρόπον καταδικάσει βαρύτατον. Τοῦτο γὰρ ἐπόμενος ὑποφαίνει ὁ Ἰορδάνης, ὅτι πᾶσαν αὐτῶν καταδύσει θεομαχίαν, ὥσπερ ὁ ἀνακαλυπτόμενος παράδεισος πάλιν, τὰς ἀγαθὰς τῶν δικαίων ὑποδείκνυσι παῤῥησιασθήσεσθαι πράξεις. Τὸ μέντοι περιαγόμενον θηρίον, ἡ τοῦ διαβόλου ἂν εἴη πλάνη, ἣν οἱ μάταιοι ἐπὶ τοῖς εἰδώλοις πεπλάνηνται, ἣ καὶ δημοσιευθεῖσα οἰχήσεται, λανθάνουσα τὰ πολλὰ τέως καὶ κρυπτομένη. Παρεδήλωσε δὲ καὶ τῷ εἰς ἐξέτασιν πρὸ τοῦ ἄρχοντος παρεστάναι φανέντι, φυλάξασθαι τὰς τῶν ἀνόμων ὁμιλίας, ἑαυτῷ τοῦ λοιποῦ ἐπὶ πλέον προσέχοντα. Ἄρτι μὲν οὖν ταῦτα ὁ Συμεὼν προεῖρηκει· οὔπω δὲ τέταρτος παρῆλθε μεταξὺ μὴν, καί τις μεγάλην εἰς τὰ πρὸς ἕω λαβὼν ἀρχὴν, ἐπεδήμει τῇ Ἀντιόχου, Ἀμάντιος ὄνομα, ἀνὴρ παιδευτικὸς, ὀρχικὸς, λογισμῷ χρώμενος, ἀῤῥεπὴς τὴν γνώμην, ἐλεύθερος τὴν ψυχὴν, ζυγοῦ περὶ τὸ δίκαιον ἀκριβέστερος, τοσαῦτα ζηλῶν ὑπὲρ ἀρετῆς, ὅσα καὶ κατὰ τῆς κακίας, καὶ εἰς ἄκρον ἑκάτερα· ὃς καὶ πρὸ τοῦ τὴν Ἀντιόχου καταλαβεῖν, πᾶσαν ὡς οἷόν τε κακουργίαν περιεῖλεν ἀνὰ τὴν Ἕω· τομωτέραν κατὰ τῶν τοιούτων τὴν μάχαιραν ἐπάγων τοῦ ἀξιώματος, ὥστε δεδιέναι πάντας καὶ τρέμειν πρὸς τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, οὐ φαύλους μόνον, οὐδὲ κακούργους, ἀλλὰ καὶ οἷς τὸ ἐπιεικὲς ὁ βίος πολὺ καὶ τὸ μέτριον εἶχε. Τοσαύτη τις ἦν τῆς παρουσίας τοῦ ἀνδρὸς ἡ κατάπληξις.

173. Hæc ita ut viderat discipulis narravit Symeon; deinde etiam, quid sibi ostenta vellent, B explicavit. Quomodo nempe terribilis princeps venturus, arguturusque illos impietatis, aliquos etiam morti sævissimæ addicturus esset. Nam Jordanes qui sequebatur, præmonstrat fore ut omnis illorum contra Deum impietas ac rebellio penitus obrueretur; qui vero detegebatur paradisus, quod proborum recte facta palam ac libere prædicanda essent. Quæ autem circumferebatur bellua, diaboli fallaciam atque imposturam esse aiebat, per quam vani homines, in idolis spem ponentes, circumveniebantur; quæque eo usque ut plurimum latitans, tandem in lucem producta evanesceret. Indicavit etiam per eum, qui ad quæstionem accitus astare principi videbatur moneri se, ut in posterum a pravorum alloquiis se custodiret, sibique studiosius attendendum esse sciret. Et tunc quidem isthæc prædicebantur a Symeone: nec intercesserunt menses quatuor, cum quidam Amantius nomine (45), per Orientem magno occupato imperio, Antiochiam accessit. Vir erat litteratus, aptus imperio, ratiocinio pollens, constans animo, mente liber, justitiæ in primis studiosus; qui tanto pro virtute, quanto contra iniquitatem zelo, utrobique summo, agebatur: qui prius etiam quam veniret Antiochiam, omnem quantum potuit nequitiam per Orientem sustulerat, acutiori etiam in illos stricto gladio, qui erant in dignitate constituti; sic ut universos timor ac tremor invaderet, ipso adventante: nec solum nihili homines ac malevoli, sed ii quoque, quorum vita cum probitate ac bonis moribus conjuncta erat, reformidarent, adeo terribilis erat ejus præsentia.

ροδ'. Οὗτος πολλοὺς ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου τῶν Ἑλληνιστῶν καὶ ἀθέων, τῶν τε περὶ τὰ σχήματα τῶν ἀστέρων καὶ τὰς πλοκὰς κεχηνότων, ἅπερ αὐτοῖς κατὰ τῆς προνοίας ἐπινενόητο, καὶ τούτων ὅσοι διαφερόντως τῶν ἄλλων ἐπισημότεροι, ἀνευρὼν φιλοπόνως καὶ συλλαβόμενος, καὶ αὐτοὺς μὲν εἰς δεσμωτήρια κατακλείσας, πάσας δὲ τὰς αὐτῶν βίβλους, ἐξ ὧν ἐκεί-

D 174. Hic multos gentilium et atheorum siderumque aspectibus et conjunctionibus speculandis deditorum, ac multa inde contra Providentiam divinam astruentium, præsertim illustriores, studiose conquisitos comprehendebat compingebatque in carcerem: libros autem illorum omnes, ex quibus falsa sapientia et novæ contra veritatem opinio-

(45) *Is non alius, credo, fuerit, quam de quo Theophanes ad annum 29 Justiniani imp. hoc modo:* Præcepit Amantio, militiæ magistro, in Palæstinam misso de Stephani cæde inquirere (*fuerat hic Cæsareæ præfectus atque a tumultuantibus Judæis et Samaritis, una cum numero non parvo Christianorum, interfectus*), qui quos reperit sontes, alios suspendio, alios capitis abscissione, truncatione membrorum nonnullos, plerosque facultatum amissione multavit. Ex quo metus ingens in partes omnes Orientales incubuit. *Hinc porro colligitur omnia, quæ ab initio capitis* 13 *huc usque per* 70 *numeros narrantur, intra unius aut ut summum sesquianni spatio accidisse.*

Digitized by Google

nes depromebantur, collegit; neque illos modo, sed idola similiter omnia, in quibus tanquam diis confidebant : *Argentum quippe suum et aurum suum fecerunt sibi idola* [22]. Et : *Adoraverunt ea quæ fecerant digiti ipsorum* [23], ut cum Osea atque Isaia prophetis loquar. Et ex libris quidem non modicam excitavit flammam, medio foro in ignem injectis; idolorum vero impotentiam ac imbecillitatem manifeste demonstravit, suspendendo illa in compitis ac plateis, ostendendoque nihil esse amplius quam quod videntur, opera manuum et artis; nihil aliud quam quod esse ipsa volunt artifices, ut denuo verbis prophetarum utar. Stabat quoque ille, qui jam pridem Symeoni in visione apparuerat, coram principe in quæstionem vocatus : sed monachus quidam, admodum Symeoni similis, ipsum manu apprehensa, instanti judicio eripuit, principe clementer factum ferente.

νοις ἡ ψευδομένη σοφία καὶ τὸ κατὰ τῆς ἀληθείας νεανιεύεσθαι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ εἴδωλα πάντα συναγαγών, οἷς ὅσα καὶ θεοῖς ἐπεποίθεσαν (*Τὸ ἀργύριον γὰρ αὐτῶν καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν ἐποίησαν ἑαυτοῖς εἴδωλα, καὶ προσεκύνησαν οἷς ἐποίησαν οἱ δάκτυλοι αὐτῶν*, ἵνα καὶ Ὡσηὲ ἅμα καὶ Ἡσαΐαν ἔχω συμφθεγγομένους), τῶν μὲν οὐ μικρὰν αἴρει φλόγα, πῦρ κατὰ μέσην ἀγορὰν αὐτοῖς ἐμβαλών· τῶν δὲ δημοσιεύει φανερῶς τὴν ἀσθένειαν, κατ' ἀμφόδων καὶ πλατειῶν κρεμάσας αὐτὰ, καὶ δείξας μηδὲν πλέον ὄντα τῶν ὁρωμένων, ἀλλὰ τοῦτ' αὐτὸ χειρῶν ἔργα καὶ τέχνης, οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅ βούλονται οἱ τεχνῖται αὐτὰ γενέσθαι, ἵνα τοῖς τῶν προφητῶν καὶ νῦν χρήσωμαι [λόγοις]. Εἱστήκει δὲ καὶ ὁ τῷ Ἁγίῳ πρώην διὰ θεωρίας ὀφθεὶς, πρὸ τοῦ ἄρχοντος εἰς ἐξέτασιν, μοναχὸς δέ τις, τῷ Συμεὼν προσεικασμένος, κατ' ὀφθαλμοὺς πάντων λαβόμενος αὐτοῦ τῆς χειρὸς, ἐξείλετο τῆς μελλούσης εὐθύνης, πράως τοῦ ἄρχοντος τὸ γεγονὸς ἐνεγκόντος.

175. Accidit per idem tempus, eorum qui istic sunt mendicorum quemdam ad Symeonem accedere, atque ex ipsius terra aliquid petentem accipere, Antiochiam deinde in tugurium suum reversum, offendere alium quemdam vicinorum suorum, et ipsum mendicum, pedibus manibusque paralysi tactis decumbentem; qui, ab altero illo pulvere jam dicto aspersus, visus sibi est videre monachum quemdam, vultu atque coma Symeoni persimilem, jacenti sibi porrigentem manum, ac veluti ex mandato ipsum erigentem atque ecce (qui eloquar, Domine, potentiam tuam!) statim paralyticus sanus exstitit, manuum pedumque expeditissimo usu recepto.

ροε'. Ἐγένετο δέ τινα τηνικαῦτα προσαίτην, τῷ θείῳ Συμεὼν προσελθόντα, τῆς ἐκείνου τε γῆς αἰτήσαντα καὶ λαβόντα, εἰς τε τὴν Ἀντιόχου πρὸς τὴν οἰκείαν αὖθις καλύβην ἐπανελθόντα, παράλυτόν τινα χεῖρας καὶ πόδας, προσαίτην καὶ αὐτὸν, ἐκ γειτόνων κατακείμενον ἔχειν· ὃν αὐτοῦ φιλανθρώπως ἐκείνῳ χρίσαντα τῷ χοῖ, ἔδοξέ τινα τῷ παρειμένῳ μοναχὸν, τοιοῦτον οἷος ὁ Συμεὼν τὴν ὄψιν καὶ τὴν κόμην, ἰδεῖν ὀρέξαντα χεῖρα κειμένῳ, καὶ ὥσπερ ἀπὸ κελεύσματος αὐτὸν ἀναστήσαντα καὶ παραχρῆμα (ὦ πῶς σου, Χριστὲ, λαλήσω τὰς δυναστείας;) ὑγιῆ ὁ παράλυτος ἦν, ποσὶν ὁμοῦ καὶ χερσὶν ἐλευθερίως χρώμενος.

176. Judex autem seu princeps ille, de quo egimus (progreditur enim ad reliqua oratio nostra), pro justitiæ tribunali rursum considens, vinctis singulatim ac pluribus simul sisti jussis, in unumquemque eorum convenientem pro meritis sententiam condemnationis tulit : unum vero, quod graviora deliquisset, seditionisque popularis auctor incentorque novissimorum tumultuum fuisset, in carcere reliquerat, gravissimis tormentis reservandum. Interea monachus quidam pauper, Symeonem conveniens, injecta, ut assolet, captivi illius mentione, precabantur prosperum illi, Deo propitio, eventum : Quoniam precanti mihi, inquit, in ecclesia (cujus nomen quoque adjiciebat) astitit, et cum audiisset, quid peterem, vestem hanc cilicinam coemit, cujus eram imprimis urgente necessitate indigus. Alius quoque mendicus, mihi vero, inquit, per viam occurrens, insignem stipem ad sustentationem largitus est. Rursum alius excipiens; Idem ille, inquiebat, infantem a matre expositum ac vagientem sustulit; ac sedula inquisitione mulierem, quæ recens pepererat, inveniens, eidem lactandum atque enutriendum commisit; duos si-

ρος'. Ὁ μέντοι δικαστὴς (ἔχεται γὰρ ἔτι τῆς ἀκολουθίας ὁ λόγος) ἐπὶ βήματος αὖθις δικαστικοῦ προκαθίσας, τούς τε δεσμώτας καθ' ἕνα καὶ πλείους παραστησάμενος, καὶ τὴν ἑκάστῳ προσήκουσαν ἐξενεγκὼν καταδίκην, ἕνα τούτων (ὃς καὶ βαρύτατα ἦν ἐξημαρτηκὼς, καὶ στάσεις δημοτικὰς ἀνεγείρας, καὶ νεωτέρων θορύβων ἀφάμενος) ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ καταλελοίπει, βαρυτάταις αὐτὸν καὶ τιμωρίαις τημιευόμενος. Ἐν τοσούτῳ δέ τις ἐνδεὴς μοναχὸς τῷ Συμεὼν προσελθὼν, καί τινος ἐκείνου τοῦ δεσμώτου μνήμης, οἷα φιλεῖ, γενομένης, ἐπηύχετο εὖ αὐτῷ γενέσθαι παρὰ Θεοῦ, Ὅτι μοι κατακεκλιμένῳ, φησὶν, ἐν ἱερῷ (τὸ τοῦ ναοῦ προσθεὶς ὄνομα) ἐπιστὰς καὶ πυθόμενος ὅτου δεοίμην, ἱμάτιον ὠνήσατο τρίχινον· τούτου γὰρ ἦν μοι πρὸς ἀνάγκης ἡ χρεία. Ἕτερος δέ τις προσαίτης καὶ οὗτος, Ἐμοὶ δὲ, φησὶ, ἐπιτυχὼν καθ' ὁδὸν, δαψιλὲς εἰς διατροφὴν κέρμα δεδώκει. Ἄλλος δὲ καὶ πάλιν ὑπολαβὼν, Ἐκεῖνος καὶ βρέφος ὑπὸ τῆς γειναμένης ἐκτεθὲν, ἔφη, καὶ κνυζούμενον ἀνελόμενος, ἐρεύνῃ τε φιλοπόνῳ γυναῖκα νεοτόκον εὑρὼν, παρατίθησιν αὐτῇ θηλάσαι τε ἅμα καὶ ἐκθρέψαι τὸ βρέφος, δύο χρυσοῦς τέως καταβαλὼν, καὶ εἴ τι ἄλλο τῆς περὶ τὴν ἀνατροφὴν

[22] Ose VIII, 4. [23] Isa. II, 8.

Digitized by Google

μισθαρνίας ἐπικαταβαλεῖν καὶ τοῦτο βεβαιωσάμενος.

ροζ'. Πρὸς ταῦτα, πλείων οἶκτος αὐτοῦ λαμβάνει τὸν Συμεών, καὶ τῆς ἄνωθεν ὑπὲρ αὐτοῦ πάλιν ἐκεῖνος φιλανθρωπίας ἐδεῖτο. Τῷ μὲν οὖν δικαστῇ δέδοκτο ἤδη, νηὶ τὸν ἄνδρα φόρτον ἐμβαλεῖν, καὶ ταύτην ἀνάψαντα κατὰ πελάγους ἀφεῖναι, ὥστε τὸν δείλαιον ἐκεῖνον, τὰ δύο ταῦτα, πῦρ ἅμα καὶ ὕδωρ μερίσασθαι. Δέδοκτο ταῦτα, καὶ ἡ ψῆφος ἐκράτει, καὶ τὸν μὲν δεσμώτην ἀνάλογον ἐν τῇ φυλακῇ τηλικούτου προσδοκίας κακοῦ δέος εἶχε· τὸν Συμεὼν δὲ χρηστότερα περὶ αὐτοῦ μᾶλλον ὁ περὶ τοὺς ἐνδεεῖς ἐκείνου ἔλεος ἐλπίζειν ἐποίει, πρὸς ἔλεον πάλιν ὁρῶντα Θεοῦ, τοῦ καὶ ποτήριον ψυχροῦ δεχομένου, καὶ πλουσίως ἀντιμετρεῖν εἰδότος ἀγαθαῖς προαιρέσεσιν.

198. Vir quidam e numero illorum qui pro ædificiis civitatis lapides cædunt, mala dæmonis arte mutilatus sinistro oculo, mercede quam pro labore manuum accepisset privabatur : erat autem singulari in sanctum fiducia corroboratus, cætera pingui ingenio et rusticis moribus. Venit ille ad Symeonem, et totus humi procidens, pecuniæ jacturam lamentabatur. Sanctus vero Symeon vix tandem levatum hominem appropinquare jussit, cumque inexpugnabile crucis Dominicæ signum ipsi impressisset; ejulare continuo malignus spiritus, hominem fere dilaniare, ac postulare missionem. Statim igitur cum increpatione expellitur, et ægro hominis oculo perspicacius quam speraverat lumen redditur; ut multo excellentius donum esset quam petierat, eo fere quo Sauli contigit modo, licet ille [asinas quærens] regnum obtinuerit; quamvis et oculi lumen ipso regno longe præstantius sit. Hoc ille modo sanitatem consecutus, tanta admiratione stuporeque perculsus fuit, ut deficiente voce obmutesceret : at Symeon secreto ita illum allocutus est: Multum interest discriminis lumen inter et pecuniam, gratias age Deo, qui quod melius largitus tibi est, potestque etiam quod vilius donare : vade igitur, et pristinam recte vivendi normam tene : sic nunquam despiciet te Deus, sed subito aurum quoque invenies. Quibus dictis, revertit ille gaudens, non modo quod melius se haberet, ejecto dæmone atque oculo præter spem illuminato, verum etiam propter pollicitationem inveniendæ pecuniæ : quam ipsam, ubi domum attigerat, in lecto reperit, velut alterum oculorum lumen : quandoquidem illius defectus propter inopiam, ipsum non minus quam cæcitas anxium habebat.

199. Mulier quædam Antiochena, ablata furto re familiari, ocius ad columnam festinabat, persuasa calamitatis suæ se istic remedium inventuram, quoniam præclara in sanctum fiducia ferebatur; et quod factum erat cum ploratu explicabat. Cui vir sanctus: Maleficus, inquit, illa furatus est : sed vade, nihil animum despondens, imo etiam magis confisa, veluti si de recuperatione certa fores. Audita hac prophetia, illo ore prolata, quod gratia certo prædicendi futura donatum erat, pro explorato jam habebat res suas deperditas restitutas esse; atque ita remeavit gaudens, animoque a curis libero. Interrogantibus revertentem vicinis, quid tandem enuntiasset sanctus de rebus ablatis, ac præcipue ipso furti auctore, cui id imprimis curæ erat (nam et ipse vi-

A ὄρθρον ἀνέβη παρὰ τὸν στύλον, θαύματος γέμων. καὶ σὺν ἐκπλήξει ἀφηγούμενος ἅπερ ἴδοι· εὑρίσκει δὲ τοὺς λοιποὺς μείζονι θάμβει κατειλημμένους, ὅσα τὰ εἰς αὐτὸν γεγονότα φθάνοντες μᾶλλον αὐτοὶ διεξῆσαν. Οὕτως ὁ θεῖος Συμεὼν παχύτητα πᾶσαν καὶ σχέσιν ὑλικὴν ὑπεραναβάς, τῇ τε μακαρίᾳ φύσει ἑαυτὸν ὡς ἑνῆν συνάψας καὶ οἰκειώσας, πολλὰ καὶ τῶν μελλόντων προβλέπειν, τῶν τε ἀπὸ μακρᾶς διορᾷν ὡς παρόντα ἠξίωτο. Ὥρα δὲ ἤδη καὶ πρὸς τὰ ἑξῆς μεταβῆναι.

B ρλη'. Ἀνήρ τις τῶν ἐν ταῖς οἰκοδομαῖς τῆς πόλεως λατομούντων, τὸν εὐώνυμον ὀφθαλμὸν δαίμονος ἐπηρείᾳ πεπηρωμένος, τὸ μίσθωμα τοῦ τῶν χειρῶν πόνου διασεσύλητο· ὃς τὰ μὲν ἄλλα παχὺς ἦν τις καὶ ἀγροικίας, τὴν δὲ πρὸς τὸν Ἅγιον πίστιν καὶ μάλα ἔρρωτο. Οὗτος τῷ Συμεὼν προσελθών, πολὺς ἦν ῥίπτων κατὰ γῆς ἑαυτὸν, καὶ τὴν τοῦ χρήματος ἀπώλειαν ὀδυρόμενος. Ὁ δὲ μόλις αὐτὸν ἀναστήσας, ἐγγίζειν ἐκέλευσεν· ὡς δὲ καὶ τὸν ἄμαχον αὐτῷ καὶ Δεσποτικὸν ἐπιβάλοι τοῦ σταυροῦ τύπον, ὠλόλυζεν αὐτίκα τὸ πνεῦμα, καὶ τὸν ἄνθρωπον μικροῦ διερρήγνυ, καὶ ἀπολυθῆναι τούτου ἐδεῖτο. Καὶ τὸ μὲν εὐθὺς ἐπιτιμηθὲν ἀπελαύνεται· τῷ δὲ τοῦ πάσχοντος ὀφθαλμῷ κρεῖττον [ἢ] κατ' ἐλπίδα τὸ φῶς ἀποδίδοται, ὡς εἶναι τοῦ αἰτηθέντος μεῖζον παρὰ πολὺ τὸ δοθὲν, κατ' αὐτὸν τὸν Σαοὺλ, εἰ καὶ πάρεργον, βασιλείαν εὑρεῖν, ἀλλ' οὐκ ὀφθαλμοῦ φῶς, ὃ καὶ βασιλείας πολλῷ τιμιώτερον. Ὁ μὲν οὖν θεραπείας τοιαύτης τυχὼν, οὕτως ὑπὸ τοῦ θαύματος καταπέπληκτο, ὡς καὶ φωνὴν αὐτὸν ἐπιλελοιπέναι· ῥῆμα δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Συμεὼν, Τὸ φῶς, ἔφη, τοῦ χρυσίου πολὺ διαφέρει· εὐχαρίστει τοίνυν Θεῷ τῷ τὰ μείζω χαρισαμένῳ, καὶ δυνατὸς αὐτὸς παρέξεσθαι καὶ τὸ ἔλαττον. Πορεύου τοιγαροῦν ἐχόμενος τῆς πρώην εὐθύτητος, καὶ οὐκέτι παρόψεταί σε, ἀλλὰ ταχὺ καὶ τὸ χρυσίον εὑρήσεις. Καὶ ὁ μὲν ἐπανῄει χαίρων, οὐχ οἷς εὖ τηνικαῦτα πεπόνθει μόνον, τῇ τε τοῦ δαίμονος ἀπαλλαγῇ δηλαδὴ, καὶ τῇ τοῦ ὀφθαλμοῦ παρ' ἐλπίδα ῥώσει, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐπαγγελίας τῆς τοῦ χρήματος εὑρέσεως τύχοι· καὶ τὴν οἰκίαν καταλαβὼν, φῶς ὥσπερ αὐτοῦ τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦτο δεύτερον, ἐπὶ τῆς κλίνης εὑρίσκει, ἐπεὶ καὶ τῆς τυφλώσεως αὐτὸν οὐδὲν ἧττον ἡ τοῦ χρυσίου στέρησις διὰ πενίαν ἐλύπει.

D ρλθ'. Γυνή τις ἐκ τῆς Ἀντιόχου τὴν οὐσίαν ἀπεσεσύλητο· αὕτη δρομαία παρὰ τὸν στύλον ἐλθοῦσα, ὅπου καὶ τῆς συμφορᾶς εὑρεῖν ἐνόμιζε λύσιν, ἐπεὶ καὶ πίστεως εἰς τὸν Ἅγιον εἶχε διαφερόντως, τὸ γεγονὸς ἀπεκλαίετο. Πρὸς ἣν ὁ θεῖος ἀνὴρ, Κακοῦργος μὲν ὑφείλετο ταῦτα, ἔφη, ἀλλὰ πορεύου μηδὲν ἀθυμοῦσα, τούναντίον μὲν οὖν καὶ πεποιθυῖα μᾶλλον, ὡς οὐ τῆς εὑρέσεως αὐτῶν ἀστοχήσεις. Ἡ δὲ τῷ τοιαῦτα τῆς προφητικῆς ἐκείνης ἀκοῦσαι γλώττης, καὶ λέγειν ἀσφαλῶς τὸ μέλλον ἠξιωμένης, εὑρηκέναι ἤδη τὰ ἀπολωλότα, καὶ παρ' ἑαυτῇ νομίσασα ἔχειν, οὕτως ἐπανῄει χαίρουσα, καὶ μερίμνης ἐπ' αὐτοῖς τὴν ψυχὴν ἐλευθέρα. Τῶν οὖν γειτόνων, ὅ τί ποτε ἄρα περὶ αὐτῶν ὁ Ἅγιος εἰρήκει, πυνθανομένων, καὶ μάλιστα τοῦ τῆς κλοπῆς αὐτουργοῦ, ᾧ καὶ μᾶλλον αὐτῶν μέ-

Digitized by Google

λον ἦν (γειτόνημα γὰρ τῇ γυναικὶ καὶ οὗτος οὐ χρη- A
στὸν ἐτύγχανεν ὤν), ἐκείνη ταῖς τοῦ Συμεὼν ἐπαγγε-
λίαις ὡς ἤδη γεγενημέναις ἐπιθαῤῥοῦσα, Εὕρηκα,
ἔλεγε, καὶ τὰ ἐμὰ, κἀν τῷ ἐμῷ πάντα νῦν ἀπόκειται
ταμιείῳ. Ὁ μέντοι τὰ κλέμματα ἔχων, παρ' ἑαυτῷ
κεῖσθαι ταῦτα μᾶλλον εἰδὼς, ὅσῳ περιεργότερον
ἐπυνθάνετο, τοσούτῳ πλέον ἦν διαχλευάζων καθ' ἑαυ-
τὸν τὸ πρᾶγμα καὶ μυκτηρίζων, καὶ σαφῆ τιθέμενος
γέλωτα· ἀλλ' εἰς μανίαν εὐθὺς ὁ μυκτὴρ μετεβάλλε-
το, καὶ διαπετῶν ἦν ὁ ἄθλιος τὰς χεῖρας, καὶ δάκνων,
καὶ ὀλολύζων, τήν τε κλοπὴν ἐξομολογούμενος, ὅπου
τε τὰ φώρια εἴη μηνύων, καὶ ὅσα τῶν δαιμονώντων
οὐδενὸς ἀπεχόμενος. Τὰ μὲν οὖν κλέμματα ἠνέχθη
πάντα τῇ γυναικὶ, οὐχ ἃ τηνικαῦτα μόνον, ἀλλ' ὅσα
καὶ πρώην ἀπολωλέκει. Ὁ δὲ ταῦτα συλήσας ὑπέμενε
δαιμονῶν, καὶ δίκας ὥσπερ τοσαύτης ἀδικίας ἐκτί- B
νων· ἕως ἔλεον αὐτοῦ λαβόντες, οὐχ ὅσοι παρόντες
ἦσαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ σὺν ἐκείνοις ἡ τὴν κλοπὴν ὑπο-
στᾶσα, κοιναῖς πρὸς Θεὸν καὶ τὸν ἔλεγχον τοῦ κακοῦ
Συμεὼν ἐχρῶντο λιταῖς, κοινοῖς δάκρυσιν· οἷς αὐτίκα
καὶ τὸ αἰτηθὲν ἠκολούθει, καὶ τοῦ δαίμονος ὁ πάσχων
ἀπήλλακτο, κοινὸν παίδευμα πᾶσι πρὸς ἀποφυγὴν
κακίας γεγενημένος.

σ'. Ἐλυμαίνετό τις σῦς ἐκ δρυμοῦ τοὺς ἀγροὺς
τῆς κάτω μονῆς, καὶ εἰς ἀμηχανίαν κομιδῇ τοὺς
μοναχοὺς περιίστη· προσελθόντες τοίνυν τῷ ἱερῷ
Συμεὼν, ἐδέοντο τοῦτον ἐκ τοῦ μέσου γενέσθαι. Ὁ
δὲ, Τοῖς ἐξ ὅλης ἰσχύος, ἔφη, τὸν Θεὸν ἀγαπῶσιν
ὑποτέτακται πάντα, ὡς καὶ πρὸ τῆς παρακοῆς τοῦ
Ἀδάμ. Οὕτως οὖν ἔχουσι καὶ ὑμῖν δοθήσεται εἰς C
θήραν ὀδοῦσι θηρὸς ἑτέρου πάλιν ὁ κείρων τοὺς
ὑμετέρους ἀγροὺς, καὶ θᾶττον τῆς ἐξ αὐτοῦ βλάβης
ἀπαλλαγήσεσθε. Ταῦτα τοῦ Συμεὼν εἰρηκότος, ὁρᾷ
τῶν ἀδελφῶν τις ἐκείνην τὴν νύκτα κατὰ τοὺς
ὕπνους, ἀχθέντα τινὰ λέοντα ὑπὸ τοῦ Ἁγίου, καὶ
τὸν μέγαν ἐκεῖνον σῦν εἰς θήραν αὐτῷ ὑπὸ τοῖς τῶν
ἀδελφῶν ποσὶν ἐκδοθέντα. Τοῦ ὕπνου τοίνυν διανα-
στὰς, ἔργον τὴν τῆς νυκτὸς ὄψιν εὑρίσκει, καὶ ὁ
λέων τὸν σῦν κατεδηδοκὼς, ἐχόμενος τῆς ὁδοῦ ἀνα-
πεπτώκει. Οἱ μὲν οὖν ὄχλοι, τά τε τοῦ λέοντος ἴχνη,
τό τε τοῦ συὸς ἀνὰ τὴν ὁδὸν αἷμα ἰδόντες, προσέρ-
χονται κατάφοβοι τῷ Ἁγίῳ δεόμενοι τοῦτον ἐκεῖθεν
ἀπελαθῆναι. Ὁ δὲ τῶν μαθητῶν ἕνα καλέσας, Πορ-
ευθεὶς παρὰ τὸν λέοντα, ἔφη, Τάδε λέγει Συμεὼν, D
εἰπὲ πρὸς αὐτόν· Καλῶς διακονησάμενος, ἄπιθι τόγε
νῦν ἔχον, ἕως ἂν αὖθις χρεία σου γένηται. Τοῦ δὲ
τῷ λέοντι ταῦτα εἰπόντος, ἀναστὰς ἐν ὀφθαλμοῖς
ἁπάντων εὐθέως ἐκεῖνος ἐπὶ τὰ τῆς Λαοδικείας ὄρη
ἐχώρει· ἐκεῖθεν γὰρ ἐτύγχανε καὶ κληθεὶς, παραδο-
ξοτέραν τῆς κλήσεως τὴν ἀναχώρησιν θέμενος, ἢ
καὶ δι' ἀμφοῖν μᾶλλον.

cinus erat mulieri non bonus) illa promissis sancti, tanquam effectum jam tum sortitis, confisa: Reperi, inquit, mea, et in armario jam nunc reposita habeo. Ipse vero qui ablata habebat, et penes se latere probe sciebat, quanto majori tum affectatione sciscitabatur, tanto intra se petulantius ludificabat mulierem ac irridebat, imo risum quoque palam tollebat. Verum ocius in insaniam irrisor versus est; et extendebat manus infelix arrodebatque, et clamitabat miserum in modum; ad hæc fatebatur furtum, et indicabat ubi abdidisset; denique nihil non actitabat eorum quæ dæmoniaci solent. Universa igitur mulieri relata sunt, tam quæ recenti furto ablata quam quæ alias desiderata erant. Verum qui furtum commiserat, pergebat insideri a dæmone, meritam injustitiæ suæ pœnam persolvens; donec commiseratione tacti quotquot aderant, atque adeo illa ipsa mulier quæ furtum passa fuerat, communibus apud Deum et malefici castigatorem Symeonem votis et lacrymis, intercesserunt: quas e vestigio id quod petebatur consecutum est; et energumenus maligno spiritu liberatus, universale documentum fuit omnibus ad scelera declinanda.

200. Vastabat quidam aper inferioris monasterii agros, tantisque affligebat monachos incommodis, ut quid consilii caperent, ignorarent. Adeuntes igitur Symeonem rogant, ipse ut facessere inde feram jubeat. Ille vero: Ex totis, inquit, viribus diligentibus Deum omnia subjecta sunt, quemadmodum ante lapsum Adami fuerunt: quod si vos quoque sic diligatis, dabitur illa in prædam dentibus alterius feræ quæ agros vestros innoxios relinquet, et cito damni immunes eritis. His dictis, videt aliquis fratrum nocte per somnium, agi a Symeone leonem quemdam, cui aper ille grandis sub fratrum pedibus in prædam cedebat. Experrectus deinde, quod noctu viderat, factum comperit: leo namque vorato apro in ipsa via decubuerat. Turbæ itaque et leonis vestigia, et sanguinem apri per viam deprehendentes, veniunt turbati ad sanctum, rogantque ut inde leonem abigat. Qui discipulorum quempiam accersens: Vade, inquit, ad leonem et dic ipsi: Hæc renuntiari jubet Symeon: Recte officium tuum fecisti; nunc igitur abito licet, donec iterum usus tui fuerit. Eo sic leonem allocuto, surgentem illico videre cuncti, atque abeuntem in montes Laodiceæ (inde namque evocatus fuerat) fecitque recessum admirabiliorem, quam fuerat accessus, quanquam uterque admirandus quam maxime.

CAPUT XXV.

Increduli puniuntur: conversi curantur: alia beneficia.

σα'. Θαύματος ἐξαισίου τοὺς ὁρῶντας πληρῶσαι πλησίον τῆς Ἀντιόχου, ἐν τῇ λεγομένῃ Ἀπάτῃ. Ἰσαύρων ἐργαστήριον ἦν, χειροτεχνούντων ἐν ταῖς οἰκοδομίαις καὶ λατομίαις τῶν τῆς πόλεως τειχέων. Τούτων εἷς, ἄρτι τὴν ἡλικίαν ἀνθῶν, τὰ Ἑλλήνων

201. Est non procul Antiochia, in loco Apate dicto, Isaurorum officina, mirabilis ad stuporem spectantium, in qua cædendis lapidibus ad domuum murorumque civitatis usum insudant operarii. Horum unus, ætate florens, gentilis religione,

Digitized by Google

in silvam, quæ et ipsa domini gentilis erat, lignatum abierat, impositoque onere supra vires gravi, ita subito tactus paralysi est, ut nullo corporis membro uti posset. Tollitur a sodalibus, ad sanctumque portatus, collocatur ante oculos ipsius benignos ille, ut vere dicam, miserabilis. Tetigit hominem more suo sanctus et signavit : sed cum paralyticus maneret, nihil opis sentiens, cognovit statim causam, dixitque : Quid est quod gratiæ divinæ effectum in te impediens, sanationem differt? Nunquid in idolis spem ponis, non in Deo? Negat ille se conscium talis rei : sed eum mentitum et in præsenti malo pertinaciter animam obfirmasse sciens : Nunc vade, inquit; inviset te domi tuæ humani generis amator Christus, cum ad ipsius cultum te transtuleris.

μὲν πορεύου, ἔφη, ἐπισκέψεται δέ σε καὶ οἶκοι Χριστὸς φιλάνθρωπος ὤν, τὸ σέβας εἰς αὐτὸν μεταθέμενον.

202. Sublatum itaque socii retulerunt domum, ubi sanitatem desperans jacebat, sorore, quam habebat mendicantem, vitæ necessaria subministrante. Annus jam tertius instabat decumbenti, cum ipse quoque diutinum morbum exosus, agnoscensque nihil in idololatrico errore opis esse, intellexit alio cultum vertendum : ita disponente sapienter Deo (quæ lia illius judicia!) ut diuturnitate affectionis ipsum traheret ad se. Totis igitur viribus in Deum credens, nocturnis diurnisque precibus institit, mediatore usus Symeone, ut tandem paralysi liberaretur. Contigit interea quemdam illius regionis cæcum adire sanctum, tactuque ejus et signo crucis obtinere visum : qui de gratiarum digna retributione ambiguus (quid enim oculis æquiparetur?) hanc sibi legem statuit, ut illo die quotannis, quo tam mirandi beneficii compos factus erat, quidquid lucratus fuisset opera manuum suarum, distribueret in egenos.

203. Cum igitur votum impleturus, panes, quorum tunc copiam sibi comparaverat, erogaret, jamque porrecturus paralytico quoque esset; extendente ad accipiendum manum suam sorore, inhibuit se, mandans ut æger ipse apprehenderet. Clamantibus autem qui aderant : Nonne vides, dissolutis jacere nervis, impotentem qui vel membrum corporis ullum vel particulam moveat? confidens ipse virtute Spiritus sancti Symeonem inhabitantis, aut, quod credibilius est, ipsius spiritus impulsu, quam potuit clarissima voce : In nomine, inquit, servi Dei Symeonis, qui in mirabili moratur monte; et qui me cæcum videre fecit, extende manus tuas et accipe benedictionem. Cum illico (quomodo, immortalis Domine, cantabo misericordiam tuam!) non tantum corroboratæ manus potuerunt panes apprehendere, verum quodcunque etiam aliud corporis membrum integre sanatum pro exigentia naturæ movebatur. Quotquot igitur præsentes erant, obstupuerunt insolita prodigii magnitudine : illi vero qui sanatus fuerat invisibili quodam modo apparuit sanctus, hortans eum ut domum concederet, et quæ ibi habebat idola comminueret. Hic vero, non

θρησκεύων, παρά τι ἄλσος, Ἕλληνος καὶ αὐτὸ δεσποτείας, κατὰ δή τινα ξυλείαν ἐλθών, πλείω τε τοῦ μετρίου διαναθέμενος φόρτον, οὕτως ἀθρόον παρεῖτο, ὡς μηδ' ὅτῳ οὖν τῶν τοῦ σώματος μελῶν δύνασθαι χρῆσθαι. Ἀνελόμενοι τοίνυν αὐτὸν οἱ ἑταῖροι, καὶ πρὸς τὸν Ἅγιον ἀναγαγόντες, τιθέασι πρὸ αὐτοῦ, φιλανθρώποις ὀφθαλμοῖς αὐτόχρημα οἴκτον. Τοῦ δὲ κατὰ τὸ σύνηθες ἁψαμένου τε καὶ σφραγίσαντος, ὡς ἦν ἔτι παρειμένως ἐκεῖνος ἔχων, οὐδεμιᾶς αἰσθόμενος θεραπείας, συνεὶς αὐτίκα τὴν αἰτίαν ὁ Συμεών· Τί ὅτι τὰ τῆς θείας ἐπὶ σοὶ παρὰ Θεοῦ χάριτος ἄνωθεν τὴν ἴασιν ἀνεβάλετο; ἦπου, φησὶν, ὦ οὗτος, εἰδώλοις εἰ πιστεύων καὶ οὐ Θεῷ; Τοῦ δὲ τοιοῦτο συνειδέναι μηδὲν διατεινομένου, ψεύδεσθαι τοῦτον ἐκεῖνος, ἀλλὰ καὶ ἀμεταθέτως τό γ' οὖν παρὸν ἔχειν εἰδώς, Νῦν

σβ'. Ἀράμενοι τοιγαροῦν αὖθις αὐτὸν οἱ ἑταῖροι, κομίζουσιν οἴκαδε· ὁ δὲ πάσης ἀπογνοὺς θεραπείας, ἔκειτο, προσαιτοῦσαν ἔχων τὴν ἀδελφὴν, κἀντεῦθεν αὐτῷ τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἐπαρκοῦσαν. Ἔτος μὲν οὖν ἤδη τρίτον ἐνέστη κειμένῳ· ἀπαγορεύσας δὲ ἤδη πρὸς τὴν χρονίαν οὕτω πάρεσιν καὶ αὐτὸς, καὶ γνοὺς τῆς ἐπὶ τὰ εἴδωλα πλάνης μηδὲν ὠφελῆσθαι, δεῖν ἔγνω τὸ σέβας μεταβαλεῖν, κινήσαντος ἴσως αὐτὸν καὶ Θεοῦ (οἷα τὰ ἐκείνου κρίματα!), ἵνα τῷ χρονίῳ τῆς μάστιγος ἑλκύσῃ πρὸς ἑαυτόν. Ὅλος τοιγαροῦν ὢν δυνάμει πιστεύσας Θεῷ, ἐδεῖτο νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν αὐτοῦ, μεσίτῃ τῷ Συμεὼν χρώμενος, τῆς παρέσεως ἀνεθῆναι. Συνέβη δ' ἐν τούτῳ, τινὰ τῶν ἀνὰ τὴν χώραν ἐκείνην τυφλῶν προσελθόντα τῷ Ἁγίῳ πιστῶς, ἁφῇ τούτου καὶ σφραγῖδι βλέψαι. Οὕτως ἀξίας ἀμοιβῆς ἀπορῶν (τί γὰρ ὀφθαλμῶν ἰσοστάσιον;), τοιοῦτον ἑαυτῷ τίθησι νόμον, τὴν ἡμέραν ἕτους ἑκάστου, καθ' ἣν τῆς παραδόξου ταύτης θεραπείας τύχοι, ἅπερ ἂν ἡ χεὶρ ἔχουσα εἴη διανέμειν τοῖς ἐνδεέσι.

σγ'. Ποτὲ γοῦν ὁ μὲν τὸν τοιοῦτον ἐπεπλήρου νόμον, καὶ ἄρτους ἐδίδου ὧν τηνικαῦτα ηὐπόρει, ὀρέγειν δὲ ἤδη καὶ τῷ παραλύτῳ μέλλων, τὴν χεῖρα πρὸς τὸ λαβεῖν τῆς ἀδελφῆς ἐκτεινάσης, ἐπισχὼν, αὐτὸν ἐκεῖνον ἐκέλευε δέχεσθαι χεῖρας ὑποσχόντα τὸν παρειμένον. Τῶν δὲ παρόντων, Οὐχ ὁρᾷς ὅπως παρέσεως ἔχει, λεγόντων, ὡς μηδὲ μέλει τοῦ σώματός τινι μηδὲ μέρει χρῆσθαι δυνατὸς εἶναι; θαρρήσας ἐκείνῃ τῇ ἐνοικούσῃ τοῦ Πνεύματος δυνάμει τῷ Συμεών, ἢ καὶ κινηθεὶς ὑπ' αὐτῆς, ὃ καὶ μᾶλλον, λαμπρᾷ ὡς εἶχεν ὑπολαβὼν τῇ φωνῇ, Ἐν ὀνόματι τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ Συμεὼν τοῦ κατὰ τὸ θαυμαστὸν ὄρος, ἔφη, τὸν κἀμὲ τυφλὸν ὄντα ποιήσαντος ἀναβλέψαι, τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας ἐκτείνας, δέξαι τὴν εὐλογίαν· καὶ παραχρῆμα (ὦ πῶς, ἀθάνατε Χριστὲ βασιλεῦ, ᾄσομαί τὰ ἐλέη σου!) οὐ χεῖρες ἐρρώοντο μόνον τοὺς ἄρτους δεχόμεναι, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἄλλο τοῦ σώματος μέλος, ὑγιῶς ἐκινεῖτο καὶ κατὰ φύσιν. Οἱ μὲν οὖν παρόντες τῷ τοῦ θαύματος μεγέθει καταπεπλήγεσαν, τῷ δὲ τυχόντι τῆς θεραπείας ὁ Ἅγιος ἀθεάτως ἐπιφανείς, οἴκαδε ἀπιέναι, τά τε παρ' αὐτῷ εἴδωλα συντρίβειν σπουδῇ παρηγγύα. Ὁ δὲ οὐ τὴν ἐντολὴν μόνον ἐξέπλήρου, ἀλλά τι καὶ παρ' ἑαυτοῦ προσετίθει πῦρ αὐ-

Digitized by Google

τοῖς μετὰ τῆς συντριβῆς ἐμβαλὼν, καὶ τὴν προτέραν ἀπάτην δημοσιεύσας, καθάπερ αὐτῷ ταύτης οὐκ ὀλίγα μεταμελῆσαν.

σδ'. Οὗτος ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας, ὡς ἔφημεν, ὤν, μνηστεύεταί τινος Ἕλληνος θυγατέρα, τοιαύτας θέμενος πρῶτον Θεῷ καὶ τῷ Συμεὼν ὑποσχέσεις, ὥστε μὴ πρότερον ὁμιλῆσαι γάμοις πρὶν ἂν παρὰ τὸν στύλον γενόμενος, ὑψώσῃ σε ὁ Θεός μου ὁ Βασιλεύς μου, καὶ τῷ σῷ θεράποντι Συμεὼν ἀποδῷ τὰς εὐχαριστίας. Τοῦ δὲ τῆς κόρης πατρὸς, εἰ μὴ νῦν οἱ γάμοι συντελεσθεῖεν, οὐκ ἀνεκτὰ ποιουμένου, ἐκδώσεσθαι δὲ καὶ αὐτὸν ἑτέρῳ μᾶλλον ἀνδρὶ ἀπειλοῦντος, δευτέρας ἐκείνος τῶν ἐκ τοῦ πενθεροῦ θέμενος ἀναγκῶν τὰς πρὸς τὸν Ἅγιον συνθήκας, ἐπινεύει καὶ ἄκων, καὶ δῆτα πάντων τῶν ἐκ τῆς περιχώρου σχεδὸν ἀθροισθέντων, Ἕλληνες δὲ ἦσαν ἄρα καὶ τῆς Ἑλλήνων θρησκείας, ὡς ἤδη καὶ οἱ γάμοι συνετελοῦντο, καὶ τὰ γαμήλια εἱστιῶντο, δαίμονες αὐτοῖς ἀθρόον ἐπιπηδῶσιν, οὐ τῷ γαμβρῷ καὶ τῷ πενθερῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ νύμφῃ δηλαδὴ, καὶ τῇ μητρὶ, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν γάμων ἦσαν ὑπηρέται καὶ σπουδασταί· οὐχ οὕτω τὴν τῶν συνθηκῶν ἀθέτησιν, οἶμαι, τῆς θείας δίκης δυσχεραινούσης, ὅσον ἀπὸ τῆς ἐπὶ τὰ εἴδωλα πλάνης ἐπιστρέψαι ψυχὰς εἰς ἐπίγνωσιν Θεοῦ βουλομένης. Ὁ δὴ καὶ κατὰ πόδας ἀπῆντα. Ῥίψαντες γὰρ τὰ ἐν χερσὶ πάντες, δρομαίως παρὰ τὸν Ἅγιον ἀφικνοῦνται, οὐ θεραπείας μόνον τυχεῖν ἀξιοῦντες, ἀλλὰ καὶ τὴν περὶ τὰ εἴδωλα σφῶν ἀπάτην δημοσιεύοντες, καὶ μισθὸν ὥσπερ ἧς ἥτουν εὐεργεσίας, τὴν εἰς Θεὸν ἐπιστροφὴν καταβάλλοντες. Οὓς ὁ ταχὺς εἰς οἶκτον εὐθὺς, τῆς ἐκ τοῦ δαίμονος ἐπηρείας ἐλευθερώσας, καὶ ὅσα πρὸς σωτηρίαν διδάξας καὶ παραινέσας, ὑγιεῖς οἴκαδε ἀπολύει, λαμπροτέραν τῶν γάμων πολλῷ τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν πανηγυρίζοντας.

σε'. Παρέβαλόν τινες αὐτῷ τῆς Καππαδοκῶν, ποικίλοις πάθεσι πιεζόμενοι· τούτων εἷς ἄλαλος ἦν. Τῶν γοῦν ἄλλων θεραπείας ὑπὸ τοῦ Ἁγίου τυχόντων, μόνος ἔμενε κωφεύων ἐκεῖνος, μηδ' ὁτιοῦν τῆς εἰς αὐτὸν πορείας ὀνάμενος. Τρίτην τοιγαροῦν παραμείναντες ἡμέραν ἐκεῖ, ὡς ἤδη τὴν ἔξῆς ἔμελλον ἀπιέναι, διαναθέμενοι τὰ φορτία, εἰσίασι πρὸς αὐτὸν, τοῦ τὰς αὐτοῦ εὐχὰς ἐφοδιασθῆναι. Ὁ μέντοι κωφὸς, οἰκτιστόν τι πρὸς αὐτὸν βλέψας, διανεύων ἦν ἄγαν ἐλεεινῶς. Ὁ δὲ παθὼν ἐπ' αὐτῷ τὴν ψυχὴν, εἰς οἰκτιρμοὺς ἔβλεψε πάλιν τοὺς ἀδαπανήτους καὶ ἀκενώτους, καὶ τὸ πρόσωπον ἀποστρέψας, καὶ τὸν δάκτυλον τῷ στόματι ἐμβαλὼν, καὶ ἡσυχῇ τοῖς χείλεσιν ἐκπιέσας, ἐνῆκε τῷ στόματι τοῦ ἀνδρὸς, ὁ δὲ ὅσα καὶ θηλὴν ἐκμυζήσας, τρανῶς αὐτίκα ὤφθη λαλῶν, καὶ κατὰ φύσιν τῇ γλώττῃ χρώμενος.

σς'. Ἕτεροι πάλιν ἀπὸ Σελευκείας τῆς ἐν Καισαρείᾳ προσῆλθον τῷ Συμεὼν πάθεσι παντοδαποῖς ἐνεχόμενοι. Πάντων τοίνυν ἐκείνων τὴν ἐξ αὐτοῦ χάριν κομισαμένων, ἑκάστου τε τὸ πάθος, ὅτῳ δή ποτε κατεῖχετο, εὐθέως ἀποθεμένου καί τινας ἡμέρας

A modo quod jussus erat dimplevit accurate; sed aliquid etiam superaddens, jam contrita injecit in ignem; ac pristinum errorem suum publicans, ostendit se non vana pœnitentia duci.

204. Versabatur ille, ut dictum est, in flore ætatis, poscebatque uxorem sibi gentilis cujusdam filiam, hac prius pollicitatione Deo ac Symeoni facta, non daturum se prius operam conjugio, quam accedens ad columnam, te Deum ac regem nostrum extulisset meritis laudibus, suoque medico Symeoni gratias persolvisset. Sed cum puellæ pater, nisi statim fierent nuptiæ, non permissurum se deinde, imo alteri viro collocaturum filiam suam minitaretur; pacta ille cum sancto inita postponens, necessitati a socero sibi factæ annuit licet invitus; B idque congregatis fere vicinis omnibus, qui gentiles erant et gentilitiis superstitionibus dediti. Porro celebratis jam nuptiis solutoque convivio, insiliunt repente dæmones, non solum in generum atque socerum, sed et in sponsam, in matrem, in fratres, et quotquot ministri fautoresve nuptiarum fuerant; divina justitia non tam ægre, ut puto, ferente neglectum pactorum, quam volente ab idolorum errore abductas animas ad veri Dei cognitionem converti: quod etiam continuo factum est. Abjectis enim iis quæ præ manibus erant, celeri cursu ad sanctum pervadunt omnes, non tantum rogantes medelam, sed et publice proclamantes cultum idolorum suorum esse erroneum, et C quasi mercedem postulati beneficii conversionem ad Deum rependentes. Eos ergo celer ad miserandum Symeon, et dæmonis vexatione liberos, et necessaria ad salutem edoctos, monitisque institutos, sanos atque incolumes domos suas remisit, splendidius conversionis suæ quam nuptiarum diem celebraturos.

205. Pervenerant quidam Cappadoces ad sanctum, variis infirmitatibus affecti, quorum unus erat mutus. Cum autem ex his alii incolumitate donarentur, solus hic elinguis permansit, nullum ab eo itinere levamen nactus. Triduum ibidem perstiterant et postera luce abituri erant, quando collectis sarcinis ad sanctum adierunt, intercessionem ac preces ipsius pro viatico accepturi. Inter D alios mutus hic sanctum intuens, triste quid ac miserabile innuebat; adeo ut ille, miseratione tactus, oculos levarit ad inexhauribilem misericordiam, aversoque vultu, digitum ori imposuerit, labiis leniter pressis, tum deinde in os viri immiserit: qui veluti uber sugens, illico visus est articulate loqui et naturaliter lingua uti.

206. Rursum alii, Seleucia Cappadociæ advenerunt (54) multimodis correpti morbis: qui cum omnes gratiam consecuti essent a Symeone, quemlibet malo suo quo tenebantur eximente, et manuum suarum operam monasterii usibus aliquan-

(54) *Quia* Cæsarea *metropolis Cappadociæ est,* Seleucia Cæsareæ *in Græco dicitur.*

Digitized by Google

diu impenderent; puella quædam viro matura aderat, ab ipsa nativitate linguam impedita, vitiatisque auribus muta et surda, quæ nihil auxilii experta fuerat. Hujus pater incommodo, quia pater erat, tangebatur gravius; motisque præ commiseratione visceribus, processit plangens atque plorans ad Symeonem, ostendens quantum maris esset emensus, et summa contentione obsecrans, ne tantum itineris cogeretur relegere expers solatii. Cui sanctus: Revertere, inquit, assumpta filia: non enim difficile erit Deo etiam navi vehentes vos visitare. Repletus est, audita hac oratione, pater dulci spe, acceptaque filia mari se commisit. Nondum emensus erat dimidium iter, cum, allabente et ipsi et simul vehentibus grato quodam odore, qualis indicium esse solet adventantis gratiæ divinæ, soluta est puellæ lingua, perfecteque loquebatur et audiebat. Perculit ea res quotquot in navi erant stupore atque tremore; sed pater, iniquum ratus, si pro tanto beneficio, nulla grati animi memoria relicta, reverteretur domum; alteram conscendit navim comitante filia, revectusque ad sanctum, quales ante pro filia fuderat, nunc pro gratiarum actione offert lacrymas.

207. Alius iterum ex Daphne, filiam habebat iisdem incommodis laborantem (55); cui uxor sua atque amici magis familiares, non cessabant suadere, ut filiam ad communem adduceret medicum in Mirabilem montem, quo et ipsa cum pluribus aliis particeps fieret curationis. Verum ille obstinatione quadam induratus, parum credibilia esse quæ de sancto ferebantur sustinebat, et ut plurimum nec dignabatur quidem ea narrantibus præbere aurem. Tandem tamen multorum exprobrationibus id ipsum suscipiens, cum matre filiam adduxit ad columnam; stansque ante sanctum, cum gestu et mente arroganti narravit de illa. Contra sanctus voce submissa respondens: Redi, inquiebat, cum filia tua domum, istic ipsam visitatione sua dignabitur Christus. Exhinc homini illi gravi corde cogitationes obrepebant variæ, cœpitque pœnitere quod columnam adivisset, nec non convicia atque irrisiones effutire adversus amicos, quod talis consilii fuissent auctores. Sed mater puellæ, cum circumspecta esset, nec hujus miseria gravius, quam pervicacia mariti afficeretur, metuens ne quid novæ calamitatis obstinata mariti circa sanctum incredulitas apportaret, rediit unde venerat: seque rursus in conspectu sancti terræ affligens, fundensque lacrymas, mœroris simul et fiduciæ indices, poscebat veniam marito incredulo, atque ne quid illius obstinatio filiæ incolumitati officeret. Excepit sanctus, tam vultu quam voce blanda: Vade, inquiens; nam, quæ dixi, evenient vobis a Deo.

208. Adventante jam miserationis tempore, solu-

περὶ τὰ τῆς μονῆς ἔργα χειρουργούντων καὶ πονουμένων, κόρη τις παρ' αὐτοῖς ὡραία γάμοις, ἐξ αὐτῆς γονῆς τὴν γλῶτταν πεπεδημένη, τά τε ὦτα κωφεύουσα, ταύτῃ μένουσα ἦν, θεραπείας οὐδεμιᾶς αἰσθομένη. Ὁ γοῦν πατὴρ αὐτῆς τὸ τῆς παιδὸς οἰκειούμενος πάθος, ἐπεὶ καὶ πατὴρ, τά τε σπλάγχνα δεινῶς ἐπ' αὐτῇ στρεφόμενος, προσῆει κατπτόμενος καὶ κλαίων τῷ Συμεών, τήν τε θάλασσαν προφέρων ὅσην πελάγιος ἦλθεν, καὶ ὥστε μικενὸς αὖθις τοσοῦτον πλοῦν ἀναστρέψαι, πάνυ σφόδρα δεόμενος. Ὁ δὲ, Νῦν μὲν ἐπάντικε τὴν παῖδα λαβών, ἔφη, οὐκ ἀδυνατήσει δὲ τῷ Θεῷ καὶ πλέοντας ὑμᾶς ἐπισκέψασθαι. Ὁ μὲν οὖν γλυκείας ἐπὶ τῷ λόγῳ τὴν ψυχὴν ἐλπίδος ὑποπλησθεὶς, τὴν παῖδα λαβών, ἀπέπλει. Ὅτε μέντοι κατὰ μέσον τὸν πλοῦν ἐγεγόνει, εὐωδίας αὐτῷ τε καὶ τοῖς συμπλέουσι προσβαλούσης, ὃ πέφυκε χάριτος ἀεὶ θείας μηνύειν ἐπιδημίαν, ἀνείθη τῇ θυγατρὶ τὰ τῆς γλώττης, καὶ ὑγιῶς αὐτίκα λέγουσά τε καὶ ἀκούουσα ἦν. Οἱ μὲν οὖν συμπλέοντες ἐν ἐκπλήξει καὶ φόβῳ ἦσαν· ὁ δὲ πατὴρ ἀδικεῖν νομίσας, εἰ μὴ τοσαύτης εὐεργεσίας ἔλθοι πάλιν χαριστήρια νέμων, εἰς ἕτερον ἅμα τῇ θυγατρὶ πλοῖον ἐμβὰς, παρὰ τὸν Ἅγιον ἐπανήκει, ἀναλόγους τῶν πρώην ὑπὲρ αὐτῆς δακρύων ἀποδοὺς τὰς εὐχαριστίας.

σζ'. Ἑτέρῳ πάλιν ἀπὸ τῆς Δάφνης θυγάτηρ ἦν, ἴσῳ πάθει πιεζομένη· οὗτος εἶχε μὲν συμβουλεύσαν ἀεὶ τὴν γυναῖκα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς γνησιωτέρους τῶν φίλων, ἀναγαγεῖν ἐπὶ τὸ θαυμαστὸν ὄρος παρὰ τὸν κοινὸν αὐτὴν ἰατρὸν, ὥστε θεραπείας καὶ ταύτην μετὰ τῶν ἄλλων τυχεῖν. Ὁ δὲ τὴν καρδίαν ἔχων ἀπιστίᾳ σκληρυνομένην, ἄχρι μὲν πολλοῦ ἀπιθανά τε τὰ περὶ αὐτοῦ ἠγεῖτο, καὶ οὐδὲ τὸ οὖς τι πολλὰ προσέχει ἠξίου. Ὀψὲ δὲ καὶ βραδέως διὰ τῶν πολλῶν ὀνείδη καὶ τοῦτο λαβών, μετὰ τῆς μητρὸς αὐτὴν ἀνίησι παρὰ τὸν στύλον, καὶ πρὸ τοῦ Ἁγίου στὰς, σοβαρῷ καὶ σχήματι καὶ φρονήματι τὰ περὶ αὐτῆς διεξῆλθεν. Ὁ δὲ ἠρέμα ὑπολαβών, Ἐπάνηκε μετὰ τῆς παιδὸς οἴκαδε, εἶπε, κἀκεῖ ποιήσεται ταύτης ἐπισκοπὴν ὁ Χριστός. Τῷ μὲν οὖν βαρυκαρδίῳ ἐκείνῳ λογισμοὶ τὸ ἐξῆς ἦσαν, καὶ μεταμέλεια τῆς ἐπὶ τὸν στύλον ἀνόδου, σκώμματά τε καὶ λοιδορίαν κατὰ τῶν φίλων, ὅσοι ταύτην αὐτῷ δηλαδὴ συνεβούλευσαν. Ἡ δὲ τῆς παιδὸς μήτηρ συνετὴ οὖσα, καὶ οὐ ταύτης μόνον [ἀλλὰ] καὶ τοῦ ἀνδρὸς περικαιομένη, δείσασα μή τι κακὸν τῆς εἰς τὸν Ἅγιον ἀπιστίας παραπολαύσῃ, ἀναστρέψασα πρὸς αὐτὸν, αὖθις ῥίψασά τε κατὰ γῆς ἑαυτὴν, καὶ δάκρυα τὰ λύπης ἅμα καὶ πίστεως σύμβολα χέουσα, ἐδεῖτο συγχωρηθῆναι τῷ συζύγῳ τὴν ἀπιστίαν, καὶ μὴ ταύτην τῇ θυγατρὶ πρὸς τὴν θεραπείαν ἐμποδὼν καταστῆναι. Ὁ δὲ ἱλαρᾷ καὶ δύει καὶ γλώττῃ, Πορεύου, ἔφη, καὶ, ὡς εἴρηκα ὑμῖν, ἔσται παρὰ Θεοῦ.

ση'. Ἤδη δὲ τὸν οἶκον καταλαβόντων, λέλυτο μὲν

(55) Daphne *Suburbium Antiochenum, tam historicorum quam poetarum scriptis celebratissimum,* *Nos* 24 *Januarii* in historia translationis S. Babylæ Ep. *copiose de illo ex Sozomeno egimus.*

Digitized by Google

τὴν γλῶτταν εὐθέως ἡ παῖς, ἐλευθέρᾳ δὲ καὶ ἀκοῇ καὶ φωνῇ πρὸς τοὺς τεκόντας ἐχρῆτο· τῷ μέντοι πατρὶ πρὸς τὸ ἀθρόον ἐκεῖνο τοῦ θαύματος τηλικοῦτον ἐνέσκηψε δέος, οἷα πόρρω πολὺ τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα πίστεως ὄντι, ἢ καὶ τῆς περὶ τὸν ἅγιον ἀπιστίας ἐκτίνοντι δίκας, ὥστε ῥίγει καὶ πυρετῷ συγχεθέντα μέλεσι πᾶσι κλονεῖσθαι. Ὁ δὲ διδάσκαλον ἔχων τὴν πεῖραν (πεπαίδευτο γὰρ ἱκανῶς οἷς πέπονθεν) οὐκ ὀψίζων ἦν ὡς πρώην καὶ διαμέλλων· ἀλλ' ὡς εἶχε παρὰ τὸν ἅγιον εὐθὺς ἐλθών, τοσαύτῃ πρὸς αὐτὸν δεήσει καὶ ταπεινώσει καρδίας ἐχρῆτο, ὅσῳ πρώην ὄγκῳ τε καὶ φρονήματι, οὐχ οὕτω τῇ νόσῳ τὰ τοῦ σώματος μέλη σειόμενος, ὡς τὴν ψυχὴν τῷ παραδόξῳ τοῦ θαύματος· καὶ τὸ μὲν οὐδὲ χάριτας οἷός τε εἶναι λέγων ἐπὶ τῇ θυγατρὶ ἀξίας ὁμολογεῖν, τὸ δὲ περὶ τοῦ κατασχόντος αὐτὸν κλόνου δεόμενος. Ὁ δὲ μετὰ τῆς συνήθους συμπαθείας, Ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, γενοῦ καὶ σὺ ὑγιής, ἔφη· καὶ τῷ θαύματι θαῦμα συνήφθη, τῷ περὶ τὴν παῖδά φημι τὸ τοῦ πατρός· καὶ ὑγιῶς αὐτίκα ἔχων εἱστήκει, ὅλος ἔκστασις ὤν, ὅλος θάμβος, ὅλος κατάπληξις, οὐ χείλεσιν, οὐδὲ ῥήμασιν, οὐδὲ μακροῖς διηγήμασιν, ἀλλὰ σιωπῇ μᾶλλον καὶ σχήματι καὶ προσώπου συστάσει, τὸ τῶν θαυμάτων μέγεθος τοῖς ὁρῶσι κηρύττων.

ta subito est lingua puellæ, et audiendi appellandique parentes facultate expedite usa est. At patrem ad repentini miraculi spectaculum tantus timor incessit, ut frigore horrido atque febri correptus totis artubus contremisceret; quippe qui ab ejusmodi rebus credendis longissime aberat, aut pœnas solvebat suæ incredulitatis erga sanctum. Doctus itaque experientia (utpote per ea quæ patiebatur sufficienter castigatus) non differebat, neque procrastinabat, uti prius; sed quanta poterat celeritate ad sanctum advolans, tam supplici cum precatione atque demissione animi apud ipsum egit, quam nuper tumido cum fastu atque superbia: neque vehementius concutiebatur morbo artus corporis, quam miraculi stupenda novitate ipsa anima. Partim itaque fatebatur fieri non posse ut gratias meritas pro filia persolveret; partim deprecabatur, ut cessaret tremor quo concutiebatur. Ad hæc Symeon pro consueta sua misericordia: In nomine Domini Jesu, inquit, tu quoque esto sanus. Sicque aliud alii miraculum connexum est; illi, inquam, quod in filia, istud quod in patre patratum fuit: et statim bellissime habens stetit, totus extaticus, totus stupens, totus perculsus; nullis labiis, nullis verbis, nec longis narrationibus; sed alto silentio, habitu corporis, et constitutione vultus magnitudinem miraculi prædicans intuentibus.

CAPUT XXVI.

Alii insolentis in sanctum linguæ castigantur ac pœnitentes liberantur.

σθ'. Μετὰ δὲ χρόνον συχνὸν, συνέβη διάκονόν τινα τῆς κώμης Εὐθαλίου λεγομένης, Ἐπιφάνιον ὄνομα, τοῦ θείου Συμεὼν ἐν ἀγνοίᾳ καταλαλεῖν, ἐνυβρίζειν τε καὶ παροινεῖν εἰς αὐτὸν, καὶ σαφῆ τῶν αὐτῷ προσιόντων ἀπάτην καταγινώσκειν. Ποτὲ γοῦν θειοτέρας ὁ Ἐπιφάνιος ἄνωθεν ἐπισκοπῆς ἀξιωθεὶς κατὰ Παῦλον, ἔπεσεν ὡσεὶ νεκρὸς κατὰ γῆς, καὶ τὰ ἐντὸς συνεστράφη· προστέτακτο δὲ διὰ νυκτερινῆς ὄψεως καὶ οὗτος, οὐκ εἰς Δαμασκὸν ὡς ἐκεῖνος, ἀλλὰ παρὰ τὸν τοῦ Θεοῦ θεράποντα Συμεὼν ἀνελθεῖν, ὡς καὶ παρ' αὐτοῦ δηλαδὴ θεραπείαν οὐ σώματος κομιούμενος μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς. Καὶ δῆτα φόρτος οὐδὲν ἀψύχων ἀπεοικὼς ὑποζυγίῳ ἐπιτεθεὶς, ἀθλία τε πρὸ τοῦ στύλου τεθεὶς ὄψις, φωνῆς ἄνωθεν ἀκούει παρὰ τοῦ ἁγίου λεγούσης, Ἰδοὺ ἀφεῖθη σοι παρὰ Κυρίου τὰ ἐν ἀγνοίᾳ· ἔγειραι τοιγαροῦν ἀναλαβὼν ἑαυτὸν, μηκέτι διώκειν αὐτὸν ἀνεχόμενος ἐν τῷ τιθέναι τὸ στόμα σου εἰς ἡμᾶς, καὶ λαλεῖν καθ' ἡμῶν ἀδικίαν. Τούτοις τοῖς ῥήμασιν [εἰς] ἑαυτὸν παραδόξως ἐπανελθὼν, τἀναντία διεξῆει τῶν προλαβόντων, καὶ κηρύττων ἦν ὅλῳ στόματι μᾶλλον τὰς τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ θεράποντος αὐτοῦ δυναστείας.

209. Multo post tempore accidit diaconum, nomine Epiphanium, ex pago quodam qui nuncupatur Euthalii, de sancti Symeonis fama per ignorantiam detrahere, in eumque contumeliose debacchari, et errorem ipsum adeuntium palam reprehendere. Aliquando igitur divina cœlitus visione dignatus Epiphanius ille, sicut quondam Paulus, concidit quasi mortuus in terram, et visceribus intimis commotus est: jussus quoque est non ut iste Damascum concedere, sed ad famulum Dei Symeonem, ut per illum sanitatem non solum corporis, sed et animæ etiam reportaret. Ergo non multum ab inanimi discrepans, jumento impositus est onus miserabile; depositusque ante columnam luctuosum spectaculum, vocem cœlitus a sancto Symeone demissam sensit, quæ dicebat: Ecce dimittuntur tibi a Domino quæ ex ignorantia commisisti; leva te igitur et noli persequi ipsum deinceps, aperiendo os tuum et loquendo iniquitatem contra nos. Horum verborum virtute mirabiliter sibi redditus, contraria omnino, quam ante erat solitus, loquebatur, plenoque ore prædicabat Dei potentiam per famulum suum.

σι'. Εἶτα καὶ τοὺς υἱοὺς προσαγαγὼν δαιμονῶντας, ὑγιεῖς ἑκατέρους ἀπολαμβάνει. Οὗτος μετὰ θατέρου τῶν παίδων ὕστερον τῷ ἁγίῳ παραβαλὼν (ἐπεὶ καὶ συνεχῶς αὐτῷ μετὰ πεῖραν ἐφοίτα, καὶ τοσοῦτον ὅσῳ τοὺς ταύτῃ δρῶντας πρώην ἐμέμφετο) ἔν τινι τῶν ἀνωγαίων τῆς μονῆς καταλύει. Τὸν μὲν οὖν

210. Adducens deinde filios duos dæmoniacos, incolumes ambos recepit: quorum uno comitante postea aliquando ad sanctum se conferens (quia jam expertus virtutem, creber eo itabat, tantoque frequentius, quanto sæpius ante id facitantes reprehenderat) in cœnaculo quodam superiore,

Digitized by Google

monasterii diversatus fuit. Accidit autem puerum, premente quadam corporis necessitate, noctu experrectum surgere; cumque illa forte staret domus parte, ubi sacri aliquot Symeonis capilli jacebant; sive spiritus natura invidi fascinatione malisque artibus, sive gratia illis indita id non tolerante; delapsus inde puer caput in petram impegit, vulneratusque graviter illo pene contrito e vivis excessit. Oritur ingens clamor, concurrunt quotquot in domo aderant, inveniunt mortuum. Pater vero minime omnium turbatus (noverat quippe ad manum esse medicum) tollens sedate mortuum, ad sanctum deportat. Tetigit ille puerum dextera sua, invocavitque super illum unigenitum Dei Filium, qui solus potest mortuos ad vitam suscitare. (Quis confitebitur misericordias tuas tibi, Domine?) Redit anima puero: et qui mortuus fuerat, vivere et spirare conspicitur. Sanctus autem indicto patri comitatuique illius silentio, jubet auferri puerum, ut tantisper quietem capiat. Quod cum factum esset ut mandatum erat, puero jam placide dormiente, per aures illius repente sanguis effusus est, Symeone quodammodo chirurgum per artem quemdam invisibilem agente. Puer vero finito somno integre sanatus, cibum quoque avide admisit, factusque est miraculum omnibus, ubi conspiciebatur, videntibus; audientibus ubi narrabatur.

A παῖδα συνέβη νυκτὸς, κατὰ δή τινα σώματος χρείαν διεργεθέντα, κατ' ἐκεῖνο στῆναι τῆς οἰκίας τὸ μέρος, ὅπου τινὰς τῶν ἱερῶν τοῦ Συμεὼν τριχῶν ἐτύγχανε κεῖσθαι· εἴτε δὴ βασκανίᾳ τῆς φθονερᾶς τοῦ Πονηροῦ φύσεως καὶ ταῖς ἐξ αὐτῆς ἐνεργείαις, εἴτε τῆς χάριτος οὐκ ἀνασχομένης, ἐνεχθεὶς ἐκεῖθεν κατὰ κεφαλῆς ἐπὶ πέτραν, καὶ ταύτην πληγείς τε ἅμα καὶ συντριβεὶς, θνήσκει. Κραυγῆς δὲ γενομένης, καὶ πάντων ὅσοι παρόντες ἦσαν ἐκεῖ συνδραμόντων, εὑρίσκεται τεθνηκώς. Ὁ πατὴρ τοίνυν οὐδὲν διαταραχθεὶς (ἤδει γὰρ σαφῶς ἐγγὺς ἔχων τὸν ἰατρὸν) ἀνελόμενος ἡσυχῇ θανόντα τὸν παῖδα, κομίζει πρὸ τοῦ ἁγίου· ὁ δὲ ὡς ἥψατο τούτου τῇ δεξιᾷ, καὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ καὶ μόνου ζωοποιεῖν εἰδότος νεκροὺς, ὑπὲρ αὐτοῦ ἐδεήθη (Τίς ἐξομολογήσεταί σοι, Χριστὲ, τὰ ἐλέη σου!), ἐπάνεισι μὲν ἡ ψυχὴ τοῦ παιδὸς, καὶ ζῶν ὁ νεκρὸς καὶ πνέων ὡράτο. Ὁ Συμεὼν δὲ σιγὴν τῷ πατρὶ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν παραγγέλλει, ἀραμένοις ἰδίᾳ τὸν παῖδα, ἵνα βραχύ τι καὶ καθευδήσῃ· ὅπερ ὡς προσέταξε γεγονὸς, ὑπνώσαντος τὰ μέτρια τοῦ παιδὸς, αἷμα διὰ τῶν αὐτοῦ ὤτων ἀθρόον ἐχέθη, καθάπερ ἀθεάτῳ τινὶ χειρουργίᾳ τοῦ Συμεὼν ἐπ' αὐτὸν χρησαμένου· καὶ μετὰ τὸν ὕπνον ὑγιὴς ὅλος ἦν, ἡδέως προσιέμενος καὶ τροφήν, θαῦμα πᾶσι καὶ ὄμμασι καὶ ὠσὶν, ὁρώμενός τε καὶ ἀκουόμενος.

B

211. Pater ergo hujusce pueri, præclarus jam magni Symeonis præco factus, tam addictus famæ illius propagandæ, quam antea noscebatur ad convitiandum proclivis; convenit virum quemdam, qui vocabatur Babylas. Annum hic circiter quinquagesimum attigerat, jamque totus glaber ac depilis, non capite modo atque superciliis, sed mento etiam totoque corpore erat, adeo ut cunctis risui ac ludibrio esset. Noverat eum infidelem esse, et nihil sanioris consilii in aures demittere: persuasit tamen non sine labore, posse divinam, quæ sancto Symeoni aderat, gratiam facere, ut enascantur naturæ ordine capilli ejus: sicque persuasum duxit ad columnam, non fiduciam modo incensam, verum pœnitudinem quoque præteritorum conferentem. Dicit ei Symeon: Tu a te ipse in hunc usque diem cœleste donum arcuisti; quod si credideris, posse fieri id quod petis, eveniet tibi a Domino. Nunc igitur abito domum lætus: renascentur namque tibi juxta naturæ exigentiam pili. Ratas ille acceptasque sancti Symeonis habuit promissiones, ac domum remeavit. Cum ecce cis triduum reflorescere coma, protrusis e radice crinibus, velut recens editi infantis pilos imitantibus; et exornare brevi tempore non caput modo, sed mentum etiam; mox etiam, prout sua requirebat ætas, canis pulchre vestitus apparuit, ita ut admirationi esset illis quibus antea ludibrio fuerat.

σιά'. Ὁ γοῦν πατὴρ, λαμπρὸς τῶν τοῦ μεγάλου Συμεὼν κήρυξ ὢν, καὶ τοσοῦτος εἰς εὐφημίαν ὅσος εἰς λοιδορίαν τὸ πρὶν ἐγνωρίζετο, ἄνδρα τινὰ Βαβύλαν καλούμενον, ἔτος που πεντηκοστὸν ὄντα, γυμνὸν ὅλον καὶ λεῖον καὶ ἄτριχα, οὐ κεφαλὴν μόνον οὐ δὲ ὀφρύας, ἀλλὰ καὶ πώγωνα καὶ σῶμα τὸ πᾶν, ὡς καὶ πᾶσιν ἐν γέλωτι καὶ παιδιᾷ εἶναι, τοῦτον ἀπαραδέκτως ἔχοντα καὶ ἀπίστως εἰδὼς, ὡς ἡ παρὰ τῷ θείῳ Συμεὼν θεία χάρις δυνατὴ τρίχας αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐκφῦσαι, πείθει σὺν πόνῳ· καὶ πείσας ἄγει παρὰ τὸν στύλον, οὐ μετὰ θερμῆς πίστεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑπὲρ τοῦ παρελθόντος μεταμελείας. Ὁ δὲ, Σὺ κωλυτὴς ἐγένου σαυτῷ τῆς ἄνωθεν δωρεᾶς εἰς δεῦρο, ἔφη, καὶ πιστεύων ὅτι δυνατὸν ὃ αἰτεῖς, ἔσεσθαί σοι παρὰ Θεοῦ. Νῦν οὖν οἴκαδε πορεύου χαίρων· ἀνατελοῦσι γάρ σοι κατὰ φύσιν αἱ τρίχες. Ταύτας ὁ μὲν παρὰ τοῦ ἱεροῦ Συμεὼν τὰς ἐπαγγελίας λαβὼν, ἐπανῆκεν. Εἶσω δὲ τριῶν ἡμερῶν ἐπήνθησεν αὐτῷ θριξὶ ἐκ ῥιζῶν ἀνιοῦσα, καθάπερ ἀρτιτόκου παιδίου τὴν ἐκ γενέσεως ἑαυτῆς ὑποφαίνουσα βλάστην, ἐκόσμησέ τε κατὰ μικρὸν οὐ κεφαλὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ πώγωνα, πολιαῖς κατὰ φύσιν τῆς οἰκείας ἡλικίας κατηρτυμένος, ὡς ἐν θαύματος εἴναι λόγῳ καὶ τοῖς πρώην ἐν γέλωτι τὰ κατ' αὐτὸν ποιουμένοις.

C

D

212. Mulier quædam oculis ambobus capta, veniebat ad sanctum Symeonem manu ducta: jamque subitura monasterium, clamavit quam potuit maxime sonore, non magis lingua et voce quam fide et

σιβ'. Γυνή τις ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς τυφλωθεῖσα προσῄει χειραγωγουμένη τῷ ἱερῷ Συμεών· καταλαβοῦσα δὲ ἤδη τὰς τῆς μάνδρας εἰσόδους, Ἅγιε Συμεὼν, μεγάλῃ ὡς εἶχεν ἐβόησεν οὐ γλώττῃ καὶ φωνῇ

Digitized by Google

μᾶλλον ἢ πίστει καὶ ζέσει καρδίας, τυφλήν με δεχόμενος, ἀπόλυσον βλέπουσαν. Τοῦ δὲ σπλαγχνισθέντος ἐπ' αὐτῇ, χεῖράς τε τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιθέντος, ἔβλεψεν εὐθὺς ὑγιῶς. Εἶτα προσάγει τὴν θυγατέρα πάθος ἔχουσαν περὶ τὴν γυνήν· ἐπιθεὶς τοίνυν καὶ τῇ παιδὶ τὴν χεῖρα, Νῦν μὲν ἐπάνηκε σὺν αὐτῇ, πρὸς τὴν μητέρα ἔφη, ὄψει δὲ οἶκοι τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Ὡς γοῦν ἐπανῆλθον ἑκάτεραι, καὶ ὕπνωσεν οἷα φιλεῖ τῷ καμάτῳ τῆς ὁδοιπορίας ἡ μήτηρ, ὁρᾷ τὸν ἅγιον ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, καὶ οὐ τῇ συνήθει παραβαλόντα, τήν τε νεᾶνιν ἀγαγεῖν, καὶ τὸ πάθος ἀνακαλύψαι κελεύσαντα· οὗ παρ' αὐτῆς εὐθέως γεγενημένου, ἀνατεμόντα τοῦτο, καὶ τὸ λυποῦν ἐκεῖθεν ἐξενεγκόντα, καὶ πάλιν τὰς πληγὰς συνουλώσαντα· ἔπειτα μέντοι τῆς οἰκίας ἐξιόντα, καὶ ἑαυτὴν μὲν ὁρκίζουσαν αὐτὸν ὅστις εἴη φράσαι· τὸν δὲ καθάπερ βαρέως φέροντα καὶ ἀχθόμενον, Ὦ γύναι, τί τοῦτο ἐπιζητεῖς ἀποκρίνασθαι; Διαναστᾶσα τοίνυν, ὦ τοῦ θαύματος! εὑρίσκει τὴν παῖδα τοῦ πάθους ἀπαλλαγεῖσαν, καὶ βραχέως ὕπνου δῶρον αὐτῇ παραδόξως γεγενημένην.

A fervore cordis : Sancte Symeon, o qui me excipis oculis carentem, iis videntem dimitte. Cumque miseratus ille, manus oculis imposuisset, vidit illico recte. Deinde filiam quoque ducit morbo laborantem (56), qui imponens similiter illi manus, inquit matri : Revertere nunc cum filia domum, istic videbit gloriam Dei. Cum igitur revertissent ambæ, matri ut assolet, defatigatione itineris somnus obrepsit, oblatusque in illo est sanctus, aliam indutus formam a consueta ; accedebat autem, ducens manu puellam, cui imperabat, doloris sui locum ut revelaret. Illaque mox jussa capessente, dissecto loco educebat inde quod fuerat doloris causa, et vulnus cicatrice obducebat : postea egredientem domo videbatur sibi mulier obstringere jurejurando, ut B ederet, quis esset : illum autem, veluti molestius ferentem indolentemque, respondere : O mulier, cur illud percunctaris? His visis, excitata mulier (o miraculum!) reperit puellam dolore liberam, per brevis somni munus admirabile.

σιγ'. Ἀνὴρ δέ τις ἐκ γειτόνων τῇ γυναικὶ ταύτῃ, γλώττῃ κατὰ τοῦ ἁγίου λοιδόρῳ καὶ διαβόλῳ χρώμενος, ὃς τοῖς αὐτοῦ θαυμασίοις οὐκ ἀπιστοῦντι μόνον ἐῴκει, ἀλλὰ καὶ παρασκώπτων εἰς αὐτὸν ἦν, καὶ τὰ ἐκείνου διασύρων ἀναίδην καὶ καταπαίζων. Οὗτος δίκην εὑρὼν ἀκολάστου γλώσσης, δαίμονα σύνοικον, προσάγεται τῷ ἁγίῳ, καὶ θεραπείας παρ' αὐτοῦ τυχὼν, οὐδὲ ταύτῃ τῆς εἰς αὐτὸν ἀπέσχετο φλυαρίας. Ἡ δίκη δὲ πάλιν τῶν ἑαυτῆς οὐκ ἠμέλει· ἀλλὰ νομίσας ὁ μάταιος ἐκεῖνος ἰδεῖν τὸν ἅγιον ἐν ὁράματι νυκτὸς αὐτῷ ἐπιστάντα, καὶ τὴν αὐτοῦ δεξιὰν πρὸς ὀργὴν ἀφελόμενον· διυπνισθεὶς, ἀψευδεῖς ἐπὶ τῶν ἔργων εὑρίσκει τὰς τῆς φαντασίας εἰκόνας. Εἰ γὰρ καὶ μὴ πάντη τὴν δεξιὰν ἀφῄρητο, ἀλλὰ ξηρὰν αὐτὴν εἶχε, καὶ οὐδὲν ἀψύχων ἀπεοικυῖαν· ἔπειτα μέντοι αἱ σάρκες διαῤῥυεῖσαι, γυμνὰ μέχρι καρποῦ τὰ ὀστᾶ καὶ νεῦρα τῆς χειρὸς ἐκείνης ἀπολελοίπεσαν· ἐξῆς δὲ καὶ σκώληξι ζέσασα, οὐδὲ φορητὴν τῷ ἀθλίῳ τὴν τῆς ὀδύνης βίαν παρεῖχε.

213. Ex vicinia hujusce mulieris vir quidam contumeliosa atque diabolica lingua virum sanctum incessebat; et videbatur non modo non credere miracula ejus, sed et cavillari, atque detrahere per summam impudentiam rebus ab illo gestis iisque illudere. Sed reperit intemperantis linguæ meritam ultionem, dæmone ipsum invadente. Producitur ergo ad sanctum; sed ab eo liberationem consecu- C tus, nihilo magis quam prius desinebat in sanctum petulanter agere. Sed et vindicta rursum nihilo tardius subsequitur : arbitratus namque est vanus ille homo, noctu se in visione conspicere sanctum, sibique in vindictam auferri ab irato dexteram suam : experrectus autem comperit minime vanas fuisse visionis imagines, sed rem ipsam fuisse : etsi enim dextera ejus omnino ablata non esset, aruerat tota, nihil differens ab inanima. Nec steti: hic malum : consumpta caro, nuda illius manus pollaque nervosque destituit, usquequo ea committitur brachio : ad hæc et vermibus quod restabat exedentibus, intolerabilis inferebatur misero violentia dolorum.

σιδ'. Συνεὶς τοιγαροῦν μετὰ τὴν πληγὴν, πρόσεισι τῷ ἁγίῳ πικροτέραν τοῦ πάθους τὴν ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσι μεταμέλειαν ἔχων. Ὁ δὲ τοῦ ἀνδρὸς ἀφάμενος, κελεύει τῆς αὐτοῦ κόνεως λαβόντα οἴκαδε ἀπιέναι, ἄλλο τῇ χειρὶ μηδὲν ὅτι μὴ ταύτης ἐπιτιθέντα. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἔδρα· περὶ δὲ πρῶτον νυκτὸς ὕπνον ἔδοξεν αὐτῷ τὸν Συμεὼν ἐπιστάντα, πτύελόν τε τοῦ οἰκείου στόματος, τοῦ θείου ὡς ἀληθῶς ἐκείνου καὶ Θεῷ διὰ παντὸς προσλαλοῦντος, τῇ δεξιᾷ λαμβάνοντα, τὴν ἐκείνου δεξιὰν ἐπιχρίειν, ὁμοῦ δὲ τῷ χρίσματι καὶ σάρκας ἀνάγεσθαι, καὶ δέρμα ἐπ' αὐτὴν ἐκτείνεσθαι, ἕως ἐπὶ τὸν προέχοντα κόνδυλον τοῦ μέσου δακτύλου. Τοῦτον δὲ αὐτῷ σὺν ὄνυχι πε-

214. Resipiscens igitur post talem castigationem, procedit ad sanctum, acerbiorem pœnitentiæ propter admissa, quam doloris ex corrosa manu, D sensum afferens. Tactu suo dignatum jubet ille pulveris quidpiam secum asportare ac redire domum : nec quidquam, excepto isto, manui imponendum. Quod et sedulo fecit. Sub primam vero noctis quietem visus ei est astare Symeon, qui salivam oris sui, oris quam verissime divini et Deo semper colloquentis, dextera sua exceptam, illius dexteræ allinebat : quo facto, simul carne obduci, simul pelle vestiri ad summum usque medii digiti condylum cœpit : visus autem est condylus iste cum

(56) *Græce* περὶ τὴν γυνήν· *et quidem* γυνή, γυναικὸς, *quintæ declinationis* feminam *significat*, γυνῆ, γυνῆς, *secundæ declinationis nusquam invenitur, quod sciam. Quid si ita declinata vox sumatur pro parte muliebri, quam quia tangi a monacho, etiam per somnium et visionem, indecens fuisset, apparuerit sanctus, non in propria specie, sed in habitu chirurgi?*

Digitized by Google

ungue cadere, ut nempe secuturis temporibus memor foret intemperantiæ suæ in loquendo nimiæ; et succrevit unguis alius in extreme digiti sic mutilati articulo. Hæc visio, cum expergiscitur homo, res fuit, manu omni ex parte integra, uti diximus, exsistente. Ut autem miraculo adjiciamus miraculum, eadem nocte, qua hæc illi videbantur actitari a Symeone, ipse quoque Symeon raptus in spiritu, se ipsum eadem factitantem conspicari visus est; quemadmodum ipse, qui in ecstasi tunc exstiterat, discipulis multum rogantibus declaraviț; et iste quoque, qui incolumitate donatus erat enarravit.

A σεῖν, ὡς εἶναι καὶ πρὸς τὸ μέλλον ὑπόμνησιν ἐκείνῳ τῆς πολλῆς περὶ γλῶτταν ἀκολασίας, ὄνυχα δὲ ἀναβῆναι ἄλλον ἐπὶ τὸ ἐχόμενον τοῦ κονδύλου ἄρθρον. Τὴν μὲν οὖν ὄψιν διυπνισθέντι τῷ ἀνδρὶ ἔργον εἶναι, καὶ τὴν χεῖρα ὑγιῶς ὡς ἔφημεν ἔχειν· ἵνα δὲ τῷ θαύματι θαῦμα προσθῶμεν, ταὐτὰ δρῶντα τὸν Συμεών, ἦν τῆς νυκτὸς ἐκείνης· ὁρᾶν τῷ πνεύματι ἑαυτὸν, οἷα κἀκείνῳ συνέβαινεν· ὡς αὐτός τε τοῖς μαθηταῖς ὀφθεὶς ἐν ἐκστάσει τότε γεγενημένος, πολλὰ δεηθεῖσιν ἀπήγγειλε, καὶ ὁ τῆς θεραπείας τυχὼν ἐξηγήσατο.

215. Verum quid in vanum laboramus, conando omnia ejus gesta explicare verbis? Erat Suræ (57) (quod est oppidum ex iis unum quæ sunt supra Euphratem) miles quidam, bene valida et juvenili ætate florens, nec non bellica virtute ac rebus in omnibus dexteritate eximius. Aliquando autem accidit illi lavatum eunti, obviam fieri militem alium, qui morbo comitiali laborabat, e balneis exeuntem. Abominatus ille hominem gravissime, interdicit, ne eodem deinceps secum balneo utatur, aut omnino secum congrediatur uspiam. Ingemuit ad hæc miser in amaritudine cordis sui: morbus vero ejus (quam incomprehensibilia sapientiæ tuæ judicia, Domine!) dicto citius in alterum transiit. Intumescunt igitur intra triduum illi carnes et diffluunt, immutatur forma, arctatur spiritus; fitque habitudo contraria totius corporis, exiguo tempore quasi in putredinem versi. Medicorum manus et artes jam stupebant defessæ; cum homini sic destituto desperatio ipsa sanitatis ab hominibus consequendæ, mirabiliter dux fit ad salutem: cognoscens enim castigari se a Deo propter illatam proximo suo contumeliam, ad illum confugere decernit, a quo vapulabat: soliusque esse Dei, quod immiserat flagellum, removere. Sic animato astitit aliquis, divina quasi legatione missus, qui: Transi, inquit, in montem Mirabilem ad famulum Dei Symeonem: ille doloribus tuis medebitur. Talibus ille dictis inflammatus corde, promissaque rata habens, a domesticis ad sanctum portatur: et qui nuper tam generosus erat ac fervidus, prosternitur ad pedes illius, nemine non miserior. Tum magna derepente vi sanguinis, velut arcana quadam chirurgia ex omnibus pene membris scaturiente, laxatus illi iterum spiritus, renovata caro, restituta forma, totusque tribus omnino diebus pristino statui vindicatus est. Denique acceptis mandatis a sancto, ne divina deinceps aspernaretur præcepta, aut proximum conviciis oneraret, integre sanatus domum repetiit.

σιτ'. Ἀλλὰ μέχρι τίνος ἀμηχάνοις ἐπιχειροῦμεν, λόγῳ τὰ ἐκείνου διαλαβεῖν καθεξῆς πάντα πειρώμενοι; B Ἦν τις ἐν Σουροῖς στρατιώτης (πολίχνιον δέ τι τοῦτο τῶν Ἐπευφρατιδίων) εὖ μὲν νεότητός τε καὶ ἡλικίας, εὖ δὲ τῆς κατὰ πόλεμον ἀρετῆς, καὶ περὶ πάντα δεξιότητος ἔχων. Ποτὲ γοῦν αὐτοῦ πρός τι λουτρὸν ἀπιόντος, συνέβη τῶν στρατιωτῶν τινα, τὰς σάρκας ὑπὸ τῆς ἱερᾶς νόσου λελωβημένον, ἐκεῖθεν ἐξιόντα, εἰς συνάντησιν αὐτῷ καταστῆναι. Τοῦ δὲ δεινῶς μυσαχθέντος, καὶ μήτε βαλανείων αὐτῷ τοῦ λοιποῦ, μήτε διατριβῶν κοινωνεῖν παραγγείλαντος, στενάζει μὲν ἐν πικρίᾳ ψυχῆς ἐκεῖνος, τὸ δὲ πάθος (ὡς τῶν ἀνεφίκτων σου, Δέσποτα, τῆς σοφίας κριμάτων!) εὐθέως ἐπ' αὐτὸν μεταπίπτει· καὶ διοιδοῦσι μὲν ἔσω τριῶν ἡμερῶν αἱ σάρκες τῷ στρατιώτῃ καὶ καταῤῥέουσιν, ἀλλοιοῦται δὲ ἡ πνοὴ, καὶ εἰς τὴν ἐναντίαν τὸ σῶμα μεταβάλλει ἕξιν, σαπρία τὸ πᾶν ἐν ὀλίγῳ γεγενημέ- C νον. Ἰατροῖς μὲν οὖν ἤδη καὶ χεῖρες καὶ τέχναι σαφῶς ἀπειρήκεσαν· τῷ δὲ, ἡ ἐξ ἀνθρώπων θεραπείας ἀπόγνωσις, ὁδηγὸς παραδόξως εἰς σωτηρίαν γίνεται καὶ παιδείαν. Εἶναι Θεοῦ τὸ πρᾶγμα συνείς, διὰ τὸν εἰς τὸν πλησίον ὀνειδισμὸν, πρὸς ἐκεῖνον ἔγνω καταφυγεῖν, παρ' οὗ καὶ ἡ παιδεία· μόνου γὰρ εἶναι τὴν ταύτης λύσιν Θεοῦ, τοῦ καὶ τὴν παιδείαν ἐπαγαγόντος. Οὕτως ἔχοντι παρίσταταί τις αὐτῷ, καθάπερ ἔκ τινος θείας ἀποστολῆς, ὅς, Πορεύου παρὰ τὸ θαυμαστὸν ὄρος ἐπὶ τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ Συμεών, ἔφη, ἐκεῖνός σοι τῆς μάστιγος ἔσται. Ὁ δὲ πρὸς τὸ ῥῆμα τὴν καρδίαν ἀναφλεγεὶς, πίστει τε μεγάλῃ τοῦτο δεξάμενος, ἀνακομίζεται πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τῶν οἰκείων· καὶ ὁ πρώην καλὸς D ἐκεῖνος καὶ ζηλωτὸς ῥίπτεται πρὸ αὐτοῦ, τίνος οὐκ ἀθλιώτερος; Αἵματος τοίνυν ἐξ αὐτοῦ καθάπερ ἀθεάτῳ τινὶ χειρουργίᾳ, διὰ πάντων μικροῦ τῶν μελῶν ἀθρόον ἐκκενωθέντος, τήν τε πνοὴν ἀνεῖτο, καὶ τὴν σάρκα κεκαίνιστο· καὶ ἡ μορφὴ ἐν τρισὶ ταῖς πάσαις ἡμέραις εἰς τὴν προτέραν ἀποκαθεστήκει ὄψιν. Ὁ μὲν οὖν ἐντολὰς παρὰ τοῦ Συμεὼν λαβὼν, ἐντολῶν μηκέτι θείων ὀλιγωρεῖν, μηδὲ ὀνειδισμὸν λαμβάνειν ἐπὶ τοῖς ἔγγιστα αὐτοῦ, ὑγιὴς τέλος οἴκαδε ἐπανῆει.

CAPUT XXVII.

Occulta peccata cognita. Aliorum contumeliosorum castigatio.

216. Theodorus quidam scriniarius, natione An-

σις'. Θεόδωρος δέ τις σκρινιάριος, τὸ γένος Ἀντιο-

(57) Sura, *Syriæ Euphratesiæ civitas episcopalis, ab Antiochia remota* 250 p. m. *aut amplius.*

Digitized by Google

χεὺς λέπρᾳ τὸ πᾶν ἐξηνθήκει σῶμα. Οὗτος ἀπάσης ἀπογνοὺς θεραπείας, οἷα καὶ πάσης αὐτῆς πρὸς τὸ πάθος ἀπειρηκυίας, καὶ μείζονος ἰατρῶν καὶ χειρὸς καὶ τέχνης τούτου γεγενημένου, παρὰ τὸν θεῖον Συμεὼν καταφεύγει. Ὡς ἂν δὲ πρὸς πλείονα τοῦτον ἐπαγάγηται οἶκτον, ἔγνω τοιοῦτον ἔνδυμα περιθέσθαι, ὡς εὐχερῶς ἔχειν ὑποδεῖξαι γυμνώσαντα τὴν λέπραν ἐκείνῳ. Αἰσχυνόμενος τοίνυν ἐπὶ τῶν παρόντων ἐκκαλύψαι τὴν σάρκα, καιρὸν ἦν οἰκεῖον ἐπιφυλάττων. Ὅπερ δῆλον τοῖς τοῦ πνεύματος ὀφθαλμοῖς τῷ Συμεὼν γεγονός· Εἰπὲ, τέκνον, ἐπὶ τῶν παρόντων, φησὶ πρὸς αὐτὸν, ὅτου χάριν ἐλήλυθας εἰς ἡμᾶς. Ὁ δὲ καταπλαγεὶς τῷ παραδόξῳ τῆς διοράσεως· ὅπως ὁ κρύπτων ἦν εἰς καρδίαν οὗτος, τοῦτο παρ' αὐτοῦ ἀκηκόει, πᾶσαν εὐθὺς αἰδὼ ἀποῤῥίψας, γυμνώσας ἑαυτὸν ὑπεδείκνυ· καὶ ὃς τὴν βαΐνην ῥάβδον λαβὼν, καὶ ταύτῃ τὸν ἄνδρα σφραγίσας, Ἀπελθὼν παρὰ τὸ Τιβερίνου βαλανεῖον, λοῦσαι, ἔφη, συναπολούσει γὰρ ἐκεῖ καὶ τὴν λέπραν. Οὗπερ ὡς ἐκέλευσε γεγονότος, ὑγιὴς ἐκεῖθεν, ὦ παραδόξου θαύματος! ὁ λεπρὸς ἐπανήκει.

237. Morbus aliquando pestilens grassabatur, multos homines depascens : quo contigit filiam cujusdam Evagrii (63) etiam corripi. Erat autem Evagrius iste Scholasticus. Quoniam vero Epiphanius quidam, qui per id tempus gentilium erroribus adhærere dicebatur, nihil incommodi quoad filios recte habentes, pateretur : subierunt Evagrii animum cogitationes blasphemæ (quales esse solent maligni dæmonis deceptiones) ex vehementi nimis, quo filiam adamabat, affectu subnatæ; quomodo nempe religio sua Epiphanio faceret ad vitam atque incolumitatem filiorum. Ex istiusmodi autem cogitationibus motus ac tempestas vehemens in anima viri concitata est, non leve sibi periculum creantis. Cognoverat hæc in spiritu Symeon, et Evagrio, pro sui in ipsum singulari propensione animi, jussit indicari. Obstupuit ille insolita rei novitate, quomodo illa, quæ in cordis sui recessu intimo latebant, innotuissent Symeoni; correptusque timore et pœnitudine, accurrit ad sanctum, lacrymis atque animi affectu magis quam lingua et labiis rem confitens : impetrataque non venia modo, sed etiam remedio contra peccatum, reversus est.

σλζ'. Νόσου ποτὲ λοιμικῆς γενομένης, καὶ τῶν ἀνθρώπων πολλοὺς ἐπινεμομένης, συνέβη ταύτης ἔργον καὶ θυγατέρα τινὸς Εὐαγρίου γενέσθαι· Σχολαστικὸς δ' ἦν ἄρα ὁ Εὐάγριος οὗτος. Ἐπεὶ δέ τις Ἐπιφάνιος, Ἕλληνι τηνικαῦτα λεγόμενος προσανέχειν ἀπάτῃ, οὐ δὲ μίαν ὑπέστη περὶ τὰ τέκνα ζημίαν, εἰσίασί τινες τὸν Εὐάγριον λογισμοὶ βλασφημίας, οἷα τὰ τοῦ πονηροῦ δελεάματα, ἐκ τοῦ σφοδροῦ μάλιστα περὶ τὴν παῖδα πάθους τῷ ἀνθρώπῳ ἐπιφυέντος, ὡς ἄρα τι τῆς θρησκείας ἐκείνῳ πρὸς τὴν τῶν τέκνων ζωὴν ἐπαμύνοι. Καὶ μέγαν ἐκ τῶν τοιούτων λογισμῶν ἡ ψυχὴ κλύδωνα καὶ σάλον εἶχε, καὶ πολὺν αὐτῷ τὸν κίνδυνον ὤδινεν. Ὅπερ τὸν ἅγιον τῷ πνεύματι γνόντα, δηλῶσαι τῷ Εὐαγρίῳ, καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ βραδὴ διαθέσεως ἐπικλίνων. Ὁ δὲ τῷ τοῦ πράγματος παραδόξῳ καταπλαγείς, ὅτι ἅπερ ἦν ἐν μυχῷ καρδίας αὐτῷ δῆλα τῷ Συμεὼν καθειστήκει, φόβῳ τε πολλῷ καὶ μετανοίᾳ ληφθείς, ἄνεισι πρὸς αὐτὸν, δάκρυσι μᾶλλον καὶ πάθει ψυχῆς ἢ γλώττῃ ταῦτα καὶ χείλεσιν ἐξομολογούμενος. Συγγνώμης παρ' αὐτοῦ τοίνυν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ φαρμάκων οἰκείων τοῦ ἁμαρτήματος τυχών, ἐπανήκει.

238. Accidit post hæc, quemdam, cui dextera putrescebat, adire Symeonem, curatumque mox ab ipso, viam relegere domum versus : forte Cilix quidam juxta viam operam dans figlinæ, quæsivit, unde et cujus causa veniret : doctusque, quam insigne curationis beneficium ille nactus esset : Quid, inquit, fallimini, ad hominem confugientes, qui veneficiis potius quam virtute divina isthæc operatur? Vix dixerat, cum dexteram suam vitiari sentit, simili putrefactione percussam, atque illius ante fuerat; alterius malo in alterum veluti translato. Neque sic tamen ad mentem rediit meliorem Cilix; sed medicis potius atque artibus curandum se commisit. Verum ubi curationi facultates insumptas vidit, nec ullam affulgere spem, cognovit ipse quoque (quemadmodum illi, qui doloribus premuntur, studiose solent in illorum causas inquirere) pœnas se dare pro injuriosis adversus sanctum Symeonem verbis; et ut potuit celerrime ad ipsum accessit, quam misero manus sua loco esset

σλη'. Ἔπειτα μέντοι συνέβη τινὰ διασαπέντα τὴν δεξιὰν, πρός τε τὸν ἅγιον ἀνελθόντα, καὶ θεραπείας παρ' αὐτοῦ τυχόντα, ἐπανιέναι· Κίλικα δέ τινα παρὰ τὴν ὁδὸν πλινθείᾳ προστετηκότα, ἐρόμενον ὅθεν ἥκει, καὶ μαθόντα ὅτου χάριν, οἵας τε θεραπείας τύχοι· Τί πεπλάνησθε, φάναι, πρὸς ἄνθρωπον ἀπιόντες, φαρμακείαις τὰ τοιαῦτα μᾶλλον, ἢ θείαις ἐνεργείαις ἐπιτελοῦντα; Καὶ αὐτίκα τῷ Κίλικι διεφθάρθαι τὴν δεξιὰν, τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ σαπρίας περιφανῶς ἀναπλησμένην, ἐπ' αὐτὸν ὥσπερ τοῦ πάθους μεταπεσόντος. Ὁ μὲν οὖν Κίλιξ οὐδὲ ταύτῃ συνῆκεν, ἀλλ' ἰατροῖς μᾶλλον καὶ τέχναις ἑαυτὸν ἐκδεδώκει. Ὡς δὲ τῇ χειρὶ προσαναλισκομένην ἑώρα καὶ τὴν οὐσίαν, ἐλπίς τε οὐδεμία ποθὲν ὑπολέλειπτο, ἔγνω καὶ αὐτὸς (οἷα τὰ τῶν πιεζομένων ψυχῶν, ὅτε πᾶσαν καθ' ἑαυτὰς φιλοπόνως ἀνερευνῶσι τοῦ λυποῦντος αἰτίαν) ἔκτισιν εἶναι τῆς εἰς τὸν θεῖον Συμεὼν λαληθείσης παρ' αὐτοῦ ἀδικίας· καὶ ὡς εἶχεν εὐθὺς ἄνεισι πρὸς αὐτὸν, ὅπως ἀθλίως ἔχοι δεικνὺς, οἰκτου τε τῆς συμφορᾶς τυχεῖν ἀξίου δεόμενος. Καὶ ὅς, Ἥπου ταύτῃ

(63) Evagrius Scholasticus, *historiam ecclesiasticam* 6 *libris complexus, hoc ipsum miraculum de se narrat lib. ultimo, penultimo cap. Nos de illo ejusque scriptis ad hanc vitam* § 6 *pluribus egimus.*

Digitized by Google

ἔγωγε οἶδα τὴν δεξιὰν εἰσπραξιν οὖσαν τῆς περὶ τὴν γλῶτταν ἀκολασίας· ἀλλ' ἐξαγόρευσον κατὰ σαυτοῦ τὴν ἁμαρτίαν σου Κυρίῳ, καὶ αὐτὸς ἀφήσει τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας σου. Ὁ μὲν οὖν πικρᾷ μεταμελείᾳ ψυχῆς ἐξομολογησάμενος, πικρότερά τε δάκρυα καταχέας, εὐχῇ καὶ Δεσποτικῇ σφραγῖδι τὴν ἴασιν ὁμοῦ καὶ τὴν ἄφεσιν, ἥ τις πολλῷ καὶ τῆς ἰάσεώς ἐστι μείζων, λαβών, ἐπάνεισιν· οὕτω σώματος νόσος ὑγείαν ψυχῇ χαρίζεται, καὶ διὰ τῶν λυπούντων οἶδε πολλάκις σωτηρίαν Θεὸς πραγματεύεσθαι.

A ostendens, ac misericordiam implorans. Cui exactus: Novi utique hanc dexteram pro ultione intemperantis linguæ tuæ esse; verum confitere adversum te peccatum tuum Domino, et ipse dimittet iniquitatem cordis tui. Confessus itaque amara cum pœnitudine animæ lacrymisque amarioribus, per sancti precationem atque crucis Dominicæ signum, integram manum, et quod illi præstat, peccati remissionem consecutus est atque revertit. Ita corporis ægritudo sanitatem animæ nonnunquam confert; et per casus luctuosos, saluti sæpe consulit Deus.

σλθ'. Πλέοντι δέ ποτε τῷ Δωροθέῳ· ἦν δὲ τῆς ὑπὸ τῷ Συμεὼν ἀδελφότητος ὁ Δωρόθεος οὗτος, ἱερωσύνῃ κεκοσμημένος· πλέοντι δ' οὖν, οὐ σὺν ὥρᾳ, ἀλλ' ἐν χειμῶνι μέσῳ (ἐποίει γὰρ παρὰ καιρὸν ἑαυτὸν τῷ πελάγει πιστεύειν ἡ πρὸς τὸν ἅγιον πίστις, τὸ ἀσφαλὲς ὥσπερ ἐκεῖθεν ἐγγυωμένη), ὡς ἤδη κατὰ μέσον τὸν πλοῦν ἐγεγόνει, κλύδων αὐτῷ συμπίπτει δεινὸς, τῶν πνευμάτων πανταχόθεν ἀντιπνεόντων, τοῦ τε κύματος τοὺς τοίχους τῆς νεὼς ὑπεραναβαίνοντος, καὶ εἰς μέσην αὐτὴν ἐμπίπτοντος. Τὸν μὲν οὖν ναύκληρον καὶ τοὺς συμπλέοντας ἀπόγνωσις εἶχε, καὶ διαφυγεῖν ἐκεῖνον οὐδεὶς τὸν κίνδυνον ᾠετο· ὁ δὲ μὴ ἀπογινώσκειν ἠξίου, ἀλλὰ τοῦ θείου Συμεὼν δεῖσθαι μᾶλλον, τοῦ καὶ μόνου σώζειν ἀπὸ τοσούτου κλύδωνος δυναμένου. Εἶτα καὶ τῆς ἐκείνου κόνεως λαβὼν, τό τε πλοῖον διαῤῥαντίζει καὶ καταχεῖ τῆς θαλάσσης· αὐτομάτου δὲ τῶν ἐν τῷ πλοίῳ πάντων εὐωδίας εὐθὺς αἰσθομένων, καὶ τὰ τῆς θείας χάριτος εἵπετο, ἥ καὶ πέφυκε προοίμιον πολλάκις τὴν εὐωδίαν ποιεῖσθαι, τὸ εὐῶδες ὥσπερ καὶ θεῖον ἑαυτῆς ὑποφαίνουσα. Ἡ μὲν οὖν θάλασσα ἐτραχύνετο παραπλησίως ἄχρι τινὸς καὶ ζέουσα δεινῶς ἦν, τὰ κύματα δὲ οὐ κατὰ τὴν ἑαυτῶν βίαν προσέβαλλε τῇ νηΐ, ἀλλ' οἷον ἑαυτὰ ἐπεῖχεν, εὐλαβούμενα καθάπερ ἢ δεδιότα. Μετὰ μικρὸν δὲ τοῦ κλύδωνος ὑπανέντος, πνεῖ μὲν ἀθρόον ἐκ πρύμνης ἄνεμος, οἱ δὲ δι' ἀκύμονος τῆς θαλάσσης καὶ λείας, πᾶσιν ἱστίοις ἐφέροντο· καὶ τοὺς μὲν ἐμπλέοντας θάμβος εἶλε τῷ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας, καὶ οὐδεὶς ἦν ὃς οὐ δῶρον ἄντικρυς ἑαυτὸν τοῦ ἁγίου ἡγητο.

B 239. Navigandum aliquando fuit Dorotheo (erat is e fratribus sancti Symeonis unus, sacerdotio initiatus) navigandum, inquam, fuit tempore importuno et media hieme: sed fecerat fiducia in sanctum, omnia secura pollicens, ut tempestate tam incommoda mari se committeret. Ubi vero medium jam absolverant cursum, valida insurgit tempestas, ventis undequaque inter se veluti bellum gerentibus, ac fluctibus latera navis excedentibus in mediamque infundentibus sese. Invadit nauclerum vectoresque desperatio, nullam evadendi discrimen superesse viam existimantes: unus Dorotheus rogabat, ut ne desperatione caderent animis, sed sanctum potius implorarent Symeonem; ejus solius potentia evadi tempestatem posse. Deinde pulveris illius aliquid per navim spargit effunditque in mare; et cunctis mox vectoribus, nulla apparente ex causa, quamdam odoris fragrantiam sentientibus, gratia divina subsecuta est: solet enim illa non raro præviam quamdam odoris suavitatem excitare, divinum quidpiam se continere demonstrans. Igitur pergebat mare aliquo tempore, ut cœperat, furere et vehementer æstuare: at fluctus non, ut ferebat violentus impetus, impingebant in navim, sed cohibebant se, veluti venerabundi aut metuentes. Paulo post remisso tempestatis furore, spirare cœpit repente ventus e puppi, ferebanturque pacate ac plano mari plenis velis, tremebundi ac pavidi, ob tam inexspectatum salutis recuperatæ prodigium: nec ullus fuit, qui non reputaret se sibi dono sancti conservatum.

C

σμ'. Ὁ δὲ ναύκληρος (παῖδα γὰρ οἰκαδε ἀπολελοίπει νοσοῦντα), εἰδὼς τῷ περὶ αὐτὸν καὶ τοὺς συμπλέοντας θαύματι, ῥᾴστην αὐτῷ καὶ τὴν τοῦ παιδὸς, εἰ βούλοιτο, θεραπείαν εἶναι· κἀκεῖνο διὰ τοῦ μοναχοῦ ἐδεῖτο, τὸ τὸν υἱὸν αὐτῷ πρὸς τὴν οἰκίαν ἤδη ἀναγομένῳ ζῶντα ταμιευθῆναι· ἐδεδίει γὰρ τοῦ κοινοῦ τῆς φύσεως μᾶλλον ἢ τὸν τῆς ψυχῆς θάνατον, ἀτελέστου τοῦ παιδὸς ὄντος ἔτι τὰ τοῦ θείου βαπτίσματος. Τοῦ δὲ, Παρὰ σοὶ τοῦτο κεῖται, εἰπόντος, εἰ ζέσει καὶ πίστει καρδίας μόνον ἐπικαλέσῃ τὸν ἱερὸν Συμεὼν, ὑπόσχῃ δὲ καὶ Θεῷ τὸν παῖδα· ἐκεῖνος εὐθὺς ἑκάτερα δράσας, οὐδ' ἑτέρου διαμαρτάνει, ἀλλ' ὑγιῆ τὸν υἱὸν εὑρὼν, προσάγει Θεῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος. Καὶ τοῦτο μὲν ἓν τοιοῦτον· ἐκεῖνα δὲ πῶς ἄν τις παραλιπεῖν νομίσειε διὰ τὸ πλῆθος, οὐ τὰ μεγίστα ζημιώσει;

D 240. Porro nauclerus, qui puerum domi relinquerat infirmum, doctus miraculo in se suisque vectoribus facto, facillimum putabat ipse esse, filium quoque suum curare; idque rogabat monachum, ut reduci sibi illum conservatum in vivis vellet: timebat quippe, quod puer sacris nondum ablutus esset undis, animæ illius mortem plusquam communem omnibus naturalem. Cumque Dorotheus diceret in manu ejus id esse, si modo cum fervore ac fiducia sanctum invocaverit Symeonem, et filium Deo voverit; præstitit ille mox utrumque: nec fraudatus est promisso, invento incolumi domi filio, quem Deo per baptismum obtulit. Et hactenus quidem illud; ista vero, quæ subjiciuntur, si quis prætermittenda propter multitudinem putaverit, quomodo non maximam jacturam dederit?

Digitized by Google

CAPUT XXX.

Sacerdos sancto injuriosus punitur : infirmi per visionem curantur.

211. Sacerdos quidam in pago, qui nuncupabatur Cassa, molesta proprii amoris affectione laborans, quando mirabilia opera per sanctum Symeonem patrata vel intelligebat, vel etiam in transeuntibus illac videbat, iniquitatem et injuriam tota die loquebatur, diligebat malitiam plusquam bonitatem et injustitiam plus quam justitiam ; diligebat omnia verba præcipitationis, et linguam dolosam ; denique, malevola illa et insidiosa insania veluti ducatum præstante, anathemati sanctum subjecit. Mox vero ingentem conspicit dæmonum turbam (neque enim divina justitia potuit lentius agere, ubi longanimitas profutura non fuisset) comprehendentem se et manus post tergum actas revincientem, adeo ut sacrum Evangelium populo prælegere aut divinam liturgiam celebrare non valeret : imo si quando ejusmodi tentabat aliquid, sentiebat sibi mentem vocemque immutari, et in confusionem suam converti. Quod cum nequiret ferre presbyter, fortunas in illos, qui aliquid levaminis pollicebantur, consumpserat ; donec, omnem animo versante cogitationem, arguentem se reperit conscientiam illorum, quæ sæpe sæpius in sanctum Symeonem perperam et malitiose effutierat ; quodque non erubuisset per gravissimum scelus ipsum perstringere anathemate.

212. Hoc igitur ipsum esse intelligens, quo invisibiliter a divino sacrificio arcebatur, velociter ad sanctum venit, petiitque ardenti prece veniam delicti. Dicente autem sancto : Nisi prius peccatum tuum confessione expiaveris, quæ tibi venia ? aliquanto tempore absurdis atque impudentibus verbis se temperavit. Deinde cum dolor, quem præter morbum patiebatur eo quod sacris altaribus prohiberetur, verecundiæ, ut par erat, prævaluisset (consuevit namque id quod infirmius est per fortius expelli, et debellatus affectus cedere potentiori) palam sua narravit omnia ; quam nefaria crebro in sanctum garrivisset, quodque non abstinuisset anathemate, sed illi ipsum amens subjecisset. Tum sanctus, totus benignus, totus misericors, totus compatiens, unigeniti Filii Dei commiserationem et inexhaustam bonitatem implorans, impresso sacerdoti sacrosanctæ crucis signo : In nomine, inquit, Domini Jesu Christi solutus es retinaculis. Confer te igitur ad ecclesiam tuam, et sacrosanctum Christi Evangelium bene sanus perleges, et arcanum in altari sacrificium more solito offeres. Dixit hæc ille, et presbyter meritæ illi vindictæ exemptus est, et sacræ liturgiæ ad exitum usque vitæ, uti ante solitus fuerat, semper operatus est.

243. Post hæc adducitur ad ipsum cæcus, altero pede stare nequiens præ paralysi, ac tribus dæmoniis exagitatus. Miseratus Symeon multimodam ac diversam hominis calamitatem, ad misericordiam

A σμα'. Ἱερεὺς γάρ τις ἐν κώμῃ Κασσᾷ καλουμένῃ χαλεπῷ πάθει φιλαυτίας ἐαλωκὼς, ἡνίκα τὰ παρὰ τοῦ θείου Συμεὼν τελεσθέντα παραδόξως ἢ μάθοι ἢ διὰ τῶν παριόντων ἴδοι, ἀνομίαν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλογίζετο ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, ἠγάπα κακίαν ὑπὲρ ἀγαθωσύνην, ἀδικίαν ὑπὲρ τὸ λαλῆσαι δικαιοσύνην, ἠγάπα πάντα ῥήματα καταποντισμοῦ, γλῶσσαν δολίαν, καὶ τέλος, οἷα τὰ τῆς κακούργου ταύτης καὶ ἐπιβούλου εἰς ἔσχατον ἀπονοίας χειραγωγούσης, ἀναθέματι τὸν ὅσιον ὑποβάλλει. Καὶ παραχρῆμα δαιμόνων ὁρᾷ πλῆθος· (μακροθυμῆσαι δικαίως ἐνταῦθα οὐκ ἀνασχομένης τῆς δίκης, ὅπου μὴ συνοίσειν ἔμελλε τοῖς πολλοῖς τὸ μακρόθυμον) συλλαβομένους αὐτὸν, ὀπίσω τε τὼ χεῖρε περιαγαγόντας καὶ δήσαντας, ὡς μήτε τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον εἰς ὦτα δύνασθαι τῷ λαῷ B ἀναγνῶναι, μήτε τὴν θείαν ἐπιτελέσαι μυσταγωγίαν, ἀλλ' ὅτε τι καὶ τοιοῦτο δράσαι πειράσαιτο, τήν τε φρένα καὶ τὴν φωνὴν ἀλλοιοῦσθαι, καὶ πρὸς αἰσχύνης μᾶλλον ἑαυτῷ καθίστασθαι. Ὅπερ οὐ φέροντα τὸν ἱερέα, τοῖς τινα τοῦ κακοῦ λύσιν ὑπισχνουμένοις ἐκδαπανῆσαι καὶ τὴν οὐσίαν, ἕως λογισμὸν ἐν ἑαυτῷ πάντα κινήσας, τύπτουσαν εὗρισκε τὴν συνείδησιν, οἷς κατὰ τοῦ θείου Συμεὼν πλημμελῶς πολλάκις ἔδει φθεγξάμενος, καὶ ὅπως οὐδὲ ἀναθέματος ἐπ' αὐτὸν φείσαιτο τὸ δεινότατον.

σμβ'. Τοῦτο τοιγαροῦν ἐκεῖνο εἶναι συνεὶς ὅπερ αὐτὸν τῆς θείας ἀθεάτως λειτουργίας ἀπείργει, σπουδῇ παρ' αὐτὸν ἀνελθὼν, συγχώρησιν ᾔτει θερμῶς. Τοῦ δὲ, Εἰ μὴ τὴν ἁμαρτίαν σου πρότερον ἐξαγορεύσεις, εἰπόντος, ποία λοιπὸν συγχώρησις ἔσται σοι ; ἐπεῖχε μέχρι τινὸς ὑπὸ τῆς αἰσχύνης ἐκεῖνος. Εἶτα τῆς ἐπὶ τῷ πάθει λύπης ὃ πάσχων ἦν ἐπὶ τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ, τὴν αἰσχύνην (ὡς εἰκὸς) διακρουσαμένης (ἐπεὶ καὶ πέφυκε τῷ μείζονι τὸ ἧττον ἐκκρούεσθαι, καὶ τὸ νικώμενον ἀεὶ πάθος ὑποχωρεῖν τῷ κρατοῦντι) θεξῆλθε πάντα σαφῶς, ὅσα πολλάκις αὐτῷ κατ' ἐκείνου λεχθείη, καὶ ὅπως οὐδὲ ἀναθέματος ἐπ' αὐτὸν ἀπέσχετο, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τοῦτον ἀνοήτως ; ὑποβεβλήκει. Ὁ δὲ ὅλος χρηστότης, ὅλος οἰκτος, ὅλος συμπάθεια τῶν τοῦ μονογενοῦς οἰκτιρμῶν εὐθὺς, καὶ τῆς ἀπανήτου χρηστότητος ὑπὲρ αὐτοῦ δεόμενος ἦν, καὶ τῷ τοῦ σταυροῦ σημείῳ τὸν ἱερέα σφραγίσας, Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ λέλυσαι τῶν D δεσμῶν, ἔφη· Πορεύθεις παρὰ τὴν ἐκκλησίαν σου τοίνυν, τό τε θεῖον ὑγιῶς Εὐαγγέλιον ἀναγνώσῃ, καὶ τὴν μυστικὴν ὡς καὶ πρώην τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ θυσίαν προσοίσεις. Εἶπε ταῦτα, καὶ τὸ δίκαιον ἐκεῖνο πάθος αὐτίκα ὁ ἱερεὺς ἀπέθετο, καὶ ἡ θεία μέχρι τελευτῆς ὡς καὶ πρότερον αὐτῷ μυσταγωγία ἐπετελεῖτο.

σμγ'. Εἶτα προσάγεταί τις αὐτῷ τυφλὸς, οὐδ' ἐπὶ τοῦ ἰσχίου στῆναι δυνάμενος, ἀλλὰ καὶ τοῦτο δεινῶς παρειμένος, δαίμοσί τε τρισὶν ἐταζόμενος. Ὁ δὲ τῆς πολυειδοῦς αὐτὸν καὶ ποικίλης συμφορᾶς ἐλεήσας

Digitized by Google

εἰς ἔλεον πάλιν αὐτὸς εἶδε Θεοῦ τὸν ἀδαπανήτως ἀεὶ κενούμενον, καὶ πτύελον οἰκεῖον τῷ δακτύλῳ λαβὼν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιχρίσας, τῷ τε Δεσποτικῷ τύπῳ τὰς ψύας σφραγίσας, τῷ μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς δίδωσιν εὐθέως τὸ φῶς, τῷ δὲ τῷ ἰσχίῳ τὴν ῥῶσιν. Ἐξῆς δέ τις ἀνὴρ ἐδόκει τῷ πάσχοντι χιτῶνα ποικίλον ἐνδεδυκὼς, τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτῷ τρεῖς δαίμονας ἐκείνους, ἁλύσεσι πυρὸς τοσαύταις πεδήσας, καὶ κλοιὰ περιθείς· ὧν εὐθέως ἀπαλλαγείς, ὅλον διὰ τοῦ μοναδικοῦ σχήματος ἑαυτὸν τοσαύτης χάριτος ἀντιδίδωσι. Παραπλησίως μὲν οὖν ἔχοντα τοῖς εἰρημένοις τὰ ἐπαγόμενα, χρὴ δὲ ὅμως κἀκείνων ἐπιμνησθῆναι.

σμδ'. Ἰωάννης γάρ τις μηδὲ θατέρῳ τοῖν ποδοῖν κινεῖσθαι δυνάμενος, ἀλλ' ἑκατέρων αὐτῶν ἀκινήτως ἔχων καὶ χρόνον ἐπὶ μακρὸν, τῶν ἄλλων ἀπογνοὺς ἁπάντων, ἐλπίδα τὸν θαυμαστὸν ἐτίθετο Συμεών, καὶ αὐτὸν ἐν πίστει καρδίας ἐπεκαλεῖτο. Ἡ μὲν οὖν ἤδη πρωῒ τῆς ἡμέρας· ὁ δὲ καθάπερ εἰς ὕπνον ὑπολισθήσας, ὁρᾷν ἐδόκει τὸν Συμεών, ἄγγελος δὲ παρ' ἑκάτερα τούτου λαμπρὸς τὴν ἀναβολὴν, ἥ τε βαΐνη ῥάβδος ἐκείνῳ διὰ χειρὸς, σφραγίσαντα τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ διαναστῆναι κελεύσαντα. Καὶ ὁ μὲν γλυκὺς ὕπνος ἐκεῖνος ὑγιῆ τοῦτον ἀνῆκε, καὶ ἡ ὄψις ἔργον ἦν, καὶ φαντασίαν εὐθὺς ἡ ἀλήθεια ἐπιστοῦτο. Ὁ δὲ δρομαῖος παρὰ τὸν στύλον ἐλθὼν, ὁ πρώην ἴσα καὶ τῆς φερούσης αὐτὸν κλίνης ἀκίνητος μένων, ἐν θαύματί τε τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπαγγείλας, ὅλον διὰ τοῦ μοναδικοῦ βίου καὶ οὗτος χαριστήρια τοσαύτης εὐεργεσίας ἑαυτὸν ἀντεισφέρει.

σμε'. Ἔπειτα μέντοι παρθένος, Θεοσεβία τὴν κλῆσιν, χαλεπῷ δαίμονι πολιορκουμένη, ὡς καὶ καθ' ὕδατος ἀφεθῆναι παρ' ἐκείνου πολλάκις, ἐφαντάζετο τὸν θεῖον Συμεών, μεταπαλούμενον οἷα πρὸς ἑαυτὸν οἶκο. μένουσαν. Ἡ δὲ τὴν ὄψιν ἔργον ποιησαμένη, ὡς ἤδη καὶ ἀτενίσειεν εἰς αὐτὸν, ὁρᾷ τινα διάττουσαν ὥσπερ ἀστραπὴν τοῦ προσώπου· καὶ τὸ μὲν πονηρὸν ἐκεῖνο πνεῦμα θορύβου πάντα καὶ βοῆς αὐτίκα ἐπλήρου, τὴν πρὸς τὸν θεῖον ἄνδρα καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τοῦ Πνεύματος χάριν οὐ φέρον ἐγγύτητα, ἀλλ' εἴ τις δύναμις ἐλαύνεσθαι καὶ φεύγειν μακρὰν ἐπειγόμενον. Ἡ δὲ παρθένος, ἔξω καθάπερ ἑαυτῆς γενομένη, ἐδόκει τὸν Συμεὼν ὁρᾷν τῷ δαίμονι δεσμὰ περιθέντα, ἡ περιβολὴ δὲ τῷ ἁγίῳ φῶς ἦν καὶ στέφανος ὑπὲρ κεφαλῆς, ἐπὶ δὲ τῷ στεφάνῳ σταυρὸς, οἷος αὐτὸν ὁ λόγος προλαβὼν ἔγραψεν. Ἡ τῆς ἐκ τοῦ δαίμονος τότε μανίας ἀπαλλαγεῖσα, σεμνόν τε καὶ σώφρονα βίον διὰ τέλους ἐβίω, ταύτην Θεῷ καὶ τῷ Συμεὼν ἀμοιβὴν ἀντεισενεγκοῦσα· ᾗ καὶ νυκτὸς ὄνειροι τοῦ λοιποῦ συνεχῶς ἐχαρίζοντο φαντασίαν ὄψεως αὐτῇ τοῦ Συμεὼν ἐνδιδόντες, τῇ ὄψει δὲ παραδόξως καὶ θείας εὐωδίας παρεπομένης.

σμς'. Κἀκεῖνο δὲ τῶν προειρημένων οὐκ ἔλαττον· Ἀνήρ τις τὸν ἕτερον τῶν ποδῶν πολλοὺς ἤδη χρόνους πεπηρωμένος, ὡς καὶ τούτου παντάπασιν ἀχρήστως ἔχειν καὶ ἀνονήτως, ὑποζυγίῳ φόρτος παρὰ

A Dei quæ exhauriendo non imminuitur, oculos reflexit, sputo suo digitum tinxit, oculos cæci illevit, Dominicæ crucis signo lumbos communivit: sicque altero statim oculis lumen, altero pedibus firmitatem restituit. Deinde videbatur patienti vir quidam, tunicam versicolorem indutus, tres, a quibus obsidebatur, dæmones ignitis catenis constringere compedesque iis injicere. Iis ergo statim liberatus, totum se pro tantarum gratiarum actione suscepto monastico habitu obtulit. Persimilia quidem præcedentibus illa quæ sequuntur, nihilominus commemoranda sunt.

B 244. Joannes quidam neutro pedum suorum uti poterat, utrumque jam a longo tempore immobilem habens: cum vero desperaret de remediis aliis, spem omnem in sancto Symeone posuit, ipsumque fidenti corde invocavit. Erat tum forte crepusculum circiter matutinum, quando leni somno veluti sopitus, conspicere se putat Symeonem, angelis utrinque fulgenti in veste stipantibus, palmea sua quam manu tenebat virga signantem pedes illius, mandantemque ut surgat. Abiit dulcis ille somnus, et persanatum hominem reliquit: quodque visum fuerat, factum erat, et apparitionem veritas secuta est. Joannes igitur, qui pridem non magis mobilis erat quam lectulus quo ferebatur, curriculo ad columnam advolat, nuntians cum admiratione, quæ sibi facta erant; et per monasticam vitam hic quoque Deo se dedicans, gratitudinis loco se pro tanto

C beneficio retribuit.

245. Virgo quædam, cui nomen Thesebsia, ab infestissimo dæmone sæpe sic oppugnata, ut etiam in aquam præceps daretur, imaginabatur sibi se videre sanctum Symeonem, evocantem illam domo ubi manebat, ad se: curavitque quod viderat, ut opere exsequeretur. Cum vero jam oculos in sanctum intenderet, vidit quasi fulgur aliquod absistere a facie ejus: malignus autem spiritus late omnia tumultu ac vociferatione complevit, ferre nequiens propiorem viri sancti congressum et gratiam Spiritus sancti; sed conabatur totis viribus inde longius aufugere. Tum virgo, velut a sensibus abducta, conspicatur sanctum, injicien-

D tem dæmoni vincula: erat autem amictus viro totus lucidus, in capite corona, supra quam sacrosancta crux; qualem ipsum supra oratio nostra descripsit: et eodem tempore dæmonis furore libera fuit, et castam sobriamque vitam, qualem deinde egit, Deo atque Symeoni remunerationis loco consecravit. Illac autem durante singulis fere noctibus reducebantur per quietem ejusdem species visionis, Symeonem repræsentantis, exhibentisque beneficium collatum; sequente etiam repræsentationem non exspectata odoris divini fragrantia.

246. Illud denique jam dictis non est inferius. Vir quidam alterum pedem diutino tempore inflammatum gerens, nullique omnino usui aptum; dossuario impositus, ad virum sanctum advectus

Digitized by Google

est, affecto pedi, ut sperabat, levamen aliquod impetraturus. Sed concussione nimia jumenti, ita alter quoque pes attritus est, ut priori dolore, cui levamen quæsiturus veniebat, intolerabilior novus dolor foret. Positus igitur ante columnam, quas non emisit voces aut potius fontes lacrymarum! Nesciens utram prius gemeret calamitatem, magis etiam ignarus quid utrique potissimum remedii adhiberet: qui enim nequiverat tolerare cruciatum priorem, multo jam graviorem sentiebat secundum: quemadmodum majorem afferre vel dolorem vel gaudium, prout forte res se habuerit, illa solent quæ sunt recentiora. Quia autem altero pede aliquando utens neutro nunc insistere poterat, intolerabilis ei dolor videbatur, eoque gravior quod, dum uni calamitati quærebat levamen, secundam incurrerit. Dum hæc et his similia acerbissime lamentatur homo ille, existimans Symeon nequaquam esse humanitatis suæ ipsum despicere, sacrosanctas manus suas pro illo ad Deum tollit, et statim (quis tuam, Domine Jesu, potentiam celebret?) ambobus pedibus ita extensis ac si multorum manibus extracti fuissent, repente in conspectu omnium, commiserantium ac simul dolentium, e terra surgens, confirmatis pedibus recte incedebat.

A τὸν θεῖον ἄνδρα τοῦτον ἀνήγετο, ὥστε τινὸς τυχεῖν ἐπὶ τῷ ποδὶ θεραπείας. Ἀποσεισαμένου δὲ σφοδρῶς αὐτὸν τοῦ ὑποζυγίου, σύντριμμα καὶ τὸν ἕτερον ἐγεγόνει, ὡς εἶναι τοῦ προτέρου πάθους, οὗ χάριν ἀνεκομίζετο, πικρότερον τὸ παρόν. Τιθέμενος τοίνυν αὐτὸν πρὸς τὸν στύλου, τίνας οὐκ ἀφιέντα φωνὰς, ἢ δακρύων μᾶλλον πηγάς; προτέραν οὐκ ἔχοντα ποτέραν πενθήσει τὴν συμφορῶν, μᾶλλον δὲ τί ποτε ἄρα πρὸς ἑκατέραν ἑαυτῷ χρήσεται· ὁπότε τὴν προτέραν οὐ δυνάμενος φέρειν, βαρυτέρᾳ κέχρητο πολλῷ τῇ δευτέρᾳ, ἣν καὶ πλέον λυπεῖν, ἢ πάλιν εὐφραίνειν ὑποτέρους ἐν ἔχοντα τύχοι, τὰ νεώτερα οἶδεν. Ὁπότε δὲ μᾶλλον καὶ θατέρῳ τοῖν ποδοῖν χρώμενος, οὐ φορητῶς εἶχε τοῦ πάθους, μηδετέρῳ νῦν δύναιτο χρῆσθαι· καὶ ὃ γε πάλιν δεινότερον, ὅτι διὰ τὸ τὴν προτέραν ἀποτίθεσθαι καὶ ἡ δευτέρα προστέθειτο. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πικρῶς ὀδυρόμενον, περιεῖδεν φιλάνθρωπον οὐδαμῶς ὁ θεῖος Συμεὼν οὐδὲ συμπαθὲς ἡγούμενον, ὁσίας ὑπὲρ αὐτοῦ Θεῷ χεῖρας αἴρει, καὶ παραχρῆμα (τίς σοῦ τὰς ὑναστείας, Χριστὲ, διηγήσεται;) καθάπερ ὑπὸ πλήθους χειρῶν ἑλκόντων, οὕτως αὐτῷ τοῖς ποδῶν ἑκατέρων διαταθέντων, ἀθρόον τοῦ ἐδάφους ἐν ὀφθαλμοῖς ἁπάντων, τοῖς αὐτῷ καὶ συμπάσχουσι καὶ συναλγοῦσι, διαναστὰς, ὀρθὰ βαίνων ἦν, καὶ ποσὶν ἐρρωμένοις χρώμενος.

B

CAPUT XXXI.

Sanctus sancti Symeonis obitus.

247. Tempus viri sancti miracula narrantem, prius deficiet quam hæc ipsa, si omnia voluero particulatim recensere, quæ vel palam et multis, vel quæ privatim et singulis facta sunt: cum etiam post obitum illius prodigia, perennium fluviorum fontes imitantia, in hodiernum usque diem perdurent, eaque tam copiosa, ut quæ prætermittimus non pauciora sint quam quæ retulimus. Ut ne itaque adjiciendo plura satietatem legentibus aut defatigationem ingeramus, ac multi etiam, propter magnitudinem detrectent librum legere; prætereuntes silentio quæ deinceps contigerunt omnia (quanta scilicet energumenorum tum virorum tum mulierum; quanta hydropicorum, paralyticorumque manibus, pedibus, oculis captorum; quanta aliis doloribus ac infirmitatibus pressorum turba ad ipsum allata, atque incolumitatem consecuta sit), cum meta vitæ illius præsentis metam quoque scriptioni figamus.

C

σμῷ. Ἐπιλείψει με πρὸς διήγησιν τῶν τοῦ ἀνδρὸς θαυμασίων ὁ χρόνος, ἢ ταῦτα μᾶλλον, εἰ πάντα κατὰ μέρος ἀπαριθμεῖσθαι βουλοίμην, οὐ τὰ κοινὰ καὶ εἰς πολλοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ καθέκαστον καὶ ἰδίᾳ γεγενημένα· ὁπότε καὶ μετὰ τέλος αὐτῷ ἀενάους ποταμῶν εἰς δεῦρο τὰ θαύματα μιμεῖται πηγάς, ὡς εἶναι τῶν εἰρημένων οὐκ ἐλάττω τὰ παρειμένα. Ἵν' οὖν μὴ πλείω προσθέντες, οὐχ ὅπως τοῖς ἀναγινώσκουσι κόπον, ἀλλὰ καὶ κάματον ἐμποιήσωμεν, οἱ πολλοὶ δὲ καὶ πρὸς τὸ μέγεθος ἀπαγορεύσωσι τοῦ βιβλίου, τὰ μεταξὺ πάντα παρέντες, ὅσον αὐτῷ ὁρᾶσθαι καὶ ἄλλο δαιμονώντων, οὐκ ἀνδρῶν μόνον ἀλλὰ καὶ γυναικῶν προσαχθείη πλῆθος, ὅσον ὑδερώντων καὶ παρειμένων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ χεῖρας, ἢ πόδας, ἢ καὶ ὀφθαλμοὺς πηρῶν, ὅσον τε πάθεσι καὶ νοσήμασιν ἑτέροις πιεζομένων, καὶ παρ' αὐτοῦ θεραπείαν κομισαμένων, τῷ τῆς παρούσης αὐτοῦ ζωῆς τέλει τὸν λόγον συγκαταλύσομεν.

D

248. Agebatur igitur sanctus Symeon jam quintum (64) supra septuagesimum ætatis suæ annum, quintum vero supra quadragesimum, ex quo in maxima (65) atque postrema columna steterat, cum a familiari angelo certior factus appropinquantis sibi vitæ exitus, id ipsum convocatis discipulis, acerbo dolentibus sermone, significavit. Tum vero multa de mandatorum divinorum observatione, de concordia et charitate mutua, de pro-

σμῆ'. Ἦν γὰρ αὐτῷ τῆς ἡλικίας ἔτος ἤδη πέμπτον ἐπὶ τοῖς ἑβδομήκοντα, τῆς δ' ἐπὶ τοῦ μεγίστου καὶ τελευταίου στύλου στάσεως πέμπτον ἐπὶ τοῖς τεσσαράκοντα· τοῦ συνοίκου Πνεύματος ἐγγίζουσαν αὐτῷ τὴν ἐκδημίαν ἤδη γνωρίσαντος, συγκαλέσας τοὺς μαθητὰς, καὶ ταύτην πάλιν ἐκεῖνος αὐτοῖς πικρὰν ἐκείνην ἀγγελίαν μηνύσας, καὶ πολλὰ μὲν αὐτοῖς περὶ τῆς τῶν θείων ἐντολῶν φυλακῆς, καὶ εἰς ἀλλήλους ὁμονοίας, καὶ τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης δια-

(64) *Sic anni 45 in hac maxima columna, 10 in saxo, 8 in columna pedum quadraginta, 6 in columna prima, 1 in monasterio ante conscensam columnam, 5 in domo paterna transacti, numerum hunc 75 annorum præcise complent.*

(65) *Ergo altior fuit 40 pedibus.*

Digitized by Google

λεχθείς, πολλὰ δὲ περὶ πειρασμῶν ὑπομονῆς παραινέσας, τέλος ὅπερ αὐτοὺς ἤδει μαθεῖν βουλομένους, οὐ θαῤῥοῦντας δὲ τὴν ἐρώτησιν, ὅπως ἄνθρωπος ὢν οὐκ ἀνθρωπίνοις σιτίοις ἐτρέφετο, τοῦτο αὐτοῖς φιλοστόργως ἀνακαλύπτει, ἵνα μᾶλλον αὐτοὺς ἐντεῦθεν οἰκοδομήσῃ, καὶ μείζονας αὐτοῖς εἰς Θεὸν ὑποτείνῃ ἐλπίδας.

A ximorum dilectione cum ipsis locutus; multis etiam eosdem hortatus ad tolerantiam tentationum: tandem, quod jam cognoverat intelligere illos imprimis velle, sed non ausos percontari, quomodo ipse, homo cum esset, humanis cibis non vesceretur, peramanter aperuit, ut magis hinc ædificarentur, et firmiorem in Deo spem ponerent.

σμθ'. Ἐγὼ γάρ, φησὶν, ὦ τέκνα καὶ ἀδελφοί, ἵνα μηδὲν ὑμῖν ἀποκρύψωμαι (συνίημι γὰρ τῷ Πνεύματι καὶ σιωπώντων ὑμῶν), πολλῶν τοῦ Θεοῦ καὶ μεγάλων εὐεργεσιῶν, τοῦ ἀντιλαβομένου μου ἐκ γαστρὸς μητρός μου, ὡς οὐδὲ ὑμῖν ἔστιν ἀγνοεῖν, ἀπολαύσας, ἔτι καὶ τοῦτο μακρὸς ἤδη χρόνος ἐξ ὅτου τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ δεηθείην, ἀπαλλάξαι με τῶν τοῦ αἰῶνος τούτου βρωμάτων. Ἀλλὰ πῶς σου τὰ ἐλέη, Χριστὲ, καὶ τὴν χρηστότητα, ἣν ἐποίησας τότε μετὰ τοῦ δούλου σου διηγήσομαι; Ἐδόκουν τινὰ τὸ σχῆμα καὶ τὴν ἀναβολὴν ἱερέα, φῶς ὥσπερ ἱμάτιον ἐνδεδυκότα ὁρᾶν, σκεῦός τε τῷ ἀνδρὶ θεῖον ἦν ἐν χεροῖν, καὶ δι' ἀέρος οἷα φερόμενος, ἐγένετο πρός με· ὅ τι μὲν οὖν ἐναποτέθειτο τῷ σκεύει, φράζειν οὐκ ἔχω, οὕτως ἀπόῤῥητόν τι καὶ ἥδιστον οὐκ ἰδεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ γεύσασθαι ἦν. Ὁ δὲ τῇ λαβίδι τρὶς ἐνῆκέ μου τῷ στόματι. Ἐξ ἐκείνου τοίνυν ἄχρι καὶ νῦν ἑώρων αὐτὸν ἑκάστης Κυριακῆς μετὰ τὴν θείαν λειτουργίαν, τῆς τοιαύτης μεταλήψεως ἀξιοῦντά με, ἥτις ἕως εἰς τὴν ἐπιοῦσαν αὖθις Κυριακὴν στήριγμά μοι καρδίας ἐγίνετο. Ὃ μὲν οὖν ἀπόῤῥητόν μοι πρὸς ὑμᾶς, τὰ ἐμὰ τέκνα, τὰ ἐμὰ μέλη, τὰ ἐμὰ σπλάγχνα ἦν, τοῦτό ἐστιν, ὃ καὶ σφόδρα διψῶσι μαθεῖν ἐξεκάλυψα· τὰ δ' ἄλλα, ὑμεῖς ἔστε καὶ διηγεῖσθαι, οἱ καὶ παρηκολουθηκότες μου τῇ ἀγωγῇ, καὶ συνδιαφέροντές μοι τοὺς πνευματικοὺς ἀγῶνας, καὶ κοινωνοὺς τοῦ κατὰ Θεὸν βίου γεγενημένοι· οἷς τὰς ἐμὰς παραδόσεις, τὸν κανόνα παρακατατίθεμαι τὸν ἐμὸν, ταύτην ἀμοιβὴν αἰτῶν παρ' ὑμῶν, εἴ τι τῶν περὶ ὑμᾶς οὐκ ἀμνημονεῖτέ μου πόνων, ἵν' ἀκεραίαν μοι τὴν παρακαταθήκην τηρήσητε διὰ τέλους, καὶ ὡς ἐμοῦ παρόντος καὶ μετὰ τέλος ὑμῖν πάντα ποιῆτε, καὶ ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς ἐμοῖς καὶ βίον καὶ λόγον καὶ πρᾶξιν ἀεὶ ἀπευθύνητε· γνωριεῖ δὲ σαφῶς ὑμῖν τοὺς ἐντεῦθεν καρποὺς, ἵνα μὴ μακρὸν ἐγὼ περὶ τούτου νῦν ἀπατείνω λόγον, ἡ μεγάλη τῆς ἐπιφανείας ἡμέρα καὶ τὰ ἑκάστῳ τότε ταμιευόμενα, εἰ ἀνεπαισχύντως ἐκεῖ παρασταίημεν.

249. Ego, inquit, o filii ac fratres mei, ut nihil eorum quæ scire cupitis vos celem (novi enim spiritu, vobis etiam tacentibus, quid cupiatis), multis et magnis Dei, ex matris utero me prævenientis, sicut et ipsi nostis, beneficiis fruitus sum; illud etiam a multo jam tempore bonitatem illius rogavi, ut a necessitate sumendi corporalis cibi me eximeret. Verum quomodo, Domine Jesu, misericordiam et bonitatem tuam, quam fecisti tunc servo tuo, enarrabo? Videbar conspicere quemdam, specie atque amictu sacerdotem, lucida nube pro vestimento circumdatum, vas quoddam sacrum gestantem manibus, qui per aerem delatus, veniebat ad me; illud autem quod vase continebatur, eloqui non possum quale fuerit; adeo arcanum quid ac suave erat, non modo visu, verum etiam gustatu. Inde vir ille pauxillum accipiens in cochleari ter instillavit ori meo: et ex illo tempore usque in præsens vidi illum qualibet Dominica die, finita sacra liturgia, simili refectione me dignantem; qua in Dominicam iterum sequentem confortabar. Atque hoc illud est, quod vos, filios meos, membra mea, viscera mea, hactenus celavi; quodque jam declaravi impense cupientibus scire. Cætera per vos ipsi scitis et narrare potestis, qui institutam a me vivendi rationem sectati estis, qui spiritualia certatis mecum certamina, et in communi consonam divinis præceptis duxistis vitam: quibus nunc quoque præceptiones meas et regulam commendo (66), illud remunerationis a vobis postulans, si laborum quos subivi vestra causa immemores non estis, ut constitutiones meas integre usque in finem servetis: peto etiam ut quemadmodum me præsente fecistis, ita post obitum quoque meum cuncta facere pergatis, non secus vitam, sermones, opera vestra, quam si coram in conspectu meo versaremini, dirigentes. Qualis inde fructus maneat, ut longiorem ego hac super re orationem non texam, commonstrabit vobis manifeste dies illa manifestationis magna, et quæ unicuique tunc reposita sunt, si confusi illic astiterimus.

σν'. Ταῦτα τοῖς μαθηταῖς καὶ πλείω διαλεχθείς, τελευταίας τε ταύτας αὐτοῖς πρὸ τῆς ἐκδημίας ἐντολὰς ἐπισκήψας (εἴ γε δεῖ καλεῖν ἐκδημίαν, ἀλλὰ μὴ ἀνάλυσιν μᾶλλον, ἢ πρόσληψιν, ἢ μετάθεσιν, ἢ διάβασιν, ἢ πρὸς τὰ ποθούμενα κλῆσιν), δεκάτῃ δὲ μετὰ

250. Cum hæc et plura cum discipulis collocutus, suprema ante obitum mandata ipsis injunxisset (si tamen obitus ille dicendus sit, et non potius resolutio, aut assumptio, aut translatio, aut transitus, aut vocatio ad gaudia desiderata) decima

(66) *Regulam hic non intelligo scriptam, sed usu exemploque traditam; nam scriptæ regulæ paucæ habebantur in Oriente; neque peculiaris regulæ a Symeone relictæ ulla uspiam mentio: hoc autem primis monachismi sæculis magis etiam obtinuit in nostro Occidente, antequam conderentur regulæ SS. Mauritii, Benedicti, Columbani, quando Cassianus ex Ægypto transgressus in Galliam, scripsit se ibi invenisse* tot regulas quot cellas, *id est monasteria, prout scilicet visum fuerat cujusque monasterii fundatoribus ordinare: et hanc sæpe legimus dici* regulam sanctorum Patrum, *cui aliæ scriptæ postea superinductæ fuerunt: qua de re aliquando plenius in hoc opere tractabitur.*

Digitized by Google

post die, nempe quarta et vicesima mensis Artemisii (67), post hymnos vespertinos et consuetas collaudationes, cum more suo fratribus pacem precatus fuisset, spiritum in manus Dei suaviter tradidit; quasi assumptus ab illo aut evocatus amanter ad possidendum illa, quæ ipsi semper in votis atque jam olim parata fuerant; quæque ne per obscuras quidem species ab ulla re terrena adumbrantur. Et nunc quidem istic est, interceditque pro nobis tanto potentius, quanto fidentius atque propinquius : sacrum vero illius corpus, prodigiorum penu, nobis relictum est; unde semper hauritur, sed nunquam vacuum deprehenditur; imo quo plus desumitur, hoc magis impletur; et gratia, non corporibus modo, sed animis quoque salutaris, largiter abundat : in Christo Jesu Domino nostro, una cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A ταῦτα ἡμέρᾳ, τετάρτῃ δηλαδὴ καὶ εἰκάδι τοῦ Ἀρταμισίου μηνὸς, μετὰ τὰς ἐπιλυχνίας ᾠδὰς, καὶ τὰς συνήθεις δοξολογίας, καὶ τὴν ὡς ἔθος παρ' αὐτοῖς τοῖς ἀδελφοῖς διδομένην εἰρήνην, εἰς χεῖρας ἡδέως τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ παρατίθεται, καθάπερ ὑπ' αὐτοῦ προσληφθεὶς ἢ μετακληθεὶς φιλοτίμως, ἐφ' ἃ πάλαι ἦν ἀεὶ, καὶ ἅπερ ἐκ πλείονος αὐτῷ παρεσκεύαστο, καὶ ὧν οὐδ' ἐνταῦθα εἶχεν ἀμυδρὰς τὰς ἐμφάσεις. Καὶ νῦν ὁ μέν ἐστιν ἐκεῖ, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν πρεσβείας προσάγων, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ μετὰ μείζονος τῆς παῤῥησίας καὶ πλείονος τῆς ἐγγύτητος· τὸ δὲ τούτου σῶμα τὸ θεῖον, θαυμάτων ὑπολέλειπται παρ' ἡμῖν ταμιεῖον, ἀεὶ μὲν ἐξαντλούμενον, οὐδέ ποτε δὲ κενούμενον, ἀλλ' ὅσῳ πλέον λαμβάνομεν, τοσούτῳ μᾶλλον πληρούμενον, καὶ τὴν ἴασιν οὐ σώματος μόνον ἀλλὰ καὶ ψυχῆς ὑπερβλύζον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B

67) Artemisius *mensi* Maio *nostro respondet : cujus dies* 24, *anno* 596 *bissextili*, *habente litteras dominicales* A G, *fuit Feria* 5; *adeo ut decima dies antea, quo nuntium proximæ mortis ei angelus attulit, fuerit Dominica, quando solebat refectionem ab angelo allatam sumere.*

S. SYMEONIS EPISTOLA AD JUSTINUM JUNIOREM.

(Labbe *Concil.* t. VII, p. 350.)

Sancti Symeonis Columnalis, qui in Mirabili monte fuit, epistola quinta ad imperatorem Justinum Juniorem.

C *Τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Στυλίτου, τοῦ εἰς τὸ Θαυμαστὸν ὄρος, ἐπιστολὴ πέμπτη πρὸς τὸν βασιλέα Ἰουστῖνον τὸν Νέον.*

Quis dabit, semper Auguste et bone domine, oculis meis fontes lacrymarum ad lugendum et flendum amare et intolerabiliter omnibus diebus miseræ vitæ meæ (*Jer.* IX)? quia sub divino zelo vestri Deo redimiti [Deo coronati] et Christianissimi imperii talia extra omnem rationem impietatis agi præsumuntur ab his qui sine Deo sunt, Samaritis videlicet, qui supra omnem immunditiam polluti et exsecrandi consistunt, quique habitant ea quæ dicuntur Castra juxta civitatem Porphyreonem, in venerabili domo, quam Deo placabile imperium vestrum jussit illic ædificari. Quæ subtiliter sciet vestra divinitus conservanda tranquillitas per ea quæ significata D sunt humilitati nostræ a Paulo sanctissimo episcopo ejusdem Porphyreonis, et missa sunt nobis a beatissimo Orientis patriarcha, qui et ipse super hoc vehementer doluit, quanto magis mansuetissimi [*Gr.* quidni enim mans.] principes? Præsertim cum et inanimatos lapides hujusmodi impietates facere [facile] sufficerent exclamare, quas in præsentia vidit prædictus sanctissimus pontifex. Etenim super mortem et perditionem reputatum est ab humilitate nostra, quod quoquomodo ad auditus nostros venerit talis impietas, quæ superexcedit

Τίς δώσει, ἀεισέβαστε καὶ ἀγαθὲ δέσποτα, τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὰς δακρύων ἐπὶ τῷ πενθῆσαι καὶ κλαῦσαι πικρῶς καὶ ἀφορήτως ἐν ὅλαις ταῖς ἡμέραις τῆς ἐλεεινῆς μου ζωῆς; ὅτιπερ ἐπὶ τοῦ θείου ζήλου τῆς ὑμετέρας θεοστεφοῦς καὶ Χριστιανικωτάτης βασιλείας τοιαῦτα ὑπὲρ πάντα λόγον ἀσεβείας τετόλμηται πεπρᾶχθαι παρὰ τῶν ἀθέων καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἀκαθαρσίαν ἀκαθάρτων καὶ βδελυκτῶν Σαμαρειτῶν, τῶν τὰ λεγόμενα Κάστρα οἰκούντων πλησίον τῆς πόλεως Πορφυρεῶνος, εἰς τὸν σεπτὸν οἶκον, ὃν τὸ θεάρεστον ὑμῶν κράτος ἐκέλευσε κτίζεσθαι ἐκεῖ. Ἅπερ κατὰ λεπτὸν γνώσεται ἡ ὑμετέρα θεοφύλακτος γαληνότης ἐκ τῶν σημανθέντων τῇ ἡμῶν ταπεινώσει παρὰ Παύλου τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου τῆς αὐτῆς Πορφυρεῶνος, ἐκπεμφθέντων ἡμῖν παρὰ τοῦ μακαριωτάτου τῆς Ἑῴας πατριάρχου, καὶ αὐτῷ ἐπὶ τούτῳ σφοδρῶς ἀλγήσαντος. Πῶς γὰρ οὐχὶ, ἡμερώτατοι αὐτοκράτορες; διότι καὶ ἀψύχους λίθους ἱκανὰ ἦν παρασκευάσαι ἐκβοῆσαι τὰ τοιαῦτα ἀσεβήματα, ἅτινα αὐτοψὶ ἐθεάσατο ὁ εἰρημένος ὁσιώτατος ἀρχιερεύς. Ὑπὲρ γὰρ θάνατον καὶ ἀπώλειαν λελόγισται τῇ ἡμῶν ταπεινώσει τὸ ὅλως εἰς ἀκοὰς ἡμῶν ἐλθεῖν τοιαύτην ἀσεβείᾳ ὑπερβάλλουσαν βλάσφημον πρᾶξιν, τετολμημένην εἰς αὐτὸν τὸν δι' ἡμᾶς ἐναν-

Digitized by Google

θριυπήσαντα Θεὸν Λόγον, καὶ εἰς τὴν παναγίαν ἔνδοξον Θεομήτορα, καὶ τὸν πάνσεπτον καὶ τίμιον σταυρὸν, καὶ εἰς τοὺς ἁγίους αὐτοῦ.

Διὸ ὑπομιμνήσκοντες ἀναφέρομεν ἐπὶ τὰς θείας ὑμῶν ἀκοὰς, ὅτι εἰ οἱ πανευσεβεῖς τῶν καλλινίκων ὑμῶν νόμοι παρακελεύονται, εἰκόνος βασιλέως ἐνυβριζομένης, θανάτῳ ἐξαισίῳ καὶ πανολεθρίῳ παραδίδοσθαι τοὺς τοῦτο ἐπιχειρεῖν τολμῶντας, πόσης ἄρα ἄξιοί εἰσι καταδίκης εἰς ἀπώλειαν, οἱ εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς παναγίας ἐνδόξου Θεοτόκου μετὰ πάσης ἀλέκτου ἀναιδείας, καὶ ἀσεβείας, καὶ διὰ τὸ ὑπερβάλλον κακὸν οὐκ ἔχω τί εἰπεῖν, τοιαῦτα τετολμηκότες, μηδεμιᾶς εἰς αὐτοὺς[a] γενομένης φιλανθρωπίας; ὅθεν δυσωποῦμεν τὸ καλλίνικον ὑμῶν κράτος, μὴ ποιῆσαι ἔλεος εἰς τοὺς τοῦτο τετολμηκότας, μήτε φείσασθαι αὐτῶν, μήτε τὴν οἱανοῦν παράκλησιν ἢ ἀπολογίαν δέξασθαι περὶ αὐτῶν, ἵνα μὴ καὶ εἰς ἄλλο τι τραπῶσι, καθὼς ἤδη θεωρίαν ἑωρακὼς ἡμὴν δηλώσας τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοτιμήτῳ πατριάρχῃ, σημάνας ἐν τῷ τέως παρ' ἑαυτῷ ἔχειν. Οὐ γὰρ ἔκρυψεν ἀφ' ἡμῶν ὁ Θεὸς τὰ διαβούλια αὐτῶν. Ὅθεν πεπληροφόρημαι, ἀεισέβαστοι αὐτοκράτορες, ὅτι οὐχ ὑπενέγκοι βαστάσαι ἡ ὑπὸ τῆς μεγαλειότητος αὐτοῦ ἐλλαμπομένη θεοστήρικτος ὑμῶν καρδία τὴν τοσαύτην τῆς ἀτιμίας ἀτοπίαν, ἣν οὐδέποτε μέχρι τοῦ νῦν ἀκηκόαμεν, τάχα δὲ οὔτε ἄλλος Χριστιανός.

Ἀλλ' ἐνορκῶ ὑμᾶς, δέσποτα, κατὰ τοῦ Ἐμμανουὴλ Θεοῦ ὑψίστου, μὴ ἀναμεῖναι μήτε πρὸς μικρὸν τοῦ γενέσθαι τὴν πρέπουσαν ἐκδίκησιν· κελεῦσαι δὲ ἐκζητηθῆναι καὶ τὰ ἐν τῷ φρέατι γεγονότα παρὰ τῆς ὑπερβαλλούσης αὐτῶν πανκακίστου πονηρίας, κατὰ τὴν ὑφὴν τῆς πρὸς τὴν ἡμῶν μετριότητα ἐπιστολῆς· μὴ προσδεχομένης τῆς ἡμερωτάτης ὑμῶν δεσποτείας, εἰ ἴσως δόξουσί τινες ὑποσπείρειν ἀκαίρους λόγους, ὡς δεσποινιακῶν αὐτῶν ὄντων, τοῦ Θεοῦ τοῦ δεδωκότος ὑμῖν τὸ κράτος οὕτως ὑπὲρ πᾶσαν ἀσέβειαν ἐνυβρισθέντος· ὅπως καὶ οἱ λοιποὶ αὐτῶν φόβον ἔχωσι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ἐπαράτου καὶ ἀφωρισμένης αὐτῶν βιώσεως· οὓς καὶ ἀποδέξεται τὸ συγγενὲς αὐτῶν σκότος εἰς τὴν καταδίκην τοῦ μέλλοντος αὐτοὺς κατεσθίειν ἀσβέστου καὶ ἀφεγγοῦς πυρός· καὶ καταθεματίσει αὐτοὺς εἰς τὰ καταχθόνια τῆς ἀβύσσου αὐτὸ τὸ πανάγιον καὶ παντοδύναμον Πνεῦμα Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τοῦ ἀπολέσθαι αὐτοὺς εἰς ἀπέραντον ἀπώλειαν. Τοῦτον γὰρ τὸν ζῆλον ἐνδεικνύμενοι σπουδαίως, θεοφύλακτοι τροπαιοῦχοι, εἰς αὐτὸν τὸν συμβασιλεύοντα τῇ εὐσεβείᾳ ὑμῶν μονογενῆ Θεὸν, ὑπὲρ τὴν τοῦ Ἀβραὰμ θυσίαν ἀποδεχθήσεσθε παρὰ τῆς αὐτοῦ παντεπόπτου θεότητος· καὶ ἔσται ἐπὶ πλεῖον εὐλογημένη καὶ μεγαλυνομένη τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ ἡ φιλόχριστος ὑμῶν βασιλεία ὑπὲρ πάσας τὰς ἔμπροσθεν βασιλείας·

omnem actionem blasphemam, præsumptam in ipsum Dei Verbum, quod propter nos incarnatum est, et in sanctissimam ac gloriosam Dei Genitricem, atque in venerabilem ac pretiosam crucem, necnon et in sanctos ejus.

Propter quod commemorantes suggerimus divinis auribus vestris, quoniam, si piissimæ bonarum victoriarum vestrarum leges jubent, imagine imperatoris injuriis lacessita, morti supremæ ac perniciosissimæ tradendos, qui hoc conari præsumpserint, quanta, putas, digni sunt damnatione in perditionem, qui in imaginem Filii Dei et sanctissimæ ac gloriosæ Dei Genitricis cum omni incessabili [indicibili] impudentia et impietate, et propter nimiam malitiam, non habeo quod dicam, talia præsumpserunt, nulla in eis facta misericordia? Unde obsecramus victoriosissimum imperium vestrum, ne faciat misericordiam in eos qui hoc agere ausi sunt, neque parcat eis, neque qualemcunque postulationem vel rationem super illis accipiat ne in aliud quid vertantur, sicuti jam visa videram indicans Augusto mense sanctissimo et a Deo honorabilissimo patriarchæ, significans interim hoc apud se servandum : neque enim abscondit a nobis Deus cogitationes eorum. Unde certus sum, semper Augusti imperatores, quod non sufferat Deo confirmatum cor vestrum, quod ipsius est magnitudine illustratum, tantam inhonorantiæ procacitatem, quam nunquam huc usque audivimus, fortassis autem nec alius quisquam Christianorum.

Sed adjuro vos, domine, per Emmanuel Deum excelsum, ne sufferatis saltem ad modicum quid fieri decentem vindictam; sed jubeatis exquiri etiam illa quæ in puteo facta sunt a nimia eorum et pessima nequitia, secundum tenorem epistolæ quæ ad nostram mediocritatem transmissa est : minime permittente mansuetissima dominatione vestra, si forte putaverint quidam subseminare importunos sermones, cum quasi dominicæ sint potestatis [*Gr.*, q. ad dominæ i. Augustæ potestatem pertineant], Deo qui dedit vobis imperium, taliter super omnem impietatem injuriis affecto : ut et cæteri eorum timorem habeant cunctis diebus maledictæ ac segregatæ vitæ ipsorum : quos et suscipient cognatæ tenebræ suæ in damnationem vermis [cineris] qui comesturus est illos, et ignis qui [non] splendebit : et anathematizabit [catathematizabit] eos in inferioribus abyssi ipse sanctus et omnipotens Spiritus Jesu Christi Domini nostri, qui ex Patre procedit, ad perdendum illos in infinitam perditionem. Hunc enim zelum vobis strenue, Deo conservandi et triumphatores, in ipsum qui cum pietate vestra regnat, unigenitum demonstrantibus Deum, super sacrificium Abrahæ suscipiemini ab ejus cunctorum inspectrice deitate : et erit peramplius benedictum, potentia virtutis ejus, et magnificatum Christo dilectum imperium vestrum super

[a] *Isc.* αὐτάς.

Digitized by Google

omnia præcedentia regna : quoniam ipsi est gloria A ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. in sæcula sæculorum. Amen. Ἀμήν.

DE SS. IMAGINIBUS.

LEQUIEN. S. Joann. Damasceni Opp. *Patrolog.* t. XCIV, pag. 1410.

Magni Symeonis, a monte Thaumasto (68), *de imaginibus.*

« At infidelium aliquis forsan vitilitigator quæstionem præponet, dicetque nos, qui in ecclesiis imagines quoque adoramus, iis accensendos fore, qui simulacris inanimis supplicant. Absit itaque, ut id nos committamus. Nam quid agunt Christiani, fide pensatur, et Deus, qui mendax non est, virtutes operatur. Non enim in quibusdam coloribus moramur, sed veluti contigit in repræsentatione litteræ, qua aliud significatur, illum qui invisibilis est, in pictura conspicientes, tanquam præsentem laudamus. Nec ei credimus, qui Deus non sit, sed qui vere exsistat Deus : neque item sanctis, qui sancti non sint, sed qui tales plane sint, B et vivant apud Deum; cum etiam spiritus eorum, ob sanctitatem suam, qua divina virtute pollent illis qui digni sunt opitulentur, utpote qui ipsorum auxilio indigeant. »

Τοῦ μεγάλου Συμεὼν τοῦ Θαυμαστοῦ ὄρους, περὶ εἰκόνων.

« Ἴσως δέ τις τῶν ἀπίστων φιλόνεικος ὢν, ἀμφισβητήσει, λέγων, ὅτι Καὶ ἡμεῖς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις εἰκόνας προσκυνοῦντες, ὡς ἀψύχοις προσευχόμενοι εἰδώλοις λογισθησόμεθα. Μὴ οὖν γένοιτο ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν. Τὰ γὰρ τῶν Χριστιανῶν πίστις ἐστὶ, καὶ ὁ ἀψευδὴς ἡμῶν Θεὸς ἐνεργεῖ τὰς δυνάμεις. Οὐ γὰρ χροϊδίοις, ἀλλὰ ἐν ὑπομνήσει τοῦ ἀντιτύπου γράμματος, ὁρῶντες τὸν ἀόρατον διὰ τῆς ὁρωμένης γραφῆς, ὡς παρόντα δοξάζομεν, οὐχ ὡς μὴ ὄντι θεῷ πιστεύοντες· ἀλλ' ὡς ὄντι ἀληθῶς, οὔτε τοῖς ἁγίοις, ὡς μὴ οὖσιν, ἀλλ' ὡς οὖσι, καὶ ζῶσι παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ τῶν πνευμάτων αὐτῶν. ἁγίων ὄντων καὶ δυνάμει Θεοῦ βοηθούντων τοῖς ἀξίοις, ὡς δεομένοις αὐτῶν. »

(68) Symeon *a monte Thaumasto* epistolas complures ad Justinum juniorem scripsit, ultionem de Samaritanis poscens, qui, cum rebellassent, in Christianorum sacra, et in imagines Christi et sanctorum sævierant. Quintam habemus act. 5, synodi VII. Ex altera quadam, quæ hodie non exstat, fragmentum quod hic affertur, transumptum fuit.

ANNO DOMINI DC.

ZACHARIAS

HIEROSOLYMITANUS PATRIARCHA.

NOTITIA.

(LEQUIEN. *Orient. Christ.* t. III, p. 249.)

Bollandus *tom.* 3, Februar. ad diem 21, hujus mensis, *pag.* 247, ubi de eo *Zacharia* agit, refert ex *Chronico Alexandr.*, quod cum 20 imperii Heraclii anno desinit, Zachariam hunc patriarchatus Hierosolymitani suscepisse regimen anno Phocæ septimo, id est Christi 609. Sic enim loquitur hujus chronici auctor (sed ad annum Phocæ v). *Moritur vero Isacius patriarcha Hierosolymorum, in cujus locum sufficitur Zacharias presbyter ac custos sacrorum vasorum ecclesiæ Constantinopolitanæ.* Theophanes quoque in *Chronographia*, anno Phocæ septimo ascribit initium *Sergii Constantinopolitani, Zachariæ Hierosolymitani, et Joannis Alexandrini*, cognomento *Eleemosynarii*. Consonat Anastasius Bibl. dicens : *Anno imperii Phocæ* VII *Sergius Constantinopolitanus, Zacharias Hierosolymitanus, et Joannes Alexandrinus habentur antistites.*

Digitized by Google

Nondum sex anni elapsi erant ex quo ad sedem Hierosolymitanam evectus fuerat Zacharias, cum rex Persarum Cosroes, Syria devastata, urbem Hierosolymam cepit, Christianos ibi degentes in vincula conjecit, Judæisque vili pretio tradidit, a quibus, non ut captivi aut servi excepti fuerunt, sed in odium Christi diversis innumerisque cruciatibus interfecti : patriarcham demum et lignum sanctæ crucis in Persidem asportavit. De ea clade *Chronicon Paschale*, sive Alexandrinum, ita loquitur, edit. D. Du Cange, Paris. 1688, p. 385 (anno) IV (Heraclii), *indict. XI, post consulatum Heraclii Augusti tertium. Hoc anno, circa mensem Junium, malum nobis accidit perpetuo luctu prosequendum. Cum aliis quippe compluribus Orientis civitatibus, Jerusalem a Persis capta est, multis clericorum, monachorum, sanctimonialium, et virginum millibus trucidatis. Incensum etiam Dominicum sepulcrum, et celeberrima Dei templa : et, ut verbo dicam, pretiosa omnia destructa. Veneranda crucis ligna, cum sacris vasis innumeris, capiuntur a Persis, et Zacharias patriarcha captivus abducitur. Atque hæc omnia, non multa anni parte, nec toto mense, sed intra paucos dies contigere.* Eadem fere scribit Theophanes in *Chronographia*, ad annum quintum Heraclii. Quartus hic erat (Chr. 614), sed, ut monet Papebrochius, t. III Maii, in tract. prælim. n. 134, p. 31, col. 1, A, ille auctor uno anno serius in annis Heraclii res narrat, eo quod primum hujus imperatoris annum in duos diviserit, quemadmodum pluribus demonstravit idem Papebrochius in *Exegesi prælim.* ad tom. III, Mart. cap. 4. *Anno quinto* (legendum *quarto*) *imperii Heraclii, Persæ Jordanis loca, Palæstinam, et sanctam civitatem armorum vi subegerunt, et manibus, ut quidam asserunt, Judæorum, ad nonaginta Christianorum millia trucidarunt. Capto vero Hierosolymorum patriarcha Zacharia, pretioso etiam et vivifico crucis ligno locis illis erepto, captivorum hominum multitudinem innumeram in Persidem abduxerunt.* Exstat, inquit Papebrochius modo laudatus, ibid. n. 135, Francisci Gombefisii (Ord. FF. Prædic.) opera, post libellum sancti Joannis Chrysostomi *De educandis liberis*, aliaque nonnulla, Parisiis anno 1656, Græco-Latine impressa epistola, quam *viduæ sponsæ, civitati regis magni liberis orbatæ, Hierosolymitano gregi pastorem non habenti : sed et reliquis omnibus in Christo ecclesiis, residuisque in illis filiis orphanis, pastor humilis, solus, captivus, Zacharias minimus* e Perside scripsit, suam, aliorumque captivorum calamitatem commemorans, et meminisse jubens quomodo ipse quidem, quando cum illis erat, in Galilæa dixerit : *Plane, filii, ingentem in vobis video incuriam, multam segnitiem, injustitiam, ignorantiam, fraternum odium, apostolicorum canonum transgressionem atque contemptum; nec scio quonam res nostræ evasuræ sint :* ipsos vero respondere solitos : *Bonus est Deus, nec nos creavit ut perderet.* Nunc ergo hortatur eos ad pœnitentiam, emendationem morum, misericordiam erga captivos fratres; aut quibus non suppetit quod largiantur, ad preces, jejunia, humi cubationes et lacrymas.

Si quæ autem in tanta calamitate inveniri potuit consolatio temporalis, hæc præcipue subministrata est a sancto Joanne Eleemosynario, tunc temporis patriarcha Alexandrino, de quo ista scribit ejus Vitæ auctor Leontius, apud Baron. ad annum Christi 614, n. 15, col. 261. *Cum Persæ populati essent universam Syriam, qui eorum manus potuerunt effugere, tum laici qui magistratum gerebant, et privati, tum clerici cum episcopis confugiunt Alexandriam. Quibus omnibus dives ille et minime angustus convivator quotidie suppeditabat quæ erant ad usum necessaria, non ad indigentium aspiciens multitudinem, ut aliquid faceret quod esset sordidi et illiberalis animi, sed ad eum qui aperit manum, et omne animal implet benedictione. Cum autem Rasmizsus dux exercitus Cosroe vastasset et depopulatus esset veneranda loca Hierosolymorum; postquam hoc audivit ille homo Dei, et quod omnia sancta fuissent igni tradita, deflet quidem, non secus ac Jeremias, id quod factum fuerat. Non hactenus autem constitit ejus commiseratio, sed mittit etiam Chrysippum quemdam virum pium, tradens ei multum auri, frumentumque, et alia alimenta et indumenta, et ad ea vehenda jumenta plurima, tum ut aspiceret vastitatem, tum etiam ut eos qui remanserant ex captivitate satis per ea quæ dicta fuerunt recrearet. Præterea autem Theodorum quoque Amathuntis episcopum, et Anastasium præfectum magni montis Antonii, et Gregorium episcopum Rinocorurorum emittit ad eos recipiendos, qui abducti fuerant in captivitatem, vim auri præbens prope innumerabilem.* Addit Papebroch. supra citatus, n. 136, ex ejusdem sancti Joannis Vita, n. 33. *Ad Hierosolymorum relevationem et reædificationem, misit numismata mille, et mille saccos plenos frumento, et mille legumina* (id est, leguminum mensuras), *mille libras ferri, mille restes siccatorum piscium, mille vascula vini, et mille Ægyptios operarios, addens per litteras ad Modestum scriptas : Da mihi veniam, vere Christi operator, nihil dignum templis Christi mittenti. Vellem enim, crede mihi, si esset conveniens, et ego ipse venire, et ipse operari in domo sanctæ Christi Resurrectionis.* Hic Modestus Ecclesiæ Hierosolymitanæ curam gessit, ut vicarius Zachariæ episcopi, quandiu ille captivus fuit in Perside, eique post mortem successit. Eosdem interim Hierosolymorum incolas suis scriptis sublevare conabatur Antiochus quidam monachus Palæstinus, vitæ sanctitate et doctrina celebris, cujus exstant Homiliæ 150, t. I *Bibl. Patr. Græc.* p. 1026. In epistola autem præfixa operi, eo titulo insignita : *Epistola Antiochi monachi lauræ Sabæ abbatis, ad Eustathium præpositum monasterii Attalinæ Ancyræ civitatis Galatiæ*, hæc narrat, apud Baronium supra relatum, n. 26. *Cum Ismaelitæ ad nostrum accessissent monasterium, una septimana antequam sancta civitas fuisset occupata, et universa ecclesiæ sacra vasa jam diripuissent, plerique Patres aufugerunt quam primum : remanserunt autem in monasterio qui fortiores Christi fuerant servi, sacrum illum locum destituere nullo pacto volentes. Barbari vero cum illos comprehendissent, et multos dies illos inhumane tractassent, et tormentis afflixissent, pecunias hoc pacto sese inventuros putantes, apud quos nihil hujus sæculi reperiebatur. Illi simulatque intellexerunt sua se tandem spe et proposito excidisse, in efferatissimam versi rabiem, ad unum*

Digitized by Google

membratim beatos illos conciderunt. Qui et lætitia incredibili perfusi, ac proinde alacri vultu renidentes, omni *cum actione gratiarum animas reddiderunt Domino, quippe non ita pridem in votis habuerant resolvi, et esse cum Christo. Corpora vero plusquam tragice cæsa, cum non paucos dies in humum disjecta sine sepulturæ beneficio jacuissent, ab Arabia illo usque adproperavimus. Et quidem eximius abbas Nicomedes spectaculum illud miserabile cæsorum patrum contemplatus, deliquio animi concidit, atque illinc relatus mortuus prope est. Modestus præterea, et ipse sanctissimus, adventum nostrum cum antevertisset, et sanctorum illorum lustrasset prius habitacula omnia, itidem angore animi contractus, multis se proluit lacrymis, ac sancta quæ eatenus resederant ἅψανα* (hoc est sanctorum reliquias) *circomplexus in Patrum superiorum deposuit conditoriis. Is ad hæc, ubi solemnem persolvit ex more sermonem,* etc. *Unumquemque nostrum hortari cœpit, ne quo emigraremus, loci illius nostri desertores, magis vero eas quæ imminebant tentationes generoso pectore perferremus, Dominicæ illius memores sententiæ, quia* « *angusta est porta, et arcta via quæ ducit ad vitam,* etc. » *Hujus itaque admonitioni visum est gerere morem, eoque* (ideoque) *in laura duos prope menses permansimus.* Loquitur deinde de fuga illinc ad aliud monasterium, et inde ad aliud, ac de aliis hinc inde dispersis; et inferius iterum de monachis a Saracenis occisis agens : *Numeris,* inquit, *sanctorum Patrum, quos tyrannica sustulit impressio, est quadraginta quatuor. Horum memoria Maio mense celebratur, decima quinta mensis die.* Eorumdem martyrum memoriam colit Ecclesia in *Martyrologio Romano* die 16 Maii, his verbis : *In Palæstina passio sanctorum monachorum a Saracenis in laura sancti Sabæ interfectorum.* Dum vero hi coronabantur, quidam monachus Sinaita modo terribili lapsus est. Rem sic describit idem Antiochus homil. 84, apud Baronium, ibid. n. 30 : *Fuit,* inquit, *in monte Sina monachus quidam, qui celebre adeo edidit suæ continentiæ specimen, ut in cellula multos vixerit annos inclusus. Postremo multifariis revelationibus diaboli, et insomniis illusus, ad Judaismum delapsus est, et carnis circumcisionem. Cum igitur diabolus huic identidem vera quædam insomnia demonstrasset, et veluti objecta illecebra inescasset illius obscuratam mentem, novissime oculis illius objicit copiosam turbam apostolorum, martyrum, aliorumque omnis generis Christianorum densissimis tenebris, et omni dedecore oppletam : parte opposita, Mosen, Prophetas, populum quoque Judæorum, Deo alioqui invisum* (sermo est de Judæis nunc temporis) *offert splendida admodum luce conspicuos, inque gaudio et hilaritate vitam traducentes. Hæc cum spectasset miser, e vestigio surrexit, derelictoque sancto illo monte, in Palæstinam usque pervenit, rectaque conscendit in Noara et Libyadem asyla Judæorum. Cum* (vero) *istis denarrasset quæ sibi visæ fuerant diabolicas apparitiones, circumcisus est, ac professus Judaismum, accepit uxorem, inque omnium prospectu adversus Christianos edidit dogmata, propugnator factus Judaicæ superstitionis. Hunc ego vidi,* pergit Antiochus, *ac plerique monachorum, neque enim quatuor anni sunt a morte illius qua misere perruptus est. Catharri enim profluvium aliquando passus, et vermium arrosione contabescens exspiravit. Hunc cum vidissemus ego et alii aliquot monachi, correpti timore, ingenti cum luctu lamentati sumus. Erat id sane quam miserabile spectaculum. Vir hic totus incanuerat in monastica exercitatione, consenueratque laboribus attritus, et is tandem cum mulieribus jocabatur, immundarum carnium, nempe Judaicarum, gustu se defœdabat, et inquinabat, verba loquebatur obscena et impudica, blasphemabat Christum, Spiritum sanctum non tolerandis afficiebat contumeliis : et hunc tamen illi sine lege Judæi secundum vocabant Abraham.* Hæc Antiochus t. I *Bibl. Patr. Græc.* p. 1161 et seq.

Cosroes, ut dictum est, lignum sanctæ crucis, quod Hierosolymis servabatur, in Persidem transtulit. Sed plane admiratione dignum illud fuit, inquit Baronius supra citatus, n. 32, impium hominem adeo esse reveritum salutis nostræ tropæum, ut nec ausus fuerit ab ipsa theca, qua operiebatur, signaculum amovere, et clave aperire, ut vel illud inspiceret; sed timore perculsum, uti in sacrosancto templi loco asservabatur, eodem modo in Persidem voluisse transferre, veluti demum intactum Hierosolymam reportatum fuit : quod testatus est Modestus Hierosolymorum patriarcha, item quoque universus clerus Ecclesiæ Hierosolymitanæ. Tradit hæc omnia Suidas in *Heraclio.* Porro observat Baron. idem ad ann. 622, n. 1, ex quo sancta Crux capta a Persis fuit, et in Persidem asportata, hanc sua potentia, imo ejus qui in ea passus est virtute, Romanis plures insignesque contulisse victorias; e contra vero Persas reportatis plurimorum annorum tropæis admodum elatos depressisse, eorumque regem Cosroen horrenda morte multasse. Item ad annum 627, n. 25, Heraclio imperatori crucis virtute datum, ut longe præclarius quam quivis ante Romanorum imperator de victore Cosroe, qui et vinci posse non credebatur, triumphaverit, iteratis scilicet per annos septem victoriis, quarum causa per annos singulos singuli erant ipsi decernendi triumphi.

Exstat in *Chron. Alexandr.* pag. 398, ad annum 18 Heraclii imperat. Christi 628, epistola hujus imperat. missa Constantinopolim de nece Cosrois, et pace inita cum Syroe ejus filio, quæ lecta est die 15 Maii, in quem inciderat festum Pentec. Eo anno Pascha occurrerat die 27 Mart. proindeque Pentecostes die 15 Maii. Eam quoque refert Pagius, tom. II, crit. *Annal.* Baron. ad annum 627, num. 12 et seqq. Sic incipit : *Decimo octavo anno imperii Heraclii, post consulatum,* 17 etc., *15 Maii mensis die, fer. I, ipso Pentecostes festo, lectæ sunt ex ambone in sanctissima Magna ecclesia litteræ missæ ex Oriente ab Heraclio piissimo imperatore nostro, quæ Cosroæ casum, et inaugurationem Syroæ Persarum regis nuntiabant, hisce verbis conceptæ.* « *Exsultate Deo, omnis terra,* » etc. « *Lætentur cœli et exsultet terra, et omnia quæ in eis sunt.* » *Et omnes Christiani laudantes et benedicentes gratias agamus soli Deo,* etc. « *Cecidit enim superbus et perduellis Dei Cosroes. Cecidit, et præcipitatus est ad inferos, et deleta est de terra memoria ejus.*

Digitized by Google

Superbus ille et loquens iniquitatem in superbia et contemptu adversus D. N. J. C. verum Deum, et intemeratam ejus matrem benedictam Dominam nostram Dei Genitricem semperque Virginem Mariam. Periit impius cum sonitu. Conversus est labor ejus in caput ejus, et in verticem iniquitas ejus descendit. Nam 24 *Februar. præteriti mensis, prima indictione, seditione in eum mota ab ipsius filio primogenito Syroe, quemadmodum in alia jussione* (id est epistola), *vobis exposuimus, Persarum omnibus proceribus ac universo exercitu, copiisque ex variis regionibus conductis, ab exsecrando Cosroe ad partes Syroæ, cum Gurdanaspa Persici exercitus prius duce transeuntibus, idem Deo invisus Cosroes, dum fugam meditatur, captus, vinctusque in novum castellum, ab ipsomet ad recondendas servandasque ab eo collectas pecunias exstructum conjectus est. Vicesima quinta autem ejusdem mensis Februar. Syroe coronato, et rege Persarum inaugurato, ac* 28 *ejusdem mensis cum Deo exosus Cosroes quartum jam diem in vinculis, omnibus excruciatus doloribus, exegisset, ingratum illum, et perduellem Dei, superbumque ac blasphemum Cosroen acerbissimo mortis genere Syroes sustulit, uti sciret Jesum ex Maria natum, et a Judæis crucifixum, quemadmodum ipse scripserat, et quem conviciis incesserat, omnipotentem esse Deum, illique retribuere, prout a nobis ipsi rescriptum fuerat,* etc. *In alia autem a nobis data vobis jussione, ex castris nostris ad Canzaca, quæ continebant acta a* 17 *Octobris, usque ad* 15 *Martii, significavimus, quo pacto Deus, et Domina nostra Deipara, nobis, Christoque dilectis copiis nostris succurrerit, et quomodo in ipso conspectu nostro Deo exosus, et e tumulo refodiendus* (sive e sterquilinio effossus, ut habet Pagius) *Cosroes a Dastagerchosate ad Ctesiphontem usque fugam capessierit, suaque palatia amiserit cum regni Persici provinciis, ac denique hac ratione commovere adversus illum seditionem Syroes potuerit. Post scriptam vero hanc nostram jussionem, eamque missam* 15 *die præsentis mensis Martii, dum quæ Cosroen inter et Syroen postmodum contigerint explorare satagimus, missis in varia loca, atque ad Siarsura, parvum Zabas, Chalcas et Jesdem, utraque via, tum ex felicissimis castris nostris, tum ex Saracenis pio nostro imperio subjectis, ut quemadmodum præfati sumus, motus qui ibi sunt, certo resciremus, adduxerunt ad nos excubitores in castra ad Canzaca Persam unum, et alterum Armenium, a quibus porrecta nobis est epistola a quodam Persarum secretario cui nomen est Cosdae et Axiamaranan, ad nos scripta, qua missum se significabat a Syroe in Persarum regem proclamato, cum aliis proceribus, et ipsius Syrois ad nos litteris : cumque ad Arman pervenisset, visum sibi esse ut duos istos viros ad nos mitteret, quo vicissim seque ac socios tutos incolumesque deducerent, a nobis mitterentur. Ut autem illum sibi timere intelleximus, ex eo quod in itinere multa Persarum cadavera, eaque usque ad tria circiter millia a felicissimis copiis nostris interfectorum versus Narban videret, absque conductoribus nos convenire vereretur : 25 ejusdem Mart. mensis ad illos misimus gloriosissimum magistrum militum Eliam cognomento Barsoca, et magnificentissimum Theodotum Drungarium, cum delecta juventute, ac viginti equis dextrariis sella instructis, qui illis occurrerent, eosque ad nos deducerent,* etc. *Ut vero duos illos viros a Syroe Persarum rege missos recepimus, alterum ex iis, Persam scilicet, una cum aliis ad Barismanem Canzacorum* (præpositum) *qui a quadraginta milliaribus aberat, et in munitum castellum se recluserat misimus, datis ad illum litteris, quibus mandabatur, uti equos septem pro legatis pararet, quo expedite ac sine ullo impedimento ad Syroen regem possent proficisci. Barismanas vero... et qui tum cum illo aderant, nos, et Syroen Persarum regem, per multas horas, faustis acclamationibus laudibusque prosecuti sunt. A Legato quippe illo Persa, perduellem Dei Cosroen periisse, regemque Syroen proclamatum certiores erant facti. Rescripsit deinde nobis idem Barismanas, equos se, sicut a nobis mandatum fuerat, instruxisse, et cum alteram nostram jussionem acceperit, qua legatorum adventus sibi significaretur, se quam primum ad nos accessurum, equisque confestim adductis, officia sua servitiaque omnia præstiturum. Cum igitur in iisdem ad Canzaca positis castris essemus morati usque ad* 3 *mensis Aprilis diem, qui in Dominicam incidit, advenit Phaiacus regi a secretis, qui et Rharna vocabatur, circa horam secundam, eumdemque hac ipsa hora excepimus, litteris a Cabata Syroe clementissimo Persarum rege, quæ ejus inaugurationem continebant, quibusque nobiscum, et cum quovis hominum, pacem habere velle significabat, ab illo acceptis. Visum ergo nobis est clementissimi Cabatæ Syrois litterarum exemplar huic nostræ ad vos jussioni subjungere, ut et quid ad illas deinde rescripserimus. Mansimus vero eodem in loco castrorum Canzacis vicinorum usque ad septimum Aprilis, hoc est* 27 *dies. Octavo autem ejusdem mensis eumdem Phaiacum a secretis, Rharnam appellatum, honorifice, quantum licuit, acceptum, ut et qui cum illo erant, dimisimus,* etc. *Atque ita confidimus D. N. Jesum Christum bonum et omnipotentem Deum, et Dominam nostram Dei Genitricem, res omnes nostras secundum eorum clementiam curaturos. Nos porro ejusdem mensis die* 8 *Deo auspice, castra movimus, in Armeniam iter facturi. Vos autem bene valete, continuasque ac indefessas orationes ad Deum fundite, quo, sicut peroptamus, vos quam primum revisere nobis largiatur.* Huic Heraclii epistolæ subditur in eodem *Chron. Alexandr.* pag. 402, pars epistolæ Syrois ad Heracl. Titulus est : *Exemplar commonitorii a Cabata, qui et Syroes dictus est, clementissimo rege Persarum, missi ad Heraclium piissimum et a Deo servatum nostrum imperatorem. A Cabata Sadasadasac, Heraclio clementissimo, et a Deo servato imperatori Romanorum, fratri nostro, plurimam gratiam impertimur. Clementissimo imperatori Romanorum, et fratri nostro. Nos Dei providentia absque ullo labore insigni diademate donati, patrum ac majorum nostrorum solium sumus consecuti. At cum tam benefice ab ipso Deo nos dignatos agnoscamus, ut illustrem adeo thronum exceperimus ac dominationem, si quid esset quod humani generis utilitati ac solatio conduceret, quantum in nobis fuit, et prout decuit, id continuo fieri liberaliter beneficeque imperavimus. Quandoquidem igitur ad summam hanc dignitatem et imperium nos Deus evexit, id protinus in animo statutum fuit, ut quotquot homines detinebun-*

Digitized by Google

tur in vinculis, dimitterentur. Sed et si quid erat quod humanæ conditionis ac hujusce vitæ utilitati ac commodo fructum afferret, nobisque statuere liceret, id fieri non modo præcepimus, sed et confectum est. Quin etiam nobis deliberatum est ac constitutum, uti vobiscum Romanorum imperator, frater noster, cumque Romana republica, cæterisque populis, aliisque regulis qui circa imperium nostrum undique habitant, pacem et amicitiam deinceps colamus. Quod autem fraternitas vestra, Romanorum imperator, affectam se gaudio dixit, quod nos eumdem thronum obtinuerimus..... Cætera, inquit Carolus Du Cange, præ vetustate desiderantur in ms. codice.

Periit itaque Cosroes, justo Dei judicio, manu Syrois filii sui natu majoris, anno Christi 628, die 28 Februar. Cum enim Seleuciæ in dysenteriæ morbum incidisset, operam dedit ut sibi succederet Medarses alter filius suus, quem ex Syra dilecta conjuge susceperat. Quod ubi comperit Syroes, cum optimatibus regni egit, ut de mundo pater tolleretur. usus etiam ad hoc Romanorum auxilio. Cosroes quidem fugere tentavit, sed captus est, valide vinctus, et missus in domum tenebrarum, quam recens ipse ad recondendas pecunias exstruxerat. *Aiebat quippe Syroes*, inquit Theoph. pp. 271 et 272, et apud Baron. ad annum 627, n. 17 : *Comedat aurum quod incassum collegit, propter quod etiam multos fame necavit, mundumque delevit. Misit insuper satrapas ad eum injuriis impetendum et conspuendum ; abductum etiam Mardazanem*, sive Medarzen, *quem coronare volebat filium ejus coram ipso occidit, et reliquos filios ejus in conspectu ipsius e medio sustulit : et permisit omnibus qui inimici ejus essent, ut omni injuriarum genere eum afficerent, ac verberibus onerarent. Denique per quinque dies hoc facto, jussit Syroes ipsum sagittis confodi, quo in supplicio vitam finivit.* Sic potitus regno Syroes, non immemor pacis quam cum Heraclio inierat, Romanos omnes captivos libertate donavit, inter quos fuit Zacharias patriarcha, quatuordecim fere annis ex quo in Persidem ductus fuerat, et sacrosanctum crucis lignum restituit. Anno seq. qui Heraclii decimus nonus erat, Christi 629. *Is recedens Constantinopoli*, inquit Theophanes, pag. 273, et apud Baron. ad annum 628, n. 1. *Ipso veris initio proficiscitur Hierosolymam, pretiosa ac vivifica crucis ligna reportans ad gratiarum actiones reddendas. Cumque Tiberiadem adiisset, accusavere Christiani Hebræum quemdam nomine Benjamin, quasi sibi mala facientem : erat enim admodum opulentus, qui susceperat imperatorem et exercitum ejus. In eum commotus imperator ait : Cur molestus es Christianis et fidei Christianæ quam colo ? eumdemque admonitum ut crederet, redditumque Christianum, in domo Eustachii Neapolitani, ita nunc Samaria* (vel potius *Sichem*) *dicitur, baptizari voluit; apud eum enim imperator est hospitatus. Ingressus deinde imperator Hierosolymam, restituto jam Zacharia pontifice, venerandæ crucis vivifica ligna in proprium locum reposuit, plurimasque Deo egit gratias : quin et pulsis Judæis ab urbe sancta, ne ad tertium usque milliarium ei appropinquarent districte prohibuit.* Ad eam occasionem revocandum, quod legitur in *Breviario Romano* die 14 Septemb. Exaltationis sanctæ crucis memoriæ consecrata, scilicet cum Heraclius auro et gemmis ornatus lignum crucis reportaret, ipsum insistere coactum sub porta qua ad Calvariæ montem erat iter; monitumque propterea a Zacharia, ut eo vestitu deposito, humiliorem assumeret, paruisse imperatorem, et reliquum viæ citra ullam difficultatem confecisse. Suidas refert Modestum fuisse Hierosolymitanum patriarcham, quando Heraclius crucem sanctam in pristinum locum reposuit, quasi jam tunc decessisset Zacharias, sed Theophani qui illo antiquior fuit, potius credendum est. Non tamen diu supervixit Zacharias. Nicephori Catalogus ei viginti duos annos regiminis tribuit, qui ab anno 609 ad 631 recte computantur, ita ut obierit eo anno 631. Addit Papebrochius, Tract. prælim. ad t. III *Actor. sanctorum* Maii, p. 31, n. 137, col. 2, vitam ejus extendi posse usque ad annum 633, si successor ejus Modestus uno solum anno aut biennio non integro sedem tenuerit. Verum hi 22, vel ut Latinæ quædam catalogi Nicephori translationes habent, 24 Zachariæ episcopatus anni, perperam omnino ibidem revocantur ad tempus quod ejus captivitatem præcessit. Colitur Zacharias in *Menæis* Græcorum die 21 Februar.

ZACHARIÆ HIEROSOLYMITANI PATRIARCHÆ

EPISTOLA.

(*Bibliotheca Patrum*, tom. XII, p. 984. Textus autem Græcus desumptus est ex opere Franc. Combefisii cui titulus : *Sancti Joannis Chrysostomi de educandis liberis liber aureus*, etc., Parisiis 1655, in. 8.

Viduæ sponsæ, civitati regis Magni liberis orbatæ, Hierosolymitano gregi pastorem non habenti ; sed et reliquis omnibus in Christo Ecclesiis, residuisque in illis filiis orphanis, pastor humilis, solus, captivus, Zacharias minimus.

Gratia vobis, filii, et benignitas, et misericordia a Deo Patre nostro, animatum ac humani ipsius

Τῇ χηρευσάσῃ νύμφῃ· τῇ ἀτεκνωθείσῃ πόλει τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου· τῇ ἀποιμάντῳ πολιτείᾳ Ἱερουσαλήμ· καὶ πάσαις δὲ λοιπαῖς ἐν Χριστῷ Ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς ἐν αὐτοῖς καταλειφθεῖσι τέκνοις ὀρφανοῖς, ποιμὴν ταπεινὸς, ἔρημος, ἀλχμάλωτος, Ζαχαρίας ἐλάχιστος.

Χάρις ὑμῖν, τέκνα καὶ εὐσπλαγχνία, καὶ ἔλεος, παρὰ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν φιλοψύχου, καὶ φιλανθρώ-

Digitized by Google

που, ἄξιον ὄντως, καὶ νῦν εἰπεῖν, καὶ ἐξ εὐχαριστίας τῆς πρὸς ὑμᾶς ἐπιστολῆς ἄρξασθαι. A

Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον, ὅτι οὐ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν, οὐδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν. Ὅμως, *Οἴμοι ὅτι τῆς Σιὼν ἐμακρύνθην, καὶ κατεσκήνωσα μετὰ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ·* ὡς Δαβὶδ ποθῶν κἀγὼ, ψάλλων νυκτὸς καὶ ἡμέρας, τοῦτον ἐν τοῖς χείλεσί μου τὸν στίχον περιφέρων· *Ἐὰν ἐπιλάθωμαί σου, Ἰερουσαλὴμ, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου,* ἢ τοῦ ἐν σοὶ ἐλαχίστου λαοῦ.

Γνωστὸν ἔστω ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι καὶ ἡμεῖς *ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος, ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν, ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς Σιὼν,* τοῦ Γολγοθὰ, τοῦ ζωοποιοῦ μνήματος, τῆς ἀειμνήστου Βηθλεέμ. Ἰδοὺ ἀδελφοὶ, *Ἤραμεν τοὺς ὀφθαλμούς ἡμῶν εἰς τὰ ὄρη Σιὼν, ὅθεν ἥξει ἡ βοήθεια ἡμῶν.* Ἀκούσατε, *οἱ λελυτρωμένοι ὑπὸ Κυρίου, οὓς ἐλυτρώσατο ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν,* καὶ ἐκ τῶν θλίψεων ἔσωσεν αὐτούς· ἀκούσατε τῆς ἐμῆς φωνῆς τοῦ δεσμίου Ζαχαρίου. Μὴ μέγα φρονήσητε, ὅτι Χριστὸς ὑμᾶς τῆς δουλείας τῶν ἐχθρῶν ἐρρύσατο. Ὁρᾶτε, μήπως ὡς νόθοι, καὶ οὐχ ὡς υἱοὶ κατελείφθητε. Φησὶ γάρ· *Εἰ ἐκτὸς παιδείας ἐστὲ, ἄρα νόθοι καὶ οὐχ υἱοί ἐστε.* B

Βλέπετε, φοβηθῆτε, καὶ ἑαυτοὺς ἀσφαλίσασθε· μήπως ἐνταῦθα ὡς ἐκεῖνος ὁ κατὰ Λάζαρον πλούσιος, ἐν τρυφῇ, καὶ ἀνέσει ζήσαντες, καὶ μηδὲν ὀλιβερὸν ὑπομείναντες, ἐκεῖ τὰς ἀθανάτους τιμωρίας ἀποδῶτε. Ὁρᾶτε, μήπως ἐνταῦθα τῷ οἴνῳ καὶ τῇ σπατάλῃ χαίροντες, ἐκεῖ σταγόνος ὕδατος δεηθήσεσθε. Νήψατε, μήπως ἐνταῦθα τῆς δουλείας ἀπαλλαγέντες, ἐκεῖ τῆς τοῦ Θεοῦ ὄψεως χωρισθῆτε. Μὴ μέγα φρονεῖτε, ἀδελφοί· οὐ γὰρ ὡς δικαίους ὑμᾶς ὁ Κύριος ἐλυτρώσατο, ἀλλ' ὡς ῥαθύμους καὶ ἀδοκίμους, δώσας ὑμῖν καιρὸν πρὸς μετάνοιαν, πλὴν ὅτι τὸ μέλλον ἄδηλον· πολλάκις γὰρ σήμερον μακροθυμεῖ ἐφ' ὑμᾶς· αὔριον δὲ παραδίδωσι καὶ ὑμᾶς. Καὶ γὰρ συγγνώμης πάσης ἐστὶν ἀνάξιον, ὅταν τοὺς ἑταίρους, καὶ ἀδελφοὺς ὑμῶν ὁρῶντες ἐν βασάνοις, μὴ ἑαυτοὺς διορθώσησθε. Οὐχ ὁρᾶτε πῶς ἐπὶ τῶν δικαστηρίων, ἄλλου ἐξεταζομένου, πάντες οἱ παρόντες καὶ ὁρῶντες, τάχα δὲ καὶ οἱ ἀκούοντες, φρίττουσι καὶ φοβοῦνται, καὶ τῶν κακῶν ἀπέχονται; Μὴ ξενίζεσθε ὅτι πέρ τινες ὅσιοι ἠχμαλωτίσθησαν· τινὲς δὲ ἄνομοι ἐλυτρώθησαν. Ἀκούσωμεν τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Μὴ γὰρ ὧν τὸ αἷμα ἐξέχεεν Πιλᾶτος μετὰ τῶν θυσιῶν ἁμαρτωλότεροι πάντων ἐτύγχανον; οὐ λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν* [ἀλλ' ἐὰν] *μὴ μετανοήσητε, καὶ ὑμεῖς ὡσαύτως ἀπολεῖσθε.* Καὶ πάλιν, *Οἱ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐφ' οἷς ἔπεσεν ὁ πύργος τοῦ Σιλωὰμ, ἁμαρτωλότεροι ἦσαν παρὰ πάντας τοὺς οἰκοῦντας Ἰερουσαλήμ; οὐχὶ λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν* [ἀλλ' ἐὰν] *μὴ μετανοήσητε, καὶ ὑμεῖς ὡσαύτως ἀπολεῖσθε.* C

Ἀκούσατε, καὶ φοβήθητε, καὶ μὴ ἡμῶν τῶν δεσμίων ἐπιλάθησθε. Ἓν σῶμά ἐσμεν ἀμφότεροι· ἀκούσωμεν τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Ἐὰν ἓν μέλος πά-*

generis amante, clementissimoque, ut et nunc dicamus, par revera etiam, ut nostram ad vos epistolam a gratiarum actione ordiamur.

Sit nomen Domini benedictum [1], *quia non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit* [2]. Verumtamen : *Heu me, quia longe factus* a Sione, *habitavi cum tabernaculis Cedar* [3]; desiderio et ipse, uti David, diu noctuque psallens, atque versum hunc labiis circumferens, ac ore versans : *Si oblitus fuero tui, Jerusalem* (aut pauxillæ plebis quæ in te est), *oblivioni detur dextera mea* [4].

Notum sit vobis, fratres, quod et nos *super flumina Babylonis illic sedimus, et flevimus, dum recordaremur Sionis* [5], Golgotha, vivifici sepulcri, nulli unquam oblivioni tradendæ Bethleem. En fratres : *Levavimus oculos nostros in Sionis montes, unde veniet auxilium nobis* [6]. Audite, *redempti a Domino, quos redemit de manu inimicorum* [7], et ex tribulationibus salvavit eos. Audite vocem meam, vincti Zachariæ. Nolite animos tollere, quod vos Christus liberaverit ab hostium servitute. Videte ne forte tanquam spurii, non tanquam filii relicti sitis. Ait enim : *Si extra disciplinam estis, ergo adulteri, et non filii estis* [8].

Videte, timete, vobis ipsi cavete, ne forte hic, velut ille Lazari dives [9], in deliciis ac remissione vitam agentes, ac cum nihil molestum tuleritis, æterna illic supplicia recipiatis. Videte, ne forte hic vino lautisque dapibus luxuriantes, illic guttam aquæ desideretis. Diligenter attendite, nequando hic servitute liberati, illic a Dei visione extorres sitis. Nolite, fratres, altum sapere; non enim vos Dominus tanquam justos liberavit, sed velut segnes ac reprobos, concedens tempus ut pœnitentiam agatis. Verum quia incerta futuri alea est, hodie cum in vos patienter agat, vos quoque in crastinum trædit. Etenim nulla prorsus venia digni estis; qui scilicet, cum fratres vestros in tormentis videatis, emendari ipsi minime studeatis. Nonne videtis ut in tribunalibus, quærente prætore unius causam, qui astant omnes, ac qui vident, quin et forte audientes, timeant, ac contremiscant, atque a malis abstineant? Ne mirum videatur, quod e sanctorum numero quidam captivi acti sunt, atque ex improbis quidam redempti. Audiamus Dominum dicentem : *Putatis quod his, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis, præ omnibus peccatores fuerunt? Non, dico vobis : sed si pœnitentiam non habueritis, similiter et ipsi peribitis* [10]. Et iterum : *Illi decem et octo, supra quos cecidit turris in Siloe, putatis quod peccatores fuerint præ omnibus habitantibus in Jerusalem? Non dico vobis; sed nisi pœnitentiam egeritis, perinde et ipsi peribitis* [11]. D

Audite, et timete, nec nos vinctos oblivioni tradite. Unum utrique corpus sumus. Audiamus Apostolum dicentem : *Si patitur unum membrum, om-*

[1] Psal. CXII, 2. [2] Psal. CII, 10. [3] Psal. CXIX, 5. [4] Psal. CXXXVI, 5. [5] ibid. 1. [6] Psal. CXX, 1. [7] Psal. CVI, 2. [8] Hebr. XII, 8. [9] Luc. XVI, 19. [10] Luc. XIII, 2. [11] ibid. 4, 5.

Digitized by Google

nia compatiuntur [12]. Et iterum : *Quis infirmatur, et ego non infirmor* [13]? Ex vobis, fratres, nostram afflictionem noscite. Etenim ejusdem naturæ estis. Nolite nos oblivisci, fratres, ne et nos dicamus, *Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis Sionis* [14].

Efficimini animo, his qui vincti sunt, tanquam convincti, his qui filiis orbati, tanquam lugentes; his qui vapulant, tanquam condolentes; his qui patiuntur persecutionem, tanquam fugæ socii exsistentes : uno verbo, captivis ut concaptivi. Videte ne fugientes labores, coronas amittatis. Non enim res nostræ ejusmodi sunt, ut hactenus solum durent, quando præsens prætervolat sæculum. Nondum tempus mercedis venit. Veniet tempus, et nunc est, cum hi qui in deliciis vixerint, cum divite damnentur : ac qui sustinuerint mala, choros agent cum Lazaro, quos nimirum pœniteat, ac qui ægre ferant non meruisse alias quoque Christi ergo ærumnas se ferre, ut majores honores ac præmia consequi mererentur. Videte, animumque attendite dicenti : *Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium* [15]. Et iterum : *Multæ tribulationes justorum* [16]. *Quia tanquam aurum in fornace probavit eos, et quasi holocausti hostiam accepit eos* [17].

Nolite, filii, gloriari, nolite gloriari, quod a vitæ hujus afflictionibus sitis liberati; quin potius gemite, ac solliciti estote, quid in hora exitus Domino respondeatis; quos labores, quas ei virtutes ostensuri sitis. Quisque vestrum a prioribus jam suis actionibus recedat. Videte ne licentia ex antistitis amotione arrepta, deteriora iterum perpetretis. Remedium nobis Dominus ad parandam sanitatem donavit. Num videtis quantos, præsentes minæ sanguinis injuste fusi rivos cohibuerint? quantos publicos tumultus sedaverint? quantos diabolicos amores exstinxerint? quanta vetera odio dissolverint? Nam qui captivi agunt, vel inviti, quam plura peccata ponunt. Idcirco vos qui vita leniori vivitis, longe amplius sobrii estote, vigilate, facere mala desinite, divinum favorem ambite. Mementote ejus, qui ait : *Orate pro invicem, ut salvemini* [18]. Memineritis, qua ratione pro Petro assidua ad Deum oratio fieret ab Ecclesia [19]. Siquidem enim pro illo qui princeps erat, qui ligandi atque solvendi potestatem habebat, sic oratio fiebat, potiori longe ratione pro nobis assidue orandum sit, donec Dominus placabilis fiat. Nam si nostri immemores fueritis, ejus quoque pœnas daturi estis.

Videte in quibus vos hodie, ac quibus fratres vestri versentur. Videte, inspicite, compungimini. Vos in oratoriis, nos in carcere; vos in deliciis, nos in metallis; vos in jucunditate, hi in luctu; vos in balneis, hique in desertis; vos in exsultatione, atque hi in necessitate. Vobis desudant servorum obsequia, hi præstant. Ne ergo quorum se res ita

[12] I Cor. XII, 26. [13] II Cor XI, 29. [14] Psal. LXVIII. 9. [15] Psal. LXV, 12. [16] Psal. XXXIII. 20. [17] Sap. III, 6. [18] Jac. V, 16. [19] Act. XII, 5.

σχη συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. Καὶ πάλιν Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; Ἐξ ἑαυτῶν τὴν ἡμετέραν θλῖψιν, ἀδελφοί, ἐπίστασθε· τῆς γὰρ αὐτῆς φύσεως τυγχάνετε. Μὴ ἐπιλάθησθε ἡμῶν, ἀδελφοί, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς εἴπωμεν· Ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς Σιών.

Γίνεσθε τῇ καρδίᾳ τοῖς δεδεμένοις, ὡς συνδεδεμένοι· τοῖς ἀτεκνουμένοις, ὡς θρηνοῦντες· τοῖς μαστιζομένοις, ὡς συναλγοῦντες· τοῖς διωκομένοις, ὡς συμφεύγοντες· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τοῖς αἰχμαλώτοις ὡς συναιχμάλωτοι. Βλέπετε μὴ φεύγοντες τοὺς πόνους, ἀποτύχητε τῶν στεφάνων. Οὐ γὰρ ἕως τῶν ἐνταῦθα στήσονται τὰ ἡμέτερα. Οὕπω ἡ ὥρα τῆς μισθαποδοσίας ἔθασεν. Ἐλεύσεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἐν ἁνέσει ζήσαντες, σὺν τῷ πλουσίῳ καταχρηθήσονται· οἱ δὲ τὰς θλίψεις ὑπομείναντες, σὺν τῷ Λαζάρῳ χορεύσουσιν, μεταμελούμενοι καὶ λέγοντες, ὅτι Οὐκ ἠξιώθημεν καὶ ἄλλας θλίψεις ὑπομεῖναι διὰ Χριστὸν, ἵνα μειζόνων τιμῶν ἠξιώθημεν. Ὁρᾶτε, καὶ προσέχετε τῷ λέγοντι, *Διηλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν.* Καὶ πάλιν· *Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων· ὅτι ὡς χρυσὸν ἐν χωνευτηρίῳ ἐδοκίμασεν αὐτοὺς, καὶ ὡς ὁλοκάυτωμα θυσίας προσεδέξατο αὐτούς.*

Μὴ καυχᾶσθε, τέκνα, μὴ καυχᾶσθε, ὅτι τῶν ἐνθάδε θλίψεων ἐρρύσθητε· μᾶλλον δὲ στενάξατε καὶ φροντίσατε ἑαυτῶν, τί ἐν καιρῷ ἐξόδου μέλλετε τῷ Δεσπότῃ ἀπολογήσασθαι· ποίους καμάτους, ποίας ἀρετὰς αὐτῷ δείξετε. Ἀποστήτω λοιπὸν ἕκαστος ὑμῶν ἐκ τῶν προτέρων αὐτοῦ πράξεων. Βλέπετε μὴ ἀδείας καὶ ἀναρχίας δραξάμενοι, τὰ χείρω πάλιν διαπράξησθε. Ἰατρείαν ἡμῖν ὁ Κύριος πρὸς θεραπείαν ἐδωρήσατο. Οὐχ ὁρᾶτε πόσας ἡ παροῦσα ἀπειλὴ αἱματεχυσίας ἔπαυσεν; πόσας ὁδοστασίας ἡμέρωσεν; πόσους ἔρωτας διαβολικοὺς ἔσβεσεν; πόσας μνησικακίας διέλυσεν; Οἱ γὰρ ἐν αἰχμαλωσίᾳ διάγοντες, καὶ μὴ θέλοντες, πολλῶν ἁμαρτιῶν ἀποκτῶνται. Διὸ ὑμεῖς οἱ ἐν ἁνέσει πολλῷ πλεῖον νήψατε, γρηγορήσατε, τῶν κακῶν παύσασθε, παῤῥησίαν πρὸς Θεὸν κτήσασθε, μνημονεύσατε τοῦ εἰπόντος, *Εὔξασθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε.* Μνήσθητε ὅτι εὐχὴ ἦν ἐκτενὴς ἐπιτελουμένη ὑπὲρ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας. Εἰ οὖν ὑπὲρ ἐκείνου τοῦ κορυφαίου, τοῦ ἐξουσίαν ἔχοντος δῆσαι καὶ λῦσαι, εὐχὴ ἐπετελεῖτο, πόσῳ γε μᾶλλον ὑπὲρ ἡμῶν προσευχόμενοι μηδέποτε παύσησθε, ἕως οὗ τὸν Κύριον καταλλάξησθε; ἐὰν γὰρ ἡμῶν ἀμνημονήσητε, μέλλετε καὶ ὑπὲρ τούτου δίκας εἰσπράττεσθαι.

Σκοπήσατε ἐν ποίοις ὑμεῖς ἐστε σήμερον, καὶ οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν [ὑμῶν] ἐν ποίοις. Ἐμβλέψατε, καὶ ἴδετε, καὶ κατανύγητε. Ὑμεῖς ἐν εὐκτηρίοις, ἡμεῖς δὲ ἐν δεσμωτηρίοις. Ὑμεῖς ἐν σπατάλῃ, καὶ ἡμεῖς ἐν μετάλλοις. Ὑμεῖς ἐν ἁνέσει, οὗτοι δὲ ἐν πένθει. Ὑμεῖς ἐν βαλανείοις, καὶ οὗτο ἐν ταῖς ἐρήμοις. Ὑμεῖς ἐν ἀγαλλιάσει, αὐτοὶ δὲ ἐν τῇ ἀνάγκῃ. Ὑμεῖς δουλεύσ-

Digitized by Google

σθε, αὐτοὶ δὲ δουλεύουσι. Μὴ τοίνυν διακείμενοι οὕτως ἀμελήσητε. Ἀκούσατε τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.* Καὶ πάλιν μνήσθητε ὡς ἐλάλησα ὑμῖν ἔτι ὢν μεθ' ὑμῶν ἐν Γαλιλαίᾳ, λέγων, ὅτι Οὕτως, τέκνα, πολλὴν ὁρῶ τὴν ἀμέλειαν εἰς ὑμᾶς· πολλὴν τὴν ῥᾳθυμίαν· πολλὴν τὴν ἀδικίαν· πολλὴν τὴν ἀγνωσίαν· πολλὴν τὴν μισαδελφίαν· πολλὴν τὴν τῶν ἀποστολικῶν κανόνων κατάλυσιν καὶ καταφρόνησιν, καὶ οὐκ οἶδα ποῖον τέλος ἕξουσι τὰ καθ' ἡμᾶς· καὶ πρὸς ταῦτα ἀντιφθεγγόμενοι ἐλέγετε, ὅτι Φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔπλασεν ἡμᾶς· ἵνα ἀπολέσῃ ἡμᾶς, ἀλλὰ δῶρον σώσει ἡμᾶς. Κἀμοῦ λέγοντος, ὅτι Θεοῦ λόγος ἐστὶν διὰ τοῦ Δαβὶδ, ὅτι πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐξολοθρεύσει, αὐτὸς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, πάλιν προεφασίζεσθε προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, ἕως οὗ ἦλθεν ἡ ὀργὴ τοῦ Κυρίου· καὶ τότε ὥσπερ ἐξ ὕπνου οὕτως διανέστημεν, καὶ ἔγνωμεν ὅτι ἑαυτοὺς ἐφρενοαπατῶμεν, μωρὰς ἐλπίδας ἑαυτοῖς ὑποσπείραντες. Πάντες ἐπαιδεύθημεν, οὐ πάντες δὲ ὁμοίως θλιβόμεθα. Ἀλλὰ πάντες ἀγωνισώμεθα. Περιάρατε τὴν μέθην· παύσασθε τῶν πορνειῶν, παύσασθε τῶν λοιδοριῶν, παύσασθε τοῦ θησαυρίζειν, ὁρῶντες νῦν αἵματα πιπρασκόμενα· παύσασθε τῆς ῥᾳθυμίας, σχολάσατε ταῖς ἐκκλησίαις, σχολάσατε δεήσεσι. Θλίψατε ἑαυτοὺς μικρὸν, διὰ τοὺς θλιβομένους πολλά. Πάντες συνδράμετε εἰς τὴν τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν πρόνοιαν. Οἱ μὲν ἔχοντες, διὰ τῶν χρημάτων. Οὐ φοβῇ τὸν Θεὸν, ἄνθρωπε; οὐδὲ αὐτό σου τὸ συνειδός σου μαστίζει σε, ὅτι ὁρᾷς τὸν Χριστὸν ὑπὸ ἀνόμων συρόμενον καὶ σφαζόμενον, καὶ σὺ τὰ χρήματα κατακρύπτεις; καὶ δυνάμενος σῶσαι ψυχὴν, ἢ; ὅλος ὁ κόσμος οὐκ ἀντάξιος, οὐ σώζεις, ἀλλὰ γίνῃ ἀνθρωποκτόνος; ὅταν γάρ τις δυνάμενος σῶσαι τὸν ἀδελφὸν, μὴ σώσει προθύμως, ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ λοιπὸν τὸ αἷμα αὐτοῦ ἀπαιτήσει Κύριος. Οὐ μόνον δὴ διὰ χρημάτων δεῖ γίνεσθαι τὴν συμπάθειαν· οὐ γὰρ πάντων ὁ πλοῦτος. Διὸ ἕκαστος δι' οὗ δύναται τρόπου συγκακοπαθήσῃ· διὰ προσευχῆς, διὰ νηστείας, διὰ χαμευνίας, διὰ δακρύων, διὰ διδασκαλίας.

Ἐν πολλαῖς γὰρ ἀνάγκαις, ἀδελφοὶ, σήμερον τὰ ἡμέτερα. Ἐμβλέψατε πῶς πᾶσα ἡλικία, καὶ πᾶσα ἀξία μαστίζεται. Διὸ καὶ πάντες αἰχμάλωτοι, πάντων ὑμῶν ὧν ὁ Κύριος ἐλυτρώσατο, δεόμεθα, οἰκτειρήσατε. Ἱερεῖς, συμπαθήσατε πολιοῖς· σπλαγχνίσθητε νηπίοις, ἐλεήσατε χήρας, καὶ χεῖρα ὀρέξατε· πάντες δὲ σπουδάσατε τοῦ κατὰ δύναμιν ἀντιλαμβάνεσθαι. Ἀσπάζονταί σε, Σιὼν, πάντα τὰ τέκνα σου, λέγοντα, *Ἀσπάσασθε ἐξ ἡμῶν τοὺς ἁγίους τόπους, ἀδελφοί.* Ἀσπάζονται ὑμᾶς ἅπαντες οἱ ἐμοὶ σύνδουλοι καὶ συναιχμάλωτοι. Ἡ χάρις, καὶ ἡ ἀνάκλησις, καὶ ἡ ἀνάστασις, διὰ τῆς ἁγίας ἀναστάσεως μεθ' ἡμῶν, καὶ μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν.

habeant, negligatis. Audite Dominum dicentem: *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis* [20]. Itemque mementote qua ratione locutus sim vobis, cum adhuc vobiscum essem in Galilæa, ita dicens: Plane, filii, ingentem in vobis video incuriam, multam segnitiem, injustitiam, ignorantiam, fraternum odium, apostolicorum canonum transgressionem atque contemptum, nec scio quonam res nostræ evasuræ sint. Ad quæ vos sic ex adverso respondebatis: Bonus est Deus, nec nos creavit ut perderet, sed ut gratis salutem afferret. Meque dicente, Davidis ore locutum Deum, fore, ut omnes peccatores disperdat [21], ac reddat unicuique juxta opera sua [22], iterum excusabatis excusationes in peccato, donec venit ira Domini tumque velut e somno, sic excitati sumus, ac nos animum decipere stulta nobis ascita exspectatione, cognovimus. Omnes castigati sumus, at non omnes perinde affligimur. Verum omnes enitamur. Auferte ebrietatem: desinite fornicari, desinite jactare convicia; desinite thesauros cumulare, cum nunc videatis licitari sanguinem. Segnitiem excutite; ecclesiis vacate, precibus operam ponite. Modicum quid afflictionis assumite, eorum gratia quorum ingens afflictio est. Paribus omnes studiis ut fratribus prospiciatis, accurrite. Qui habent pecunias, conferant. O homo, non times Deum? Nec ipsa conscientia vapulas, quod Christum videas ab improbis trahi, ac jugulari, tuque pecuniam occultes? ac cum possis animam salvam facere, cujus nec mundus universus pretium exæquet, id minime præstes, sed homicida fias? Cum enim quis salutem fratri præstare potest, nec prompto animo præstat, illius jam Dominus sanguinem de ejus manu requiret. Nec vero pecuniis solum præstanda misericordia: cum nec omnibus opes suppetant. Quamobrem unusquisque quibus licet modis miseriam relevet, precibus, jejunio, lecti duritie, lacrymis, doctrina.

Etenim in magnis angustiis hodie, fratres, exsistunt res nostræ. Considerate quomodo omnis ætas, omnisque ordo ac dignitas verbera patiatur. Quamobrem etiam vos omnes, quod Deus redemit, captivi omnes roganus, ut misereamini. Sacerdotes, canis aspersos senes, pueros, infantes, viduas miserationе prosequimini, ac manum porrigite. Salutant te, Sion, omnes filii tui, dicentes: *Salutate ex nostro nomine loca sancta, fratres.* Salutant vos omnes conservi mei, ac concaptivi. Gratia, et consolatio, ac resurrectio, per sanctam resurrectionem nobiscum, ac vobiscum. Amen.

[20] Matth. VII, 2. [21] Psal. CXLIV, 20. [22] Rom. II. 6.

Digitized by Google

INCERTI

DE PERSICA CAPTIVITATE OPUSCULUM [1].

Hæc ad eos qui Hierosolymis habitabant, seu potius illic residui erant, bonus Pastor significavit. Tum enim iis quos secum habebat, tum qui longe positi erant, habebat curam, atque his maxime qui in Sione degebant. Non enim nescius erat vir beatus quantus dolor eorum angebat corda. Fere namque ipsis gravius dolebant qui captivi abacti fuerant, cum scilicet salutares ædes solo tenus dirutas oculis aspicerent, ac se cruce, pastore, grege simul, ac uno velut momento destitutos viderent. Neque id modo; sed et multitudo cadaverum in civitate, ac quem illa exhalabant fetorem non leviter excruciabat; eorum præcipue quæ nosse potuerunt. Horum quæ diximus est præclarus junior noster Nicodemus, illiusque fere Magdalena conjux, egregium par ac studiosum: qui nimirum facinus memoria ac litterarum monumentis dignum plane ediderunt. Hos qui velint interrogent, ac clare gesta tum Hierosolymis discent.

Hi enim, hi virtutis cultores ac Dei, ubi hostes exiissent, inque Persidem abiissent, totam circum urbem ac vicos lustrantes, sicque fratrum reliquias jacere conspicientes, mercedem sibi parant æterna re ipsa memoria consecrandam: projecta enim sparsim ubique cadavera simul acervantes, in specu deponunt, quæ est ante portam ad sexaginta quinque millia.

Si quis igitur ex iis qui certo sciant, nosse velit, ex illis exquirat: palamque docebunt, ac dicent, quæ nos quoque aspeximus. Qua nempe forma atque habitu prostarent beati solo strati, qui sub id tempus Hierosolymis meruerunt occidi. Alter a capite ad cor usque gladio vulnus acceperat; alter ab humeris ad usque ventrem. Alius quinque, decemve ictus in intestinis habebat: alius dissectus medius, inque duo divisus erat. Alii, ventre ense perfosso intestina omnia effusa erant: alium ovis instar in macello diri carnifices in frusta plura conciderant.

Quid vero miserabiliora alia? Alii in plateis spectaculo prostabant, alii in oratoriis necabantur; alii cum in Sancta sanctorum opis causa confugerent: alius Dominicum corpus; alius Christi tenens crucem. Alter in piscinam ingressus jugulabatur, alter subtus altare latitans: fiebantque victima, eadem quidem Dei comminantis vindicta, qui tamen diversum judicium ac mysterium, uti dixi-

A Ταῦτα πρὸς τοὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντας, μᾶλλον δὲ καταλειφθέντας, ὁ καλὸς Ποιμὴν ἐσήμανεν. Ἔμελεν γὰρ αὐτῷ καὶ περὶ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ τῶν ἀπὸ μήκοθεν ὄντων· καὶ μάλιστα τῶν ἐν τῇ Σιών. Ἐγίνωσκε γὰρ ὁ μακαρίτης τὴν σύσαν ὀδύνην ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Τῶν αἰχμαλωτισθέντων γὰρ σφῶν χαλεπωτέρως ἐδαμάζοντο, πρὸ ὀφθαλμῶν ὁρῶντες τοὺς σωτηρίους οἴκους ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἐρριμμένους, καὶ τὸν σταυρὸν, καὶ τὸν ποιμένα, καὶ τὴν ποίμνην ὑφ' ἓν αὐτοὺς καταλιπόντας. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῇ πόλει σκηνωμάτων, καὶ ἡ τούτων δυσωδία, οὐ μετρίως αὐτοὺς ἐβασάνιζε, καὶ μάλιστα ὧνπερ γνωρίζειν ἠδύναντο. Μαρτυρεῖ τοῖς εἰρημένοις οὗτος ὁ καλὸς νέος ἡμῶν Νικόδημος, καὶ ἡ τούτου σχεδὸν Μαγδαληνὴ σύζυγος, ἡ καλὴ καὶ
B σπουδαία ξυνωρίς· οἱ ἄξιον ὄντως μνήμης καὶ συγγραφῆς ἐργασάμενοι κατόρθωμα. Ἐκείνους οἱ βουλόμενοι ἐρωτάτωσαν, καὶ σαφῶς μανθάνουσιν εἴ τι ἐν Ἱερουσαλὴμ γενόμενον.

Οὗτοι γὰρ, οὗτοι, σπουδαῖοι καὶ φιλόθεοι, μετὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἔξοδον, καὶ ἐπὶ Περσίδα κάλλιον παρερχόμενοι τὴν πόλιν ἅπασαν, καὶ τὰ; πολιτείας, καὶ ὁρῶντες οὕτως κείμενα τὰ τῶν ἀδελφῶν λείψανα, περιποιοῦνται ἑαυτοῖς μισθὸν, ὄντως εἰς αἰῶνα μνημονευόμενον. Καὶ ἐπισυνάξαντες ἐν τῷ κατὰ μέρη κατερριμμένα σκηνώματα, ἀποτίθενται ἐν σπηλαίῳ
C πρὸ τῆς πόλεως, ἄχρι χιλιάδων ἑξήκοντα πέντε.

Εἴ τις τοίνυν βούλοιτο παρὰ τῶν εὖ εἰδότων μαθεῖν, αὐτοὺς ἐξεταζέτω· κἀκεῖνοι σαφῶς διδάξουσι, καὶ ἐροῦσιν, ἅπερ καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν. Ποίοις σχήμασι καὶ ἥθεσι προέκειντο ἐπὶ τοῦ ἐδάφους· οἱ μακάριοι ἐν Ἱερουσαλὴμ κατασφαγῆναι ἀξιωθέντες· ὁ μὲν ἀπὸ κεφαλῆς ἕως καρδίας τὴν πληγὴν λαβών· ὁ δὲ ἀπὸ ὤμων ἕως κοιλίας· ἄλλος, πέντε ἢ δέκα ῥομφαίας ἐν τοῖς ἐγκάτοις εἶχεν· ἕτερος κατὰ μέσης κεκομμένος, καὶ εἰς δύο διῃρημένος· ἄλλος πάλιν ἐν τῇ μαχαίρᾳ τὴν κοιλίαν κεκεντημένος, καὶ πάντα αὐτῷ τὰ ἐντὸς προχυθέντα· ἕτερος δίκην προβάτου ἐν μακέλλῳ εἰς πολλὰ μέλη κατεκόπη.

Τί δὲ τὰ ἄλλα ἐλεεινότερα; Οἱ μὲν ἐν ταῖς πλατείαις προέκειντο θέαμα· ἄλλοι ἐν τοῖς εὐκτηρίοις· ἕτεροι εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων καταφεύγοντες εἰς βοήθειαν· καὶ ὁ μὲν, τὸ σῶμα τὸ Δεσποτικόν· ὁ δὲ, τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ κατέχων· ἕτερος ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ κατερχόμενος· καὶ ἄλλος ὑπὸ θυσιαστήριον κρυβόμενος
D ἐσφαγιάζετο. Καὶ θυσία ἐγίνοντο, μίαν μὲν ἔχουσα τὴν ἀπειλὴν, διάφορον δὲ τὸ κρῖμα καὶ τὸ μυστή-

(1) *Istud opusculum totos Antistitis Hierosolymitani spiritus præ se fert: fortasse ipse est Modestus qui sub ipsam captivitatem ad ejus sedis gubernacula vocatus est.*

Digitized by Google

ριον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ αἰχμαλωσίας ἐλέγομεν. Οὐ γὰρ πάντες δι' ἁμαρτίαν αἰχμαλωτίσθησαν· ἀλλ' ἵνα ἀμφότεροι ἐκ τῆς ὑπομονῆς δόκιμοι γένωνται· ἄλλοι ἵνα τὸν λαὸν ὀλιγωροῦντα, λόγοις νουθετήσωσι, καὶ παραμυθήσωνται· ἕτεροι δὲ, ἵνα τὴν μέλλουσαν κόλασιν κουφοτέραν ἔξουσιν· τινὲς δὲ, ἵνα ταύτης εἰς πλῆρες ἀπαλλαγῶσιν.

Λοιπὸν δὲ πρὸς τὴν ἐπακολουθοῦσαν αὐτοῖς ὀλίψιν, καὶ πρὸς τὰς γενομένας αὐτῶν ἁμαρτίας, τάχα αἰχμαλωτίσθησαν καὶ παῖδες, ὅπως αὐτοὶ μὲν μὴ χείρονες γένωνται· οἱ δὲ τούτους γεννήσαντες διὰ τῆς ἐκείνων παιδείας σωφρονισθῶσιν. Ἴσως δὲ καὶ ἄλλοι, ἐπειδὴ τὰ τῶν ἀσεβῶν ἦθη πιστοὶ ὑπάρχοντες, ἠγαποῦσαν καὶ ἐποθοῦσαν· διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς Κύριος κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν. Οἱ δὲ καὶ ἐκ τῆς παιδείας χείρονες ἐγένοντο, καὶ Χριστὸν ἠρνήσαντο, καὶ οὕτως τὸ πέρας τοῦ βίου ἐποιήσαντο. Ἀλλά γε κατὰ τὴν ἐμὴν ὑπόνοιαν, καὶ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας λυτρούμενοι, τὰ χείρω ἤμελλον διατράττεσθαι. Καὶ ταῦτα οὐχ ὁρίζοντες, ἀλλὰ γνώμην διδόντες λέγομεν.

Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς κατασφαγῆς, πολλή τις καὶ ἀσύγκριτος ἡ διαφορὰ καθέστηκεν· ἄλλον γὰρ μισθὸν ἔχει ὁ δι' ἄρνησιν Χριστοῦ ἀποκτενόμενος· ἐν αὐτῷ γὰρ ἦν τὸ ἀρνήσασθαι, καὶ τοῦ θανάτου ἐκείνου διασώζεσθαι· καὶ ἄλλον πάλιν τὸν πολεμοῦντα τοῖς ἐχθροῖς, ὑπ' αὐτῶν ἀναιρεῖσθαι. Ἄλλως κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν ἀρνήσεων, καὶ ἡ κόλασις γίνεται. Ἠρνήσαντο τοίνυν τινὲς τὸν Χριστὸν ἐκ βασάνων αἰκιζόμενοι· ἕτεροι ἐκ πείνης καὶ δίψης καὶ κακοπαθείας, τῆς σαρκὸς φεισάμενοι. Ἄλλοι πάλιν, ἢ διὰ κάλλος, ἢ διὰ δόξαν τοῦ παρόντος βίου ἠρνήσαντο. Τινὲς ἠπατήθησαν εἰς ἀσέβειαν, νήπιοι καὶ ἀνόητοι τυγχάνοντες καλοῦ καὶ κακοῦ. Τούτων πάντων, οἱ μὲν πρότεροι, ἐλαφροτέραν πάντως τῶν δευτέρων τὴν μέλλουσαν κόλασιν ὑπομένουσιν· οἱ δὲ δεύτεροι, ὀλιγωτέρας τῶν τρίτων τὰς μάστιγας κομίζονται. Τὸ δὲ τρίτον κρῖμα, πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερον.

Περὶ δὲ τῶν νηπίων, ἂν μὲν πρὸ θανάτου ἄνδρες ἐγένοντο, καὶ εἰς συναίσθησιν ἦλθον, καὶ μὴ ἐπέστρεψαν, καὶ αὐτοὶ τῇ κολάσει ἐπέπεσαν· οἱ δὲ ἄπειροι ἀρνησάμενοι, καὶ πρὸ φρονήσεως τοῦ βίου λυθέντες, τούτων τὸ κρῖμα μόνος ὁ κριτὴς ἐπίσταται, ὥσπερ καὶ τῶν λοιπῶν οἵτινες πάντες τιμωρηθήσονται, εἰ μὴ διὰ μετανοίας μεμελημένης καὶ ἐπιπόνου Χριστῷ ἐξομολογήσωνται, Χριστὸν ἐπὶ τῶν ἀνόμων κηρύττοντες, καὶ δούλους αὐτοῦ ἑαυτοὺς ὀνομάζοντες. Ὁ γὰρ ἀρνησάμενός με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἔμπροσθεν πάλιν τῶν ἀνθρώπων χρεωστεῖ τὴν ὁμολογίαν ποιήσασθαι. Τὸ γὰρ κρῖμα τοῦ Θεοῦ φοβερὸν καὶ ἀδέκαστον, καὶ παρὰ πᾶσιν· μάλιστα δὲ παρ' ἡμῖν, ἀκατάληπτον ἐξαιρέτως τὸ ἐπὶ τοῦ παρόντος τελούμενον. Τίς γὰρ μὴ ἐκπλαγήσεται, ὁρῶν ἐν τῇ ἀπειλῇ τινας ἐξ ἡμῶν ἐκ πτωχῶν πλουτήσαντας· ἐξ ἀπορίας εἰς εὐπορίαν ἐληλυθότας. Δοῦλοι ἐκυρίευσαν καὶ δεσπόται κατεδουλώθησαν. Οἱ ἐν πλατείαις καὶ ἀγυιαῖς ἀναστραφέντες ἐν ἐρήμοις

A mus de captivitate, haberent. Non enim omnes ob peccata in captivitatem acti sunt, sed ut utrique patientiæ merito probati evaderent: alii ut populum negligentius agentem verbis admonerent, ac consolarentur; alii, ut eis remissius foret futurum supplicium, quidam ut plene illud evaderent.

Jam vero consentanee eorum pœnæ, ac pro ratione culparum iis commissarum, forte an pueri quoque captivi abacti sunt, ut ne ipsi deteriores fierent, ac parentes illorum castigatione sobrietatem addiscerent. Forte vero etiam alii, quod impiorum mores, ipsi in Christi castris merentes dilexerant ac cupierant, idcirco etiam tradidit eos B Dominus secundum desideria eorum. Alii ex castigatione pejores evaserunt, ac negato Christo, eum in modum, vitæ finem acceperunt. Enimvero, quantum mihi opinari licet, hi, vel si ex captivitate redempti essent, pejora erant patraturi. Ita vero dicimus, non ut quidquam definiamus, certove asseramus, sed ut animi sensum aperiamus.

Simili vero ratione etiam in nece illata, ingens quoddam ac incomparabile exsistit discrimen. Aliam enim mercedem consequitur qui negationis convictus mortem oppetit (penes enim illum erat, tum ut negaret, tum ut se nece illa eximeret), aliam iterum, quem pugna defungentem adversus hostes, ab iis contigerit occidi. Præterea, pro negationum discrimine, diversum quoque supplicium exsistit. Negaverunt itaque aliqui Christum ex tormentorum cruciatu devicti: alii, fame et siti aliaque C corporis afflictatione, in carnem indulgentiores, deterriti. Alii iterum, aut propter pulchritudinem, aut propter sæculi hujus gloriam. Quidam decepti ut impietati assentirentur, cum parvuli essent, nec intelligentia pollerent boni ac mali. Ex his omnibus priores leviorem reliquis qui sequuntur pœnam in futuro dabunt: secundi pauciores tertiis plagas reportabunt. Tertium denique judicium omnium exsistit miserabilissimum.

Quod autem ad infantes spectat, ii, si ante mortem in viros evaserint, sensumque adepti non fuerint conversi, ipsi quoque supplicio obnoxii sunt. Sin autem, cum ignari essent, negarunt, ac ante D enatam prudentiam maturumque judicium vivis excesserint, horum judicium solus Judex novit, ut et reliquorum, quos omnes manet pœna, nisi seria, ac laboris plena pœnitentia Christum confessi eum prædicaverint coram improbis, ac se illius servos professi fuerint. Qui enim negaverit me coram hominibus, necesse habet ut et iterum coram iisdem confiteatur. Tremendum enim Dei judicium ac incorruptum, cum in omnibus, tum præcipue in nobis; singulariterque majus quam ut comprehendi possit, quod impræsentiarum agitur. Quis enim non stupore defigatur, qui videat quosdam nostrum sæviente Dei ira ex pauperibus factos divites, ex egenis evasisse locupletes? Servi dominati sunt, ac domini in servitutem redacti. Qui in plateis, fo-

Digitized by Google

roque versabantur, in desertis sedes nacti sunt; ac qui nuper deserta incolebant, in urbes commigraverunt. Sancti quidam, qui caste vitam egerant, in crudeles heros inciderunt; nonnullique peccatores ac obsceni remissionem vitæque delicias obtinuerunt.

Erubescant Samaritæ. En judicium cum necdum judicium sit. En ante resurrectionem illius probatio. Quæso te, quamobrem negasti resurrectionem? Quare illi fidem detrahis? Nunquid non justus judex Christus? Est plane. Num injustitia apud eum, ac personarum acceptio? Haudquaquam. Quænam vero, rogo te, judicii æquitas, ut ego qui totam vitam justitia, sine crimine, munditia egerim; non occiderim, non sim furatus, non pejeraverim, sed ejus servaverim mandata, in necessitates incidam, B inque illis vivendi faciam finem; virique sanguinum, fornicatores, adulteri, impii, Deum nescientes, aut forte etiam idolorum cultores, in omni felicitate agentes, ne minimam ævo hoc afflictionem sustineant? Hocne justum? Nequaquam. Hocne a personarum acceptione vacat? Minime gentium, nisi est tempus quoddam, ac sæculum aliud, in quo recipiet unusquisque pro eo ac gessit. Quamobrem necessaria resurrectio, ne Deus iniquus judex apud aliquos existimetur.

Equidem hominem me fateor peccatorem, animal mutabile, ac fluxæ naturæ; credoque resurrectionem, ac Conditorem adoro. Jam vero deinceps ad sepulcrum vado, scioque fore ut non exsurgam ex meo lectulo: tristitiam autem ac laborem captivo- C rum, ecclesiarum, sacerdotum, itineris socium habeo. Heu finem! quo statu miser ego res relinquo! Vadam ad Dominum: idcirco non renui facere vestram jussionem. Quia tamen testamentum in mortuis ratum est; argentum et aurum non est mihi; sed quod immeritus ego accepi a Domino, hoc vobis relicturus, ad omnes vos paucis nunc disseram. Enimvero hoc rogo, ne humilem aversemini, ac confundatis; sed potius libentes habeatis. Nec enim ullam amplius vobis molestiam facessam. Hæc enim suprema ad vos mea adhortatio est: hoc testamentum ad fratres meos. Hic finis meæ disputationis, ac principium meæ ad vos contestationis. Verum, quæso, rogo ne tanquam e magistro, sed ut D ex fratre accipiatis: non tanquam justus loquatur, sed velut peccator, qui in iniquitatibus, impietatibus, negligentiis vixerim, tristes meæ vitæ dies. Etenim, non ad opera, sed ad sermonem, verbaque respicite. Audite Dominum, ac loquentem reveremini, dum ait: *Omnia quæcunque dixerint vobis Scribæ et Pharisæi ut faciatis, facite: secundum opera vero eorum nolite facere* [83].

Ecce nunc ante vos vadens ad vos testamentum sum conditurus: vos autem tanquam fideles ac

[83] Matth. xxiii, 3.

A κατέλαχον· καὶ οἱ πρώην τὰς ἐρήμους οἰκοῦντες, ἐν ταῖς πόλεσιν ἔφθασαν. Ὅσοι τινὲς ἁγνὸν βίον διαπράξαντες, εἰς ὠμοὺς δεσπότας περιέπεσον, καὶ ἁμαρτωλοί τινες καὶ ἀκάθαρτοι, ἐν ἀνέσει κατέλαχον.

Αἰσχυνέσθωσαν Σαμαρειτῶν παῖδες. Ἰδοὺ πρὸ τῆς κρίσεως κρίσις. Ἰδοὺ πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἡ ταύτης ἀπόδειξις. Εἰπέ μοι σὺ, διὰ τί τὴν ἀνάστασιν ἠρνήσω; διὰ τί ταύτῃ ἀπιστεῖς; Οὐκ ἔστιν δικαιοκρίτης ὁ Χριστός; Ναὶ, φησί. Μὴ ἀδικία, καὶ προσωποληψία παρ' αὐτῷ; Οὐδαμῶς, φησί. Καὶ ποία λοιπὸν εἰπέ μοι, δικαιοκρισία, ἵνα ἐγὼ πάντα τὸν χρόνον μου δίκαιον, καὶ ἄμεμπτον, καὶ καθαρὸν δείξας· μὴ φονεύσῃς, μὴ κλέψας, μὴ ἐπιορκήσας, ἀλλὰ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ B φυλάξας, ἐν ἀνάγκαις περιπέσω, καὶ ἐν ταύταις τὸ πέρας τοῦ βίου ποιήσω· καὶ ἄνδρες αἱμάτων, πόρνοι, μοιχοὶ, ἀσεβεῖς, ἄθεοι, ἢ τάχα καὶ εἰδωλολάτραι ἐν ἀνέσει πάσῃ, μηδεμίαν θλῖψιν ἐνταῦθα ὑπομένοντες; Τοῦτο δίκαιον; οὐδαμῶς. Τοῦτο ἀπροσωπόληπτον; οὐδ' ὅλως, ἐὰν μὴ ἔστι καιρός τις καὶ αἰὼν ἕτερος, ἐν ᾧ ἀπολήψεται ἕκαστος κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο ἀναγκαία ἡ ἀνάστασις, ἵνα μὴ ὁ Θεὸς ἄδικος κριτὴς παρά τινων ὑπονοηθήσηται.

Ἐγὼ μὲν οὖν, ἄνθρωπος εἶναι ὁμολογῶ ἁμαρτωλὸς, ζῶον τρεπτὸν, καὶ ῥευστῆς φύσεως, καὶ πιστεύω τῇ ἀναστάσει, καὶ προσκυνῶ τὸν Ποιήσαντα. Ἤδη δὲ λοιπὸν πρὸς τὸ μνῆμα πορεύσομαι, καὶ ταύτης μου τῆς κλίνης οἶδα ὅτι οὐκ ἐγερθήσομαι· τὴν λύπην δὲ καὶ τὸν πόνον τῶν αἰχμαλώτων, τῶν ἐκκλησιῶν, τῶν ἱερέων, συνοδοιπόρον κέκτημαι. Ὦ τοῦ τέλους, ἐν ποίοις καταλιμπάνω τὰ πράγματα ἐγὼ ἄθλιος. Πρὸς τὸν Δεσπότην πορεύσομαι. Διὸ καὶ τὴν ὑμετέραν κέλευσιν ποιῆσαι οὐκ ὤκνησα. Ὅμως ἐπεὶπερ διαθήκη ἐπὶ νεκροῖς βεβαία· ἀργύριον, καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι· ἀλλ' ὃ παρὰ Κυρίου ὁ ἀνάξιος εἴληφα, τοῦτο ὑμῖν καταλείψομαι, καὶ πρὸς ἅπαντας ὑμᾶς νυνὶ μικρὰ διαλέξομαι. Ἀλλὰ τοῦτο δυσωπῶ, μὴ ἀποστραφήσωμαι παρ' ὑμῶν τεταπεινωμένος, καὶ κατῃσχυμμένος, ἀλλὰ μᾶλλον προσδεχθείην· οὐδὲ γὰρ ἑτέραν ὑμῖν τοῦ λοιποῦ ὄχλησιν ποιήσομαι. Αὕτη γάρ ἐστιν ἐσχάτη μου πρὸς ὑμᾶς παράκλησις· αὕτη ἡ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου διαθήκη. Τοῦτο τὸ τέλος τῆς ἐμῆς διαλέξεως, καὶ ἀρχὴ τῆς πρὸς ὑμᾶς παρακλήσεως. Ἀλλ' αἰτοῦμαι, καὶ δέομαι, μὴ ὡς ἐκ διδασκάλου, ἀλλ' ὡς ἐξ ἀδελφοῦ δέξασθαι· μὴ ὡς ἐκ δικαίου, ἀλλ' ὡς ἐξ ἁμαρτωλοῦ, καὶ ἐν ἀνομίαις, καὶ ἀσεβείαις, καὶ ἀμερίμναις ζήσαντος, τὰς ὀδυνηρὰς ἡμέρας τοῦ βίου μου. Ἀλλὰ μὴ πρὸς τὰ ἔργα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς λόγους ἐμβλέψατε· ἀκούσατε τοῦ Κυρίου, καὶ δυσωπήθητε, λέγοντος· *Πάντα ὅσα ἂν λέγωσιν ὑμῖν οἱ Γραμματεῖς, καὶ οἱ Φαρισαῖοι ποιεῖν, ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε.*

Ἰδοὺ νῦν προπορευόμενος ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς διαθήσομαι· ὑμεῖς δὲ ὡς πιστοὶ καὶ εὐγνώμονες μὴ παρ-

Digitized by Google

γρήψητε τὰ λεγόμενα, δεόμεθα, καὶ παρακαλοῦμεν. Καθάψασθαι γὰρ λοιπὸν τῶν καθ' ἡμᾶς ῥᾳθυμοτέρων βουλόμεθα. Πρότερον δὲ περὶ αὐτῶν φθεγγώμεθα, καὶ ἀρχόμενοι λέγωμεν.

Εὐλογητὸς εἶ, ὁ Θεὸς, ὁ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν ἡμᾶς· ὁ ἐκ γῆς διαπλάσας, καὶ εἰς γῆν ἀποστρέφων, καὶ ἐκ ταύτης πάλιν παραδόξως ἐγείρων. Πρὸ πάντων δυσωπῶ πᾶσαν ψυχὴν, ἀκούουσαν περὶ τῆς ἡμετέρας ἀποδιώσεως, εἰς συμπάθειαν κινηθῆναι, καὶ τὴν Θεὸν αἰτεῖσθαι, ὅπως ἀθλίπτως, ἀκινδύνως, ἀνεμποδίστως παρελθεῖν με τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας· καὶ τοὺς πικροὺς τελώνας, καὶ κοσμοκράτορας τοῦ ἀέρος τούτου, καὶ φθάσαι με τὸν ἀέρα τῆς ἐλευθερίας, καὶ Χριστῷ μετὰ παῤῥησίας παρασταθῆναι, καὶ τῆς τῶν σωζομένων μερίδος ἀξιωθῆναι.

Ἔπειτα, πᾶσα σπουδὴ καὶ πᾶσα πάντων φροντὶς γένηται καὶ πόνος, ἵνα αἱ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαι φυλαχθῶσιν ἀσειστοι, τὴν ὀρθὴν πίστιν ἀμολύντως κατέχουσαι, καὶ τοὺς ἑαυτῶν ποιμένας θεόφρονας κεκτημέναι. Ὅπου γὰρ ὁ ποιμὴν ἀγαθὸς, ἐκεῖ καὶ ἡ ποίμνη ἀγάλλεται. Ὅπου ποιμὴν ὅσιος, ἐκεῖ σκιρτῶσι τὰ πρόβατα. Ὅπου ποιμὴν ἔμπειρος, ἐκεῖ λύκοι οὐκ ἰσχύουσιν. Ὅπου εὐσέβεια ἀνθεῖ, ἐκεῖ ὁ λαὸς εὐπλοεῖ. Καὶ γὰρ οὐδαμόθεν ἑτέρωθεν κλυδωνιζόμεθα, ἀλλ' ὅτι οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ποιμένων καὶ κυβερνητῶν ἐξέλιπον· καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ κατακλειφθέντες, οὐ πολλὴν τὴν φροντίδα κατέχουσιν, οὐ πολλὴν τὴν σπουδήν· ἀλλὰ φίλαυτοι γεγονότες, οὐκ εὐχερῶς προαιροῦνται τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων τίθεσθαι· ἄλλους φωτίζειν ἐπιχειροῦντες, αὐτοὶ ἀφώτιστοι τυγχάνοντες· καὶ ὑπὲρ ἄλλων Θεὸν ἱκετεύοντες, ἀπαῤῥησίαστον ἔνδον τὸ συνειδὸς περιέχουσιν· ὡς εἰς αὐτοὺς πληροῦσθαι τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένον, *Ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν*. Καὶ, *Ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ὀφθαλμοῦ σου, εἶθ' οὕτως ἐμβλέπεις εἰς τὸ κάρφος τοῦ ἀδελφοῦ σου.*

Ἀκουσάτωσαν οἱ ἱερεῖς, οἱ τὸν λαὸν ἁγιάζειν λέγοντες· οἱ τῇ φρικτῇ καὶ φοβερᾷ τραπέζῃ παριστάμενοι· οἱ τῶν Σεραφὶμ μειζότερον ἀξίωμα περικείμενοι. Ἐκεῖνος οὐκ ἐτόλμησεν τῇ χειρὶ τοῦ ἄνθρακος ἅψασθαι, ἀλλ' ἐν τῇ λαβίδι τούτῳ προσέψαυσεν· σὺ δὲ ταῖς χερσίν σου ταῖς πηλίναις τὰ τοῖς Σεραφὶμ ἀθέατα διαδεῖς; [διδοῖς] μυστήρια. Ποία σου ἄρα ἡ δεξιὰ ἐκείνη ὑπάρχειν ὤφειλε! Πόσην καθαρότητα ἐν ἑαυτῇ περιβεβλῆσθαι, τοῦ οὐρανοῦ ὑψηλοτέραν, τῶν ἀγγέλων λαμπροτέραν, τῶν Χερουβὶμ ἁγιωτέραν εἶθε, κἂν τῆς ἀκαθαρσίας ἀπηλλαγμένην! Οὐ φρίττομεν, εἰπέ μοι, τοιαύτης δόξης ἐν ταῖς χερσὶν ἁψαμένοι, καὶ τοιοῦτον πῦρ κατέχοντες ἀπερχόμεθα; Κλέπτομεν ἐν ταῖς χερσὶν, κρατοῦμεν ἀκαθαρσίας, ψηλαφῶμεν τὰ μὴ προσήκοντα, ἁρπάζομεν ἐν αὐταῖς τὰ ἀλλότρια· τύπτομεν ἐν αὐταῖς τὸν ἀδελφὸν, μολύνομεν καὶ πισσοῦμεν δι' αὐτῶν καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ πνεῦμα· καὶ ἐχόμεθα, καὶ τῇ φρικτῇ τραπέζῃ καὶ φοβερᾷ παριστάμεθα, καὶ τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ διαμερίζομεν.

probi, nolite, quæsumus, ac obsecramus, ea quæ dicenda sunt, irrita habere et spernere. Sum enim jam eos reprehensurus, qui in nobis segniores sunt. Prius vero de his loquamur, ac sermonem ordiamur.

Benedictus es, Deus, qui nos ex nihilo in rerum naturam produxisti : qui e terra formasti, inque terram reducis, ac rursus ex ea mirabiliter excitas. In primis rogo, quisquis meum ab humanis excessum mortemque audierit, ut misericordia moveatur, precibusque ad Deum agat, ut, omni molestia, periculo, impedimento solutus, transeam principatus ac potestates ; acerbosque publicanos, ac mundi rectores aeris hujus, liberumque nactus aerem, Christo cum fiducia sistar, ac partis eorum qui salute donandi sunt effici merear.

Tum, omnis diligentia, omnisque omnium cura, ac labor adhibeatur, ut Dei Ecclesiæ inconcussæ custodiantur, rectam fidem impollute retinentes, ac religiosos pastores suos habentes. Ubi enim bonus pastor, illic quoque exsultat grex. Ubi sanctus pastor, illic gestiunt oves. Ubi peritus pastor, illic lupis vires deficiunt. Ubi pietas floret, illic res plebi prospere cedunt. Nec enim aliud quidquam in causa est, ut sic fluctuemus atque jactemur, quam quia magna pastorum pars ac gubernatorum defecerunt : ipsique adeo hactenus residui non valde curant, aut diligentiam multam adhibent ; sed, facti sui perperam amatores, nolunt facile pro ovibus animam ponere : alios illuminare nituntur, cum ipsi luce careant : supplices ad Deum preces pro aliis offerunt, qui conscientiam nulla pollentem fiducia, nullis fultam meritis intus circumferant : ut in illis impleatur, quod a Domino dictum est, *Medice, cura te ipsum* [24]. Et : *Ejice primum trabem de oculo tuo, tumque videbis festucam fratris tui* [25].

Audite, sacerdotes, qui sanctificare plebem profitemini : qui tremendæ ac formidabili mensæ assistitis ; qui præ Seraphim majorem dignitatem consecuti estis. Ille non ausus est carbonem manu contingere, sed cum forcipe strinxit [26] : tu vero luteis tuis manibus inaspecta Seraphim mysteria distribuis. Quænam ergo tua illa dextera esse deberet! Quam oporteret præferre munditiam, cœlo sublimiorem, splendidiorem angelis, Cherubim sanctiorem ! atque utinam vel immunditiæ peccatique immunem ! Non horremus, amabo, qui claritatem ejusmodi manibus contrectantes, ac talem tenentes ignem, discedamus? Furamur manibus, immunditiam tenemus, quæ nefas attrectamus, aliena rapimus, fratres cædimus ; harum opera animum spiritumque polluimus, velutque pice obnigramus ; ac tremendæ formidabilique mensæ assistimus, atque Christi membra dividimus.

[24] Luc. IV, 23. [25] Luc. VI, 42. [26] Isa. VI, 6.

Digitized by Google

Quid enim? In macello astas, homo? Eos saltem imitare qui regiæ mensæ assistunt; corruptibili illi, ac sensibus expositæ. Num enim prorsus hic terrenum quid agitur? Num prorsus sublimis efficeris? Omnino in terra, non in aere consistis? quinimo in cœlo, nec id modo, sed tanquam Dominico ipso throno assistens, sic te horrore ac tremore affici oportebat. Et quid dico, tanquam throno Dominico? Scio plures mordere quæ dicimus, sed dici ea necesse est ob ea quæ geruntur. Est enim nunc animi commonere, deque divina hac ac incruenta hostia disserentem, horrorem incutere. Forte enim quibusdam e re esset ab ea procul absistere. Siquidem enim is, qui indigne manducat et bibit Dominicum corpus, judicium sibi manducat et bibit; quid jam ille qui indigne cum ministrat, tum sumit? Non pudet, qui exterius vestes assumamus, manus lavemus, calceis ornemus pedes, facici ac capiti decorem asciscamus, mundo fulgeamus amictu, intusque diaboli vitia induti simus, totumque contenebratum animum, ac vestem ejus conspurcatam habeamus; qui nimirum jam in corpore ac exteriori pompa, non in spiritu ac veritate Domino serviamus?

Vultis et aliam nostrorum sacerdotum miserabiliorem calamitatem casumque exsequamur, cujus vel ipsa auditio metum ac terrorem facit? Audiant qui laborant, ac emendentur. Præstat enim a re divina absistere, quam, cum illi intersis, oculos in facies decoras formososque vultus vagos jactare. Contremisce, homo; in terræ penetralibus abdere, ne ignis descendens consumat te. Siquidem enim Moses cum ad terrenum rubum vellet accedere, hactenus prohibetur, donec solvat calceamentum [17]; potiori nos longe ratione qui angelis inaspectabilem cernamus, contrectemus, sumamus, solvamus necesse est mortua animi opera ac fœtoris plena. Rubus enim mysticæ hujus mensæ figura: calceamenta vero, figura peccatorum. Tremendam hanc rem sacram reveritus David, aiebat: *Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine* [18].

Expergiscere, homo. Ut quid his qui accedunt ais: *Corpus et sanguis Agni Dei, quod tibi datur in remissionem peccatorum?* Quid dicis? Alium conaris emundare, nec tibi curam geris? *In remissionem*, dicis, *peccatorum;* ac tu, ipsa mysteriorum impertitione, tibi ipse peccatorum majorem sarcinam facis? Cogita tremendam illam mensam cœnæ mysticæ, inveniesque cuncta nobis in ea figurali ratione prædicta fuisse. Videamus, obsecro, singuli, qua huic ratione assistamus, ne forte nos quoque velut Judas Christum spiritalibus Judæis prodamus. Cum enim cum eo morantes inter rei sacræ tremendam functionem sacrificiumque, locum Satanæ in corde nostro dederimus, nihil minus ipsi tradidimus. Quid vero etiam pelvis ille formidabilis admonet, ac

A Τί γάρ; Ἐν μακέλλῳ παρίστασαι, ἄνθρωπε; Μιμησαι κἂν τοὺς ἐν τραπέζῃ βασιλικῇ παρισταμένους, τῇ φθαρτῇ, τῇ αἰσθητῇ. Ὅλως γὰρ ὧδε ἐπίγειόν τι ποιεῖται; [ἐννοῶν ὀφείλεις;] ὅλως μετάρσιος ὢ γίνῃ; ὅλως ἐπὶ γῆς, καὶ οὐκ ἐν τῷ ἀέρι; μᾶλλον δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ οὐ μόνον, ἀλλ' ὡς αὐτῷ τῷ Δεσποτικῷ θρόνῳ παριστάμενός, οὕτως φρίττειν καὶ τρέμειν ἐχρῆν. Καὶ τί λέγω, ὡς ἐν τῷ θρόνῳ Δεσποτικῷ; Οἶδα ὅτι πολλοὺς δάκνει τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ἀνάγκη ῥηθῆναι διὰ τὰ λεγόμενα [*ἴσ.* γινόμενα]. Βούλομαι γὰρ ὑπομνῆσαι νῦν, καὶ δυσωπῆσαι περὶ ταύτης τῆς θείας καὶ ἀναιμάκτου θυσίας. Τάχα γάρ τισι συνέφερεν μακρὰν ταύτης ἀπέχεσθαι. Εἰ γὰρ ὁ ἀναξίως ἐσθίων καὶ πίνων τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει· τί λοιπὸν ὁ ἀναξίως
B διακονῶν, καὶ μεταλαμβάνων; Καὶ οὐκ αἰδούμεθα, ἔξωθεν μὲν τῷ σώματι ἐξαλλάττοντες, καὶ χεῖρας νίπτοντες, καὶ πόδας ὑποδήμασι κοσμοῦντες, καὶ τὰ πρόσωπα, καὶ τὴν κεφαλὴν καλλωπίζοντες· ἔνδυσιν καθαρὰν καὶ ἀστράπτουσαν ἔχοντες· ἔσωθεν δὲ, τῇ ψυχῇ τὰ πάθη τοῦ διαβόλου ἡμφιεσμένοι, καὶ ὅλην τὴν ψυχὴν ἐσκοτισμένην, καὶ τὴν ἐσθῆτα αὐτῆς μεμολυσμένην ἔχοντες· ἐν σώματι λοιπὸν καὶ θεωρίᾳ, οὐκ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες;

Βούλεσθε γυμνώσω, καὶ ἑτέραν τῶν καθ' ἡμᾶς τοὺς ἱερεῖς ἐλεεινοτάτην συμφοράν, καὶ ἡ ἀκοὴ φόβος, καὶ τρόμος καθέστηκε; Ἀκουέτωσαν οἱ νοσοῦντες, καὶ διορθούσθωσαν. Ἄμεινον γὰρ τῆς λειτουργίας ἀφίστασθαι, ἢ ἐν αὐτῇ ὄντα τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὰς
C τῶν προσώπων εὐμορφίας ῥέμβεσθαι. Φρίξον, ἄνθρωπε· εἰς γῆν καταδύθητι, μὴ κατελθὸν πῦρ ἀναλώσει σε. Εἰ γὰρ τῇ ἐπιγείῳ βάτῳ προσεγγίσαι θελήσας Μωϋσῆς, κωλύεται ἄχρι; οὗ λύσει τὸ ὑπόδημα, πόσῳ γε μᾶλλον ἡμεῖς τὸν ἀγγέλοις ἀθέατον ὁρῶντες, καὶ ψηλαφῶντες, καὶ μεταλαμβάνοντες, ὀφείλομεν λῦσαι τὰ νεκρὰ καὶ ὀζοδίας γέμοντα ἔργα τῆς ψυχῆς. Τύπος τῆς τραπέζης τῆς μυστικῆς ἡ βάτος· τύπος δὲ τῶν ἁμαρτημάτων τὰ ὑποδήματα. Ταύτην τὴν φοβερὰν λειτουργίαν Δαβὶδ τρέμων ἔλεγεν· *Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου, καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε.*

Ἀνάνηψον, ἄνθρωπε. Τί τοῖς προσερχομένοις λέγεις, *Σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ διδόμενόν*
D *σοι εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν;* Τί λέγεις; Ἄλλον καθαίρειν ἐπιχειρεῖς, καὶ ἑαυτῷ οὐ φροντίζεις; *Εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν* λέγεις, καὶ σὺ προσθήκην ἁμαρτιῶν καὶ ἐν αὐτῇ τῇ μεταδόσει ἐργάζῃ; Ἐννόησον τῆς τραπέζης ἐκείνης τῆς φοβερᾶς τοῦ δείπνου τοῦ μυστικοῦ [κατ' ἔλλειψιν τοῦ, περὶ], καὶ εὑρήσεις ἐν ἐκείνῳ ἅπαντα ἡμῖν τυπικῶς προειρημένα. Ἴδωμεν δυσωπῶ ἕκαστος ἡμῶν, πῶς ἐν ταύτῃ παριστάμεθα, μήπως καὶ ἡμεῖς ὡς Ἰούδας τὸν Χριστὸν τοῖς νοητοῖς Ἰουδαίοις προδῶμεν. Ὅταν γὰρ σὺν αὐτῷ διατρίβοντες ἐν τῇ φοβερᾷ λειτουργίᾳ καὶ θυσίᾳ, χώραν τῷ Σατανᾷ δώσωμεν ἐν τῇ καρδίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ, οὐδὲν ἧττον καὶ ἡμεῖς παρεδώκαμεν. Τί δὲ καὶ ὁ νιπτὴρ ὁ φοβερὸς ἡμᾶς ἐκεῖνος

[17] Exod. III, 3. [18] Psal. XXV, 6.

Digitized by Google

διδάσκει, καὶ ἡ τοῦ λεντίου περίζωσις; Τὴν τῶν διδασκάλων καὶ ποιμένων δῆλον ὅτι συγκατάβασιν. Τί δὲ δηλοῖ τὸ, ἀρξάμενον ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἕως τῶν πρώτων νίπτειν τοὺς πόδας; Ἀκουέτωσαν οἱ τὰς προκαθεδρίας ζητοῦντες, πῶς ὁ Χριστὸς τοὺς ἐσχάτους ἐδόξασεν; διὸ καὶ ἔλεγεν· *Ἔσονται οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι.* Καὶ ἐν μὲν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς, οὐ φροντίζομεν οὐδὲ πρῶτοι οὐδὲ ἔσχατοι ἀπογραφῆναι· ἐν δὲ τῇ ματαίᾳ δόξῃ τῶν ἀνθρώπων μαινόμεθα, καὶ ἀλλήλους διὰ ταύτην κατεσθίομεν.

Τίς ἐστιν πρῶτος; τίς ἐστιν ἔσχατος; Βούλει σοι εἴπω, τίς ὁ πρῶτος παρὰ Χριστῷ, ἄκουσον εὐθέως τίνας μακαρίζει· *Μακάριοι*, φησὶν, *οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.* Μὴ εἶπεν, Μακάριοι οἱ πρῶτοι τῷ σώματι, ἢ οἱ πρῶτοι τῷ ἀξιώματι, ἢ ἐν διαδήμασιν; Οὐδαμῶς. *Πᾶσα γὰρ δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου.* Πᾶσα δυναστεία, ὡς σκιὰ μεσεμβρου, εἰ καὶ νῦν τινες ἐπαίρωνται. Ποῦ οἱ ἐξ αἰῶνος βασιλεῖς; πρὸς αὐτοὺς γὰρ ἀποφθέγξομαι· καὶ αὐτοὶ γὰρ ἄνθρωποι, καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως ὑπάρχουσιν. Ποῦ οἱ τοσοῦτοι ἡγεμόνες; ποῦ οἱ δυνάσται; ποῦ οἱ ἐξουσιασταί; Εἰ μὲν ἀγαθὰ διεπράξαντο, καὶ τὰς πιστευθείσας αὐτοῖς ψυχὰς διέσωσαν, πάντως ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ὑπάρχουσιν· εἰ δὲ τῆς ποίμνης ἠμέλησαν, πάντως ἐν τοῖς καταχθονίοις διατρίβουσιν. *Παιδεύθητε, πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν· δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ· δουλεύσατε αὐτῷ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἀγαλλιάσασθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ.* Εἰς πρόσωπον γὰρ αὐτοῦ ὑμᾶς ἔταξεν ἐπὶ τῆς γῆς. Παιδεύθητε ἐκ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας, καὶ μὴ ἀναβάλλεσθε τὰς τῶν δεομένων ἱκεσίας. Ὁ γὰρ λαοῦ προϊστάμενος καὶ κεφαλὴ ὑπάρχων, εὐχερῶς ἀληθῶς τὴν ἀπώλειαν, ὑπὲρ τὴν σωτηρίαν κέκτηται. Οἱ γὰρ τῶν παραπονουμένων στεναγμοὶ οὐκ ἐῶσιν αὐτοῦ τὴν προσευχὴν πρὸς Θεὸν ἀνέρχεσθαι· ἀλλ' ὥσπερ τεῖχος σιδηροῦν, οὕτως αὐτὴν ἀντιπέμπουσιν, καὶ ἄπρακτον ἀπεργάζονται. Μέγας ὁ τῶν ψυχῶν κίνδυνος· μέγα τὸ τούτων φορτίον· φοβερὸν τὸ τούτων κρῖμα, καὶ ταῖς πολλοῖς ἐπικίνδυνον.

Μετρήσατε ἐξ ἑαυτῶν, καὶ οὕτως τῶν δεομένων εἰσακούσετε ἐν τάχει, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς παρὰ Θεῷ σπεύδετε ὑπακουσθῆναι. Ἀναλάβετε τὴν τῶν ἱκετευόντων ὑμᾶς θλῖψιν, καὶ ποιήσατε ἐν τάχει τὴν δικαίαν ἐκδίκησιν. Οὐκ οἴδατε ὅτι μετὰ τὴν ἐξ ὕψους βοήθειαν, εἰς ὑμᾶς πάντες οἱ καταπονούμενοι ἀποβλέπουσιν; Ὁρᾶτε, προσέχετε ὑμεῖ;· μὴ εὐλογίας κατ' αὐτῶν τῶν ἀδικουμένων κομίσησθε, δυναμένας ὄντως χωρίσαι ὑμᾶς τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ· τύπος πᾶσιν ἀνθρώποις γίνεσθε, τύπος ἀγαθὸς, τύπος καὶ ὑπόδειγμα πάσης ἀγαθοεργίας· τύπος πραότητος· καὶ πρὸ πάντων ἀμνησικακίας. Τύπον ἔχοντες, τὸ μέλλον ἀπροσωπόληπτον δικαστήριον, τὸν ἀδωροδόκητον κριτὴν, μὴ διὰ τῶν δώρων τὸν ἱδρῶτα, μᾶλλον δὲ τὰ αἵματα τῶν χηρῶν καὶ ὀρφανῶν κατεσθίετε. *Πῦρ* γὰρ, φησὶν ὁ Σολομὼν, *καταφάγεται οἴκους δωροδεκτῶν.* Μὴ διὰ δῶρα πιπράσκετε τὸ δίκαιον, ἵνα μὴ ὡς Χριστὸν πωλήσαντες κρίνησθε.

A præcinctio lintei? nempe magistrorum atque pastorum modestiam docet ac demissionem. Quid porro, quod incipiens a novissimis ad primos usque lavet pedes? Audiant qui primas quærunt sedes, qua Christus ratione novissimos clarificaverit, unde et dicebat: *Erunt novissimi primi, et primi novissimi* [29]. Ac quidem in libro vitæ non curamus vel primi describi, vel novissimi: ut autem in inani hominum gloria, insani ambimus, obque illam invicem devoramus.

Quis primus est? quis novissimus? Vis dicam, quis apud Christum exsistat primus? Audi statim quosnam beatos pronuntiet: *Beati*, inquit, *pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum* [30]. Num dixit: Beati qui corpore primi sunt, aut qui B primi dignitate? sive qui fulgent diademate? Nequaquam. *Omnis* enim *gloria hominis sicut flos feni* [31]. Omnis potentia velut umbra meridiana, tametsi nunc quidam efferantur. Ubinam reges, qui a sæculo fuerunt? ad eos enim verto sermonem: nam et ipsi homines sunt, ac ejusdem nobiscum naturæ. Ubinam tanti illi duces? ubi optimates? ubi principes? Plane si quidem bona egerunt, ac concreditas sibi animas sospites servarunt, in cœlestibus omnino exsistunt: sin autem neglexerunt gregem, prorsus in inferis demorantur: *Erudimini*, omnes *qui judicatis terram; servite Domino in timore* [32]. Servite illi in veritate, *et exsultate ei in tremore* [33]. Vos enim ut ejus personam gereretis, constituit super terram. Ex illius clementia documento accepto, C nolite rogantium vos, ac egenorum supplicationes differre. Qui enim populo præsidet, ac ei caput præfectus est, facilius revera perditionem inveniat, quam ut salutem nanciscatur. Afflictorum namque gemitus non sinunt ut ejus ad Deum preces sublimes ferantur; sed tanquam murus ferreus, sic illi has repellunt, ac irritas reddunt. Ingens animorum periculum, ingens horum onus. Tremendum judicium, ac multis aleæ plenum.

Ex vobis, ipsi vos metimini: sicque cito vobis supplices exaudietis, quemadmodum ut apud Deum exaudiamini ipsi satagitis. Recreate quam illi afflictionem sustinent, ac justam citius facite ultionem. Num nescitis secundum supernam opem, in vos D omnium conversos oculos qui injuriis ullis opprimuntur? Videte, attendite: nolite munera adversus ipsos, quos injuriæ fatigant, accipere, ejusmodi plane ut a Dei vos facie separare valeant. Cunctis norma estote: norma bona, norma ac exemplum boni omnis operis: lenitatis forma, ac cumprimis animi, quem nulla injuriarum memoria lacessat. Qui futurum tribunal, nulla acceptionis personarum labe laborans, judicem muneribus incorruptum formam habeatis; nolite committere ut munerum acceptione sudorem, seu potius sanguinem viduarum ac pupillorum devoretis, *Ignis* enim, inquit Salomon, *devoravit domos eorum*

[29] Matth. xx, 16. [30] Matth. v, 3. [31] Isa. xl, 6. [32] Psal. ii, 10. [33] ibid. 11.

Digitized by Google

qui munera libenter accipiunt [35]. Nolite propter munera jus vendere, ne tanquam Christi venditores judicio obnoxii sitis.

In magnum revera stadium provecti estis, quo promptior salute interitio, animique exitium sit. Si quidem enim ingentis periculi sui ipsius privatumque judicium est, quanto magis ut quis etiam populi nomine judicetur? Vigilate, nam et vos quoque Regem regum, Judicem judicum, Dominum dominorum in cœlis habetis: *In quo judicio judicaveritis, judicabimini: et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis* [36]. De vobis admonemur: *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus* [37]. Ac plane merito. Nam qui salvat animam, Deo conditori similis: ergo qui animam perdit, velut diabolus destructor exsistit. Vide ne te, qui purpuram ac diadema indutus sis, diabolus in superbiam agat. Noli enim eo nomine gloriari, sed treme ac time.

Num audisti qui ait: *Potentes potenter tormenta patientur* [38]? Ad salutem vos populi Dominus præfecit, non ad perditionem; ut egenorum misereamini, non ut eorum res rapiatis. Vitam a criminis labe puram, præpositi, assumite, ne, cum alios admonere necesse erit, confundamini. Increpate inquietos, infirmos misereamini, iis qui offendunt ignoscite, in eos qui non emendantur animadvertite, peregrinos suscipite, viribus destitutis ministrate. Noli dicere: Rex sum. Ne dixeris: Sum princeps, aut caput. Quando ea te modestia demittes qua Dominus, qui nec servorum dedignatus est pedes lavare?

Vultis ostendam vobis cum regis vocem, tum patriarchæ? David quidem aiebat: *Ego sum vermis, et non homo; opprobrium hominum et abjectio plebis* [39]. Abraham vero: *Ego sum terra, et cinis* [39]. Similiter etiam Joannes Baptista aiebat: *Non sum dignus ut solvam corrigiam calceamenti* Christi [40]. Audiamus sanctorum modestiam, et æmulemur. Quamobrem, homo, altum sapis? Eo nomine quod rex sis, quod thesauros, exercitum, servos habeas? quod forma præstes, quod sis substantia locuples, quod sapientia ingenuus, quod pollens prudentia? Ecquisnam hæc dedit? quisnam tribuit? Nonne Christus? Num illa nobiscum nata? Num una nobiscum proficiscentur? Num illa condidimus? Haudquaquam. Quin etsi accepimus, non in nostrum ipsorum usum, sed ad egentium solandam inopiam. Nos vero sic afficimur velut immortales simus, ac in perpetuum divitiis manere valeamus.

Sed et nunc, universos obsecro, præsides ac subditos, servos ac dominos, ingenuos ac ignobiles, convertamur, si libet, ab errore viæ nostræ, convertamur a prioribus moribus. Nunc enim, ut unquam, conversionis tempus. Ecce tempus pœnitentiæ, ingruentis ergo captivitatis. Ecce tempus confessionis fratrum nostrorum castigationis causa.

A Εἰς μέγα ἀληθῶς σκάμμα προῆχθητε, ὀξυτέραν ἔχον τὴν ἀπώλειαν ὑπὲρ τὴν σωτηρίαν. Εἰ γὰρ τὸ ἑαυτοῦ κρῖμα δοῦναι κίνδυνος μέγας καθέστηκε, πόσῳ γε μᾶλλον καὶ τοῦ λαοῦ; Νήψατε. Ὅτι ἔχετε καὶ ὑμεῖς ἐν οὐρανοῖς Βασιλέα τῶν βασιλέων, καὶ Κριτὴν τῶν κριτῶν· Δικαστὴν τῶν δικαστῶν, καὶ Κύριον τῶν κυρίων, *Ἐν ᾧ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν.* Περὶ ὑμῶν παραγγελλόμεθα, *Μὴ πεποιθέναι ἐπ' ἄρχοντας, ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων οἷς οὐκ ἔστιν σωτηρία.* Καὶ μάλα εἰκότως. Ὁ μὲν γὰρ ψυχὴν σώζων, ὡς Θεὸς ὁ κτίζων· οὐκοῦν ὁ ψυχὴν [ἀπολλύων] ἀπόλλων, ὡς διάβολος ὁ καταλύων. Ὅρα μή σε τὸν τὴν πορφύραν καὶ τὸ διάδημα περικείμενον ἐξεπαιρέτω ὁ διάβολος. Μὴ γὰρ διὰ τοῦτο καυχήσῃ, ἀλλὰ φοβοῦ,
B καὶ τρέμε.

Οὐκ ἤκουσας τοῦ λέγοντος, *Δυνατοὶ δυνατῶς ἐτασθήσονται*; Εἰς σωτηρίαν τοῦ λαοῦ ὁ Κύριος ἡμᾶς προεστήσατο, οὐκ εἰς ἀπώλειαν. Τοῦ ἐλεεῖν τοὺς δεομένους, οὐ μέντοι ἁφαρπάζειν τὰ τῶν δεομένων. Ἀμεμπτον βίον ἀναλάβετε, οἱ προεστῶτες, ἵνα μὴ ἑτέρους νουθετοῦντες, ἐντρέπεσθε. Τοῖς ἀτάκτοις ἐπιτιμᾶτε· τοῖς ἀσθενέσι συμπαθεῖτε· τοῖς πταίουσι συγγινώσκετε· τοῖς ἀδιορθώτοις ἐπεξέρχεσθε· ξένους εἰσδέχεσθε· ἀδυνάτοις διακονεῖτε. Μὴ εἴπῃς· Βασιλεύς εἰμι· μὴ εἴπῃς· Ἄρχων ἢ κεφαλή. Πότε ταπεινοφρονήσεις τοσοῦτον ὅσον ὁ Κύριος, ὃς οὐκ ἀπηξίωσεν δούλων πόδας νίψαι;

Βούλεσθε ὑμῖν δείξω καὶ βασιλέως καὶ πατριάρχου φωνάς; Ὁ μὲν Δαβὶδ ἔλεγεν· *Ἐγώ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ.* Ὁ δὲ Ἀβραάμ· *Ἐγώ εἰμι γῆ καὶ σποδός.* Ὁμοίως καὶ ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης ἔλεγεν· *Οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα τὸν ἱμάντα λύσω τοῦ ὑποδήματος* Χριστοῦ. Ἀκούσωμεν τὴν τῶν ἁγίων ταπείνωσιν, καὶ ζηλώσωμεν. Εἰς τί μεγαλοφρονεῖς, ὦ ἄνθρωπε; εἰς βασιλέα, ἢ εἰς θησαυρούς, ἢ εἰς στρατόπεδα, ἢ εἰς δουλείαν; εἰς κάλλος, ἢ εἰς ὕπαρξιν; εἰς σοφίαν, ἢ εἰς φρόνησιν; Καὶ τίς ὁ ταῦτα δώσας; Τίς ὁ ταῦτα χαρισάμενος; Οὐχ ὁ Χριστός; μὴ μεθ' ἡμῶν ἐγεννήθησαν; μὴ μεθ' ἡμῶν συμπορεύονται; μὴ ἡμεῖς αὐτὰ ἐκτισάμεθα; Οὐδαμῶς. Εἰ δὲ καὶ ἐλάβομεν, οὐ διὰ τὴν ἑαυτῶν χρείαν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν
D τῶν δεομένων περίστασιν. Ἡμεῖς δὲ οὕτως διακείμεθα ὥσπερ ἀθάνατοι, καὶ εἰς αἰῶνα τοῖς χρήμασιν διαμένειν δυνάμενοι.

Ἀλλὰ καὶ νῦν δυσωπῶ ἅπαντας, ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους, δούλους καὶ δεσπότας, εὐγενεῖς καὶ ἀγενεῖς, ἐπιστρέψωμεν, εἰ δοκεῖ, ἐκ πλάνης τῆς ὁδοῦ ἡμῶν· ἐπιστρέψωμεν τῶν προτέρων συνηθειῶν ἡμῶν. Ἐπιστροφῆς γὰρ καιρός, ὡς οὐδέποτε. Ἰδοὺ καιρὸς μετανοίας, διὰ τὴν ἐπικειμένην αἰχμαλωσίαν. Ἰδοὺ καιρὸς ἐξομολογήσεως, διὰ τοὺς παιδευομένους

[35] Imo Job xv, 34. [36] Matth. vii, 2. [37] Psal. cxlv, 2. [38] Sap. vi, 7. [39] Psal. xxi, 7. [40] Gen. xviii, 27. [40] Joan. i, 26.

Digitized by Google

ἀδελφοὺς ἡμῶν. Ἰδοὺ καιρὸς δεήσεως, διὸ προσέχωμεν μετὰ ἀκριβείας τοῖς λεγομένοις· καὶ μὴ μόνον ἀκούσωμεν, ἀλλὰ καὶ ποιήσωμεν. Ἐπιστήσωμεν τὸν νοῦν, παρακαλῶ, ἐπεὶ καὶ βασιλικῆς ἐπιστολῆς ὑπαναγινωσκομένης, πάντες τρέχουσι· πάντες σπουδάζουσι· πάντες μαθεῖν ἐπιζητοῦσι. Καὶ τί λέγω βασιλικῆς κελεύσεως ἀναγινωσκομένης; κιθαριστῶν καὶ αὐλητῶν καὶ μίμων ἀκούοντες, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς παριστάμεθα, ἵνα αἰσχρὸν γέλωτα θεασώμεθα, καὶ ἀσχήμων πραγμάτων παίγνια ἱστορήσωμεν. Εἰ οὖν ἐν τοῖς τοῦ διαβόλου θεάμασι, τοιοῦτοι θερμοὶ καὶ πρόθυμοι τυγχάνομεν, πόσην κόλασιν ἕξομεν, ὅτι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις μετὰ τοιαύτης ἀμελείας καὶ ῥᾳθυμίας καὶ ἀτονίας ἱστάμεθα· ὥσπερ ἐκ πυρὸς, οὕτως τῆς προσευχῆς ἐξελθεῖν σπεύδοντες; καὶ τὸ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ εἰσερχόμενοι ἐν αὐταῖς δι' ἐξάλειψιν ἁμαρτημάτων, ἔστιν ὅτε προσθήκην θραυμάτων ποιούμενοι ἐξερχόμεθα. Καὶ πῶς ἐγὼ τὸ εἰρημένον ποιήσω κατάδηλον; Οὐχ ὡς ἑτέρους κατακρίνων, ἀλλὰ τὰ ἑαυτοῦ ἐλαττώματα θριαμβεύων.

Εἰπέ μοι, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ εὐκτηρίοις εἰσερχόμενοι, τίνος ἕνεκεν ἐκεῖ πορευόμεθα; Πάντως ἐρεῖς, Διὰ προσευχήν· δι' ἐξάλειψιν παραπτωμάτων. Κἀγώ σοι ἐρῶ, Πῶς οὖν δι' ἕτερα εἰσερχόμενοι, τὰ ἐναντία διαπράττομεν; Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; Διὰ προσευχὴν εἰσελήλυθας, καὶ τὰ πρόσωπα, καὶ τὸ κάλλος τὸ μὴ σὸν κανονίζεις; δι' ἐξάλειψιν ἁμαρτιῶν, καὶ τούτοις προστιθῶν, οὐκ αἰσχύνῃ ποιῶν τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ πρόξενόν σοι ἁμαρτίας; ἵνα τοῦ ἐπουρανίου Βασιλέως μυστήρια θεάσῃ, καὶ τὰ τοῦ διαβόλου πράγματα περιεργάζῃ; ἵνα τοῖς ὀφθαλμοῖς δακρύσῃς, καὶ τούτους εἰς οὐρανοὺς ἀνυψώσῃς, καὶ ταῦτα ἀφιῶν ταῖς γυναιξὶν ἐν αὐταῖς διανεύῃ; ἵνα τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος ἐν τῷ στόματι ἀπολαύσῃς, καὶ ταῦτα [ταύταις] προσομιλῶν, τοῦτο μολύνεις;

Ὦ πονηρᾶς ἐναλλαγῆς! ὦ τῆς κατασχούσης πωρώσεως! Οὐδὲ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τῷ Θεῷ τὸν νοῦν ἀναπέμπομεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ταῖς ἡμετέραις πλημμελείαις ἀσχολούμεθα. Εἶπω καὶ ἕτερον χαλεπώτερον τούτου. Τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν πολλάκις προκομίζοντες, ἢ λιτὰς καὶ ἱκεσίας τῷ Θεῷ ὑπὲρ ἀπειλῶν προσφέροντες, καὶ ἐκεῖσε τοῖς προειρημένοις ἐνασχολούμεθα. Καὶ ἁπλῶς πᾶσαν ἡμῶν τὴν ζωὴν τῷ διαβόλῳ κατεδουλώσαμεν. Ἐν ἁμαρτίαις κοιμώμεθα, ἐν ἁμαρτίαις ἐγειρόμεθα· ἐν ἁμαρτίαις προερχόμεθα, εἰς ἁμαρτίας ἀναχωροῦμεν· εἰς ἁμαρτίας, καὶ ἐν ἐκκλησίαις, καὶ ἐν τοῖς οἴκοις, καὶ ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ ἐν τοῖς μνήμασι πορευόμεθα. Καὶ τὸ ἀνοητότερον, ὅτι οὕτως τῷ διαβόλῳ δουλεύοντες, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι, τὸν Θεὸν παροργίζοντες, λέγομεν, καὶ ξενιζόμεθα, λέγοντες· Πόθεν ἀπειλαί; πόθεν αἱ παιδεῖαι; πόθεν ἡ αἰχμαλωσία; πόθεν ἡ τοσαύτη ὀργὴ ἐφ' ἡμᾶς;

Ὦ πολλῆς καὶ ἀμυθήτου πωρώσεως! τοὺς ἀδελφοὺς ἐν μνημείῳ κατατιθέντες, οὐδὲ ἐξ αὐτῆς θεωρίας εἰς συναίσθησιν ἐρχόμεθα. Ἐμβλέψατε πρὸς τὸν τάφον, οἱ ἄφρονες, καὶ ἀνανήψατε. Ἐμβλέψατε πρὸς τὴν σορὸν, οἱ μεγαλόφρονες, καὶ μὴ φυσᾶσθε. Ἴδετε τὰ ὀστᾶ, οἱ σοφιζόμενοι, καὶ μὴ ἐπαίρεσθε.

A Ecce tempus orationis; quamobrem diligenter his quæ dicuntur, animum attendamus; nec solum audiamus, sed et faciamus. Mentem, obsecro, adhibeamus: nam et regium diploma cum legitur, omnes accurrunt, omnes solliciti sunt, ac favent; omnes discere satagunt. Quid vero dico, cum diploma regium legitur? Etiam citharœdos, et tibicines, ac mimos audientes, multa diligentia astamus, ut risus obsceni spectatores simus, rerumque inhonestarum ludicra contueamur. Cum igitur in diaboli spectaculis sic ferventes atque alacres exsistimus, quasnam dabimus pœnas, qui in ecclesiis cum tanta incuria ac socordia, sicque remissi assistamus; ac velut ab igne, sic a precibus resilire confestim studeamus? Quodque gravius est, cum B ecclesias ingrediamur ad delenda peccata, quandoque accessione vulneribus facta, egredimur? Quonam vero modo, quod dictum est, planum faciam? Utique, non ut condemnem alios, sed ut meos ipse defectus traducam.

Dic, quæso, in ecclesias ac oratoria ingressi, qua illuc causa venimus? Omnino dices: Ut preces fundamus; ut delicta aboleamus. Ad quæ ego: Cur igitur aliorum causa ingressi, contraria patramus? Quid facis, homo? Ingressus es ut te ipse in preces dares: vultusque ac pulchritudinem non tuam ad amussim vocans curiose expendis? Ad delenda peccata: pluraque prioribus addens, non erubescis domum Dei officinam ac tabernam meritoriam facere peccati? Ut cœlestis regis my- C steria contempleris; resque diabolicas diligenter attendis? Ut oculis fundas lacrymas, ac in cœlos sublimes eos tollas: hisque missis, mulieribus in eis lascive annuis? Ut Dominicum corpus ore sumas, ac mysteriis fruaris; illudque his colloquens polluis?

O malam commutationem! o cordis duritiam! Ne orationis quidem tempore animum ad Deum erigimus: sed eo quoque delictis nostris vacamus. Dicam et aliud isto molestius. Fratres nostros non raro potius prætendentes, quam ut Deo preces ac supplicationes ob ejus in nos flagella offeramus, etiam illic his quæ diximus, tempus terimus. Atque, ut verbo dicam, vitam totam diabolo addiximus. In peccatis dormimus, in peccatis e somno excitamur, D in peccatis procedimus, in peccatis recedimus; in peccatis in ecclesiis, in domibus, in foro, in sepulcris incedimus. Quodque dementius est, cum sic diabolo serviamus, omnique tempore, loco, negotio Dei iram provocemus, dicimus tamen, ac ceu novum mirantes dicimus: Undenam minæ? undenam flagella? undenam captivitates? undenam tanta Dei in nos ira?

O magnam, ac majorem cogitatu, cordis duritiem! Cum fratres in sepulcro ponamus, ne ex ipso quidem aspectu in sensum venimus. Aspicite in sepulcrum, stulti, ac resipiscite. Aspicite in loculum urnamque, qui altum sapitis, et nolite animis tumescere. Videte ossa, arguti, et nolite efferri.

Digitized by Google

Sed etsi sapientes estis, etsi multa polletis prudentia, docete, edicite in illis corruptis ossibus quisnam rex, ac quis privatus; quis tyrannus, ac quis imbecillis; quis dives, ac quis pauper; quis sapiens, ac quis insipiens; quis puer, ac quis senex; quænam speciosa puella, ac quæ anus; quænam florenti decore, ac quæ annis marcida. Num potes dicere? num vales ostendere? Haudquaquam. Nonne omnes cinis effecti? nonne favilla? Nonne vermibus scatent fœtentque? Nonne idem nos quoque omnino poculum manet? Nonne prorsus eadem via? Nolite errare, insipientes. Ne nos ipsi, charissimi, decipiamus. Omnia namque prætereunt, ac pereunt omnia : et sicut passer e manibus nostris, sic omnia repente avolant. Hac Salomon scientia fretus, aiebat : *Vanitas vanitatum; omnia vanitas* [51]. David quoque id cogitans, clamabat : *In imagine pertransit homo : et vane conturbatur* [52].

Vere enim, vere frustra, homo, turbaris ; frustra curris ; frustra laboras enitens, tumultuaris, cogitationum æstum ferens, res sæculi brevi post perituras colligens ; res ejusmodi, ut in die judicii nihil te juvare valeant. Tametsi enim thesauros omnes congregaverimus, nudi ex hac vita egrediemur, uti et ingressi sumus. Nudi revera, miserabiles, mœsti, tenebrosi, contriti, onerati, revelati, timidi, trepidi, pudebundi, doloribus anxii, solliciti, demisso in terram vultu; ac qui bonam defensionem nullam paraverimus. Hoc nostrum peccatorum iter, qui in curis vitam agamus, ac in doloribus moriamur. Sic sepelimur, sic resurgimus, sicque nos ipsi defendimus. Quinimo, sic confundimur in acerbo illo, orbis universi, tremendo, ac plerisque tenebroso, personarum acceptionem nullam habente, incorrupto, inexplicabili judicio, ac carnificina; ubi tremunt angeli, ponuntur sedes, libri aperiuntur, ac inexstinguibile tenebrosum ignis flumen exsistit.

Quemadmodum enim plumbum, aut pix igni soluta, sic et ignis ille omnis expers lucis est. Ubi immitis vermis, ac insoporabilis; ubi tenebræ nulla dilutæ luce; ubi tristis tartarus omnis exsors caloris; ubi jugis ejulatus: ubi immortalis stridor; ubi sempiternæ lacrymæ; ubi nullum finem habituri gemitus; ubi luctus cogitatu major; ubi cruciandorum voces miserabiles ac tristissimæ: Parce, parce, sine, sine; miserere, miserere; serva, serva; judex, judex. Ubi non risus, sed luctus est : ubi non gaudium, sed gemitus; ubi non lætitia, sed dolor; ubi non deliciæ, sed judex; ubi non opes, sed tenebræ : ubi non choros agere licet, sed suspiria trahere. Tremenda hæc auditu; verum tremenda magis ac amariora aspectu : majus denique ad cruciatum ac miseriam, ut ea patiamur.

[51] Eccle. I, 2. [52] Psal. xxxviii, 7.

Ἀλλὰ ἐὰν σοφοί ἐστε, ἐὰν πολλὴν φρόνησιν κέκτησθε, διδάξατέ με, καὶ ἑρμηνεύσατέ μοι ἐν ἐκείνοις τοῖς διεφθαρμένοις ὀστέοις, τίς ἐστιν ὁ βασιλεὺς, καὶ τίς ὁ ἰδιώτης· τίς ὁ τύραννος, καὶ τίς ὁ ἀδύνατος· τίς ὁ πλούσιος, καὶ τίς ὁ πένης· τίς ὁ σοφὸς, καὶ τίς ὁ ἄφρος· τίς ὁ παῖς, καὶ τίς ὁ γέρων· ποία ἡ εὐειδὴς κόρη, καὶ ποία ἡ γραῦς· ποία ἡ ἀπανθοῦσα τῷ κάλλει, καὶ ποία ἡ μαρανθεῖσα τῷ χρόνῳ. Μὴ ἔχεις εἰπεῖν; μὴ δύνασαι δεῖξαι; Οὐδαμῶς. Οὐ πάντες κόνις ἐγένοντο; οὐ πάντες τέφρα; οὐ πάντες σκωλήκων καὶ δυσωδίας πλήρεις; οὐ πάντως καὶ ἡμᾶς τὸ αὐτὸ ποτήριον μένει; οὐ πάντως ἡ αὐτὴ ὁδός; μὴ ἀπατᾶσθε, ὦ ἄφρονες· μὴ πλανήσωμεν ἑαυτοὺς, ὦ φίλοι. Πάντα γὰρ παρέρχονται καὶ ἀπόλλυνται· καὶ ὥσπερ στρουθίον ἐκ τῆς χειρὸς ἡμῶν, οὕτως ἐξαίφνης πέτανται. Τοῦτο γνώσκων ὁ Σολομὼν, ἔλεγεν· *Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης.* Τοῦτο ἐννοῶν καὶ ὁ Δαβὶδ ἐβόα· *Ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος, καὶ μάτην ταράσσεται.*

Ὄντως γὰρ, ὄντως μάτην ταράττῃ, ἄνθρωπε· μάτην τρέχεις· μάτην κοπιᾷς ἀγωνιζόμενος, θορυβούμενος, χειμαζόμενος· συνάγων τὰ μετ' ὀλίγον ἀπολύμενα τοῦ βίου πράγματα· τὰ μηδέν σε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ὠφελῆσαι ἰσχύοντα. Κἂν γὰρ πάντας τοὺς θησαυροὺς ἐπισυνάξωμεν, γυμνοὶ τοῦ παρόντος βίου ἐξερχόμεθα, ὥσπερ καὶ εἰσήλθομεν. Γυμνοὶ ὄντες, ἐλεεινοὶ, σκυθρωποὶ, σκοτεινοὶ, συντετριμμένοι, πεφορτωμένοι, τετραχηλισμένοι, ἔμφοβοι, ἔντρομοι, κατηφεῖς, ὀδυνηροὶ, ἐμμέριμνοι, εἰς γῆν τὸ πρόσωπον ἔχοντες, ἀπολογίαν δὲ ἀγαθὴν μὴ εὑρεπίσαντες. Οὕτως οἱ ἁμαρτωλοὶ πορευόμεθα ἐν φροντίδι ζήσαντες, καὶ ἐν ὀδύναις θνήσκοντες. Οὕτως θαπτόμεθα, οὕτως ἀνιστάμεθα, καὶ οὕτως ἀπολογούμεθα, μᾶλλον δὲ οὕτως αἰσχυνόμεθα, εἰς ἐκεῖνο τὸ πικρὸν, εἰς ἐκεῖνο τὸ οἰκουμενικὸν, τὸ φοβερὸν καὶ τοῖς πολλοῖς σκοτεινόν· τὸ ἀπροσωπόληπτον, τὸ ἀδωροδόκητον, τὸ ἀνερμήνευτον δικαστήριον, καὶ κριτήριον, καὶ κολαστήριον· ὅπου ἄγγελοι τρέμουσιν, ὅπου θρόνοι τίθενται, ὅπου αἱ βίβλοι ἀνοίγονται, ὅπου ὁ ἀσβέστου τοῦ πυρὸς σκοτεινὸς ποταμός.

Ὥσπερ γὰρ μόλιβδος, ἢ πίσσα λελυμένη ὑπὸ πυρὸς, οὕτως καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο ἀφώτιστον τυγχάνει. Ὅπου ὁ ἀνήμερος σκώληξ, καὶ ἀκοίμητος· ὅπου τὸ ἀφώτιστον σκότος, ὅπου ὁ ὀδυνηρὸς τάρταρος ὁ μὴ μετέχων θέρμης, ὅπου ὁ ἀσίγητος κλαυθμὸς, ὅπου ὁ ἀτελεύτητος βρυγμὸς· ὅπου τὸ αἰώνιον δάκρυον, ὅπου οἱ ἀσίγητοι στεναγμοὶ, ὅπου τὸ ἀπαραμύθητον πάθος, ὅπου τῶν βασανιζομένων αἱ φωναὶ ἐλεεινὰι καὶ ὀδυνηραί· Φεῖσαι, φεῖσαι· ἄνες, ἄνες· ἐλέησον, ἐλέησον· σῶσον, σῶσον· δικαστὰ, δικαστά· ὅπου οὐκ ἔστι γέλως, ἀλλὰ θρῆνος· ὅπου οὐκ ἔστι χαρμονὴ, ἀλλὰ στεναγμός· ὅπου οὐκ ἔστιν εὐφροσύνη, ἀλλ' ὀδύνη· ὅπου οὐκ ἔστι τρυφὴ, ἀλλὰ κρίτης· ὅπου οὐκ ἔστι πλοῦτος, ἀλλὰ σκότος· ὅπου οὐκ ἔστι χορεύσαι, ἀλλὰ στενάξαι. Φοβερὸν τὸ ταῦτα ἀκοῦσαι, ἀλλὰ φοβερώτερον καὶ πικρότερον ἰδέσθαι· καὶ πάλιν θρηνητικώτερον καὶ ἀθλιώτερον τὸ ταῦτα παθεῖν.

Digitized by Google

Τί γάρ ἐστιν ἰδέσθαι πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐξαίφνης ἀνισταμένην, καὶ συναγομένην, καὶ κατακρινομένην, καὶ διδοῦσαν δίκας ὑπὲρ λόγων, ὑπὲρ ἔργων, ὑπὲρ λογισμῶν πονηρῶν; Ἡμεῖς δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ βαπτίσματος, ὑπὲρ τῆς τῶν μυστηρίων ἀναξίου μεταλήψεως, ὑπὲρ ἱερωσύνης, ὑπὲρ λειτουργίας ἠμελημένης, ὑπὲρ ὧν ἐν νυκτὶ, ὑπὲρ ὧν ἐν σκοτίᾳ τὸν Θεὸν παρωργίσαμεν. Μέγας φόβος, ἀδελφοὶ, τότε· μέγας τρόμος· μεγάλη ἡ ἡμέρα· μεγάλη ἡ ἀνάγκη ἡ τότε γινομένη, οἷα οὔτε γέγονεν, οὔτε γενήσεται ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅτε ἡ νὺξ καταλάβῃ, ὅτε ἡ φωνὴ γενήσεται· Ἰδοὺ ὁ Κριτής, ἁμαρτωλοί· δίκαιοι, ἀνάστητε εἰς τὴν ἀπάντησιν αὐτοῦ. Τότε οἱ ἄγγελοι προτρέχουσιν, αἱ σάλπιγγες βοῶσιν, τὰ ἄστρα πίπτουσιν, ὁ ἥλιος σκοτίζεται, οἱ οὐρανοὶ ὡς βιβλίον εἱλίσσονται, ἡ σελήνη ἀπόλλυται, τὰ ἄστρα ὡς φύλλα πίπτουσιν, τὰ ὄρη ὡς κηρὸς τακήσονται, αἱ πηγαὶ ξηρανθήσονται, πᾶσα ἡ γῆ κλονηθήσεται, αἱ ἄβυσσοι τρέμουσι, τὰ καταχθόνια σείονται, τὰ ἐπίγεια, τὰ οὐράνια. Τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω ἀνάγκης γέμουσιν. Αἱ Δυνάμεις τοῦ Βασιλέως προτρέχουσιν, τὰ Σεραφὶμ βοῶσι, τὰ ἑξαπτέρυγα σείονται, τὰ Χερουβὶμ εὐλαβοῦνται, τὰ μνήματα ἀνοίγονται, τὰ σώματα ἀνίστανται, αἱ ψυχαὶ ἀθροίζονται· αἱ κολάσεις ἕτοιμοι. αἱ ἀπολαύσεις [ἐκποδὼν] γεγόνασιν.

Μηδεὶς τῇ ἀναστάσει ἀπιστείτω· μηδεὶς τὰ λεγόμενα ἐξουθενείτω. Γενήσονται γὰρ ὄντως, καὶ ἀληθῶς γενήσονται. Ἀκούσωμεν τοῦ Κυρίου λέγοντος, ὅτι, *Καὶ αἱ Δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται*· καὶ πᾶσα ἡ γῆ οὐ ταραχθήσεται; Αἱ Δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, αἱ μηδέποτε ἁμαρτήσασαι, αἱ τὰς καρδίας ἡμῶν φωτίζουσαι, αἱ τὸν Θεὸν ἀεὶ ὑμνολογοῦσαι· καὶ πῶς ἄρα ἡμεῖς μέλλομεν τότε ὑφίστασθαι; Πολὺς ὁ φόβος, ἀδιήγητος ὁ τρόμος, ἀνεκμήνευτος ἡ ἀνάγκη, ἀμέτρητος ἡ αἰσχύνη τότε τοῖς κατ' ἐμὲ γινομένη, ὅταν αὐτῶν θριαμβεύωνται, ἐνώπιον τῶν οὐρανίων καὶ ἐπιγείων, ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, καὶ δημοσιεύονται αἱ πορνεῖαι, αἱ μοιχεῖαι, τὰ ψεύδη, αἱ ἐπιορκίαι, πῶς τότε αἰσχύνονται; πῶς τήκονται; Μέγας ὁ χειμὼν ἐκεῖνος τότε· μέγας ὁ κλύδων, χαλεπὴ ἡ περίστασις, ἀκατάληπτος ἡ ἀνάγκη, ὁ ὀλολυγμὸς ἀδιήγητος.

Βούλεσθε τὰ κατ' ἐκείνην τὴν φοβερὰν ἡμέραν ἀκριβεστέρως ἐξετάσωμεν; Συμφέρει γὰρ ἀληθῶς ταύτης καθ' ὥραν μνημονεύειν ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ. Τί οὖν φησιν ὁ Δανιήλ; *Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν· καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθισεν. Ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρός· οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον· ποταμὸς πυρὸς εἵλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Χίλιαι χιλιάδες παρειστήκασιν αὐτῷ, καὶ μυριαὶ μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ. Κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἀνεῴχθησαν. Ἐγὼ Δανιὴλ ἰδὼν, καὶ ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου, καὶ ἡ ὅρασις τῆς κεφαλῆς μου συνετάραξέν με.* Βαβαὶ! ὁ προφήτης ὅραμα μόνον τῆς κολάσεως ἰδὼν ἔφριξε· καὶ τί ἄρα ἡμεῖς μέλλομεν ὑπομένειν, ὅταν εἰς αὐτὰ τὰ πράγματα ἔλθωμεν, καὶ ἁμαρτημάτων μόνον πεφορτωμένοι;

Quantum enim est, ut repente creatura omnis excitari cernatur, in unum cogi, condemnari, ac pœnas dare, ob verba, opera, pravas cogitationes. Nos autem etiam baptismatis nomine, mysteriorum indignæ sumptionis, sacerdotii, neglectæ rei sacræ, eorum facinorum quibus in nocte, quibus faventibus tenebris ad iram Deum provocavimus. Magnus tunc, fratres, timor; magnus tremor; dies magna; magna, quæ tunc erit, necessitas: qualis neque fuit, neque erit usque ad diem illam, quando nox apprehendet; quando vox fiet: Ecce Judex, peccatores; justi, exsurgite in occursum ejus. Tunc præcurrent angeli, tubæ clangent, stellæ cadent, sol obtenebrescet, cœli velut liber convolventur, luna peribit, stellæ foliorum more decident; montes ut cera liquescent, fontes arescent, universa terra quatietur, abyssi trement; inferna, terrestria, cœlestia nutabunt: supera atque infera necessitate plena erunt. Virtutes Regi præcurrunt: Seraphim clamant, senis alis præditi concutiuntur, Cherubim formidant, monumenta aperiuntur, corpora resurgunt, animæ congregantur; expedita supplicia, voluptates cesserunt.

Nemo fidem resurrectioni abnuat: nemo quæ dicuntur nihili faciat, ac spernat. Fient enim, fient revera. Audiamus Dominum dicentem: *Virtutes cœlorum commovebuntur*: et omnis terra non turbabitur? Virtutes cœlorum commovebuntur, quæ nunquam peccaverunt, quæ illustrant corda nostra, quæ semper Deo cantica ac laudes depromunt; quonam igitur nunc modo nos consistemus? Ingens timor, inenarrabilis tremor, necessitas inexplicabilis, immensus tunc pudor illis qui mei similes exsistunt. Cum eorum coram angelis et hominibus traducentur ac publica notabuntur infamia, fornicationes, adulteria, mendacia, perjuria, quo tunc modo confundentur? quomodo contabescent? Magna tunc tempestas, ingens procella, gravis calamitas, cogitatu major necessitas, ejulatus inenarrabilis.

Vultis quæ ad formidabilem illum diem spectant diligentius exquiramus? Expedit enim revera ut omni hora, noctu diuque, illius meminerimus. Quid ergo ait Daniel? *Videbam in visione noctis, donec throni positi sunt: et Antiquus dierum sedit. Thronus ejus flamma ignis: rotæ ejus ignis flagrans: flumen ignis trahebat in conspectu ejus. Mille millia assistebant ei, et dena millia denum millium ministrabant ei. Judicium sedit, et libri aperti sunt. Ego Daniel vidi, et horruit spiritus meus: et visio capitis mei conturbavit me*[63]. Papæ! Propheta visa tantum supplicii specie horruit: ecquid nobis futurum est, cum in res ipsas tormentaque venerimus, astantes nudi, ac peccatorum solo onere gravati?

[63] Dan. vii, 9 seq.

Digitized by Google

Tunc blasphemorum igni torrendæ linguæ : tunc fornicatorum exurenda corpora; tunc conviciantium conterenda ora, nec erit qui misereatur. Tunc immisericordes immisericorditer puniendi. Tunc superfluo cultu gloriantium vultus fuligine inficiendi. Tunc impudice annuentium oculi obtenebrandi. Quis misereatur? Quis salutem præstet? Ubi tunc parentes? ubi fratres? ubi pater? ubi mater? ubi amicus? ubi regum magnificentia? Quid vero dico pater ac mater? Nec angeli ipsi, nec martyres, nec apostoli, tunc obsecrantes exaudientur.

Nemo, fratres, seipsum mente decipiat. Ubi enim Deus adversus hominem clauserit, quis jam aperiat? Ubi tunc optimates? Confusi sunt. Ubi judices? Judicio damnati sunt. Ubi tunc servi dure vapulantes? Ubi ancillæ hic a nobis laboribus oppressæ? Tunc ii in bonis erunt; horum autem domini in cruciamentis. Ubi superfluus cultus corporis? Ubi vestes exquisitis coloribus tinctæ? Ubi auri probatio? Ubi argenti sonus? Ubi unionum æstimatio? ubi ornatus manuum? Ubi deliciæ? Ubi diversa vina? Ubi equi? Ubi frena aurea? Ubi a latere currentes? Ubi turbam submoventes servi? Ubi superbæ ædes? Ubi in formidabili illa hora qui resurrectioni ac supplicio detrahunt fidem, velutque immortales sic se habent? Ubi qui thesauros aggerunt, nec fratrum miseratione tanguntur? Ubi vestes sericæ? Ubi byssus? Ubi pretiosa calceamenta? Ubi unguenta? Ubi vanæ infumationes, quarum sumptu juvenibus decor conciliatur? id vero cum quosdam videamus frusto panis egere, vinique ipsum odorem desiderare, nec illis misereamur.

Quid tunc juvabunt ambitioso nunc ornatu lecti splendidi? Ubi tunc qui pauperibus improperant, cosque aversantur? Quo tunc amandandi, qui constitutos in necessitatibus despiciunt? ubi sapientes ac oratores? ubi in tympanis et choris vinum bibentes? ubi, quæso, tunc, ac quomodo acturi luctum, qui continue risui indulgent? ubi qui religiosos homines subsannant? ubi qui nulla tanguntur cura dicuntque : *Edamus et bibamus; cras enim moriemur* [a]? Ubi Dei timoris contemptores, nihilque suam pro illo tribunali defensionem curantes, sed dicentes : Clementissimus Deus est, ac gratis nobis salutem concedet?

Heu, fratres, quomodo tunc deplorabunt, quia ea quæ dicta sunt, tum loquuntur, tum agunt? Quomodo tunc plangent, nec erit qui eorum misereatur? Quanta trahent suspiria, nec ullus in eos miseratione tangetur, aut malis eripiet? Quomodo se tunc deplangent, dicentes : Væ, væ, ipsi nobis illusimus? Vere ipsi nos decepimus. Plane erravimus errore gravissimo ac æterno. Docebamur, nec animum attendebamus. Admonebamur, ac spernebamus. Contestabantur nobis, nec fidem habebamus. Scripturas audientes, male exponebamus. Justum Dei judicium. Digne revera punimur.

[a] I Cor. xv, 32.

A Τότε τῶν βλασφήμων αἱ γλῶσσαι φλογίζονται· τότε τὰ τῶν πόρνων σώματα κατακαίονται. Τότε τῶν λοιδόρων τὰ στόματα συντρίζονται, καὶ οὐκ ἔστι ὁ ἐλεῶν. Τότε οἱ ἀσπλαγχνοι ἀνηλεῶς κολάζονται. Τότε καλλωπιζομένων τὰ πρόσωπα ἀσβολοῦνται. Τότε τῶν διανευόντων οἱ ὀφθαλμοὶ σκοτίζονται. Τίς ὁ ἐλεῶν; τίς ὁ σώζων; Ποῦ τότε γονεῖς; ποῦ ἀδελφοί; ποῦ πατήρ; ποῦ μήτηρ; ποῦ φίλος; ποῦ ἡ τῶν βασιλέων φαντασία; Καὶ τί λέγω πατὴρ καὶ μήτηρ; Οὐδὲ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ οἱ μάρτυρες, οὐδὲ ἀπόστολοι, τότε παρακαλοῦντες εἰσακούονται.

Μηδεὶς, ἀδελφοὶ, ἑαυτὸν φρεναπατάτω. Ὅπου γὰρ Θεὸς κλείσῃ κατὰ ἀνθρώπου, λοιπὸν τίς ἀνοίξει; Ποῦ τότε ἄρχοντες; Ἠσχύνθησαν. Ποῦ δικασταί; Κατεδικάσθησαν. Ποῦ τότε οἱ δοῦλοι οἱ μαστιζόμενοι B ἀφειδῶς; Ποῦ αἱ δουλίδες, αἱ καταπονούμεναι ὧδε ἐξ ἡμῶν; Τότε αὐτοὶ ἐν ἀγαθοῖς, οἱ δὲ τούτων δεσπόται ἐν θλίψεσι. Ποῦ ὁ καλλωπισμὸς τοῦ σώματος; Ποῦ αἱ χροιαὶ τῶν ἱματίων; Ποῦ ἡ τοῦ χρυσίου δοκιμασία; Ποῦ ὁ κτύπος τοῦ ἀργύρου; Ποῦ αἱ τῶν μαργαριτῶν τιμαί; Ποῦ ἡ κόσμησις τῶν χειρῶν; Ποῦ ἡ τρυφή; Ποῦ ὁ οἶνος ὁ διάφορος; Ποῦ οἱ ἵπποι; Ποῦ οἱ χρυσοῖ χαλινοί; Ποῦ οἱ παρατρέχοντες; Ποῦ οἱ παρασύροντες δοῦλοι; Ποῦ αἱ οἰκίαι κεκαλλωπισμέναι; Ποῦ ἐν τῇ φοβερᾷ ὥρᾳ ἐκείνῃ οἱ τῇ ἀναστάσει καὶ τῇ κολάσει μὴ πιστεύοντες, καὶ ὡς ἀθάνατοι διακείμενοι; Ποῦ οἱ θησαυρίζοντες, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς μὴ ἐλεοῦντες; Ποῦ τὰ σηρικά; Ποῦ τὰ βύσσινα; Ποῦ τὰ πολύτιμα ὑποδήματα; Ποῦ τὰ μύρα; Ποῦ τὰ καπνίσματα τὰ μάταια, τὰ εἰς τὸ κάλλος τῆς νεότητος ἀναλισκόμενα; C καὶ ταῦτα ὁρῶντές τινας κλάσματος ἄρτου δεομένους, καὶ ὀσφρήσεως οἴνου ἐπιθυμοῦντας, καὶ μὴ ἐλεήσαντες.

Τί σε τότε ὠφελήσουσιν αἱ νῦν κοσμούμεναι κλῖναι; Ποῦ τότε οἱ τοὺς πτωχοὺς ὀνειδίζοντες; καὶ ἀποστρεφόμενοι; Ποῦ τότε μέλλουσι παραπέμπεσθαι οἱ παραβλέποντες τοὺς ἐν ἀνάγκαις; Ποῦ οἱ σοφοὶ καὶ ῥήτορες; Ποῦ οἱ μετὰ τυμπάνων καὶ χορῶν τὸν οἶνον πίνοντες; Ποῦ ἄρα τότε, ἢ πῶς μέλλουσι θρηνεῖν, οἱ διηνεκῶς γελῶντες; Ποῦ οἱ τοὺς εὐλαβεῖς μυκτηρίζοντες; Ποῦ οἱ ἀμεριμνῶντες, καὶ λέγοντες· *Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν*; Ποῦ οἱ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ καταφρονοῦντες, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀπολογίας φροντίδα μὴ ποιούμενοι, ἀλλὰ λέγοντες· Φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ δῶρον ἐλεεῖ D ἡμᾶς;

Οἴμοι, ἀδελφοὶ, πῶς τότε μέλλουσιν ἀποδύρεσθαι, οἱ τὰ προειρημένα εἰπόντες, καὶ ποιήσαντες; Πῶς τότε κόψονται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐλεῶν αὐτούς; Πόσα στενάξουσιν, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ οἰκτείρων αὐτοὺς, οὐδὲ ὁ λυτρούμενος; Πῶς τότε ἑαυτοὺς κατακόπτοντες εἴπωσιν· Οὐαὶ, οὐαὶ, ἑαυτοὺς ἐχλευάσαμεν; Ἀληθῶς ἑαυτοὺς ἠπατήσαμεν. Ὄντως ἐπλανήθημεν πλάνην χαλεπὴν, καὶ αἰώνιον. Ἐδιδασκόμεθα, καὶ οὐ προσείχομεν. Ἐνουθετούμεθα, καὶ κατεφρονοῦμεν. Διεμαρτύροντο ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐπιστεύομεν. Τῶν Γραφῶν ἀκούοντες, ταύτας παρεξηγούμεθα. Δικαία ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ. Ὄντως ἀξίως κολαζόμεθα,

Digitized by Google

Ἀληθῶς πρεπόντως ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν.

Οὐαί, οὐαί, διὰ πρόσκαιρον τῆς σαρκὸς ἡδονὴν τὴν ρυπαρὰν, ἰδοὺ ἀθάνατα βασανιζόμεθα! Μικρὸν χρόνον μὴ σπουδάσαντες, οἱ τάλανες, ἑαυτοῖς τὴν σωτηρίαν ἀπεκλείσαμεν. Διὰ πρόσκαιρον δόξαν, τῆς ἀληθοῦς ὄντως δόξης ἐξεπέσαμεν. Διὰ σῶμα καὶ ἐκάθαρτον τρυφὴν, τῆς τοῦ παραδείσου τρυφῆς ἐστερήθημεν. Διὰ πλοῦτον μάταιον, τοῦ πλούτου τῆς βασιλείας ἀπετύχομεν. Ἐν τῷ ματαίῳ αἰῶνι ἡμεῖς ἀπελαύσαμεν· ἀλλ' ἐν τούτῳ, οἱ μὴ ἀπολαύσαντες, εὐφραίνονται. Νῦν οἱ νηστεύσαντες τρυφῶσιν. Νῦν οἱ ἁγνὸν καὶ ἄσπιλον καὶ ἀμόλυντον τὸ σῶμα φυλάξαντες, εἰς τὸν οὐράνιον νυμφῶνα χορεύοντες εἰσέρχονται. Νῦν οἱ κλαύσαντες ἀγάλλονται· οἱ καταφρονήσαντες τῶν ἐπιγείων ἀπολαμβάνουσι τὰ οὐράνια. Πάντες ἀγάλλονται, μόνοι δὲ ἡμεῖς οἱ ἄθλιοι, τῇ κολάσει ἀξίως κατεδικάσθημεν· καὶ νῦν κράζομεν, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐλεῶν· στενάζομεν, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ σώζων· βρύχομεν, καὶ οὐδεὶς ὁ ἐξαιρούμενος· κλαίομεν, καὶ οὐδεὶς ὁ παρακαλῶν.

Ἵνα οὖν καὶ ἡμεῖς μὴ μετ' ἐκείνων τῶν ἀφρόνων καὶ ἐλεεινῶν, τὰ τοιαῦτα ῥήματα ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μετανοοῦντες ἀνόνητα εἴπωμεν, δεῦτε, προφθάσωμεν τὸ ἑαυτῶν τέλος. Προλάβωμεν τὸν θάνατον, ἵνα μὴ προληφθῶμεν. Δράμωμεν πρὸς Χριστὸν ἐν ὅσῳ ἐν τῇ θύρᾳ καθέζεται τοὺς μετανοοῦντας δεχόμενος. Στενάξωμεν· μετανοήσωμεν· ἐξυπνισθῶμεν, δέομαι, ἐκ τοῦ ὕπνου τῶν ἀνομιῶν ἡμῶν. Ὑψώσωμεν τὰς χεῖρας ἡμῶν πρὸς τὸν σῶσαι δυνάμενον, καὶ εἴπωμεν· *Κύριε, σῶσον, ἀπολλύμεθα.* Μόνον σπεύσωμεν πρὶν ὁ ἥλιος δύσῃ· πρὶν ἡ θύρα ἀποκλεισθῇ· πρὸ τοῦ τὴν πανήγυριν λυθῆναι· πρὶν ἡ νὺξ τῆς ἀναστάσεως ἔλθῃ, καὶ οὐδεὶς ἐργάσασθαι δύναται.

Μὴ πλανηθῶμεν· οὐκ ἔστιν ἐν ᾅδῃ ἐξομολόγησις· οὐκ ἔστιν ἀνάκλησις· οὐκ ἔστι μετάνοια. Ταῦτα τῶν αἱρετικῶν τὰ δόγματα. Οὐχ ὁρῶμεν τοὺς καταδίκους, ὅτι ἐὰν δυνηθῶσιν ἐν φυλακῇ ὄντες, ἢ διὰ τῶν συγγενῶν, ἢ διὰ χρημάτων ἀφθόνων ἐξευμενίσασθαι, εὖ καὶ καλῶς· ἐπεί, ἐπὰν τὴν ἀπόφασιν δέξωνται, οὐκ ἔστι παράκλησις. Αἰδεσθῶμεν λοιπὸν, ἀδελφοὶ, πόσα τὸν Δεσπότην παροργίζομεν. Αὐτὸς εὐεργετεῖ, σκέπει, τρέφει, ζωοποιεῖ. Ἡμεῖς δὲ παροργίζομεν, παρακούομεν, παροξύνομεν αὐτόν. Ἕως πότε, ἀδελφοὶ, ἕως πότε αἱ ἡδοναί; ἕως πότε οὐ νήψωμεν; ἕως τίνος ῥαθυμῶμεν; Οἱ προφῆται νουθετοῦντες ἠτόνησαν· ἀπόστολοι παρακαλοῦντες ἀπέκαμον· εὐαγγελισταὶ λοιπὸν παρ' ἡμῖν ἐλήρησαν· ὁ Θεὸς παιδεύων ἠτόνησεν, ἵνα οὕτως εἴπω. Οὐ γὰρ βούλεται, οὐδὲ θέλει οὕτως παιδεῦσαι· οὐ φιλεῖ μαστίξαι, ἀλλ' ἐπιστρέψαι. Θεραπεύσωμεν λοιπὸν καὶ αὐτὸν, ἐπειδὴ τὸν διάβολον ἀεὶ θεραπεύομεν, καὶ τὰ θελήματα αὐτοῦ σπουδαίως ἐργαζόμεθα.

Ἐπιδείξωμεν λοιπὸν τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ μετάνοιαν μεμεριμνημένην, καὶ κρίσεως ἡμέραν μεμελετημένην, καὶ ἁμαρτίαν παρ' ἡμῖν μεμισημένην, καὶ γνώμην ἐνηλλαγμένην, καὶ καρδίαν συντετριμμένην. Ἀνακτι-

A Vere merito pro eorum quæ commisimus ratione recipimus.

Væ! væ! ob temporaneam, sordidam carnis libidinem, en æternum cruciamur! Quod brevi tempore operam miseri non navavimus, salutem nobis exclusimus. Ob temporaneam gloriam vera plane gloria excidimus. Ob corpus ac impuras voluptates, paradisi deliciis privati sumus. Ob vanas divitias, regni opes amisimus. In vano sæculo bona percepimus: at qui non perceperunt, in isto lætantur. Nunc qui jejunarunt, in deliciis sunt. Nunc qui castum ac sine macula impollutumque corpus servaverunt, in cœlestem thalamum choros agentes ingrediuntur. Nunc exsultant, hi qui luxerunt: qui contempserunt terrena, cœlestia recipiunt. Omnes B exsultant; soli nos miseri pro meritis tormento addicti sumus; nuncque clamamus, nec est qui misereatur; ingemiscimus, nec est qui salutem præstet; stridemus, nec est qui eripiat; lugemus, ac nemo consolatur.

Ne ergo nos quoque cum illis insipientibus ac miserabilibus verba ejusmodi in futuro sæculo inutili pœnitudine dicamus, venite, præveniamus nostrum finem. Occupemus mortem, ne ea occupemur. Curramus ad Christum, quandiu in porta sedet ut recipiat pœnitentes. Gemamus, pœnitentiam agamus: expergiscamur, quæso, ex somno iniquitatum nostrarum. Levemus manus ad eum C qui salutem præstare potest, atque dicamus: *Domine, salva nos, perimus*[48]. Tantum festinemus priusquam sol occidat; priusquam claudatur janua; antequam conventus ac nundinæ solvantur: antequam veniat resurrectionis nox, ac cunctis operandi facultas auferatur.

Nolimus errare: non est in inferno confessio, non est revocatio, non est pœnitentia. Hæreticorum hæc placita. Nonne reos videmus, quandiu quidem in carcere tenentur, si suorum ambitiosis precibus, aut pecuniarum effusa largitione placare judicem possint; bene id, ac recte: nam ubi sententiam exceperint, nihil amplius remedii est. Jam nos, fratres, pudeat, quantis Dominum ad iram provo- D camus. Ille beneficiis demeretur, tegit, alit, vitam præbet; nos vero ad iram provocamus, immorigeri sumus, exacerbamus. Quandiu, fratres, quandiu voluptates? Quandiu non sapiemus? Quandiu segnes erimus? Prophetæ admonentes elanguerunt, apostoli hortantes lassati sunt, divini jam præcones apud nos tanquam nugas loquentes audiuntur. Deus castigando fatiscit, ut sic loquar. Non enim verberare placet, sed ut convertamur. Jam, quæso, illi etiam obsequamur: quippe qui diabolo semper obsequimur, ac quæ illi allubent diligenter præstamus.

Exhibeamus jam clementissimo Do ino sollicitæ mentis pœnitentiam, extremi judicii seriam cogitationem, peccati odium, animi immutationem, cor contritum. Innovemur iterum pœnitentia, quippe

[48] Matth. VIII, 25.

Digitized by Google

cum peccato in vetustum abierimus. Immutemus vitam, ut Deum placabilem reddamus. Quonam autem modo istud fiet, dicturus accedo :

Scrutetur unusquisque conscientiam; onus suum, ac mala plangat. Qui furabatur, ingruentem Dei iram, ac futurum supplicium cogitans, furari desinat. Fornicator pœnitentiam agat, ac cum Deo paciscatur fore ut a fœtore ejusmodi se abstineat. Quanquam vero iterum cadat, resurgat iterum, pugnamque instauret adversus diabolum, nec ad mortem usque illi cedat. Mendax, non amplius priorem morem retineat, cogitans quod dictum est: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium* [46]. Homicida pœnitentiam agat: *Virum* enim *sanguinum et dolosum abominabitur Dominus* [47]. Ebriosus cogitet captivorum esuriem, ac quod ex vino nascitur damnum, seque ipse emendet. Adulter non desperet, sed peccatum deplangat, ac veniam consequetur.

Heri proximum conviciis petebamus; hodie faustis eum votis prosequamur. Heri detrahebamus, finem hodie detrahendi faciamus. Heri injurii eramus, eo nomine hodie pœniteamus. Heri injuriarum memores rancorem alebamus, hodie ignoscamus. Heri thesauros cumulabamus, hodie dispergamus. Heri superbi tumebamus, hodie modeste sapiamus. Heri injusto fœnore quæstum faciebamus, hodie res nostras in pauperes erogemus. Ne, rogo, quod sumus, perseveremus, ne et minæ in nos maneant. Quod sumus immutemur, ut cesset ira.

Ne dicas : Peccator sum, sceleratus, homicida, veneficus, latro, neque me suscipiet. Nihil tale, homo, loquaris. Quid enim ? Num Deus propter justos venit ? Minime, sed propter nos luxuriosos, improbos, blasphemos, immundos, pigros, fornicatores, mendaces. Nostri causa e cœlo descendit; nostri gratia in utero habitavit, sputis oblitus est, virgis cæsus, cruci affixus. Quapropter resipiscamus, nosque adeo horum omnium nomine confessionem, ac cordis conversionem illi offeramus, ne forte nobis inter judicandum exprobret, dicens : O peccatores, ac miseri, quamobrem me sprevistis ? Nonne vestram in gratiam homo factus sum ? Nonne dicebam, quia, *Non veni vocare justos, sed peccatores* [48] ? Quare non estis conversi ? Quid mei causa sustinuistis ? Quid mihi, ut vos recipiam, affertis ?

Quid ergo, fratres, tunc habituri sumus ? jejunium; vigilias; martyrium; castitatem; modestiam; animum nihil rancoris habentem; misericordiam; dilectionem; longanimitatem ? Revera his omnibus destituti sumus, nec horum aliqua egimus, ut illi offeramus. Verum quid nobis comes abeuntibus exsistat, vultis dicam ? Ne verbis molestus sim : nam veritatem loquar. Videre est apud nos hic esse, hincque nos comitantia, ac quæ tunc traducantur, injuriarum labes, invidentias, tumul-

[46] Psal. v, 7. [47] ibid. [48] Matth. ix, 13.

A νισθῶμεν πάλιν διὰ μετανοίας, ἐπειδὴ ἐπαλαιώθημεν διὰ ἁμαρτίας. Ἐναλλάξωμεν τὸν βίον, ἵνα καταλλάξωμεν τὸ θεῖον. Πῶς δὲ τοῦτο ἵνα γένηται, ἐγὼ λέγω·

Ἐρευνησάτω ἕκαστος τὸ ἑαυτοῦ συνειδός· τὸ ἑαυτοῦ φορτίον, καὶ τὰ ἑαυτοῦ κακὰ κοπτέτω. Ὁ κλέπτης ἐννοῶν τὴν ἐπικειμένην ἀπειλήν, καὶ τὴν μέλλουσαν κόλασιν, παυσάσθω τοῦ κλέπτειν· ὁ πόρνος κατανοείτω, καὶ στησάτω πρὸς Θεὸν συνθήκας, ὅπως τῆς τοιαύτης δυσωδίας παύεται. Κἂν δὲ πάλιν πέσῃ, πάλιν ἀναστήτω, καὶ τῷ διαβόλῳ πολεμείτω· καὶ ἕως θανάτου τούτῳ μὴ συγχωρείτω. Ὁ ψεύστης, μηκέτι τῇ προτέρᾳ συνηθείᾳ ἐμμενέτω, ἐννοῶν τοῦ λέγοντος· *Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος.* Ὁ φονεύτας, μετανοείτω· *Ἄνδρα γὰρ αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος.* Ὁ μέθυσος, B ἐννοείτω τὴν τῶν αἰχμαλώτων πεῖναν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ οἴνου τικτομένην βλάβην, καὶ ἑαυτὸν σωφρονιζέτω. Ὁ μοιχεύτας, μὴ ἑαυτὸν ἀπογινωσκέτω, ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν περικοπτέτω, καὶ τεύξεται συγγνώμης.

Χθὲς ἐλοιδοροῦμεν τὸν πλήσιον· σήμερον αὐτὸν εὐλογήσωμεν. Χθὲς κατελαλήσαμεν· σήμερον παυσώμεθα. Χθὲς ἐνυβρίσαμεν· σήμερον [αὐτῷ] μετανοήσωμεν. Χθὲς ἐμνησικακήσαμεν· σήμερον συγχωρήσωμεν. Χθὲς ἐθησαυρίσαμεν· σήμερον σκορπίσωμεν. Χθὲς ὑπερηφανευόμεθα· σήμερον ταπεινοφρονήσωμεν. Χθὲς ἀδίκως ἐτοκίζομεν· σήμερον καὶ τὰ ἑαυτῶν μεταδώσωμεν πένησιν. Μὴ μείνωμεν ὅπερ ἐσμέν, δυσωπῶ, ἵνα μὴ καὶ ἡ ἀπειλὴ μείνῃ ἐφ' ἡμᾶς. Ὅπερ ἐστὶν ἐναλλάξωμεν, καὶ ἡ ὀργὴ πέπαυται.

C Μὴ εἴπῃς, Ἁμαρτωλός εἰμι, παράνομος, φονεύς, φαρμακός, λῃστής, καὶ οὐ προσδέχεταί με. Μηδὲν τοιοῦτον εἴπῃς, ἄνθρωπε. Τί γάρ; Διὰ δικαίους ὁ Θεὸς ἦλθεν; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ δι' ἡμᾶς τοὺς ἀσώτους, τοὺς ἀνόμους, τοὺς βλασφήμους, τοὺς ἀκαθάρτους, τοὺς ῥαθύμους, τοὺς πόρνους, τοὺς ψεύστας· δι' ἡμᾶς ἐξ οὐρανοῦ κατῆλθεν· δι' ἡμᾶς ἐν μήτρᾳ ᾤκησεν· δι' ἡμᾶς ἀνεπτύσθη· δι' ἡμᾶς ἐραπίσθη· δι' ἡμᾶς ἐσταυρώθη. Διὸ νήψωμεν, καὶ προσενέγκωμεν αὐτῷ καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ τούτων ἁπάντων, ἐξομολόγησιν καὶ ἐπιστροφὴν καρδίας, μήπως ὀνειδίσῃ ἡμᾶς ἐν καιρῷ κρίσεως, λέγων· Ὦ ἁμαρτωλοὶ καὶ ταλαίπωροι, διὰ τί μου κατεφρονήσατε; Οὐ δι' ὑμᾶς ἐνηνθρώπησα; Οὐκ εἶπον ὅτι, *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ* D *ἁμαρτωλούς*; Διὰ τί οὐκ ἐπεστρέψατε; Τί ὑπὲρ ἐμοῦ ὑπεμείνατε; Τί μοι προσφέρετε, ἵνα ὑμᾶς δέξωμαι;

Τί οὖν μέλλομεν ἔχειν τότε, ἀδελφοί; νηστείαν; ἀγρυπνίαν; μαρτυρίαν; σωφροσύνην; ταπείνωσιν; ἀμνησικακίαν; ἐλεημοσύνην; ἀγάπην; μακροθυμίαν; Οὐδὲν τοιοῦτον ἔχομεν ἀληθῶς, οὐδὲ ἐπράξαμεν ἵνα αὐτῷ προσενέγκωμεν. Ἀλλὰ τί ἄρα μεθ' ἡμῶν ἀπέρχεται, βούλεσθε εἴπω; μὴ λυπήσω λέγων· ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ. Ἔστιν ἰδεῖν παρ' ἡμῶν ἐνταῦθα ὄντα, καὶ ἐν ἡμῖν ἀπερχόμενα, καὶ τότε θριαμβευόμενα, ἀδικίας, μισαδελφίας, φθόνους, ἀκαταστασίας, πορνείας, μέθας, φιλαργυρίας, ἐπιορκίας, καταλαλιάς, λοιδο-

Digitized by Google

ρίας, διαβολὰς, ψευδομαρτυρίας, αἱρέσεις, διχοστασίας. Ταῦτα ἡμῶν τὰ κακὰ ἐφόδια. Λύτη ἡμῶν ἡ σιδηρᾶ ἄλυσις. Διὸ πονήσωμεν, παρακαλῶ, ὧδε μικρὸν, ἵνα μὴ κολασθῶμεν ἐκεῖ πολύ· ἀγωνισώμεθα πρὸς καιρὸν, ἵνα μὴ βασανισθῶμεν αἰωνίως. Ὁ χρόνος μικρὸς, ἡ δὲ κρίσις μακρά. Τὸ τέλος ἐγγὺς, καὶ ὁ φόβος πολὺς, καὶ ὁ λύων οὐδείς, καὶ ὁ σπεύδων νικᾷ. A

Οὐαὶ τῷ ῥᾳθυμοῦντι, ζητεῖ γὰρ τὸν καιρὸν ὃν κακῶς ἐδαπάνησεν. Οὐαὶ τῷ ἀμελοῦντι, ὅτι ζητήσει σταγόνα ὕδατος ἐν τῷ πυρί. Οὐαὶ τῷ ἀπιστοῦντι τῇ κρίσει, ὅτι διὰ τῶν ἔργων καὶ τῶν βασάνων πεισθήσεται. Οὐαὶ τῷ μὴ μετανοοῦντι, ὅτι πρὸς αὐστηρὸν κριτὴν πορεύεται. Οὐαὶ τῷ μὴ τρέχοντι, ὅτι ἐν ἐρημίαις αὐλισθήσεται. Οὐαὶ τῷ ἀπελπίζοντι, ὅτι πρὸς B ἀποτόμους ἀγγέλους παραδίδοται. Χρυσὸν μὲν γὰρ ὁ ἀπόλλων, ἄλλον εὑρήσει· χρόνον δὲ ὁ ἀπόλλων, οὐχ εὑρήσει ἕτερον πρὸς μετάνοιαν.

Μὴ φεισώμεθα σώματος, καὶ ψυχὴν ἀπολέσωμεν, ἀλλὰ κατατρίψωμεν αὐτό· ἐπειδὴ, *Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, οἱ πεινῶντες, οἱ διψῶντες, οἱ πονοῦντες*, ὅτι μέλλουσιν αἰωνίων κόπων καὶ κολάσεων ἀπαλλάττεσθαι. Τὸ σῶμα, πηλός ἐστιν· καὶ ἐλεύσεται ὥρα, καὶ ἡμέρα φοβερὰ καὶ ἀπαραίτητος, καὶ εἰς γῆν ἡ γῆ πορεύεται· καὶ ἡ κόνις πάλιν κόνις γίνεται.

Νήψωμεν, δυσωπῶ· ὀδοιπορήσωμεν, ὀξυποδήσωμεν· ἐλεύσεται ὄντως ὥρα ἐσχάτη, ἐλεύσεται πάντως· μὴ ἑαυτοὺς ἀπατήσωμεν. Ἔστω καὶ τρυφῶμεν· ἔστω καὶ πλουτῶμεν πεντήκοντα, ἢ καὶ ἑκατὸν ἔτη. C Εἶτα, καὶ μετὰ τοῦτο, τί; Νόσος. Καὶ ἐκ ταύτης, τί; Ἀδυναμία. Καὶ ἐκ ταύτης, τί; Ἡ φρικτὴ ἐκείνη ὥρα, ἡ παρὰ πάντων προσδοκωμένη καὶ φριττομένη καὶ ἀμελουμένη. Μέγας, ἀδελφοί μου, ὁ φόβος τότε γίνεται. Μέγα ἰδέσθαι ψυχὴν ὑπὸ ἀγγέλων χωριζομένην τοῦ σώματος κενήν· ὑπὸ δαιμόνων λογοθετουμένην. Μεγάλη ἡ ὥρα τῆς ἀνάγκης καὶ τοῦ χωρισμοῦ ἐκείνου, ὅταν οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν ἀλλοιωθήσονται· ὅταν ἡ φωνὴ ὑπὸ τῆς συνοχῆς κρατηθήσεται· ὅταν ἡ γλῶσσα τὸν λόγον οὐ δίδωσιν. Εἶτα στρέφομεν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὧδε συχνά· τὸ πνεῦμα ταράττεται· ἱλιγγιᾷ ἡ ψυχή· συστρέφει τὸν νοῦν τῇδε κἀκεῖσε· ζητεῖ τὸν ῥυόμενον· τάχα δὲ καὶ τῶν παρεστώτων δέεται· ἴσως δὲ καὶ τῆς κλίνης φεύγειν δοκιμάζομεν. D Τοὺς παρεστῶτας ἡμῖν φίλους, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ γονεῖς, οὐ γνωρίζομεν· τάχα δὲ γνωρίζοντες, λαλῆσαι αὐτοῖς οὐκ ἰσχύομεν.

Τῶν θρηνούντων ἡμᾶς ἀκούομεν καὶ τούτους παραμυθήσασθαι οὐ δυνάμεθα. Τὰ τέκνα ὀδυνώμενα καὶ δακρύοντα βλέπομεν, καὶ τὸν πόνον τῆς ὀρφανίας αὐτῶν ἔχοντες, πορευόμεθα. Καὶ τί λέγω τέκνα; Ἐμοὶ δοκεῖ ὅτι ἐκείνης τῆς ὥρας καταλαβούσης, οὐδεὶς μεριμνᾷ, οὐ τέκνων, οὐ φίλων, οὐκ ἀδελφῶν, οὐ γυναικός· οὐδὲ ἄλλη φροντίς τις καὶ λύπη συνέχει αὐτὸν, εἰ μὴ ἡ τῶν ἑαυτοῦ παραπτωμάτων, καὶ πῶς ἀπαντήσει τῷ κριτῇ, καὶ τί ἀπολογήσεται· καὶ ποίᾳ

tus, fornicationes, temulentias, avaritias, perjuria, detractationes, convicia, calumnias, falsa testimonia, hæreses, dissidia. Hæc nostri mali commeatus: hæc ferrea nostra catena. Idcirco laboremus hic, rogo, tantisper, ne diu illic pœnas demus. Ad tempus decertemus, ne cruciatu æterno torqueamur. Tempus breve est, longum judicium finis instat; ingens timor, qui decutiat nemo est, vincet, qui festinat.

Væ pigro, quæret enim tempus quod male insumpsit. Væ negligenti, quia guttam aquæ in flammis requiret. Væ fidem judicio detrahenti, nam per res ipsas ac cruciamenta illi fides fiet. Væ non agenti pœnitentiam, quia ad austerum judicem vadit. Væ remisso ad cursum, quia in desertis manebit. Væ diffidenti, quia ad duros immitesque angelos transibit. Nam qui auri jacturam facit, aliud recuperabit; qui vero amiserit tempus, aliud nullum ad pœnitentiam deinceps obtinebit.

Ne parcamus corpori, ac animam perdamus; quin illud maceremus, siquidem: *Beati qui lugent, qui esuriunt, sitiunt, laborant* [49], quod æternis laboribus ac cruciatibus liberandi sunt. Corpus lutum est: venietque hora, ac tremenda dies, quamque nemo effugiat, cum terra in terram revertetur, ac cinis iterum cinis fiet.

Vigilemus, rogo: iter contendamus, acceleremus. Veniet revera suprema dies. Veniet omnino, ne nos seducamus. Esto etiam deliciis fruamur; esto et divites simus, annos quinquaginta, seu etiam centum. Tum eoque expleto tempore, quidnam? Ægritudo. Ex ea vero, quid? Virium defectio. Ex ea item, quid? Tremenda illa hora, omnibus exspectata, horrorem faciens, ac neglecta. Magnus, fratres mei, tunc timor ingruet. Magnum animam videre, quam angeli corpore extrudant vacuam; dæmones ad rationes deposcant. Magna hora necessitatis, ac divortii illius, cum immutabuntur oculi; cum ex imbecillitate vox impedietur, cum lingua negabit sermonem. Tumque crebro huc illuc, torquet, quærit qui liberet: forte autem etiam astantes rogat: forsitan etiam lecto enitimur fugere. Astantes nobis amicos, fratres, parentes, non cognoscimus, forte autem alloqui non possumus.

Lugentes nos audimus, nec hos consolari valemus. Dolentes filios ac flentes cernimus; eoque nomine ægre habentes, quod pupillos illos relinquamus, discedimus. Ecquid dico filios? Existimo ea apprehendente hora, neminem sollicitum esse filiorum, amicorum, fratrum, uxoris; aliamve curam ullam, ac tristitiam decedentem incessere, quam suorum delictorum, ac quonam modo sit occursurus judici, quidve responsurus: qua hora

[49] Matth. 5, 5 seqq.

Digitized by Google

egressura sit adversus eum sententia, ac quis ipsum sit locus susceptorus. Num tenebræ exteriores? Num spes ulla misericordiæ tum superet, repente cogitat, astantque duri ac immites angeli ab animarum Domino missi.

Tum nos eos videntes, qui imparati simus, quomodo turbandi sumus? nos ipsos discerpturi? fugam quæsituri? conaturi quidem, at incassum. Tunc miserabilibus in eos intentis luminibus, vultu mœsto, obsecrantes, supplices, in genua provolvi nitentes, dicemus : Miseremini nostri, benignissimi angeli. Ne me fructu omni destitutum, immundumque ad judicem trahite. Ne omni me bono opere nudum corpore extrudite. Miseremini, Domini clementiam imitati. Sinite breve tempus pœnitentiæ dare, gemere, eleemosynas facere. Rogo, miser; exoramini, obsecro. Quæso, vota suscipite, eo quod male vitam, ac annos insumpserim.

Hæc a nobis tum audientes angeli, ad nos dicent : Misera anima, ubinam totos dies tuos eras? Ut quid negligentius egisti? Quomodo jam pœnitentiam quæris? Sol tuus deinceps occidit. Tempus tuum peractum est : venit hora cum infructuosa exscindenda es. Deus jussit; quis poculum a te avertere poterit? O misera probro suffusa, egredere; dolens mœrensque, separare. Veni, igni addiscentem sententiam, pro tua immodestia, pro eorum ratione quæ commisisti, excipe. Nulla deinceps tibi spes reliqua. Non est salus, non est pœnitentia, non est revocatio, non est misericordia, non sunt miserationes : deest consolatio, non est exspectatio, clementia deficit : nulla tibi residua benignitas : nulla cruciandæ misericordia superat, sed æterna pœna.

Qui hæc audiamus, ac vera credamus esse, non fabulas, contendamus, ut ante illam horam parati exsistamus. Consuetudine inolitum est, ais, non possum pœnitentiam agere. Nonne vides lactentes pueros, qua paulatim ratione inhibeamus? Nolimus nos ipsos decipere, fratres. Judicium est, æterna cruciatio, ignis inexstinguibilis, vermis qui non dormit, tartarus, ejulatus, quemadmodum in Evangeliis monuit, nec quidquam mentitur, absit : *Cœlum* enim, inquit, *et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt* [68]. Hæc ejus, fratres, formidolosa verba, tremendamque illam horam, quam diximus, jugi memoria teneamus; vespere, mane, meridie; in foro, in ecclesia, in conventu, in lecto, in balneo; in mensa cumprimis laudantes, ne supra modum deliciis indulgeamus. Nunquam ejus nos oblivio capiat. Ait enim divina Scriptura : *Memorare novissima tua, et in æternum non peccabis* [69].

Utique vero tantisper ego Sapientis verbum immutans, dicam : Memento, o homo, fratrum nostrorum qui in captivitate degunt, et in æternum

A ὥρα ἡ ἀπόφασις κατ' αὐτοῦ ἐξέρχεται, καὶ ποῦ ἄρα δέξεται; Ἆρα τὸ ἐξώτερον σκότος; Ἆρα ἔστιν ἡμῖν ἐλπὶς ἐλέους; εἶτα ἐννοεῖ ἐξαίφνης, καὶ ἐφίστανται ἄγγελοι ἀπότομοι παρὰ τοῦ Δεσπότου τῶν ψυχῶν ἀπεσταλμένοι.

Τότε τούτους ἡμεῖς θεωροῦντες ἀνευτρέπιστοι ὄντες, πῶς ἄρα, πῶς μέλλομεν ταράττεσθαι, σπαράσσειν καὶ φεύγειν; δοκιμάζειν μὲν, μὴ δύνασθαι δέ. Τότε ἀτενίζομεν πρὸς αὐτοὺς ἐλεεινοῖς ὀφθαλμοῖς, στυγνῷ προσώπῳ· παρακαλοῦντες, ἱκετεύοντες, γονυπετεῖν δοκιμάζοντες, λέγομεν· Ἐλεήσατε ἡμᾶς, φιλάνθρωποι ἄγγελοι. Μή με ἄκαρπον καὶ ἀκάθαρτον πρὸς τὸν κριτὴν ἀπενέγκητε. Μή με γυμνὸν πάσης ἀγαθοεργίας τοῦ σώματος χωρίσητε. Ἐλεήσατε, μιμούμενοι Δεσπότου φιλανθρωπίαν. Ἐάσατε ὀλίγον χρόνον μετανοῆσαι, στενάξαι, ἐλεημοσύνας ποιῆσαι. Δυσωπῶ, ἀτάλας, δυσωπήθητε, παρακαλῶ. Παρακλήθητε, δέομαι, διότι κακῶς τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐδαπάνησα καὶ ἀνήλωσα.

Ταῦτα παρ' ἡμῶν τότε ἀκούοντες οἱ ἄγγελοι, λέγουσι πρὸς ἡμᾶς· Ὦ ἀθλία ψυχή, πάσας σου τὰς ἡμέρας ποῦ ἦς; Διὰ τί ἠμέλησας; Πῶς ἄρτι μετανοῆσαι θέλεις; Σοῦ λοιπὸν ὁ ἥλιος ἔδυσεν. Σοῦ ὁ χρόνος τετέλεσται. Σοῦ τῆς ἀκάρπου ἡ ἐκτομὴ ἔφθασεν. Ὁ Θεὸς ἐκέλευσεν· τίς τὸ ποτήριον ἀποστρέψαι σου δύναται; Ὦ τάλαινα, ἔξελθε μετὰ αἰσχύνης· χωρίζου μετ' ὀδύνης. Δεῦρο, καταδικάζου ἐν πυρὶ αἰωνίῳ, κατὰ τὴν ἀταξίαν σου, καὶ κατὰ τὰς πράξεις σου. Οὐδεμία σου λοιπὸν ἐλπίς. Οὐκ ἔστι σωτηρία· οὐκ ἔστι μετάνοια· οὐκ ἔστιν ἀνάκλησις· οὐκ ἔστιν ἔλεος· οὐκ εἰσὶν οἰκτιρμοί· οὐκ ἔχεις παραμυθίαν· οὐκ ἔστιν ἀναμονή· οὐκ ἔχεις φιλανθρωπίαν· οὐκ ἔστι σοι λοιπὸν φιλανθρωπία· οὐκ ἔστι σοι λοιπὸν εὐσπλαγχνία κολαζομένῃ, ἀλλὰ αἰώνιος τιμωρία.

Ταῦτα ἀκούσαντες, καὶ πιστεύοντες ἀληθῆ εἶναι, καὶ οὐ μύθους, ἀγωνισώμεθα, πρὸ τῆς ὥρας ἐκείνης εἶναι ἕτοιμοι. Συνήθικα, καὶ οὐ δύναμαι μετανοῆσαι. Οὐχ ὁρᾷς τὰ νήπια τὰ θηλάζειν συνηθίσαντα, πῶς κατὰ μικρὸν ἀνακόπτομεν; μὴ πλανηθῶμεν, ἀδελφοί. Κρίσις ἐστίν· κόλασις αἰωνία, καὶ πῦρ ἄσβεστον, καὶ σκώληξ ἀκοίμητος, καὶ τάρταρος, καὶ βρυγμὸς, καὶ κλαυθμὸς, ὡς ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἐμνημόνευσεν· καὶ οὐ ψεύδεται, μὴ γένοιτο. Ὁ γὰρ οὐρανὸς, φησὶν, *καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν.* Τούτων αὐτῶν, ἀδελφοὶ, τῶν φοβερῶν λόγων, καὶ τῆς φρικτῆς ὥρας ἐκείνης τῆς προειρημένης διὰ παντὸς μνημονεύσωμεν· ἐν ἑσπέρᾳ, καὶ πρωΐ, καὶ μεσημβρίᾳ· ἐν ἀγορᾷ, ἐν ἐκκλησίᾳ, ἐν πανηγύρει, ἐν κλίνῃ, ἐν βαλανείῳ, ἐν τραπέζῃ δοξάζοντες μάλιστα, ἵνα μὴ ὑπὲρ μέτρον τρυφήσωμεν. Μηδέποτε ταύτης ἐπιλαθώμεθα· φησὶ γὰρ ἡ θεία Γραφὴ, Ὑπομιμνήσκου τὰ ἔσχατά σου, *καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἁμαρτήσῃς.*

Τάχα δὲ μικρὸν ἐγὼ τοῦ Σοφοῦ τὸν λόγον ἐναλλάττων, λέγω· Ὑπομιμνήσκου, ὦ ἄνθρωπε, τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ εἰς αἰῶνα οὐ μὴ ἁμάρ-

[68] Matth. XXIV, 35. [69] Eccli. VII, 40.

Digitized by Google

τῆς· καὶ δυσωπῶ, μὴ αὐτῶν ὡς ἀσπλαγχνοι ἐπιλαθώμεθα· ἀλλ' ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ μνημονεύσωμεν· ὥσπερ τὴν μνήμην τοῦ θανάτου, οὕτως καὶ τὴν ἐκείνων ἐν αὐτοῖς περιφέροντες. Ἐὰν ἐν εὐκτηρίοις διάγωμεν, ἐκεῖ αὐτῶν μάλιστα μετὰ δακρύων μνημονεύσωμεν. Κἂν πάλιν ἐν τραπέζῃ ἀνακείμενοι ὑπάρχωμεν, καὶ ἐν αὐτῇ τὴν αἰχμαλωσίαν μνημονεύσωμεν, λέγοντες· Πῶς οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν ἄρτι τῷ λιμῷ δαμάζονται, ἡμεῖς δὲ ἐσθίομεν καὶ εὐφραινόμεθα; Κἂν ἐν τῇ κλίνῃ καθεύδοντες σὺν τῇ συμβίῳ ἐσώμεθα, ἐκείνων τὴν ἔννοιαν ἀναλάβωμεν ἐκπληττόμενοι, καὶ λέγοντες· Πῶς οἱ εὐγενέστεροι ἡμῶν σὺν τοῖς θηρίοις ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ ἐν ἐρήμοις ἐπὶ τοῦ ἐδάφους καθεύδουσιν;

Οὐκ αἰσχυνόμεθα, ἀδελφοί, οὐδὲ τὴν μέλλουσαν κρίσιν φρίττομεν· ὅτι περ ἡμεῖς σηρικὰ καὶ βύσσινα ἐνδεδυμένοι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐρχόμεθα, τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν πρὸ τῶν πυλῶν τῆς ἐκκλησίας γυμνοὺς καὶ ἐρριμμένους καὶ ταλαιπώρους παραβλέποντες; Ἀκουέτωσαν αἱ κοσμούμεναι καὶ καλλωπιζόμεναι, καὶ παυσάσθωσαν.

Τί ποιεῖς ὦ γύναι, τῷ καιρῷ οὐ πρέποντα πράγματα; Ἆρά σε οὐ μαστίζει χαλεπῶς τὸ συνειδὸς, ὅτι περ ἐν τοιαύτῃ ἀπειλῇ χρυσῷ καὶ μαργαρίταις κατακοσμῆσαι σου τὸν τράχηλον, τὰς χεῖρας, τοὺς πόδας, τὴν ζώνην, βλέπουσα τοὺς σοὺς ἀδελφοὺς, ἴσως δὲ καὶ εὐγενεστέρους, σιδήροις, καὶ κλοιοῖς, καὶ ξύλοις πεπεδημένους, καὶ πεφορτωμένους, καὶ καταβαρουμένους; Οὐκ αἰδούμεθα; Οὐ συστελλόμεθα τῶν τοιούτων πραγμάτων;

Ἀλλὰ τί εὐθέως τῶν τοιούτων ἀφρόνων τὰ ῥήματα; Διὰ τοῦτο, φησὶν, δέδωκέν μοι ὁ Θεὸς ἵνα αὐτῶν ἀπολαύσω, καὶ ἐν αὐτοῖς εὐφραίνωμαι. Πεπλάνησαι, ἄνθρωπε. Ἐλυτρώσατό σε Χριστός· πλοῦτόν σοι δέδωκεν, ἵνα τοὺς σοὺς ἀδελφοὺς λυτρώσῃς· ἵνα αὐτοῖς συμπαθήσῃς, καὶ διὰ τῆς συμπαθείας, ἑαυτὸν ὄντως σώσῃς. Ἔκδυσαι συντόμως τὰ περιττὰ καὶ ἀνόνητα· μᾶλλον δὲ τὰ βλαβερὰ καὶ ὀλέθρια. Πείνασον ὀξέως. *Διάθρυψον πεινῶσι τὸν ἄρτον*. Σῶσον κηδεύοντας. Ἂν γυμνὸν ἴδῃς, τοῦτον ἔνδυσον, ἐννοῶν ὅτι γυμνὸς πρὸς τὸν κριτὴν ἀπελεύσῃ. Ἐὰν ξένον θεάσῃ, ὑπόδεξαι δι' αὐτοῦ Χριστὸν, τὸν διὰ σὲ ἐπὶ γῆς ξενιτεύσαντα. Ἂν χρεωφειλέτην λάβῃς ἀπορήσαντα, γονυπετοῦντα, δυσωποῦντα, ἄφεσιν παρακαλοῦντα, κατανύγηθι· πᾶσαν ὀφειλὴν εὔλογον, ἢ ἄλογον διάῤῥηξον. Ἂν ἀσθενοῦντα ὄψει, ὀξέως περιποίησαι· τὴν σὴν ὑγείαν αἰδέσθητι. Ἂν αἰχμάλωτον θεάσῃ δακρύοντα, προσπίπτοντα, ταλαιπωροῦντα, χειμαζόμενον, τόπον ἐκ τόπου πρὸς εὐποιΐαν μετερχόμενον, μαστιζόμενον ὑπὲρ Χριστοῦ, καταπονούμενον, καὶ ὡς κτῆνος πιπρασκόμενον· μὴ μόνον χρήματα, ἀλλ' εἰ δυνατὸν, τὰ ἑαυτῶν σώματα μεταδώσωμεν. Καλὸν γὰρ ἀγορῆσαι Χριστὸν πιπρασκόμενον. Τὴν γὰρ κρίσιν πᾶσαν αὐτὸς πεπίστευται· καὶ μέλλει ἡμῖν, ὡς Θεὸς, τὴν βασιλείαν χαρίζεσθαι.

Οὐκ ἀκούομεν τί ὁ πλούσιος ἐκεῖνος ἔπαθεν; Ἐπειδὴ

A non peccabis. Ita obsecro ne eorum, tanquam immisericordia compositi, obliviscamur; sed omni tempore ac loco eorum meminerimus: ut eorum, haud secus ac mortis, jugem in nobis memoriam circumferamus. Cum fuerimus in oratorio, illic maxime eorum cum lacrymis simus memores. Sive iterum in mensa recumbamus, in ea quoque captivos recolamus, dicentes: Quomodo jam fratres nostri fame macerantur, nos vero manducamus et epulamur? Sive in lecto cum uxore dormiamus, illorum resumamus memoriam, vehementius mirantes, ac dicentes: Quomodo qui nobis sunt nobiliores, ipsa hac hora cum bestiis in deserto nuda humo cubant?

B Non nos pudet, fratres, neque futurum judicium horremus; quod sericis byssoque induti in ecclesiam veniamus, fratresque nostros pro ecclesiæ foribus nudos, projectos, miserabiles despiciamus? Audiant quæ superfluum mundum luxuriose adhibent, eoque abstineant.

Quid, mulier, præstas, quæ sunt tempori dissentanea? Num te conscientia graviter verberat, quod in tanta comminantis Dei districtione, auro ac margaritis collum, manus, pedes, zonam perornes, cum fratres videas tuos, forte vero etiam nobiliori ortos stemmate, ac ingenuitate præstantes, ferro, cippis vinctos, onustos, gravatos? Num verecundia movemur? Num ab ejusmodi factis actutum

C retrahimur?

At quid statim, ea dementia laborantes loquuntur? Idcirco, inquit, dedit mihi Deus, ut his fruar, inque illis delicier. Erras, homo. Redemit te Christus; dedit divitias ut redimas fratres tuos, ut eorum miserearis, ac misericordia in eos impensior, salutem consequaris. Spoliare cito superflua, ac quæ utilitate carent; imo quæ nocent, ac exitium pariunt. Esuriem promptus amplectere: *Frange esurienti panem* [81]. Serva animi anxios. Si videris nudum, vestes præbe, cogitans fore ut coram judice nudus sistaris. Si peregrinus occurrerit, suscipe in eo Christum, qui tui causa hospes in terra fuit. Si debitorem non solvendo exsistentem deprehendas, isque procidat, obtestetur, dimitti

D efflagitet, animo compungere; cautionem omnem, qua is jure vel injuria obstringatur, dirumpe. Si infirmos videas, curam statim adhibe; reverere quod sanus ipse exsistas. Sin captivus in oculos incurrat, flens, procidens, afflictus, jactatus, locum ex loco ad beneficientiæ subsidium aliquod mutans, qui Christi causa vapulet, laboribus atteratur, in jumenti morem veneat; nedum pecunias, sed et nostra, si fieri possit, corpora his impendamus. Bonum enim Christum emere vænum expositum; quippe illi concreditum omne judicium; ac nobis ipse, velut Deus, regnum largiturus est.

Non audimus quid diviti illi acciderit? Una

[81] Isa. LVIII, 7.

Digitized by Google

ejus suppliciorum ratio, quod Lazarum despexerit[81]. Nunc vero hodie plures sunt apud nos Lazari. Præstat aurum impendere, ac Christum coemere. Num, si regnum cœlorum non liceret emere, plures dicturi erant : Utinam pecunias possemus dare, earumque pretio Dei regnum referre ! Nunc autem palam videmus venundari ; neque id multo, ut qui minus locupletes sunt, excusationem nullam prætexant.

Quis ita egenus, ut non possit duo exigua minuta magna animi incitatione, uti vidua illa[82], dare Christo ; quæ revera ex paupere dives extemplo facta est ? Nemo inanes excusationes quærat. Nemo dicat : Non habeo ; pauper sum. Quis non habet frigidum aquæ calicem ? Quis ita egenus, ut bonus cum sermo deficiat ? Cui non licet ut pauperis miseratione gemat ? Nulli hæc facultas deest. At revera animus infirmus est : idque cum sciamus, esse nos quoque captivos...

(*Desunt reliqua.*)

[81] Luc. xvi, 19. [82] Luc. xxi, 2.

A τὸν Λάζαρον ὑπερίδεν, ὑπέμεινεν ἅπερ ὑπέμεινεν. Νῦν δὲ σήμερον παρ' ἡμῖν πολλοὶ Λάζαροι. Καλὸν ἀποκτήσασθαι τὸν χρυσὸν, καὶ ἀγοράσαι τὸν Χριστόν. Ἆρα εἰ μὴ ἦν ἀγοράσαι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, οὐκ εἶχον οἱ πολλοὶ λέγειν · Εἴθε ἦν δοῦναι χρήματα, καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ κομίσασθαι ; νυνὶ δὲ ὁρῶμεν αὐτὴν πιπρασκομένην προφανῶς, καὶ οὐδὲ πολλοῦ, ἵνα μὴ προφασίζωνται οἱ πτωχότεροι.

Τίς οὐκ ἔχει λεπτὰ δύο μικρὰ δοῦναι Χριστῷ μετὰ μεγάλης προθέσεως, ὡς ἡ χήρα ἐκείνη, ἡ ὄντως ἐξαίφνης ἐκ πενίας πλουτήσασα ; Μηδεὶς προφασιζέσθω. Μή μοι λέγε, Οὐκ ἔχω· πτωχός εἰμι. Τίς οὐκ ἔχει ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος ; Τίς οὐκ εὐπορεῖ λόγου ἀγαθοῦ ; Τίς οὐ δύναται στενάξαι ἐπὶ πτωχῷ ; Οὐδεὶς τούτων ἀπορεῖ. Ἀλλ' ὄντως ἡ γνώμη ἀσθενής · καὶ τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι καὶ ἡμεῖς αἰχμάλωτοι ὄν[τες]...

(*Λείπει.*)

ANNO DOMINI DCXIV.

MODESTUS

HIEROSOLYMITANUS PATRIARCHA,

NOTITIA.

(Combefis. *Biblioth. concional.* t. I, p. 31.)

Modestus, Zachariæ in sede Hierosolymitana successor, illiusque, eo captivo in regione Persarum, administrator ; cujus etiam sint illa, per tempus illud captivitatis, dicta ac scripta solandis populi reliquiis, quæ repræsentavi manipulo illo tractatuum Chrysostomi, Severiani, Basilii Seleuciæ, etc., quibus sic graphice ejus captivitatis miserias deplorat ; quasdam scripsit Homilias in mulieres unguenta ferentes, et in festum Occursus, quarum excerpta dedit Photius, codice 275, ex quo ipse mutuatus. Laudationem in Dormitionem sanctæ Dei Genitricis se legisse ait Photius, nihil tamen in illa necessarium invenisse, ac ejusmodi qualia habet illi superior, Εἰς τὰς μυροφόρους. Sunt certe illius singularia de Magdalena, quod virgo fuerit, quod post sanctæ Mariæ Dormitionem, Joannem Ephesum secuta sit, ibique martyrium obierit : quod sub Maria Dei Genitrice et Virgine dux et princeps Christi discipularum, uti fere Petrus discipulorum exsisteret ; cui commune cum illa nomen esset : duplici choro discipulorum et discipularum, qui Dominum et quæ Domini Matrem sequeretur, cum scilicet Dominus cum mulieribus sermonem non misceret : quæ vir sanctus, partim ex Scriptura habuerit, partim ex suæ Ecclesiæ quadam traditione ; in quam inquirere, iisque componere quæ de Magdalena alii habent, nec otii sit, nec hujus operæ. Non satis convenit Theophani et sancto Nicephoro, quandonam factus episcopus Modestus, et num Zacharias redux a captivitate ipse Heraclio socius fuerit ac adjutor reponenda Domini cruce, vel ante diem obierit. Imo, num jam Modesto episcopo urbs capta sit ; quæ sancti Nicephori sententia videtur adversa Theophanis historiæ et chronographiæ. Qua de re Petavius, ad sanctum Nicephorum, P. Goar in Theophane, ipseque notis ad eum.

Digitized by Google

NOTITIA ALTERA.

(LEQUIEN. *Or. Christ.* t. III, p. 258.)

Zacharia Hierosolymitano patriarcha abducto in Persidem anno Christi 614, circa mensem Junium, ut supra dictum est, ne pastoris regimine hæc ecclesia careret, ejus administrationem sumpsit (ad id designatus procul dubio ab ipso Zacharia suus per absentiam vicarius, ac de consensu episcoporum provinciæ qui captivitatem effugerant) Modestus, de quo Antiochum in epistola jam citata locutum vidimus. Is præpositus erat monasterii sancti Theodosii in Palæstina, ex Papebroch. *tom. II Mart., ad diem* 11, *n.* 24, *pag.* 68, *col.* 2. Quando hæc sedis Hierosolymitanæ cura ei commissa est, insignitum propterea episcopali caractere, licet expresse non tradant auctores, illum vix inficias iverit, qui eumdem, vivente adhuc Zacharia, Hierosolymorum præsulem interdum nominari adverterit. Ea itaque administratione auctus, nominato in prædicti monasterii abbatem Georgio, magno ardore, non iis tantum quæ ad spiritualem animarum profectum, et monachorum imprimis requiem attinebant prospexit, sed insuper quasi alter Zorobabel, in restaurandis ædificiis ac templis quæ igne consumpta fuerant, adversantibus licet tota virtute Judæis, Persisque tyrannicam actu exercentibus in Palæstina dominationem, quod impossibile videbatur, strenuam nihilominus admovit operam. Monachorum qui a Saracenis immaniter trucidati fuerant exsequias celebrasse jam observavimus, narrante Antiocho, qui sic prosequitur in eadem epistola pp. 1023, 1024, et apud Baron. ad ann. 606 nn. 5 et 6. *Nos proinde humiles et abjecti, gratia primum Dei, deinde seria admodum et accurata diligentia præmemorati sanctissimi Modesti, sedentariam hanc exigimus vitam in liberiore et tranquilliore otio.* Et rursus : *Gratia item Christi, sed et solerti sedulitate jam dicti venerandi apprime Patris nostri Modesti, cuncta id temporis incoluntur effusa istius eremi monasteria.* Et paulo post : *Supersunt nuntia aliquot sane quam læta, quorum fideli relatu, et vestra, et omnis sinceriter Christiani anima merito possit exhilarescere. Hæc igitur ex promptu et alacer annuntio vobis : Modestus sanctitatis eximiæ vir* (*de quo non semel dictum*), *non eorum modo providam gerit curam sollicitus, quæ per hanc vastam eremum sparsim disjecta sunt monasteriorum, sed et moderandæ huic civitati, ac universæ circumfinitimæ regioni solerter prospicit, Deo eidem cooperante in omnibus. Hic enim ad vivum nobis exprimit imaginem novi cujuspiam Bescleelis, aut certe Zorobabelis. Gratia enim plenus Spiritus sancti, templa Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ quidem barbarico igne conflagrarunt, in sublime erigit omni prorsus digna veneratione, puta ædes sanctæ Calvariæ, ac sanctæ Resurrectionis, domum insuper dignam omni honore venerandæ Crucis, quæ Mater Ecclesiarum est; sed et sanctæ Assumptionis ædem a fundamentis exædificat : adeo ut per hæc læta initia, de futuris quoque spes amplissimas concipiamus, idque vel ob eos maxime qui huc sperantur venturi ab externis regionibus sancta hæc loca ut adorent, ut omnes in commune glorificemus Deum.* Hæc Antiochus. Papebrochius vero *tract. prælimin. in tom. III Actorum, mensis Maii, p.* 31, *n.* 136, *col.* 1, postquam retulit verba quædam epistolæ Zachariæ in Perside captivi ad populum Hierosolymitanum, quæ nos supra de Zacharia agentes ex ipso adduximus, subdit : Hanc epistolam, prolixiori alia, planeque ad movendam compunctionem efficaci, ad omnes fideles exhortatione prosequitur Modestus Zachariæ vicarius; et tanquam suum testamentum condens, omnis conditionis, ætatis ac sexus fideles officii sui admonet, incipiens ab tristibus iis quæ residui in urbe sancta fideles, post crucem, patriarcham et cæteros abductos, viderunt. Laudat in primis Nicodemum ac conjugem Magdalenam, *qui postquam hostes exiissent atque in Persidem rediissent, totam circum urbem ac vicos lustrantes, fratrumque reliquias insepultas jacere conspicientes, projecta sparsim cadavera coacervarunt in specum, quæ est ante portam, ad sexaginta quinque millia.* Et ab iis exquiri jubet, *qua forma atque habitu inveniebantur solo strati beati illi qui sub id tempus meruerunt Hierosolymis occidi. Quo modo* scilicet, *alter a capite ad cor usque vulnus acceperat, alter ab humeris ad usque ventrem, alius quinque vel decem ictus in intestinis habebat, alius dissectus medius inque duo divisus erat, alii ventre ense perfosso intestina omnia effusa fluebant, alium, ovis instar in macello, diri carnifices in frusta plura conciderant, etc.* A Modesto S. Anastasius Persa, qui recens fidem Christi amplexus fuerat, baptismum suscepit Hierosolymis, ut refert hujus temporis scriptor in Actis ejus, quæ in secunda synodo Nicæna proposita sunt. Exstant apud Baronium ad annum 614 nn 35 et seqq. ex Metaphraste sumpta ; sed quæ ipse sumpsit ex Actis illis vetustioribus in synodo Nicæna secunda allatis, et a Boll. recensitis ad diem 22 Januar. Hæc autem ex Baronio transcribo : *Cum magna civitas Hierosolymorum capta fuisset a rege Persarum, et facta illa loca, quæ mei Christi viderant conversationem et cruci affixionem et resurrectionem, Medorum lanceæ et igni, iis quos ipse novit modis, essent tradita : et multa alia capta sunt cum civitate; ut salutis quoque nostræ tropæum, mortis solutio, peccati internecio, lignum, inquam, vivificæ crucis illinc translatum est in Persidem, etc.* (hæc sancta Crux), *Persidem evertit, et spoliat falsam religionem, et quæ se dignæ erant captivas abducit animas vere laudabili et longe pulcherrima captivitate : aut, ut magis proprie dicam, a captivitate vocat, et eis rursum pristinam restituit libertatem. Simul ac enim ingreditur Persidem, eam statim totam*

Digitized by Google

illustrans radiis suæ gratiæ, ferit quidem animas infidelium, non secus ac sol, qui laborantem oculum ingreditur: fideles autem, non secus ac fulgor quidam apparens in tenebris, revocat. Ex quibus fuit unus.... Anastasius, etsi nondum quidem cultu (fidelis), *sed jam moribus et instituto : qui processit e vico qui vocabatur Rasnuni...in Perside. Erat autem nomen ejus... Magundat... Bau filius* (fuit) *qui erat in re magica præstantissimus et eruditissimus.* (Bau autem) *cum præesset communi ludo litterario, et multos haberet adolescentes ad eum confluentes, captus amore præstigiarum, cum in hoc solum omne suum studium poneret...rem magicam* (filium) *tam diligenter docet, ut in ejus cognitione patri nihil esset reliquum, quod non notum quoque esset filio. Cum autem adolescentiæ ætatem jam attingeret, et rex Chosroes novum exercitum in Perside colligeret, ipse quoque cum aliis refertur in numerum tironum. Quoniam vero venerandæ crux Domini totam agitabat et perturbabat Persidem ; infidelibus quidem horrorem et terrorem incutiens, fidelibus autem suaviter admodum et placide illucescens : de ea quidem fama quædam per omnes pervadebat, fama, inquam, quæ paulo crassius et indoctius prædicabat, Christianorum Deum adesse Persis. Ad quam hic adolescens repente fuit accensus animo : jam enim occulte eum tangebat ille ignis quem Christus venit jacere super terram, qui quidem non sinebat quiescere pulchram illius adolescentiam, sed statim omnes obibat partes, de eo sciscitans, quam vehementissime poterat, et diligentissime. Cum audiret autem ab omnibus eam esse crucem in qua Christus Dei Filius, qui a Christianis adoratur, fuit crucifixus : veluti ignem igni adjecit, et quæstioni conjunxit quæstionem, et ex responsione accepit occasionem alterius interrogationis ; et multo magis sitiebat discere, quemadmodum ex cælo descenderit, cum sit Deus et quemadmodum etiam factus sit homo, et cur etiam sit ad crucem condemnatus, et a quibus, et an sit ad cœlum reversus unde descenderat. Cum autem a* (viris) *piis ei annuntiaretur carnis susceptæ. . mysterium, aures quidem pietatis semina libenter suscipiebant, anima vero producebat sensim spicam fidei, et ei desiderium paulatim innascebatur, subibatque æmulatio ejus perpessionum : quæ cum in ejus anima aucta et amplificata essent, eum informant et instituunt ad optimum vitæ genus, claramque et insignem, testem, martyrem inquam, efficiunt, ut jam procedens declarabit oratio.* Hæc post Surium Baronius, qui addit deinde quomodo ille Anastasius, amore suscipiendi baptismatis, relicto Persarum exercitu, se contulerit ad Romanorum copias, et Hierapolim perrexerit, ubi apud argentarium degens genere Persam, sed religione Christianum, latius mysteria Christiana didicerit, incensus quoque fuerit ad subeundum martyrium ex martyrum certaminibus quæ parietibus templorum intuebatur depicta ; demum Hierosolymam profectus fuerit. Hæc, inquam, sic narrat ex eisdem Actis, ad ann. 621, n. 10 et seqq : *Primum quidem* (post fugam ad Romanos) *cum venisset Hierapolim, divertit ad quemdam Persam Christianum, artis argenti conflatorem, et cum artem conflandi argenti exercuisset, manus quidem habebat intentas operi, animus autem semper et cogitatio in Dei amore versabatur... eumque sibi adhuc magis accendebat, et ab ipso rursus inflammabatur vehementius. Quamobrem Deum rogabat...ut divinum baptismum consequeretur, et omnino a prioribus sordibus expurgaretur, et ab illa labe præstigiarum ; ut non solum voluntate et electione, sed anima quoque et corpore esset purgatus.. Cum ille autem ex Persis timeret periculum, et ideo morando rem differret... interim ad divina templa adiens suum solabatur desiderium, visis vero miraculis et certaminibus sanctorum descriptis in templorum, quæ cum socio suo argenti conflatore frequenter visitabat, parietibus, de iis illum diligenter interrogabat. Cum itaque audivisset, qualis eis vita* (fuisset, qui) *mores*, (quæ) *virtus, et qualia propter Christum* (subiissent) *certamina... non poterat amplius continere id quod suus animus parturiebat, sed statuit pergere Hierosolymam, ut baptismum illic consequeretur. Venit ergo in sanctam civitatem, et ad quemdam se recepit argenti quoque conflandi peritum. Ei aperit causam sui adventus, nempe quod vellet ad verum Dei cultum per baptismum initiari. Ille autem eum ducit ad Eliam, sanctæ Resurrectionis piissimum presbyterum, qui eum sapinis* (ut dicitur) *manibus suscepit, et de eo retulit ad Modestum, qui huic sedi præerat apostolicæ* (Zachariæ scilicet captivi vicem gerens, in Græco ὁ τοποτηρητής, *locum-tenens*, inquit Papebrochius supra citatus). *et sic divinum baptismum assequitur, venerandæ crucis vere pulcher fructus effectus, et Anastasius appellatus, sumpta denominatione a revocatione et ad meliora mutatione a priori infidelitate et præstigiis.* (quæ fuerit quasi resurrectio a morte ad vitam). *Una etiam cum eo baptizatus est quidam ejusdem patriæ et regionis, qui fuit ejus quoque in passione pro Christo socius, easdem cum eo Edessæ consecutus coronas.* Anno siquidem Christi 628 die 22 Januarii, quinque duntaxat hebdomadibus et duobus diebus ante Chosrois obitum, ejusdem jussu, hic Anastasius, qui pluries jam anno superiori Christi fuerat confessus fidem, Cæsarea Palæstinæ, ad eumdem Chosroen missus, magna animi alacritate, dira perpessus tormenta, martyrium tandem cervicis abscissione consummavit : de quo legendus Baronius ad annum 627 n. 5 et seqq. ubi n. 1, Acta ejusdem Anastasii conjicit scripta fuisse, vel ab Antiocho monacho, vel a Sophronio qui Modesto in sede Hierosolymitana successit. Bollandus tamen tom. II *Actorum sanctorum mensis Januarii*, ad diem 22, p. 422, n. 4, sibi videri ait auctorem Vitæ hujus martyris fuisse aliquem monachum cœnobii in quod ipse post baptismum sese receperat, et vitam monasticam amplexus anno Christi 620, annos septem commoratus est : quod infert ex his hujus auctoris verbis n. 13, ejusdem Vitæ. *Hoc autem scimus nos eum mirantem et obstupescentem constantiam sanctorum, nihil fere aliud legere voluisse, nisi quod illum sancti desiderii ardorem nutriret.* Zachariæ mortuo anno Christi 131 vel 133, substitutus est Modestus, qui tanta cum laude hanc Ecclesiam per quatuordecim fere annos, dum Zacharias patriarcha detineretur captivus in Perside, administraverat ; eam vero dignitatem in plenum sortitus brevi tempore sedisse perhibetur. Papebrochius enim in *Tract. prælim. ad tom. III Maii sæpius recensito, pag.* 31, *n.* 138, *col.* 2, observat a Nicephoro, cui membrana Rulæana consentit, annum unum regiminis (utique a

Digitized by Google

morte Zachariæ, cui ex Perside reverso administrationem sibi delegatam restituerat, vel quam fortassis sub illo, ex ipsius consensu, exercere perrexerat) assignari; duos vero annos ab auctore tabularum Theophani insertarum : sed nisi decessor ejus Zacharias, inquit, plusquam 22 annos post suam ordinationem vixerit, nec hi sufficiunt; cum certo constet successorem ejus Sophronium mensis Maii quarta die, indict. sexta, id est anno 633, interfuisse synodo Alexandrinæ adhuc privatum monachum, ibique exorsum sua contra monothelismum nascentem certamina, deinde cum litteris Cyri patriarchæ Alexandrini ivisse Constantinopolim, ad urbis archiepiscopum Sergium; adeo ut multum sit, si ante autumnum reverti potuerit in Palæstinam. Hæc considerans aliquis, prosequitur Papebrochius, et quomodo jam inde a capta sub Chosroe Hierosolyma patriarchæ vices gesserit Modestus, fortassis volet opinari quod primus istius catalogi auctor qui in Sophronio terminatur nullos ei annos definiens, voluerit totum tempus quo patriarchatum administravit Modestus, eidem ut vero patriarchæ ascribere, notatis Græce annis κα', id est, 21, quod alii non intelligentes, nimiumque esse videntes (siquidem post Zachariam brevi satis tempore ille Modestus vixit) omisso κ', retinuerint α', facile annos 21 reperturi, si numerare illos voluissent ab exeunte Maio (vel initio Junii) anni 614 (quo capta est a Persis Hierosolymitana civitas) ad mensem Decembrem anni 634. Sed nihil necesse erit huc recurrere, si Zachariæ velimus annos 24 relinquere. Tunc enim a Martio anno 635, usque ab Decembrem anni sequentis, dici potest sedisse Modestus. Dico, usque ad Decembrem, quia tali mense die 16 colunt ipsum Græci annua commemoratione in Menæis. Ita Papebrochius citatus. Eutychius Alexandrinus scribit Modestum sedisse novem menses, et post ejus mortem mansisse cathedram Hierosolymitanam sex annis sine patriarcha. Hæc quidem sex annorum vacantia vera non videtur : nam ab anno 634, quo Zacharias descendit, usque ad 634, quo Sophronius ordinatus est Hierosolymorum episcopus, sex profecto anni non occurrunt, sub quorum etiam duratione Modesti patriarchatus fluxit unius anni vel duorum. At aliquam intercessisse vacantiam, a Modesti obitu usque ad Sophronii inaugurationem, suadent quædam Martini I Romani pontificis verba inferius referenda, quæ legantur in epistolis ejus ad Joannem Philadelphiæ episcopum, et ad Pantaleonem; scilicet viros aliquos *ante Sophronii patriarchiam*, item *post ejus decessum*, non convenienter fuisse electos in episcopos, vel presbyteros, etc. Præter Modesti epistolam de qua supra, monet Pagius tom. II *crit. annal. Baronii* ad annum 633, n. 6 pag. 801, col. 1, adhuc superesse duas ejus orationes : unam, *in mulieres unguentiferas;* alteram, *in occursum :* quæ recitantur a Photio in Biblioth. codice 275. Alia quoque oratio exstare dicitur, sub ejusdem Modesti nomine, in codice 274 Coisliniano, *part.* II, *pag.* 289, *de dormitione Deiparæ Virginis.*

ΜΟΔΕΣΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ

ΕΙΣ ΤΑΣ ΜΥΡΟΦΟΡΟΥΣ.

MODESTI

ARCHIEPISCOPI HIEROSOLYMITANI

IN UNGUENTA FERENTES MULIERES.

(Photius, *Biblioth.*, cod. 275.)

Τὸν ἑβδομον ἀριθμὸν καὶ ἐπὶ τῆς ἀρετῆς καὶ ἐπὶ τῆς κακίας εὑρίσκομεν τὴν Γραφὴν παραλαμβάνουσαν. Εἰκότως οὖν τὴν Μαρίαν ἐκλέγεται τὴν Μαγδαληνὴν ὁ Σωτὴρ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει δαιμόνια ἑπτά· ἵνα τὸν ἄρχοντα τῆς κακίας δι' αὐτῆς ἀπελάσῃ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Ὅτι, φησὶν, αἱ ἱστορίαι τὴν Μαγδαληνὴν ταύτην διὰ βίου παρθένον διδάσκουσι. Καὶ μαρτύριον δὲ αὐτῆς φέρεται, ἐν ᾧ λέγεται διὰ

Septimum numerum, et de virtute et de peccato in Scriptura acceptum invenimus. Merito igitur elegit Mariam Magdalenam Salvator, e qua septem dæmonia [1] ejecit, ut principem peccati per illam ab hominibus expelleret. Historiæ tradunt Magdalenam hanc virginem fuisse, et martyrium hujus memoratur : ubi dicitur, propter summam illius virginitatem, et puritatem, illam tanquam vitrum purum

[1] Luc. VIII, 2.

Digitized by Google

tortoribus visam esse. Post obdormitionem sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ profecta est Ephesum ad dilectum discipulum : ubi cursum apostolicum per martyrium unguentifera Maria perfecit, nolens ad extremum usque spiritum a beato Joanne evangelista, et virgine separari. Quemadmodum, inquit, princeps [primitia] apostolorum ab immobili fide quam habuit in petram Christum, Petrus appellatus est : sic et illa princeps discipularum ob puritatem et amorem, quo Christum complexa est, ab ipso nominata est, cui idem fuit nomen, quod Dei matri. Quemadmodum Dominum discipulorum chorus secutus est, sic Dominam et Matrem Domini chorus discipularum. Mirati enim aliquando discipuli erant, quod cum femina loqueretur [1] : hinc patet Dominum cum mulieribus consortium non habuisse. Sed matre Domini evangelicum cursum una cum Filio et creatore complente, et ipsæ illam secutæ, communi Domino et discipulis de facultatibus suis in rebus necessariis ministrabant.

A τὴν ἄκραν αὐτῆς παρθενίαν καὶ καθαρότητα, ὡς ὕαλον αὐτὴν καθαρὸν τοῖς βασανισταῖς φαίνεσθαι. Ὅτι, φησὶ, μετὰ τὴν κοίμησιν τῆς Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου πορευθεῖσα εἰς Ἔφεσον πρὸς τὸν ἠγαπημένον μαθητὴν, ἐκεῖσε τὸν δρόμον τὸν ἀποστολικὸν διὰ τοῦ μαρτυρίου ἡ μυροφόρος Μαρία ἐτελείωσε [a], μὴ θελήσασα μέχρι τῆς τελευτῆς χωρισθῆναι τοῦ παρθένου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου. Ὥσπερ, φησὶν, ἡ ἀπαρχὴ τῶν ἀποστόλων Πέτρος ὠνομάσθη διὰ τὴν ἀσάλευτον πίστιν, ἣν εἶχεν ἐπὶ Χριστὸν τὴν πέτραν· οὕτω καὶ αὐτὴ ἀρχηγὸς τῶν μαθητριῶν γενομένη, διὰ τὴν καθαρότητα αὐτῆς, καὶ τὸν πόθον ὃν εἶχεν εἰς αὐτὸν, Μαρία ὁμωνύμως τῇ μητρὶ παρὰ τοῦ Σωτῆρος προσηγόρευται. Ὥσπερ τῷ Δεσπότῃ τῶν μαθητῶν ἠκολούθει ὁ χορός· οὕτω τῇ Δεσποίνῃ καὶ Μητρὶ τοῦ Κυρίου, τῶν μαθητευομένων γυναικῶν ὁ χορός. Ἐθαύμαζον γὰρ, φησὶ, ποτὲ οἱ μαθηταὶ, ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει· δῆλον ὡς οὐκ οὔσης τοιαύτης συνηθείας τῷ Κυρίῳ. Ἀλλὰ τὸν εὐαγγελικὸν δρόμον τῆς μητρὸς τοῦ Δεσπότου συνεξανυούσης τῷ Υἱῷ καὶ Δημιουργῷ, καὶ αὗται συνακολουθοῦσαι αὐτῇ τῷ κοινῷ Δεσπότῃ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἐν τοῖς ἀναγκαίοις καὶ τοῖς μαθηταῖς διηκόνουν.

[1] Joan. IV, 27.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἐτελεύτησε *M. M.*

ΕΙΣ ΤΗΝ ΥΠΑΠΑΝΤΗΝ.

IN OCCURSUM.

Anna cum viro septem annos, Sabbatum colens [2], precibus et jejuniis adhærens, octoginta quatuor annos cum exegisset, carnem e quatuor elementis compositam vincens, et mentem mundans ad sancti Spiritus receptionem, et generalibus [vulgo cardinalibus dictis] seipsam virtutibus exornans, octogesimum annum postquam excessit, in templo invenit futuri temporis Salvatorem, ulnis gestatum. Merito lex ut causam peccantis voluptatis, filias Evæ, jussit afferre pro purificatione par turturum, vel duos pullos columbarum ad sacrificandum [3]. Lege scilicet significante, cum qui ad Deum accedat, debere et animum et corpus ab omni peccato liberum habere.

C Καὶ ἡ τὸν ἑβδομήκοντα χρόνον σαββατίσασα μετὰ ἀνδρὸς Ἄννα, προσευχαῖς καὶ νηστείαις προσκαρτεροῦσα, ὀγδοήκοντα καὶ τεσσάρων ἐτῶν ὑπάρχουσα, τὴν ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων νικήσασα σάρκα, καὶ τὸν νοῦν καθάρασα πρὸς ὑποδοχὴν Πνεύματος ἁγίου, καὶ ταῖς γενικαῖς ἑαυτὴν ἀρεταῖς κατακοσμήσασα, τὸν τῆς ὀγδοηκοντάδος παρέδραμε καιρὸν, καὶ εὗρεν ἐν τῷ ναῷ τὸν Σωτῆρα τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἐν ἀγκάλαις βασταζόμενον. Εἰκότως ὡς αἰτίας τῆς ἐναμαρτήτου [b] ἡδονῆς τὰς θυγατέρας τῆς Εὔας προσφέρειν ὁ νόμος προσέταξεν ὑπὲρ τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν τὴν θυσίαν τῶν δύο τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν· δηλοῦντος τοῦ νόμου, ὅτι δεῖ τὸν προσερχόμενον Θεῷ καθαρεύειν καὶ ψυχῇ καὶ σώματι, καὶ ἀκακίας ἔχεσθαι.

Christus legem implet [4], non debitor est legis, « in ruinam et resurrectionem multorum positus est [5]. » In ruinam peccati, in resurrectionem justitiæ, et in signum, cui Judæi, qui Christum occiderunt, contradixerunt : « Si tu es Filius Dei, descende de cruce,

D Ὁ Χριστὸς πληρωτής ἐστιν, οὐχ ὀφειλέτης νόμου. « Εἰς πτῶσιν δὲ καὶ ἀνάστασιν κεῖται· » πτῶσιν μὲν τῆς ἁμαρτίας, ἀνέγερσιν δὲ τῆς δικαιοσύνης, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον τοῖς κυριοκτόνοις Ἰουδαίοις, τοῖς λέγουσιν· « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ

[2] Luc. II, 6 seqq. [3] Levit. XII, 8. [4] Matth. V, 17. [5] Luc. II, 34.

VARIÆ LECTIONES.

[b] *al.* ἐναμάρτου.

Digitized by Google

